37
2 D
17
MAG 3120
FAUSTO STASI ROMA
Digitized by Google

Digitized by Google

37.12.D.17

ITALIÆ SACRÆ
TOMUS DECIMUS
SEU
APPENDIX
IN QUA PRÆTER
ANECDOTA UGHELLIANA
ANTIQUATI
ITALIÆ EPISCOPATUS,

Supplementa quædam, & Correctiones ad novem præcedentia volumina, & multiplices Indices generales proferuntur.

CURA, ET STUDIO
Nicolai Coleti, Eccleſiæ S. Moyſis Venetiarum Sacerdotis Alumni.



VENETIIS, Apud Sebaſtianum Coleti MDCCXXII.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

113

Digitized by Google

I N S T I T U T U M

∴ Hujus voluminis. ∵

NOvem præclariſſimi Abbatis Ferdinandi Ughelli Italiæ ſacræ voluminibus tumultuaria, quam tanto operi ſatis expoliendo longè impar anguſti temporis brevitas permiſit, cura abſolutis Appendicem hanc, ſeù tomum hunc decimum placuit adnectere, librine molem onerosè tantum auctuum, an aliquale potiùs allaturum viris ſtudioſis commodum, judicabit humanus Lector. In eo ſiquidem conſarcinando recenſui primùm ordine alphabetico centum & ſeptem florentes aliquando Italiæ Epiſcopatus, jamdudum verò ſeù bellorum injuriis, ſeù temporis quælibet abſumentis improbitate deſtructis eorum ſedibus antiquatos, quorum plerorumque nulla apud Ughellum noſtrum mentio, paucorum verò nimis jejuna relatio. Porrò ut in illis deſcribendis Auctoris noſtri veſtigia ſequerer, ſingulorum locorum, quæ aliquamdiù ſacrarum infularum decore claruerunt, ſitum, originem, ac dignitatem breviter quidem, ſed accuratè expreſſi, Cluverium exactiſſimum Italiæ antiquæ deſcriptorem plerumque ſecutus: tum eorumdem Præſules, quorum memoriam Eccleſiaſtica Concilia, aliaque vetera monumenta perennarunt, enumeravi, non omiſſo, prout mihi innotuit, ipſorum locorum, ac eorumdem Eccleſiarum poſt deperditos Epiſcopos præſenti ſtatu. Neque verò mihi eatenus adblandior, ut credam omnia, quæ in hanc rem cogi poſſunt, coacervaſſe: novi operis fundamenta ſolummodò jeci, quibus liceat erudito cuiquam, otioque pinguiori utenti ampliorem ſuperextruere benè compoſiti ædificii molem.

Secundò exhibui non pauca novem Ughelli voluminibus jam antea excuſis vel addenda, vel corrigenda, ſervato Epiſcopatuum alphabeto, quò facilius quiſque poſſit diſpicere, quid in unaquaque Antiſtitum ſerie immutandum, vel adiiciendum cenſuerim.

Tertiò loco nonnullos totius operis generales Indices edidi; & primò Indicem omnium Archiepiſcopatuum, & Epiſcopatuum tàm exiſtentium, quàm antiquatorum, de quibus in his decem voluminibus ſermo inſtituitur: tum omnium Præſulum in hoc opere contentorum per eorum nomina digeſtum; eumdem poſtea per eorum cognomina conſtructum; indicem deinde omnium diplomatum, aliorumque veterum documentorum, ordine chronologico diſpoſitum, quem non modico futurum uſui venerandæ antiquitatis cultoribus exiſtimavi: tabulam denique, in qua ſingulis poſt Chriſtum natum annis affiguntur littera Dominicalis, Indictio, menſis, ac dies Paſchatis, quæ eiſdem contigerunt, opem allaturam ad explorandum certum plurimorum Actorum tempus, quod his tantummodo ſignis denotatur.

Poſtremò Chronica, Annales, Hiſtorias, aliaque Anecdota, quæ Ughellus in calce tomi primi, aliorumque ex Manuſcriptis codicibus primùm in lucem emiſerat, tradidi, haud prætermiſſo eorumdem prævio Indiculo. Atque hic erat ſubdendus tum horum Anecdotorum, tum reliqui totius operis generalis materiarum Index, ſi labor paucorum menſium ſpatio abſolvi potuiſſet.

NOI REFORMATORI
Dello Studio di Padoa.

HAvendo veduto per la Fede di reviſione, & approbatione del P. F. Tomaſo Maria Zennari Inquiſitore nel Libro Intitolato ITALIÆ SACRÆ TOMUS X. ſeù APPENDIX, non v'eſſer cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Principi, & buoni coſtumi, concedemo Licenza à Sebaſtian Coleti Stampatore, che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gl'ordini in materia di Stampe, & preſentando le ſolite copie alle Publiche Librarie di Venetia, & di Padoa.

Dat. 25. Giugno 1721.

(
(Franceſco Soranzo Procurator Riform.
(Z. Pietro Paſqualigo Riformator.

Agoſtino Gadaldini Segr.

EPIS-

EPISCOPATUS ITALIÆ

DEPERDITI, ET ANTIQUATI, VEL ALTERI SEDI UNITI.

ACILIENSIS EPISCOPATUS.



VArias trahuntur in partes docti viri in indigitando veteri ACELO, quod Plinius in Mediterraneo regionis decimæ inter Venetorum oppida recenſet. Alii enim putant fuiſſe oppidum, quod nunc vulgo *Montagnana* appellatur, alii, quod *Monſelice*: nonnulli Ceneram urbem, plerique tamen, quibus nos libenter accedimus, ſubſtituunt oppidum, nunc *Aſolo* dictum. Jacet hoc inter Anaxum, & Medoacum flumina æquo utrinque intervallo ad montium Taurifanorum radices prope fontem Muſonis fluvii, cui adjacentes ad Auſtrum clivi antiquioris Aceli teſtantur amplitudinem, ubi paſſim ingentium murorum ſtrues, numiſmata, columnæ, ſcalæ, maximique teſſellati pavimenti tractus ſodientium raſtris occurrunt. Quod Plinio Acelum eſt, à Ptolomæo dicitur *Acedum*, à Paulo Diacono *Acilium*. Concidit autem, cum fœda illa furentium Hunnorum Duce Attila tempeſtas totam Venetiam ruinis, & cladibus obruit: qua detumeſcente procella cum poſtliminio reverſi cives patrias ſedes reparaſſent, à Gothis iterum, & rurſum ab Agilulpho Longobardorum rege everſum eſt. E ruderibus tamen ſecundò, tertioque emerſit, veteri licet amplitudine, ac magnificentia non parum imminutum, ſeu patriæ charitate, ſeu ſoli fœcunditate, atque amænitate incolas alliciente; & poſt Romanos, alioſque Italiæ Dominos, Scaligeris etiam paruit, & Carrarienſibus. é quibus demum in Venetæ Reipublicæ fidem conceſſit, ejuſque indulgentiſſimo in ſinu conquieſcit. Clariſſimum evaſit ſequioribus ſæculis tum immaniſſimi Actiolini natalibus, atque tyrannide, qui in caſtro Romano Acelani territorii, unde illi, & familiæ de Romano cognomen, exortus infames reddidit ſua feritate Acelanos carceres, tum Catherinæ Corneliæ Viduæ, Jacobi de Luſignano Regis Cypri mitiſſimo Dominatu, qua Veneti Senatus munere Acelum

A tenente, opibus maximè crevit, & ædificiis. Non defuit tamen & veteri Acelo, communis illa nobilioribus locis, Epiſcopalis dignitas, ut colligere licet ex Othonis I. Imperatoris diplomate, Rozoni Tarviſino Epiſcopo anno æræ Chriſtianæ 969. conceſſo, & à nobis tom. 5. in Tarviſinis col. 501. relato, in quo hæc leguntur: *Offerimus ſanctæ Tarviſianenſis Eccleſie in honore beati petri apoſtolorum principis edificate in qua cozo Epiſcopus preeſſe videtur caſtrum de aſilo cum Eccleſia in honore beate virginis marie conſtructa, que olim caput Epiſcopatus ipſius loci & domus eſſe videbatur &c.* Hujus Eccleſiæ fundamenta jaciuſſe S. Proſdocimum Venetiæ Apoſtolum ab ipſis fidei incunabulis tradunt oppidani. Verum toties diruto à Barbaris Acelo, ac proinde deperditis eorum, qui Acelanæ Eccleſiæ præfuere, Epiſcoporum diptychis, nullum Epiſcopi Acelani ſuperfuit nomen, quod certam hujus antiquatæ ſedis fidem faceret.

I. AGNELLUS equidem, ſeu *Angelus de Acilio* B Matanenſi Schiſmaticorum conventui interfuit, an. 590 apud Paullum Diaconum rerum Longobard. lib. 3. in quo Severus, & collegæ in communionem recepti ſunt: verum pro *Acilio*, *Sacilio* legendum putant nonnulli, ac proinde Sacillanum Epiſcopum fuiſſe Agnellum dicunt Sigonius de Regno Italiæ lib. 1. & Palladius junior in hiſtoria Forojulienſi. Hic idem Agnellus præſens fuit alteri Conventiculo Maranenſi, vel circa finem anni 590. vel initio anni 591. celebrato, in quo ſtatuerunt Schiſmatici libellum ad Mauritium Imperatorem mittere, ut diximus in Aquilejenſibus.

II. ARTHEMIUS deinde dicitur ex hac Cathedra ſediſſe in Concilio Nationali Mantuano an. 826. in cauſa Aquilejenſis, & Gradenſis Eccleſiarum celebrato. Citantur ejuſdem Concilii acta, quæ Romæ ajunt ſervari inter Mſſ. Patrum S. Mariæ in Vallicella ad n. 56 vol. c. & quorum initium tale exhibetur.

Regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto in perpe- C *tuum. Anno Pontificatus Ss. & univerſalis Papæ Eugenii quarto, & Imperantibus piiſſimis, catholicis, & Dei cultoribus Chlodoviſo, & Chlotaro Impp. anno ſeptimo decimo per Indictionem quintam octavo Idus Junii ſecundum Dei gratiam, & ſanctionem eorum congregata ſynodus, in qua adfuerunt vir venerabilis, & ſanctiſſimus Benedictus Epiſcopus, & Leo Reverendiſſimus Diaconus Bibliothecarius Legati videlicet S. R. E. habentes locum Beatiſſimi Papæ Eugenii, Sichardus Palatinus presbyter, & vir ſpectabilis Theoto à præfatis Auguſtis directi, Petronaſque Ravennatis Reverendiſſimus Archiepiſcopus, atque Angelpertus ſanctiſſimus Mediolanenſis Archiepiſcopus. Provinciæ Æmiliæ Andreas Ferrarienſis Epiſcopus, Leo Faventinus Epiſcopus, Vitalis Comaclenſis Epiſcopus, Chriſtophorus Bono-*

nenſis Epiſcopus, Nordcbertas Regienſis Epiſcopus, Lompertus Parmenſis Epiſcopus, Georgius Diaconus, Honeſtus Diaconus, Deusdedit Diaconus, Romanus Diaconus, alius Romanus Diaconus, Dominicus Diaconus. Liguriæ Provinciæ Autonius Vercellenſis Epiſcopus, Rambertus Brixianenſis Epiſcopus, Erimpertus Laudenſis, Syneptus Cremonenſis Epiſcopus. Venetæ Provinciæ, Rattoldus Veronenſis Epiſcopus, Lajulfus Mantuanenſis Epiſcopus, Franco Viaceatinenſis Epiſcopus, Dominicus Patavenſis Epiſcopus, Adeodatus Tarviſianus Epiſcopus, Emmo Cenetenſis Epiſcopus, Othelbertus Bellunenſis Epiſcopus, Anſelmus Concordienſis Epiſcopus, Auratas Feltrenſis Epiſcopus, Arthemius Azolenſis Epiſcopus, Andreas Archidiaconus agens vicem Hemberti Tridentini Epiſcopi. Reſidentibus igitur in hac ſynodo Reverendiſſimis Epiſcopis, adſtantibus Diaconibus, & cætero Clero, veniens vir ſanctiſſimus Maxentius Aquilejenſis Patriarcha precum libellos pro diſperſione ſuæ Aquilejenſis Eccleſiæ obtulit, ut ſuæ provinciæ Eccleſiæ, quas Barbarorum incurſus à ſua Matrice ſegregaverat, authoritate Canonum jam pacis tempore pertinere mereretur ad propria. Verum cum acta integra hujus Concilii ex citato Codice per eruditiſſimum virum deſcribi curaverim, omni adhibita diligentia incaſſum quæſita ſunt in codicibus Bibliothecæ Vallicellanæ. Profert etiam Ughellus tom. 1. in Mantuanis col. 860. Epiſcoporum nomina, qui huic Concilio interfuiſſe dicuntur. ſed nullus ibi apparet recenſitus Azolenſis Arthemius, adeoque commentitius Antiſtes à partium minime ſtudioſis haberi facile poſſe videatur. Cæterum ex notis chronicis ſupra allatis coactum eſſet hoc Concilium anno Chriſti 827. in cujus Junium menſem incidit Indictio V. & annus Eugenii Papæ II. quartus inchoarut: at non concordant anni Imperii Ludovici, & Lotharii Imperatorum.

Porrò floret in præſens hoc Marchiæ Tarviſinæ oppidum, tum populi frequentia, tum virorum nobilitate, & eruditione illuſtrium domicilio conſpicuum. Adeſt inibi perantiqua Collegiata Eccleſia, Jeſu Chriſti Matri ſemper Virgini dicata, in qua divinum penſum perſolvunt Præpoſitus, & ſacriſta, qui univerſam animarum, quæ ad hanc Eccleſiam attinent, exercent curam, octo Canonici, Ceræmoniarum Magiſter, decem Manſionarii, aliique ſacerdotes, & Clerici. Præter collegiatam verò viſuntur complures aliæ ſacræ ædes, & oratoria, unum Virginum Monaſterium, ac extra mœnia tria Regularium cœnobia, videlicet Minorum Conventualium, Minorum ſtrictioris Obſervantiæ, & Capuccinorum. Neque deſunt multæ laicorum confraternitates, & mons Pietatis. Præpoſiti vero, quos huic Eccleſiæ præfuiſſe certa habetur memoria, ſequentes ſunt, nobis ab erudito viro perhumaniter indicati.

1. *Lucas* Præpoſitus, quo anno incertum.
2. *Petrus* an. 1349.
3. *Henricus* 1406.
4. *Philippus* Baleſtarius Venetus ab an. 1410. ad 1420.
5. *Sanctus* à Peruſia 1423. & 1432.
6. *Angelus* de Ronca de Alano 1443.
7. *Andreas* de Comitibus Venetus ab an. 1451. ad 1463.
8 *Angelus* à Motta Aſylianus diutiſſime vixit.
9. *Franciſcus* Morandus Aſylianus an. 1502.
10. *Andreas* Cornelius Venetus 1508.
11. M. Morandus, Aſylianus, Comes Palatinus 1528 & 1534.
12. *Aloyſius* de Armano, Venetus, 1543.
13. *Marinus* Paruta, Patritius Venetus, 1552. ad 1557.
14. *Carolus* Franchinus 1558.
15. *Paulus* Scandiucius Aſylianus 1582.
16. *Rochus* Scandiucius, Pauli nepos, J. U. D. 1614.
17. *Jo. Baptiſta* Candidus de Aviano, Sacræ Theologiæ Doctor. 1621.
18. *Marcus* Beltramenus, Aſylianus, S. Theologiæ Doctor reſignavit an. 1651. anteceſſori ſuo Jo. Baptiſtæ Candido, cum ad Theologalem Cathedralis Patavinæ Canonicatum migraſſet.
19. *Angelus* Paſinus, Aſylianus, obiit an. 1684.
20. *Antonius* Chieza, ortus Rhetimi in Creta, Abbas, J. U. & ſacræ Theologiæ Doctor 1684.
21. *Mauritius* Beltramenus Aſylianus 1688.
22. *Cajetanus* de Noris, Tarviſinus, J. U. & S. Theologiæ Doctor 1707.
23 *Franciſcus* de Fabris, S. Theologiæ Doctor, de Colle Muſonis, an. 1715. electus.

ACROPOLITANUS

EPISCOPATUS.

ACROPOLIS urbs fuit Lucaniæ litoralis, inter Pæſtum, & Veliam ſita, ab oſtio Silaris amnis 12. mil. paſſus diſtans. Poſt orbis reparatam ſalutem videtur condita, vel ſaltem in civitatis formam redacta, cum nulla ejus apud veteres Scriptores reperiatur mentio. Græcæ tamen fuiſſe originis, ut hoc tractu pleraque, ipſum indicat nomen. Extat adhuc ejus loco parvum oppidum, vulgò *Agropoli*, quod veterem Poſſidoniam, ſeù Pæſtum fuiſſe perperam autumat Pontanus; & à quo ſinus, cui imminet, Agropolitanus appellatur. Proprios autem habuiſſe ſacrorum Antiſtites Gregorii Magn. temporibus, evincit ejuſdem Pontificis Epiſtola 42. lib 2. Indictione 10. editionis Monachorum S. Mauri anno videlicet Chriſti 592. conſcripta, qua I. FELICI Acropolitano Epiſcopo viſitationem Velinæ, Blandanæ, & Buxentinæ Eccleſiarum in Lucania præcipit in hunc modum.

Gregorius Felici Epiſcopo de Acropoli.

Quoniam Velina, Buxentina, & Blandana Eccleſiæ, quæ tibi in vicinio ſunt conſtitutæ, ſacerdotis noſcuntur vacare regimine; propterea fraternitati tuæ earum ſolemniter operam viſitationis injungimus; illud præ omnibus commonentes, ut ubi præfatarum Eccleſiarum, ſive diæceſtos earum vel Diaconi, ſive religioſæ perſonæ inventæ fuerint, diſtrictè, canoniceque ut vivant, modis omnibus admonere ſtudebis. Nec paſſimetis in qualibet re ſit excedendi licentia, ſed tuo moderamine atque proviſione inculpabiliter in qua ſunt Converſatione, vel habitu perſeverent: ſciturus, ſi quid ſecus acceſſerit, tuo neglectui modis omnibus imputari. Presbyteros quoque, vel Diacones, ſi in aliquibus Eccleſiis prævideris ordinandos, ſi tales perſonæ fuerint, quæ à canonicis regulis moram, vel vitæ qualitate nullo modo reprobentur, habebis per omnia ordinandi licentiam. Miniſterium verò earundem Eccleſiarum ubi ſiat recondita, ſollicita indagatione perquire: quibus repertis, ad noſtram notionem perducere feſtinato, ut cognoſcentes quid faciendum ſit, adjutore Domino, diſponamus.

Hinc arguit Carolus à S. Paulo in Geographia ſacra hanc ſedem, ſicut & reliquas Campaniæ, Lucaniæ, Brutiæ, Calabriæ, Apuliæ, & Corſicæ nullum agnoviſſe ſuperiorem præter Romanum Pontificem. Oppidum nunc eſt diæceſis Caputaquenſis, ac ejus Epiſcopalis antiquatæ ſedis meminit Ughellus noſter tom. 7. col. 2. & 4.

ÆCANENSIS EPISCOPATUS.

AD radices Apennini montis in Apulia Daunia inter Luceriam, & Venuſiam antiquiſſima fuit urbs ÆCÆ, ſeu, ut mavult Ferrarius in Lexico, abſque diphtongo *Ecæ*, a Plinio, qui lib. 3. cap. 11. Æcanam civitatem, Polybio, ubi *Aiγαι* pro *Αικαι* editur, ac antiquis Itinerariis commemorata. Conditam ferunt a Malentio Salentinorum rege, ac in honorem Æcananiæ uxoris ſic appellatam. Eam confundit Ortelius cum Æqua Campaniæ urbe longè diverſa, de qua mox verba faciemus. Oppidani Plinio ſunt Æcani, & ita ſunt in inſcriptione antiqua apud Cluverium, quæ hæc exhibet verba.

CUR. REIP. AECANORUM.

Diu poſt reparatum orbem adhuc floruiſſe ex eo facilè conjici poteſt, quod ad ſæculum uſque Chriſti ſextum proprios habuerit Antiſtites, qui ejus ſacra moderarentur. Cum autem deinceps Barbarorum incurſu deleta omninò conciderit, ex ejus ruinis tandem emerſit decimo jam excurrente Chriſtiano ſæculo temporibus Conſtantini, & Baſilii Imperatorum nobilis ac opulenta civitas *Troja*, ut ex membranaceo tranſcripto a noſtro Ughello, & relato tom. 1. col. 1334. Hinc colligitur falſo putaſſe Cluverium in Italia antiqua Æcas veteres nunc *Accadiam* vocari, vicum prope oppidum S. Agathæ. Trojanorum Antiſtitum, qui Æcanenſibus ſucceſſere, deduxit ſeriem Ughellus loco citato: nos veteres Æcanenſes, quos reperire potuimus, hic proferimus

I. S. ELEUTHERIUS Eugenii viri conſularis, ac Antiæ invictæ Chriſti martyris filius, circa Chriſti annum 70. natus, cum in ſacris litteris ac pietate valde proficeret, in clerum adſcriptus, Diaconus primum, mox presbyter, demum Æcanenſis Epiſcopus creatus eſt. Quo in munere cum ferventi zelo tuendæ, propagandæque fidei, ac ſubſequenti miraculorum gratia maximè coruſcaret, innotuit Gentilibus delatoribus ac Adriano Imperatori, qui eum Romam pertrahendum curavit, ubi poſt varia incaſſum tentata mortis genera, tandem capite pleƈus una cum matre glorioſi certaminis curſum feliciter conſumavit, quinquagenario major. De eo late Papebrochius in Actis Sanctorum Aprilis tom. 2. pag. 528. & ſequentibus: ubi etiam conjicit Dynamium Epiſcopum, cui erudiendus dicitur in Actis traditus puer Eleutherius, fuiſſe Æcanenſem pariter Epiſcopum. Res eſt perobſcura, & majori quam ſimplicis conjecturæ luce illuſtranda.

II. S. SECUNDINUS Æcæ Epiſcopus fuit, cujus corpus ſæculo Chriſti undecimo, cum novæ urbis Trojæ Baſilicæ fundamentum foderetur, magna populi lætitia, repertum eſt in ſepulchro marmoreo, in quo inciſa legebatur ſequens inſcriptio.

Hic requieſcit ſanctus, ac venerabilis Secundinus Epiſcopus, qui ſanctorum fabricas renovavit, raptus in requiem tertio idus Februarii.

Hujus inventionis hiſtoriam a Guaiferio Caſinenſi Monacho conſcriptam primus edidit Ughellus noſter tom. 1. col. 1336. tum Henſchenius in Actis Sanctorum Februarii tom. 2. pag 529. ubi de S. Secundino agit. Quo autem tempore vixerit hic Sanctus Epiſcopus fatetur ſe ignorare Ughellus loco citato: verum Bollandus ſuſpicatur hunc illum fuiſſe Secundinum, qui cum Caſtrenſi, aliiſque ſociis in perſecutione Wandalica ob fidem Catholicam vetuſtæ navi impoſitus, ex Africa ad Campaniæ littora pervenerit, de quibus fit mentio in Martyrol. Rom. ipſis Kalendis Septembris. Quod cum evenerit anno 438. vel 439. medio ſæculo Chriſti quinto in Æcana Eccleſia floruiſſe cenſendus eſt.

III. MARTIANUS Æcanenſis Epiſcopus deſcribitur in Romano Symmachi Concilio an. 501. celebrato.

ÆCULANENSIS, SEU QUINTODECIMANUS EPISCOPATUS.

ÆCULANUM, ſive *Æclanum* antiqua fuit Hirpinorum, ſeu potius Campaniæ urbs, Ciceroni, Ptolomæo, Plinio, Appiano, aliiſque memorata, diſtans Benevento ex Itinerario Antonini quindecim paſſuum millia. Cluverio, aliiſque, quos ſequitur Ughellus noſter tomo octavo in Frequentinis col. 284. nunc eſt Frequentum, vulgo *Fricento*; ſed eos jure optimo redarguit Holſtenius citati Itinerarii auctoritate: Frequentum ſiquidem cum Benevento diſtet 17. paſſuum millia nequit eſſe antiquum illud Æculanum, à Benevento XV. tantum paſſuum millia diſſitum. Extitit igitur Æculanum in Frequenti territorio prope Mirabellam, ubi etiamnum antiquorum mœnium ruinæ viſuntur, in quibus nobiles ſtatuæ repertæ ſunt, & a Prorege Neapolitano in Hiſpanias tranſmiſſæ. Poſteriori ævo ea ejus a Benevento diſtantia Quintodecimum fuit appellatum, ac poſtea a Conſtantino Græcorum Imperatore funditus everſum an. Chriſti 669. ſed deinde reſtauratum ad ſæculum ſaltem undecimum Epiſcopalis dignitatis decorem ſuſtinuit. Nam Quintodecimi Epiſcopatus mentionem faciunt Bullæ Pontificum Joannis XIII. Landulpho, Joannis XIV. Aloni, Gregorii V. Alphano, ac Leonis IX. Udalrico Archiepiſcopis Beneventanis tranſmiſſæ annis 969. 984. 998. & 1053. ab Ughelio tom. 8. in Beneventanis deſcriptæ. Verum ne unius quidem Quintodecimani Epiſcopi ad nos pervenit memoria, cum aliàs ex antiquioribus unicum tantum Æculanenſis Præſulis nomen ſuperfuerit, & illud quidem ſatis dubium. Siquidem varie diſcrepant Auctores in aſſignando Laurentii Pelagianorum Anteſignani Epiſcopatu. Gennadius in editis codicibus *Capuanum* Epiſcopum dicit, eamque ſententiam Baronius amplexus eſt, & Ughellus noſter tom. 6. in Capuanis, quibus illum adcenſet, col. 302. Gelaſius in decreto de libris apocryphis, & Beda præfatione in Cantica *Celanenſem* eumdem faciunt; *Eclanenſem* Petrus Diaconus in fine libri de Incarnatione & gratia; Holſtenius, ac Roſweydus, is in notis ad Paulii carmen XXII. alias XIV. ille in notis ad Italiam Cluverii *Celennenſem* in Campania Julianum pronunciant. Nonnulli ex Proſperi depravato Chronico *Atteltanſem* fuiſſe contendunt. Denique Voſſius lib. 1. hiſt. Pelag. cap. 6. *Heracleenſem*, vel *Atteleaſem* ſuſpicatur. Verum Mercator, qui nec ignorare potuit Epiſcopatus ejus locum, nec minorem quam quislibet alius meretur fidem, Eclanenſem Epiſcopum pronunciat, ſimulq; litem dirimit. Nam in refutatione Symboli Theodori Mopſueſte-

ni ait: *ſimul admonere volens Julianum ex Epiſcopo oppidi Eclanenſis hæreticum Pelagianum, ſeu Cæleſtianum* &c. & in præfatione in Tractatus Neſtorii adverſus hæreſim Pelagianam: *Julianum ex Epiſcopo Eclanenſi cum participibus ſuis hujus hæreſis ſignïferum & anteſignanum, olim ab Apoſtolica ſententia exauctoratum, atque depoſitum, in amicitiam interim cenſuit ſuſcipiendum*. Habet autem Mercator conſentientem reipſa Proſperum, in cujus melioribus Mſſ. legitur, *Eclanenſis*, non vero *Attelenſis*, ut notant Scaliger, & Pontacus. Codices Gelaſii, Bedæ, Petri Diaconi corrupti ſunt unius litteræ depravatione, vel conjunctione. Etenim in voce *Celanenſis* e per imperitiam Amanuenſium poſt c ponitur, quam litteram ſi præponas, *Eclanenſem* leges; in codice vero Petri Diaconi, ubi *Edanenſis* appellatur, littera *d* dividenda in *cl*, quæ perperam junctæ errorem continent. Denique in Codicibus melioribus Gennadii teſte Peregrino Julianus Epiſcopus non Capuanus, ſed *Campanus* aſſeritur, ſicut etiam a Beda, ac Trithemio: Eculanum verò fuit oppidum Campaniæ. Atque ex his ſatis apparet ex communi veterum ſententia Julianum Æculanenſem Epiſcopum fuiſſe, ut erudite, ac ſolide deducit Eminentiſſ. Noriſius in hiſt. Pelag. lib. 1. cap. 18. & ex eo Pagius in Critica Baronii ad an. 419. n. 8. ex quibus prælata deſcripſimus. Idem ſentiunt Garnerius in diſſert. 1. cap. 6. quæ habetur in principio Operum Mercatoris, Monachi Benedictini S. Mauri ad S. Auguſtini operum tomum decimum, aliique recentiores, quos non hæſitantes ſequimur. Sit igitur Æculanenſis Epiſcopus.

I. JULIANUS linguarum peritia, ingenii acumine, orationis elegantia, librorum copia, & concepta præſertim contra D. Auguſtinum rabie percelebris. Fuit is Memoris, Capuani deinde Epiſcopi, ac Julianæ nobiliſſimæ matronæ filius. Adoleſcens Latinis juxta ac Græcis literis operam dedit, eratque clericus inter Lectores adnumeratus, cum uxorem duxit virginem conſularem Iam Æmilii viri illuſtris, poſtea Epiſcopi Beneventani filiam. Celebres ſanè evaſere Juliani nuptiæ ob Epithalamium, quod illarum occaſione cecinit S. Paulinus Epiſcopus Nolanus, patris ac filii amicus. Soluto deinde vel per mortem Iæ, vel mutuo conjugum conſenſu matrimonio, Julianus inter Diaconos cooptatus eſt, ac poſtea ab Innocentio Papa, adhuc juvenis, Epiſcopus Æculanenſis conſecratus. Tunc ſæcularium litterarum inflatus ſuperbia, ac juvenili temeritate impulſus Pelagianam amplexus eſt hæreſim, & Pelagio, & Cœleſtio a Zozimo, Honorioque proſcriptis ſummam Palagiani belli in ſe ipſe ſuſcepit, deſperatiſque ſuorum rebus opem laturus in arenam deſcendit D. Auguſtinum Cominùs editis in ejus prius volumen de nuptiis, & concupiſcentia quatuor libris aggreſſus. Exauctoratus, ac ex Italia pulſus in Ciliciam ad Theodorum Mopſueſtenum Pelagianæ hæreſis parentem navigavit, ubi alios octo in alterum D. Auguſtini volumen de nuptiis & concupiſcentia libros maximo argumentorum apparatu, & orationis elegantia conſcripſit. Conſtantinopolim profectus ibi ſe Neſtorio conjunxit quem an. 431. ſequutus eſt Epheſum ad Conciliabulum. Anno 439. Romam rediit, ut a Sixto III. in communionem reciperetur; repulſus tamen fuit, & a Leone tandem Sixti ſucceſſore omnino contuſus. Quando obierit, incertum. Vivebat adhuc anno 444. & ex Gennadio, qui docet, Julianum deceſſiſſe Valentiniano Conſtantii filio imperante, defunctum comperimus ante an. 455. quo Valentinianus interemptus eſt. Cave autem Petri de Natalibus ſpiſſiſſimum errorem, qui Julianum hunc inter ſanctos Confeſſores recenſet lib. 3. cap. 38. Catalogi Sanctorum.

Cæterum decreſcente in dies Quintodecimo, ac jam impari Epiſcopalis dignitatis, Quintodecimana Sedes Frequentum tranſlata eſt.

ÆQUENSIS

EPISCOPATUS.

MEdio Surrentum inter, & Stabias itinere in Campania, nunc *Terra di Lavoro*, jacuit olim in montibus, quibus etiam nomen indidit, antiqua urbs ÆQUA, vel, ut aliis placet, ÆQUANA, nominis affinitate cum Æcana urbe longe diverſa ab Abrahamo Ortelio confuſa. De Æquanis jugis Silius lib. 5.

> ———— *& felicia Bacchi*
> *Æquana, & zephyro Surrentum molle ſalubri.*

Ejus ſinus ad voluptatem, & animi tranquillitatem à natura conditus, à proceribus, & priſcis Romanis Imperatoribus habitatus fuit, ut vetera adhuc ædificia, & monumenta docent. Cum Gothorum ſævitie vaſtata, ac penè diruta fuiſſet, Carolus II. Rex, qui eo ſitu plurimum delectabatur, novam ibi civitatem excitavit circa an. 1300. quæ *Vicus* dicta eſt, & ab antiquata Æqua *Vicus Æquenſis*, vulgò, *Vico di Sorrento*. Templum item maximum, & parochia ab Æqua ad novam civitatem Vicanam tranſlatæ ſunt eodem rege Carolo conditore, quo deprecante, ut illuc, vel transferretur, vel de novo inſtitueretur Epiſcopalis ſedes, Bonifacius VIII. clementer annuit, & novæ civitati Epiſcopum addidit an. 1300. vel circiter. De Viciæquenſibus Epiſcopis agit Ughellus tom. 6. col. 630. ubi etiam antiquatæ urbis meminit. Vetuſtam autem Æquam fuiſſe pariter Epiſcopali dignitate ornatam fas eſt dicere, cum in monumentis ejus reperiatur

I. BARTHOLOMÆUS Æquenſis Epiſcopus anno 1294. cujus iterum occurrit memoria an. 1297. Sed & Joannes Ruſali erat Æquenſis Eccleſiæ Archidiaconus, cum à Ravellenſi Capitulo electus fuit Ravellenſis Antiſtes an. 1286.

ALTINENSIS

EPISCOPATUS.

ALTINUM, urbs perantiqua, & celebris, æquo fere Patavium inter, & Concordiam intervallo in intimo Hadriatici ſinus receſſu poſita extulit muros haud procul Silis fluminis oſtio ad ejus ſiniſtram ripam. Illius meminere ex antiquis ſcriptoribus plerique, præcipuè verò Strabo, Ptolomæus, Tacitus, Mela, Plinius, & Romana Itineraria. Romanorum fuiſſe Municipium teſtatur Vitruvius lib. 1. cap. 4. ubi ait: *Exemplar autem hujus rei Gallicæ paludes poſſunt eſſe, quæ circa Altinum, Ravennam, Aquilejam, aliaque, quæ in ejuſmodi locis municipia ſunt, proxima paludibus*. De ſplendidis Altinatium villis, atque prætoriis hæc habet Caſſiodorus Variar. lib. 12. epiſt. 22. *Prætoria, longe, lateque lucentia in margaritarum ſpeciem putes eſſe diſpoſita, ut hinc appareat, qualia fuerint illius provinciæ majorum judicia, quam tantis fabricis conſtet eſſe ornatam*: & Martialis de Altini litoribus ſcripſit viceſimum quintum epigramma libri quarti.

> *Æmula Bajanis Altini litora villis,*
> *Et Phaetontei conſcia ſylva rogi;*

Quæque Antenoreo Dryadum pulcherrima Fauno
Nupſit & ad Euganeos ſola puella lacus;
Et tu Ledæo felix Aquileja Timavo,
Hic ubi ſeptenas Cyllarus hauſit aquas:
Vos eritis noſtræ portus, requieſque ſenectæ,
Si juris fuerint otia noſtra ſui.

Altinatis agri lanam celebrat idem Martialis lib. 4. epigr. 155.

Velleribus primis Apulia, Parma ſecundis
Nobilis; Altinum tertia laudat ovis.

Non longe autem ab Altino, dum Aquileja Romam pergere properaret, apoplexia correptus animam in rheda efflavit L. Verus Imperator, ut narrat in ejus vita Julius Capitolinus cap. 9. At cum Attila Hunnorum rex barbarico furore inſaniret, ſummaque ſuccinctus potentia extremam Romano Imperio minaretur ruinam, Altinum etiam ferro, flammaque an. 452. abſumpſit, quod idem præſtitit Alboinus Longobardorum rex an. 568. adeo ut præclaræ urbis vix aliquod modò ſuperſit veſtigium. Religionem coluit Altinum eadem ſorte, qua ceteræ ſuffraganeæ Aquilejæ ſedes; quare & ejus Epiſcopatus ab Apoſtolorum diſcipulis provenisse cenſendus eſt. An autem ſedes hæc Epiſcopalis ſtatim deſerit post excidium ab Attila Altino illatum, ac a profugis Altinatibus in novam à ſe conditam urbem Torcellum fuerit translata, affirmat Ughellus, cum de ſtatu Patriarchatus Aquilejenſis proloquitur tom. 5. col. 8. Ubi autem de Torcellana ſede agit, hujus exordia rejicit in an. 635. & contigiſſe inquit, cum Rotharis Longobardorum rex octo Romanorum millia ad Scultennam cecidiſſet. Tunc enim plerique Venetiæ populi ejus metu ad æſtuaria ſe receperint, & Paulus Altinas Epiſcopus Torcellum ſedem ſuam tranſtulerit, rem probante Severino Pontifice Romano. Verum cenſeo ego ea Attilæ irruptione Torcellum quidem cum ceteris ſe recepiſſe Epiſcopum, ſed detumeſcente procella cum potiore gregis ſui parte ad propria remeaſſe: rurſum autem nova clade ab Alboino ſupervenient iterum confugiſſe Torcellum, non ideò tamen ab eo deſertum fuiſſe Altinenſe ſolum, quod ibi quandoque non moraretur. Supererant adhuc poſt Alboinum Altini veſtigia; aliqua ſuperſtes erat ſacra moles, & Altinenſis Synodus a Paulino Aquilejenſi Patriarcha celebrata fuit an. 802. in cauſa illatæ necis Gradenſi Patriarchæ Joanni. Sed deficiente in dies ob paucitatem, & incuriam civium deſolatam urbem reficere negligentium reliqua civitate aſſerendum puto Epiſcopum Altini omnino conſediſſe in Torcellana Civitate, & eo Altini ſuppreſſo à ſede Apoſtolica Torcellani titulum obtinuiſſe. Porrò Epiſcopi, qui in hac ſede floruere, ſequentes nobis innotuerunt.

I. S. HELIODORUS, doctrina, & ſpiritu Dei plenus, ad quem extant D. Hieronymi Epiſtolæ, in Concilio Aquilejenſi an. 381. conjunctis viribus cum S. Ambroſio adverſus Arrianos decertavit, ejuſque natalis ex Romano Martyrologio agitur die 3. Julii. De eo hæc ſcribit Dandulus in Chronico. *Heliodorus Altinatis Eccleſiæ nunc factus Epiſcopus expulſa Arriana perfidia verum, & fidelem populum Deo acquiſivit. Fuit familiaris Chromatii Aquilejenſis Epiſcopi, & D. Hieronymi, cum quo Hieroſolymæ diutius moratus eſt, & diutius ſtetiſſet, niſi populo de reddito ſuo fidem dediſſet: & rediens S. Jacobi Apoſtoli brachium ſecum detulit, & honorificè acceptus plures poſtea exhortatorias epiſtolas de contemnendo ſæculo ab Hieronymo ſuſcepit.* Inferiùs verò ejus vitæ extrema ita enarrat. *Hoc tempore* (anno circiter 407.) *Heliodorus Epiſcopus Altinas S. Hieronymi ſuaſione eremiticam vitam eligens, clero, & populo ſuo ſuaſit, ut Ambroſium curæ paſtorali ſatis utilem ſibi ſucceſſorem eligerent, & ei ſuæ civitatis futurum prædixit exitium: quo facto ad inſulam maris pervenit, in qua degebat vir* A *ſanctus Marcellianus, & cum eo eremiticam vitam ducere decrevit. Cum igitur pariter piis operibus inhærerent, S. Marcellianus eodem anno die verò 5. Junii feliciter obiit, ibique ſepelitur, à quo eadem inſula Marcelliana vocata eſt. Heliodorus autem ſolus perſeverans à B. Hieronymo epiſtolis perſuaſus aliqualiter reprehenſus eſt, quod juxta patriam ſuam vivere decreviſſet. Poſt aliquod verò tempus S. Heliodorus ſenio jam confectus ſpiritum Deo reddidit, quem Ambroſius Epiſcopus cum clero, & populo ſuæ urbis juxta S. Marcellianum dignè ſepelivit, quod denique tranſlata Altinenſi ſede in Torcellum deductum eſt.* S. Heliodori diſcipulus fuit S. Liberalis, civis Altinas abſtinentia, & charitate conſpicuus, de quo Henſchenius in Actis SS. Aprilis tom. 3. pag. 489. Ejus verò è ſorore nepos fuit S. Nepotianus, Altinenſis Cathedralis Eccleſiæ presbyter, cui S. Hieronymus inſcripſit Epiſtolam ſecundam de vita clericorum, & Sacerdotum, atque defuncto nobili parentavit epitaphio ad Heliodorum avuncu- B lum miſſo.

II. AMBROSIUS in eremum abeunti S. Heliodoro ſucceſſor datus eſt circa annum 407.

III. HILARIUS ann. 421. interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Jacobi de Rivoalto una cum Severiano Patavino, Jucundo Tarviſino, & Epodio Opitergino Epiſcopis.

Poſt Hilarium *Theoneſtum* in Altinati Cathedra locant nonnulli, inter quos Ughellus tom. 5. col. 8. qui pro fide Catholica martyr ab Arrianis peremptus eſt an. 425. de quo item Martyrologium Romanum ad diem 30. Octobris. Verum ut certum eſt S. Theoneſtum Altini martyrii palmam adeptum, ita certum eſt Altinatem Epiſcopum non fuiſſe. De eo hæc ſcribit noſter Dandulus in Chronico lib. 4. cap. 14. par. 1. *Theoneſtus fidei pugil à Philippenſibus expulſus cum diſcipulis ſuis Urſo, Albano, Tabra, & Tabrata. Peregrinans Urſus in Auguſta Rhætiæ, & Albanus Maguntiæ martyrizati ſunt. Theoneſtus verò cum reliquis in Altinum urbem veniens, ab Ar-* C *rianis ſupra pontem marmoreum tranſeuntem rivulum Sileris decollati ſunt, quorum corpora ſub Primogenio Patriarcha Paulus Epiſcopus in Torcellum deduxit; ſed aliqua pars in Monaſterio S. Laurentii diœceſis Caſtellanæ nunc requieſcit.* E quibus conſtat Græcum fuiſſe Theoneſtum, ut etiam indicat nomen, & Philippenſium Epiſcopum. De eo item Natalis in Catalogo Sanctorum lib. 10. cap. 97. & Ferrarius ad diem 22. Novemb.

IV. SEPTIMIUS, Catholicæ religionis ſtrenuus defenſor, Pelagianorumque ſeverus inſecutor, fulgebat in hoc throno an. 447. quo cum videret in Veneta provincia plurimos Clericos in ſpeciem tantum damnatis erroribus Pelagianis, in Catholicorum conſortium receptos, hæreſim clanculum ſectantare, S. Leonem Pontificem hac de re per literas certiorem fecit, a quo ſequentem epiſtolam accepit, quam utpote ferventis Septimii zeli teſtem libenter exhibemus.

Lectis fraternitatis tuæ litteris vigorem fidei tuæ, quem olim noveramus, agnovimus, congratulantes D *tibi, quod ad cuſtodiam gregum Chriſti paſtoralem curam vigilanter exequeris, ne lupi, qui ſub ſpecie ovium ſubintraverant, beſtiali ſævitia ſimplices quoſque dilacerent, & non ſolum ipſi nulla correctione proficiant, ſed etiam ea, quæ ſunt ſana, corrumpant. Quod ne viperea poſſit obtinere fallacia, ad Metropolitanum Epiſcopum Provinciæ Venetiæ ſcripta direximus: quibus ad ſtatus ſui periculum cognoſceret pertinere, ſi quiſquam de Pelagianorum, & Cæleſtianorum conſortio veniens in communione Catholica ſine profeſſione legitima ſatisfactionis habeatur. Saluberrimum enim eſt, & ſpiritalis medicinæ utilitate pleniſſimum, ut ſive Presbyteri, ſive Diaconi, ſive alii cujaslibet ordinis Clerici, qui ſe correctos videri volunt, errorem ſuum, & ipſos erroris auctores damnari a ſe ſine ambiguitate fateantur, ut ſenſibus pravis & dudum peremptis, nulla ſperandi ſuperſit occaſio, nec ullum membrum Ec-*

cleſiæ talium poſſit ſocietate violari, cum per omnia illis profeſſio propria cœperit obviare; circa quos etiam illam canonum conſtitutionem præcipimus cuſtodiri, ne ab his Eccleſiis, ad quas proprie pertineat, ſinatur abſcedere, & pro ſuo arbitrio ad loca ſibi non deputata tranſire. Quod cum rectè non permittatur inculpatis, multò minus debeat licere ſuſpectis. Proinde Dilectio tua, cujus devotione gaudemus, jungat curam ſuam diſpoſitionibus noſtris, & tam ſupradicto Metropolitano det operam, ut circumſpectè, ac velociter impleantur ea, quæ ad totius Eccleſiæ incolumitatem & laudabiliter ſunt ſuggeſta, & ſalubriter ordinata.

Hanc Epiſtolam, inter cæteras Magni Leonis editam, refellit ut ſuppoſititiam Queſnelius in notis ad eam, defendit verò ut genuinam Antelmius in Differt. 11. de operibus S. Leonis, & Proſperi.

V. PETRUS in ea veſania, qua recruduit ſchiſma contra Symmachum Romanum Pontificem, cum ſchiſmatici contra Canonum ſtatuta poſtulaſſent à Theodorico Italiæ rege, ut Viſitatorem daret ſedi Apoſtolicæ, deſignatus eſt Viſitator, de quo Baronius ad ann. 499. & 500. cum revera id eveniſſe nonniſi anno 503. doceat Pagius, quem tamen Romana Eccleſia nec excepit, & in eum damnationis cenſuras vibravit. Ejus memoria habetur circa an. 500. in Tractatu Hugonis Floriacenſis apud Baluzium Miſcel. tom. 4. p. 58.

VI. PETRUS alter Sanctæ Eccleſiæ Altinatis Epiſcopus interfuit, ſubſcripſitque Synodo Gradenſi ſub Helia celebratæ anno 579.

VII PAULUS, qui primus dicitur ſediſſe apud Torcellum titulo Torcellani aſſumpto, Altinatis tamen Epiſcopi nomine reperitur ſubſcriptus an. 679. Epiſtolæ Agathonis relatæ in Concilio Conſtantinopolitano an. 680. Vide quæ adnotavimus in Torcellanis tom. 5. col. 1364.

AMANTHEANUS

EPISCOPATUS.

AMANTHEA, ſeù *Manthea* urbs eſt litoralis Brutiorum, ſeù Calabriæ citerioris, altero à Bellomonte milliario, ſexdecim à Conſentia diſtans, ſic dicta, ut fabulantur, à Nympha ejus nominis per arenam currente, loci natura munita, quam Oliva fluvius allabitur. Nepetiam (fortaſsè ſcribere voluit Lametiam) antea fuiſſe appellatam tradit Maraffiotus, & ab ea Tyrrhenum mare, quod hæc alluit litora, Napetinum (ſeù potius Lametinum) ſinum. Verum ſinus Lametinus, volgò nunc *Golfo di S. Eufemia* ab Amanthea longè diſtat, ut hæc eſſe potuerit Lametia. Clampetia igitur eſt Cluverio, Melæ, ac Plinio memorata, inter Cerillos olim, & Tempſam ſita. Amantheam confundunt Baudrandus in Icaico, & Brietius in parallelis geographicis cum Adamantia, ſeù potius Adamantio, vulgo *Diamante*, oppido ab Amanthea quadrageſimo circiter lapide in eodem litore diſſito ſub ditione Principis Belvederii nobiliſſimæ Carrafæ gentis, & in cujus agro ſaccarum coploſè provenit. Amanthea regia urbs eſt, cumque totum propè Neapolitanum regnum Gallis occupantibus ſola immotam Aragoniis regibus fidem ſervaſſet, à Ferrando rege privilegium, ut nullo unquam tempore vel divendi, vel in feudum dari poſſet, obtinuit. Cæterum Epiſcopalem quondam in ea fuiſſe ſedem & Barrius teſtatur, & indigenæ affirmant. Verum totam Calabriam Saracenis ſæculo decimo vaſtantibus cum Amantheana pariter Eccleſia excidium paſſa eſſet, Tropejenſi poſtmodum adhæſit. Quamobrem aliquando, ut narrat Ughellus tom. 9. col. 449 in Romana curia dubitatum fuit, an Epiſcopus Tropejenſis Mantheanus quoque appellari deberet, & nihil reſolutum fuiſſe ſcribit liber Actorum Conſiſtorialium ſub Benedicto XII. qui extat Mſ. in Barberina Bibliotheca. Fertur tamen à Rege Neapolitano Mantheanis conceſſum fuiſſe, ut Epiſcopus Tropejenſis, & Mantheanenſis denominaretur. Amantheæ Epiſcopum fuiſſe tradunt.

I. B. JOSUAM, cujus ſacra lipſana in æde D. Bernardini ejuſdem urbis adhuc coluntur, ubi etiam requieſcit corpus B. Antonii Scocceti Ordinis Minorum, qui D. Franciſci Paulitani ævo floruit.

Viget autem impræſentiarum hæc urbs, in qua ſex parochiales habentur, duo virorum cœnobia, Laicorum ſodalitia quatuor, animæ fidelium circiter 2000.

AMITERNENSIS

EPISCOPATUS.

AMITERNUM, ævi medii ſcriptoribus *Amiternus*, haud procul fonte Aterni fluminis hodiè *Peſcara* nuncupati, ad ſiniſtram amnis ripam urbs quondam fuit ingens, & celebre emporium, ſic appellatum, ut Varroni de Lingua Latina lib. 3. placet, quia circa Aternum ejus cives habitarent. Cum autem trans Apenninum in Veſtinorum, ac Sabinorum confinio exurgeret, hinc deſumpta aliquibus ratio Veſtinis, aliis verò Sabinis Amiternum adjudicandi. Nos Cluverium Halicarnaſſæi, Strabonis, Plinii, aliorumque veterum ſcriptorum auctoritatibus inniaom ſecuti, urbem Sabinorum fuiſſe dicimus, eamque antiquiſſimam, ut ea citato Halicarnaſſæo colligitur, qui lib. 1. ait: *Liſta, caput Aboriginum, quam Sabini jam inde antiquis temporibus nocte ex Amiterna urbe profecti ex improviſo ceperant.* Utrum autem Sabini, cum ex his locis Aborigines, Pelagoſque expulerunt, tum primùm id oppidum conſtituerint, an verò jam antea ab Aboriginibus, & ante hos ab Umbris habitatum fuerit, incertum eſt. De Amiterno verba faciunt præter ſupra relatos Auctores Cato, Ptolomæus, Livius, Virgilius, tabulæ itinerariæ, aliique veteres ſcriptores. Amiternum agrum, ejuſque napos celebrat Martialis in Apophoretis.

Nos Amiternus ager felicibus educat hortis;
Nurſinas poteris parcius eſſe rapas.

A Spurio Conſule captum, ingentique affectum clade narrat Livius lib. x. qui etiam Amiterninos L. Scipioni in Africam tranſituro militaria ſuppeditaſſe auxilia commemorat. Ortu ſuo hanc urbem nobilitarunt cum alii, tum Saluſtius totius hiſtoriæ princeps, & Tullianis invectivis clarus, ac S. Victorinus patriæ Epiſcopus, & martyr. Verum ipſa glorioſior, quod ab ipſis fidei incunabulis Chriſtum confeſſa fuerit, & Sanctorum octuaginta trium militum Martyrum, quorum præcipui fuere Florentius, & Felix, generoſo ſanguine permaduerit, de quibus Martyrologium Romanum ad diem 24 Julii. Neque illi defuit ſacrarum Infularum decus, propriiſque lætata eſt Paſtoribus ad extremam uſque ſui deſolationem: tunc enim omni ſuppreſſa Cathedrali cum Furconienſi in Aquilani Antiſtitis juriſdictionem tranſivit. Viſuntur & hodie ampliſſima prænobilis civitatis rudera inter Aterni fontes, & Aquilam prope oppidulum à ſancto ejus Epiſcopo *S. Vittorino* vulgo nuncupatum, v. circiter

millia ab Aquila in plano montis dorſo: horridus quidem ingentium ædificiorum, templorum, Turrium, atque Theatri ruinis locus. Licet autem plurimos habuerit Epiſcopos, longa ſæculorum ſerie deductos, plerorumque tamen nomina, ac geſta obliteravit invida vetuſtas, & ad noſtram ſequentes tantùm pervenere notitiam.

I. S. VICTORINUS, Amiternenſis Epiſcopus, ſub Nerva Trajano pro Chriſti tuenda fide, martyrio coronatus eſt, de quo hæc leguntur in Martyrologio Romano ad diem 5. Septembris.
Romæ in ſuburbano beati Victorini Epiſcopi, & martyris, qui ſanctitate, & miraculis clarus, Sacerdotium Amiterninæ urbis, totius populi electione adeptus eſt: poſtmodum ſub Nerva Trajano apud Cotilias, ubi patentes, & ſulphureæ emanant aquæ, cum aliis Dei ſervis relegatus, ab Aureliano judice juſſus eſt ſuſpendi capite deorſum: quod cum per triduum pro nomine Chriſti paſſus fuiſſet, glorioſè coronatus, victor migravit ad Dominum: cujus corpus Chriſtiani rapientes honorifica ſepultura Amiterni condiderant.

II. VALENTINUS ſynodis interfuit à Symmacho Papa celebratis an. 499. & 501.

III. CASTORIUS, qui Baſilium magicis artibus infamem, habitu Monachali indutum, ad Equitium Abbatem deduxit, & in Monachorum congregationem recipi curavit, ut narrat D. Gregorius in Dialogis lib. 4. cap. 4. vixiſſe colligitur ineunte ſæculo Chriſti ſexto ex relatis à Baronio ad annum Chriſti 504.

IV. S. CETHEUS, qui de prodendæ urbis conſcientia falsò inſimulatus, ac morti addictus, ſaxo ad collum alligato, in Aternum flumen præceps immiſſus eſt: cujus corpus Jaderam uſque miraculosè delatum ab Epiſcopo, & Clero civitatis honorificè reconditum fuit, ac Peregrini nomine appellatum, cum verum eſſet ignotum. De eo Papebrochius in Actis Sanctorum Junii tom. 2. p. 688. qui ſancti martyrium ad confinia ſæculi ſexti, & ſeptimi conjicit pertinere.

V. LEONTIUS ſubſcripſit Conſtituto Pauli I. in Romano Concilio an. 761.

VII. LODOICUS Amiternus Epiſcopus deſcribitur in eo Concilio Romano, in quo Berengarius hæreſi ſua tertium abjurata fidem Catholicam tertiò profeſſus eſt, & de electione Romani Pontificis conſtitutio edita anno 1059. tempore Nicolai II. Pontificis.

ANTIATINUS

EPISCOPATUS.

ANTIUM nobiliſſima quondam fuit Volſcorum urbs litoralis in ora Tyrrheni maris inter Lavinium, & Aſturam ſita. Summa ejus antiquitas, ſive ab Antio uno ex Ulyſſis, & Circes filio cum Halycarnaſſæo, ſive ab Aſcanio Æneæ filio conditam aſſeras cum Solino. Sub Tarquinio Superbo, cum adeptus eſſet Latinæ gentis imperium, in commune veteris Latii nomen conceſſit. Crebris deinde bellis cum Romanis diù pro libertate conflictavit, amiſſiſque aliquando navibus, quibus in hoſtes uſa fuerat, earum roſtra a Romano victore in foro fixa, nomen fecerunt loco, ex quo conciones haberi ſolitę ad populum. Romanorum tandem fracta vi, atque potentia in eorum poteſtatem devenit a T. Quintio Capitolino Coſ. deditione capta, civiumque coloniam ſemel, iterumque accepit. Antii exulaſſe Martium Coriolanum ſcribit Halycarnaſſæus: ejuſque fortunæ fanum maxime apud veteres celebre. De hoc Horatius Carm. l. 1. oda 35.

O diva gratum quæ regis Antium,
Præſens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus, vel ſuperbos
Vertere funeribus triumphos.

Cum autem & temporis injuria, & Colonorum inſequentia laboraret, illam inſtauravit Claudius Nero Imperator, Colonia ſuper inducta, portuque extructo ſumptuoſiſſimi operis, cujus ingentia adhuc ſuperſunt rudera. Claritas præterea affuſit huic urbi Valerii vetuſtiſſimi rerum Romanorum ſcriptoris a Livio toties laudati, Caii Caligulæ, & Neronis Imperatorum natalibus, Poppeæ puerperio, Principum ac Senatorum receſſu, & incolatu. Ejus mentio frequenter eſt obvia apud Ciceronem, Ovidium, Livium, Valerium, Strabonem, Plinium, Melam, cæteroſque tum Latinos, cum Græcos Auctores. Tantæ verò urbis præter ſtupenda rudera hodie reliquum eſt ſolum nomen, quod etiamnum perdurat in promontorio, cui vulgaris appellatio *Capo d' Anzo*, atque in ſpecula ad ejus latus occidentale in litore poſita, vulgò *Torre d' Anzo*; quo in loco olim extitiſſe urbem ipſam, mille circiter paſſus a novo oppido *Neptunio*, quod in Orientali promontorii latere ſitum eſt, molis, qua portus ejus incluſus, tum phari ingentes reliquiæ, quæ in mari conſpiciuntur, apertè indicant, ut innuit Cluverius. Porrò Chriſtianæ fidei rudimenta Antiates percepiſſe Apoſtolorum principe prædicante credibile eſt, quos deinde ad ſpiritualia paſcua a proprio fuiſſe perductos paſtore ex antiquis monumentis colligimus. Nam

I. GAUDENTIUS Antiatinus Epiſcopus ſubſcripſit an. 465. Romano Concilio ab Hilario Papa celebrato.

II. FELIX item Antiatinus Epiſcopus interfuit an. 487. Romanæ Synodo a Felice ſummo Pontifice habitæ.

III. VINDEMIUS demùm Antiatinus Epiſcopus præſens fuit Conciliis Romanis ſub Symmacho an. 499. 501. aliiſque deinde ab eo Pontifice convocatis.

Hanc antiquatam Epiſcopalem ſedem modo complectitur intra limites ſuæ diœceſis Albanum.

ACQUA PUTRIDA Campaniæ oppidum, parum ab Æculano, ſeu Quintodecimo diſtans, nunc *Mirabella*, inter ſuffraganeas Archiepiſcopi Beneventani civitates recenſetur a Sarnellio in memoriis Provinciæ Beneventanæ: nullum tamen profert hujus Epiſcopatus vel leve veſtigium.

Ego quidem, cum in tot Pontificum Bullis ab Ughello in Beneventanis tom. 8. relatis, in quibus ſuffraganeæ Beneventani Archipręſulis Eccleſiæ recenſentur, nuſpiam Aquæ Putridæ mentionem invenerim, nec aliunde aliqua emergat nota, qua talis dignitas hujus oppidi deſignetur, arbitror ideo Epiſcopalem cathedram Aquæ putridæ addici, quia in ea reſidere ſolerent Quintodecimani Antiſtites, quorum urbs ab Acqua putrida unius tantum milliarii ſpatio diſtans, poſt acceptam a Conſtantino Græcorum Imperatore cladem, præſulum ſuorum commodo minus eſſet apta domicilio.

AQUÆ-

AQUÆVIVENSIS

EPISCOPATUS.

AQUAVIVA olim civitas Barianæ Provinciæ, ounc penitus everſa, à qua noo procul ejuſdem nominis emerſit celebre oppidum, Indigenis haud ingratum ex aquis ibi limpidiſſimè ſallentibus, ſi parum deſodiatur terra, a Matera, & ipſo Bario 15. mil. paſſus diſtaos hinc inde, cujus dominium nobiliſſima inter Neapolitanos proceres familia, quæ inde de Aquaviva nomen ſumpſit, diù tenuit: abiit poſtea in eam de Mari nobilem, & antiquam Januenſem. Collegiata ibi viget Eccleſia, cujus Archipresbyter cauſarum cognitionem retinet. Populus ejus civilis frequẽs, & piiſſimus eſt. Altera fuit AQUAVIVA Etruriæ civitas, in Flaminia veteri ſub monte Soracte inter Arinianum, & civitatem Caſtellanam, paulò ultra diverſorium Stabiæ, ubi ounc Eccleſia extat S. Mariæ de Aquaviva, prope quam eſt fons uberrimus, qui nomen loco dedit. Urbs jamdiù concidit, & locum, ubi ſtetit, vix indicare poſſunt ejus veſtigia. Tertia denique eſt AQUAVIVA Campaniæ ſeu Samnii olim urbs, nonc vicus ad Vulturnum amnem inter Venafrum, & cœnobium S. Vincentii Capuanæ ſacræ Provinciæ. Singulæ ex his ſibi vindicenr Epiſcopos, qui veteribus in Conciliis Aquævivenſium Præſulum titulo iotérſuiſſe leguntur. Carolus à S. Paulo io ſua Geographia ſacra, & Holſtenius in ejus notis, quibus ego libenter accedo, illos attribuunt Aquævivæ Etruſcæ. Sed opinio, quæ jam antea iovaluit, de Aquaviva Barianæ regionis eſt, licet ſacra Romana Rota in Baren. juriſdictioois ſuper oegotio principali die 6. Aprilis 1694. incertam dixerit hujus Epiſcopalis olim dignitatis aſſertionem. Porrò Epiſcopi, qui ex Aquævivæ pontificali ſolio jus ſacrum dixiſſe leguotur, hi ſunt.

I. PAULINUS, ſeù Paulus ſententiam ſuam dixit in Concilio Romano ſub Hilaro ao. 465.

II. BENIGNUS interfuit Conciliis Romanis ſub Felice III. an. 487. & ſub Symmacho an. 499. & 502.

III. BONIFACIUS Aquævivenſis ſedit inter Patres ſynodi palmaris ſub Symmacho an. 503.

Cæterum Aquavivenſis iſte Archipresbyter acriores pro ſuo jure tuendo cum exercuiſſet lites ex adverſo cum Barenſi Archiepiſcopo, tandem Romana Rota diſponente, & per viam concordati actum eſt, quod Archipresbytero ſervarentur liberæ collationes beneficiorum, quorum origo eſſet ante Tridentinum Concilium, ſubſequentium collatio de jure eſſet Archiepiſcopi: cauſas omnes civiles agnoſceret cumulativè cum Archiepiſcopo; nonnullaque alia eidem reſervata ſunt: cauſas criminales ad Archiepiſcopum taotùm ſpectare ſtatutum eſt. Concordatis his firmandis acceſſere Apoſtolicæ litteræ Innocentii XII. *ſub datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 11. Septemb. 1695.* Privilegium Unfrido Aquævivæ Archipresbytero ab Andrea Barenſi Archiepiſcopo an. 1121. conceſſum retulimus tom. 7. in Bareoſibus col. 641.

ARPENSIS

EPISCOPATUS.

AD Cerbalum amnem in Apulia Daunia inter Luceriam, & Sypontum urbs quondam fuit pervetuſta, ac nobilis, *Lampe* ab ioitio, dein *Argos Hippium*, mox *Argurippa*, ſive unico P *Argirypa*, ac tandem ARPI appellata, quod poſtea nomen Romani unum uſurparunt. A' Diomede ante Sypontum conditam ferunt, remque ſic enarrat Servius in Vieglili Æneid. lib. VIII. ad ea Poetæ carmina:

Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem,
Qui petat auxilium.

Diomedes, poſtquam reperit, ira Veneris à ſe vulneratæ uxorem Ægialiam apud Argos cum Cillabaro, ut Lucilius, vel Cometa, ut plerique tradunt, turpiter vivere, noluit reverti ad patriam; vel, ut dicitur, ab adulteris perturbatus; ſed tenuit partes Apuliæ, & edomita omni montis Gargani multitudine, in eodem tractu civitates plurimas condidit. Nam & Beneventum, & Equum Tuticum ipſe condidit, & Arpos, quæ & Argyripa dicitur, ad quam nunc Venulus mittitur. Ejus meminit Varro, Livius, Cicero, Strabo, Plinius, Ptolomæus, Itineraria antiqua, aliique tum Romani, tum Græci Scriptores. Virgilius lib. Æoeidos 11. de ejus conditore.

Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis
Victor Gargani condebat Japygis agris.

Commeatus ab Arpis L. Papyrii exercitus ſuppeditatos refert Livius lib. 9. Hæc modo excidium paſſa vix ſui nomen reliquit; & ab oppido hodiè vulgari incolis vocabulo *Foggia* ſex millia paſſuum verſus Sypootum progredientibus conſpiciontur ejus ruioæ, locuſque etiam nunc ab incolis ejus tractus *Arpe* vocitatur. Ejus autem aotiquatæ Cathedræ Epiſcopalis fidem uobis præbet

I. PARDUS Harpienſis Epiſcopus Concilio Arelatenſi I. an. 314. præſens. Hunc male Salpenſibus adſcribit Ughellus ooſter tom. 7. col. 917. ex illa proinde ſerie expungendum. Arpi, qui adhuc extat, Archipresbyter Syponrino Archiepiſcopo obedieotiam, & ſubjectionem præbet.

ATELLANUS

EPISCOPATUS.

MEdio itinere inter Neapolim, & Capuam, fuit in Campania Felice apud Clanium amnem perantiqua civitas ATELLA, Opicorum ædificium, Municipium, & Colonia Romanorum. Frequens ejus mentio apud veteres Scriptores, Ciceronem præcipuè, Strabonem, Ptolomæum, Plinium, Liviumque. Silius de ea lib. 11.

Jamque Atella ſuas, jamque & Calatia abegit,
Fas ſuperante metu, Pœnorum in caſtra cohortes.

Abea Atellanæ fabulæ, quas deſcribit Livius

lib.

lib. 7. Earum ſcriptor, Ciceronis ævo, L. Pomponius Bononienſis. Atellanos ab Senatu Collatiam migrare juſſos narrat idem Livius lib. 27. Fallitur autem Cluverius in Italia antiqua, eumque ſecutus noſter Ughellus tom. 1. col. 486. dum ajunt eo ſito, quo olim Atella, nunc Averſam eſſe: nam diſtat antiqua Atella ab Averſa ultro duo millia paſſuum, illiuſque veſtigia adhuc viſuntur eo in loco, qui vulgò *S. Arpino* appellatur. Dum autem Atella ſecundis urbis floreret, proprio pariter lætata eſt Epiſcopo, quem poſtea dejecta, civibuſque deſtituta amiſit. Atellani Antiſtites fuere.

I. S. ELPIDIUS Atellanus Pontifex vixit ſub Arcadio Imperatore circa an. 400. De eo in Eccleſia Salernitana, ubi ejus corpus conditum ſervatur, leguntur in officio diei S. Elpidio ſacri ſequentes lectiones.

Anno à ſalute trecenteſimo nonageſimo quinto, ſub Siricio Pontifice & Arcadio Imperatore, beatiſſimus Elpidius Atellanæ urbis Epiſcopus, multis miraculis claruit: ægris ſolo viſu priſtinam ſanitatem reſtituit, atque à dæmonibus obſeſſos quamplurimos liberavit; iiſque ita formidoloſus erat, ut Elpidii nomine vix audito fugerent. Sæpè etiamdem audita eſt vox dicentium: Ante Elpidii cellam nunquam tranſeamus, ne forte ejus virtute torqueamur. Poſt civitatis incendium paucos ſuperſtites cives ſuis monitis ſanctis, & placidis verbis conſolatus eſt, ac in fide fortes, conſtanteſque ſervavit, ſuæque ſanctitatis fama incolarum numerum auxit brevi. Quos cum pace fruentes videret, ſuo nomini locum victoriæ contra dæmones habitæ ædificandum curavit, ubi adveniente ſuæ mortis hora reconderetur. Peractum citiſſimè fuit ſancti ædificii opus & altare erectum, ubi invocaretur divinum auxilium, & quotidiè laudis hoſtia immolaretur Altiſſimo. Ibique paucis poſt diebus Elpicium nepotem Levitam, vigeſimum ſecundum annum ætatis agentem (quem cœleſti victu magis quam temporali ab incunabulis educaverat) ſanctitate vitæ clarum repoſuit, & mox Cyonem presbyterum germanum, æquali ſanctitate conſpicuum: quibus beatiſſimus Elpidius in Domino quieſcens fuit adjunctus: quorum precibus adjuvantur quotquot ad eos in fide nihil hæſitantes confugiunt. Eorum corpora ad altare Confeſſorum inferioris baſilicæ Salernitanæ Eccleſiæ recondita quieſcunt.

Huc uſque dictæ lectiones. Sunt, qui affirmant hunc S. Elpidium unum eſſe ex iis Epiſcopis Afris, qui in perſecutione Wandalica pulſi, & navicariolæ impoſiti, ſuperata pelagi tempeſtate, ad hæc littora ſalvi pervenerunt, ubi cum diverſis Eccleſiis præfecti ſunt, Atella Elpidio contigit. De his Baronius in notis Martyrol. Rom. ad diem 1. Septembris.

II. PRIMUS interfuit Romano Concilio ſub Hilaro an. 465.

III. FELIX ſubſcripſit Synodis ſub Symmacho an. 501. & 504.

IV. IMPORTUNUS florebat in hac ſede an. 592. quo illum monet M. Gregorius de presbytero à ſe, ut in quadam diœceſis illius Eccleſia præſit, deputatu ſequenti Epiſtola ex ejus regeſto lib. 2. epiſt. 13. edit. Monachorum.

Gregorius Importuno Epiſcopo Atellano.

Ea, quæ providè diſponuntur, fraternitatem tuam credimus libenter amplecti. Et quia Eccleſiam S. Mariæ Campiſonis in tua parochia poſitam, Presbytero vacare cognovimus, præſentium portitorem Dominicum presbyterum in eadem Eccleſia ut præeſſe debeat, nos certum eſt deputaſſe. Ideoque fraternitas tua ei emolumenta ejuſdem Eccleſiæ faciat ſine exactione præſtari, & decimæ fructus indictionis, qui jam percepti ſunt, prædicto viro fac ſine mora reſtitui: quatenus ejuſdem Eccleſiæ utilitates, cujus emolumenta conſequitur, Deo adjutore ſollicitè valeat procurare.

Defunctus eſt Importunus an. 599. qui cum condito teſtamento in octo unciis totius ſubſtantiæ nurum ſuam hæredem inſtituiſſet, & Eccleſiam ſuam in reſiduis quatuor, mandat D. Gregorius Anthemio Subdiacono, ut illud teſtamentum diſcutiat, & novum Atellæ Epiſcopum eligi procuret. Epiſtola eſt ſeptuageſima ſeptima libri noni edit. Monach. ſicque proſequitur.

Gregorius Anthemio Campaniæ Subdiacono.

Quorumdam ad nos relatione pervenit, quod Importunus Atellanæ civitatis Epiſcopus, dum de hac luce migraret, condito teſtamento in octo unciis totius ſubſtantiæ ſuæ nurum ſuam hæredem inſtituerit, & Eccleſiam ſuam in reſiduis quatuor. Hortamur ergo experientiam tuam, ut ſollicita inquiſitione diſcutias; & quidquid Eccleſiæ ipſius eſſe patuerit, à qualibet perſona detineri nullatenus patiaris, niſi hoc ſolum quod eum ante Epiſcopatus ordinem proprium habuiſſe conſtiterit. Quidquid verò vel ante Eccleſiæ ipſius eſſe cognoveris, vel in Epiſcopatus ordine prædictum Epiſcopum acquiſiviſſe, in ejuſdem Eccleſiæ conſervetur dominio, ne quiſquam exinde aliquid uſurpare qualibet occaſione præſumat. Clerum verò, plebemque ejuſdem Eccleſiæ cum omni te volumus inſtantia commonere: quatenus præficiendum ſibi ſine dilatione aliqua eligant Sacerdotem, qui clerum plebemque vel res Eccleſiæ ipſius, cauta regularique valeat obſervatione diſponere. Pariter etiam clerum plebemque ipſius Eccleſiæ vel aliarum, quæ ei unitæ ſunt, inſtantius commoneto; quatenus & ipſi, omni mora, dilationeque poſtpoſita, aptum ſibi eligere debeant Sacerdotem, ne diu, & tali præſertim tempore, Paſtoris proprii ſint regimine deſtituti.

V. EUSEBIUS præſens fuit Lateranenſi Concilio ſub Martino an. 649.

Nec ultra protenditur Atellanorum Præſulum memoria. Locus nunc Averſano Epiſcopo paret.

Ad ipſam Aterni fluminis oſtium litoralis Marrucinorum civitas fuit ATERNUM, inter Ortonam, & Hadriam ſita, quam plerumque *Aterni Oſtia*, & ſimpliciter etiam *Oſtia* vocitatam obſervat Cluverius. Primo veterum Auctorum, quorum extant monumenta, memoratur Straboni lib. 5. Melæ præterea, Vibio Sequeſtri, ac Itinerariis antiquis. Dum autem adhuc vigeret, Epiſcopali ornatos tiara conſpexiſſe proprios ſacrorum præſides ſunt, qui affirmant. Et Ughellus quidem noſter tom. 1. ubi de Pennenſi Epiſcopatu diſſerit, Aternenſem Epiſcopalem dignitatem Hadriam fuiſſe tranſlatam dicit, cum tamen col. 1138. ab Epiſcopo Cardinali Albanenſi anno primùm 1252. Eccleſiam S. Mariæ Hadrienſis in Epiſcopalem erectam narret relato diplomate: Carolus verò a S. Paulo in ſua Geographia ſacra Aternum inter Epiſcopales Italiæ ſedes enumerat, ejuſque Epiſcopum indigitat Peregrinum, cujus mentio apud D. Gregorium in Dialogis. Verum, ut obſervat Papebrochius in Actis ſanctorum Junii tom. 2. col. 688. neque antiqui Provinciarum Catalogi apud ipſummet Carolum nomen illum habent, neque in Dialogis S. Gregorii invenitur nominatus hic Epiſcopus Peregrinus: & alias S. Cetheus, ſeù Peregrinus Amiternenſis convenientius dicitur Antiſtes, quam Aternenſis. Cæterum Aterni diruti loco ſucceſſit probè munitum oppidum, & Marchionatus titulo clarum vulgo *Peſcara* appellatum, in quo unica parochialis Eccleſia Capitulo Theatinæ Cathedralis unita, tria virorum cœnobia, Auguſtinianorum ſcilicet, Minorum Conventualium, & Capuccinorum, unum Monialium S. Benedicti regulam profitentium.

ATINENSIS EPISCOPATUS.



DE Atinenſi antiquata cathedra egit prolixè Ughellus tom. 6. col. 406. & ſequentibus. Noviſſime Atinenſis urbis hiſtoriam edidit Fr. Bonifacius Taulerus ex Ordine Minorum Obſervantium Neapoli an. 1702. ibique deſcripſit Atinenſium Præſulum antiquum Catalogum, quem in Atinenſi Eccleſia adhuc ſervari commemorat, mutilum quidem, & pluribus ſcatentem erroribus, ſed doctis M. Antonii Palumbi animadverſionibus caſtigatum. Igitur præter ea, quæ loco citato Ughellus ſcripſit, de Atina ejuſque Epiſcopis, præfatum Catalogum (qualiſcumque ille ſit) cum docti viri adnotationibus in gratiam venerandæ antiquitatis hic exhibere operæ pretium duxi; ſeriemque Præſulum deinde compleboex Ughello, nonnullis additis, quibus ipſemet Ughellus ſupplendus erit. En Catalogus, & Palumbi in ipſum notæ.

I. *Regnante Claudio Imperatore, anno, quo Chriſtus crucifixus propter hominem quinquageſimo quinto (1) MARCUS Galilæus ordinatus eſt ab æthereo Clavigero, Apoſtolorum Principe (ajo) Petro Galilæo in urbe Atina ſecundo anno Pontificatus prædicti Apoſtolorum Principis. Et ſedit in Epiſcopatu annos viginti (2), menſes tres, dies verò tredecim. In quo ſpatio quinque millia, & eo amplius hominum jam ad Fidei religionem ſanctus Epiſcopus, ſua prædicatione perduxit. Et iſte primus prædicavit nomen Domini Jeſu Chriſti in Civitate Atina. Et ipſe, erepto Idolo de templo Jovis, in Eccleſiam conſecravit ad honorem Magiſtri ſui Apoſtoli Petri, uſque ad tempora Domitiani Cæſaris perſeverans. Martyrizatus eſt autem in prima perſecutione (3) IV. Kal. Maii a Maximo, Conſule jubente.*

ANNOTATIO.

(1) *Quinquageſimo quinto.*] *Hic locus reſtituendus eſt. Anno, quo Chriſtus Crucifixus propter hominem, decimo primo. Petrus enim Apoſtolus, Aſiaticis Eccleſiis confirmatis, Romam venit, anno ſecundo Imperii Claudii, qui eſt annus quadrageſimus quartus a Nativitate D. N. J. C. Marcus vero Galilæus ordinatus fuit Epiſcopus Atinas a B. Petro, anno ſecundo ſui Pontificatus, qui eſt annus 45. a nativitate D. N. J. C. a quibus ſi demas annos 34. remanent anni undecim: in anno enim 34. Dominus noſter mortuus eſt, & reſurrexit, cum in carne mortali paulò amplius 33. annis viveret.*

(2) *Annos viginti.*] *Hic locus reſtituendus eſt: ſedit in Epiſcopatu an. 50. nam B. Marcus palmam martyrii accepit ſub Domitiano, ut dicitur hic, & teſtantur Chronicæ Atinates, Adenulphus Archiepiſcopus Capuanus in geſtis hujus Sancti, & Martyrologium Romanorum IV. Kal. Maii, & paſſus eſt Clemente ſummo Pontifice, ut ajunt Chronicæ Atinates, & in perſecutione a Domitiano adverſus Chriſtianos indicta, ut ait Martyrologium, quæ perſecutio incœpit anno imperii Domitiani duodecimo, qui eſt annus 95. a nativitate Domini noſtri; Clemens verò Pontifex fuit creatus anno Dom 93. & ſecundo ſui pontificatus Fulgentium Epiſcopum Atinatem fecit. Ex quibus colligitur, quod cum B. Marcus, Clemente ſummo Pontifice, in perſecutione Domitiani, quæ incœpit an. Dom. 95. fuerit martyrizatus, & eodem anno in Epiſcopatu ſucceſſor ei datus ſit, neceſſe eſt, quod ſederit in Epiſcopali ſede Atinati annos 50. cum tot anni numerentur ab an. 45. quo Epiſcopus fuit creatus, ad an. 95. in quo perſecutio, ſub qua fuit martyrizatus, incœpit, & in Epiſcopatu ei ſucceſſum eſt. Chronicæ Atinates, incertus Auctor miraculorum S. Marci, & Adenulphus Archiepiſcopus Capuanus Marcum paſſum ajunt an. 63. poſt paſſionem Domini. Quod ſi verum eſſet, Marcus ſediſſet in ſede Atinati an. 52. ſed ibi etiam mendum eſſe credo, quia Fulgentius, qui Marco in Epiſcopatu ſucceſſit, Epiſcopus fuit creatus a Clemente anno ſecundo ſui Pontificatus, qui eſt annus 95. a Nativitate Domini, ut dictum eſt. Petrus Paulus Florius Urbinenſis, qui noviſſimè librum de geſtis martyrum Atinatum edidit, B. Marcum anno 60. noſtræ ſalutis paſſum eſſe ait, eos ſecutus, qui ſecundam perſecutionem anno Domini 94. incœpiſſe ajunt.*

(3) *In prima perſecutione.*] *Reſtituendum eſt, in ſecunda perſecutione, nam prima perſecutio fuit ſub Nerone, in qua Petrus, & Paulus martyrizati ſunt; Marcus vero Martyrium conſummavit ſub Domitiano, qui ſecundam adverſus Chriſtianos perſecutionem indixit, ut dictum eſt.*

Mallet tamen Godefridus Henſchenius ex Actis SS. Nicandri, & Marciani tom. 3. Junii pag. 267. hujus ſancti Marci martyrium ad tertiam perſecutionem ſub M. Aurelio Antonino, & L. Ælio Vero Imperatoribus referre; & ita primorum Atinenſium Præſulum ſeriem ordinare, ut ante Marcum ſederint Hilarius, Urbanus, Lucius, incruenta omnes morte defuncti, quorum primus fuerit a Clemente Papa ordinatus, alii ab aliis conſequenter: Marcus deinde, (ſiquidem annis 20. menſibus 5. ex chronica Atinate, diebus 13. Eccleſiam rexit) & proximus ab eo Fulgentius poſt an. 31. m. 7. d. 28. ſucceſſorem acceperit Salomonem anno circiter 177. Marcus verò martyrium fecerit circa an. 145. ſub prædictorum Imperatorum patre Antonino Pio, ſub quo etiam Romæ perſecutio fuit. Etenim eodem imperante Conſulatum anni 144. geſſit C. Gavius Maximus, proximo anno in aliquam Provinciam miſſus de more Proconſul, & quidni in Campaniam? Sic autem ordinatus fuerit Marcus an. circiter 124. a Sixto Pontifice; cujus nomen in Catalogis Epiſcoporum Atinenſium non invenientes expreſſum, eo facilius ſubſtituerint Petrum, quod ab hoc, vel ſaltem ab ejus ſucceſſoribus ſciretur proceſſiſſe illorum Epiſcoporum ſeries. Ita conjectando diſſerit Pater Henſchenius ex Actorum præfatorum, & S. Marci contextu, quæ tertiam perſecutionem illi videntur indicare.

II. *Regnante Domitiano Cæſare, anno, quo Filius hominis paſſus eſt pro nobis ſub patibulo S. Crucis, 102. (1) in ſecunda perſecutione, Clemens Papa ſecundo anno Pontificatus ſui, ordinavit in civitate Atina FULGENTIUM Epiſcopum. Sedit hic in Epiſcopatu an. 31. (2) m. 7. d. 28. Hujus cura fuit ſtudioſius recondere corpus B. Marci martyris, & præfatæ urbis Antiſtitis, & ſeparatim caput a corpore ponere. Iſte etiam ſepelivit corpora SS. Nicandri, & Martiani, Paſſicratis quoque, & Dariæ juxta corpus Chriſti martyris Marci, conſtruens ibi parvulum habitaculum. Qui martyres etiam crudeli Maximo Præſide jubente palmam martyrii, viriliter pugnantes adepti ſunt XV. Kal. Julii. Epiſcopus prædictus in Domino accipiens obdormitionem, hu-*

ma-

A *matus eſt juxta Eccleſiam B. Petri Apoſtoli, quæ prius fuerat templum Jovis 3. Kal. Octobris.*

ANNOTATIO.

(1) *Centeſimo ſecundo.*] *Hic locus, juxta calculum Auctoris quem ſequor, ita reſtituendus eſt. Anno, quo Filius hominis paſſus eſt pro nobis ſub patibulo S. Crucis, 61. nam Clemens ſummus Pontifex fuit creatus an. Dom. 93. & in anno 95. Fulgentium Epiſcopum ordinavit, à quibus ſi demas an. 34. remanent anni 61.*

(2) *Annos 31.*] *Reſtituendum eſt; ſedit in Epiſcopatu an. 16 m. 7. d. 28. quia Hilarius, qui in Epiſcopatu ſucceſſit, Epiſcopus fuit creatus ultimo anno Pontificatus Anacleti, qui eſt an. 111. à Nativitate Domini; tot enim anni numerantur ab an. 95. quo Epiſcopus fuit creatus, ad an. 111. in quo ob ejus obitum ſucceſſor ei datus eſt.*

B III. *Regnante Nerva* (1) *anno, quo lux tenebras diſpulit, 101.* (2) *& in ſecunda perſecutione* (3) *Anacletus Papa in ultimo anno Pontificatus ſui, ordinavit in urbe Atina HILARIUM Epiſcopum, qui ſedit an. 26.* (4) *m. 2. d. verò 4. Obiit VIII. Id. Decembris; ſepultus eſt juxta Eccleſiam Principis Apoſtolorum à Septemtrionali parte.*

ANNOTATIO.

(1) *Regnante Nerva.*] *Hic locus valdè mendoſus eſt, nam ad ultimum Anacleti Pontificis annum imperium Nervæ non pervenit. Nerva enim an. Dom. 99. Imperator fuit creatus, & annum unum, & menſes quatuor imperavit. Anacletum verò an. 103. Pontificem factum, & annos 9. & m. 3. in ſede Petri ſediſſe, noſter Auctor dicit. Quamobrem Hilarium, imperante Trajano, qui Nervæ ſucceſſit, & anno ultimo Pontificatus Anacleti imperabat, Epiſcopum fuiſſe factum reſtituendum eſt.*

C (2) *Centeſimo ſecundo.*] *Hic locus reſtituendus eſt; anno, quo lux tenebras diſpulit, 71. ultimus enim annus Pontificatus Anacleti incidit in an. Dom. 111. à quibus ſi demas an. 34. remanent anni 77.*

(3) *In ſecunda perſecutione.*] *Reſtituendum eſt, in tertia perſecutione, quæ indicta eſt à Trajano an. Dom. 110. & vigebat ultimo an. Pontificatus Anacleti, in qua ipſe etiam martyrii corona coronatus fuit.*

(4) *Qui ſedit an. 26.*] *Delendum eſt ſex, quia Hilarius fuit Epiſcopus Atinas an. tantum 20. tot enim enumerantur ab anno ultimo Pontificatus Sixti; qui ob mortem Hilarii Epiſcopum Atinatum inſtituit Urbanum anno primo ſui Pontificatus.*

IV. *Regnante Adriano anno Dom. Incarn. 138.* (1) *In tertia perſecutione Sixtus Romanorum Pontifex*
D *primo anno Pontificatus ſui ordinavit in Civitate Atina URBANUM Epiſcopum, qui ſedit in Epiſcopio Atinenſi an. 28.* (2) *d. 15. Sub hujus temporibus præfatus Imperator Adrianus Atinam veniens templum Dianæ conſtrui fecit in eo loco, ubi Balnea dicebantur Imperialia, non longe ab Amphiteatro contra meridianam plagam ſubtus viam Aquæductus. Mortuus eſt autem prænarratus Urbanus Epiſcopus XI. Kal. Martii, & humatus eſt prope Eccleſiam S. Petri.*

ANNOTATIO.

(1) *Centeſimo trigeſimo octavo.*] *Reſtituendum eſt, centeſimo trigeſimo ſecundo; tot enim anni elapſi erant ab Incarnatione D. N. I. C. ad annum primum Pontificatus Sixti.*

(2) *Annos viginti octo.*] *Hic locus mendoſus eſt; nam ſi Urbanus in ſede Epiſcopali Atinati annos tantum 28. ſediſſet, Atinates annos 13. abſque Paſtore fuiſſent, quia Lucius, qui in Epiſcopatu ſucceſſit, an. Dom. 173. Epiſcopus fuit creatus, & Urbanus juxta hunc annorum calculum an. Dom. 160. ſuum diem obiiſſet, ſed Atinatem Epiſcopalem ſedem tamdiu vacaſſe non eſt veriſimile, ſicut nec probabile videtur alium Epiſcopum inter Urbanum, & Lucium Atinæ fuiſſe, ab Auctore enim hujus Catalogi, & Chronicis omiſſus non eſſet. Dicendum eſt ergo Urbanum in ſede Atinati an. 41. ſediſſe; & ita locus iſte reſtituendus.*

V. *Orto namque Romano Imperio Antonino* (1) *anno ejus, qui mortuus eſt in Golgotha pro redemptione humani generis, quia omnes vult ſalvos facere, & neminem perire, centeſimo quinquageſimo ſexto,* (2) *Anicetus Papa ſeptimo anno ſui Pontificatus ordinavit in Civitate Atina LUCIUM Epiſcopum in tertia perſecutione* (3); *qui ſedit an. 31.* (4) *m. 4. d. 9. Quo præſidente, præcepto Antonini Imperatoris, ad coercendam urbem Atinam, dedicatum eſt in eadem urbe palatium in eo loco, ubi nunc dicitur Palatium Antonini in Monte, juxta ejuſdem civitatis arcem, vel turrim magiſtram.*

ANNOTATIO.

(1) *Antonini.*] *Hic eſt M. Antoninus, qui cognominatur Verus, & cum L. Vero fratre imperavit, & Antonino Pio ſucceſſit.*

(2) *Centeſimo quinquageſimo ſexto.*] *Reſtituendum eſt, centeſimo trigeſimo nono, nam ſeptimus annus Aniceti Papæ incidit in annum 173. à quibus ſi demas annos 34. remanent anni 39.*

(3) *In tertia Perſecutione.*] *Reſtituendum eſt, in quarta perſecutione, quæ ſub Antonino Pio cœpta eſt.*

(4) *Sedit an. 31.*] *Reſtituendum eſt, ſedit an. 12. nam Lucius Epiſcopus fuit creatus an. Dom. 173. & ob ejus mortem in Eccleſia Atinati ſucceſſit Salomon an. Dom. 185. ut in Salomone dicetur.*

VI. *Imperantibus M. Antonino Vero* (1), *& L. Aurelio Commodo, anno Domini 183.* (2) *Eleutherius Romanorum Pontifex in tertia perſecutione* (3) *ſexto anno Pontificatus ſui ordinavit in Civitate Atina SALOMONEM Epiſcopum, qui ſedit an. 36. m. 10. & d. 25. Hic cum eſſet natione Romanus facundius cæteris Præſulibus apicem ſui Præſulatus tenebat. Compoſuit autem geſta SS. Nicandri, & Marciani, & Marci Præſulis, Paſſicratis quoque, & Dariæ, ſuper quorum corpora parvum conſtruxit templum, & erexit altare. Prædictus itaque Salomon Pontifex Domino ſpiritum reddidit Kal. Auguſti, & humatus eſt ante januam ipſius templi.*

ANNOTATIO.

(1) *M. Antonino Vero.*] *Hic locus reſtituendus eſt imperante Lucio Antonino Commodo; iſte enim imperabat anno ſexto Pontificatus Eleutherii, & M. Antonius Verus pater Commodi jam deceſſerat an. Dom. 182.*

(2) *Centeſimo octogeſimo tertio.*] *Concordat cum calculo Philippi Bergomenſis numerando à Nativitate Domini, ſed ſecundum computum noſtri Auctoris eſt annus à Nativitate Domini 185.*

(3) *In tertia perſecutione.*] *Reſtituendum eſt in quarta perſecutione, quæ incœpit ſub Antonino Pio, ut dictum eſt.*

VII. *M. Aurelio Antonino imperante* (1), *anno ab Incarnatione ſummi Opificis 218.* (2) *præſidente in ſede Petri Apoſtoli Caliſto Pontifice. Hic autem primo anno ſui Pontificatus ordinavit in Civitate Atina DIMITRIUM Epiſcopum, qui ſedit an. 31.* (3) *m. 5. d. 19. Sed ſenectute gravatus oculorum luce caruit annis 25.* (4) *ſepultus eſt autem in cœmeterio Prædeceſſorum ſuorum in Eccleſia B. Petri.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ANNOTATIO.

(1) *M. Aurelio Antonino.*) *Iſte cognominabatur Heliogabalus.*

(2) *Ducenteſimo decimo octavo.*) *Annus differt à calculo Philippi Bergomenſis, ſed ſecundum calculum noſtri Auctoris eſt annus Dom. 221.*

(3) *Annos 31.*) *Reſtituendum eſt, ſedit an. 15. tot enim numerantur ab an. Dom. 221. in quo Epiſcopus fuit creatus ad an. 237. in quo propter ejus mortem B. Carus in Epiſcapatu ei ſucceſſit.*

(4) *Luce caruit an. 25.*) *Locus iſte valdè mendoſus eſt, nam ſi Dimitrius an. 25. luce caruiſſet, cæcus Epiſcopus creatus, & cæcus in Epiſcopatu ſemper vixiſſet, cum annos tantum 15. in eo fuerit. Sed non eſt credibile cæcum Epiſcopum fuiſſe creatum; & propterea mendum in Scriptura irrepſiſſe dicendum eſt, & forſan ille numerus viginti delendus eſt.*

VIII. *Alexandro Mammeæ filio imperante, anno à partu Virginis 237. reſidente in ſede Apoſtolica Pontiano ſummo, & univerſali Pontifice, in quarta perſecutione, ultimo anno ſui Pontificatus* (1) *ordinavit in urbe Atina* CARUM *Epiſcopum, qui ſedit in Epiſcopatu annos 22.* (2) *m. 3. d. verò 22. Qui cum orationi cum quibuſdam fidelibus vacaret juxta corpus B. Marci pro quidam Dæmoniaco, irruentibus Paganis, ipſum interfecere, cujus ſanguis in Dæmoniacum proſiliens, illico mundatus eſt. Sepultus eſt autem ibidem* III. *Kal. Maii.*

ANNOTATIO.

(1) *Ultimo anno ſui Pontificatus.*) *Reſtituendum eſt, anno penultimo ſui Pontificatus; iſte enim annus incidit in annum ultimum imperii Alexandri, qui eſt annus Dom. 237.*

(2) *Annos 22.*) *Reſtituendum eſt, annos 20. tot enim numerantur ab an. Dom. 237. uſque ad an. 257. quo in Eccleſia Atinati ob tranſitum B. Cari Vigilantius in Epiſcopatu ſucceſſit.*

IX. *In ſeptima perſecutione, regnante Gallo, an. Dom. 258.* (1) *Romano Pontifice Stephano, primo anno Pontificatus ſui, ordinavit in civitate Atina* VIGILANTIUM *Epiſcopum: ſedit annos 20. m. 7.* (2) *d. 26. Hic autem Præſul toto ſuæ vitæ tempore in Eccleſia deorſum apud Martyres manſit, jejuniis, & orationibus vacans, obdormitionem accepit in Domino. Sepultus eſt autem ibi* IV. *Kalen. Julii.*

ANNOTATIO.

(1) *Ducenteſimo quinquageſimo octavo.*] *Concordat cum calculo Philippi Bergomenſis, ſed hoc anno non imperabat Gallus; ex quo locus reſtituendus eſt, anno Dom. 257. iſte enim annus eſt ultimus imperii Galli, & primus Pontificatus Stephani, ut noſter Auctor computat.*

(2) *Sedit an. 20. m. 7.*] *Delendum eſt menſes, nam Vigilantius ſedit in ſede Epiſcopali Atinati an. 27. tot enim numerantur ab an. 257. quo in Epiſcopatu B. Prudentius ei ſucceſſit.*

X. *Orto namque Romano Imperio Probo, anno ſummi Opificis fere 269.* (1) *in nona perſecutione, dum reſideret in Apoſtolica ſede Gajus ſummus Pontifex, ſecundo anno ſui Pontificatus* (2) *ordinavit in civitate Atina* PRUDENTIUM *Epiſcopum, qui ſedit in Epiſcopatu an. 25.* (3) *m. 2. d. 5. Hic Antiſtes cum quodam die Idolum Janonis, quod erat in templo, quod ſitum erat juxta Thermas Antonianas, evertere vellet, tentus à Paganis occiditur, cujus corpus ante ipſum templum inhumatum relinquentes diebus tribus, à Chriſtianis rapitur, & in Eccleſia B. Petri humatur ipſo die Kal. Aprilis.*

ANNOTATIO.

(1) *Ducenteſimo ſexageſimo nono.*] *Reſtituendum eſt, 284. iſte enim annus incidit in annum ultimum Imperii Probi, & in primum Pontificatus Gaii.*

(2) *Secundo anno ſui Pontificatus.*] *Reſtituendum eſt, primo anno ſui Pontificatus, nam in anno ejus ſecundo, Probus deceſſerat, & cum B. Prudentius, iſto imperante, Epiſcopus fuerit creatus, anno primo Pontificatus Gaii, & ultimo Imperii Probi, ut tempora concordentur, hoc eveniſſe dicendum eſt.*

(3) *Annos 25.*] *Reſtituendum eſt, ſedit in Epiſcopatu an. 29. tot enim numerantur ab an. Dom. 284. ad an. 313. quo Maximus in Epiſcopatu ſucceſſit; non enim eſt veriſimile Epiſcopatum annis quatuor vacaſſe.*

XI. *Imperialem ſedem tenente Diocletiano* (1) *anno ab ortu lucis, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, 313. in decima perſecutione, reſidente in ſede Petri Melchiade Pontifice, ultimo anno Pontificatus ſui, ordinavit in urbe Atina* MAXIMUM *Epiſcopum. Sedit prædictus itaque Præſul in Atinati Epiſcopio an. 30.* (2) *m. 5. d. verò 10. Iſte conſtruxit Eccleſiam majorem in loco, ubi dicitur Pes Silicis, & dedicavit in honorem S. Mariæ, ubi repoſuit corpus B. Marci: nec non Præſul ipſe conſtruxit Eccleſiam in honorem S. Nicandri Martyris, & dictæ urbis civis in Pedemontio, ubi nunc eſt caſtrum Vicalbi. Obiit autem* VIII. *Kal. Maii, & ſepultus eſt in Eccleſia ſua.*

ANNOTATIO.

(1) *Diocletiano.*] *Hic locus mendoſus eſt, nam Melchiade Pontifice Diocletianus non imperabat, ſed Imperio depoſito quieti ſe dederat, & Conſtantinus Magnus Imperii habenas regebat.*

(2) *Annos 30.*] *Reſtituendum eſt, annos 24; tot enim numerantur ab anno tercenteſimo decimo tertio ad annum primum Pontificatus Julii, qui ob mortem Maximi eo anno Eugenium Epiſcopum ordinavit.*

XII. *Regnante Conſtantino Imperatore* (1) *anno ab homine redempto 343.* (2) *in ſede Apoſtolica reſidente Julio ſummo Pontifice, primo anno ſui Pontificatus, ordinavit in Civitate Atina* EUGENIUM *Præſulem, qui in Atinenſi Epiſcopio ſedit annum unum & triginta* (3) *m. 9. d. quoque 16. Sub tempore hujus Præſulatus conſtructa eſt arca, ubi requieſcunt corpora Ss. Martyrum Nicandri, & Marciani juxta majorem Eccleſiam. Obiit Eugenius ipſe X. Kal. Febr. & ſepultus eſt in eodem loco.*

ANNOTATIO.

(1) *Conſtantino Imperatore.*] *Hic eſt Conſtantinus junior, filius Magni Conſtantini, qui cum Conſtantio, & Conſtante fratribus imperabat primo anno Pontificatus Julii.*

(2) *Tercenteſimo, quadrageſimo tertio.*] *Delendum eſt quadrageſimo, nam annus primus Pontificatus Julii incidit in annum à Nativitate Dom. 337. à quibus ſi demas annos 34, quando homo redemptus fuit, remanent anni 303. Et notandum, quod Auctor hujus Catalogi modò annos computat ab Incarnatione, modò à Redemptione, ſed forſan ſcriptura eſt depravata.*

(3) *Sedit an. unum & triginta.*] *Plus ſediſſe credo, quia ſucceſſor ei datus eſt à Romano Papa anno duodecimo ſui Pontificatus, imperantibus Valente, & Valentiniano, qui eſt annus à Nativitate Domini 378. Nec eſt credendum Eccleſiam Atinatem annos decem vacaſſe. Reſtituendum eſt ergo, ſedit an. 41; tot enim numerantur ab an. 337. ad an. 378.*

XIII. Imperantibus Valente, & Valentiniano (1) anno, quo Chriſtus ſervile corpus induit, 380. (2) gregem fidelium gubernante Damaſo Pontifice, in undecima perſecutione (3) duodecimo anno Pontificatus ſui, ordinavit in Epiſcopio Atinati ROMANUM *Epiſcopum. Sedit annum unum & quadraginta (4) m. 10. d. 23. uſque ad tempora Arcadii Imperatoris (5) in ſede Atinenſi perſeverans, cujus gladio necatus eſt in prædicta Eccleſia S. Mariæ, & B. Marci martyris, in ſuburbano ejuſdem urbis ſita, quæ nunc Eccleſia S. Bartholomæi Apoſtoli dicitur, quæ ſita eſt in loco, qui dicitur Pes Silicis, juxta monumentum imperiale juxta viam, quæ dicitur monumentorum, eo quod hinc inde plena ſit monumentis, ubi B. Marcus palmam martyrii glorioſè adeptus eſt; & per multa tempora quievit, & ubi erat Epiſcopatus. Quæ quoque Eccleſia in ejus honorem, & B. Mariæ dedicata eſt à ſupradicto Maximo Epiſcopo, de quo ſuperius mentionem fecimus. Idem etiam Imperator eumdem civitatem Atinam funditus evertens, eo quod cives ejus filium ſuum ob ſtuprum cujuſdam mulieris interfecerant; multo namque tempore deſerta, & deſolata permanſit. Demum verò, ut Atinates Chronicæ opulentius narrant, civitas ipſa reædificata eſt. Vacavit ſedes Atinatis Eccleſiæ annos 76 (6) & deinde ordinatus eſt Epiſcopus Bonifacius nomine, prout infra adnotabitur. Mortuus eſt prædictus Romanus Epiſcopus 7. Id. Septembris.*

ANNOTATIO.

(1) Valentiniano.] *Reſtituendum eſt Valentiniano juniore; iſte enim cum Gratiano, & Valente imperabat anno XII. Pontificatus Damaſi.*

(2) Tercenteſimo octogeſimo.] *Non bene concordat cum calculo noſtri Auctoris, cum juxta illius computum ſit annus 378.*

(3) In decima perſecutione.] *Reſtituendum eſt, in decimatertia perſecutione, quæ a Valente Ariano adverſus Catholicos indicta fuit.*

(4) Sedit an. unum & quadraginta.] *Si hic Epiſcopus temporibus Arcadii Imperatoris occubuit, iſte numerus mendo non caret, nam ſecundum calculum noſtri Auctoris Imperium Arcadii pervenit tantum ad annum Domini 408. & Romanus vixit uſque ad an. 420; ſed mendum eſſe credo in his, quæ de Arcadio Imperatore dicuntur, ut infra dicetur.*

(5) Uſque ad tempora Arcadii Imperatoris.] *Notandum eſt, quod ſi Romanus vixit in Epiſcopatu an. 41. Arcadius Imperator aliquot annis ante illius obitum deceſſerat, quia Romanus Epiſcopus fuit creatus an. Dom. 378. & cum vixerit in Epiſcopatu an. 41. m. 10. & d. 23. tempore ejus obitus anni Domini pervenerant ad 420. & Arcadius deceſſerat an. Dom. 408. juxta calculum noſtri Auctoris, ſecundum verò Paulum Diaconum de geſtis Romanorum, & Oleandrum in Codice Juſtiniani, 410. Quamobrem de alio Arcadio, quàm de Auguſto Auctorem hic loqui dicendum eſt.*

(6) Vacavit an. 76.] *Hic locus reſtituendus eſt; Vacavit ſedes Atinatis Eccleſiæ an. 43. tot enim numerantur ab anno Dom. 420. quo Atina everſa Romanus Epiſcopus occiſus fuit, ad tertium annum Pontificatus Hilarii, qui Epiſcopum in ſede Atinatè ordinavit Bonifacium; tertius enim illius Pontificatus annus incidit in an. Dom. 463.*

Atque hic deficit Atinenſium Epiſcoporum Catalogus, quem Auctor ex Atinate chronica auctis potiùs, quàm emendatis erroribus decerpſiſſe conferenti patebit.

XIV. BONIFACIUS deinde electus an. 464.

XV. VINDEMIUS an. 498.

XVI. FELIX circa an. 592.

XVII. GAUDENTIUS poſt an. 625. hanc Eccleſiam exexere, de quibus Ughellus in ſua ſerie.

XVIII. LEO, quo, ut narrat Paullus Diaconus Ss. Marci, Nicandri, & Marciani ceferens miracula, volente prædictorum martyrum ſacrà lipſana in civitatem transferre, ut honorificentius à fidelibus colerentur, plura emanarunt prodigia arcæ contactu, in qua eorum corpora quieſcebant, incompertum eſt, quando floruerit, alter certè à Leone, qui ordinatus eſt Atinenſis Præſul ab Adenulpho Capuano Archiepiſcopo an. 1044. Hujus ſiquidem tempore Eccleſia, ubi prædictorum ſanctorum corpora ſervabantur, erat penitus collapſa, nec ſanctorum Marci, Nicandri, & Marciani loculi apparebant inter Eccleſiæ ruinas latitantes: unde poſtea ipſum S. Marci corpus a Leone ſecundo inventum, & translatum eſt an. 1046.

XIX. JOANNES, pariter incertum eſt, quo tempore vixerit, cujus ſermo in feſto ſanctorum martyrum Marci, Nicandri, & Marciani ſupereſt relatus ab Ughello in Atinenſium ſerie col. 437. & falsò adſcriptus alteri Joanni, qui electus fuit Atinenſis Epiſcopus anno 1087. Nam hujus tempore, & poſt inventionem translationemque corporis S. Marci per Leonem ſecundum an. 1046. ſeorſim, diverſiſque diebus celebrabatur feſtivitas S. Marci, ac feſtivitas Ss. Nicandri, & Marciani, ut ex Atinenſi Martyrologio, & ſermone Leonis ſecundi ab Ughello pariter deſcripto colligere licet. Cum autem præfatus ſermo à Joanne recitatus eſt, unus idemque erat feſtus dies tribus ſanctis communis, ac proinde ſermonis hujus Auctorem ante inventionem S. Marci, & conſequenter ante an. 1046. vixiſſe neceſſe eſt.

XX. GAIDULPHUS electus eſt an. 965.

XXI. LEO ſecundus an. 1044.

XXII. PALUMBUS 1072.

XXIII. JOANNES alter 1087.

XXIV. SIGEBERTUS 1129. de quibus ſuo loco Ughellus.

XXV. RUFFINUS Atinenſis Epiſcopus memoratur in charta indulgentiæ Caſinenſem Eccleſiam inviſentibus à Rogerio Archiepiſcopo Beneventano an. 1180. conceſſæ apud Ughellum tom. 8. in Beneventanis col. 126. Ex quo patet adhuc poſt Eugenii tertii tempora viguiſſe hunc Epiſcopatum. Verum cum diutius antiquum non poſſet Atinenſis Eccleſia ſervare ſplendorem, amiſſa Epiſcopali dignitate Præpoſituram retinuit, qua ornatus Epiſcopalem quaſi juriſdictionem exercet, Apoſtolicæ ſedi immediatè ſubjectus. Porrò Atinenſium Præpoſitorum, quorum memoria ad nos pervenit, ſequens eſt Catalogus, ex citati Palumbi Mſ. Atinenſi Chronico decerptus.

1. Primus Præpoſitus, cujus nomen ad nos pervenit, eſt *Benedictus*. Quo anno Præpoſitus fuerit creatus, ignoratur. Vivebat an. 1140.
2. *Albericus* depoſitus fuit an. 1145.
3. *Adjutorius*, cujus mentio habetur in privilegio à Pandulpho Sorano Epiſcopo an. 1211. Eccleſiæ Atinenſi conceſſo.
4. *Landolphus* è Caſtro cœli hujus Eccleſiæ curam agebat an. 1231.
5. *Joannes*, cui cognomen Vinea, Præpoſitus erat Gregorio IX. ſummo Pontifice.
6. *Joannes* alter Vinea, prædicti Joannis nepos, a patruo electus ſucceſſit an. 1251. qui cum minor eſſet, & ad populum Atinatem regendum inhabilis poſt annos duos, & menſes ſex depoſitus fuit.
7. *Nicolaus* Rubeus Præpoſitalem dignitatem adeptus eſt an. 1253.
8. *Oderiſius*, cujus mentio habetur in Scripturis Eccleſiæ Atinatis ad an. 1259. 1262. & 1266.
9. *Simon* creatus fuit Præpoſitus an. 1274.
10. *Simone* defuncto, cum multi ut Atinatem Eccleſiam conſequerentur, inter ſe contenderent, ſummus Pontifex, ut ortas diſſenſiones tolleret, quieti conſuleret, & imminentia pericula, & ſcandala averteret, *Petro* Archiepiſcopo Montis Regalis illam commendavit; qui annos octo per ſuos Vicarios moderatus eam eſt.

11. *Secundinus* Atinas an. 1295. hanc Eccleſiam adeptus eſt.

12. *Mannus* præfectus eſt Clemente V. ſummo Pontifice.

13. *Marinus* Atinas per obitum Manni Præpoſitus eligitur an. 1310. Vixit ad an. 1330.

14. *Blaſius* ex oppido Marcone electus an 1331.

15. *Matthias* Sulmonenſis, ſummi Pontificis Capellanus, præficitur an. 1350. inde

16. *Joannes* Ortonenſis 1375.

17. *Thomas* Ortonenſis 1376.

18. *Antonius* Termolenſis Epiſcopus hanc Eccleſiam in commendam accepit an. 1403.

19. *Nicolaus* è Campolo Præpoſitus dictus eſt an. 1405.

20. *Antonius* Jacobi Atinas Nicolao ſucceſſit circa an. 1413.

21. *Joannes* Antonii quo anno Præpoſitus fuerit creatus, quamdiuve Eccleſiam Atinatem tenuerit, ignoratur. Præpoſitus erat an. 1425. ut ex inſtrumento ab ipſo ſtipulato clarè licet videre; conſervatur enim inter ſcripturas Univerſitatis Atinæ. Hic ſuæ Eccleſiæ jura adeo acriter defendit, ut Epiſcopo Sorano poſt magnum certamen devicto omnimodam juriſdictionem in Atinati Eccleſia ad ſe ſpectare Romæ judicari obtinuerit.

22. *M. Antonius* Atinas Joanni ſubrogatus eſt; inde.

23. *Citandinus* de ſancto Patre, &

24. *Joannes Antonius* Ciccus. Tempora ignorantur. Hic poſtremus a Nicolao Cantelmo mori coactus eſt Iſtonii an. 1443.

25. *Antonius* Vetalus Atinas an. 1443.

26. *Joannes* de Judice Alvitanus præfuit ad an. 1464.

27. *M. Antonius* de Papa Atinas eligitur an. 1465.

28. *M. Antonius* de Papa, alter ab anteceſſore vivebat an. 1530.

29. *N......* Rubeus, uti intruſus, deinde remotus.

30. *Jo. Baptiſta* Marinus Atinas præfuit ad an. 1546.

31. *Pompilius* Narus, nobili gente Romanus, inde ſaffectus eſt, qui in debitam dignitatem Præpoſituram poſuit, & cum Eccleſiam Atinatem a nonnullis Soranæ diœceſis appellatam, tuncque appellari comperiſſet, priſtino jure repetito, at nullius diœceſis deinceps appellaretur, voluit. Præpoſitura ſe ſpoliavit an. 1567.

32. *Antonius* Mancinus an. 1567.

33. *Theodorus* Mancinus, Antonii ex fratre nepos, per patrui ceſſionem hanc Eccleſiam ſuſcepit regendam eodem anno 1567. Obiit an. 1573. Quo Præpoſito Thomas Lilius Epiſcopus Soranus Eccleſiam Atinatem ſua potentia fultus vexare cœpit. In Rota Romana pro Atinatibus, judicatum fuit.

34. *Bernardinus* filius Joannis Dominici Bonaparte de Celano in Marſicis, & Paulæ Argoliæ, jam Theologus, ſed vix electas quia obiit, a Palumbo omiſſus eſt. Is habuit germanos fratres Silvium Alferium, & Jo. Alexandrum Bonaparte ordinis D. Bernardi Abbatem in Aprutiis, nec non Fr. Jacobum Min. Obſerv. S. Franciſci Provincialem in Terra Sancta, qui ærumnis confectus obiit circa an. 1598.

35. *Joannes Bernardinus* Mancinus electus an. 1601. Diem obiit 8. Kal. Septemb. 1635.

36. *Jo: Matthæus* Bononia, Atinas, ſucceſſit an. 1636. defunctus eſt an. 1649.

37. *Lælius* Catarinella Inſulæ oppidi apud Soranos natus, eligitur ab Innocentio X. 19. Januarii 1650. Vixit an. 1691.

38. *Thomas* de Marco an. 1693. huic Eccleſiæ præpoſitus fuit, quo a duobus Clericis nefarie perempto, hæc ſedes in commendam data fuit

39. *Joſepho* Ferrario Epiſcopo Aquinati an. 1698. cui anno inſequenti defuncto in commendam ſucceſſit an. 1699.

40. *Joſeph* de Carolis, Epiſcopus item Aquinas. Adhuc vivit.

AUFINAS

EPISCOPATUS.

AUFINA, ſeu Aufinum, oppidum nunc eſt Aprutii ulterioris perhoneſtum inter Aquilam, Popolium, & Pinnam ſitum, *vulgò Ofena*, olim Veſtinorum non ignobilis civitas, cujus adcolæ *Aufinates Ciſmontani* a Plinio appellantur lib. 3. cap. 12. Ut autem non adeo celebre ejus ſit nomen apud antiquos profanos Scriptores, qui, præter Plinium, ejus nunquam meminere, ſatis tamen fuit claram penes ſacros, qui ejus, antiquatam modo, Epiſcopalem dignitatem æternitati conſecrarunt. Ex his ad nos pervenit Simplicii Papæ Epiſtola, Florentio, Equitio, & Severo Epiſcopis ſcripta, in qua & Aufinienſis Eccleſiæ, & Aufinienſis Epiſcopi memoria poſteris commendatur. Sit igitur hujus Cathedræ unicus mihi notus Antiſtes.

I. GAUDENTIUS, qui ob illicitas ordinationes habitas, redditusque Eccleſiæ male diviſos, munere pontificali, & triplici parte redditųum Eccleſiæ privatus eſt a Simplicio ſummo Pontifice anno 475. ut teſtatur ſequens Epiſtola.

Simplicius Epiſcopus Florentio, Equitio, & Severo Epiſcopis.

Relatio nos veſtræ dilectionis inſtruxit, & geſtorum ſeries plenius intimavit, Gaudentium Aufinienſis Eccleſiæ ſacerdotem, contra ſtatuta canonum, ac noſtra præcepta, ordinationes illicitas perpetraſſe, quarum illi totam penitus auferri præcipimus poteſtatem. Scripſimus enim ad Severum fratrem, & Coepiſcopum noſtrum, ut ſi neceſſe fuerit, ipſo in ſupradicta Eccleſia, conſideratis patrum regulis, hoc fungatur officio, quo ille abuſus eſſe convictus eſt; itaut hi, qui illicite ab eodem ſunt provecti, ab Eccleſiaſticis miniſteriis ſint remoti. Simul etiam de redditibus Eccleſiæ, vel oblatione fidelium, quid deceat neſcienti, nihil licere, permittat ſed ſola ei ex his quarta parte remittatur. Duæ Eccleſiaſticis fabricis, & erogationi peregrinorum, & pauperum profuturæ ab Onagro Presbytero ſub periculo ſui ordinis miniſtrentur: ultima inter ſe clericis pro ſingulorum meritis dividatur. At verò miniſteria Eccleſiæ, quæ alienata comperimus, reparare præſumptor prædicti fratris compellatur inſtantia: cui etiam hoc ſpecialiter præcipimus imminere, ut tres illas portiones, quas per triennium dicitur ſibi tantummodo vindicaſſe, reſtituat. Data decimotertio Calendarum Decembrium poſt conſulatum Leonis Auguſti.

BISACIENSIS

EPISCOPATUS.

UNitus Epiſcopatui S. Angeli Lombardorum. De eo Ughellus tom. 6. col. 836.

BLANDANUS

EPISCOPATUS.

BLANDA antiqua Lucaniæ urbs ſuit, In cujus aſſignando ſitu diſcrepant tum veteres, tum recentiores Auctores. Prolomæus mediterraneam ſuiſſe civitatem affitmat, non procul a Potentia: Mela vero lib. 2 cap. IV. litoralem urbem dixit Inter Buxentum, atque Veliam; atque hunc ſequuntur Cluverius in Italia antiqua, Ferrarius In Lexico, ac omnes penè recentiores. Ex his tamen rurſus nonnulli eam eſſe, quæ nunc vulgo appellatur *Caſtello a mare della brucca*, Cluverius *Maratia*. Holſtenius *Porto de Sapri* opinantur. Gabriel verò Barrius patriæ regionis amplificandæ amore illectus Brutiorum illud oppidum eſſe Blandam contendit, quod nunc dicitur *Belvedere*; ſed verius iis aſſentiendum, qui Blandam in Lucanis ponunt. Præter Ptolomæum, & Meiam Blandæ mentionem faciunt Plinius, tabulæ itinerariæ, ac Livius, qui plurali numero Blandas appellat. Epiſcopatum verò hic ſuiſſe nobis iodicat reliqua, quæ ad nos pervenit, ſequentium ejus Antiſtitum memoria.

I. N . . . . . per cujus obitum vacantis Blandanæ Eccleſiæ viſitationem demandavit Magnus Gregorius Felici Acropolitano Epiſcopo, ut ſupra in Acropolitanis vidimus.

II. PASCHALIS Epiſcopus Blandanus Concilio Lateranenſi ſub Martino ſubſcripſit an. 649.

BLERENSIS

EPISCOPATUS.

BLERA, ſeu *Bleræ*, urbs ſuit antiquę Thuſcię inter Sutrium, & Tuſcaniam ſita, ubi nunc viſitur oppidulum Viterbio finitimum, nomen adhuc retinens, & vulgo *Bieda* appellatum. Mentionem Bleræ fecerunt Strabo, Ptolomæus, ac tabulæ Itinerariæ, in quibus vocabulum *Olera* vitiatum rectè advertit Cluverius expungendum, ac genuinum *Blera* reponendum. Ab ea populi Blerani Plinio, qui in Theſauro Linguæ Latinæ perperam dicuntur vicini Cortonenſibus, a quibus longiſſimè diſtant. Licet autem haud magni momenti fuiſſe Blera apud veteres videatur, cum eam Strabo inter Thuſciæ oppidula recenſeat, clara tamen, & nobilis fuit apud Chriſtianos, utpote proprio exornata Paſtore, ac infulis Epiſcopalibus decorata. Nec parum gloriæ illi attulit perperiſſe Romanæ cathedræ eum Sabinianum, qui proximè ſucceſſit Magno Gregorio, Pontificem ſanè mitiſſimum, ut ex epigraphe ad ejus ſepulchrum proloquente, nobilique apologia, quam ipſi intexuit Oldoinus in ejus vita contra Ciaconium, alioſque de ipſo nequiter ſentientes. Hinc memoratur Blera etiam ab Anaſtaſio Bibliothecario: ſed cum in Sabiniani vita more poſterioris ævi V pro B ſcriptum eſſet *Ulera* (ut notavit citatus Cluverius) cenſuit Baronius hoc corrigendum in *Volaterra*, licet apud Luitprandum, & Abbonem diſertis litteris perſcriptum foret *Blera* in ejuſdem Sabiniani vita. Cæterum Blerani Epiſcopi, qui è ſacris Conciliis erui potuerunt, ſequentes ſunt.

A I. S. VIVENTIUS, de quo Ferrarius ad diem 11. Decembris ex monumentis Eccleſiæ Bleranæ, quæ illum Epiſcopum, parochum, & Archipresbyterum ſuum veneratur. *Vidimus*, inquit, *Acta illius, quæ potius traditione, quam alicujus ſcriptoris auctoritate conſtant. In iis inter cætera tempus, quo vixit, aut obiit, deſideratur. Hac tamen die a Bleranis colitur.*

II. MAXIMUS Bleranus pluribus interſuit Romanis Conciliis, anno nempè 487. ſub Felice, & 499. 501. 502. & 504. ſub Symmacho.

III. ROMANUS ſubſcripſit Romano Concilio ſub Magno Gregorio an 595.

IV. FORMINUS ſedit inter Patres Lateranenſi Concilii a Martino Papa celebrati an. 649.

V. AMATOR deſcribitur in Romano Concilio Agathonis Pontificis an. 680.

VI. JOANNES Bleranenſis appellatur in Romano Concilio an. 721.

VII. GAUDIOSUS *Bladero* inſcribitur in Ro-
B mano Concilio an. 743.

VIII. PASSIVUS Bleranæ civitatis Epiſcopus dicitur in Romano Eugenii Concilio an. 826.

IX. ANDREAS in Romano pariter Concilio an. 853 habito memoratur.

X. BONIFACIUS Concilii quarti Conſtantinopolitani condemnationi ſubſcripſit, an. 869. & Romano interſuit an. 879.

XI. SICO reperitur in Romano Concillabulo an. 963.

XII. JOANNES Bledanæ Eccleſiæ Antiſtes emergit è Romana ſynodo in cauſa Gradenſis Patriarchæ celebrata an. 1029. quam tom. 5. in Gradenſibus edidimus.

XIII. RICHARDUS Tuſcanus, Centumcellicus, & Bleranus erat Epiſcopus an. 1093. ut clarius infra in Tuſcanienſibus.

Blera tandem cum aliis paſſa diſcrimen ſuis conterminis civitatibus, proprium perdidit Antiſtitem, Viterbienſem aſſecuta.

C

BRINTUM, Æmiliæ oppidum, a Bononia duodecim paſſuum millia diſtans, jamdium exciſum, ſuſtitiſſe olim Epiſcopali cathedra, cujus Antiſtes ſuffraganeus eſſet Archiepiſcopi Ravennatis, teſtatur Agnellus in ſuo Pontificali, ſeu vitis Pontificum Ravennatum, In vita S. Joannis ex privilegio Valentiniani Ravennati Eccleſiæ conceſſo. Sed cum privilegium illud jure merito ab eruditis explodatur ut commentitium, & aliunde nulla appareant hujus antiquaræ ſedis veſtigia, illud libenter hic prætereo. Imo in ipſomet privilegio, prout refertur ab Ughello noſtro tom. 2. col. 332. inter ſedes Epiſcopales, quæ Ravennati a Valentiniano ſubduntur, nulla Brinti habetur mentio.

D

BRIXILLENSIS

EPISCOPATUS.

BRIXELLUM, ſeu Brixillum, oppidum nunc ad Ducem Mutinenſem ſpectans, vulgò *Breſſello*, urbs olim ſuit præclara Galliæ Ciſpadanæ, Pado flumini impoſita, à Parma non longius, quam decem paſſuum millia diſtans, cujus mentio reperitur, apud Plinium, Svetonium, Tacitum, Pto-

lomæum, Antoninum, Plutarchum, alioſque veteres Scriptores. Romaoorum Colooiam deductam auctor eſt Plinius lib, 3. cap. 15. *Intus*, ioquit, *Coloniæ Bononia, Brixellum, Mutina, Parma, Placentia*. Nobilis poſtmodum evaſit interitu Othonis Imperatoris, qui in ejus arce Bedriacenſis pugnæ contra Vitellium exitum manens, cum ſuorum cladem accepiſſet, papillam lævam pugione ſibi transfixit. Ibi etiam effoſſæ, quæ leguntur, lapideæ inſcriptiones, loci majeſtatem indicant. Nuperrime inter rudera explanatæ à Gallis arcis, ſequentes repertæ ſuot, quas in antiquitatis, & eruditorum gratiam proferimus, à clariſſimo viro Franciſco Aſiſio nobis perhumaniter communicatas.

P. TERENTIUS. P. L. SYNTROPHUS
HIC. REQUIESCIT.

HÆC. LOCA. SUNT. LANARIORUM
CARMINATORUM. SODALICI.
QUÆ FACIUNT. IN AGRO P. C.
AD VIAM.
P. L. V.

SACRUM P. FULGURIS.

D. M.
AFRODISIÆ VELLEJE L. F. M. LUSIUS
SABINUS COIUGI KARISSIME QUE
VIXIT
MECUM ANNOS VII. MENSES VIII.
DIES VII.

Ab Authari Longobardorum rege capta ultimum propè excidium perpeſſa eſt, & licet deinde reſtaurata nunquam tamen ad priſtinum amplitudinis, dignitatiſve gradum potuit pervenire. Porrò in Valentiani privilegio, qualecumque illud ſit, Ravennati Eccleſiæ conceſſo inter ſuffraganeas Archiepiſcopi Ravennatis Epiſcopales ſedes Brixillenſis etiam recenſetur, cujus Cathedræ indubiam fidem facit S. Euſebii Mediolanenſis ad Leonem Pontificem ſcripta anno 452. ſynodalis Epiſtola, cui ſubſcripſiſſe legitur Brixillenſis Antiſtes. Tametſi velit Ughellus tom. 2. in Parmenſibus col 144. non aliam à Parmenſi fuiſſe Brixillenſem ſedem, quam Parma ab Attila exciſa Brixillum tranſtulerit Cyprianus. Verum cum Parmæ excidium contigerit nonniſi poſt Epiſtolam Euſebii ſcriptam, vel ſaltem eodem ferè tempore, non videtur Brixillenſis Epiſcopus, qui eidem ſubſcripſit, fuiſſe Parmenſis Antiſtes, qui Brixillum ſe recipere nondum coactus fuerat, vel ſi jam coactus non tam citò veteri, propriaque Parmenſis Epiſcopi rejecta appellatione, novam Brixillenſis debuerat induere. Utcunque tamen ſit, Epiſcopalem Cathedram quondam habuit Brixillum, & in ea ſediſſe reperitur

I. CYPRIANUS, qui anno 452. ſubſcripſit Epiſtolæ Euſebii Mediolanenſis Archiepiſcopi ad Leonem Pontificem miſſæ, ab Ughello inter Parmenſes tertio loco recenſitus.

II. ANASTASIUS patria Cremonenſis, de quo ex Breſciano hæc haber Ariſius in Cremona litterata tom. 1. pag. 25. *Anaſtaſius ſacris initiatus Romam profectus ob eximias animi dotes non diu delituit, quin Pelagius II. Pontifex tantam virtutem Brixillenſi infula ornaverit. Gregem igitur ſibi demandatum paterna charitate, ac exemplis in Catholicæ fidei rudimentis inſtruxit, & meritis plenus devixit.*

III. GREGORIUS ex nobili ſtirpe Maggia Cremonenſi, vir bonus, & prudens, non procul à patria Epiſcopus Brixilli deligitur ſedente Gregorio III. Rom. Pontifice. Summa vigilantia annos, duo de viginti ejus populo præfuit, ut refert ex dicto Breſciano citatus Ariſius pag. 55.

IV. THEODEBERTUS ex præclara Melinorum ſobole Cremonenſis, Monachus Benedictinus, à Zacharia I. Pontifice huic Eccleſiæ præficitur, quam diutius gubernavit.

V. ERSILIUS, ex Summorum antiqua progenie pariter Cremonenſis, Monachus & ipſe Benedictinus, Theodeberto prædefuncto ſuffectus eſt à Paulo I. Pontifice. Septennio mitratus vixit, vitamque non ſine ſui populi lachrymis deſeruit, contumulatus in Cathedrali Eccleſia cum hoc epitaphio.

Præſul Erſilius jacet hic Chriſticola totus;
Hoc meruit vita, ut moreretur ita.

Erſilii pariter ac Theodeberti meminit idem Ariſius pag. 56. ex Breſciano, apud quos quatuor ab iis memoratorum Brixillenſium Epiſcoporum fides eſto. Nunc Brixillenſis Eccleſiæ caput eſt Archipresbyter, ſubjacetque Mutinenſi Epiſcopo.

BULSANUM Calabriæ oppidum ſuper ſaxa conditum diſtat à Brancaleono millibus paſſuum tribus, à freto quatuor, agro frugifero, ac aucupiis, ac tuberibus celebrato. Epiſcopalem hic ſedem fuiſſe teſtantur ex quadam Scriptura Græca, quam extare affirmant in Monaſterio D. Mariæ de Peſaca agri Tabernenſis, in qua ſcriptum volunt Bulſanum, ſive Brettianum ſedem Epiſcopalem habuiſſe, & ejus diœceſim partim Bovenſi, & partim Locrenſi additam. Sed gratis hæc aſſerta videntur, nam de hac ſede apud nullos veteres Auctores, neque apud Concilia fit mentio. *Ughellus tomo nono columna* 180.

BUXENTINUS
EPISCOPATUS.

BUXENTUM, ſeù *Buxetum*, Græcis *Pyxuntum*, vel Pyxus, urbs fuit litoralis Lucaniæ poſt Palinurum promontorium inter Melphem, & Laum amnes, de quo hæc Strabo lib. 6. *Poſt Palinurum eſt Pyxus, promontorium, & portus, & fluvius; unum quippe his tribus eſt nomen. Poſt Pixuntem eſt Laus ſinus, & amnis*. Hinc arguit Cluverius in Italia antiqua, quod, cum Melphes amnis nomen antiquum & hodie retineat, Pixus iſte fluvius, ſivè Buxentum flumen nullum aliud eſſe poſſit, quàm quod proximè Melphem deprehenditur; (Inter hujus enim, & Melphis oſtia promontorium eſt, longè in mare, ſeù Peninſula procurrens) Pixus verò, ſeù Buxentum promontorium, quod nunc dicitur vulgò *Capo della Foreſta*, ipſum denique oppidum, & portus illud, quod procul læva amnis ripa vulgò incolis *Policaſtro*, appellatur ubi veteris oppidi veſtigia etiam nunc viſuntur. Alii tamen malunt Buxentum olim fuiſſe, ubi nunc oppidum *Piſciota*, alii, ubi *Belvedere*. Buxentum verò dictum autumant, ſeù Pyxum, à pyxo, ſeù buxo, cujus mira in eo tractu copia. Urbis conditorem docet Diodorus lib. 11. ubi ait: *Athenis ſummam gerente Magiſtratum Praxiergo, in Italia Micythus, Rhegii & Zancles princeps, urbem condidit Teuxunta*: ubi pro *Teuxunta* legendum eſſe *Pixunta* admonet citatus Cluverius Strabonis auctoritate, qui eadem de Buxenti ædificatione narrat. Cum autem Praxiergus ſummum Athenis Magiſtratum obtinuerit Olympiadis LXXVII. anno ſecundo ante natum Jeſum an. 471. oportet conditum fuiſſe

Bu-

Buxentum. Huius meminere præter citatos Auctores Livius, Ptolomæus, Plinius, Mela, Stephanus, aliique. Silii locum, ubi lib. IX. ait:

Seù Laureus tibi, Sigæo ſulcata colono
Arridet tellus: ſeu ſunt Buxentia cordi
Rura magis. . . . .

corruptum cenſent cordatiores, & pro *Buxentia* reponendum autumat Byſacia Cluverius in loco citato. Cæterum urbs olim celebris fuit Buxentum, eòque colonos bis à Romanis deductos memorant Livius, & Paterculus. Nunc autem defecit omninò, & cum ejus fortunæ vigerent, Epiſcopali etiam throno decoratam conſtat ex ſequentium Epiſcoporum memoria, quorum nomina longæva vetuſtas non valuit abolere.

I. RUSTICUS Epiſcopus Buxentinus ſententiam ſuam dixit in Symmachi Synodo an. 501.

II. N.....per cujus obitum M. Gregorius hujus Eccleſiæ viſitationem mandat Felici Acropolitano Antiſtiti an. 592. Epiſt. 42. quam ſupra in Acropolitanis retulimus.

III. SABBATIUS an. 649. in Concilio Romano Martini I. pugnavit contra Monothelitarum hæreſim.

CÆRETANUS
EPISCOPATUS.

CÆRE antiquiſſima, ac nobiliſſima fuit Etruriæ urbs inter Pyrgos & Alſium ſita, ab urbe Roma 25. milliaribus diſtans, & à mari quatuor tantum, ut tradit Plinius, *Agylla prius vocabatur*, verba ſunt Strabonis lib. 5. *quæ nunc Cære eſt, ferturque condita à Pelaſgis è Theſſalia profectis: quos Lydorum qui mutato nomine Tyrrheni dicti ſunt, quum bello petiſſent, acceſſiſſe quemdam ad murum, nomen urbis ſciſcitantem: quemque Theſſalorum quidam de muro reſponſi loco eum ſalvere juſſiſſet* (quod Græco vocabulo dicitur Χαῖρε) *omen accepiſſe Tyrrhenus, & urbi captæ nomen mutaſſe*. At Servius in Virgilii Æneid. lib. VIII. non à Tuſcis, ſed à Romanis nomen Cære primum uſurpatum narrat. Fuit è numero duodecim principium Etruriæ urbium, ac ſedes illius Mezentii regis, qui auxilia tuliſſe fertur Turno Rutulorum regi contra Æneam & Aborigines. Hinc Virgilius Æneid. lib. VIII. ita cecinit.

Haud procul hinc ſaxo incolitur fundata vetuſto
Urbis Agyllinæ ſedes: ubi Lydia quondam
Gens, bello præclara, jugis inſedit Etruſcis.
Hanc multos florentem annos rex deinde ſuperbo
Imperio, & ſævis tenuit Mezentius armis.

Idem refert Livius hiſt. lib. 1. De ejus opulentia, & antiqua dignitate hæc ſcribit Dionyſius lib. 3. *Urbs erat viris, & opibus florens, ſi qua alia Etruſcarum urbium, ex qua magnus exercitus exibat.* Strabo lib. 5 meminit theſauri, quem Agyllani Apollini Delphico conſecrarunt. Fuit Cære Virginum Veſtalium aſylum, cum Gallis Romam occupantibus eas cum ſacris vehiculo illuc deportaſſet L. Albinus. Hinc municipium factum Romanorum. Feſtus inter Præfecturas hanc urbem enumerat. At Strabonis ævo ferè totum extinctum fuerat Cære. *Hodie*, ait ille loco citato, *urbs tàm ſplendidæ quondam ac præclaræ veſtigia tantum extans*. Nunc ejus loco in ſaxeo tumulo viſitur oppidulum vulgo *Cerveteri*, quaſi dicas Cære vetus ad

A discrimen alterius oppidi, quod eodem tractu vulgò dicitur *Ceri*, licet non deſint, qui affirment hoc poſtremum Cære veteris loco ſucceſſiſſe, & *Cerveteri* fuiſſe veterem Agyllam urbem à Cære diſtinctam contra Strabonis, aliorumque veterum ſcriptorum auctoritatem. Antiqui Cære mentio reperitur apud Herodotum, Ptolomæum, Valerium, Rutilium, Silium, ac Itineraria præter quàm apud relatos, alioſque veteres tum Græcos, tum Latinos Auctores. Non defuit autem nobiliſſimæ civitati poſt illuſtratum luce Evangelii mundum Chriſtianæ religionis ſacrum decus, cum proprios habuerit Epiſcopos, longa plurimorum ſeculorum ſerie deductos: Quorum vero ſuperſtes fuit memoria, meamque non effugere indaginem, hæc ſunt nomina.

I. ADEODATUS *Cerenſis* ſubſcribitur Romano Symmachi Concilio an. 499.

II. PETRUS Cærenſis interfuit Romano Concilio an. 761. à Paulo I. Pontifice celebrato.

B III. ROMANUS præſens fuit Romano Concilio ſub Eugenio II. an. 826. in eoque ita deſcribitur: *Romano Cærenſe*.

IV. ADRIANUS Cærenſis Epiſcopus ſententiam ſuam dixit in Romana Synodo an. 853.

V. CRESCENTIUS Concilii IV. Conſtantinopolitani condemnationi ſubſcripſit an. 869.

VI. ANNISUS ſuum ſuffragium tulit, dum inter ſanctos referretur Udalricus Auguſtanus Epiſcopus in Romano Concilio an. 993.

VII. STEPHANUS in eo Romano Concilio interfuit, in quo præſente Othone III. Imp. actum eſt de Roberti regis, qui conſanguineam duxerat, diſſolvendo conjugio an. 998.

VIII. BENEDICTUS elicitur è Romana Synodo an. 1015. celebrata in ſavorem Fructuarienſis cœnobii. Subſcripſit etiam literis Benedicti VIII. pro Eccleſia S. Salvatoris an. 1017. apud de Marca in Marca Hiſpan. fol. 1005. Interſuit etiam anno 1029. in Romana Synodo, quam retulimus in Gra-
C denſibus tom. 5. col.

CALENENSIS
EPISCOPATUS.

IN Campania Felice ultra Caſilinum, & Stellatem agrum inter Theanum Sidicinum, & Capuam urbs fuit plurali numero CALES, à Ptolomæo, Plinio, Cicerone, Livio, Maximo, Tacito, aliiſque Scriptoribus antiquis memorata. De
D ea Virgilius Æneidos lib. 7.

——— *Vertunt felicia Baccho*
Maſſica qui raſtris, & quos de collibus altis
Aurunci miſere patres, Sidicinaque juxta
Æquora; quique Cales linquunt ———

Et Silius lib. 8.

Nec cedit ſtudio vicinus ſanguine miles,
Quem genuere Cales: non parvæ conditor urbis
(Ut fama eſt) Calais; Boreæ quem rapta per auras
Orithyia vago Geticis nutrivit in antris.

A Cala Boreæ filio Argonauta conditam ferunt, ſeù potius ex ſimilitudine quadam vocabulorum fabulantur. Fuiſſe tamen haud poſtremæ notæ urbem auctor eſt Strabo lib. 5. ubi oppidis in via Latina enumeratis poſt Aquinum, Caſinumque & Thea-

A num Sidicinum, ſic pergit: *Et quæ ſequitur inde Calenorum, & ipſa illuſtris, Caſilino propinqua.* Coloniam à Romanis deductam fuiſſe anno urbis Romæ 420. ante natum Jeſum 333. auctores ſunt Livius, & Vellejus. Coloni inde nominantur Caleni. Atque hæc ferè de Calibus ſcribit in Italia antiqua Cluverius, qui nullum ibi Calenum alteram Campaniæ vetuſtam urbem deprehendit. Licet Scriptores non deſint, quos inter Ferrarius in Lexico, & Brietius in Parallelis, qui Calenum diſtinctam à Calibus civitatem ſtatuant, locumque, ubi quondam jacuerit, indigitent, non longe ab urbe vulgò appellata *Carinola*, ubi adhuc exciſæ civitatis rudera viſuntur. Nos tamen in Cluverii ſententiam imus, & cum Ughello tom. 6. col. 477. Cales, & Calenum unam, eamdemque urbem fuiſſe cenſemus, *Calenum* verò vel corruptum vocabulum, vel denominativum a Calibus dicimus. Hinc vinum Calenum à veteribus celebratum Calium agro adjudicamus. Porrò Cales proprios habuiſſe

B Epiſcopos teſtantur Symmachi Concilia; nam

I. VALERIUS Calenitanus Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Romano ptimo ſub Symmacho anno 499.

II. VITICANUS Geleníenſis Antiſtes interfuit Synodo Palmari ſub eodem Symmacho anno 503.

Cæterum Calibus everſis ſucceſſiſſe Calvium recentiorem urbem vulgo *Calvi*, Epiſcopali pariter dignitate fulgentem obſervat Ughellus noſter loco citato, ubi de Calvenſibus agit Epiſcopis.

CANNENSIS

C

EPISCOPATUS

ARchiepiſcopatui Nazareno unitus, de quo latè Ughellus tom. 7. col. 788.

CANUSINUS

EPISCOPATUS,

D

ET ARCHIEPISCOPATUS.

CANUSIUM civitas quondam celebris Apuliæ Peucetiæ, ſeu potius Danniæ, nunc *Canoſa*, ſurgens erat ad ripam Aufidi fluminis in parvo colle XXV. ſtadia ſupra Cannas. Ejus conditorem Diomedem fuiſſe refert Strabo; proinde ad Horatii locum ſat. x. l. 1.

——— *Canuſini more bilinguis:*

Ita commentatur vetus poetæ Scholiaſtes. *Canuſium, oppidum in Apulia, conditum a Diomede, a quo Canuſini græcam linguam acceperunt. Quare dicebantur bilingues, quia utebantur Græco, & Latino ſermone.* Nugatoriam, ac fabuloſam abſurdamque cenſet Cluverius originem, quam Canuſii vocabulo quærunt Grammatici, & præcipuè Servius ad Virgilii Æneid. lib. 11. ubi ait. *Sane Diomedes multas condidiſſe per Apuliam dicitur civitates, ut Venuſiam, quam in ſatisfactionem Veneris, quod ejus irae ſedes proprias invenire non poterat, condidit, quæ Aphrodiſia dicta eſt: item Canuſium, Cynegeticon, quod in eo loco venari ſolitus erat.* Frequens occurrit Canuſii mentio apud veteres Scriptores, Livium nempe, Silium, Cæſarem, Martialem, Ciceronem, Plinium, Ptolomæum, Appianum, cæteroſque cum Latinos, tum Græcos Auctores. Quæ ſuperfuere ejus reliquiæ, cernuntur cum modicis habitatoribus, & Barenſis agri locus eſt parum diſtans a Cannis eaciſis, & Barulo. Antiquiſſima ibidem eluxit Epiſcopalis dignitas, & Epiſcopis præfulſit excelſi nominis, & ſanctitate conſpicuis. Trium horum ſacra corpora Barium translata fuerunt, ubi jacent ſub ara, ſuper qua adoratur Ss. Eucharistiæ Sacramentum; ſuntque Ss. Ruffinus, Memor, & Sabinus. Epiſcopi Canuſini, quorum nomina ea probatis monimentis exhauriri licuit, ſunt.

I. STERCOREUS, cujus memoria omnium prima pervenit ad poſteros, anno 347. Sardicenſi Concilio interfuit.

II. S. LAURENTIUS a S. Leone Papa I. ordinatus Canuſii Epiſcopus una cum S. Marciano, qui Frequentinis eſt datus, ut Ughellus in eiſdem recitat tom. 8. col. 288.

III. PROBUS nomine Simplicii Papæ Apoſtolicus Legatus in Orientem abiit ad Leonem Imperatorem an. 467. de quo Baronius eo anno ex Epiſtola Gelaſii Papæ ad Dardanios non XI. ut citat idem Baronius ſed XIII.

IV. SABINUS I. vixit tempore Gelaſii Papæ, adfuitque dedicationi altarium cryptæ S. Michaelis in Monte Gargano. Hunc eumdem eſſe exiſtimat Beatillus Sabinum illum, qui Canuſinus Epiſcopus electus eſt an. 514. At non facile in unum quadrare omnia poſſunt, quæ de S. Sabino memorantur. *Nam ex ejus vita Italica ab Antonio Beatillo ſcripta* (ita diſſerit Bollandus in Actis Ss. Februarii tom. 2. pag. 310.) *in urbe Barolitana templum S. Andreæ conſtruxit, atque ab ipſo S. Gelaſio Papa impetravit, ut eam dedicaturus in Apuliam veniret. Obiit Gelaſius 21. Octobris an. 5. ſui pontificatus, Chriſti 496. Atqui poſt eum annum adminiſtravere* (quos mox referemus) *Eccleſiam Canuſinam Ss. Epiſcopi Ruffinus, & Memor, & huic qui ann. 514. ſuffectus Sabinus fuit. Diverſus igitur a Ruffini deceſſore. Aſſerit Beatillus Sabinum, ædem illam ſuo ſumptu ædificaſſe, priuſquam ad Epiſcopatum, aut fortaſſis allum omnino Eccleſiaſticæ dignitatis gradum pertingeret. adfuiſſe pariter dedicationi altarium cryptæ S. Michaelis nondum Epiſcopum. Aſt in vita S. Richardi Andrienſis poſt memorabile illud tauri e ſpelunca ibi prodigium, ſciſcitantibus Sypontinis quid facto opus eſſet, reſpondiſſe Gelaſius dicitur, ut ſi* S. Dei Archangelo placeret, Eccleſiam fundarent in laudem S. Michaelis, ubi ſuæ voluntatis eſſet; idque exequeretur per ſanctos Dei Epiſcopos Laurentium Sypontinum, Sabinum Canuſinum, Pelagium Salapitanum, Rogerium Cannenſem, & Richardum Andrienſem. Cui poſtquam hæc nunciata fuerunt ad tale miniſterium exercendum accerſitus, pedibus & Canoſium, & Cannas perrexit, & una cum B. Rogerio Cannenſi, & Sabino Canuſino Epiſcopis, uti pedites erant, ita itineri ſe commiſerunt. *Ac poſt multa.* B. Richardus cum B. Rogerio, & B. Sabino ad ſuas Eccleſias redierunt, hic Canuſium, ille Cannas, B vero Richardus Andriam pervenit. *Poſſetne diſertius exprimi Sabinum tunc Epiſcopum fuiſſe? Diverſus igitur Sabinus ille ab eo, qui demum poſt 20. annos Canuſinus Epiſcopus factus dicitur; atque is Ruffini, Probi ille ſucceſſor, fuit.* Hactenus Bollandus.

V. S. RUFFINUS Sabino ſucceſſit, & anno 499. ſubſcripſit Synodo Romanæ I. ſub Symmacho; nec diù poſt eam ſuperſtes fuit, nam

VI. S. MEMOR legitur interfuiſſe ejuſdem Symmachi Synodis habitis an. 501. 502. 503. Sedil-

ſe autem Memorem Canuſii annos 14. ac 514. Chriſti anno deceſſiſſe ſcribit Beatillus in vita S. Sabini cap. 4.

VII. S. SABINUS II. Canuſinus Epiſcopus dictus eſt an. 514. Magiæ accuſatus apud Felicem IV. ſummum Pontificem, Romamque citatus, eò cum perveniſſet unico die, abſolutus eſt. Dum verò ad ſuos reverteretur S. Benedictum inviſit. Ab Agapeto Apoſtolicæ Sedis Legatus Conſtantinopolim miſſus eſt, ubi Concilio ſub Menna an. 536. interfuit, ſubſcripſitque. In Italiam anno 536. vel 537. rediens Myram deflexit ad S. Nicolai inviſendum ſepulchrum. Inde ſuæ ſedi redditus, prophetiæ dono illuſtris, miraculiſque clarus obdormivit in Domino anno Chriſti 566. cujus deinde ſacrum corpus ſub Grimoaldo II. & Theoderada matre inventum circa an. 688. non in Eccleſia S. Petri, quæ erat Cathedralis, ut vult Beatillus, ſed ab ea longe 7. mille paſſibus, ubi primùm erat reconditum, a Petro Epiſcopo in Cathedralem Canuſinam tranſlatum fuit: inde poſtea Barium deportatum anno 851. ab Angelario Archiepiſcopo Canuſino, & Barenſi una cum Ss. Ruffini, & Memoris reliquiis. S. Sabini meminit D. Gregorius in Dialogis lib. 2. cap. 15. & lib. 3. cap. 5. ejuſque acta luculenter deſcripſit Bollandus tom. 2. Februarii pag. 310. & ſeqq. Ejus dies feſtus habetur 9. Februarii. Sabino deinde ſucceſſere incerti temporis ſequentes Epiſcopi, quorum mox nuda nomina proferemus. Interea vacuam fuiſſe paſtore Canuſinam Eccleſiam anno 591. habemus è Magni Gregorii Epiſt. 53. Ind. 9. Edit. Monach. qua ejus curam committit Felici Epiſcopo Sipontino. Eam hic damus, cum inde colligi liceat, qualis tunc fuerit, quamque miſerandus hujus Eccleſiæ ſtatus.

Gregorius Felici Epiſcopo Sipontino.

Pervenit ad nos, quod Canuſina Eccleſia ita ſit Sacerdoti officio deſtituta, ut nec pœnitentia ibidem decedentibus, nec baptiſma præſtari poſſit infantibus. Hujus igitur tam piæ rei, tamque neceſſariæ mole permoti jubemus dilectioni tuæ, ut hujus præceptionis auctoritate commonitus, memoratæ Eccleſiæ viſitator accedas, & vel duos parochiales presbyteros debeas ordinare: quos tamen dignos ad tale officium veneratione vitæ, & morum gravitate perviderts, & quibus in nullo obvient conſtituta Canonicæ diſciplinæ, ut ſunctæ condigna cautela provideatur Eccleſiæ.

VIII. MARCUS.
IX. JULIUS.
X. STEPHANUS.
XI. PALUMBUS.
XII. URSUS.
XIII. TRANSMUNDUS.
XIV. RODECAUTUS.
XV. BURSA.

XVI. S. PETRUS, cujus juſſu Anonymus S. Sabini vitam ſcripſit, floruit paullò poſt annum DCC. ſub Giſulpho, & Romualdo II. Beneventanis Ducibus, alter profectò à Petro Canuſino Præſule, qui initio noni ſæculi, everſo à Sarracenis Canuſio, Salernum ſe recepiſſe dicitur, illiuſque urbis Epiſcopus electus, ut conjicit Bollandus loco citato. S. Sabini corpus ab ea Eccleſia, quam Theoderada ædificarat, in Cathedralem tranſtulit. De eo Bollandus in Actis Ss. Februarii. tom. 2. pag. 557.

XVII. MAURENTIANUS.
XVIII. ANDREAS.

XIX. AVERALDUS, ſeù potius Audoaldus, qui, ut habetur in vita S. Sabini, *tertio in loco a præfato venerabili Epiſcopo Petro pontificali gloria functus eſt.*

XX. LUDIPERIUS.

XXI. PETRUS II. Longobardus, Grimoaldi Salernitani principis cognatus, ſanctimoniæ clarus opinione, delectus eſt anno 800. Ea tunc erat

A Canuſinæ civitatis præſtantia, ut jam Archiepiſcopali titulo decorari promeruerit forſan Grimoaldi potentiſſimi Principis opera interveniente anno 828. Antocephala verò ne fuerit hæc ſedes, an ex iis, qui Barenſi nunc ſubſunt, habuerit ſubjectos Epiſcopos ignoratur. Verum non longo tempore poſt, irrumpentibus Saracenis, propriis oculis Canuſii excidium hauſit, deploravitque Petrus, qui inde Salernum aufugit, ſeditque ejus urbis Antiſtes an. 834. Petrus iſte, vel ſaltem ejus prædeceſſor in veteri documento memoratur, qualecumque illud ſit, tranſlationis in locum Marianum reliquiarum S. Viti martyris, quod relatum eſt tom. 7. in Polymnianenſibus col. 749.

XXII. ANGELARIUS ſucceſſit Petro anno 834. Barenſis item Archiepiſcopus evaſit an. 845. *An verò à Barenſi clero*, inquit Bollandus loco citato, *ſit accerſitus, juſſuſve à Pontifice Romano utramque adminiſtrare Eccleſiam, an ut Maurorum Hiſpanienſium Sigenulpho Principi militantium effugeret furo-*
B *rem, Barium ſeſecum ſuis receperit, ubi ſub Africanorum Saracenorum præſidio tutis utcumque eſſe liceret, atque ibi à Barenſibus mortuo Sebaſtiano Archiepiſcopo ſunctus hoſpes in vacuum ejus urbis thronum ſit adoptatus, in obſcuro eſt. Poſt eum utraque ſedes unita penes eum permanſit: quæ conjunctio Romani Pontificis vel juſſu primum facta, vel confirmata ſententia eſt.* Hic Barium tranſtulit Ss. Ruffini, Memoris, ac Sabini prædeceſſorum ſuorum ſacra Lipſana, ubi adhuc pia fidelium veneratione coluntur.

CARINENSIS

C
EPISCOPATUS.

FLorebat olim inter Brutiorum urbes non ignobilis civitas CARINA, non longè diſtans a Rhegio ad fretum Siculum, cujus non temnendam vel populi frequentia, vel loci amplitudine dignitatem, ſilentibus omninò non antiquis tantùm, ſed etiam recentioris ævi Scriptoribus, ſatis commendat illatus in eam Epiſcopalis honor. Verum temporum iniquitate ejus incolis aliò compulſis, cum Magni Gregorii tempore deſtituta civibus concidiſſet, ejus Cathedra Rhegienſi unita fuit, totaque diœceſis in jura Antiſtitis Rhegini conceſſit. Carinenſium Epiſcoporum omnis ferè memoria intercidit: qui injuriam ſæculorum edacitatem effugere, ſunt

I. N. . . . . quo anno circiter 595. defuncto, cum alium Præſulem ordinare non fineret deſerti loci
D vaſtatio, D. Gregorius Magnus Carinenſem Eccleſiam univit Rhegienſi data ad hujus Epiſcopum Bonifacium ſequenti Epiſtola, quæ in Monachorum Benedictinorum editione decima eſt libri ſexti Indictionis decimæ quartæ.

Gregorius Bonifacio Epiſcopo Regitano.

Poſtquam Eccleſiæ Carinenſi, defuncto ejus Antiſtite, alium ordinari nec loci deſertio, nec finit imminutio perſonarum majori cura conſtringimur, ne conſiſtentes ibidem, ſi Paſtoris fuerint moderamine deſtituti, per invia fidei hoſtis callidi rapiantur inſidiis. Hoc ergo noſtro ſedit cordi conſilium tuæ eam ſollicitudini debere committi, quod facere per præſentia ſcripta perſpeximus. Cujus ut curam gubernationemque ſtudioſius habere, gerereque feſtines, tuæ eam Eccleſiæ aggregari unirique cenſemus, quatenus utramque Eccleſiarum Sacerdos recte, Chri-

ſto

ſto adjutore, poſſis exiſtere, & quæque tibi de ejus patrimonio, vel cleri ordinatione vigilanti, ac canonica viſa fuerint cura diſponere, quippe ut Sacerdos proprius liberam habebis ex præſenti noſtra permiſſione licentiam. Quapropter, frater cariſſime, Dominicorum reminiſcens ſalubriter mandatorum, ita in commiſſæ plebis regimine, lucrandiſque animabus invigila, ut ante tribunal æterni judicis conſtitutus, fructum bonæ operationis, qui ad mercedem tuam pertineat, Redemptori noſtro, in quo lætari poſſis, exhibeas.

Anonymum hunc Carinenſem Epiſcopum ſuſpicatur Holſtenius in notis ad Geographiam ſacram Caroli à S. Paulo fuiſſe illum Joannem, cujus meminit idem Gregorius Epiſt. 32. lib. 2. Indict. x. juxta Monachorum editionem in hunc modum. *De Honoratæ verò ancillæ Dei cauſa hoc mihi videtur, ut omnem ſubſtantiam quæ conſtat, quia ante tempus Epiſcopatus Johannis Epiſcopi Laurinenſis fuit, veniens tecum defecas:* ubi pro *Laurinenſe* legendum cenſet *Carinenſe. Sed emendatio, ſive conjectura mea*, ſubdit Holſtenius, *certiſſima eſt, nam Joannes ille Carinenſis adfuit Concilio Lateranenſi ſub Martino.* Non advertit quippe doctiſſimus vir, quod Lateranenſe Concilium a Martino celebratum fuit anno 649. & Joannis mentio facta fuit à Magno Gregorio in Epiſtola data anno 592. à quo ad annum Concilii Lateranenſis non potuit ſediſſe in Carinenſi Cathedra idem Antiſtes, cum ex altera Magni Gregorii Epiſtola certum ſit illam paſtore vacuam fuiſſe anno 595. Fuit igitur vel alterius ſedis Præſul, Laurinenſis ille Joannes, vel ſaltem omninò diverſus ab altero, de quo mox dicemus.

II. BONIFACIUS Rheginus Epiſcopus hanc Eccleſiam ſuſcepit regendam ex D. Gregorii mandato an. 595.

III. JOANNES, qui Carinenſibus infulis decoratus interfuit an. 649. Lateranenſi Concilio à Martino Papa celebrato. Atque hinc colligitur non diù perduraſſe unionem hujus Eccleſiæ cum Rhegina à M. Gregorio factam, ſed proprios iterum Carinenſem Eccleſiam habuiſſe Paſtores, quos tandem everſa omninò civitate penitùs amiſit.

CARSULANUS

EPISCOPATUS.

CARSULI, ſeu *Carſulæ*, Umbriæ nobilis quondam civitas Straboni, Plinio, ac Tacito memorata, nunc penitus exciſa, medio fermè itinere inter Narniam & Mevaniam occurrebat in via Flaminia ab illa decem millia paſſuum, ab hac duodecim circiter diſtans. Eam ibi ſtetiſſe autumat Cluverius, ubi nunc viſitur vicus, vulgari vocabulo *Caſſigliano* dictus, compluribus inſcriptionibus, aliiſque antiquitatum monumentis illuſtris. Dum autem vigeret hæc urbs, Epiſcopali dignitate fuiſſe decoratam nonnulli affirmant, licet ejus cathedræ nullum ſuperſit veſtigium, ſi excipias

I. S. VOLUSIANUM, quem ex monumentis MſS Interamnenſis Eccleſiæ Carſulanum Epiſcopum dicit Ferrarius in Catalogo Sanctorum ad diem 2. Januarii. Noſter tamen Ughellus illum inter Epiſcopos Interamnenſes enumerat, eaque in ſede S. Proculo ſucceſſiſſe affirmat circa an. 310. Bollandus ejus meminit in actis Ss. Januarii ad diem ſecundum in prætermiſſis.

CASINENSIS

EPISCOPATUS.



ULTIMUM Latii novi, ſeu agri Volſci in via Latina fuit CASINUM oppidum in latere, ſeu ſinu montis, qui adhuc vulgo *Caſino* appellatur, ædificatum, quod in multis Auctorum exemplaribus geminato Ss. invenitur *Caſſinum*, licet veteres inſcriptiones ſimplici ſ conſtanter proferant *Caſinum*. Quibus auctoribus, & quando conditum fuerit incertum, conſtat tamen a Samnitibus primum, mox a Volſcis inhabitatum, ac proinde ſatis vetuſtum fuiſſe. Unde de ejus nominis origine hæc leguntur apud Varronem de Lingua Latina lib. 6. *Caſcum ſignificat vetus. Ejus origo Sabina, quæ uſque radices in Oſcam linguam egit. Caſcum vetus ſignificat Ennius, quum ait;*

Quam primum caſci populi genuere Latini:

Item oſtendit, quod oppidum vocatur Caſinum. Hoc enim a Sabinis orti Samnites tenuerant & nunc noſtri. Unde & Caſinum forum, vetus. Præclaram illud Larinorum urbem vocat Strabo, & 19. ſtadiis a Capua diſtare ſcribit. In prima Italiæ regione enumerat Plinius l. 3. c. 5. & lib. 7. c. 4 narrat prodigium, quod ibi accidit de puellæ Virginis mutato ſexu: idemque lib. 2. c. 103. celebrat flumen Scatebram prope Caſinum decurrens æſtivo tempore exuberantibus undis, cujus amnis frigidos, copioſoſque fontes innuere voluit Silius lib. 12. his verbis:

——— Nymphiſque habitata Caſini
Rura evaſtantur.

Coloniam Romanos deduxiſſe Caſinum Olympiadis CXVII. anno ſecundo, ideſt anno urbis Romæ 442. ante natum Chriſtum 311. M. Valerio Maximo, & P. Decio Mure Coſſ. teſtis eſt Livius lib. 9. ſed & Municipium Romanorum factum colligitur ex Cicerone in Oratione pro Planco, & ex vetuſto lapide apud Cluverium. Ejus ager peramœnus & affluens, ac ad Romanorum delicias accommodatus. In eo eruditiſſimus Senator M. Terentius Varro Romanus dignam magnificentia villam ſubſtruxit, cui plaudit Cicero ejus æqualis Philippica 2. quamque deſcribit ipſemet Varro lib. 3. c. 4. de re ruſtica. Caſini præter relatos Auctores meminere Cato, Columella, & Itineraria antiqua. Floruit autem, dum Romana reſpublica ſtetit, atque hac contrita ipſum quoque concidit armis, furoreque Gothorum exciſum, adeo ut ejus magnitudinem adhuc extantia veſtigia, ruinæque, ſemidirutum nempe ovalis ſtructuræ amphiteatrum, columnæ ſparſim proſtratæ, antiqui lapides, & inſcriptiones ubertim prodant. Anno tamen 866. S. Bertharius triceſimus Caſinenſis Abbas veterum Caſinenſium reliquiis ad montis pedem deductis novum oppidum ædificavit, quod *Eulogi Menopolim* dixit, ideſt Civitatem S. Benedicti, quæ

ea

ea modo eſt, quæ *S. Germano* vulgò dicitur, tunc hoc illi indito nomine, ut fert opinio, cum Ludovicus Imperator Lotharii filius Digito S. Germani Capuani Epiſcopi, hujus loci Eccleſiam S. Salvatoris ditavit circa an. 874. Chriſtianam verò edoctos religionem veteres Caſinates a Petro Apoſtolo finitimis locis jam illam evulgante conſtans eſt Majorum traditio, a quo etiam proprium accepiſſe paſtorem non inſulſa elicitur conjectura, cum celebrioribus locis peculiaris Pontifex per Apoſtolos ubique tradi conſueviſſet. At plerorumque Antiſtitum, qui primis illis temporibus extitiſſe arbitrantur, deperdita hucuſque memoria, duorum tantum ad noſtram notitiam pervenere nomina.

I. CAPRARIUS Caſiranus Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Romano ab Hilaro ſummo Pontifice celebrato an. 465.

II SEVERUS Caſinas aſſedit, ſuamque ſententiam dixit in Romano Concilio a Felice III. coadunato pro recipiendis ad pœnitentiam lapſis Africanis in Wandalica perſecutione an. 487. Hunc celebrat Leo Oſtienſis in hiſt. Caſin. lib. 3. cap. 40. ejuſque nomini in monte Caſinenſi conſecratam Eccleſiam refert. Severi vitam ſcripſit Petrus Diaconus. De eo item Ferrarius in Catalogo ad diem 20. Julii. Cæterum paucis ab hujus Epiſcopi Severi morte annis Theodoricus Gothorum rex, cum Campaniam totam devaſtaſſet, Caſinum etiam ſolo æquavit, ejuſque Epiſcopum, populumque delevit, ut narrat Sabellicus Ænn. lib. 4 t. 2. Deſolatæ deinde eccleſiæ miſeratus Monachorum pater D. Benedictus a Sublacenſi ſolitudine eo divertit, cœnobium in montis cacumine ſubſtruxit, veterum Caſinenſium diœceſim a Gothorum idololatria expurgavit, jacentem Eccleſiam erexit, fovit, ſolidavit, eique paſtoris loco præfuit. Poſt S. Benedictum Abbates ipſi ſuccedentes eam, quam a ſanctiſſimo Patriarcha acceperant, exercuerunt Romanorum Pontificum indulgentia ordinariam Epiſcopalem juriſdictionem in Caſinenſi juriſdictione per 800. fermè annos, donec Joannes XXII. an. 1322. antiqua Epiſcopali quaſi poſtliminio reſtituta dignitate, Monaſterii Eccleſiam in Cathedralem erexit, proprio eidem attributo Epiſcopo Apoſtolicæ ſedi immediatè ſubjecto. Erectionis hujus diploma, recentioreſque Caſinenſes Epiſcopos deſcribit Ughellus noſter tom. 1. col. 571. & ſeqq. Sed cum res, ut ſibi Pontifex Joannes promiſerat, non benè cederet, Urbanus V. tranſactis jam annis omnino 44 per obitum Angeli Urſini viduata Paſtore Caſinenſi Eccleſia, deleta nova Epiſcopi ſucceſſione, iterum in ejus locum Abbatem conſtituit, & præfatam Eccleſiam, plenariam, vetuſtamque juriſdictionem ipſius Abbatis, ſucceſſorumque ejus curæ, & adminiſtrationi mandavit, ut enarrat eodem loco Ughellus. Conatum eſt quidem ineunte nono 1676. Capitulum Collegiatæ Eccleſiæ S. Germani tam benè partam Caſinenſis Abbatis juriſdictionem interturbare, liteque ad ſacrum Romanæ Rotæ Auditorium delata, communi tandem Præſulum ſacri Auditorii votu firmiſſimè deciſum eſt pro Abbate his editis deciſionibus.

Reverendiſſimo Domino Albergato Decano, Montis Caſinen. Præeminentiarum. Veneris 30. Aprilis 1677.

SUbortis inter Abbatem Caſinenſem, & Capitulum S. Germani pluribus differentiis, eiſque delatis ad Sac. Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, placuit Eminentiſſimis PP. exquirere ſuper nonnullis earum, votum hujus Sacri Tribunalis, proindè ſuper ſingulis articulis ſingula dubia ſubſcripſi, quorum unum reſpiciens Cathedralitatem hodie duntaxat propoſui, & emanavit reſolutio, conſtare de quaſi Cathedralitate Eccleſiæ Montis Caſini, non autem S. Germani.

Eccleſiam autem Caſinenſem olim fuiſſe Cathedralem, & ſucceſſivè quaſi Cathedralem ex antiquis monumentis multipliciter comprobatur. Nàm Civitatem Caſini præclaram Latinorum Urbem appellat Strab. l. 5. de ſitu orb. *& Romanorum Coloniam dicit* Liv. lib. 9. decad. prima *& Caſinum pluries commemorant, & commendat* Plin. M. Varro, Sanctus Antoninus Sil. Italic. lib. 12. de bello punic. *has enim Colonias, & Civitates ab initio naſcentis Eccleſiæ erigi conſueviſſe in Cathedrales, & Epiſcopali dignitate decorari habetur extenta in* Can. primo, & duob. ſeqq. 80. diſtinct. *ubi quod Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Presbyteros juxta locorum qualitatem inſtituit Princeps Apoſtolorum, & Chriſti Vicarius Petrus, à quo veteres Caſinates Chriſtianam Religionem fuiſſe edoctos, & Eccleſiam in Cathedralem excitatam, proprioque paſtori commendatam refert pro conſtante majorum traditione* Pater Ferdinand. Ughell. Abbas Ciſtercienſis in ejus Ital. tom. 2. in Append. Column. 1028. litt. B. *erat enim Apoſtolorum conſuetudo præſiciendi Epiſcopum unicuique Civitati, in qua Evangelium prædicaverunt, ut*

B *refert, & ſequitur in propoſito* Rota deciſ. 1867. num. 35. coram Coccin.

Quod etiam ex temporum ſerie demonſtratur, cum liqueat Eccleſiam Caſinenſem, priuſquam illuc accederet divus Benedictus, habuiſſe proprium Epiſcopum, & ſignanter Severum, qui uti talis ſub Felice III. Pontifice Maximo anno ſalutis 487. cum finitimis Capuano, Aquinate, Fundano, aliiſque Campaniæ Præſulibus Lateranenſi Concilio interfuit, & ſe ſubſcripſit, ut conſtat ex tom. 2. Concil. fol. 420. & *teſtatur* Rota cor. Merlin. deciſ. 264. num. 11. & 12. & reaſſumit adden. ad Buratt. deciſ. 667. num. 26. Ughell. ubi ſupra, *& de hoc Severo teſtatur Petrus Diaconus, qui ejus præclaras virtutes in unum collegit, & meminit* Leo Hoſtien. in Chronic. Caſinenſi lib. 3. cap. 40. *Verum paucis annis à Severi morte, cum Theodoricus Gothorum Rex Campaniam totam, ac etiam Caſinum devaſtaſſet, almus Pater Monachorum gratia, & nomine Benedictus, è Sublacenſi ſolitudine divino ductus Spiritu Caſinenſis Eccleſiæ*

C *calamitoſum ſtatum commiſeratus eo divertit, ubi prædicato Evangelio, ad quod à Deo illuc miſſum fuiſſe teſtatur Sanctus Gregorius Magnus* Dialog. lib. 2. cap. 8. & divus Thomas opuſculo 19. & recenſet Tamburin. de Jure Abbatum diſp. 3. quæſt. 4 nu. 2. & alii relati per Rot. d. deciſ. 264 num. 14. cor. Merlin. & per adden. ad Buratt. ubi ſupra num. 26. *veterem Diœceſim excolendam ſuſcepit, Gothorum Idolatriam fugavit, & in cacumine Montis, ubi olim ædem Appollinis fuiſſe narratur, Cœnobium conſtruxit, ibique tamquam in proprio domicilio Cathedram ſibi fixit Abbatialem, cujus Ordinaria Jura titulo divinæ Miſſionis, prædicationis, & converſionis circumjacentis Populi acquiſiverat, poſt cujus glorioſam abdormitionem Abbates Caſinenſes licet non eſſent Epiſcopi, Jura tamen Epiſcopalia, & omnimodam Juriſdictionem per octingentos ferè annos ſeduló exercuerunt, donec anno 1322. Joannes Papa XII. eandem Eccleſiam in Regularem Cathedralem erexit, Ordinem Epiſcopalem duntaxat addendo Abbatibus*

D *in poſterum Canonicè eligendis, quod ſervatum extitit uſque ad annum 1367. ſub Urbano V. qui reſervata Abbatibus Juriſdictione Epiſcopalem Ordinem duntaxat ademit, putans utilitatis Monaſterii ſic magis fore conſultum, ut refert illius diploma datum apud Montem Peſſulanum 2. Kal. Aprilis Pontificatus ſui 5. regiſtrat. apud Ughell. ubi proximè columna 1031.*

Præterea Eccleſia Montis Caſini tam priſcis, quam modernis temporibus habita, & nuncupata fuit Cathedralis, ut apud Joannem Andr. in cap. cum contingat n. 4. verſ. ſunt tamen, ibiq; Anton. de Butr. nu. 11. verſ. fatetur de for. competen. Quarant. in Sum. Bull. verb. Concilium provinciale ſub num. 16. verſ. ſuffragantur, & habetur in Provincial. omn. Eccleſ. impreſſ. poſt Rebuff. in prax. benefic. fol. mihi 696. verb. Archiepiſcopus Capuanus, & apud Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 1. tit. 1. cap. 7. fol. mihi 44. ibi— Caſinenſis Monte Caſino, ubi quod Epiſcopus Caſinen-

ſinenſis eſt Abbas S. Benedicti, *eiſdemque verbis poſt* Corrad. in prax. diſpenſ. fol. mihi 442. Franceſc. de Eccleſ. Cathedr. cap. 35 Tamburin. ubi ſupra verſ primo addentes ad Buratt. d. deciſ. 667. num. 26. Rota in alleg deciſ. 264. num. 9. coram Merlin. *unde Diœceſis ſemper fuit appellata Montis Caſini, non autem S. Germani, & Abbas ſemper dictus fuit Caſinenſis, eidemque uti tali litteræ Apoſtolicæ diriguntur, ut ponderat* R. P. D. Fagnanus in cap. cum certum num. 25. & verſ. licet de major & obed. Rot. dec. 5. n. 5. par. 13. recent. & latiſſimè in deciſ. 1567. nu. 58. coram Coccin.

Ulterius deducitur quaſi Cathedralitas ex enunciativa Papæ Zaccariæ primi, qui anno Chriſti 741. Eccleſiam Caſinenſem, adſtantibus pluribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis dedicavit in honorem divi Benedicti aſſerens in ejus conſtit. impreſſ. apud Tambur. *ubi ſupra illam fuiſſe Eccleſiam S. Benedicti, ibique ejus Corpus requieſcere, ſepulchrum enim Epiſcopi in Eccleſia, quæ prætenditur Cathedralis, eſt non leue adminiculum, & præſumptio, quod talis Eccleſia ſit Cathedralis, cum Epiſcopus in propria Sede, & juxta ſuam Sponſam Eccleſiam tumulandus ſit, quando in alio loco ſepulturam non elegit,* Cardinalis in Clement. dudum §. Hujuſmodi de Sepulturis, Abbas in cap. Apoſtolicæ de donationibus, *& diſtinguit* Murga de Sepultur. tractat. 8. diſquiſit. 2. ſect. 2. dub. 9. concluſ. 1. num. 4. fol. 345. tom. 1. *& ratio eſt, quia inter Eccleſiam, & Epiſcopum Spirituale Matrimonium contrahitur* Can. ſicut Viri, & Can. Altari ſeptima quæſt. 5. *cujus conjugii vinculum exigit, ut neque poſt mortem ſeparetur, ad tradita per* Abbatem in cap. de Uxore de Sepultura, *quem refert, & in puncto ſequitur* Rota deciſ. 1867. num. 42. & 43. coram Coccin. Franc. de Eccleſ. Cathedr. cap. 57. num. 8. & 54.

Concurrit etiam antiqua, & continua reſidentia Abbatum apud Eccleſiam Caſinenſem, non autem apud illam S. Germani; talis enim continua reſidentia pariter arguit Cathedralitatem Rot. d. deciſ. 1867. nu. 39. in fin. coram Coccin. & deciſ. 665. num. 19 cor. Bich. & deciſ. 5. nu. 6. par. 13. recen. *Nàm Eccleſia Cathedralis ea dicitur, in qua Cathedra Epiſcopalis, & Sedes Epiſcopi ſita eſt,* cap. Statutum de reſcriptis in 6. cap. ne pro defectu de electionibus, Barboſ. de Canon. & dignit. cap. 2. num. 4. Tondut. quæſt. beneſic. par. 2. cap. 2. §. 1. num. 4. *prout idem oſtendit prohibitio facta Eccleſiæ S. Germani pulſandi Campanas in Sabatho Sanctioris hebdomadæ, antequam pulſatæ fuerint illæ Montis Caſini; hæc enim prærogativa eſt ſignum Cathedralitatis, cum hoc jus pulſandi Campanas ante omnes alias Eccleſias Diœceſis ſpectet ad Cathedralem,* Franceſ. de Eccleſ. Cathedrali cap. 24. num. 179. Rota coram Merlin. dec. 109. per tot. & deciſ. 198. num. 2. coram Dunoz. Sen. *& ſæpiſſimè declaraſſe Sacram Congregationem Rituum refert* Barboſ. in Collectanea Apoſtol. deciſ. 83. num. 3. & 4.

Comprobatur quoque quaſi Cathedralitas, tum quia Eccleſia Caſinenſis exigit decimas etiam in Territorio Sancti Germani, Rota dicta deciſione 1867. num. 56. verſ. facultas, & deciſ. 640. num. 8. cor. Bich. & deciſ. 177. num. 6. par. 6. rec. *& ad illarum ſolutionem fuiſſe Germanenſes compulſos a Raymundo Epiſcopo Caſinate refert* Ughell. ubi ſupra tom. 2. Ital. Sacr. in Append. column. 132. *ibi* — Germanenſes decimas perſolvere detrectantes diris devovit Romani Pontificis diplomate lata in eos excommunicatione roborata. *Tum quia in Eccleſia S. Germani ſimplices Clerici minores 22. annorum Canonicatus obtinent, quos obtinere non poſſent, ſi eſſet Cathedralis, ubi Canonici dictam ætatem habere debent juxta præceptum Concilii Tridentini* ſeſſ. 24. cap. 12. Rota deciſ. 205. num. 10. & 15. par. 10. rec. *tum etiam ex Sacramentorum adminiſtratione, quæ ſit omnibus ab Eccleſia Caſinen. ut deponunt Teſtes unanimes pro Abbate, quæ adminiſtratio eſt argumentum Cathedralitatis, ut ponderat* Rot. in ſæpè alleg. deciſ. 1867. num. 56. verſ. Sacramentorum, & d. deciſ. 577. num. 17. *& demum quaſi Cathedralitas, & majoritas Eccleſiæ Caſinenſis colligitur ex diuturna immemorabili obedientia præſtita Eccleſiæ Caſinenſi, & ex ipſamet confeſſione Capituli, & Canonicorum Sancti Germani, qui in Synodis ſe ſubſcribunt de Collegiata Eccleſia, non autem de Cathedrali. Imò per Inſtrumentum publicum anno 1275. Capitulariter Congregati in ipſa Eccleſia S. Mariæ recognoverunt Eccleſiam Caſinenſem pro eorum Matre, & Domina,* Rot. d. deciſ. 5. num. 15. par. 13. recent. *de cujus inſtrumenti legalitate dubitari non valet, cum extractum ſit ab Archivo Caſinenſi, cujus auctoritas, & legalitas quanta ſit oſtendit* Rota coram Merlin. deciſ. 264. à num. 19. *& refert* adden. ad Buratt. dicta deciſ. 667. num. 23.

His poſitis non ſubſiſtit, quod Caſino veteri deſtructo Cathedralis tranſlata fuerit in Eccleſiam S. Germani, quæ poſtmodum fuit ædificata: quia præter quod hujuſmodi migratio, & mutatio in facto non potest ſubſiſtere, dum Divus Benedictus, ejuſque ſucceſſores Cathedralem retinuerunt in Eccleſia Caſinenſi, ceſſat motivum, ex quo licèt devaſtatio Civitatis facta ab hoſtibus ſit una ex legitimis cauſis transferendi Cathedralem, ex deductis in cap. 2. de relig. dom. & in cap. quia Monaſterium eodem titulo, *& notat* Franciſ. de Eccleſ. Cathedr. cap. 7 n. 23. *accedere tamen debet licentia, & auctoritas Papæ, cui reſervatum eſt Eccleſias transferre, & Diœceſes aſſignare,* cap. 1. de tranſlat. Epiſcopi, Rebuff. in prax. tit. de erect. in Cathedr. nu. 1. & 5. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 68. nu. 8. & 15. Antonell. de loc. legat. lib. 1. cap. 3. num. 15. Franciſ. de Eccleſ. Cathedr. cap. 3. num. 1. & ſeqq. & num. 158. Rot. coram Bich. dec. 665. num. 8. Adden. ad Buratt. dec. 912. num. 11.

Nec ex præſumptionibus, & conjecturis argui poteſt legitima tranſlatio Cathedralitatis in Eccleſiam S. Germani. Nàm licèt in Bulla Clementis III. de anno 1188. dicatur — Archipresbytero Eccleſiæ S. Germani, & Clericis, *abſque expreſſione alterius Sancti, tamen quia emanavit ad ſupplicationem ipſius Archipresbyteri, & Clericorum ibi* — Veſtris poſtulationibus clementer annuimus, *propterea talis enunciativa ad inſtantiam partis ſupplicantis emiſſa non probat ad favorem enunciantis, ut de hujuſmodi enunciativis latè dictum fuit in* Romana Caſtri Orciani coram me in rec. dec. 161. par. 15. confirmata 15. Junii 1682. §. Bulla autem, & 24. Januarii 1676. §. Minus urget coram R. P. D. Emerix, *& conſequenter nihil prodeſt Capitulo, quod de ſtylo Curiæ ſub nomine Eccleſiæ ſine expreſſione Sancti intelligatur per Antonomaſiam de Cathedrali, juxta* gloſ. in cap. quamvis pleniſſima, verbo non extendit in fine de præben. in 6. Rot. dec. 232. num. 5. par. 3. diverſ. & dec. 995. nu. 16. cor. Dunoz. jun.

Similiter vis fieri nequit in inſtrumento quietantiæ factæ de anno 1362. Benedicto de Plumarola conductori Rectoriæ S. Germani; imo retorquetur, dum illic frater Angelus, qui inſtrumentum quietantiæ ſtipulatus eſt, enunciatur Epiſcopus Caſinenſis, non autem S. Germani, ibi — Admodum Rev. in Chriſto Pater, & D. Fr. Angelus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Caſinen. &c. *& hæc enunciativa percutit tempus inter Pontificatum Joannis XXII. & Urbani V. quando Monaſterium fruebatur dignitate Epiſcopali, priuſquam reduceretur ad Abbatialem, & aliæ enunciativæ poſtmodum per Abbates emiſſæ non ſunt habendæ in conſideratione, quando contingit particulariter dubitare de enunciato, & tamquam erroneæ, dum de contrario conſtat, non præjudicarunt, clare* Rota in toties allegata deciſ. 1867. nu. 75. coram Coccin. & in deciſ. 5. num. 12. par. 13. recent. *eo facilius cum non ſint uniformes, dum in Synodo anni 1626. circa præcedentiam illa tribuitur dignitatibus Eccleſiæ Caſinen. uti Cathedralis, ibi* — Exceptis Dignitatibus noſtræ Cathedralis Eccleſiæ Caſinen.

Tan-

Tandem celebratio Dedicationis Eccleſiæ S. Germani, exiſtentia fontis Baptiſmalis, & alia, quæ adducebantur pro Capitulo tanquam æquivoca, non poſſunt inferre quaſi Cathedralitatem, quam ex ſupra enumeratis eſſe penès Eccleſiam Montis Caſini Domini reſolverunt.

Utraque &c.

Deciſio Sacræ Rotæ Romanæ.

Reverendiſſimo Domino Albergato Decano

Caſinen. Præeminentiarum.
Veneris 14. Aprilis 1679.

Fuerat ſub die 30. Aprilis 1677. reſponſum, conſtare de quaſi Cathedralitate Eccleſiæ Montis Caſini, non autem S. Germani, ſed conceſſa nova Audientia Germanenſibus, fuit ſub die 22. Aprilis 1678. prævio receſſu à deciſis, capta reſolutio ad illorum favorem. Quamobrem pugnantibus ad invicem Deciſionibus, fuerunt ambæ ad trutinam hodie revocatæ, & prævaluit prima, utpotè fulcita ex ſerie facti pleniùs in hac propoſitione deducta ab Informantibus pro Abbate, & Monachis Caſinenſibus, ideò in illa ſtandum eſſe, recedentes ab ultimo loco deciſis, Domini dixerunt.

Nam Caſinum Civitas olim erat Epiſcopali dignitate decorata, quæ paulo poſt Concilium Lateranenſe celebratum anno 487. Felice III. Summo Pontifice, cui interfuit, ſeque ſubſcripſit Severus, tunc illius Eccleſiæ Epiſcopus, everſa, & penitus ſolo æquata fuit a Gothis Italiam invadentibus: itaut ex ampla Urbe, poſtea vix puſillum Caſtrum evaſerit, in quo iterum emerſit Idolorum cultus, quem inde ſua prædicatione antea fugaverat Princeps Apoſtolorum, qui illam in Cathedralem erexerat, ut refert Ughell. in Ital. Sacra tom. 2. in append. col. 1028. litt. B. Ad quam Idolatriam denuò eliminan. Divino Oraculo monitus Sanctus Abbas Benedictus anno Chriſti 529. ad Montem Caſinum ſe contulit, ut affirmat Divus Thomas Opuſc. 19. Tambur. de Jur. Abbat. & alii in prima deciſione relati; ſuoque verbo, & exemplo Populum iterum ad Catholicam fidem perduxit, & in vertice Montis Eccleſiam extruxit, in qua ſuam Cathedralem Abbatialem ſtatuit, Juraque ordinaria titulo Apoſtolatus Divina Miſſione acquiſivit, ut aliàs de Cathedrali fundata a Sancto Jacobo Apoſtolo relato Tex. in cap. inter incorporalia de translat. Prælat. notavit Rot. deciſ. 1867. num. 23. coram Coccino. Unde patet in hanc Monaſterialem Eccleſiam tranſlata fuiſſe omnia Jura Cathedralitatis antiquæ Civitatis, ſive Diœceſis Caſini, & in hujus locum omnia ſucceſſiſſe auctoritate Divina, abſque conſtitutione novæ Diœceſis, dum ſemper una, ac eadem adfuit Diœceſis cum eiſdem Populis, ut legitur in Bulla Joannis XXII. ibi -- Qui alterius Diœceſis non exiſtunt, nec retroactis temporibus extiterunt, atque ita cum ſola mutatione, quoad regimen, & variatione, ut ſupra Eccleſiæ Materialis, non autem formalis, quæ ſemper fuit Cathedralis, & Epiſcopalis, ut ait Rot. deciſ. 264. num. 14. cum ſeqq. coram Merlino.

Hinc etiam liquet, quod everſio antiquæ Urbis Caſinatis accidit ante adventum Sancti Patris Benedicti, nec illam ſtetiſſe ante illius adventum, nec poſt ejus glorioſam obdormitionem, & excidium, quod poſtea legitur accidiſſe, non fuit de Urbe Caſini jam deſtructa, & non amplius ad priorem formam reſtituta, ſed de Monaſterio, quod apud Eccleſiam a ſe ædificatam Divus Benedictus fundaverat, quod incenſum, & devaſtatum prima vice fuit a Longobardis anno 589. qua de cauſa Monachi inde migrantes, Romam venerunt, Pelagio II. Summo Pontifice, & apud Lateranum habitarunt, donec anno 720. Petronax Monachus reſtauravit Monaſterium, quod ſucceſſive Bertarius Abbas ad repellendam Saracenorum incurſus firmo Murorum ambitu concluſit, Turribus in modum Arcis excitatis, ac etiam alterum Monaſterium ſub Invocatione Sanctiſſimi Salvatoris ad radices Montis munivit, & circa illud Urbem condidit, quod Monaſterium necato ibi ipſo Bertario, aliiſque Monachis, anno 866. vel 884. ut nonnulli voluerunt, fuit à Saracenis deſtructum, ut prædicta narrant Chron. Caſinen. cap. 2. num. 490. & 739. Scip. Elog. Abb. Abb. 19. fol. 19. verſ. hinc ſuperius, ſancto verſ. Demum Saraceni, Baron. & Ludovic. de Aurel. in Epit. anno 716. & anno 884. Yepes Chron. gener. S. Benedict. tom. primo anno 529. Luc. de Accher. act. Sanct. Ord. S. Benedict. tom. 1. ſæcul. 1. fol. 76. §. 2. num. 36. & ſeq. & fol. 21. §. 3. num. 47. & ſæcul. 2. tom. 2. fol. 370. & in not. litt. A. & fol. 372. pariter litt. A. & in ſæcul. 3. tom. primo num 2. fol. 695. Sigon. de Regn. Ital. lib. 5. in Hiſt. anni 884. Ciaccon. in vita Gregorii Tertii tom. 1. fol. 505. propterea, dum S. Germanus non aderat de tempore deſtructionis factæ a Longobardis, neque Miſſionis Petronacis, cum fuerit ædificatum a Bertario anno 720. ut probant prædicti Auctores, conſequenter dici nequit in eum tranſiviſſe præeminentiam, & Jura quaſi Epiſcopalia, quæ erant apud antiquam Eccleſiam Caſinenſem, tam non entis nullæ ſint qualitates, ſed illa ſemper fuerunt apud Eccleſiam Caſinenſem, & Abbatem ſaltem habitu, etiamſi ille propter infortunia, aut temporum calamitates ibi reſidere nequiverit, Franciſ. de Eccleſ. Cathedr. cap. 9. num. 24. Ugolin. de Epiſc. part. prima cap. 4. §. 14. ſub num. 4. Gratian. diſcept. 291. num. 68. Rota coram Bich. dec. 640. num. 11. aut ſaltem reædificata Eccleſia jure poſt liminii reaſſumpſit, Fagnan. in cap. cum ex injuncto nu. 10. de nov. oper. nunc Franciſ. ubi ſupra cap. 32. num. 31. Gaili. obſerv. 61. lib. 2. num. 5. & ſeqq. Rota d. deciſ. 640. num. 11. coram Bichio, Nam alias per illa ſæcula, quæ præceſſerunt ædificationem S. Germani, ſi Cathedra, & præeminentia non fuiſſet apud Eccleſiam Caſinen. apud Sanctum Germanum certè adeſſe nequibat propter illius poſteriorem ædificationem, & ſic iſta ampla Diœceſis uſque ad ædificationem Sancti Germani viduaſſet, quod eſt prorſus inveriſimile, prout non eſt in probatis pro parte Germanenſium, quod poſt Sancti Germani conſtructionem, Primatus, & Cathedra, aliaque jura quaſi Epiſcopalia in eum tranſlata fuerint, cum non doceatur de hujuſmodi tranſlatione facta per Papam, cujus ſupremæ poteſtati id eſt reſervatum, cap. 1. de translat. Epiſcop. Rebuff. in prax. tit. de erect. in Cathedr. nu. 1. & 5. Antonell. de loc. legal. lib. 1. cap. 3. num. 15. & alii in prima Deciſione hujus Cauſæ §. His poſitis.

Non obſtat, quod in Bulla Zaccariæ Primi Conſtit. 3. in ordine Bullar. Caſinen. tom. 1. confirmantis ad favorem Ven. Monaſterii Caſinenſis, ibi -- Eccleſias, quas Sanctus Pater Benedictus conſtruxerat una cum omnibus pertinentiis ſuis; Caſtrum Caſinum cum pertinentiis ſuis &c. ex quo Germanenſes inferebant Caſtrum Caſinum, tanquam quid diverſum a Monaſterio ſivè hujus Eccleſia; ſiquidem Caſtrum Caſinum, uti locus magis latè patens ipſa materiali Monaſterio non implicat, quod huic fuerit confirmatum, ſeu donatum integrum Caſtrum Caſinum cum pertinentiis ſuis, cujus ideo appellatione antonomaſticè venire Monaſterium ibi ædificatum probat Chron. Caſinen. cap. 4. n. 489. pag. 100. & cap. 5. num. 515. fol. 108. & colligitur ex Diplomatibus Apoſtolicis Benedicti VII. & VIII. ibi -- Religioſo Abbati Sacratiſſimi Monaſterii S. Benedicti Confeſſoris Chriſti ſiti in Monte, qui vocatur Caſtrum Caſinum in Bullar. Caſinen. Conſtit. 81. & 87. tom. 2. Nec alias res ſe habere poteſt, attento Divino Oraculo viſionis, ſivè miſſionis Sancti Benedicti: Surge, & vade ad Caſtrum Caſini &c. quia Caſtrum tibi tradam, & illic Sedes nominis tui in perpetuum erit, quod ponderavit Rota deciſ. 1867. nu. 29. cum ſeqq. cor. Coccino.

Nec talis ſtatus quaſi Cathedralitatis infixus, ut ſupra Eccleſiæ Monaſteriali, reſolvi poſſe videtur ex eo, quia dum indè hanc in Cathedralem erexit Joannes XXII. & Urbanus V. ad Abbatialem iterum

reduant, videatur Capitulum, & Canonicos S. Germani rectè arguere antecedenter Cathedram fuiſſe in eorum Eccleſia, cum nova erectio Eccleſiæ Monaſterialis in Cathedralem in neceſſarium antecedens ſupponit, talem anteà non fuiſſe; Nedum, quia magis inveriſimile eſt, Joannem XXII. voluiſſe erigere Eccleſiam Monaſterialem in Cathedralem, ſi actu talis fuiſſet Eccleſia S. Germani, abſque eo quod de hac aliam mentionem feciſſet, ut benè advertit Rota deciſ. 280. num. 26. coram Bichio, & attenta præſertim maxima implicantia, quod nempè eodem tempore, quo jam aderat una Eccleſia Cathedralis, alia conſtituatur in eadem Diœceſi, ut admonent DD. cumulati in 2. deciſ. hujus cauſæ ſub §. Ex prædictis, & Rota deciſ. 490. num. 1. coram Gregor. & deciſ. 353. num. 19. par. 5. recent.

At quia Eccleſia Monaſterialis, ſivè hujus Abbas, jàm habent jura quaſi Epiſcopalia Cathedralitatis cum proprio Territorio, non aliàs ſeparato ex privilegio, ſed conſtituente propriam, & veram Diœceſim nativam à ſui origine, ut ſupra dictum eſt, & ait Rota deciſ. 264. num. 14. cum ſeqq. coram Merlino, & in Capuana, ſeu Montis Caſinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. Retento, & § Nec exemptionem verſ. dum ipſa Caſinenſis Eccleſia, ut diximus à ſui origine Cathedralis non indigeat privilegio coram R. P. D. meo Bourlemont poſt glorioſam obdormitionem Divi Benedicti, qui utì à Deo miſſus ad prædicandum, verè fuit Apoſtolus, & ita Epiſcopus, ſicuti ex ſententia S. Thomæ, Gregorii, & Bucoli, probat Archiepiſcopus Roſſanen. in Chron. vitæ Sancti Benedicti num. 131. cum ſeqq. redarguendo quoſdam, qui auſus fuit hoc negare, & Matthæus de Laureto pariter in Chronic. in vita Sancti Benedicti cap. 8. in annot. pag. 23. §. Ex quibus ampliùs ut ait Rota d. deciſ. 264. num. 14. coram Merlino, uſque tunc non fuit condecorata proprio Epiſcopo, ſine quo Eccleſia, & ſi habeat Jura Epiſcopalia, & Cathedralitatis, adhuc impropriè, non autem propriè dicitur Cathedralis, ut advertunt Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 18. per tot. & Rota deciſ. 353. num. 29. par. 5. recent & deciſ. 349. num. 4. par. 12. recent. & in prima Deciſione hujus cauſæ §. Quod etiam.

Et ita in hunc modum Eccleſia Monaſterialis per Joannem XXII. erecta fuit in propriam Cathedralem, mediante præeminentia Ordinis Pontificalis, & Dignitatis Epiſcopalis, ut expreſsè legitur in dicta Bulla, ibi — cum periculum eſſet tanto gregi fidelium in ſingulis caſibus, qui ſunt Pontificalis Ordinis, & Officii, ad alienos Epiſcopos, & interdum remota, non abſque nullarum Animarum periculo habere recurſum &c. neceſſarium fore cenſemus, ut dictum Monaſterium &c. ſublimetur honoris, & potioris Dignitatis eminentia ſub Epiſcopalis appellatione nominis decoretur; Non autem ex eo, quia ante careret Juribus Epiſcopalis, & Cathedralitatis, quibus reverà fruebatur, ut pariter clarè legitur in eadem Bulla, ibi — Decernimus inſuper, ut in locis ſingulis inſignibus, & non inſignibus, tam ſitis in terra, quæ Abbatia Caſinen. hactenus vulgariter nominabatur, quæ in ſpiritualibus, & temporalibus, quàm etiam in locis vicinis Terræ prædictæ, quæ in ſpiritualibus tantùm ſuberant memorato, quæque alterius Diœceſis hactenus non fuerunt & perſonis eorum &c. idem Epiſcopus, ſicut quondam Abbas, & Capitulum &c ſimilem omninò juriſdictionem habeant, & exercere valeant, & eo plùs præfato Epiſcopo in eiſdem locis ſpiritualitèr, & temporalitèr, vel ſpiritualiter dumtaxat, ut præmittitur ei ſubjectis vicinis Monaſterio memorato, quæ hactenùs alicui alteri Epiſcopo ſpiritualitèr minimè ſubjacebant, competere debeat, quo in his, quæ ſunt Ordinis Pontificalis, & miniſterii conſecrationis deſiderant.

Itaque veritas ad eaidem etiam comprobatur; nàm, & ſi Urbanus V. putans id magis expedire, abrogando ſolum titulum Epiſcopalem, indè eundem Eccleſiam reduxerit ad priſtinum ſtatum Abbatialem, adhuc

A hæc remanſit quaſi Cathedralis cum proprio Territorio, ſive Diœceſi, in qua Abbates pro tempore exercuerunt juriſdictionem omnimodam, & quaſi Epiſcopalem, indictionem Concurſus, Convocationem Synodi, aliaque ſpectantia ad Cathedrales, & Epiſcopos in eorum Diœceſibus, non per modum æquipollentiæ, ſed verè, & propriè, ut præclarè affirmat Rota in dicta Capuana, ſeu Montis Caſinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. Retento coram R. P. D. meo Bourlemont, & ante deciſ. 264. num. 15. cum ſeq. coram Merlino, ubi præcisè ait, Urbanum V. ademiſſe ſolum Epiſcopalem ordinem, firmis in reliquis remanentibus Juribus Epiſcopalibus.

His igitur ſtantibus, non deſunt alia plura pleuè per Informantes pro Monaſterio adducta, quæ oſtendunt Primatum, vel quaſi Cathedralitatem Eccleſiæ Montis Caſini, non verò S. Germani, & ſignanter, quia, ut in prima Deciſione dicitur, iſta ſemper Cathedralis conſuevit appellari, & illius Abbas nun-

B cupari Caſinen. talis enim ſolita, & antiqua denominatio indicat ſuperioritatem, tùm quia conſuetudini vetuſtæ in his præeminentiis decernendis jura valdè deferunt, ut dixerunt Bald. in cap. cum olim num. 1. de conſuetud. & alii relati in Burgen. Præeminentiarum 16. Martii 1671. §. Attenta potiſſimum coram R.P.D. meo Rondioino, confirmata prima Julii 1676. & 8. Februarii 1677. cor. R. P. D. meo Bourlemont: Tùm etiam quia denominatio regularitèr fit, & ſumitur à digniori, ut arguit Gratian. diſcept. 893. num. 32. in illa fixa, & immobilis reperitur marmorea Cathedra, à qua Eccleſia nomen Cathedralis deſumere, & eſſe ſignum Cathedralitatis tradunt Pariſ. de confid. quæſt. 15. num. 3. & 4. Tondut: quæſt. benef. par. 2. cap. 2. §. . . . . num. 4. Rota dec. 865. num. 1. coram Manzanedo, Reverendiſſimus de Luca de præemin. diſcurſ. 2. num. 8. illi ſolvuntur Decimæ a Germanenſibus, ipſa vigore antiquæ Conſtitutionis Synodalis pulſat Campanas ante omnes alias Eccleſias in die Sabbathi Sancti, ibi quieſcit Sanctus Pater Benedictus, appellatur Ec-

C cleſia principalis à Leone Cardinali Oſtienſi; pro Matre, & Domina fuit formitèr recognita anno 1275. ob Archipresbytero, & Clericis S. Germani, undè deſumitur iſtius ſubjectio, & illius ſuperioritas. gloſſ. in Clement. 1. verb. Matricibus de privil. Ciarlin. controv. 204. num. 11. Bellett. diſquiſ. Cleric. par. 1. §. 3. num. 45. Rota deciſ. 353. num. 3. & 4. par. 5. recentior. Lezzana in ſua Columna. immob. de Cathedral. Eccleſ. Sanctæ Mariæ de Pilari cap. 3. num. 225. impreſſ. inter ejus Oper. Moral. tom. 4. fol. 426. juxta noviſſ. impreſſ. Lugdunen. Reverendiſſ. de Luca de præeminent. diſc. 4. num. 18. & dixit Rota in dicta Burgen. Præeminentiarum 7. Februarii 1677. §. Undè rectè, & concurrunt alia, de quibus in dicta prima deciſione: quibus accedunt nonnulla alia ſigna hodie pro Abbate deducta, idipſum ſuadentia, nempè quædam confirmatio de anno 1197. conceſſa a Cœleſtino III. qui confirmavit quandam concordiam initam inter Epiſcopum Theanen. & Abbatem, & pluries in dicta confirmatione enunciatur, &

D appellatur Eccleſia Caſinenſis, pro qua nonniſi de ea in ſummitate Montis ædificata ſuadet ſubjecta materia intellexiſſe, dum agebatur de ſpectantibus ad illum Jure Diœceſano; & non minoris ponderis eſt etiam declaratio emiſſa in dicto Inſtrumento recognitionis de anno 1275. nimirum, quod vacante Dignitate Archipresbyterali Eccleſiæ Sancti Germani pro electione facienda, peti deberet licentia ab Abbate, & electione ſequuta, Electus prævio juramento fidelitatis, & obedientiæ confirmationem ab ipſo Abbate impetrare deberet; undè Abbatis, & ejus Eccleſiæ ſuperioritas, & præeminentia concluditur, ad Text. in cap. cum inferior. ac majorit. & obed.

Ulteriùs Eccleſia Montis Caſini exigit Cathedraticum ab illa S. Germani, quæ ſolutio ſubjectionem in ſolvente deſignat, Barboſ. de Canon. cap. 2. num. 7. Rot. coram Bich. dec. 336. num. 8. & coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 179. num. 18. & 253. num 17. Accedit etiam Decretum Synodale anni 1537.

præcipiens quolibet anno in univerſa Diœceſi fieri commemorationem Sancti Benedicti, & Scholaſticæ: undè Superioritas deducens ad quaſi Cathedralitatem deſumitur ex deductis in prima deciſione §. comprobatur; *Et paritèr Clerus quot annis accedit in ipſa die Dedicationis ad Eccleſiam Monaſterialem pro Feſto celebrando, & obedientia præſtanda Abbati, quod Feſtum celebratur à cunctis Eccleſiis Diœceſis, quod eſt argumentum Cathedralitatis*, Barboſ. de Canon. cap. 2. num. 7. Lezzan. d. cap. 3. num. 262. & cap. 4. num. 296. Rota deciſ. 553. num. 73. par. 5. recent. & deciſ. 640. num. 7. & deciſ. 665. nu. 29. coram Bichio, *cum ultra propriæ Eccleſiæ Dedicationem debeat quoque celebrari Dedicatio Eccleſiæ Cathedralis, ut relato Decreto Sacræ Congregationis Rituum ſub die 2. Maii 1619. tradit* Gavant. in Theſaur. Sacr. Rit. tom. 2. ſect. 8. cap. 5. n. 2.

Demùm apud eandem Eccleſiam conſervatur celebre Archivium, de quo pluries meminit Rota, *& ſignanter* coram Merlin. deciſ. 264. n. 28. *ubi quod uti publicum, & inſigne, fuit à Summis Pontificibus in magna exiſtimatione habitum, & pro ſigno Cathedralitatis recenſet* Dunoz. Jun. deciſ. 995. num. 10. *& ab ea recipit Eccleſia Germanenſis Sanctum Oleum, quod eſſe ſignum Cathedralitatis tradit* Barboſ. Apoſt deciſ. 535. num. 9. *Monachi in functionibus ſemper præcedentiam habuerunt à Canonicis S. Germani, undè reſultat præeminentia, & Superioritas, ut latè ponderat* Lezzan. ubi ſupra cap. 3. nn. 252. & ſeq. Rota dec. 353. par. 5. & deciſ. 677. num. 7. par. 6. recent. & in dicta Burgen. Præeminentiarum §. In ea autem parte coram R. P. D. meo Rondinino; *& cum hodie non controvertatur quaſi Cathedralitas, ſed dumtaxat diſceptetur, an, & cui Eccleſiæ talis præeminentia competat, ſufficiunt ad hunc effectum etiam adminicula*, Barboſ. de Canon. cap 2. num. 7. *concurrente potiſſimum ad favorem Abbatis longeva obſervantia uſque in præſens, quæ omnem dubietatem declarat, ut notat* Barboſ. de Canon. d. cap. 2. nu. 7. verſ. ad effectum, *& latè firmatum fuit in allegatis* deciſionibus Burgen. Præeminentiarum coram RR. PP. DD. meis Boarlemont. & Rondinino.

Non obſtat, quod in Eccleſia S. Germani inchoentur, & terminentur Proceſſiones, ibique etiam adſit Tronus Epiſcopalis, quia hic non eſt fixus, ſed ligneus & amovibilis, appoſitus ad explendas functiones per Abbatem in iſta Eccleſia ratione commoditatis Populi, nè fatigetur itinere pro accedendo ad Eccleſiam Montis, qua de cauſa etiam Proceſſiones ibi fiunt: Undè nulla ex prædictis oritur quaſi Cathedralitas, & præeminentia, quæ nec minùs deſumitur ex retentione Olei Sancti, & Fontis Baptiſmalis, quia prædicta potiùs indicant Parochialitatem, cum illa debeant eſſe in Eccleſia habente Curam Animarum, Fuſc. de Viſit. lib. 1. cap. 7. nu. 16. Maya obſer. 10. n. 146. & ſeqq. *vel ad ſummum ſunt ſigna cujuſdam Matricitatis, ſeu præeminentiæ, reſpectu aliarum Eccleſiarum* Luc. Franc. de Eccleſ. Cathedr. cap. 15. nu. 167. & ſeqq.

Paritèr non ſuffragatur, quod Eccleſia Sancti Germani fuerit aliquando ennunciata Cathedralis, & tributum huic loco nomen Civitatis, quia reſpectu ad nomen Civitatis apparet fuiſſe etiam hunc Locum nominatum Terram, Oppidum, Caſtrum, ut in Summario Abbatis num. 25. *reſpectu verò ad ennunciativam Cathedralitatis, fuit æquivocum ennunciantium, dum apparet, quod etiam Eccleſias rurales appellarunt Cathedrales, ut in eodem* Summario num. 22. *& in omnem eventum tales ennunciativæ non ſunt attendendæ, dum quæſtio principalis hodie vertitur ſuper ennunciata*, Rota deciſ. 603. num. 8. coram Dunoz. Jun. & deciſ. 17. num. 5. coram Zarate, *& advertit* Rota in dicta Burgen. Præeminentiarum 8. Februarii 1677. §. Hanc autem, coram R. P. D. meo Boarlemont.

Poſtremò non ſubſiſtit, quod electus novus Abbas Caſinenſis poſſeſſionem adipiſcatur ſuæ Dignitatis in Eccleſia Sancti Germani, quia eidem proficiſcenti ad ſuam Eccleſiam Montis primo occurrit Eccleſia A *Sancti Germani, quam viſitat, & ibi recipit ad obedientiam Clerum illius, ut advertit* Rota deciſ. 5. num. 27. par. 13. recent. *& celebratio Dedicationis Eccleſiæ S. Germani, cum non fiat per totam Diœceſim, ſed ſolum in illa non importat Cathedralitatem, cum quæcumque Eccleſia annuatim recolat diem ſuæ Dedicationis, ita ut talis dies dicatur ejus natalis, ut ex* S. Leone Serm. de Machab *tradit* Gavant. in Theſaur. Sacr. Rit. tom. 2. ſect. 8. cap. 5. num. 2.

Et ita ex prædictis, & aliis in prima Deciſione recenſitis ſtetit Rota in primo loco deciſis, utraque Parte informante.

Reverendiſſimo Domino Albergato Decano.

Montis Caſinen. Præeminentiarum.

Lunæ 27. Januarii 1681.

B *IN prima Deciſione hujus cauſæ edita coram me die 30. Aprilis 1677. reſolutum fuit conſtare de quaſi Cathedralitate Eccleſiæ Montis Caſini, non autem S. Germani. In ſecunda verò, quæ emanavit 28. Aprilis 1678. receſſum fuit; Ideoque ſub die 14. ejuſdem menſis, anni tamen 1679. collatis ad invicem rationibus utriuſque reſolutionis inventæ fuerunt majoris ponderis deductæ in prima, & ideò ad illam DD. redierunt, & hodie diſputato dubio, in quo loco deciſis eſſet perſiſtendum, in primo, & tertio reſponſum fuit.*

Quaſi Cathedralitas Eccleſiæ Montis Caſini ſatis reſultat ex facto hiſtorico acceſſus S. P. Benedicti, qui poſt deſtructionem antiquæ Urbis Caſſinen. præcedenter in Epiſcopatum erectæ, & ab Idolorum macula expurgatæ per Principem Apoſtolorum, & a Theodorico Gothorum Rege paucis annis a Severi ejus Epiſcopi morte ſolo æquatæ, ut notat Ughel. Ital. Sacr. to. 2. in append. fol. 1027. litt. B. *circa medium illuc a Deo miſſus fuit, ut a ſordibus Idololatriæ, quæ*
C *denuò irrepſerat, expiaret Populum, quo ſua prædicatione ad viam veritatis revocato Eccleſiam in cacumine Montis ædificavit, ubi etiam Cathedram fixit Abbatialem, ut plenè narratur in binis Deciſionibus, quæ in favorem Abbatis prodierunt.*

Nec ſubſiſtit, quod excidium antiquæ Civitatis Caſini acciderit poſt adventum Divi Benedicti, quia illud, quod aſſerebatur à Germanenſibus, non fuit de Urbe jam præcedenter deſtructa, ſed de Monaſterio a Divo Benedicto ædificato, a quo proinde Monachi receſſerunt, & ad Urbem accedentes habitarunt apud Lateranum, uſquequo Petronax Monachus inſtauravit Monaſterium, quod munivit Bertarius Abbas, & alterum ſucceſſivè ædificavit ad radices Montis ſub invocatione Sanctiſſimi Salvatoris hodie converſum in Collegiatam Eccleſiam, de qua agitur, ut in Summ. Abbatis dato 19. Aprilis 1679. num. 12. & 17. *ubi pluries dicitur* ... Io Chierico &c. hò ricevuto in Monte Caſino li Sagramentali per la Chieſa matrice di S. Salvadore della Città di S. Germano, *& circa illud ipſe Bertarius Civitatem extenxit, ut narratur in* Chron. Caſſinen. cap. 2. num. 480. &
D in præterita deciſ. §. Hinc etiam.

Quamobrem cum S. Germanus ut potè à Bertario ædificatus non adeſſet de tempore S. Patris Benedicti, multò minùs adeſſe poterat ante illius adventum, & conſequenter dici nequit, quod in ipſum tranſiverint jura antiquæ Civitatis Caſini, ſed præcedenter acquiſita fuerunt Eccleſiæ Monaſteriali, à qua Germanenſes prætendentes, fuiſſe avulſa & ſibi tradita plenè, & concludenter probare debent tanquam fundamentum propriæ intentionis.

Nec quicquam facit, quod Summus Pontifex Joannes XXII. Eccleſiam Abbatialem erexit in Cathedralem, & deindè Urbanus V. eamdem ad priſtinum ſtatum Abbatialem reduxerit, undè informantes pro Germanenſibus inferebant ante erectionem, & poſt reductionem, Cathedralitatem fuiſſe in eorū Eccleſia, quia cū Eccleſia Monaſterialis continuaret in ſuo primævo ſtatu, habenda proprietam Diœceſim, mutata dumtaxat

Digitized by Google

prærogativa Epiſcopali in Abbatialem Summus ille Pontifex dignitatem Epiſcopalem reſtituendo providere voluit neceſſitati, & utilitati Populorum circa ea, quæ ordinis ſunt, ne ab aliis illa mendicarent, ut colligitur ex verbis ipſius Bullæ regiſtratæ per Ughel. *ubi ſupra, ibi* ſanè conſiderantes &c. Quod tam Dominicus populus, quem fecundavit Altiſſimus in Terra Monaſterii Caſſinenſis, quam fideles alii in certis locis aliis dictæ Terræ contiguis, & vicinis eidem Monaſterio ſpirituali juriſdictioni ſubjecti, qui alterius Diœceſis non exiſtunt, nec retroactis temporibus extiterunt Epiſcopalis ſollicitudinis curam & diligentiam exigebant, cum periculum eſſet tanto gregi fidelium in ſingulis caſibus, qui ſunt Pontificalis Ordinis, & officii ad alienos Epiſcopos, & interdum remotos, non abſque multarum animarum periculo habere recurſum--*Et admittit* Rota deciſ. 264. nu. 16. coram Merlin. Adden. ad Buratt. deciſ. 667. num. 26. Tamburin. de jur. Abbat. tom. 2. diſput. 3. quæſt. 4. num. 2. *Accedente potiſſimum, quod Papa nullam mentionem fecit Eccleſiæ S. Germani, quæ ſi fuiſſet Cathedralis illi procedenti ex certa ſcientia innotuiſſet, ne alias dicatur voluiſſe duplicem Cathedralem eſſe in unica Diœceſi contra regulam* Textus in c. quoniam de offic. ordin. Rota deciſ. 39. num. 1. & 12. par. 15. & deciſ. 90. num. 5. par. 16. recent.

Non obſtat, quod Urbanus V. poſtea Eccleſiam reduxerit ad primævum ſtatum Abbatialem, quia ſolum abſtulit dignitatem Epiſcopalem, quam Joannes dederat, nihil in cæteris immutando Merlin. deciſ. 264. num. 17. Adden. ad Buratt. dec. 667. nu. 16. Tambur. de jur. Abbat. diſput. 3. quæſt. 4. n. 2. *& eſt de natura reintegrationis reponere in ſtatu, in quo quis antea reperiebatur, ut in proximis terminis* Gratian. diſcept. 845. *a* num. 15. Dunoz. jun. deciſ. 330. num. 26. *& cum hodie non agatur de vera Cathedralitate, quæ proprie, & vero Epiſcopo convenit, ſed dumtaxat de quaſi Cathedralitate & præeminentia adverſus Eccleſiam S. Germani non repugnat, quod Eccleſia Montis Caſini ante Joannem* XXII. *& poſt Urbanum V. permanſerit in illo ſtatu quaſi Cathedralitatis, quæ congruit Abbatibus jura quaſi Epiſcopalia habentibus, qualis eſt Abbas Montis Caſini.*

Minus relevat ad arguendum ſubjectionem exemptio conceſſa per Papam Zachariam, quia per eam Monaſterium non fuit exemptum a juriſdictione Epiſcoporum quaſi, quod antea eſſet ſubjectum juriſdictioni alicujus ordinarii vicinioris, quia hujuſmodi privilegium exemptivum non fuit ad liberandum à juriſdictione Diœceſana aliorum Epiſcoporum, quia ut exprimitur in dicta Bulla Joannis XXII. *ibi--* Alterius Diœceſis non exiſtunt, nec retroactis temporibus extiterunt, *nec ad tollendam juriſdictionem quaſi Epiſcopalem Abbatis, & Monaſterii, ſed ad illam amplianđam, ut patet ex contenta plura privilegia concedente, unde non debet in ejus odium modò retorqueri ex regula* Text. in l. quod favorem ff. de reg. jur.

Cæterum quaſi Catedralitatem, & præeminentiam iterum DD. eliciebant, tùm ex divino oraculo, quo mittitur Sanctus Benedictus ad Caſtrum Caſini ut ad rem advertit Coccin. deciſ. 1867. nu. 29. *tum ex ſignis illam indicantibus, nàm ibi ſitus eſt marmoreus tronus, ibique, & per totam Diœceſim celebratur feſtum Dedicationis, Abbas denominatur Caſinen. ab ea tamquam a digniori pulſantur campanæ ante omnes alias in die Sabbati Sancti, appellatur Eccleſia principalis à Cardinali Oſtien. Cathedralis a* Joanne Andrea in c. eam contingat de for. compet. & ibi a Butr. n. 11. *& ab aliis relatis per* Adden, ad Buratt. *ubi ſupra, Clerus S. Germani in die Dedicationis ad illam accedit, & obedientiam præſtat Abbati, præcedentiam recipiunt Monachi à Canonicis S. Germani, & alia plura ſuadentia majoritatem, & primatū concurrunt, de quibus plenè in præteritis Deciſionibus abſque eo quod relevet aliquando, Eccleſiam S. Germani fuiſſe, & ipſam nuncupatam Cathedralem, nam has enunciativas fuiſſe erroneas probat* Deciſio edita 14. Aprilis 1679. §. Pariter.

A *Prædictis additur, quod ultra ſolemnem dedicationem hujus Eccleſiæ Montis Caſini factam a Papa Zaccaria, ut juxta* Deciſionem §. Ulterius *illuc etiam acceſſit ad ipſam diem dedicationis celebrandum Alexander Secundus cum decem Archiepiſcopis, & 44. Epiſcopis, & Clero S. R. E. conſueverunt Summi Pontifices curam habere illius reſtaurationis, ut fecit Urbanus V. qui eam tunc Epiſcopo vacantem ad manus ſuas pro eadem reſtauratione recipit, poſteaque Monaſterio, atque Abbatiali Dignitati reſtituit, in qua reſtitutione valdè conferunt illa verba ejuſdem Pontificis --* Caſinenſis Eccleſia Ordinis S. Benedicti, *ſicque Monaſterialis, & Regularis, illa enim S. Germani eſt ſæcularis. Reperitur præterea immediatè ſubjecta S. Sedi Apoſtolicæ, undè ſubjecta eſſe non poteſt Eccleſiæ S. Germani* Rot. deciſ. 260 nu. 19. par. 13. recent. *Cœleſtinus Tertius in approbatione concordiæ inter Abbatem, & Epiſcopum Theanen: nominando per tres vices Eccleſiam Caſſinenſem, judicavit Monaſterialem, nedum ex ſubjecta* B *materia, ut advertitur in deciſione præcedenti* § His igitur, *ſed præcipuè declarando, quod ex Eccleſiis, quas Abbas dabat eidem Epiſcopo, nullus cenſus reddi deberet dictæ Eccleſiæ Caſinenſi, ſivè alicui cellularum ipſius Monaſterii Caſſinenſis. Capitulum Sancti Germani per Inſtrumentum acceptatum in publica Synodo faſſum fuit, quod Eccleſia, & Capitulum S. Germani pleno jure ſubeſt, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus eidem Abbati, & Monaſterio Caſſinen. & recognoverunt Caſſinen. Eccleſiam Matrem, & Dominam eorumdem, ut ſimiliter refertur in eadem Deciſione* ſub dicto §. His igitur. *Ex Bulla dicti Zachariæ, ac aliorum Pontificum ſucceſſorum uſque ad unionem Monaſterii Congregationis Caſſinen. Abbas eligebatur a Monachis, & Capitulo ipſius Monaſterii: Ideoque illa Eccleſia eſt Cathedralis ejuſdem Abbatis, ubi ejus Capitulum eligit* C. qui propter 42. & cap. in Geneſi 55. de elect. *Illa S. Germani recepit quot annis Oleum Sanctum a prædicta Monaſteriali, cui etiam cenſum, & Cathedraticum ſolvit, quod* C *eſt ſignum ſubjectionis, & reſpectivè ſuperioritatis* Bich. deciſ. 336. num. 8. Eminentiſſimus Otthobonus deciſ. 179. num. 18. & 273. num. 17. *Monachi in Conſtitutione Alexandri III. deſignantur Capitulum Abbatis: In Bullis Apoſtolicis juriſdictio tribuitur, vel Monaſterio ſimpliciter, vel Abbati, & Monaſterio, ut in illa dicti Joannis XXII. in alia Urbani V. & cæteris omiſſis in illa Pauli Quinti, & in altera Urbani Octavi Monaſterium inſuper ex conceſſione Sixti V. habet Seminarium, non verò Eccleſia S. Germani, ab eoque ſicuti ab aliis Cathedralibus Regni, Fridericus Imperator exigit quoddam ſubſidium, prout pariter advertitur in antedicta Deciſione* dicto §. His igitur cum duobus ſeqq.

Nec ſuffragantur ſigna a Germanen. repetita ad oſtendendam majoritatem ſuæ Eccleſiæ, nam Proceſſiones, quæ ibi fiunt in ſolemnitate Corporis Chriſti, & Rogationum, exiſtentia fontis Baptiſmalis, aſſervatio Olei Sancti potius ſunt ſigna Parochialitatis, quam Cathedralitatis, cum competant etiam Paro- D *chialibus* Fuſch. de Viſit. lib. 1. cap. 7. nu. 16. Muyn obſerv. 10. num. 146. & ſequen. *& ligneus Tronus ibidem collocatus ad exercen. functiones, quas in eadem Eccleſia aliquando exercere conſuevit Abbas, non infert quaſi Cathedralitatem ejuſdem Eccleſiæ, cum ibi functiones exerceantur, & proceſſiones fiant ob majorem Populi commoditatem, ne itinere fatigetur, accedendo ad Eccleſiam Montis longè diſtantem a Sancto Germano, & ad ſummum prædicta probarent ſuperioritatem Eccleſiæ S. Germani, tanquam matricis reſpectu Eccleſiarum ejuſdem Civitatis,* Franc. de Eccleſ. Cathedr. cap. 13. num. 166. *& ſequen.*

Et ita abſque repetitione aliorum, quibus præteritæ Deciſiones ſatisfecerunt, Rota in hac propoſitione, Votantibus omnibus DD. ſtetit in primo, & tertio dubiis utraque Parte informante.

Rota eſt in voto conſtare de quaſi Cathedralitate Eccleſiæ Montis Caſini non autem S. Germani ex

ex-

rotionibus deductis in ſupraſcriptis Deciſionibus ad quas &c.

A. Albergatus S. R. Decanus:

Hæc S. Rotæ definitiva ſententia ad favorem Abbatis, & Eccleſiæ Caſinenſis, ut in ſeriem poſteritatis perpetuo beneficio perrenaretur, ab Innocentio XI. confirmata proſpicitur literis in forma Brevis expeditis his Apoſtolicis.

INNOCENTIUS XI.

Ad futuram rei memoriam.

ALIAS in cauſa Juriſdictionis, quæ inter dilectos filios Abbatem, & Monachos Monaſterii Montis Caſini Ordinis S. Benedicti ex una, & dilectos etiam filios Capitulum, & Canonicos Collegiatæ Eccleſiæ S. Germani ex altera, partibus pendebat indeciſa, emanavit à Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium propoſita, Decretum tenoris, qui ſequitur videlicet In cauſa Montis Caſini Juriſdictionis vertente inter R. Abbatem, & Monachos Montis Caſini ex una, & Capitulum, & Canonicos Collegiatæ S. Germani partibus ex altera, de, & ſuper dubiis, & controverſiis per hanc Sacram Congregationem Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, partibus hinc inde in facto, & in Jure informantibus ſub die xii. Martii 1676. referente Eminentiſſimo Caſtaldo, remiſſis ad Sacrum Auditorium Rotæ pro ejus voto, eadem Sacra Congregatio viſis tribus Deciſionibus per Sacram Rotam, utraque Parte informante coram R. P. D. Albergato editis ſub diebus 30. Aprilis 1677. 14. Aprilis 1679. & 27. Januarii 1681. viſoque ejuſdem Sacræ Rotæ Voto regiſtrato in calce ultimæ Deciſionis emanatæ, omnibus Auditoribus votantibus, reque maturè diſcuſſa, necnon pluries citato, & intimato Procuratore Capituli, & Canonicorum S. Germani, referente Eminentiſſimo Caſanate in locum Eminentiſſimi Caſtaldi abſentis ſubrogato, cenſuit, & declaravit Eccleſiam Collegiatam S. Germani eſſe ſubjectam Eccleſiæ Abbatiali Montis Caſini, eidemque Eccleſiæ S. Germani, illiuſque Capitulo, & Canonicis ſuper præmiſſis dubiis, & controverſiis imponendum fore, & eſſe perpetuum ſilentium, prout præſentis Decreti vigore impoſuit. Romæ 14. Novembris 1681.

G. Cardinalis Carpineus

Loco † ſigilli

B. Panciaticus Secretarius.

CUM autem ſicut dilectus filius Procurator generalis Congregationis Caſinenſis dicti Ordinis Nobis nuper exponi fecit, ipſe Decretum hujuſmodi, quò firmius ſubſiſtat, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ robore communiri plurimùm deſideret: Nos ipſius Procuratoris generalis votis hac in re quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, eumque à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen: harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine nobis ſuper hoc humilitèr porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium Approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decernentes eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit pleniſſimè ſuffragari, & ab eis reſpectivè inviolabilitèr obſervari; Sicque in præmiſſis per quoſcumque judices ordinarios, & Delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi secùs ſuper his à quoquam ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari: Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque: Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die xxii. Martii 1687. Pontificatus Noſtri anno xi.

I. G. Cardinalis Sluſius.

Extracta à ſuo Originali in pergameno, conſervato in publico, inſignique Archivio Sac. ac regalis Monaſterii Caſinenſis cap. 6. eo licet manu aliena, collatione tamen facta concordat, meliori &c. In fidem Ego D: Alexander à Neapoli Archiviſta Protonotarius Apoſtolicus me ſubſcripſi, ſolitumque ſigillum appoſui requiſitus &c. Idem qui ſupra D: Alexander manu propria.

Loco † ſigilli

CAUDINENSIS

EPISCOPATUS.

INter Beneventum, & Calatiam Hirpinorum oppidum in via Appia fuit CAUDIUM, infauſtum Romanis nomen, à quo non longè in vicinis montium anguſtiis eorum exercitus à Samnitibus ſub jugum miſſus eſt. & coactus iniquiſſimam pacem inire, unde celebres in Romanis hiſtoriis *furcæ Caudinæ, ſaltus Caudini, pax Caudina*. Illum eſſe nunc vicum *Arpaja* vulgò dictum prope flumen Iſclerum plerique arbitrantur; Cluverius tamen in Italia antiqua conſtanter opinatur oppidum Airolam, poſitum in extremo jugi, quod Caudinas furcas ab ſiniſtra Iſcleri ripa claudit, eſſe vetus Caudium. Ejus meminit Horatius Satyr. 5. lib. 1. his verſibus.

Hinc nos Coccei recipit pleniſſima villa,
Quæ ſuper eſt Caudi Cauponas.

Livius præterea, Strabo, Ptolomæus, Itineraria antiqua, aliique veteres Scriptores. Porrò Epiſcopali aliquando fulſiſſe dignitate hanc urbem nos edocet deperdita reliquorum memoria, unus ejus Antiſtes.

I. FELICISSIMUS, qui anno 599. ſedit inter Patres Synodi Romanæ à Symmacho Papa, celebratæ juxta novam Harduini ejuſdem ſynodi editionem. tom. 2. Concil. col. 961.

CELINENSIS

EPISCOPATUS.

CELINA, ſeu *Caelina*, vel *Cilina* antiquum fuit Venetiæ Plinio, aliis Carnorum oppidum ad fluvii cognominis ripam ſitum, ubi nunc vicus Maniacus, vulgò *Maniago*, in Forojulio viſitur. Plinii ætate inicrierat, unde lib. 3. cap. 19. ſcribit: *In hoc ſitu interiere per oram Iramine, Pellaon, Palſicium; ex Venetis Atina, & Cælina*. Quo tempore, & quo bello, vel qua alia calamitate exciderit, incertum eſt; videtur tamen poſt Plinii ætatem reſtitutum, tantamque in amplitudinem excreviſſe, ut Epiſcopali Cathedra inſigniri meruerit. Putat Eminentiſſimus Noriſius in diſſert. de ſynodo V. c. 9. §. 4. deleta ab Attila Concordia, hujus civitatis Præſules in ſuæ diœceſis oppidum Celinam ſedem ſe ſe recepiſſe, ibidemque fixiſſe ſedem, & inde Celinenſium nomenclationem ſortitos. Et forte pariter Concordiæ aliarumque Venetiæ civitatum, ac oppidorum excidio exſurrexit Celina à fugientibus Barbarorum furorem civibus, & tutiora loca requirentibus reparata. Ejuſne vero Epiſcopalis Cathedra eadem fuerit cum Concordienſi, quod conjicere haud inſulsè liceret, an vero diverſa, cum nihil me cogat in alterutram partem ire, aliorum judicio decidendum relinquo. Interim duos, vel tres excipe Antiſtites, qui Celinenſis Eccleſiæ titulo in ſacris monumentis reperiuntur inſcripti.

I. CLARISSIMUS Epiſcopus *ſanctæ Eccleſiæ Celicanæ* (Celinanæ reponendum jubet citatus Noriſius) interſuit, & ſubſcripſit an. 579. Synodo Gradenſi ab Helia Patriarcha celebratæ.

II. VITICANUS Epiſcopus *Celeatenſis* ſedit inter Patres Synodi Romanæ Palmaris ſub Symmacho Papa anno 503.

III. ANDREAS *S. Vejentanæ Eccleſiæ provinciæ Iſtriæ* Epiſcopus ſubſcripſit an. 680. litteræ Synodicæ Agathonis Papæ relatæ in VI. Concilio. Pro *Vejentanæ* reponendum autumat Holſtenius in notis ad Geographiam ſacram Caroli à S. Paulo *Vegleatanæ*: ſed cum Vegla, ſeu Viglia inſula, & urbs Epiſcopalis ſub Jaderenſi Metropoli, ts ad oram Liburniæ ſita nunquam inter Iſtrienſis Eccleſiaſticæ provinciæ civitates fuerit recenſita; ego potius legerem *Celianæ*, cui etiam lectioni textus Græcus propiùs accedit. Forum verò Julium, imo & ipſa Venetia tunc temporis Iſtrienſis provinciæ nomine comprehendebantur.

CENTUMCELLENSES

EPISCOPI.

CENTUMCELLÆ urbs Etruriæ fuit cum portu ad litus maris Tyrrheni, ab urbe Roma paulò ſupra 40. milliaribus diſtans. Originem ſuam debet Trajano Imperatori; qui cum plurimas ibi ad ſubducendas in ſtatione naves ſtruxiſſet cellas, hinc portui, & urbi Centumcellarum cognomen adhæſit. Urbem magni fuiſſe nominis Juſtiniano imperante teſtis eſt Procopius Gothicarum rerum lib. 2. ubi ait: *Gothi urbem maritimam Centumcellas, admodùm ſplendidam, deſeruerunt, magnitudine ſua, & incolentium numeroſitate maximè conſpicuam*. Ejus nobiliſſimum portum deſcribit Rutilius in Itinerario his verſibus.

Ad Centumcellas forti defleximus auſtro.
Tranquilla puppes in ſtatione ſedent.
Molibus æquoreum concluditur amphiteatrum:
Anguſtoſque aditus inſula facta tegit.
Attollit geminas turres, bifidoque meatu
Faucibus arctatis pandit utramque latus.
Nec poſuiſſe ſatis lato navalia porta;
Ne vaga vel tutas ventilet aura rates;
Interior medius ſinus invitatur in ædes,
Inſtabilem fixis nera neſcit aquis.

Memoratur autem à Plinio juniore, Ptolomæo, Lampridio, Servio, S. Paulino, Itinerariis, aliiſque inferioris ævi ſcriptoribus. A Sarracenis Romanam in urbem irruentibus penitùs exciſa fuit, atque deinde à Romanis Pontificibus non ſemel inſtaurata. S. Leo IV. reſtituendam curavit, alio tamen loco munitiori, & Leopolim appellavit: verum paulò poſt incolæ nova deſerta ad veterem Centumcellarum civitatem redierunt, cui comparatione novi illius Leoniani oppidi, civitatis veteris nomenclatio hæſit, ut adhuc vulgò dicitur *Città vecchia*. Atque hic notandus Cluverius, qui in Italia antiqua aſſerit veteres Centumcellas vulgari vocabulo dictas deinde *Cincelle*, & uſitationi nomine *Città vecchia*: nam *Cincelle* vocatur nova illa civitas à Leone IV. ædificata, ut etiam advertit Holſtenius. Amicus deinde Agnifilus, S. R. E. Cardinalis ad Centumcellarum oram munitiſſimam arcem conſtruxit. Pius IV. ſummus Pontifex Centumcellas muro munivit, portumque refecit, quem etiam Paulus V. reſtauravit, & navigantium ſecuritati conſulens pharo erecta ignes inibi pervigiles ardere præcepit. At Alexander VII. ne ſedes Apoſtolica exterarum navium, quas ingenti pecunia, nec minori difficultate ab aliis gentibus comparabat, impoſterum indigeret, navale in hac urbe conſtituit, portum verò ipſum æſtuantis maris injuriis labefactatum magnis jactis molibus, & vinculis circumjectis conſtabilivit. Neque defuere inſequentium Pontificum ſtudia in perpolienda civitate, portuque muniendo, quem etiam Innocentius XII. liberum erogato diplomate emporium declaravit. Hinc ad perennem aquam illuc deportandam Aquæductus fieri præcepit, quos ejus ſucceſſor Clemens XI. ingenti complevit impenſa.

Cæterum non longe à ſuis exordiis Chriſtiana ſacra ſuſcepiſſe hanc urbem, propriumque nactam eſſe Antiſtitem, Epiſcoporum, qui illi præfuere, nomina in ſacris conventibus adnotata certam fidem faciunt. Ii verò ſunt.

I. EPICTETUS à Centumcellis Epiſcopus præſens fuit Arelatenſi Concilio, quod Sylveſtro I. ſummo Pontifice inſtante Conſtantino Magno coactum eſt an. 314. in cauſa Donatiſtarum.

II. EPICTETUS alter Arrianus, & Arrianorum in Catholicos ſæviſſimus, adeoque Conſtantio Imperatori ſummè charus, cujus ut obſequeretur pervicaciæ, cum aliis duobus ejuſdem farinæ Epiſcopis an. 355. Felicem, Liberio in exilium miſſo, in Romanum Pontificem ordinavit. Immane, quod de eo narrat Baronius. Cum enim Catholici Epiſcopi ab Arrianis dira paterentur, Epictetus Ruffinum ſanctiſſimum Epiſcopum tamdiù ante rhedam ſuam currere coegit, donec ruptis præcordiis animam cum ſanguine effuſo exhalarit.

III. PASCHASIUS ſententiam ſuam dixit in Romano Concilio à Felice III. celebrato an. 487.

IV. MOLENSIUS, ſeù *Molenſis* ſubſcripſit Romanæ Synodo à Symmacho an. 499. convocatæ.

V. CAROSUS interſuit Romano Concilio an. 531.

VI. LAURENTIUS, cui ſequentes ſcripſit

litte-

litteras Pelagius Papa, quæ in Decreto habentur diſt. 63. can. 15. A

Pelagius Papa Laurentio Centumcellenſi Epiſcopo.

Principali devotiſſimorum militum, qui illic in civitate Centumcellenſi conſiſtunt, relatione ad nos directa, ſacram epiſtolam inſinuant ſe clementiſſimi Principis impetraſſe, qui eis presbyterum, Diaconum, & Subdiaconum fieri præcepit. Ideò hortamur dilectionem tuam, ut perſonas ipſas videas, & diligenter requiras, ne aliquid contra Canones commiſiſſent: & ſi eas inculpabiles repereris, & vitæ ipſorum laudabile, teſtimonium videris, veniente mediana ſeptimana Paſchæ [ſi Dominus voluerit, & ſi vixerimus] unumquemque per officia, quæ prædiximus, non differas promovere.

VII. DOMINICUS memoratur in Romanis Conciliis an. 595. & 601. Huic commendat Magnus Gregorius Luminoſum viduam Zemarchi his litteris ex ejus regeſto lib. 1. Ind. 9 epiſt. 13. juxta novam Monachorum Benedictinorum editionem deſcriptis. B

Gregorius Dominico Epiſcopo Centumcellenſi.

Officii quidem Sacerdotalis eſt, ut viduis, ac maritali regimine deſolatis impertire ſolatia debeatis: ut unde in hoc mundo humana conditione privantur, Sacerdotali tuitione poſſint remedia reperire. Quoniam ergo Luminoſa berilis fœmina relicta clariſſimi Zamarchi Tribuni, noſtræ ſe poſt Deum tuitioni commiſit, huic vos ſolaturi in quo ſibi neceſſe fuerit, admonemus, nulluſque ſit ei de quolibet moleſtus in articulo. Sed quia comitivam illam, quam vir ejus agendam ſuſceperat, nunc Theodoro Palatino concedente, ipſi eſt moliri, ut peragere debeat, attributum, vel quem ipſi placuerit, donec præſentis Indictionis celebretur impletio, nullum eamdem quouſque expleat inquietare permittas. Ita ergo facite, ut & Deum vobis faciatis pro rebus talibus debitorem, & noſter hujuſcemodi de impenſis à vobis ſolatiis propriaſias animus gratuletur. C

VIII. MARTINUS adfuit Lateranenſi Concilio an. 649.

IX. PETRUS in Romana Synodo an. 826.

X. DOMINICUS in Concilio Romano an 853. itemque in Ravennenſi an. 861. quod ex Bacchinio in Ravennenſium Archipræſulum ſerie tom. 2. hujus operis retulimus: ibique exſcriptoris errore dicitur *Centuncuſenſis*.

VI. VALENTINUS conſecravit Eccleſiam S. Mariæ in Minione, ut habetur in narratione contentionis ejuſdem cellæ edita ab erudito Mabillonio in Itinerario Italico tom. 1. part. 2. pag. 57. Id peregiſſe conjicio adulto ſæculo decimo circa an. 940.

XII. PETRUS interfuit Synodo Romanæ an. 1015. ex qua emerſit Benedicti VIII. privilegium Fructuarienſi cœnobio conceſſum, cui ſubſcripſit. D

XIII. AZO an. 1037. in Concilio Romano, in quo Andreas Peruſinus Epiſcopus cedit jure omni in Monaſterium S. Petri, ut apud Ughel. in Peruſinis tom. 1.

XIV. RICCARDUS Tuſcanus, Centumcellicus, & Bleranus erat Antiſtes an. 1093.

Deperditur deinde ulterior Centumcellenſium Præſulum memoria, ipſaque Eccleſia in jura Viterbienſis diœceſis pertranſiit. Nunc Centumcellarum civitas populo facta eſt, & tribus Regularium cœnobiis inſignitur, quæ inter eminet illud Dominicanorum cum S. Officii Vicario. In ea triremium Pontificiarum claſſis ſuam habet ſtationem.

CERILLITANUS

EPISCOPATUS.

CERILLI, ſeù *Cerellæ*, Cerillum perperam ſcribit Ortelius, urbs olim Brutiorum in ora maris Tyrrheni ultra Laum amnem inter Buxentum, & Clampetiam, nunc parvum, & infrequens Calabriæ citerioris oppidum, vulgo *Cirella*. De ea verba faciunt Strabo, Silius, & Itinerariæ tabulæ. Porrò Strabo lib. 6. hæc ſcribit. *Sita eſt Lucania inter oram Hetruſci ſimul, & Siculi maris; illius à Silaro uſque Laum, hinc à Metaponto ad Thurios. In Mediterraneo, à Samnitibus uſque ad Iſthmum, qui à Thuriis ad Cerillos, prope Laum, ſtadiorum eſt CCC.* At Silius lib. VIII. Carillas eam appellat.

——— Nunc ſeſe oſtendere miles
Leucoſiæ è ſcopulis, nunc quem Picentia Pæſto
Miſit, & exhauſtæ mox Pœno Marte Cerillæ.

Ab Auſonibus conditam, mox ab Oenotriis, ac Brutiis inhabitatam refert Maraſſiotus in Calab. lib 4. Celebratur ejus vinum, & in ea ſacchari ingens copia. Proprium aliquando habuiſſe paſtorem, qui incolas ad ſacra paſcua duceret, fidem facit

I. ROMANUS Cerellitanus Epiſcopus, qui Concilio Lateranenſi ſub Martino interfuit an. 649.

CINGULANUS

EPISCOPATUS.



CIngulum antiquiſſima, & æque nobilis Piceni civitas in colle ſatis amœno inter Auximum, & Septempedam, Æſium, & Tolentinum media eſt. Circeam olim appellatam utpote à Circe Regina conditam ſunt qui aſſerant. Eam utique T. Labienus C. Julii Cæſaris in bello Gallico Legatus ſi non à fundamentis extruxit, elegantiſſimè ſaltem reſtauravit, id apertè teſtante eodem Cæſare in Commentariis de bello Civili lib. 1. ubi ait: *Auximo Cæſar progreſſus, omnem agrum Picenum percurrit. Cunctæ earum regionum præfecturæ libentiſſimis animis eum recipiunt, exercitumque ejus omnibus rebus juvant. Etiam ex Cingulo, quod oppidum Labienus conſtituerat, ſuaque pecunia exædificaverat, ad eum Legati veniunt, quæque imperaverit, ſeſe cupidiſſimè facturos pollicentur. Milites*

impecat, mitunt. Cingulum autem dictum autumant, vel à militari cingulo, quod milites emeriti eò à Labieno miſſi, ut refectam urbem incolerent, ibi de more ſolemniter depoſuerunt, vel quia cingit collem, cujus dorſo inſidet. Ejus meminere Cicero in Epiſtolis, Silius Italicus l. 10. aliique. Plinius mulos Cingulanos laudat. In baſi quadam marmorea adſervata in cœnobio Conventualium S. Franciſci ſequens legitur vetuſta incriptio:

> *Fl. Fortunio viro divotiſſimo, Palatino patrono digniſſimo ob inſignia ejus merita ordo Cingulanorum ponendam decrevit die vi. Idus Octobris Mamertino, & Nevicta Coſſ.*

Paruit primo Cingulum Romanis, quorum extincta à Barbaris Imperio hæc urbs quoque antiqui ſplendoris, ac magnitudinis non parum amiſit, bellorum injurias, cladeſque perpeſſa. Varias deinde juxta alternantis fortunæ viciſſitudines ſenſit dominos, & aliquamdiu à præpotente familia de Cima inditum patriæ frænum momordit, donec ſui juris iterum facta lene rurſum Apoſtolicæ ſedis jugum ſubire coacta fuit ab Alphonſo Aragoniæ rege an. 1443. ſervato tamen civibus jure ſibi eligendi Magiſtratus, & judices, mero mixtoque Imperio, aliiſque privilegiis, quæ ex Authentico in archivo ſecreto hujus civitatis adſervato hic deſcribere placet.

In Dei nomine Amen.

Hæc ſunt pacta, gratiæ, Capitula, & Conventiones, quæ petantur per Communitatem, & homines Terræ Cinguli à ſereniſſimo, & invictiſſimo Principe, & D. D. Alphonſo rege Aragonum, & utriuſque Siciliæ, & ab illuſtriſſ. & Excelſo D. Vicario Picinino de Aragonia Vicegerente Se. D. N. & S. R. E. Capitano generali, ac regio generali Locumtenente, ac Rev. in Chriſto P. D. D. Laſſo Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopo Spoletano Se. in Chriſto patris, & D. N. D. Eugenii divina providentia Papæ IV. Commiſſarie vice & nomine prælibati Se. in Chriſto patris D. N. Papæ, & Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ.

In primis, quod prædicti Illuſtriſſ. Domini, & L. P. recipiant, manuteneant, & gubernent nomine dictæ Sanctitatis D. N. & S. R. E. & ejus ſucceſſorum dictam Communitatem, & homines ejuſdem immediatè ſub protectione, & ſub fidelitate S. Matris Eccleſiæ, & ejuſdem Se. & ſucceſſorum, & dictam Terram, & homines, & ejuſdem diſtrictus, & comitatus non mittere, nec ſubmittere alicui ſub aliquo titulo, vel colore Vicariatus, Locumtenentis, vel Commiſſarii ſpecialis, vel aliquo alio nomine alicui, niſi forſan Gubernatori Commiſſario, vel Locumtenenti generali dictæ provinciæ pro dicta Eccleſia. Placet, ut petitur. L.

Item quod teneantur, & debeant dictam Terram, Comitatum, & homines defendere, & protegere ab omnibus impugnationibus, guerris, & obſeſſionibus quibuſcumque, aliis obſeſſibus a quibuſcumque hoſtibus, & inimicis S. Matris Eccleſiæ, Se. D. N. & dictæ Communitatis. Placet, ut petitur. L.

Item quod in dicta Terra, & Comitatu non ædificetur, vel non ſtruatur aliqua arx, rocca, vel fortelitium, cum alias in dicta Terra fortelitium fuerit cauſa privationis ſtatus S. Matris Eccleſiæ in ipſa Terra, & depopulatio dictæ Terræ. Placet ut petitur. L.

Item quod dicta Communitas, & Clerus dictæ Terræ non gravetur, nec moleſtentur ad ſolutionem, vel pro ſolutione aliquarum talearum, vel ſubſidiorum, vel alterius ſolutionis pro tempore præterito uſque in præſentem. Placet, ut petitur. L.

Item quod Communitas, & Clerus pro tempore futuro exgraventur de aliqua parte ſolutionis talearum o taxa, & quantitate, quæ exigebatur per Comitem Franciſcum, quæ erat 700. florenorum pro dicta

A *Communione, & 38. florenorum vel circa pro dicto clero annuatim. Placet, & remittitur florenos 50. ſingulis annis. L.*

Item quod dignemini pro aliquo tempore aliquam exemptionem talearum, & aliarum ſolutionum concedere dictæ Communitati de ſpeciali gratia. Concedimus pro duobus annis proximis futuris pro reparatione murorum dictæ Terræ. L.

Item quod dicta Communitas non gravetur ad mittendum pedites in exercitu, vel pro alio caſu, vel cauſa ultra ſpatium, & diſtantiam 10. milliarium. Placet, niſi neceſſitas ſit. L.

Item quod dicta Communitas, & homines non graventur in Terra Cinguli, & diſtrictu ad manſiones, ſive ſtantias aliquo numero Equitum, cum magnum tædium, & faſtidium imperpetuatur in cordibus hominum tales manſiones potiſſimè impreſſerint. Placet, ut petitur. L.

Item quod dicta Communitas, & homines non graventur ad aliquam extraordinariam ſolutionem dictæ Cameræ, vel alteri ejus nomine. Placet, ut petitur. L. B

Item quod de omnibus maleficiis, culpis, exceſſibus, & delictis commiſſis, factis, vel perpetratis per dictam Communitatem, homines, vel perſonas ejuſdem tam Eccleſiaſticas, quam ſæculares, tam de cognitis, quam non cognitis in curia Romana, & generali dictæ Provinciæ non poſſit procedi; & ſi proceſſum eſt, caſſentur, & adnullentur, etiamſi dicta maleficia, culpæ, exceſſus, & delicta ſaperent crimino læſæ majeſtatis, vel alterius graviſſimi delicti, exceptis condemnatis omnibus de domo Cimis. Placet, ut petitur. L.

Item quod Communitas Terræ Cinguli poſſit, & debeat eligere Poteſtates, & alios officiales Terræ Cinguli, ejuſque Comitatus, & diſtrictus, & eoſdem tenere, & habere ſine licentia, conſenſu, & confirmatione alicujus Rectoris dictæ Provinciæ, vel alterius Præſidentis. Placet cum confirmatione Se. D. N. vel ſuorum officialium. L.

C *Item quod Commune, & Poteſtas dictæ Terræ Cinguli habeant, & habere debeant auctoritatem, poteſtatem, & baliam cognoſcendi, procedendi, inquirendi, ſententiandi, & exequendi in omnibus, & ſingulis cauſis civilibus, & criminalibus, ſeu mixtis, & in unoquoque maleficio, vel delicto, tam de præteritis, quam futuris, habeant, & habere debeant merum, & mixtum imperium, & omnimodam gladii poteſtatem in præfatis. Placet, ut petitur. L.*

Item quod homines, & perſonæ Terræ Cinguli tam Eccleſiaſticæ, quam ſæculares non poſſint trahi inviti ad aliquam Curiam Eccleſiaſticam, vel ſæcularem civiliter, vel criminaliter extra dictam Terram, niſi coram officialibus dictæ Terræ, & Vicario D. Epiſcopi dictæ Terræ. Placet, ut petitur. L.

Item cum magnificus Comes Franciſcus Sfortia per ſuas litteras ſpeciales Communitati dictæ Terræ, & Contutorianc theſaurario directas ſcripſit, & mandavit, quod excomputarentur dictæ Communitati in D *taleis præſentis anni quantitatem pecuniarum debitarum dictæ Communitati per ipſum Comitem Franciſcum occaſione victualium ſuis gentibus datarum ſuo mandato; dignemini dictam ſcomputationem confirmare, & obſervare, quæ quantitas aſcendit ad CCCCLXX. flor. vel circa. Non placet. L.*

Item quod homines, & Plebs dictæ Terræ Cinguli, qui reperiuntur captivati, & capti apud armigeros, & ſtipendiarios veſtrarum dominationum, & S. Matris Eccleſiæ relaxentur liberi, & ſine aliqua ſolutione. Remittimus ad S. R. M. & illuſtriſſ. D. Capitaneum. L.

Item quod proventus, & omnes introitus dictæ Terræ Cinguli deveniant in dicto Communi, quod etiam hactenus eſt conſuetum. Placet, ut petitur. L.

Item quod dicta Communitas, vel particulares perſonæ non graventur ad datium, vel exactionem

ali-

alicujus generis frumentorum aliquibus Communitatibus, vel particularibus perſonis, vel aliunde. Placet, ut petitur. L.

Item quod omnia privilegia, jura, immunitates, ſtatuta, & reformationes, ac juriſdictiones, & conceſſiones, & alias res, quæ & quas habet dictum Commune Cinguli, & homines, & perſonæ ipſius tam Eccleſiaſticæ, quam ſæculares manuteneantur, & conſerventur, & confirmentur pro dicto Commun. & hominibus ejuſdem. Placet, niſi ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, exceptis particularibus perſonis. L.

Item quod dicta Communitas non teneatur dare aliquem Syndicum in Curia generali. Placet ut petitur. L.

Item quod omnia, & ſingula geſta, & facta in dicta Terra, & ejus diſtrictu, & in Curia ipſius Terræ in tempore præterito ſint valida, & firma, & confirmentur uſque in præſentem diem, dummodo non intelligatur de ſententiis in dicta Terra latis, non poſſint recurrere, & appellare ad Curiam generalem citra tamen revocationem infraſcripti Capituli immediate ſequentis. Placet inquantum ſit citra factam. L.

Item quod Commune dictæ Terræ poſſit deputare judicem in ſecundis cauſis dictæ Terræ, nec dictæ ſecundæ cauſæ poſſint extrahi extra Curiam dictæ Terræ Cinguli. Placet, ut petitur. L.

Item quod ſtrenuus vir Perjoannes de Michelottis de Peruſio, & omnes armigeri, & ſtipendiarii, qui ſunt in dicta Terra Cinguli cum eorum bonis, lucris, & prædis poſſint recedere, & ire quo voluerint libere, tute, & ſecure. Non placet. L.

Item quod præſens Poteſtas, & omnes alii Officiales, qui ſunt in dicta Terra Cinguli, ſint tuti, & ſecuri, & ſtare, & recedere, & ire quo voluerint libere, & ſecure. Placet, ut petitur. L.

In Dei nomine Amen. Anno Domini 1443. Ind. vi. tempore Ss. Patris, & D.D. Eugenii Papæ IV. die 3. Septembris. Actum in Caſtris felicibus Ss. D. N. & regiæ Majeſtatis præd. Roccæ Contratæ ſub papilione ſuo. R. Patris, & d. infraſcripti præſentibus D. Jacobo Capellano ipſius R. D. Carbone de Carbonibus de Macerata, & ſer Antonio Petroni de Spoleto, pluribuſque aliis teſtibus ad hoc habitis, vocatis, & rogatis. Conſtituti perſonaliter coram R. D. in Chriſto patre, & D. D. Lecto Epiſcopo Spoletano SS. D. N. PP. generali Commiſſario egregius legum Doctor D. Pierus Joannis ſer Matentii ſer Jo. Antonii, & ſer Matthæus ſer Joannis de Terra Cinguli ſyndici, & Oratores dictæ Terræ in manibus præfati, & Rev. Patris, & D. promiſerunt, & juraverunt fidelitatem, & reverentiam, & obedientiam Ss. D. N. PP. & S. R. E. & præfato R. D. Commiſſario nominibus quibus ſupra ſtipulanti, & recipienti, & ſupraſcripta capitula exhibuerunt, poſtulaverunt, & eis reſponderi petierunt, reſponſaque in eis facta manu præfati R. D. Commiſſarii acceptaverunt nomine Communitatis prædictæ Terræ omni meliori modo, & forma, quibus magis, & melius potuerunt; & idem præfatus D. præfatam commiſſionem, & juramentum, & præfata capitula recepit, & acceptavit, mandavitque publicari, & ſuo Epiſcopali ſigillo publicari.

Et Ego Andreas ſer Joannis de Oculis de Camerino Imperiali auctoritate notarius publicus prædictis omnibus, & ſingulis, dum ſic agerentur, & fierent, præſens fui, & ea rogatus ſcribere, ſcripſi, & publicavi.

Loco † ſigni dicti Notarii.

Et ego Nicolaus Petri de Fulgineo mandato ſupradicti R. D. L. Epiſcopi Spoletani Ss. D. N. PP. Commiſſarii gratis ſubſcripſi.

Loco † Sigilli Magni.

A Hæc eadem privilegia rata inſequenti anno habuit Eugenius Pontifex in hunc, qui ſequitur, modum.

Ludovicus miſeratione divina tit. S. Laurentii in Damaſo Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ presb. Cardinalis Aquilejen. vulgariter nuncupatus, D. Papæ Camerarius, Univerſitati, & hominibus Cinguli in Marchia Anconitana ſalutem in Domino. Exhibita nuper pro parte Oratorum veſtrorum petitio continebat, quatenus infraſcripta Capitula, petitiones, & immunitates dignaremur de ſpeciali dono, & gratia concedere, & approbare. Nos attendentes veſtræ ſinceræ devotionis, ac fidelitatis in Ss. D. N. & S. R. E. integritatem, atque conſtantiam, veſtris petitionibus duximus annuendum. De mandato itaque Ss. D. N. Papæ deſuper nobis vivæ vocis oraculo facto, & noſtri Camerariatus officii auctoritate concedimus, & approbamus præfata capitula, & petitiones
B *juxta ſignaturam in fine cujuſque capituli, & petitionis factam, quorum capitulorum, & petitionum, & ſignaturæ præmiſſæ tenorem in præſenti Bulla de verbo ad verbum ſcribi fecimus, qui talis eſt.*

Supplicatur humiliter per ejuſdem S. V. fideliſſimos ſervitores, Univerſitatem, homines, & Commune Cinguli, ejuſque Oratores, quod E. S. V. & veſtri ſucceſſores manuteneant, regant & gubernent dictam Communitatem Cinguli, & ejus homines, & perſonas immediate ſub protectione, & fidelitate S. M. E. & S. V. & veſtrorum ſucceſſorum, & dictam Communitatem, ejus homines, & Comitatum, & Caſtra non committere, nec ſubmittere alicui ſub aliquo titulo, vel colore Vicariatus, Vicegerentiæ, vel Commiſſarii ſpecialis, niſi forſan Gubernatori, Commiſſario, vel Locumtenenti generali provinciæ Marchiæ Anconitanæ pro dicta Eccleſia, & quod in prædicta terra, vel ejus comitatu non ædificetur, vel conſtituatur aliqua arx, rocca, vel fortalitium. Placet Domino noſtro.

C *Item quod dicta Communitas non gravetur ad mittendum pedites in exercitu, vel quo alio caſu ultra ſpatium, vel diſtantiam decem milliarium, nec gravetur ad retinendum in dicta Terra Cinguli, vel ejus diſtrictu aliquem numerum Equitum. Placet D. N. niſi aliter expediat pro ſtatu ſanctitatis ſuæ, & Eccleſiæ.*

Item quod dicta Communitas Cinguli, & ejus homines non graventur ad aliquam extraordinariam ſolutionem Cameræ Romanæ, vel alteri ejus nomine. Placet D. N.

Item quod de omnibus maleficiis, culpis exceſſibus factis, & perpetratis per dictam Communitatem, & ejus homines tam Eccleſiaſticos, quam ſæculares, tam de cognitis, quam non cognitis, in Curia Romana, & generali provinciæ non poſſit procedi, & ſi proceſſum eſt, caſſetur, & adnulletur, etiamſi dicta delicta crimina ſaperent læſæ Majeſtatis vel alterius graviſſimi delicti. Placet D. N.

Item quod S. V. & veſtri impoſterum ſucceſſores
D *dictam Terram, ejus Comitatum, & homines defendant, & protegant ab omnibus guerris, & obſeſſionibus a quibuſcumque hoſtibus, & inimicis S. M. E. S. V. & d. Communitatis Cinguli. Placet D. N.*

Item quod Communitas Cinguli poſſit eligere, & deputare judicem appellationum, nullitatum, & aliarum quarumcumque provocationum, qui poſſit dictas cauſas cognoſcere, & determinare, nec poſſint d. cauſæ extrahi de foro dictæ Terræ, nec etiam dicta Communitas teneatur dare ſyndicum in curia generali ad maleficia referenda. Placet, obſervetur, quod alias conſuetum eſt.

Item quod Communitas Cinguli poſſit, & valeat eligere Poteſtates, & alios Officiales dictæ Terræ, & ejus Comitatus, & diſtrictus. Placet D. N.

Item quod Commune, & Poteſtas dictæ Terræ habeant, & habere debeant auctoritatem, poteſtatem, & baliam cognoſcendi, procedendi, inquirendi, ſententiandi, & exequendi in omnibus, & ſingulis

cau-

cauſis civilibus criminalibus, & mixtis, & in unoquoque maleficio, vel delicto, tam de prætrris, quam de futuris, & habeant, & habere debeant merum, & mixtum imperium, & omnimodam jurisdictionem, & gladii poteſtatem, & ejuſdem homines, & perſonæ tam Eccleſiaſticæ, quam ſæculares non poſſint trahi inviti ad aliquam curiam Ecclſiaſticam, vel ſæcularem civiliter, vel criminaliter, niſi coram Officialibus dictæ Communitatis, & Vicario D. Epiſcopi. Placet D. N. ſervetur, quod conſuetum eſt.

Item quod S. V. dignetur confirmare, & adprobare omnia, & ſingula privilegia, jura, immunitates, gratias, indulta, ſtatuta, reformationes, juriſdictiones, & quaſcumque alias concrſſiones, ac etiam donationes bonorum quorumcumque conceſſorum per D. Franciſcum Sfortiam prædictum factas, & ea omnia, & ſingula manutenere, & manuteneri, & conſervari facere pro dicto Communi, & hominibus ejuſdem. Placet D. N. ut petitur.

Mandamus igitur omnibus Officialibus, & aliis quibuſcumque, ut eadem Capitula juxta præfatas ſignaturas, & conceſſiones obſervent, & faciant inviolabiter obſervari. In quorum teſtimonium litteras præſentes fieri fecimus, & mandamus conſueti ſigilli Cameriatus officii appenſione roborari. Datum Romæ apud S. Laurentium in Damaſo die XI. Januarii ſub anno a Nativitate Domini 1444. Ind. VIII. Pontificatus Ss. in Chriſto patris d. n. D. Eugenii divina providentia PP. IV. anno XIII.

Loco † ſigilli magni in cera cum cordula pendentis.

Sed & Callixtus Pontifex anno 1455. his Cingulanorum privilegiis robur addidit hoc expedito diplomate.

Callixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Sinceræ devotionis affectus, quam dilecti filii Univerſitas, & homines Terræ noſtræ Cinguli provinciæ noſtræ Marchiæ Anconitanæ ad nos, & Romanam gerunt Eccleſiam, non indignè merentur, ut eorum petitionibus, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Hinc eſt, quod nos eorum in hac parte ſupplicationibus inclinati omnia, & ſingula privilegia, conceſſiones, & indulta eidem Univerſitati per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & ſedem Apoſtolicam, vel ipſius Officiales hactenus conceſſa, quodque tã civiles, quam criminales, & aliæ cauſæ, quæ inter homines, & perſonas dictæ Univerſitatis impoſterum moveri contigerit in prima, & ſecunda inſtantia in eadem Terra tractentur, ac etiam cognoſcantur, & terminentur, nec extra dictam terram collitigantes inviti trahi vel evocari poſſint, prout etiam nos ſervi, & obſervari mandamus. Et inſuper quod bona dudum per q Joannem Bcnutinum, dum in humanis agerrt, & dominium ipſius Terræ haberet tenta atque poſſeſſa, & olim per dilectum filium noſtrum Ludovicum tit. S. Laurentii in Damaſo Presbyterum Cardinalem Camerarium noſtrum in dicta provincia tempore felic. record. Eugenii PP. IV. prædeceſſoris noſtri Apoſtolicæ ſedis Legatum, vel alios Officiales ſedis præfatæ eidem Univerſitati conceſſa, ac etiam confirmata retineee valeant etiam in futurum; ipſius quoque Terræ, & Univerſitatis ſtatuta, ſive jura municipalia, dummodo contra libertatem Eccleſiaſticam non exiſtant; & quod ipſius Terræ Poteſtas, qui erit pro tempore, in quibuſcumque cauſis criminalibus, & maleficiis uſque ad noſtrum, & dictæ ſedis beneplacitum habeat merum, & mixtum imperium, ac omnimodam gladii poteſtatem, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ratificamus, adprobamus, & confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem. Et nihilominus Univerſitati prædictæ, quam paternis ſtudiis confovemus, & ab oneribus, quantum cum Deo poſſumus, cupimus relevare, ſummam octingentorum florenorum, quos Cameræ Apoſtolicæ pro taleis tenentur ſolvere annuatim, ad ſummam ſeptingentorum florenorum ſimilium duntaxat reducimus, & taxamus. Mandantes harum ſerie Gubernatoribus, & aliis Officialibus provinciæ antedictæ præſentibus, & futuris quatenus de taleis Univerſitatis prædictæ ſummam florenorum centum hujuſmodi per nos eis liberaliter remiſſam pariter, & reductam, & ab eis de cætero nullatenus petere, vel exigere, ſeu propterea Univerſitatem, aut illius perſonas particulares inquietare, detinere, vel moleſtare præſumant; quinimo præmiſſa omnia, & ſingula efficaciter cuſtodiant, & obſervent, ac ab aliis faciant inviolabiliter obſervari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum confirmationis, approbationis, ratificationis, communitionis, ſuppletionis, reductionis, taxationis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Domin. 1455. Idus Junii Pontificatus noſtri anno primo.

Cum autem anno 1521. ab Apoſtolico Collegio ſede vacante Ægidius Viterbienſis tituli S. Matthæi S. R. E. presbyter Cardinalis perpetuus Cinguli Vicarius, & Gubernator eſſet declaratus, in corporalem oppidi poſſeſſionem immiſſus non eſt Jo: Franciſcus Firmanus ejuſdem Cardinalis Commiſſarius, ac procurator, niſi prius edito juramento de obſervandis omnibus civium privilegiis, quæ eiiſdem confirmavit Ægidius ſub dat. Romæ die 26. Februarii 1522. Quo jure meri mixtique Imperii uſi ſunt Cingulani ad medium circiter ſæculum decimum ſextum.

Chriſtiana verò ſacra ſuſcepiſſe Cingulum cum aliis conterminis locis, Picenique civitatibus non longe ab Apoſtolorum temporibus haud inſulſe licet conjectari, quæ deinde fuere adminiſtrata per propios Antiſtites, ut ſequentium, qui illis præfuere, teſtantur nomina.

I. THEODOSIUS prædeceſſor S. Exuperantii memoratur in vita ejuſdem ſancti. Tempus, quo præfuerit, ignoratur. Si vera eſt conjectura Bollandi, qui ſuſpicatur S. Exuperantium ex Africa in Italiam trajeciſſe circa finem ſæculi quinti, eo tempore floruiſſe Theodoſius cenſendus eſt.

II. S. EXUPERANTIUS in Africa patre Eulaſio, & matre Perpetua natus, accepta a patre parte bonorum ſibi obtingente, & relicta patria, una cum Formario adoleſcente a ſe baptizato Romam transfretavit, ubi aliquamdiù, quod inter prædicandum Romanos liberius increpaſſet, in carcere detentus, Pontificis juſſu extrahitur, a quo etiam licet invitus Theodoſio Cingulano Epiſcopo defuncto, ſubrogatus eſt. Quindecim annos commiſſam ſibi pie, ſancteque rexit Eccleſiam, ac miraculis tum in vita, tum poſt mortem clarus migravit ad Dominum. De eo Ferrarius in Catalogo Sanctorum, & Bollandus in Actis Sanctorum Januarii tom. 2. pag. 602. & in addendis pag. 1148. qui circa tempus, quo vixerit, ita ratiocinatur. *Romam veniſſe Paſchaſio Pontifice dicitur in ejus vita. Ferrarius, quia nullus Pontifex Paſchaſius fuerit, Paſchale I. qui anno 817. pontificatum iniit, id cenſet contigiſſe. At quis credat ex Africa, alterum jam ſæculum gemente ſub Maurorum, Arabumque immani jugo, veniſſe, & ab Epiſcopo quidem in patria baptizatum, qui Italis prædicaret Chriſtum? Mendum fatemur in nomine Paſchaſii, aut in Pontificia illi tributa dignitate. Vel igitur alius fuit Pontifex, cujus nomen in Cingulana plebe obliteratum; vel alius Paſchaſius, non Pontifex, a quo exceptus Exuperantius, & Pontifici commẽdatus. Quid ſi Paſchaſius ille Diaconus fuit, vir ſanctus, qui tamen poſt ea temere Laurentii Antipapæ ſchiſma ſecutus an. 498? Potuit ſane ea tempeſtate vel a Theodorico rege, vel ab Anaſtaſii Imperatoris*

Le-

Legato aliquo in custodiam dari advena. Plures tunc propter Wandalorum Arianorum perſecutionem in Europam ex Africa venere Epiſcopi, aliique viri ſancti, quidam ſponte ſua, coacti alii. Hucte nus Bollandus. Caput Sanctiſſimi Præſulis honorificentiſſimè adſervatur theca argentea incluſum in magnifico, vetuſtiſſimoque templo ejus nomini ſacro extra muros Cingulanæ civitatis; reliquum vero corpus Romæ in Eccleſia S. Praxedis cum hac epigraphe.

Corpus S. Exuperantii Epiſcopi, cujus caput manet in propria civitate.

III. JULIANUS *humilis Epiſcopus Eccleſię Cingulanę* ſubſcribitur an. 553. Conſtituto Vigilii Papæ de tribus Capitulis in Synodo Conſtantinopolitana, ipſum Vigilium fideliſſime ſecutus. Ejuſdem Vigilii ad Cingulanum Epiſcopum pruſtant litteræ in Decretali. Fragmentum item Epiſtolæ Pelagii Papæ Juliano Cingulano Epiſcopo legitur apud Baluzium in Miſcellaneis tom. 5. p. 466.

Deperditur deinde hujus Eccleſiæ Præſulum memoria, quibus poſtea neſcio quo fatu deficientibus tranſiit Cingulum in jura diœceſana Auximani Pontificis. Et licet Cingulana Eccleſia anno 1200. ab Auximana diœceſi fuerit avulſa, propriique veluti juris effecta ſub regimine Prioris S. Exuperantii Epiſcopali juriſdictione adaucti, ut teſtatur ſequens documentum ex antiquiſſimo, & authentico copiali in archivio ſecreto Cingulanæ Civitatis adſervato depromptum;

Petrus Miſeratione divina S. Georgii ad velum aureum Diaconus Cardinalis Apoſtolicæ ſedis Legatus Dilectis in Chriſto Poteſtati, Conſilio, & Communi de Cingulo ſalutem in Domino.

Quia tanto eſtis dignioribus attollendi præmiis, quanto clarius, & ferventius ad ſervitium S. Matris Eccleſiæ veſtrum exercitum exercitatis, & opponitis vos murum fortitudinis in ejus auxilium contra hoſtes, meritò inducimur, ut vos univerſos, & ſingulos noſtræ benevolentiæ brachiis amplectentes, petitionibus veſtris, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Quare veſtris precibus inclinati præſentium vobis auctoritate concedimus, ut nemini diœceſano Epiſcopo teneamini reſpondere, ſed ſub protectionis noſtræ munimine perſiſtatis, & in Priore S. Superantii, qui quo tempore fuerit, præbeat vobis vice noſtra Eccleſiaſtica Sacramenta, eique Cingulani Clerici reſpondere de juribus Epiſcopalibus noſtro nomine teneantur; idemque Prior in Cingulo, & ejus diſtrictu juriſdictionem exerceat, quam ibidem exercebat Epiſcopus Auximanus. Adreædificationem quoque plebis veſtræ, & officinarum ejus redditus, & proventus poſſeſſionum quondam ad Epiſcopatum Auximanum a flumine Seltrennæ circa, & in diſtrictu Cinguli pertinentes uſque ad confirmationem dictæ plebis vobis duximus concedendos. Caſtrum verò S. Vitalis, & Villam Cerlongæ cum omnibus poſſeſſionibus, juribus, & juriſdictionibus ſuis communi veſtro perpetuò concedimus de gratia ſpeciale: vobis nihilominus concedentes, ut nullus Caſtellanus. . . . . extra Cingulum in primis cauſis, quæ ſummam non excedant 50. librarum, trahere poſſit ad judicem alium, ſed judices communis veſtri cauſas ejuſdem audiant, & eas poſſint mediante terſia terminare. Cumque, ſicut accepimus, Parochiani Eccleſiarum Ss. quatuor Coronatorum, S. Mariæ de Troveniano, & S. Mariæ de Avenano tempore hyemali, & guerrarum ad eaſdem Eccleſias accedere commodò nequeant ibidem audituri divina officia, & tradituri ſepulturæ corpora defunctorum, conſtruendi tres capellas infra terram veſtram vice prædictarum Eccleſiarum, ad quas dicti Parochiani poſſint habere recurſum, liberam vobis auctoritate prædicta concedimus poteſtatem. Cæterum deſiderantes, quod commune veſtrum gaudeat privilegio libertatis ab annua penſione 20. ſolidorum, in qua pro territorio Caſtri novi tenebamini hactenus Eccleſiæ Auximanæ, vos duximus in perpetuum abſolvendos. Conſiderantes inſuper, quod incrementum terræ veſtræ ad Eccleſiæ Romanæ cedit commodum, & honorem, vineam poſitam in plano S. Laurentii quondam ad Auximanam Eccleſiam pertinentem, vobis concedimus, ut ibidem ædificare domos liberè valeatis. Porrò attendentes, quod ad B. Superantium geritis puræ devotionis ardorem, ac volentes, quod ejus Eccleſia per nos honoris ſuſcipiat incrementum, ipſam ab Epiſcopali juriſdictione duximus auctoritate, qua fungimur, eximendam. Ut autem præmiſſa firma vobis, & illibata permaneant, præſens privilegium inde fieri fecimus, ſigilli noſtri munimine roboratum. Datum Cinguli 17 Kal. Septemb. Anno Dom. MCC.

Non diù tamen perduravit hæc ſejunctio, reſtituta Auximano Præſuli civitate. Floret adhuc tanta rerum opulentia, & eo incolarum ſplendore, ut injucundiſſimè pronunciatum ſit ab Auctario Lexici Geographici, *Cingulum eſſe Oppidulum Piceni*. Numerantur modo in eo, ac in ejus territorio ſupra decem millia Mortalium, inſigni decoratur Collegiata Eccleſia, in qua divina uffícia perſolvunt duæ Dignitates Præpoſitus, & Archipresbyter, decem Canonici, aliique Sacerdotes, & Clerici ferè quinquaginta. Duæ Parochiales eccleſiæ extant, ſex virorum cœnobia, Monachorum ſcilicet Sylveſtrinorum, Prædicatorum, S. Franciſci Obſervantium, & Conventualium, Capuccinorum, & Auguſtinianorum pręter Patrum Oratorii divitem congregationē; tria ſacrarum Virginum ſepta, S. Spiritus nempè, S. Sperandiæ, ubi integrum ejus corpus honorificè ſervatur, & colitur, ac S. Catherinæ. Hoc totius Marchię Anconitanę vetuſtiſſimum, ac nobiliſſimum Benedictini olim inſtituti, ex quo verò ſeneſcentem familiæ diſciplinam in priſtinum vigorem revocavit præſens ipſemet D. Bernardus, Ordinis Ciſtercienſis, ampliſſimis ornatum privilegiis reliquis antecellit; antiqui licet ſplendoris non parum amiſerit cum juriſdictione temporali aliquot caſtrorum, unde ejus Abbatiſſa Comitiſſæ titulo decorabatur. Adſunt præterea Hoſpitalia duo, Peregrinorum alterum, alterum ægrotantium, plura Laicorum ſodalitia, & prædives Mons Pietatis. Inſignis eſt urbis hujus Magiſtratus, qui in publico palatio ab immemorabili tempore commoratur, & tria ſub ſe proſpicit caſtra, nec non 12. villas, quibus jura dicit; & præter innumeros tum pietate, tum litteris illuſtres viros florent in ea ſtemmata Equeſtrium Ordinum Hieroſolymitani, de Calatrava, & S. Stephani. Ex quibus liquet non oppiduli, ſed hactenus ſplendidioris civitatis ornamenta ſervare.

CIRCÆUM, ſeu melius Circæjos, inclitam olim Latii urbem, ſed Strabonis tempore oppidulum, nunc verò pagum *S. Felicita* dictum. Cathedra Epiſcopalis decoratum quondam fuiſſe ſunt qui velint. At Bacaudas ille, cujus meminit D. Gregorius in ſuis Epiſtulis, quique dicitur in ea ſediſſe, non fuit Circæjenſis, ſed Formienſis Antiſtes, ut conſtat ex Epiſtola 8. lib. 1. ejuſdem Gregorii: & nos infra in Formienſibus dicemus.

CIVITATENSIS

EPISCOPATUS

De quo Ughellus tom. 8. col. 284. translatus ad Epiſcopatum S. Severi.

CIVITATIS NOVÆ

EPISCOPATUS,

Heracleæ in Venetis æſtuariis ab Opiterginis conditæ civitatis, & deinde vel à Pippino, vel à Venetis ipſis ineunte ſæculo Chriſti nono conſumptæ locum implevit urbs altera, CIVITAS NOVA appellata: cum enim Ducalem thronum conſcendiſſet Angelus Participatius anno 809. nihil magis habuit in votis, quàm eam civitatem, unde originem duxerat, immutato nomine inſtaurare. De Civitatis novæ primordiis hæc habet noſter Dandulus in Chronico. *Angelus quippe Dux Heraclianam urbem, de qua originem traxerat, in ſolitudinem eadem clade redactam renovans Barbani civitatem conſtruxit, quæ admodum vulgariter Civitas nova eſt appellata.* Haud longam tamen deduxit ætatem hæc urbs, eodem ſæculo, & condita, & ab Hungatis poſt fuſum in ipſis Italiæ faucibus Berengarium Venetis opibus inhiantibus miſerrimè conſumpta. Tametſi ea clades, quæ adultam nondum delevit civitatem, Epiſcopalem dignitatem, quæ cum urbe ſimul reviaetat, extinguere minime valuit. Perduravit hæc ſiquidem ad medium Chriſti decimumquintum ſæculum, pluribus ab inſtitutoribus Venetis liberaliter ditata bonis, & utriuſque gladii poteſtate decorata, Gradenſis Patriarchæ ſemper ſuffraganea, donec Caſtellano unita Præſulatui ad Veneti Patriarchatus honorem, opeſque amplificandas, ſymbolum non temnendum conſerre, & ipſa juſſa eſt. Urbs etiam interea ſquallore perpeſſę cladis excuſſo afflictas vires reparare, atque è ruinis emergere contendit; verum deinde vel cœli gravitate incolas propellente, vel vicinos quoſque ad ſe pertrahente principe civitate, adeo ſenſim evanuit, ut nullum ejus hodie reliquum ſit veſtigium, nec locus, quo poſita fuerit, ſignanter liceat indigitari. Conterminos habuit hæc diœceſis Cenetenſem Caprulanum, & Equilinum Epiſcopatus, at in priorum, & Torcellani jura diſcerpta deinde tranſiit, cum Epiſcopalis Eccleſiæ redditus Veneti Patriarchatus menſæ adjecti ſunt. Præſules verò, qui ſacrum jus illi dixerunt, ſequentes tantum à nobis ſollicitè conquirentibus ſunt obſervati. Sed antequam illos recenſeamus, advertat Lector, quod etiam tomo quinto in ſerie Æmonenſium Epiſcoporum admonui, Ughellum noſtrum, cui hanc Civitatem Novam Venetorum æſtuariorum cognitam fuiſſe conſtat ex iis, quæ ſcripſit in Gradenſibus tom. 5. col. 1082. temere confudiſſe hujus urbis Epiſcopos cum Epiſcopis cognominis in Hiſtria civitatis, quorum ille ibidem catalogum digeſſit. Hiſtrienſes *Æmonienſium* titulo in Vaticanis regeſtis à Venetis diſtingui, qui *Civitatis novæ* appellantur, adnotavimus, & utroſque in implicata Ughelli Æmonenſium ſerie ſecernere pro viribus conati ſumus. Sed jam hujus noſtræ Civitatis Novæ Antiſtites, quos ex variis documentis, ac Vaticanis regeſtis ab Ughello inſpectis nobis innotuere, exhibeamus.

I. JOANNES, qui cum Joanne Olivolenſi, & Leone Methamaucenſi à Petro Gradenſi Patriarcha conſecratus eſt anno 877. ut narrat Dandulus in Chronico lib. 8. cap. 5.

II. ANDREAS cum Oldarico Aquilejenſi Patriarcha an. 1119. conſecravit Moſacenſem Eccleſiam, ut ex documento tom. 5. in Aquilejenſibus col. 59.

III. AURIUS nobis occurrit in Synodo provinciali an. 1127. à Joanne Gradenſi Patriarcha coacta, in qua Canonicorum Torcellanorum obedientiam proprio Epiſcopo denegantium perfracta eſt pervicacia, præſente Aurio Civitatis Novæ Epiſcopo, ut ex documento tom. 5. in Torcellanis relato col. 1371.

IV. BONFILIUS an. 1152. ſubſcripſit ſententiæ Henrici Danduli Patriarchæ Gradenſis in favorem Piebani, & Eccleſiæ S. Mariæ de Muriano latæ, quam nos edidimus tom. 5. in Torcellanis col. 1371.

V. AZO vivebat an. 1254. quo die 14. Maji Ind. XII. acceptum refert Viviano Chriſtalaro annuum novalium conductarum pretium inſtrumento in Veneto Patriarchali archivo adſervato.

VI. Fr. BARTHOLOMÆUS an. 1273. die 3. intrante Septembri benedixit primum lapidem Eccleſiæ Monaſterii Camaldulenſis S. Martini de Opitergio.

VII. Fr. AUGUSTINUS Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, 1284. conſecravit Veronæ cœmeterium Eccleſiæ S. Euphemiæ, ut ex relatis ab Ughello tom. 5. in Veronenſibus col. 847. Anno verò 1296. 17. Maji quadraginta dierum indulgentiam conceſſit inviſentibus reliquias, quæ in ſacrario Eccleſiæ Conventualium Patavii ſervantur, ut narrat Polidorus in memoriis religioſis Eccleſiæ S. Antonii cap. 48. Ejus præterea mentio occurrit ad an. 1300. In monumentis hujus Eccleſiæ exiſtentibus in Veneto Patriarchali archivo. Et ex regeſtis Vaticanis habetur deceſſiſſe an. 1310.

VIII. Fr. PETRUS Ordinis Prædicatorum, à Papa Clemente V. ad hanc ſedem promotus eſt, defuncto Auguſtino an. 1310. 5. Kalend. Julii, cum tres alias à Capitulo vitioſè factas electiones Romanus Pontifex irritaſſet. Vix inauguratus Avenione deceſſit inſecuto anno, ſepultuſque apud ſuos Fratres Prædicatores.

IX. Fr. PETRUS ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini, Petro Dominicano datus eſt ſucceſſor ab eodem Clemente V. an. 1311. qui fuit ſeptimus ejuſdem Pontificis 2. Kal. Auguſti Epiſt. 980. fol. 167. ex regeſt. Vat. ut narrat Ughellus tom. 5. in Æmonenſibus. Anno 1318 cum aliis Præſulibus Avenione in aula Pontificia commorantibus indulgentias conceſſit Æmonienſi Cathedrali, ut ex Bulla tom. 5. in Æmonienſibus col. 236. relata: anno verò 1324. die 5. Martii locat aquas quaſdam, & piſcationes juris ſui Epiſcopatus ex inſtrumento in Patriarchali archivo adſervato. E Brunoquella familia hunc Petrum ortum teſtatur Gandolphus, qui ejus cum laude meminit in Diſſert. de 200. Scrip. Auguſt. p. 298.

X. FRIGDIANUS Ordinis S. Benedicti Monachus, ex Abbate S. Gregorii de Venetiis hujus Eccleſiæ Epiſcopus electus eſt an. 1328. qui cum ſacro collegio ob tenuitatem cenſus ſolvendo non eſſet, cauſanti pauperiem ſacer Senatus benignè penſionem remiſit, ut habetur in lib. Oblig. Prælat. ſub Joanne XXII. apud Ughellum in Æmon. col. 238. Anno 1329. 2. menſis Julii fidelitatis juramentum præſtitit Dominico Patriarchæ Gradenſi; anno verò 1341. 19. Septemb. locavit Manſum de Talpo, ſeu de Arbore, ut ex documentis Veneti Patriarchalis archivi. Obiiſſe anno 1342. nos docet Mſ. vetus Necrologium, olim Monaſterii S. Gre-

go-

gorii de Venetiis, nunc apud clariſſ. virum Apoſtolum Zenum, in quo hæc leguntur de Frigdiano. *X. Kal. Aprilis obiit dominus Frigdianus Epiſcopus Civitatis Novæ, qui fuit Abbas iſtius Monaſterii quadraginta annis, & ampliavit Monaſterium in multis poſſeſſionibus, videl. poſſeſ. de Gambar. Ronchidaai, Flexi* (vulgo Gambarare, Roncone, e Fieſſo) *& multa alia bona valoris ultra 25. millia Florenorum, & obiit MCCCXLII.* Hic pro Eccleſiæ ſuæ juribus viriliter dimicavit, cum Prætor Littoris majoris conaretur temporalem invadere juriſdictionem, quam antiquorum privilegiorum vigore Epiſcopus exercebat Civitatis Novæ, Stafili, Barbeli, ac in aliis ſuæ diœceſis locis: implorataque Veneti Senatus ope ad infeſtam Prætoris licentiam cohibendam an. 1338. ſequens obtinuit Decretum ex Cancellariæ Torcellanæ regeſtis deſcriptum.

Antonius Venerio Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobilibus & ſapientibus Viris Marco Grimani de ſuo mandato Poteſtati Littoris, & ſucceſſoribus ſuis fidelibus dilectis ſalutem, & dilectionis affectum. Significamus vobis, quod in veſtris Conſiliis Minorum de quadraginta in milleſimo trecenteſimo trigeſimo octavo Indict. 7. die 5. Nov. capta fuit pars infraſcripti tenoris, quæ pars tunc miſſa fuit predeceſſoribus, veſtris ſed quia . . . . . . alique differentie orte fuerunt, & ad præſens orte ſunt, quam partem vobis & ſucceſſoribus veſtris mandamus replicatam, cujus tenor talis eſt. Cum venerab. Fr. Fridianus Epiſcopus Civitatis nove per ſuam petitionem expoſuit nobis conquerendo, quod Poteſtas littoris miſit pro Poteſtate, & hominibus Civitatis Novæ, faciens ſibi preceptum, & penam imponens, quod coram eo debeant comparere, & ſe intromittit de juribus dictorum Civitatis Novæ, Stafili, Barbeli, rerum & locorum dicti Epiſcopatus, in prejudicium jurium dicti Epiſcopi, & Epiſcopatus ſui, & dictarum terrarum, & hominum ſui Epiſcopatus, aſſerente dicto D. Epiſcopo, quod per forzam ſuorum privilegiorum antiquorum, & inſtrumentorum ipſe Epiſcopus & ſui predeceſſores habuerunt & habent juriſdictionem in temporalibus & ſpiritualibus in dicto Epiſcopatu ſuo, & terris, & . . . . . ſuis, oſtendendi ſtatuta & ordinationes jam centum & duodecim annis firmatas per Epiſcopos, & populum dicti Epiſcopatus circa gubernationem eorum; ſuper quibus habitum fuit conſilium ſapientum ſuper . . . . dictum, & reſponſum fuit viſis juribus dicti Epiſcopi, quod idem Epiſcopus jus habebat, & ad eum ſpectabat juriſdictio dictorum locorum, & iterum fuit commiſſum Officialibus deputatis, quod irent ad littus, & loca dicti Epiſcopatus, & examinarent diligenter formam, & conſuetudinem obſervatam; & predicti Officiales iverunt, & fecerunt inquiſitionem ſuper commiſſa, & reſponderunt dictum Epiſcopum jus habere, & conſuluerunt, quod non impediantur jura, & juriſdictiones dicti Epiſcopi, & Eccleſie ſue. Capta fuit pars, quod fiat, ut conſuluerunt dicti Officiales deputati, & quod Epiſcopus, & ſua Eccleſia utatur, & uti poſſit juribus & juriſdictionibus ſuis in Civitate Nova, & terris ſui Epiſcopatus ſecundum ſua privilegia, & ſecundum quod ſolitum fuit ſervari per tempora retroacta, & conſilia poſita in Commiſſione Poteſtatis litteris removeantur, quæ loquuntur de ipſo facto. Quare mandamus vobis per nos & dicta noſtra conſilia, qualiter ipſarum . . . . & contenta in ipſis obſervetis, & faciatis inviolabiter obſervari, facientes has noſtras litteras in cancellaria veſtri Regiminis ad futurorum memoriam regiſtrari.

Data in noſtro Ducali Palatio die 26. Julii XIIII. Indictione.

XI. Fr. MARCUS, Novarienſis, Ordinis Prædicatorum, irritatis electionibus Fr. Nicolai Mauroceni Ordinis Prædicatorum, & Conſtantini Lauretani Primicerii S. Marci Venetiarum, in quos diſciſſa Clericorum vota conſenſerant, à Clemente VI. huic gregi attribuitur Frigdiani ſucceſſor 2. Non. Julii an. 1343. ex reg. Vatic. epiſt. 4. apud Ughellum. Diem clauſit extremum an. 1347.

XII. DOMINICUS Gaſſaro, Venetus, plebanus primum S. Baſſi, mox S. Nicolai Venetiarum, ex quo corrigenda ſunt, quæ ad eumdem adnotavimus tom. 5. in Æmonienſibus, ab eodem Clemente VI. ad eamdem ſedem fuit promotus an. 1347. 2. Non. Julii ex reg. Vatic. apud Ughellum. Ejus memoria in Veneto Patriarchali archivo occurrit in documentis an. 1355. 1360. 1364. & 1365. A Venetiarum Duce Marco Cornelio confirmationem habuit de aquis, & paludibus Longaroli, & Budenæ in Gradenſi territorio exiſtentibus an. 1367. die 8. Aprilis, ut teſtatur Ughellus in Æmonienſibus col. 240. Documentum à nobis ſollicitè conquiſitum minime licuit reperire. Quo anno obivit Dominicus, incompertum.

XIII. PETRUS, Fanenſis, ex Epiſcopo Civitatis Novæ dictus eſt Antiſtes Maſſanus an. 1380. ut teſtatur Ughellus in Æmonenſibus, qui dubitat, an hæc translatio facta fuerit ab Urbano legitimo Pontifice, vel ab Antipapa Clemente. Ego cum videam Petrum pacificè in throno Maſſano ſediſſe novennio, ac inde translatum ad Fanenſem Cathedram an. 1389. à Bonifacio vero Pontifice, facilè inducor, ut credam legitimorum Pontificum partes ſemper fuiſſe ſecutum. Hinc etiam, cum ſequentem Leonardum ab Urbano per hæc tempora Civitatis novæ Epiſcopum electum conſtet, ac proinde hujus Eccleſiæ ſedem vacaſſe, id conjicio contigiſſe per dictam Petri translationem; cujus tamen Præſulatus Cittanovani nullam memoriam inveni, vel quia brevi ſederit in hac cathedra, vel quia fortè ut potè extraneus Epiſcopatus poſſeſſionem inire nequiverit.

XIV. LEONARDUS Delphinus, Venetus, hujus Eccleſiæ Antiſtes 26. Novemb. in lib. Oblig. notatur tanquam legitimus Epiſcopus ab Urbano creatus, apud Ughellum. Electum puto per translationem Petri ad Maſſanam Eccleſiam anno 1380. An vero hic ille idem ſit Leonardus Delphinus, Patriarcha Alexandrinus, qui Æmonenſem Eccleſiam, a qua poſtea partes ſequens Eugenii in Concilio Piſano exauctorati decidit, commendatam habuit ab an. 1402. ad 1409. ut ſuſpicatur Ughellus, adhuc me latet. Leonardi Civitatis novæ Epiſcopi memoriam inveni in Codice Nicolai Lajabianca Veneti Notarii, ubi in teſtamento Barbanilæ relictæ nobilis viri Marci Grimani de confinio S. Pantaleonis 1384. ſcribitur Legatarius. Decedenſne, an ſponte cedens locum dederit ſequenti Gilberto, mihi inexploratum.

XV. Fr. GILBERTUS Georgius, Venetus, Ordinis Prædicatorum, ſucceſſit Leonardo an. 1388. ab Urbano VI. electus ex eodem lib. Oblig. apud Ughellum, quem eodem met anno 2. Decembris Manſum quoddam juris ſui Epiſcopatus locaſſe diſcimus ex documento in Patriarchali Veneto archivo exiſtente. Hic cum eſſet Antonii Cajetani Aquilejenſis Patriarchæ in Pontificalibus Vicarius generalis, conſenſu, expreſſaque licentia Lotti de Gambacurtis Tarviſini Epiſcopi indulgentiam quadraginta dierum conceſſit an. 1401. viſitantibus, ac pietatis operibus adjuvantibus hoſpitale S. Mariæ de Tarviſio, ut ſequens proloquitur documentum ex ejuſdem hoſpitalis archivo ab eruditiſſimo Antonio Scoto Canonico Tarviſino fideliter, ut jacet, deſcriptum.

Nos frater Gibertus de Venetiis ordinis predicatorum Dei & apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus civitatis nove Reverendiſſimi in Chriſto patris & domini domini Anthonii Gajetano ſancte ſedis Aquilegien. digniſſimi Patriarce, in Pontificalibus vicarius generalis, nec non de conſenſu, & expreſſa licentia Reverendi in Chriſto patris & domini domini Lotti de

Gam-

Gambacurtis eademgratia Epiſcopi Tarviſini, univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, ad quos preſentes noſtre litere advenerint ſalutem in domino, qui omnium eſt vera ſalus veſtrę univerſitati preſentium tenore facimus manifeſtum, quod deum credimus habere propicium cum fideles Chriſti ad opera pia debitis exortationibus excitamus. Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti recepturi ſive bonum ſive malum, quod in corpore geſſimus, firmam ſpem fiduciamque teneates, quod qui parce ſerit parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus de benedictionibus metet, & vitam eternam. Hinc eſt ſicut accepimus quod in hoſpitali ſive domo ſcole ſancte Marie batutorum de Tarviſio grandis & continua pauperum & infirmor; peregrinorum, orphanorū, viduarum & infantium expoſitorum confluat multitudo; quibus ſecundum eorum exiſtentiam pie, & devote miſericorditer ſubvenitur & ſingulis diebus feſtivis cumfratres predicte ſcole ſe humiliantes Deo, exuti propriis veſtibus cum cappis dicte ſcole ſe vadunt devote cum cantibus melifluis proceſſionaliter verberando, & alia & plura opera pietatis, & miſericordie ibi fiant ueputa precipue, pauperibus domicelabus grata caritatis ſubſidia tribuendo & proprie ipſias ſcole ad tanta opera pietatis facultates non ſubſiſtant, niſi a Chriſti fidelibus manus porigantur adjutrices & ut tantorum bonorum participes eſſe mereamini ut hec & per alia bona, que domino inſpirante feceritis ad eterna felicitatis regna ſcandere mereamini. Idcirco univerſitatem veſtram requirimus & hortamur, quod de bonis veſtris vobis a Deo collatis eidem ſcole officialibus & miniſtris ejus grata caritatis ſubſidia & elemoſinas pias miſericorditer erogetis. Nos enim de omnipotentis dei miſericordia, ejuſque matris marie virginis glorioſe, nec non beatorum apoſtolorum petri & pauli & ſimiliter glorioſiſſimorum ſanctorum hermacore, & fortunati martirum patronor; noſtror; precibus & meritis confidentes omnibus vere penitentibus & confeſſis qui hoſpitale dicte ſcole viſitaverint & qui ad tanta opera pietatis manus ſuas porrexerint adjutrices, & qui dictam proceſſionem ſociaverint quadraginta dies de injunctis ſibi penitentiis miſericorditer in domino relaſſamus. In cujus rei teſtimonium preſentes noſtras litteras fieri mandavimus, & noſtri ſigilli pontificalis juſſimus appenſione roborari. Datum in civitate baciſrie apud monaſterium ſancti dominici ordinis predicatorum. Milleſimo quadringenteſimo primo indictione nona, die tercio decimo menſis marcii, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini Bonifacii divina providentia pape noni anno duodecimo. Amen

Franciſcus S.R.

Diem clauſit extremum Gilbertus anno 1403.

XVI. Fr. DONATUS de Murano, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, hujus Eccleſiæ eligitur Epiſcopus à Bonifacio IX. Idibus Octobris 1403. in locum prædefuncti Gilberti ex citato Obligat. libro apud Ughellum. In Codice Rogitorum Antonii à Turre Veneti notarii reperi hunc Donatum dictum fuiſſe commiſſarium in teſtamento Gidini de Padua familiaris Epiſcopi Caſtellani an. 1404. Non diù commiſſam ſibi Eccleſiam rexiſſe colligitur ex ſequentibus Corariis.

XVII. ANGELUS Corarius, Venetus, ille idem, qui paulo poſt ſub Gregorii XII. nomine Petri Cathedram conſcendit, hanc Eccleſiam in commendam ſuſcepit 9. Kal. Julii an. 1406.

XVIII. Fr. ANTONIUS Corarius, Angeli nepos, Ordinis Prædicatorum, per ceſſionem patrui, hujus Eccleſiæ Commendatarius evaſit 26. Auguſti 1406. Exauctorato deinde in Concilio Piſano Gregorio XII. & revocata ab Alexandro V. commenda

XIX. PETRUS Nani, Venetus, S. Marci Canonicus adlectus eſt Epiſcopus Civitatis Novæ 2. Aprilis 1410. qui poſtea ad Torcellanam ſedem translatus fuit 18. Aprilis 1418.

XX. JOANNES Contareno, Venetus, electo Patriarchæ Conſtantinopolitano data eſt poſtmodum in commendam hæc Eccleſia ad beneplacitum Pontificis, ut teſtantur acta conciſtorialia, eodem die, & anno, videlicet 18. Aprilis 1418. qui eam tenuit ad an. 1427.

XXI. Fr. ANTONIUS Tyburtinus, ex Ordine Minorum, Epiſcopus Thinarum, & Michonatorum, cum Pontifex commendam revocaverit, ut legitur in actis conſiſt. huc translatus eſt 6. Kalend. Maji 1427. In Rogitis Marciliani de Nareſis Veneti notarii memoria occurrit hujus Antonii ad an. 1430. 9. Septemb.

XXII. MARCUS ex hac ſede ad Tarantaſienſem fuit translatus 2. Non. Novemb. 1433. apud Ughellum. De hoc Marco nihil apud nos reperi; nec mihi compertum, aliine Epiſcopi poſt ipſum ſederint in hac Cathedra, an poſt ejus translationem immediatè unita fuerit hæc ſedes Gradenſi Patriarchatui, cui jam adhærebat an. 1440. quo Marcus Condulmerius Patriarcha Gradenſis pro ea commune ſervitium ſacro collegio ſolvit, ut notatur in lib. Obligat. Eugenii apud Ughellum tom. 5. in Gradenſibus col. 1154.

CUMANUS

EPISCOPATUS.

De quo Ughelius tom. 6. col. 225. nunc Neapolitano Archiepiſcopatui unitus.

CURIENSES IN SABINIS

EPISCOPATUS.

Sabinorum caput, & regia urbs fuit ſingulari numero apud Græcos CURIS, Latinis verò pluralis CURES. Summa ejus antiquitas, cum ante ipſum Romanæ urbis nomen, a Pelaſgis, atque Aborigioibus, qui in unam gentem tunc recens conjuncti novo nomine dicebantur *Latini*, fuerit ædificata, ut deducit Cluverius Ital. antiq. lib. 3. cap. 2. Hic Rex Tatius Sabinorum habenas moderabatur, cum, exorto ob raptas a Romanis Sabinas inter utrumque populum bello, ac mox ſubſecuto fædere, futuræ rerum dominæ civitati non ſpernenda gentis ſuæ acceſſione, ac opibus adjecit incrementa, & à Curibus ſuis communem Romanis fecit Quiritium appellationem. Unde Plutarchus in Romulo: *Pax ita inter eos* (Tatium nempe, ac Romulum) *convenit, ut communem haberent Romani, Sabinique urbem: urbs verò a Romulo appellaretur Roma: Romani, autem omnes a Tatii patria, Curites.* A' Curibus etiam proximè ſuccedens Romulo Rex prodiit Numa ille apud Ethnicos juſtitię, & pietatis ſingulare ſpecimen. Curitum gravitas, moreſque ad omnem ſerietatem compoſiti apud Veteres celebres: hinc Virgilius Æneid. lib. VIII.

Ro-

Romalidis, Tatloqueſeat, Caribuſque ſeveris.

Meminere vero Curium præter relatos Auctores Ovidius, Livius, Strabo, Varro, Feſtus, Cicero, Propertius, Statius, Dionyſius, aliique. Quo autem in loco ſteterit olim hæc princeps Sabinorum civitas certant Scriptores. Rem ita conficere putat Cluverius in Ital.ant.lib. 2. *Eſt bodie Monaſteriolum baud procul Himellæ amnis* (l' Aja *anac adcolis vocatae) ripa, valgari appellatione* il Veſcovio di Sabina, *ideſt ſi Latinè interpreteris*, Epiſcopatus Sabinenſis, *mille paſſas ab oppido* Selici, *bis mille paſſas ab oppido* Torri *diſtaas: ad qaem locum ingentia coaſpiciuatar ſatis amplæ qaondam arbis radera, mœaium, tarrium, aquæductuum iaſigaes reliqaiæ, atqae ia medio earum baſis prægrandis ex lapide qaadeato conſtracta, cai olim Dei alicajus, vel Imperatoris ſtatua impoſita faiſſe videtar. Has eſſe antiquarum Curiam celiqaias Gregoeii M. diſertiſſimo adfirmatar teſtimonio: quod Epiſtol.* 20. *ex reg. lib.* 3. *bajuſmodi eſt:* Gregorius Gratioſo Epiſcopo Nomentano. Fraternitati tuæ curam, gubernationemque S. Anthemii Eccleſiæ, in Curium Sabinorum territorio conſtitutæ, prævidimus committendam. *Scripſit* in Curium Sabinorum territorio; *quia Cares oppidam, ſive ut vocat Strabo*, κώμη exiguus vicus, *jam tum totus deſtructus erat*. Verum Cluverius, qui Curienſem urbem cum Foronovo confundit, ab ipſis Cathedralium titulis manifeſtè corripitur. Fori ſiquidem novi Cathedralis S. Euthymio nuncupabatur, Curium verò S. Anthymo, ut ex Romanis ſub Symmacho conciliis, in quibus duo Epiſcopi Projectitius Foronovanus, & Dulcitius S. Anthymi ſubſcribuntur. At Eccleſia illa, quæ nunc *Veſcovio* dicitur, erat D. Euthymio ſacra, ac proinde urbis reliquiæ circumjacentes non ſunt Curium, ſed Foronovi veſtigia. Cures vero ſtetere, ubi nunc oppidum vulgò *Torri*, bis mille paſſus a Foronovo diſtans. Cum autem, ut opinatur Eminentiſſimus Brancatius de optione ſex Epiſcopatuum, fuiſſent a Longobardis ruinam paſſæ præcipuæ civitates, & Curienſis omnino deleta, neceſſe idcirco fuit hujus Epiſcopo, ut ſedem transferret ad Eccleſiam S. Martyris, & presbyteri Anthymi, ubi pro fide ſanguinem dedit, & vitam die 11. Maii via Salaria, 22 ab urbe milliario: atque hinc illi enata ea ſubſcribendi forma ex titulo S. Anthymi, (licet quandoque etiam nuncupatus fuerit abſolute Epiſcopus *Sabinenſis*, ut de Dulcitio videre eſt in primo Symmachi Concilio), ac M. Gregorio commēdandi Gratioſo Nomentano Eccleſiam S. Anthymi in territorio Curium Sabinorum conſtitutam.

Ut autem de hujus preclare, nunc antiquatæ urbis Epiſcopis agamus, Ughellus t. 1. hujus operis, ubi de Sabinenſibus Epiſcopis diſſerit, promiſcue confundit Antiſtites trium ſedium Pontificalium, quæ erant in Sabina provincia, quæque in unam deinde Foronovanam coiverunt. Nos igitur eas diſtinguentes, cuilibet proprios Præſules aſſignamus. Curienſes autem Epiſcopi ſequentes fuere.

I. TIBERIUS Curium Sabinorum Epiſcopus ſententiam ſuam dixit in Concilio Romano ſub Hilaro Pontifice anno 465.

II. FELICISSIMUS *Sabinienſis* dicitur in Romano Concilio ſub Felice an. 487. cui ſimul interfuit Atterius Foronovanus.

III. DULCITIUS in Romanis Symmachi Papæ Conciliis an. 499. & ſeqq. modo abſolutè appellatur *Sabinenſis*, modo S. Anthymi. In iiſdem Conciliis ſimul adfuit Projectitius Foronovanus.

IV. JULIANUS, quem narrat M. Gregorius Dialog. lib. 4. cap. 4. miſſum à ſummo Pontifice ad accerſendum S. Equitium Abbatem in Provincia Valeriæ propè Aquilam, quod nullis initiatus ſacris ordinibus, nulla obtenta facultate ab Apoſtolica ſede ſibi munus concionandi arrogaſſet; ad quem cum perveniſſet, ejus ſolo adſpectu perterrefactus eum veneratus eſt, quo met tempore Pontifex a Deo per viſum monitus id muneris ſuperna virtute Equitium accepiſſe intellexit. Id Baronius refert ad an. 504. Symmacho Petri cathedram tenente. Poſt hanc autem legationem aliquando fuiſſe hac ſacra thiara decoratum Julianum S. Gregorius ibidem tradit.

V BONUS, ſive *Borſus* circa an. 580. ex hoc Sabinenſi ſolio divinum jus dixit, ad quem extat in Decreto Gratiani par. 2. cauſa 16. quæſt. 1. cau. 31. ſequens Pelagii Papæ Epiſtola.

Pelagius Papa Bono Epiſcopo Sabinati.

In Parochia tua baſilica ſancti Laurentii, quæ in poſſeſſione filii, & conſiliarii noſtri viri magnifici Theodori fundata eſt, officium presbyteri deeſſe cognovimus: & quia præfatus filius noſter nobis retulit ſe inveniſſe Rufinum quemdam Monachum olim ſibi vita, religione, & moribus comprobatum, & hunc poſtulat ibi presbyterum conſecrari: quod ſubito fieri nos prorogata obſervantia non acquievimus: ideo dilectio tua his litteris acceptis Sabbato veniente faciat eum Diaconum: & ſi Deus voluerit, & vixerimus, mediana hebdomada presbyterum faciemus: quatenus ſupervenitate paſchali feſtivitate ſacra miniſteria in memorata baſilica a perſona competenti valeant adimpleri.

Poſt hunc cum, deletis jamdiu Curibus, S. Anthymi quoque Eccleſia par non eſſet ferendo onere Epiſcopali, S. Gregorius Magnus illam adjunxit, univitque Numentanæ an. 593. ut ſuſra in Numentanis dicemus.

DRACONARIENSIS
EPISCOPATUS

SUppreſſus, de quo Ughellus tom. 8. col. 274.

EGNATINUS
EPISCOPATUS.

EGNATIA antiqua fuit urbs Apuliæ Peucetiæ in ora littorali inter Barium, & Brunduſium ſita, cujus meminere Strabo, Plinius, Ptolomæus, Mela, Horatius, ac tabulæ Itinerariæ. Horatius lib. 1. Sat. V. qua iter ſuum deſcribit, Roma per viam Appiam Brunduſium uſque, ita cecinit.

——— Dehinc Gnatia, lymphis
Iratis exſtructa, dedit riſuſque jocoſque,
Dum flamma ſine, thura liqueſcere limine ſacro
Perſuadere cupit.

De eadem hæc tradit Plinius l. 2. c. 107. *Reperitur apud Auctores, in agro Salentino, oppido Egnatia, impoſito ligno in ſanum quoddam ibi ſacrum, protinus flammam emittere.* Hodie nomen corruptum ſervat in turre ſpeculatrici, vulgo *Torre d*

Aezze, ejuſque haud procul à littore rudera murorum viſuntur juxta viam publicam, agro circumjecto aridiſſimo. Falluntur autem Auctor Theſauri linguæ Latinæ, Collenuccius, aliique aſſerentes Egnatiam eamdem eſſe cum Juvenatio; hæ ſiquidem urbes longo 50. milliarium intervallo inter ſe diſtant. Probabilius igitur, quod aſſerit Volaterranus, ex ruinis exciſæ Egnatiæ creviſſe Monopolim, atque deletæ urbis pontificalem ſedem, diœceſimque (nam locus Egnatianæ antiquæ civitatis in Monopolitani Epiſcopi juriſdictione cenſetur) ſuſcepiſſe. At licet Egnatia excidium paſſa fuiſſe dicatur nonniſi anno circiter Chriſti 1059. Roberti Guiſcardi temporibus, Epiſcoporum tamen, qui ejus Eccleſiæ præfuere, memoria penitus interiiſſet, ni Romana Symmachi Concilia unius Egnatini Antiſtitis nomen ſacraſſent æternitati.

I. RUFENTIUS igitur Egnatinus Epiſcopus interfuiſſe legitur Romanis Synodis ſub Symmacho an. 501. 502. 504.

EQUILINUS

EPISCOPATUS.

HEracliæ gemella in Venetis æſtuariis ad oſtia Plavis amnis orta eſt ſeculo Chriſti excurrente ſeptimo nova urbs EQUILIUM, detorto poſtea vocabulo *Eculum*, *Eſolum*, *Jeſolum*, & *Aauelum* aliquando dicta, ab agreſtibus Opiterginis condita: cum enim Heraclia recenter extructa non ſatis eſſet recipiendis Opiterginis, quotquot ad æſtuaria confugere Rotharis Longobardorum regis arma compulerant, ſylveſtres equorum, aliorumque pecudum paſtores cum ſuis familiis à primoribus urbis aditu prohibiti locum hunc ſibi indè non longe muniverunt, & Equilium appellarunt. Hæc fuiſſe illius civitatis primordia diſerte narrat noſter Dandulus in Chronico. *Cum vero*, inquit, *incolis Heraclianæ civitas non ſufficeret, Paſtores equorum, & aliorum animalium ad littoralia venientes Equilium conſtruxerunt, nominatumque eſt hoc nomine à multitudine equorum, qui ibidem nutriebantur, eaque urbs Epiſcopalis ſubſequenter ordinata eſt.* Aucta poſtea fuit anno 665 à reliquis Opiterginorum, qui Opitergio à Grimoaldo Longobardorum rege iterum deleto ſeſe ad hoc ab agreſtibus ſuis ante annos circiter 30. ædificatum confugium contulerunt. Hoc igitur amplificata incremento, & jam vicinæ Heracliæ haud impar, ejus etiam fortunæ, ac dignitatis evaſit æmula, eidem perfractè invidens adeptum Ducale decus; unde poſtmodum Heraclianis finium prætextu acre bellum ab Equilinis illatum, quod naſcentem Venetam Rempublicam in ipſis propemodum incunabulis facilè abſumpſiſſet, ni opportuno aliorum Venetorum conſilio ſuccreſcens incendium tempeſtivè fuiſſet extinctum. A Pippino Caroli Magni filio capta prima ſenſit adverſantis fortunæ detrimenta, tum ab Hungaris vaſtata, atque combuſta adeò concidit, ut ab accepta clade vix emergere valuerit. Reparatis tamen utcumque viribus in longius aliquot ſeculorum ævum produxit ætatem; verum ſuccedente temporum injuria, incoliſque aliò diſcedentibus ſenſim decreſcens ita evanuit, ut quæ aliquando nobilis fuerit civitas, nunc campeſtris tantum villa ſit Torcellanæ diœceſis, *la Cava Zuccarina*, vulgò appellata, nec ulla ſuperſint urbis collapſæ rudera præter cujuſdam Eccleſiæ laterales parietes, quæ an fuerit Cathedralis, incertum. Princeps in hac urbe Eccleſia D. Mariæ ſacra erat; cui inſerviebant duæ dignitates Archipreſbyter, & Archidiaconus, pluresque Canonici, & Clerici; viſebanturque cœnobium Fratrum Auguſtinianorum cum Eccleſia S. Viti, Monaſterium ſacrarum Virginum cum Eccleſia S. Jo: Baptiſtæ, & Eccleſia S. Salvatoris, præter alias, quorum memoria cum ipſa civitate interiit. Non longe verò ab Equilo aderat perantiqua S. Georgii de Pineto Monachorum S. Benedicti Abbatia in diœceſi tamen Patriarchæ Gradenſi. Epiſcopo autem Equilino ſuberant Eccleſiæ S. Martini de Juſtinopoli, & S. Nicolai de Tyro. Nec plura haurire potuimus de ſtatu veteri hujus Eccleſiæ, & civitatis. Hinc clarè patet error Leandri Alberti, & Ferrarii in Lexico geographico Equilium cum Heraclea, quæ diſtinctæ loco, & nomine fuerunt civitates, diſtinctique Epiſcopatus, confundentium: qui Ferrarius pariter debet caſtigari, cum inconſultò ſcribit Equilinum Epiſcopum Aquilejenſis Metropolitani fuiſſe ſuffraganeum; nam ex quo Equilium Epiſcopali ſede meruit decorari, quod non longe à primis ejus exordiis contigit, Equilinus Antiſtes unius ſemper Gradenſis Patriarchæ mandatis obtemperaſſe certiſſimum eſt. Sed juſſis demum medio reparatæ ſalutis ſæculo decimo quinto Gradenſibus Metropolitanis Inſulis Caſtellani Pontificis in Venetum Patriarcham aſſumpti caput exornare, non diù poſt Venetæ thiaræ addita eſt nova gemma, Equilini videlicet Epiſcopatus, ut infra ſuo loco enarrabimus. Exordiamur modo Equilinorum Præſulum Catalogum, mutilum quidem, & exſuccum, ſed qualem ex reliquis hujus Eccleſiæ documentis in Patriarchali Veneto archivo adſervatis, aliiſque monumentis conſarcinare valuit ſedula in illis perquirendis diligentia.

I. PETRUS primus eſt, qui nobis occurrat, Equilinus Epiſcopus, an. 876. à Joanne Pontifice à ſacris abſtinere juſſus ob non exhibitum Gradenſi Patriarchæ obſequium. Anno inſequenti eidem iterum ſcribit idem Pontifex mandans, ut Ravennam ad Concilium proficiſceretur. Joannis Epiſtolas infra in Methamaucenſibus referemus. Illum cum Joanne Archidiacono Gradenſi, & Dominico Maſono Triumvirum electum fuiſſe ad perſequendos conjuratos, qui inſidiis exceptum Petrum Tradonicum Ducem fœdè trucidaverant, narrat Dandulus in Chronico.

II. BONUS, Georgii Barcanici filius, Venetus, ex hac ſede ad Metropolitanam Gradenſem translatus anno circiter 955.

III. LEO è nobili familia Bemba Veneta ſedebat in hac Cathedra anno 1010.

IV. LEO alter, ſupradicti Leonis ex fratre nepos regebat hanc Eccleſiam anno 1040. quo interfuit provinciali Concilio celebrato ab Urſo Patriarcha Gradenſi in Veneta Ducali Capella S. Marci. Leone adhuc forte in vivis agente non longe ab Equilo nobile Benedictinorum cœnobium S. Georgii de Pineto, quod hoſtium irruptione dirutum jamdiù humi proſtratum jacebat, reſtaurandum, renovandumque ſuſcepit an. 1044. ab Urſone Patriarcha Gradenſi Petrus Caroſo Monachus, primus deinde electus Monaſterii Abbas, ut teſtatur ſequens documentum ex originali in Patriarchali archivo adſervato, ut ſcriptum eſt, deſumptum hujus tenoris.

In nomine Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Anno Incarnationis ejuſdem redemptoris noſtri 1044. M. Februarii Ind. 13. Rivoalto. Cum enim per multas ſeries annorum una noſtra Eccleſia, quæ eſt jure poſſeſſionis noſtri patriarchatus S. Gradenſis Eccleſiæ deſerta, & deſtructa cum cuncta ſua pertinentia perſiſteret, ubi etiam olim tempore monaſterium fuerat, cujus vocabulo extiterat S. Georgii Martyris Chriſti ſito in littore, quod dicitur Pineto, non longe à civitate, quæ nuncupatur Equilo, & de præfato deſerto monaſterio non nos, neque noſtra veneranda ſedes nil inde aliquid boni fruere videbamur. Sed

dte

A die vero quadam pro retro tempore ante noſtri præſentiam introivit Petrus Dei gratia monachus, filius q. Vitalis Caroſo de Rivoalto, & per divinam diſpenſationem noſtram beatitudinem cepit implorare, quatenus ipſa noſtra deſerta Eccleſia cum omnibus ſuis Itinerariis ſub annuali penſione iterum ad conſtruendum monaſterium ibi in eodem loco ſub jure, & dominio noſtræ matris Eccleſiæ, ſibi concedere deberemus, ubi ipſe cum cæteri fratres, qui poſt eum futuri commorare viſi fuerint, Dei ſervicia indeſinenter poſſint adaugeri. Nos vero enim precibus ejus placabiliter exaudientes ea, quæ popoſcerat, adimplere ſibi minime recuſavimus. Ipſe vero ut bonus paſtor tam per ſe ipſe, quamque & per cæteros Chriſti fideles ipſa Eccleſia cum toto præfato monaſterio Chriſto juvante uſque ad perfectum perduxit, itaut per noſtram conſecrationem Eccleſiam vero cum toto ipſo monaſterio perductus eſt ad effectum, atque juxta normam Ss. Patrum, & b. Benedicti regulam oſtendebat prænominatus Petrus Monachus ſimul cum cuncta caterva fratrum, quod ibidem pro divino reſpectu adjuncta erat ad manendum pater Monaſterii, quod illis defuerat Chriſto juvante Benedictum presbyterum, & Monachum filium eidem Vitali Caroſum fratrem videlicet præmemorati Petri Monachi abbatem in eodem venerabili loco elegerunt. Nos verò illorum electionem ut prævidimus, divinum eſſet ſubſidium, præclara voluntate confirmantes perpetua inveſtitione ſibi dedimus ad jure, dominioque noſtro, & de noſtra S. Matre Gradenſis Eccleſiæ in perpetuum permanendum tam ipſa inveſtitione, quamque & tota ibidem pertinente conſecratione. Et ideo nos quidem Urſo divino munere Patriarcha S. Gradenſis Metropolitanæ Eccleſiæ, filius q. D. Petri Urſyoli ducis, una pariter cum cuncto noſtro cloro cum noſtris ſucceſſoribus ab hodierno die in Dei & Chriſti nomine prompto animo dans damus, ſive contradimus vobis D. Benedicto presbytero, & Monacho filio ipſius Vitali Caroſo per divinam gratiam electus ibidem abbas, & tibi Petro Monacho fratri ejus, hoc eſt ſupraſcripto Monaſterio S. Georgii de Pineto de Equilo, quod eſt jure poſſeſſionis noſtræ Gradenſis Metropolitanæ Eccleſiæ, quod eſt noſtri patriarchatus, cum omnibus pertinentiis ſuis ab intus & foris per antiqua tempora, ſive etiam quæ poſtmodum a populo Equilenſi ibidem datum, ſive offertum extitit, ſecundum quod continetur in cartula offerſionis, quod præfatus populus in prænominato Monaſterio fecerunt, in perpetuum permanendum id eſt terris & vineis cultis vel incultis duo aquimolis cum totis ſibi pertinentibus aquis, ſive cum totis aucellationibus, & piſcationibus ſuis, & cum uno fundamento ſalinarum, etiam cum totis ortis, ſive ortariciis ſuis, & ipſe paſcuo de ipſo littore communis habere debeatis cum prædicto Equilenſi populo. Item contradimus vobis Benedictus presbyter, & Monachus & electus abba, & tibi Petro Monacho fratri ejus, & ſucceſſorum veſtrorum, ſeu & ceteri fratres, qui vos ſuccedunt, totum ipſum Monaſterium S. Georgii, in quo abbas ordinatus perſiſtit, itaut vos ſupraſcriptus electus abba eum ad jure noſtro, & de noſtri Patriarchatus, vitæ tuæ diebus incolumis retinere debeas in muris, & in terris, ſive in parietibus, & ſupraſcriptum alodum juxta tuum poſſe, divinum officium diurnale, atque nocturnale indeſinenter vos inſimul cum ceteri fratres juxta veſtra ſcientia ad laudem Dei & Sanctorum reliquie ibidem quieſcentium, ibidem fungere debeatis. Electionem abbatis poſt diſceſſionem iſtius, in veſtra poteſtate, & ſucceſſorum veſtrorum permaneat perpetuis temporibus, ſecundum regulam S. Benedicti. Tamen inveſtitione abbatis ſimul & conſecratione in noſtra poteſtate, ſive ſucceſſorum noſtrorum, & de noſtra Gradenſe Eccleſia permaneat perhenniter temporibus. Vita veſtra ſub regularibus diſciplinis S. Benedicti eſſe debeat, ſive ſub noſtro dominatui, & ſucceſſorum noſtrorum. Similiter tradimus vobis cuncta limina Sanctorum, & omnia, quæ ibidem Dominus per ſuos fideles ibidem adaugeri voluerit, ſive pallios altariorum, ſive libros, vel etiam ſacrum, & Eccleſiaſticum indumentum, vel aliqua crux, aut calicem, ſive turribulum ex argento ad ſalvationem ejuſdem Monaſterii retinere debeatis, non audeatis exinde nullam minuationem facere, ſicut de omnia, quæ ſuperius diximus, cuſtodire, & obſervare debeatis. De proprietatibus vero, quibus in prædicta venerab. loco datum, vel offertum fuerit, ſimili modo obſervare debeatis. Non debeamus nos, aut ſucceſſores noſtri vobis vel ſucceſſorum veſtrorum nullam contradictionem, neque nullam minuationem facere, non de ipſo monaſterio, neque de omnibus, quæ modo ibi adeſſe conſpicitur, vel quod inantea Dominus per ſuos fideles in eodem loco adaugeri voluerit. Tamen vere vobis concedimus, ut ſi pauper quemlibet hominem fecerit confugium apud vos, & veſtrum monaſterium, & non habebunt precium, quod per ſe ipſi ſolvantur in aliqua ſua proprietate ſive maris, ſive vinea, ſive ſalinis, & vobis, vel ad veſtrum monaſterium opus venundare fuerit, vel neceſſe, tunc pro noſtro conſenſu, vel
B ſucceſſorum noſtrorum poteſtas vobis maneat, ut prædiximus, ea venundare, cuicumque volueritis, & de ipſum precium ea quod neceſsè fuerit, debeatis perficere. Similiter ſi talem fuerit proprietate data in Eccleſiæ loco, & minime fuerit congruum ad conſervandum in ipſo monaſterio, & vobis fuerit neceſſe, tunc nos, & noſtri ſucceſſores conſentientes poteſtas vobis maneat ea venundandi, & de ipſo precio perficiatis ea, quibus neceſſe fuerit. De ſervicio noſtræ S. Gradenſis Eccleſiæ annualiter in feſtivitate S. Georgii cenſum nobis & noſtris ſucceſſoribus, & in jam dicta noſtra matre Eccleſia perſolvere debeatis denarios 30. tam vos, quam veſtri ſucceſſores perpetuis temporibus. Cum autem nobis placuerit, vel ſucceſſoribus noſtris de tercio in tercio anno in eodem monaſterio advenire, tunc tam vos, quam veſtri ſucceſſores nos honorifice debeatis ſuſcipere: tamen ſi fuerit æſtivum tempus, de rebus veſtre monaſterii non amplius nobis vel ſucceſſoribus noſtris perſolvere debeatis, niſi tantum panes 50. & unam urnam vini,
C & pullos decem, & multones duas, ſi eos habere poteſtis; ſin autem, propter eos perſolvere nobis debeatis mancos 4. Si autem fuerit verni temporis, tum perſolvere debeatis prædictos panes 50. & unam urnam vini, & de anadris paria 5. & porco uno, ſi eum habere poteritis, ſin autem, pro eo nobis perſolvere debeatis mancos 4. & ſi venire noluerimus, nihil inde nobis perſolvatis. Quod ſi nos, aut noſtri ſucceſſores amplius quam ſupra diximus, cauſa orationis, ſeu & viſitationis in eodem loco advenire placuerit, tum vos nos honorifice ſuſcipere debeatis, verumtamen de veſtris rebus monaſterii nichil vobis requirere debeamus. Cum autem præcipimus tam nos, quam noſtri ſucceſſores Gradus, ſive in quo loco nobis placuerit fieri generale Concilium ſimul cum cunctis pontificibus, & abbatum, abbas veſtri monaſterii illuc debeat convenire, & nequaquam vos, aut veſtri ſucceſſores, non ipſum monaſterium, neque de ſuis pertinentiis, ſive de conſecratione, pro quavis artis ingenii a noſtre S. & veneranda ſedis, ſive a nobis &
D ſucceſſoribus noſtri alienare præſumatis unquam tempore, ſed ſemper omnibus pro futuris temporibus ſub regimen & poteſtate noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum, & dicti patriarchatus tam vos quamque & ſucceſſores veſtri ipſum monaſterium cum omnibus ſuis pertinentiis retinere debeatis. Et ſi peccato accideret, quod abſit, ipſum monaſterium in deſolationem ductum fuerit, aut vos illum dimittere volueritis, tamen omnia, & ex omnibus ipſum monaſterium cum omnibus pertinentiis ejus, tum quod modo habere, vel inantea ibi datum fuerit, apud noſtra poteſtate, & ſucceſſorum noſtrorum, ſive de noſtra matre Gradenſis Eccleſiæ, ut prius fuerat, revertantur ſine omni intermiſſione, aut aliqua interpoſita capitula. Quod ſi vos recte ſolvente, & obſervante ipſa veſtra profeſſionis cartula, quod nos nobis, & in noſtra Gradenſi Eccleſia factam habetis, & nos, aut noſtri ſucceſſores ipſum monaſterium, vel aliquod de ſuis pertinentiis vobis ſubtrahere viſi fuerimus, & fuerit

clarum factum, componere promittimus cum ſucceſſoribus noſtris vobis, aut veſtris ſucceſſoribus auri probatiſſimi libras quinque, & poſt ſoluta pœna maneat hæc noſtræ conceſſionis, & confirmationis cartula in ſua firmitate perhennis temporibus; quam ſcribere decrevimus Johanni presbytero noſtri Vicarium S. Cauciani, ſive notarium in menſe & indict. 15. terciadecima data feliciter. Tamen illud non eſt prætermittendum, quod ſuperius opportunum erat ſcribendum. In feſtivitate S. Hermachoræ, quæ celebratur in menſe Julii. & ſi jubendo vobis mittimus tam nos, quam noſtri ſucceſſores ſive per litteris, ſive per nuncium per ſingulos annos tam vos, quam veſtri ſucceſſores Gradum convenire debeatis abſque divinum impedimentum ſive moleſtia corporis. Quod ſi transgreſſores fueritis reperti, ſupraſcripta pœna puniamini.

Ego Urſus Patriarcha mm. ſſ.
Ego Johannes presbyter mm. ſſ.
Ego Dominicus presb. mm. ſſ.
Ego Johannes Diaconus mm. ſſ.

Ego Dominicus Baſilio tt. ſſ.
Ego Joannes tt. ſſ.
Ego Dominicus tt. ſſ.
Ego Karoſoto. ſſ.



Dominico Baſilio.
Johannes Sanudo
Dominicus Karoſa.
Karoſo.

Ego Joannes presb. & notarius complevi, & roboravi.

V STEPHANUS Delphinus, Venetus, Equilienſis electus ao. 1084 menſe Julii Indictione ſeptima jurat fidelitatem Joanni Saponario Patriarchæ Gradenſi: vivebat adhuc an. 1096. menſe majo ex documentis Patriarchalis archivi; unde corrigendus eſt Ughellus in Gradenſibus, qui Joannem ad Patriarchatum perveniſſe ſcribit anno tantùm 1094.

VI. JOANNES Gradonicus, Venetus, fidelitatis juramentum præſtitit Petro Badoario Metropolitæ an. 1097. menſe Decembri ex altero Patriarchalis archivi documento; qui deinde an. 1104. ad Patriarchalem Gradenſem dignitatem evectus eſt.

VII. JOANNES an. 1127. ſubſcripſit in Concilio provinciali ſententiæ à Patriarcha Gradenſi in favorem Stephani Sylverii Torcellani Præſulis latæ, ut videre eſt tom. 5. in Torcellanis col. 1371. Anno 1131 menſe Auguſto Indict. 9. Joannes Chriſtophorus Epiſcopus Equilenſis quamdam aquam ſui Epiſcopatus locat ex documento Patriarchalis archivi. Unum, eumdemque Epiſcopum fuiſſe autumo.

VIII. ROBERTUS Equilienſis Epiſcopus ſe prodit in cujuſdam locationis charta anno 1140. menſe Septemb. Indict. 6 exarata, in citato archivo exiſtente.

IX. DOMINICUS Minio, Venetus, interfuit an. 1152. provinciali Concilio ab Henrico Dandolo Patriarcha Gradenſi coacto, ibique ſubſcripſit ſententiæ pro plebano S. Mariæ de Muriano emanatæ, & in Torcellanis relatæ tom. 5. col. 1376.

X. PASCHALIS. linguæ Græcæ peritiſſimus, à Vitale Michaele Venetiarum duce, Venetæque contra Græcos claſſis Imperatoris miſſus eſt Conſtantinopolim cum Manaſſe Baduario legatus ad Emanuelem ineundæ pacis conditiones conſtituturus circa ao. 1172. ut narrat noſter Dandulus in Chronico. Quo Præſule an. 1169. Dominicus Ribono Girardo Abbati S. Georgii de Pineto, ejuſque cœnobio omnia bona ſua liberaliter largitus eſt ſequenti donationis inſtrumento.

In nomine Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Anno ab Incarn. ejuſdem Redemptoris 1169. die 10. ab introeunte M. Decembris Ind. 2. Actum in caſtro Pirano. Scripſi ego Hernuſtus tabellio de caſtro Pirano. Et qm. ego quidem Dominicus Ribano inſimul cum Johanna uxor mea facimus cartulam tibique Domino Girardo Abbas, qui es de Monaſterio S. Georgii de Pigneda, inſimul cum Johanne de Waltrame avocata veſtra, & presbyter Petrus frater veſter, & alios ſucceſſores de ipſo monaſter o tradimus cartulam de omnia & in omnibus, quæ nobis pertinet in hoc ſeculo, caſis, terris, vineis, olivis, cenſal. animalia, atque mobilia omnia & in omnibus, quæ nobis pertinet, ſint in poteſtate de Monaſterio S. Georgii de Pigneto. Niſi vinea una, quæ eſt in Vencareto cum omnibus arboribus, quæ intus eſt. In tali vero placito, quod vos debeatis nos retinere cum victu & veſtitu ſecundum veſtram poſſibilitatem uſque ad noſtrum obitum, & per noſtrum obitum poteſtatem vos habeatis de omnia, quæ ſupra legitur, habendi, tenendi, vendendi, donandi, commutandi, quidquid vobis, vel ſucceſſores veſtris placuerit faciendi, nullo vobis homine contradicente. Quod ſi ego Dominicus, aut uxor mea, aut heredes noſtros, ut propinqais noſtris; necnon extraneis, vel aliqua ſubmiſſa perſona hominis, quæ contra hæc noſtre cartule contradictionem ire temptaverit, aut per aliquod vis ingenio corrumpere voluerit, ſiat compoſiturus vobis præfato. Abbas de Monaſterio S. Georgii de Pigneto, & veſtris ſucceſſores auri optimi lib. 2. & hæc cartula ſit firma. Actum in Caſtro Pirani die & menſe, vel Indict. 11. feliciter.

Signum manus Dominicus, & Johanna uxor ejus qui ſſ. cartulam ſcribere rogavit.
S. M. Walter de Papote.
S. M. Papo de pilicati.
S. M. Johanne Corgaloti.
Ego Hernuſtus tabel. de Caſtro Pirano mea manu propria ſcripſi atque firmavi.

XI. FELIX interfuit anno 1177. Veneto Concilio, quod celebravit ſummus Pontifex Alexander III. ut narrat Dandulus in Chronico.

XII. MATTHÆUS ſedebat in hac cathedra an. 1209. die decimo Februarii ex documento Patriarchalis archivi; atque hunc eumdem eſſe Matthæum arbitror, quem ex Epiſcopo Equilino Conſtantinopolitanum Patriarchum fuiſſe declaratum narrat Du Freſne in hiſtoria Imperii Conſtantinopol. par. 2. pag. 6 anno 1220. fortaſſe anno 1210. ni malimus aſſere jamdiù antequam eveheretur ad ſedem Conſtantinopolitanam, Matthæum Epiſcopatu Equilino ſe abdicaſſe; vel duos Matthæos hic ſtatuere; nam

XIII. ANDREAS regebat hanc Eccleſiam ao. 1211. quo Monialibus S. Jo: Baptiſtæ Eccleſiam, vineam, & terram quamdam largiter concedit, ſequenti documento ex ſæpe citato archivo deſumpto.

In nomine domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno domini milleſimo duceuteſimo undecimo m. Septembris Indictione XIV. Rivoalti. Quidquid conceditur, ne forte oblivionis errore fraudetur, expedit, ut ſcripturæ remedio annodetur. Quapropter nos quidem Andreas Dei gratia Equilinus Epiſcopus cum noſtris ſucceſſoribus concedimus tibi namque Agneti monachæ monaſterii S. Jo. Baptiſtæ majori & procuratrici ejuſdem monaſterii, & tuæ abbatiſſæ, ac ſuis ſucceſſoribus ipſam Eccleſiam ſitam in Equilo, ubi eſt baptiſterium cum omnibus ſuis habenciis, & pertinentiis, ſcilicet aurum, & argentum, & gemmas, ac veſtes ſericas, & lineas. Concedimus etiam tibi in perpetuum, tuiſque ſucceſſoribus, unam noſtram vineam ſitam in eodem loco, quæ eſt noſtri Epiſcopatus, quæ firmat unum ſuum caput in foſſato, & aliud caput firmat partim in curticella ejuſdem Eccleſiæ, & partim in quadam terra, quæ diſcurrit inter viam prædictæ Eccleſiæ, & quoddam aliud foſſatum uſque ad terram, quam tibi ſimiliter concedimus, ſicut inferius denotabitur. Unum ſuum latus firmat in calle communi, & aliud ſuum latus firmat

in

in quodam foſſato, quam vero vineam tibi tuiſque ſucceſſoribus, hoc ordine concedimus, videlicet quod eam bene plantare de vinea debeas, & in culmine adducere cum omni tuo precio, & ſtipendio, & de univerſo fructu, quod inde exierit, tam de vino, quam fructibus, nobis dare debes, noſtriſque ſucceſſoribus annuatim quintam partem. Inſuper autem concedimus tibi quandam aliam terram ſuprememoratam e quæ extenditur a memorata vinea verſus Eccleſiam S. Mariæ per longitudinem, & per latitudinem a calle communi uſque ad foſſatum, quam terram tu debes laborare cum tuo precio, & ſtipendio, & de univerſo fructu ejuſdem terce noſtro Epiſcopatui reddere debes decimas annuatim. Præterea debes nobis mittere in quolibet anno duas ampullas vini octo diebus ante feſtum B. Jo. Baptiſtæ pro annunciatione ipſius feſti, & in die feſti prefati S. Joannis debes nos pcocurare. Et ſi contca hanc conceſſionis cartam ire temptaverimus, tunc emendare debeamus cum noſtris ſucceſſoribus, & obſervare nobis noſtriſque ſucceſſoribus, omnia ſuprascripta tibi, & tuis ſucceſſoribus auri libras 5. & hæc conceſſionis carta in ſua firmitate permaneat.

Ego Andreas D. g. Equilinus Epiſcopus.

Ego Joh. presb. Eccl. S. Mariæ de Equilo mm. ſſ.

Ego Joh. Zardiaga presb. & pleb. S. Martini in Geminis tt. ſſ.

Ego Philippus Miſſo S. Marci Canonicus tt. ſſ.

Ego Bartholomæus S. Pauli pcesbyter & notarius complevi & cobocavi.

XIV. GUIDO erat Eqoilinus Antiſtes an 1229. nam die 10. Aprilis eo præſente Marcus Michael Epiſcopus Caſtellanus fidelitatis juramentum præſtitit Angelo Baroccio Patriacchæ Gradenſi ex chacta Patriarchalis acchivi. Anno verò 1236. ad Clugienſem ſedem tranſlatus eſt.

XV. LEONARDUS, cujus prima memoria occurrit in ſæpè fato Patriarchali tabulario ad an. 1247. ſucceſſeritne immediate Guidoni, mihi hactenus incompertum. Hic anno 1248. Monialibus S. Joannis in perpetuum remiſit quintum, & decimam fructuum pactem, quam Equilinis Epiſcopis ſolvere tenebantur, vineæ, ac terræ eiſdem ab Andrea ejos prædeceſſore conceſſarum, ita proloquente ejus rei cauſa exarato documento.

In nomine Dei æterni Amen. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 1248. M. Auguſti die 11. exeunte Indict. 6. Rivoalto. Manifeſtum facimus nos quidem Leonardus D. gratia Epiſcopus Equilinus cum noſtris ſucceſſoribus, quia propter utilitatem noſtri Epiſcopatus concambiamus vobis Mathiotæ Abbatiſſæ S. Joannis de Equilo, veſtroque conventui, & ſucceſſoribus veſtris totum illud quintum, ſive decimam, quam nobis dare debebatis ex duabus vineis in Equilo poſitis per noſtros anteceſſores vobis conceſſis. Hoc autem totum ſuprascriptum quintum, ſive decimum in vobis & veſtris ſucceſſoribus refutamus cum plena poteſtate habendi, tenendi, poſſidendi, donandi, & quidquid vobis placuerit, faciendi, nullo vobis homine contradicente. Verum tamen pro ſuprascriptis quinto & decimo dare nobis, vel noſtro miſſo, & ſucceſſoribus noſtris annualiter debetis per vos, vel per veſtrum miſſum tempore vindemiæ amphoram unam boni vini puri ex ipſis vitibus. Quod ſi de ipſis non dederitis, de alio bono vino puro dare debeatis ordine ſuprascripto. Si igitur contra hanc concamb. cartam ire temptaverimus, tunc nos dare debeamus cum noſtris ſucceſſoribus vobis veſtriſque ſucceſſoribus auri libras quinque, & hæc concamb. carta permaneat in ſua firmitate.

Ego Leonardus D. gratia Equilinus Epiſcopus mm. ſſ.

Ego Marcus Fuga presbyter tt.

Ego Vivianus Clericus tt.

Ego Marcus Marino Archidiaconus Equili, & notarius complevi, & roboravi.

Anno verò 1254. Jacobo Andreæ, atque Franciſco Dauris conceſſit totam Pineti portionem, quæ adhuc reliqua erat Epiſcopatui Equilino, conſentientibus Eccleſiæ ſuæ Canonicis, edito inſtrumento, quod cum ad ecudecandum hujus Eccleſiæ ſtatum conducere videatur, hic libenter proferimus.

In nomine Dei æterni amen. Anno ab Incarn. D. N. J. C. 1254. m. Aprilis die 2. exeunte Indict. XII. Rivoalti. Manifeſtum facimus nos Leonardus Dei gratia Epiſcopus Equilinus, quia cum noſtris ſucceſſocibus, & conſenſu noſtri Capituli Eccleſiæ Equilinæ damus, concedimus; & tranſactamus vobis Jacobo, & Andreæ, atque Franciſco Dauro de confinio S. Salvatoris, & veſtris hæredibus, ac prohæredibus in perpetuum poſſidendi cunctam videlicet, & ſuper totam terram, & omnes Tombinas pignetæ noſtri Epiſcopatus præter terram, ſive terras ipſius pignetæ alias conceſſas, & vias communes. Item damus, concedimus, & tranſactamus vobis terram ipſius pignetæ olim aliis conceſſam, quæ in nos pervenit, ita quod tu ſuprascripte Jacobe de ipſis terris, & tombinis habere debeas medietatem, & vos ſuprascripti Andreas, & Franciſcus debeatis en predictis terris, & tombinis habere aliam medietatem ſecundum quod ipſam terram, & tombinas firmos unum ſuum caput inter hoſpitalis S. Crucis de Lugentia, & aliud ſuum caput firmat in puncta de Equilio; unum ſuum latus firmat in more, & aliud ſuum latus ficmat partim in Rodevolo, & partim in Traketo, partimque in Canali duro, atque partim in Canali de arche. Hanc autem cunctam ſuper totam ſuprascriptam, & prædeſignatam terram, & omnes tombinas ſuprascriptæ pignetæ pcæter terram ipſius pignetæ aliis conceſſam, & vias communes, tibi ſuprascripto Jacobo medietatem, & vobis ſuprascriptis Andreæ, & Franciſco Dauro aliam medietatem cum tota alio terra ipſius pignetæ, quæ in nos pervenit, damus, concedimus, & tranſactamus cum poteſtate per omnia loca ipſius pignetæ piſcandi, venandi, & cazandi, atque cum poteſtate paſculandi pecorum in eadem pigneta, & cum omni longitudine, & latitudine ſua, cum capitibus, & lateribus ſuis; cum callibus quoque, & viis ſuis, cum acceſſu, & egreſſu ſuo per terram, & pec aquam, atque cum omnibus ſuis habentiis, & pertinentiis, ac univerſis adjacentiis intus, & foris, quæ tam ſubtus terram, quam ſupra terram ibidem adeſſe noſcuntur, & ſecundum quod ab auctoribus, & procuratoribus noſtris poſſeſſa, & detenta fuit, & a nobis uſque modo dominata extitit, pleniſſimam virtutem, & poteſtatem amodo in antea intromittendi, habendi, tenendi, vendendi, dominandi, dandi, donandi, commutandi, & in perpetuum poſſidendi, vel quidquid vobis placueris faciendi cum omnibus ebactis novis, & veteribus, & illarum vigore, & robore ad ipſum pertinentibus. Salvo tamen quod nobis, & noſtris ſucceſſoribus pleniſſime remanet cum quibus nobis placuerit; & omnibus in Equilio commorantibus piſcandi, venandi, & cazandi per totum in dicta pigneta, ubi nobis bonum apparuerit; & ſalvo quod illi, qui habent cecram in dicta pigneta, poteſtatem habere debeat in eadem pigneta per totum paſculandi ad ſufficientiam ſuis animalibus; ſalvo etiam, quod à ſex annis proximis venturis in antea perpetuis temporibus debetis per vos, vel per veſtrum miſſum dare, & delibecare nobis, vel noſtro miſſo, ac noſtris ſucceſſoribus, aut Epiſcopatui Equilino, ſi Eccleſia Equilina vacarec Epiſcopo, decimam de toto fcumento, & omni alio blado, atque legumine, & vino, qui naſcetuc in ſuprascripta, & præſignata terra, & tombinis, & quod de omnibus equis, jumentis, aſinis, aſinabus, bovibus, vaccis, capris, ovibus, ſive pecoribus, & porcis, qui, & quæ naſcentuc in dicta terra, & vixerint per unum menſem, dare, & ſolvere debetis nobis, vel noſtro miſſo, & noſtris ſucceſſoribus, aut Epiſcopatui Equilino, ſi Eccleſia Equilina vacaret Epiſcopo, pro quolibet, ſive pro qualibet denarios parvos Venetos ſex. Quapropter plenam, & irrevocabilem

ſecuritatem facimus nos ſupraſcriptus Leonardus Dei gratia Epiſcopus Equilinus cum noſtris ſucceſſoribus, & conſenſu dicti noſtri capituli Eccleſiæ Equilinæ vobis ſupraſcriptis Jacobo, Andreæ, & Franciſco Dauro, & veſtris hæredibus, quatenus de ſupraſcriptis terris, & tombinis ſecuri, & quieti permaneatis in perpetuum, quia nichil inde remanet, unde vos amplius requirere, aut compellere valeamus per ullum ingenium. ſalvis tamen in omnibus, & per omnia conditionibus, ſive conventionibus ſupraſcriptis. Si nos igitur contra hanc conceſſionis chartam ire temptaverimus, tunc emendare debeamus cum noſtris ſucceſſoribus vobis, & veſtri heredibus auri libras quinque, & hæc conceſſionis charta in ſua maneat firmitate.

Ego Leonardus Dei gratia Equilinus Epiſcopus mm. ſſ.

Ego Dominicus Archipresb. Equilinus mm. ſſ.

Ego Petrus Archidiaconus Equilinus mm. ſſ.

Ego Marcus Finus Canonicus Equilinus mm. ſſ.

Ego Marcus presbyter Canonicus Equilinus mm. ſubſc.

Ego Matthæus Cavazi presbyter teſte.

Ego Avancius presbyter teſtis.

Ego Dominicus Finus presbyter plebanus S. Paterniani & notarius complevi, & roboravi.

Ex hoc documento colligere licet duas ſaltem in Equilina Cathedrali extitiſſe dignitates, Archipresbyteratum ſcilicet primam poſt Pontificalem, & Archidiaconatum. Leonardi verò mentio in membranis Patriarchalis archivi producitur ad an. 1256. 3. Novembris.

XVI. GUILLELMUS, quem ſæpius memoratum reperio ab an. 1276. 11. Aprilis ad an. 1301., quo viſitantibus reliquias ſacras S. Antonii Patavini indulgentiam impertitum eſſe teſtatur Polidorus in memoriis Eccleſiæ S. Antonii pag. 48. Hic aliquando a Patriarcha Gradenſi excommunicationis vinculo innodatus fuit, eoquod monitus reſidere contempſerit, unde an. 1294. Indict. 7. die Sabbathi 20. intrante menſe Martio præſente fratre Auguſtino Civitatis novæ Epiſcopo a Laurentio Patriarcha petiit a cenſuris abſolvi.

XVII. JOANNES Magnus, Venetus, Ordinis Carmelitarum, Equilenſi fulgebat in throno an. 1318 ut ex indulgentiarum Bulla relata in Æmonienſibus tom. 5. col. 236. Anno 1319. 17. Novembris Ind. 2 præſens adfuit cum Joanne Zeno Caprulano Præſule, dum Ptolomæus Torcellanus Antiſtes fidelitatis juramentum præſtitit Metropolitæ Gradenſi. Anno 1321. menſe Junio conſecravit Venetiis Eccleſiam parochialem S. Agnetis, nec diu poſt die videlicet 12. Septembris ejuſdem anni fato ceſſit, tumulatus apud ſuos Carmelitas Venetos, apud quos ſequens proſtat Epitaphium.

Hic jacet ven. Pater D. Joannes Magno
D. G. Epiſcopus Equilinus, qui obiit in
MCCCXXI Die XII. Septembris Indictio-
ne quarta. Orate Dominum pro eo.

XVIII. PETRUS Tanolico, Venetus, ex plebano S. Paterniani electus Præſul Equilinus Joanni Magno videtur ſucceſſiſſe, qui cum eſſet ſuæ Eccleſiæ jurium acerrimus defenſor, ſtrenuè decertavit contra Prætorem, & Commune Littoris majoris coram Advocatoribus Communis Venetiarum, a quibus favorabilem ſententiam retulit infraſcripti tenoris.

In Chriſti nomine Amen. Anno ejuſdem Nativ. 1324. Ind. 7. die penultimo M. Junii actum Venetiis in Ducali palatio in Camera DD. Advocatorum Communis præſentibus presb. Marco Eccleſiæ S. Jeremiæ de Canareglo, Franciſco Truno, & Jo. Gambazoca teſtibus, & aliis. Cum comparuiſſet nobilis vir D. Laurentius de Canali Poteſtas cum pluribus ex judicibus, & Officialibus littoris majoris coram

A *nobilibus viris DD. Andrea Dandulo, Marco Lauredano, & Jo. Foſcareno Advocatoribus Communis Venetiarum pro ſe, & communi littoris majoris ex una parte, & vener. in Chriſto pater D. Petrus Tanolico Dei gratia Epiſcopus Equilinus pro ſe, & ſua Eccleſia Equilina ex altera, nominatus Poteſtas, & judices de littore dixerunt, & expoſuerunt, quod lata erat quædam ſententia per nobiles viros DD. Paulum Michaelem, Gabrielem Benedicto, & Johannem Cauco olim judices ſuper publicis communis Venetiarum, de qua conſtat publico inſtrumento ſcripto manu Petri de Mobanis Imperiali auctoritate judicis ordinarii, & notarii ad dictum officium ſub an. Dom. 1306. Indict. IV. die Veneris octavo exeunte Septembri; in qua quidem ſententia videbatur attribui locus quidam D. Epiſcopo, & Eccleſiæ Equilinę, qui locus vocatur Boca de Furcha, & ad præſens dicitur bucha hominis mortui, qui tamen locus non ſpectabat ad dictum D. Epiſcopum, nec Eccleſiam Equilinam, ſed erat publicus, qui etiam locus inſertus*

B *eſt, & erat circumdatus aquis, & confinibus ſpectantibus ad ipſum D. Epiſcopum, & Eccleſiam Equilinam in ſententia ſupradicta, & hoc ipſi erant parati probare, quare petebant dictam ſententiam dictorum DD. judicum publicorum in hoc puncto debere revocari, & adnullari tanquam in præjudicium communis Venetiarum. Item ſimili modo dixerunt, & expoſuerunt, quod per eos judices de ſuper publicis lata erat quædam alia ſententia ſcripta per dictum notarium in eodem milleſimo, indictione, & die in præjudicium Communis Venetiarum in hoc puncto, quia ſecundum quod continebatur in ipſa ſententia, videbatur facta eſſe quædam palata per habitatores D. Epiſcopi Equilini in Canali de Arco; quæ quidem palata non ſpectabat ad dictum D. Epiſcopum, nec Eccleſiam Equilinam, & hoc erant parati probare. Quare petebant dictam ſententiam dictorum DD. judicum publicorum in hoc puncto revocari debere tanquam latam in præjudicium Communis Venetiarum, cum dicta palata, ſive locus ſit Com-*

C *munis Venetiarum, & non dicti D. Epiſcopi, ſive Eccleſiæ Equilinæ: item ſimili modo dixerunt, quod quædam alia ſententia lata erat per nobiles viros DD. Marcum Romano, Nicolaum Viani, & Petrum Michaelem olim judices ſuper publicis Communis Venetiarum ſub 1321. m. Julii die 5. intrante Ind. IV. Rivoalti ſcripta manu Nicolai de Placentino Eccleſiæ S. Mariæ novæ presbyteri, & notarii, in qua quidem ſententia videbatur attribui, ſive dari D. Epiſcopo, & Epiſcopatui Equilino locus quidam, qui vocatur ramus Conaglo, qui tamen locus non ſpectabat, nec ſpectat ad dictum D. Epiſcopum, nec Eccleſiam Equilinam, ſed erat publicus, & Communis Venetiarum, & eſt locus ille ſitus in Traglo, quare petebat dictam ſententiam dictorum DD. judicum publicorum in hoc puncto revocari debere tanquam latam in præjudicium Communis Venetiarum, & hoc erant parati probare. Ex altera vero parte dictus D. Epiſcopus pro ſe, & dicta ſua Eccleſia Equilina reſpondebat dicens, dicta loca ſcilicet Bucham ho-*

D *minis mortui, & palatam Canalis de Arco prædictam, & ramum vocatum Conaglo ad ſe pertinere, & eſſe, & fuiſſe de jure, & proprietate, ac pertinentiis dicti ſui Epiſcopatus Equilini pro eo videlicet maximè, quod dicta loca incluſa ſunt, & circumdata directe aquis, paludibus, Cannetis, & terris ad dictum ſuum Epiſcopatum pertinentibus, & ſita, & poſita ſunt intra confinia non ſolum in prædictis ſententiis dictorum judicum ſcripta, & deſignata, ſed etiam ſecundum continentiam, & tenorem inſtrumentorum plurium confectorum de collationibus, ſive donationibus, & acquiſitis jam antiquiſſimis temporibus ipſius D. Epiſcopi prædeceſſoribus, & Eccleſiæ Equilinæ, & per eos, & pro eis, quæ inſtrumenta fecit ibidem perlegi. Tunc dicti DD. Advocatores Communis conſiderantes, quod quæſtio finium regulandorum melius oculo diſcernitur, & etiam terminatur, tam ex commiſſione D. Ducis, & ſui Conſilii eis ſuper hoc facta, quod ex virtute ſui officii, quia*

ad

ad eos ſpectabat perquirere, utrum dictæ ſententiæ eſſent juſte latæ, vel non, & utrum eſſent præjudiciales Communis, vel non, prædicti omnes tres Advocatores una cum nobilibus viris DD. Marco Romano, & Nicolao Vioni olim judicibus ſuper publicis, qui ultimam in dictis tribus ſententiis tulerunt, dum eſſent judices ſuper publicis, qui etiam ad oculum viderant plures, & examinaverant loca prædicta virtute ſui officii, habitis etiam ſecum diſcretis viris ſer Mapheo Zone gaſtaldione piſcatorum de confinio S. Nicolai de Mendiculis, ſer Simeone Picolo S. Nicolai prædicti, ſer Matthæo Gripho de dicto confinio, & ſer Nicheto piſcatoribus de dicto confinio, & ſer Johanne de la Maſera de Torcello, & ſer Leonardo Treviſano de Majorbio, & Mengo Narſſo de Torcello, & ſer Petro de Fanſſis omnibus piſcatoribus, & quampluribus etiam de terra littoris, qui aſſumpti, & electi fuerunt tanquam homines antiquiores, & magis fide digni, & qui magis converſati, & uſi fuerunt in illis partibus, & tamquam homines, qui a ſuis antiquioribus, & majoribus magis de conditionibus **B** *illarum contratarum eſſe debuerant & poterant informati, nec non habitis ſecum pro defenſione ſuæ partis, & oſtenſione ſuæ rationis, & juris prædicto nobili viro D. Laurentio de Canali honorando Poteſtati littoris majoris cum ſuis judicibus, & Officialibus, & multis aliis ex ſenioribus, & majoribus dictæ Terræ littoris, quos dictus D. Poteſtas & ſui Officiales producere voluerunt, omnes præſentialiter, & perſonaliter, ſingulariter, & ſingula loca prædicta, & ibi ſingulariter in ſingulis locis prædictis fecere diligentem, & ſolepnem examinationem tam cum prædictis judicibus de publicis, quam cum prædictis bonis hominibus, vel teſtibus ibi productis, quos eis ſingulariter præſtito juramento examinabant ſuper antiquitatibus, & conditionibus locorum prædictorum, qui etiam diſputando cum adverſa parte, & cum illis de littore, & rationes partium audiendo, & loca ipſa minutim ad oculum perſcrutando, & ibidem legi faciendo diligenter in ſingulis locis inſtrumenta, ſententias, & ſcripturas, quæ* **C** *pertinere videbantur ad factum, audiendo omnia, & ſingula, quæ ipſæ partes dicere, proponere, & allegare voluerunt, & videndo ad oculum confines ſecundum ordinem ſententiarum, inſtrumentorum, & ſcripturarum, præhabita ſuper his deliberatione matura, & conſilio diligenti, Deum habentes præ oculis omnes tres concorditer pronunciaverunt, & dixerunt, atque declaraverunt ſententias prædictas rationis, ac juſte eſſe latas in dictis tribus punctis, & non in præjudicium Communis Venetiarum, & dicta tria loca, ſcil. Buchom hominis mortui, & palatam Canalis de Arco, & ramum vocatum Conaglo, quæ ſunt incluſa in confinibus, & intra confinia dictarum ſententiarum, ſpectare ad dictum D. Epiſcopum, & ſuam Eccleſiam Equilinam, & licentiantes partes a ſe.*

Supraſcriptum eſt exemplum ſcripturæ, quam ego Marcus Blancho presb. Eccleſiæ S. Jeremiæ notarius & ſcriba ad officium DD. Advocatorum Communis **D** *Venetiarum inveni in quaterno pergameno DD. Advocatorum Communis prædictorum de mandato ipſorum dominorum, ſicuti in dicto quaterno authentico jacet, in hac charta fideliter exemplavi, nihil addens, vel minuens, quod ſenſum mutet, vel vitiet intellectum.*

Neque minor illi contentio fuit cum incidentibus paluſtres cannas, locumque vocatum *Plaveſellam* publicum eſſe, communemque contendentibus, quem tamen Petrus ſuo aſſeruit Epiſcopatui an. 1326. hac ſuffragante Judicum ſuper Publicis ſententia.

In nomine Dei æterni Amen. Anno ab Incarn. Dom. noſtri Jeſu Chriſti 1326. m. Septemb. die 16. intrante Ind. X. Rivoalti. Cum coram nobis Johanne Georgio, Donato Quirino, ac Homobono Gritti de mandato D. n. D. Johannis Superantii inclyti Ducis **A** *Venetiarum, & Communis Venetiarum judicibus, & officialibus ſuper univerſis publicis de Grado uſque ad Caput aggeris conſtitutis quædam quæſtio verteretur inter vener. patrem, & D. D. Petrum Dei gratia Epiſcopum Equilinum vice, & nomine ipſius ſui Epiſcopatus ex una parte, & quoſdam Cannarolos, ſive inciſores Cannæ de S. Jeremia, S. Raphaele, & aliunde ex altera parte ſuper eo videlicet, quod dictus D. Epiſcopus dicebat dictos Cannarolos, ſive inciſores Cannæ iviſſe, & ire, quandocumque volebant, ad incidendum cannas, & ad alia dampna ſibi inferenda in quemdam locum vocatum Plaveſella, qui locus vocatus Plaveſella per totum poſitus eſt, & incluſus, ac jacet intra confines, & terminos cujuſdam aquæ, & paludis vocatæ Tragulo, quæ aqua, ſive palus vocata Tragulo ad jam dictum D. Epiſcopum nomine ſui præfati Epiſcopatus Equilini de jure pertinet, ac ſpectat, prout in quadam ſententiæ charta in libro noſtri officii publicorum annotata plenius continetur. Et quia virtute ipſius ſententiæ* **B** *etiam de voluntate, & licentia nobilium virorum Marci Romano, Nicolai Vioni, atque Petri Michael dicti Seaca in dicto officio prædeceſſorum noſtrorum publice, & alta voce ex parte D. Ducis ſtridatum fuerat, & clamatum per Marcum de Bonaventura, tunc unum præconem jam dicti officii publicorum, videlicet in contrata S. Nicolai de Mendiculis, S. Raphaelis, S. Baſilii, S. Crucis, & S. Jeremiæ diœceſis Caſtellanæ, ubi morantur piſcatores; in Muriano, in Majorbio, in Torcello, & in littore majori, quod amodo aliqui prædictorum piſcatorum, aut alia aliqua perſona, magna, vel parva, cujuſcumque conditionis exiſtat, de dictis contratis, ſeu de quibuſcumque aliis locis non debeat, audeat, vel præſumat ire piſcatum, vel aucupatum, aut ad aliqua dampna dandum, vel inferendum cum ſuis artibus piſcandi, vel aucellandi in aqua, ſive palude, vocata Tragulo &c. infra hos confines videl. incipiendo unum ſuum caput in Canali herculis, in quo poſitus eſt, & fixus unus terminus, ſeu meta juxta* **C** *Coreglo majori uſque ad aliud ſuum caput, quod finit in Canali de Equilio, in quo ſimili modo poſitus eſt alius terminus, ſive meta ab uno ſuo latere ſubjacet pelago, in quo ſimiliter poſitus eſt, & fixus quidam terminus, qui per medium pontem Equilii, & ab alio ſuo latere in damegno, in quo poſitus eſt alius terminus in Cona Damegni aliquantulum longe à turre Plavis reſpiciendo verſus littus maris in pœna, & banno ſolidorum 100. omnibus contrafacientibus, ut hæc omnia apparent, & conſtant per publicum inſtrumentum completum, & roboratum, factum manu Nicolai de Placentino Eccleſiæ S. Mariæ novæ presbyteri, & notarii in 1321. m. Auguſti die 2. Ind. IV. Rivoalti &c. Quare petebat à nobis memoratis judicibus, ac cum inſtantia requirebat idem D. Epiſcopus, quod cum dictus locus vocatus Plaveſella comprehenderetur, & poſitus eſſet juxta confines, & terminos ipſius ſententiæ dictæ acquæ, ſive paludis vocatæ Tragulo, & ſtridationis inſtrumento virtute dictæ ſententiæ facto per judices memoratos præ-* **D** *deceſſores noſtros, quamvis ipſe locus vocatus Plaveſella non exprimeretur nominatim in ipſis, deberemus ad omnem quæſtionis, litis, & diſcordiæ amputandam materiam virtute dictorum ſuorum inſtrumentorum ſententiæ ſcilicet, & ſtridationis declarare, ac declarando dicere dictum locum vocatum Plaveſella incluſum eſſe, & contineri intra confines dictæ paludis, & aquæ vocatæ Tragulo, & per conſequens ad ipſum D. Epiſcopum, ſive ad ejus Epiſcopatum ſpectare, & pertinere de jure: nihilominus contra prædictos Cannarolos, ſeu inciſores cannæ juxta formam, & tenorem ſtridationis præfatæ procedentes, prout jus poſtulat, & requirit, ad quæ ſupraſcripti Cannaroli, ſive inciſores cannæ reſpondentes dicebant, verum eſſe eos iviſſe in dictum locum vocatum Plaveſella ad incidendas cannas, & iviſſe poterant, & irent, quandocumque eis placeret, & videretur tanquam in locum publicum, & communem, & quod dictus locus vocatus Plaveſella*

non

non erat ipſius D. Epiſcopi, nec ad Epiſcopatum ſuum modo aliquo pertinebat, tanquam locus, qui ſemper fuerat, & nunc erat publicus, & communis. Nos verò judices antedicti volentes quæſtionis hujuſmodi dignoſcere veritatem, ac viam præcludere omni materiæ quæſtionis, quæ occaſione dicti loci vocati Plaveſella poſſet de cætero ſuboriri, fecimus coram nobis quamplures bonos homines antiquos fide dignos vocari in partibus illis magis quam alii conſuetos dicta loca perſunctoriè cognoſcentes, videl. Matthæum Zane gaſtaldionem S. Nicolai, Nichetum Avonal, Marinum Griphr, atque Marcum Bellinum omnes de S. Nicolao de Mendiculis, quibus per noſtros notarios curiæ diſtinctè legi fecimus omnes confines, & terminos dictæ acquæ, ſive paludis vocatæ Tragulo in dictis inſtrumentis ſententiæ, & ſtridationis ſupraſcriptæ petentes ab eis, quatenus nobis ſuo dicerent ſacramento, ſi ipſe locus dictus Plaveſella erat incluſus, & continebatur infra confines dictæ paludis, & aquæ Traguli, qui confines in dictis ſententia, & ſtridatione per ordinem ſunt inſerti, ac ſi dicta Plaveſella ſpectabat ad dictum D. Epiſcopum, ſeu ejus Epiſcopatum, & ad ipſum pertinebat de jure, vel ſi ipſa Plaveſella erat extra dictos confines dictæ acquæ, vel paludis Teagulo, & erat publicus, & Communis. Qui ſupraſcripti boni, antiqui, & legales homines ſuo depoſito juramento communiter, & concorditer dixerunt dictum locum vocatum Plaveſella in omnibus, & per omnia includi, & poſitum eſſe intra confines dictæ aquæ, ſive paludis vocatæ Tragulo in dictis ſententia, & ſtridatione contentos, ac ipſum locum vocatum Plaveſella ad dictum D. Epiſcopum Equilinum, ſeu ad ejus Epiſcopatum ſpectare, & pertinere de jure. Viſis igitur, auditis, intellectis, & examinatis attente juribus, allegatis, inſtrumentis, petitionibus, ac rationibus dicti D. Epiſcopi, quæ, & quos idem D. Epiſcopus nomine ſuo, & vice, ac nomine dicti ſui Epiſcopatus coram nobis dicere, producere, proponere, & allegare voluit, auditis, & intellectis etiam impugnationibus, & defenſionibus dictorum cunnas incidentium, & his, quæ allegare, dicere, ac proponere voluerunt, inſuper etiam dictis dictorum bonorum hominum antiquorum fide dignorum, ac atteſtationibus eorumdem, habitis ſuper prædictis omnibus, deliberatione plenaria, ac conſilio diligenti, Chriſti nomine invocato dicimus, declaramus omnes tres communiter, & concorditer, ac dicendo declaramus prædictum locum vocatum Plaveſella, de quo eſt ad præſens quæſtio ventilata, includi, & contineri intra confines dictæ paludis, ſive aquæ vocatæ Tragulo in dictis ſententia, & ſtridatione contentos, poſitos, & expreſſos, ac ipſum locum dictum Plaveſella ad dictum D. Epiſcopum Equilinum, ſive ejus Epiſcopatum ſpectare, & pertinere de jure.

Ego Joannes Georgio judex ſuper publicis mm. ſſ.
Ego Donatus Quirino judex ſuper publicis mm. ſſ.
Ego Homobonus Gritti judex ſuper publicis mm. ſſ.
Ego Hermolaus de Caziparlis S. Hieremiæ presbyter, & notarius complevi, & roboravi.

In Codice Rogitorum Andreæ S. Trinitatis presbyteri Veneti notarii legitur Petri teſtamentum an. 1343. conditum, a quo non longe diem clanſit extremum, tumulatus Venetiis in ſacrario Eccleſiæ S. Paterniani, cui plebanus præfuerat.

XIX. MARCUS Blanco deinde Equilinam ſuſcepit regendam Eccleſiam eodem anno 1343. vel ſaltem inſequenti 1344. quo ejus memoria reperitur in tabulario Prætorio Torcellano in Protocollo Gabrielis Barbadici Prætoris. In variis documentis mihi occurrit ad an. 1366. 19. Septembris.

XX. PETRUS de Natalibus, Venetus, Sanctorum, qui per anni circulum venerantur ab Eccleſia, hiſtoriarum, aliorumque operum celebris Scriptor, Equilinam ſedem jam illuſtrabat an. 1372. die 26. Maji, ex plebano parochialis Eccleſiæ Ss. Apoſtolorum creatus Epiſcopus poſt diem ſaltem undecimum Junii 1669. quo præfatam adhuc Ss. Apoſtolorum adminiſtrabat Eccleſiam. Frequens deinde ejus mentio fit in antiquis chartis, quas viderim, ad an. 1400. quo ex tabulario prætorio Torcellano Chriſtophorus de Gibiginis beneficiatus in Eccleſia S. Pauli de Venetiis, procurator Petri Natalis Epiſcopi Equilini, inſtat apud Prætorem Torcellanum pro executione ſententiæ à Patriarcha Gradenſi contra quemdam Rodulphum de Prato latæ.

XXI. Fr. ANGELUS Scardeoneus, Viterbienſis, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, his infulis decoratus eſt, translatus deinde ad Tudertinum Epiſcopatum non an. 1420. ut vult Torellus in ſæculis Auguſtinianis ad eumdem annum, ſed an 1424. tertio idus Decembris, ut teſtantur acta conſiſtorialia. De Equilino Epiſcopatu hujus Angeli Viterbienſis nihil ſe reperiſſe fatetur dictus Torellus, ſed ad an. 1406. aſſerit menſe Martio ad Equilinam ſedem evectum alterum Angelum, quem Eraſmi appellat, ordinis pariter S. Auguſtini. Ego cum Angeli de Viterbo S. Theologiæ Doctoris, Epiſcopi Equilini, memoriam invenerim in codice Rogitorum Franciſci de Soris notarii ad an. 1407. itemque in aliis actis ad an. 1409. 1411. 1417. vix dubito, quin unus, idemque ſit Angelus Eraſmi Scardeoneus Viterbienſis electus an. 1406. Equilinus Antiſtes.

XXII. GUILLELMUS, translato ad Tudertinam Eccleſiam Angelo, vacuam Equilinam ſuſcepit adminiſtrandam electus decimo Kal. Junii 1425. ex actis Conſiſtor. Memoratur in tabulario prætorio Torcellano ad ann. 1429. in Protocollo Nicolai Bondumerii Prætoris.

XXIII. ANTONIUS Bonus, [ita appellatur in charta cujuſdam mandati an. 1447. 14. Februarii ſcripta archivo Patriarchali] habetur Epiſcopus Equilinus ex præfato tabulario Torcellano ad an. 1442. 1443. 1445.

XXIV. ANDREAS Bonus ex ſæpè citato tabulario Torcellano erat Epiſcopus Equilinus an. 1450. Anno 1453. conceſſit Fratribus Ordinis Servorum B. Mariæ Eccleſiam S. Martini de Juſtinopoli, quæ diœceſis erat Equilinæ, & per ſæculares Sacerdotes ab Equilino Antiſtite deſignatos ſolebat gubernari. Decennio poſt Venetiis conſecravit Eccleſiam parochialem S. Joannis in Oleo, ut teſtatur ſequens epigraphe ſuper portam majorem ejuſdem Eccleſiæ in marmore inciſa.

MCCCCLXIII. Die 1. Maji. Conſecrata fuit præſens Eccleſia per RR. D. D. Andream Bono Artium & Theologiæ Magiſtrum Epiſcopum Equilinum. Plebano D. Dominico Jacobi.

Nec diù poſteà ſuperſtes fuit, poſtremus hujus Eccleſiæ Antiſtes, nam per ejus obitum viduata Paſtore Eccleſia Equilina à Paulo II. ſummo Pontifice unita eſt Venetæ Patriarchali an. 1466. Cum autem decedens Andreas ſucceſſori ſuo Mitram, paſtorale, aliaque ad uſum Epiſcopi Pontificalia legaſſet, iiſque Veneta Eccleſia non egeret, juſſit idem Pontifex illa tradi Eccleſiæ Æmonienſi recenter à Veneta disjunctæ, his litteris Bartholomæo Parutæ Abbati S. Georgii Venetiarum datis.

Dilecto filio Bartholomæo Parutæ Abbati S. Georgii Venetiarum.

Paulus Papa II. Dilecte fili ſalutem & Apoſtol. benedictionem. Intelleximus A. Epiſcopum Equilinum ſuperioribus annis decedentem è vita teſtamento, vel verbo caviſſe, ut Mitra, & Pontificale, & alia ad uſum Epiſcopi neceſſaria ad ſucceſſorem ſuum devenirent. Et cum Eccleſiam Equilinam rationabilibus e cauſis Patriarchatui Venetiarum univerimus, &

A *ab eo Æmonienſem Eccleſiam ſegregaverimus, quæ ſicut præcepimus ob dictam jamdiu unionem ſupradictis rebus caret, Eccleſiaque etiam Patriarchalis Venet. cui Eccleſia Equilina unita eſt, talibus non egeat, imo opulenta ſit, ac plurimum abundet; volentes igitur indemnitati Eccleſiæ Æmonen. providere, committimus, & mandamus tibi per præſentes, ut auctoritate noſtra facias, & mandes, quod prædicta bona, quæ olim Equilinus Epiſcopus ſucceſſori reliquit, imo & ſi ei non reliquiſſet, Franciſco Contaren ad Æmon. Eccleſiam electo, confirmatoque infra certum terminum per te præfigendum aſſignentur: cum præſertim prædicta bona Eccleſiæ Æmon. ad quam ipſe Franciſcus Contarenus electus eſt, elargiamur, contradictores eadem auctoritate Apoſtolica compeſcendo; non obſtantibus, quod Eccleſia Patriarchalis Venet. eidem A. Equilino defuncto propter prædictam unionem ſuccedere videatur, cæteriſque contrariis quibuſcumque.*

B *Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XII. Decemb. 1466. Pontificatus noſtri anno 3.*

Porrò ea, quæ ex præfato Andreæ Legato Æmonienſi Eccleſiæ, ſeu ejus Epiſcopo obvenere, deſcripta recenſet ſequens documentum.

In Chriſti nomine Amen. Anno Nativitatis ejuſdem 1467. Indict. XV. die 7. menſis Aprilis, Venetiis in Monaſterio S. Gregorii, præſentibus S. Jacobo atque D. Joannis, Rado q. Michaelis habitantibus in dicta Contrata, teſtibus ad hæc habitis, vocatis, & rogatis, & aliis; ibique Rev. in Chriſto Pater D. Bartholomæus Paruta, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Abbas monaſterii S. Gregorii de Venetiis Commiſſarius Apoſtolicus rogavit chartam ſecuritatis, & finis M. Thaddæo Orſulli, penes quem reperta fuerunt infraſcripta bona q. Rev. D. Andreæ Bono Epiſcopi Equilini, conſignata per eumdem M. Thaddæum ipſi R. D. Bartholomæo in executione bullarum Apoſtolicarum; & quia dictas res habuit ab ipſo M. Thaddæo, ideo ipſum, & hæredes ſuos reddit ſecuros perpetuò, & quietos, cum nihil inde remanſerit, unde amplius dicta occaſione cogere, ſeu moleſtare poſſit ipſum M. Thaddæum in judicio, vel extra. Et ſi contra hanc chartam ire tentaverit, tunc emendare promiſit auri libras quinque: & nihilominus hæc ſecuritatis charta in ſua permaneat firmitate.

C *Infraſcripta ſunt res, & bona. Primo una capſula picta, in qua eſt mitra Pontificalis frigiata cum auro, & perlis, & ſmaltis cum campanellis octo infeitus de argento deſuper aurato cum ſuis involtaturis de bochaſino. Item ſuum Paſtorale eburis cum Chriſto poſito in medio, & imagine Virginis Mariæ, & S. Joannis fulcitis ſuis neceſſariis. Item una crux argentea cum crucifixo ad ponendum ad pectus Pontificis. Item unum annulum de argento deauratum cum lapidibus contrafactis, & ſeu perlis parvis. Item tres mitræ albæ antiquæ. Item una burſa de velluto vergato beretino cum uno corporali antiquo. Item*

D *unum manipulum Sindonis rubei antiqui. Item unum par Sandaliorum cum ſuis caligis de ſerica viridi. Item tria manutergia ab altari virgata. Item unum Coſſinellum varii coloris. Unum Pontificale coopertum colori rubeo ad damaſchinum. Item una alia capſitia in modum altaris portatilis Scripturæ Epiſcopatus Equilini. Item unus liber in carta bona coopertus corio rubeo, qui vocatur liber Petri Hovelæ de artificio, & modo loquendi. Item unus liber incipiens Novella tabula maxima, & finit, poſita. Item liber qui incipit, univerſum tempus, qui eſt legendarium Sanctorum, & finit per omnia ſecula ſeculorum. Item unus liber ſummæ Decretalium Magiſtri Goffredi: incipit, Summa; finit, qui ſcripſit, ſcribat. Item unus liber incipiens, ne dixiſti philoſ. & finit . . Item liber Logicæ incipiens; Dialectica ars artium, & finit, explicitunt fallaciæ S. Thomæ. Item liber incipiens, regula D. Martini Papæ, & finit, & cum clauſu-*

A *lis. Item liber cum una tabula tantum incipiens; Quæſtio eſt; & finit; Explicitunt quæſtiones. Item in una capſa antiqua ſunt multæ Scripturæ, & Bullæ, & unum rituale deroccati. Item liber introitum præfati D. Epiſcopi. Item una burſa de Corio rubra antiqua. Unus pileus niger fulcitus ſindone viridi cum broccis, & ſuo cordone viridi cum ſuis. . . . Inſuper requiſitus dictus ſer Thaddæo a præfato D. Abbate ſi extiſtant Dalmatica, & planeta, & Camiſia, & alia ad uſum Epiſcopi neceſſaria, dixit, quod dictus D. Epiſcopus fuit ſepultus cum prædictis.*

Notarius fuit Paulus de Liberalibus.

B

FALARITANUS

EPISCOPATUS.

FALERIA, ſeu *Faleris*, Livio, aliiſque optimæ notæ Latinis Scriptoribus plurali numero *Falerii*, Ptolomæo, nonnulliſque Græcis *Falerium*, Etruriæ fuit urbs antiquiſſima, ac nobiliſſima, cujus oppidani à Græcis *Falerii*, à Latinis *Faliſci* ſunt appellati, & ager *Faliſcus*: quo etiam vocabulo Græci interdum in Oppidanis utuntur; imo ipſamet urbs à nonnullis Græcis, ac etiam ſequioris ævi Latinis Scriptoribus *Faliſcum* dicitur. Hinc adparet, notante Cluverio, cùm veterum Geographorum Strabonis, Solini, ac Stephani, tum hoc ſæculo illorum ſententiam ſequentium error, qui duo diverſa fecerunt oppida Falerios, &
C Faliſcum, cum unum idemque fuerit, ut ex pluri-mis veterum ſcriptorum auctoritatibus latius colligit præfatus Auctor. Faleriæ conditorem fuiſſe tradunt Haleſum Argivum, de quo Ovidius Faſtorum lib. IV.

Venerat, Atridæ fatis agitatus, Haleſus:
A quo ſe dictam terra Faliſca putat.

Unde Servius ad Virgilii Æneidos lib. VII. *Faliſcos Haleſus condidit. Hi autem, immutato H in F, Faliſci dicti ſunt: ſicut febris dicitur, quæ ante hebris dicebatur: Formiæ, quæ Hormiæ fuerunt.* At ab hac de Haleſo ſententia longe recedens Dionyſius lib. I. jam inde ante Trojana tempora non modo à Pelaſgis, ſed & ante hos ab Siculis, antiquiſſimis horum locorum circa Tiberim incolis, habitatam tradit Faleriam. Celebris ait apud Romanæ hiſtoriæ ſcriptores ob plura cum Romanis bella fortiter geſta, quibus ſemper adverſis demum
D fracta, ac contuſa Q. Lutatio Conſuli ſe dedere coacta eſt. Neque minor illi fama ob illuſtre Junonis templum: unde Ovidius Faſt. l. 6.

Adde ſenem Tatium, Junonicolaſque Faliſcos.

Coloniam Romanorum factam teſtatur Frontinus, & in lapidibus antiquis Municipium quoque vocatur. De ea verba faciunt præter relatos Auctores Livius, Diodorus, Feſtus, Virgilius, Silius, Valerius, Plutarchus, Plinius, Vitruvius, Itineraria, aliique. Sita vero fuit antiqua Faleria in Flaminia via, ac arduo in monte, eodem ſcilicet loco, quo nunc Civitas Caſtellana, & ubi inſignes hodie quoque viſuntur reliquiæ. Veteri autem illa deleta, ut narrat Zonaras, in planitie novam urbem condidere Faliſci, mille & quingentis circiter paſſibus ab antiqua diſſitam, ubi etiam hoc tempore ruinæ, & veſtigia maxima viſuntur, quæ ipſi cum

nomen adhuc retinent, *Falaro*, ſeu *Falari*. Sed rurſum hac vel ſua ſponte relicta, vel externa aliqua vi expugnata, atque exciſa, in priorem ſedem lares ſuos retulerunt incolæ, oppido illic inſtaurato, cui deinde Civitatis Caſtellanæ nomen adhæſit: eoque etiam eorum ſacra, ac Epiſcopales inſulę translatæ ſunt. In Chriſtianis monumentis clara eſt Faleria glorioſo SS. Graciliciani, & Feliciſſimæ Virginis agone, quo pro Chriſti fide certantes martyrii lauream obtinere meruerunt pridie Idus Auguſti ex Romano Martyrologio. Porro Antiſtites, qui Faleriæ delctæ præfuerunt, hi tantum a nobis ſunt obſervari.

I. JOANNES Falerinæ Eccleſiæ Epiſcopus adfuit Romano Concilio an. 595. & in Concilio pariter Romano an. 601. Falaritanus Epiſcopus deſcribitur.

II CAROSUS Falaritanus Epiſcopus præſens fuit in Concilio Romano Martini Papę I an. 649. Hunc Baronius in notis ad Martyrologium Romanum ſub die 12. Auguſti aſſerit fuiſſe Falerionenſem Epiſcopum in Piceno.

III JOANNES in eo Concilio Romano adfuiſſe legitur, in quo actum eſt de Statu Britannicæ Eccleſiæ an. 679 ſubſcripſit item Epiſtolæ Synodicæ ejuſdem Agathonis relatæ in Concilio VI. celebrato an. 680.

IV. TRIBUNITIUS *Falaritanenſis* dicitur in Concilio Romano an. 721.

V. JOANNES Falaritanus ſententiam ſuam dixit in Romano Concilio an. 743.

VI. HADRIANUS innoteſcit ex Romano Concilio an 826

VII. JOANNES præerat ex Synodis Romania an. 853. & 869 Interfuit pariter Romano Concilio à Nicolao Pontifice contra Joannem Ravennatem Archiepiſcopum an 861 coacto, quod in Ravennatenſium Antiſtitum ſerie tom. 2. retulimus.

VIII. N.... *Falarenſis* in Conciliabulo Romano an. 963.

IX. JOANNES Falaritanam regebat Eccleſiam an. 978 a quo expeditum fuit privilegium Benedicti Papæ VII. datum ad favorem Majoli Abbatis Cluniacenſis Monaſterii *Dat. 10. Kal. Maii Pont. an. 4. Ind 6.* ut ex Bullario Cluniacenſi p 6.

X CRESCENTIUS in Romano pariter Concilio an. 1015, memoratur, & *Fallarenſis* dicitur in Romana ſynodo, in qua an. 1036 vel 1037 Andreas Peruſinus Epiſcopus cedit omni jure in Monaſterium S. Petri. Hunc autem illum ipſum Creſcentianum puto, a quo ſuam ſeriem civitatis Caſtellanæ Epiſcoporum incipit Ughellus tom. 1. col. 597.

XI. BENEDICTUS, quo præſule in Civitatem Caſtellanam Falaritanam cathedram traductam fuiſſe fas eſt conjicere, cum in Bulla Benedicti IX. ad favorem Eccleſię Sylvę Candidę apud Ughel. tom. 1. col 107. ſubſcribat *Benedictus S Fallaritanæ, & Caſtellanæ Epiſcopus*. Atque hinc autumo exordiendam eſſe civitatis Caſtellanæ Epiſcoporum ſeriem; Creſcentianum vero, & Petrum, quos Ughellus loco citato Benedicto præponit, expungendos; & Creſcentianum quidem, ſeu melius Creſcentium inter Falaritanos, ut fecimus, Petrum inter Caſtellanos, ſeu Tiphernates, quos inter idem met Ughellus Petrum adnumerat ad an. 1048., recenſendos. Difficultas autem ſupereſt hic enodanda, quæ oritur ex Indictione præfatæ Bullæ Benedicti IX., ac obitus anno Petri Sylvæ Candidæ Epiſcopi, cui illa Bulla data eſt. Hæc dicitur expedita Indictione ſexta, Petrus verò dicitur in Epitaphio defunctus anno 1035. hinc cum ſexta Indictio Benedicti IX tempore non inciderit niſi in annum 1038. vel ſaltem computando Indictiones more tunc Romanis adhuc uſitato auſpicantibus illas à Kalendis Septembris, non incœperit niſi menſe ſeptembri anni 1037. oporteret, anno retento obitus Petri, pro ſexta reponere ſecundam, ut exiſtimant Bollandiani tom 1. Junii pag 98. aut ſaltem tertiam, adeout Bulla conceſſa fuerit anno

A Chriſti 1033 ut putat etiam Ughellus, vel ſaltem anno 1034 menſe Novembri. Quo poſito quis non videat inter Falaritanos Epiſcopos debere intrudi ad dictos annos Benedictum. qui eidem Bullæ ſubſcripſit, refragante omninò Creſcentio. cujus certa habetur è Conciliis exiſtentia ab an. 1015. ad annum 1036. ſeu mavis 1037. Res facilè extricaretur, ſi velimus duos ſtatuere Creſcentios Falaritanos Præſules, quorum alter Benedictum præceſſerit, alter, verò fuerit ſubſecutus: neque aliter nodum ſolvit idemmet Ughellus, qui reperiens Petrum Sylvæ Candidæ Epiſcopum Diplomati Benedicti IX Eccleſiæ Florentinæ an. 1036. ſubſcriptum, cognomine in alterum ab eo, quem putat an. 1035. die 6 Octobris defunctum, in Sylvæ Candidæ ſede locat Antiſtitem Petrum. Verum ne cogamur, & Petros duplicare. atque Creſcentios, neque deſcriptum in præfata Benedicti IX. Bulla ſextæ Indictionis numerum, plurics conſtanter repetitum in documento vel erroneum, vel corru-
B ptum traducere. malim ego exiſtimare haud fideliter deſcriptum ex originali annum obitus Petri Sylvæ Candidæ Epiſcopi in Epitaphio ab Ughello tom. 1. col. 107. relato, qui Petrus non obierit ante an 1038. vel ad ſummum 1037. ſi Epocham ſynodi Romanæ in cauſa Andreæ Peruſini Epiſcopi affigas anno Chriſti 1036. Et ſanè potuit præfati Epitaphii aliquem numerum vel corrumpere, vel etiam penitus abolere longæva ſeptem ſæculorum vetuſtas, adeout ejus deſcriptor non admodum accuratus facillimè deciperetur. Proſtat tamen adhuc in Eccleſia S. Alexii in Monte Aventino, teſte Ughello, in marmorea tabula exaratum Originale dicti Epitaphii, illudque oculatiori inſpectione conſulenti licebit certiori argumento rem ſatis implicitam expedire.

C

FALERIONENSIS

EPISCOPATUS.

IN Piceno haud procul à Tennæ fontibus veſtigia conſpiciuntur vetuſtæ urbis, quæ incolis vulgò dicitur *Falleroni*, & *Fallerions*, inter Tolentinum & Aſculum media. Antiquum hujus nomen haud dubiè fuit FALERIONA, nam in Balbi libro de limitibus provinciæ Piceni frequens fit mentio agri Falerionenſis: *Ager Adrianus*, inquit ille pag 118. editionis Goeſii, *item & ager Falerionenſis limitibus maritimis & Gallicis, quos dicimus Decimanos,*
D *& Cardines*, & pag 122. *Falerionenſis ager limitibus maritimis, & Gallicis eſt adſignatus*, & paulo infra. *Fanefortis Fortunæ. Ager ejus limitibus maritimo, & montanis eſt aſſignatus, & per ea ſigna quibus Falerionenſis ager*. Unde patet oppidanos inde appellatos fuiſſe *Falerionenſes*. Verum ab initio oppidum dictum fuiſſe *Falariam* colligimus ex Plinio, qui lib. 3. cap. 3. ejus oppidanos vocat *Falarienſes*, vel etiam *Faleriam*, ut ex veteri inſcriptione arguit Cluverius. Hinc facile confunditur à nonnullis cum Faleria Faliſcorum; quinimò cum utraque civitas fuerit priſcis Chriſti ſæculis Epiſcopali ſede decorata, utriuſque Cathedræ Antiſtites notiori Falaritanæ addicunt, ipſamque Falerionenſem Eccleſiam Pontificalibus nudatam inſulis è ſedium Epiſcopalium numero exturbant. Id optime adnotavit Eccleſiaſticorum Annalium parens eminentiſſimus Baronius in notis ad Martyrologium Romanum ſub die 12. Auguſti, cum agit de

Ss. Graciliano & Feliciſſimæ Virgine apud Faleriam Etruriæ martyrio coronatis, & quorum corpora in Caſtellanæ civitatis Cathedrali aſſervantur, licet ibi Falerionenſem Præſulem dicat Caroſum illum, qui ſub Martino I. ſedit in Romano Concilio an. 649. quemque nos inter Falaritanos recenſuimus. Verum de Falerionenſi Cathedrali omne dubium tollit Reſcriptum Gelaſii Papæ in Collect. Canon. Cardinalis Deusdedit lib. 3. c. 96. ab Holſtenio in notis ad Geographiam ſacram Caroli a S. Paulo citatum, in quo fit mentio

I. N .... Falerionenſis Epiſcopi, qui prædium paternum in alimoniam Clericorum reliquerat: &

II. N. .... Epiſcopi Falerionenſis urbis, Eccleſiæ ſuæ bona diſſipantis, de quo conqueſtus fuerat Joannes ejuſdem Eccleſiæ Archidiaconus. Sed ecce Gelaſii Reſcriptum ab Harduino in noviſſima Conciliorum editione tom. 2. col. 928. deſcriptum.

Gelaſius Reſpecto, & Leonino Epiſcopis. Joannes Archidiaconus Falerionenſis Urbis everſionem Eccleſiæ ab eo, qui Præſulis nomine cenſetur, effectam, grandi nobis ſupplicatione conqueſtus eſt, ita ut ſe videlicet de loci ſui adminiſtratione dejecto iter ſibi libenter ad depopulandas facultates aperiret Eccleſiæ, nam miniſteriis & ornatu pro ſua voluntate diſtracto prædium etiam paternum, quod in alimoniam Clericorum deceſſor ejus reliquerat, velut proprium ſuis utilitatibus vindicavit, obviantemque ſupradictum Archidiaconum, alioſque complures, qui pariter reclamabant, ab ordinibus ſuis credidit excludendos: & ideo fratres chariſſimi diviniratis intuitu Eccleſiæ cauſam ſumma attentione tractantes omni veritate diſcuſſa de competentis citò noſtris auribus relationem ſignate, ut perſpecta inſtructione diligentiæ veſtræ, quod fieri debeat, cenſeamus.

FARENTINUS

EPISCOPATUS

Suppreſſus, de quo Ughellus tom. 8. col. 583.

FERENTENSIS

EPISCOPATUS.

FERENTIA, ſic eam appellat Ptolomæus, quam Plinius *Ferentinum*, Tacitus *Ferentanum*, reliqui Scriptores *Ferentinum* dixere, urbs fuit Etruriæ ſatis vetuſta, à ſiniſtra Volſinienſis lacus ora paſſuum quinque millia circiter diſtans, paulo ſupra Troſſulum inter Volſinios, & Polymartium poſita, ubi nunc antiqui oppidi ruinæ jacent cum templo Cathedrali, quibus vulgare nunc vocabulum eſt *Ferenti*. De ea Horatius lib. 1. Epiſt. 17.

Si te grata quies & primam ſomnus in horam
Delectat: ſi te pulvis ſtrepituſque rotarum,
Si lædit Caupona; Ferentinum ire jubebo.

Colonia Romanorum dicitur a Frontino de Coloniis: *Colonia Ferentinenſis lege Sempronia eſt adſignata*. Municipium verò a Vitruvio lib. 2. c. 7. *Id autem maximè judicare licet è monumentis, quæ ſunt circa municipium Ferentis*. Hinc meritò admiratur Cluverius, quod nobilem urbem, Coloniam, ac Municipium Romanorum inter minora Etruriæ oppida a Strabone cenſeatur. Clara fuit natalibus Majorum Othonis Imperatoris, id teſtante Suetonio in Othone cap. 1. *Majores Othonis orti ſunt oppido Ferentino, familia vetere & honorata, atque ex principibus Etruriæ*. Memoratur præterea ab Aurelio Victore, D. Gregorio M. Paulo Diacono, aliiſque. Neque incelebris ejus mentio in ſacris monumentis, in quibus nonnulli Ferentis Eccleſiæ Antiſtites recenſentur. Hi quidem cum Ferentinis Romanæ Campaniæ Epiſcopis facile confunduntur: nos tamen ſequentes Ferentinati Etruriæ civitati præfuiſſe cenſemus.

I. MAXIMINUS *Ferentienſis*, *Ferentinenſis*, & *Ferenuenſis* ex varia codicum lectione ſubſcripſit Concilio Romano Felicis Papæ III anno 487. quo eodem in concilio ad fuiſſe legitur Baſſus *Ferentinas* ab Ughello inter Ferentinos Latii recenſitus; licet Holſtenius in notis ad Geographiam ſacram Caroli a S. Paolo Baſſum Ferentinatibus in Etruria, Maximinum Ferentinis in Latio mallet attribui.

II. S. BONIFACIUS, ſanctitate, & miraculis clarus circa tempora Juſtini Imperatoris floruit, de quo Martyrologium Romanum ad diem 14. Maii. Hunc Ferenti in Tuſcia Epiſcopum fuiſſe locum dubitandi non ſinit Magnus Gregorius, qui Dialogorum lib. 1. cap. 9. hæc de Bonifacio narrat. *Vis tibi aliquid de Tuſciæ partibus narrem? .... Fuit vir vitæ venerabilis Bonifacius nomine, qui in ea civitate, quæ Ferentis dicitur, Epiſcopatus officio tenuit, & moribus implevit. Hujus multa miracula is, qui adhuc ſupereſt, Gaudentius presbyter narrat; qui nutritus in ejus obſequio, tanto valet de illo quæque veracius dicere, quanto eis hunc contingit intereſſe. Hujus Eccleſiæ gravis valde paupertas inerat, quæ bonis mentibus eſſe ſolet cuſtos humilitatis, nihilque aliud ad omne ſtipendium, niſi unam tantummodo vineam habebat: quæ quodam die ita grandine irruente vaſtata eſt, ut in ea pauci in vitibus vix parvi, racique racemi remanerent. Quam cum Dei prædictus vir reverentiſſimus Bonifacius Epiſcopus fuiſſet ingreſſus, magnas Omnipotenti Deo gratias retulit, quia in ipſa ſua adhuc inopia ſe ſe anguſtiari cognovit. Sed cum jam tempus exigeret, ut ipſi quoque racemi, qui remanſerant, matureſcere potuiſſent, cuſtodem vineæ ex more poſuit, eamque ſolerti vigilantia ſervari præcepit. Quadam verò die mandavit Conſtantio presbytero nepoti ſuo, ut cuncta vini vaſcula in Epiſcopio, omniaque dolia, ita ut ante conſueverat, pice ſuperfuſa præpararet. Quod cum nepos illius presbyter audiſſet, valde admiratus eſt, quod quaſi inſana præciperet, ut vini vaſcula præparari faceret, qui vinum minime haberet, nec tamen præſumpſit inquirere, cur talia juberet, ſed juſſis obtemperans, omnia ex more præparavit. Tunc vir Dei vineam ingreſſus racemos collegit, ad calcatorium detulit, omneſque exinde egredi præcepit, ſoluſque ibi cum uno parvulo puerulo remanſit, quem in eodem Calcatorio depoſuit, & calcare ipſos pauciſſimos racemos fecit. Cumque ex iiſdem racemis parum aliquid vini deflueret, cœpit hoc vir Dei ſuis manibus in parvo vaſe ſuſcipere, & per cuncta dolia, omniaque vaſa, quæ parata fuerant, pro benedictione divideret: ut ex eodem vino omnia vaſcula vix infuſa viderentur. Cum vero ex liquore vini parum aliquid in vaſis omnibus miſiſſet, vocato protinus Presbytero, juſſit pau-*

pe-

peres adeſſe. Tunc cœpit vinum in calcatorio creſcere, itaut omnia, quæ allata fuerant, pauperum vaſcula impleret. Quibus cum ſe idoneè ſatisfeciſſe conſpiceret, ex calcatorio juſſit puerum deſcendere, apothecam clauſit, atque impreſſo ſigillo proprio munitam reliquit, moxque ad Eccleſiam rediit. Die verò tertia prædictum Conſtantium presbyterum vocavit, & oratione facta apothecam aperuit, & vaſa, in quibus tenuiſſimum liquorem infuderat, ubertim vinum fundentia invenit, itaut pavimentum omne excreſcentia vina invaderent, ſi adhuc Epiſcopus tardius intraſſet. Tunc terribiliter Presbytero præcepit, ne quouſque ipſe in corpore viveret, hoc miraculum cuiquam indicaret; pertimeſcens videlicet, ne in virtute facti favore humano pulſatus, inde intus invaneſceret, unde foris hominibus magnus appareret. Paucis omiſſis deinde ſequitur S Gregorius. *Alio tempore beati Proculi martyris natalitius propinquabat dies, quo in loco vir nobilis Fortunatus nomine manebat: qui magnis precibus ab eodem venerabili viro poſtulavit, ut cum apud beatum martyrem Miſſarum ſolemnia ageret, ad benedictionem daudam in ſuam domum declinaret. Vir autem Dei negare non potuit, quod ab eo ex Fortunati mente caritas popoſcit. Peractis igitur Miſſarum ſolemniis, cum ad prædicti Fortunati veniſſet menſam, priuſquam Deo hymnum diceret, ſicut quidam ludendi arte victum ſolent quærere, repentè ante januam cum ſimia vir adſtitit, & cymbala percuſſit. Quem ſanctus vir ſonitum audiens dedignatus, dixit: Heu, heu, mortuus eſt miſer iſte, mortuus eſt miſer iſte. Ego ad menſam refectionis veni, os adhuc ad laudem Dei non aperui, & ille cum Simia veniens percuſſit cymbala. Subjunxit tamen, & ait: Ite, & pro caritate ei cibum potumque tribuite: ſcitote tamen quia mortuus eſt. Qui infelix vir dum panem, ac vinum ex eadem domo percepiſſet, egredi januam voluit, ſed ſaxum ingens ſubitò de tecto cecidit, eique in verticem venit. Ex qua percuſſione proſtratus in manibus, jam ſemivivus levatus eſt: die verò altera ſecundum viri Dei ſententiam finit vitam.* Et paulo poſt. *Alio quoque tempore prædictus Conſtantinus presbyter nepos ejus, equum ſuum duodecim aureis vendidit, quos in propriam arcam ponens ad exercendum opus aliquod diſceſſit. Cum ſubito ad Epiſcopium pauperes venerunt, qui importunè precabantur, ut eis ſanctus vir Bonifacius Epiſcopus ad conſolationem ſuæ inopiæ aliquid largiri debuiſſet. Sed vir Dei quia quid tribueret non habebat, æſtuare cœpit in cogitatione, ne ab eo pauperes vacui exirent. Cui repente ad memoriam rediit, quia Conſtantius presbyter nepos ejus equum, quem ſedere conſueverat, vendidiſſet, atque hoc ipſum in arca ſua pretium haberet. Abſente igitur eodem nepote ſuo acceſſit ad arcam, & pie violentus clauſtra arcæ comminuit, duodecim aureos tulit, eoſque indigentibus, ut placuit, diviſit. Itaque Conſtantius presbyter reverſus ex opere arcam fractam reperit, & caballi ſui pretium, quod in eam poſuerat, non invenit. Cœpit itaque voce magna perſtrepere, & cum furore nimio clamare. Omnes hic vivunt, ſolus ego in domo hac vivere non poſſum. Ad cujus nimirum voces venit Epiſcopus, omneſque, qui in eodem Epiſcopio aderant. Cumque eum locutione blanda vir Dei temperare voluiſſet, cœpit ille cum jurgio reſpondere dicens: Omnes tecum vivunt, ſolus ego hic ante te vivere non poſſum: redde mihi ſolidos meos. Quibus vocibus commotus Epiſcopus, beatæ Mariæ ſemper Virginis Eccleſiam ingreſſus eſt, & elevatis manibus extenſo veſtimento, ſtando cœpit exorare, ut ei redderet, unde Presbyteri furentis inſaniam mitigare potuiſſet. Cumque ſubitò oculos ad veſtimentum ſuum inter extenſa brachia reduxiſſet, repentè in ſinu ſuo duodecim aureos invenit ita fulgentes, tamquam ſi ex igne producti eadem hora fuiſſent. Qui mox de Eccleſia egreſſus, eos in ſinum furentis Presbyteri projecit, dicens: Ecce habes ſolidos, quos quæſiſti: ſed hoc tibi notum ſit, quia poſt mortem meam tu hujus Eccleſiæ Epiſcopus non eris*

A *propter avaritiam tuam. Ex qua ſententiæ veritate colligitur, quia eoſdem ſolidos Presbyter pro adipiſcendo Epiſcopatu parabat. Sed viri Dei ſermo prævaluit: nam idem Conſtantius in presbyteratus officio vitam finivit.*

Alio quoque tempore duo ad eum Gothi hoſpitalitatis gratia venerunt, qui Ravennam ſe feſtinare profeſſi ſunt. Quibus ipſe parvum vas ligneum vino plenum manu ſua præbuit, quod fortaſſe in prandio itineris habere potuiſſent: ex quo illi quouſque Ravennam pervenirent, biberunt Gothi. Aliquantis autem diebus in eadem civitate morati ſunt, & vinum, quod à ſancto viro acceperant, quotidie in uſu habuerunt. Sicque uſque ad eumdem venerabilem Patrem Ferentis reverſi ſunt, ut nullo die ceſſarent bibere, & tamen vinum eis ex illo vaſculo nunquam deeſſet: ac ſi in illo vaſe ligneo, quod Epiſcopus dederat, vinum non augeretur, ſed naſceretur.

Nuper quoque de ejuſdem loci partibus ſenex quidam Clericus advenit, qui ea de illo narrat, quæ
B *ſilentio non ſunt premenda. Nam dicit, quod quadam die ingreſſus hortum, magna hunc erucæ multitudine invenit eſſe coopertum; qui omne olus deperire conſpiciens, ad eaſdem erucas converſus dixit: Adjuro vos in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, recedite hinc, atque hæc olera comedere nolite. Quæ ſtatim ad viri Dei verbum ita omnes egreſſæ ſunt, ut ne una quidem intra ſpatium horti remaneret. Sed quid mirum, quod hæc de Epiſcopatus ejus tempore narramus, quando jam apud omnipotentem Deum ordine ſimul, & moribus creverat: dum illa magis miranda ſint, quæ eum hic ſenex clericus adhuc puerulum feciſſe teſtatur? Nam ait, quod eo tempore, quo cum matre ſua puer habitabat, egreſſus hoſpitium, nonnunquam ſine linea, crebro etiam ſine tunica revertebatur; quia mox ut nudum quempiam reperiſſet, veſtiebat hunc, ſe expolians, ut ſe ante Dei oculos illius mercede veſtiret. Quem mater ſua frequenter increpare conſueverat, dicens, quod juſtum non eſſet, ut ipſe inops pauperibus veſtimenta largi-*
C *retur. Quæ die quadam horreum ingreſſa, pene omne triticum, quod ſibi in ſtipendio totius anni paraverat, invenit a filio ſuo pauperibus expenſum. Cumque ſemetipſam alapis, pugniſque tunderet, quod quaſi anni ſubſidia perdidiſſet, ſupervenit Bonifacius puer Dei, eamque verbis quibus valuit conſolari cœpit. Quæ cum nihil conſolationis admitteret, hanc rogavit, ut ab horreo exire debuiſſet, in quo ex omni eorum tritico parum quid inventum eſt remanſiſſe. Puer autem Dei ſeſe illic protinus in orationem dedit: qui poſt paululum egreſſus, ad horreum matrem reduxit, quod ita tritico plenum inventum eſt, ſicut plenum ante non fuerat, cum mater illius totius anni ſumptus ſe congregaſſe gaudebat. Quo viſo miraculo compuncta mater, ipſa jam cœpit agere ut daret, qui ſic celeriter poſſet quæ petiiſſet accipere. Hæc itaque in hoſpitii ſui veſtibulo puer Bonifacius ſtaret, vulpes ex more venit, & gallinam abſtulit. Ipſe autem concitus Eccleſiam intravit, & ſe in orationem proſternens, apertis vocibus dixit:*
D *Placet tibi Domine, ut de nutrimentis matris meæ manducare non poſſim? Ecce enim gallinas, quas nutrit, vulpes comedit. Qui ab oratione ſurgens, Eccleſiam eſt ingreſſus. Mox autem vulpes rediit, gallinam, quam ore tenebat, dimiſit, atque ipſa moriens ante ejus oculos in terram decidit.* Hactenus Magnus Gregorius de S. Bonifacii virtutibus, & miraculis.

II. MARTIANUS Epiſcopus civitatis Ferentis deſcribitur in ſynodo Romana Gregorii Magni an. 595. & in altera pro Monachis celebrata anno 601. Atque deinde deficiente civitate, Ferenti Epiſcopalem Cathedram Polymartium translatam conjicio ex Bonito, qui *Ferentos-Polymartia* dicitur in Romano Concilio ſub Martino an. 649 Viguit tamen aliquatenus Ferentum ad ſæculum Chriſti duodecimum, quo excurrente a proximis Viterbienſibus hoſtili incurſu exciſum, dirutumque fuit, melioꝛque incolarum pars Viterbium tranſmigrare coacta

Fi-

FIDENAS

EPISCOPATUS.

QUinque paſſuum millibus à Roma in Sabinis ad Tiberim fluvium extabant olim FIDENÆ, ſeù *Fidenæ*, antiqua, & nobilis civitas, cujus rudera in dextera viæ Salariæ parte ex adverſo Caſtri Jubilæi, vulgò *Caſtel Giubileo*, haud exigua partim in valle, partim altiori loco in contiguo colle ſita adhuc conſpiciuntur. De primis ejus conditoribus diſſentiunt inter ſe veteres Auctores, aliis Etruſcorum, aliis Albanorum ex Latio coloniam aſſerentibus, unde Virgilius Æneid. lib. VI. ubi Anchiſes apud Inferos Æneam de futuris regibus Albanis edocet, ita canit:

Hi tibi Nomentum, & Gabios, urbemque Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces.

In ipſis naſcentis Romæ exordiis cum Romanos bello laceſſere eſſet auſa, à Romulo primo impetu capta fuit, & Romanorum effecta Colonia, ut narrat Dionyſius, atque Plutarchus: ſed cum deinde à Romanis aliquando deſciviſſet, à M. Æmilio iterum capta ultimum excidium paſſa eſt. Ex ruinis autem denuò emerſit, & in ea, Tiberio Imperium adminiſtrante, illud accidit admodum miſerandum, & memoratu dignum, quod amphitheatri cavea, populo gladiatorium munus ſpectante, collapſa eſt, & ſupra viginti, ut Svetonius refert, at juxta Tacitum, quinquaginta hominum millia vel obtrivit, vel debilitavit. Porrò Fidenarum mentio frequens eſt apud veteres Scriptores Ciceronem, Livium, Horatium, Strabonem, Ptolomæum, Solinum, Silium, atque Itineraria. In Eccleſiaſticis pariter monumentis illuſtris eſt hæc urbs, cujus Epiſcopi, qui ejus ſacra moderati ſunt, recenſentur. Nam

I. GERONTIUS Epiſcopus Fidenas deſcribitur in Romano Concilio ſub Symmacho an. 502.

II. JUSTINUS *Fidentinenſis* memoratur in Romano Concilio ſub Agathone anno 680.

FORMIANUS

EPISCOPATUS.

INter Fundus, & Minturnas in ora litorali Latii novi quinque circiter paſſuum millia a Cajeta olim extitit antiquiſſima, ac prænobilis urbs *Formiæ*, Græcis *Hormiæ*, vel *Phormiæ*, non longe, ſeù potius eodemet in loco, ubi nunc exſurgit pagus elegans, & amænus, vulgo *Mola*, penes quem innumera viſuntur antiquitatis monumenta ab ea maximè parte, quà Fundos itur. Frequens ejus mentio occurrit apud veteres Scriptores Livium, Ciceronem, Plinium, Strabonem, Ptolomæum, Feſtum, Melam, Diodorum, alioſque. A' Laconibus circa Trojani belli tempora conditam ferunt, atque ſinu ſuo amplexam Læſtrygonas, immaniſ-

A ſimum populum, qui, ſi ulla Poetis fides, carnibus humanis veſcebatur. In ea regnaſſe memorantur Lamus, & Antiphates, de quibus Homerus in Odyſſea, & Ovidius in Metamorphoſeon libris. Romana deinde aura exculti Formiani, mitioreſque effecti in eorum Municipium, Coloniam, ac Præfecturam tranſierunt. Formianus ager adeò voluptuoſus, & amænus, ut ad ſe Romanorum proceres facilè pellexerit. Hinc Martialis lib. 10. Epig. 30.

O temperatæ dulce Formiæ litus.
Vos, quum ſeveri fugit oppidum Martis,
Et inquietas feſſus exuit curas,
Apollinaris omnibus locis præfert.

Inibi villam ſuam ad delicias excoluit eloquentiæ princeps Cicero, atque ad effrænem luxuriam philoſophi Imperatoris conjux. Ejus vinum laudatur ab Horatio Carm. lib. 1. oda 20.

B *Cæcubum, & prælo domitam Caleno*
Tu bibes uvam. Mea nec Falernæ
Temperant vites, neque Formiani
Pocula colles.

Cæterum Formianos cives Chriſtianis ſacris fuiſſe initiatos primis Evangelii temporibus ſatis conſtat, cum ſub Decii tyrannide Albina Virginitatis aureolæ martyrii palmam copulavit Formiis, ut habetur in Romano Martyrol. ad diem 16. Decembris. Neque deinde defuere Chriſtianæ civitati Antiſtes, qui Formianam gregem moderarentur, antiquiorum licet nomina abraſerit vetuſtas. Cum autem Minturnæ ſævis bellorum turbinibus perculſæ concidiſſent, Minturnenſe pedum, ita jubente Magno Gregorio, Formiano paſtori traditum eſt, & exciſæ urbis diœceſis Formianam ditionem adauxit. Sed & Formiis, ingruentibus Sarracenis, dirutis, utriuſque urbis populus, divitiæ, ac ſacræ
C inſulæ Cajetam conceſſere, ingenti ſanctarum reliquiarum translatu inſuper theſauro, quas inter Sancti Epiſcopi, & martyris Eraſmi corpus enituit. Porrò ex Epiſcopis, qui Formienſi præfuerunt ovili, hi tantum nobis exquirentibus occurrerunt.

I. PROBUS, qui S. Eraſmi ſub Diocletiano martyrium Formiis paſſi reliquias condidit ex actis ejuſdem Sancti.

II. MARTINIANUS interfuit an. 487. Romano Felicis III. Concilio.

III. ADEODATUS reperitur in Synodis Romanis ſub Symmacho an. 499. 501. & 504.

IV. BACAUDAS, quem Magnus Gregorius ſui Pontificatus initio an. 590. Conſtantinopolim miſit ad Joannem illius urbis Antiſtitem, ut ei daret Gregorii Epiſtolam, quæ in regeſto edit. Monach. eſt quarta libri primi, eidem pariter dicto anno idem Gregorius, cum Minturnenſem Eccleſiam paſtore, clero, atque populo deſtitutam inſpiceret, literas dedit, quibus Formienſi Minturnenſem
D unire vult. Eæ ſunt ea Regeſt. lib. 1. Epiſt. 8. in hunc modum conſcriptæ.

Gregorius Bacaudæ Epiſcopo Formienſi.

Et temporis neceſſitas nos perurget, & imminutio perſonarum exigit, ut deſtitutis Eccleſiis ſalubri, ac provida debeamus diſpoſitione ſuccurrere. Et ideò quoniam Eccleſiam Minturnenſem funditus tam cleri quam plebis deſtitutam conſolatione cognovimus; eunumque pro ea petitionem, quatenus Formianæ Eccleſiæ, in qua corpus B. Eraſmi martyris requieſcit, cui fraternitas tua præſidet, adjungi debeat, pium eſſe, ac juſtum providentes, neceſſarium duximus, conſulentes tam deſolationi loci illius, quam Eccleſiæ tuæ paupertati, redditus ſupradictæ Eccleſiæ Minturnenſis, vel quidquid ei antiquo, modernoque jure, vel privilegio potuit, poteſtve qualibet ratione competere, ad tuæ Eccleſiæ jus poteſtatemque hac præ-

:epti noſtei na&orktute tranſmigrare, ut a præſenti tempore, ſicut de propeia Eccleſia, debeat cogitare, eique tua competentia diſponere; quatenus deinceps, quod perire nunc uſque potuit, pauperum Eccleſiæ ſuæ utilitatibus, clerique proficiat.

Nec diù poſt Bacandæ commiſit præfatus Gregorius Epiſt. 10 lib 1. ut cum Agnello Epiſcopo viſitaret Hebræorum Terracinenſium Synagogam; quæ ſi catholicæ Eccleſiæ officia impediret, juſſit eorum conſilio in commodum locum transferendam. Defunctus eſt hic Formienſis Præſul non longe ab initio anni 597. quo per ejus obitum deſtitutæ Paſtore Eccleſiæ viſitationem delegat idem S. Gregorius Agnello Terracinenſi Epiſcopo ſequenti Epiſtola ex ejus regeſto. 16. lib. 1.

Gregorius Agnello Epiſcopo Terracinenſi.

Obitum Bacaudæ Antiſtitis directa relatio patefecit; quapropter viſitationis Eccleſiæ deſtitutæ Fraternitati tuæ operam ſolemniter delegamus: quam ita te convenit exhibere, ut nihil de provectionibus Clericorum, reditu, vel ornatu, miniſteriiſque, vel quidquid illud eſt in patrimonio ejuſdem a quoquam præſumatur. Et ideo Fraternitas tua ad prædictam Eccleſiam ire properabit, & aſſiduis adhortationibus clerum, plebemque ejuſdem Eccleſiæ admonere feſtinet, ut remoto ſtudio, uno eodemque conſenſu talem ſibi præficiendum expetat Sacerdotem, qui tanto miniſterio dignus valeat reperiri, & a venerandis canonibus nullatenus reſpuatur. Qui dum fuerit poſtulatos, cum ſolemnitate decreti omnium ſubſcriptionibus roborati, & Dilectionis tuæ teſtimonio litterarum, ad nos ſacrandus occurrat: commonentes etiam Fraternitatem tuam, ut nullum de altera eligi permittatis Eccleſia, niſi forte inter Clericos ipſius civitatis, in qua viſitationis impendis officium, nullus ad Epiſcopatum dignus, quod evenire non credimus, potuerit inveniri. Providturus ante omnia, ne ad hoc cujuslibet converſationis, vel meriti laicæ perſonæ aſpirare præſumant, & tu periculum ordinis tui, quod abſit, incurras.

V. ALBINUS defuncto Bacaudæ ſucceſſiſſe videtur eodem anno 597. inſequenti ſiquidem anno 598. menſe Novembri Albino Formiæ, atque aliis Epiſcopis ſcribit Magnus Gregorius, ut Gregorio expræfecto baſilicam ædificare cupienti reliquias concedant. Epiſt. 25. lib. 9. edit. Monach.

VI. BONITUS Formianus Epiſcopus habetur in Concilio Romano an. 649.

VII. ADEODATUS Formianenſis Præſul ſubſcripſit Epiſtolæ Agathonis Papæ in Concilio Romano an. 680.

VIII. CAMPLUS è Cajetanis Comitibus vixit temporibus Adriani I. Pontif circa an. ſalutis 790. cujus meminit idem Adrianus in epiſt ad Carolum Magnum ſignata n. 86. tom 3. hiſt. Franc. ex Ughel. tom 1. in Cajetanis.

IX. JOANNES Formianus Antiſtes an. 812 ex documento apud Ughellum to. 1. in Cajetanis, licet dubiæ fidei.

X. LEO Epiſcopus Minturnenſis, ac Formienſis in antiqua ſcriptura an 840. reperitur ſubſcriptus in archivo Cajetanæ Eccleſiæ adſervata.

XI. CONSTANTINUS S. Formianę Eccleſiæ Epiſcopus ſe ſubſcripſit an 846. in quoddam publico documento ab Ughello tom. 1. in Cajetanis irato. Quo eodem anno Sarracenis Campaniam devaſtantibus, Conſtantinus cum clero & populo barbarorum furorem declinans Cajetam ſe recepit, ibique deinde, everſis Formiis, ſedem Epiſcopalem fixit, Cajetanum deinde Epiſcopum ſe appellans. Atque hic revera ultimus Formiarum, & Cajetæ primus Epiſcopus, de quo ſicut & tribus ejus prædeceſſoribus Ughellus tom. 1. in Cajetanis col. 527.

FORO-CLODIENSIS

EPISCOPATUS.

Etruriæ civitas Mediterranea, à Roma viginti ſeptem paſſuum millia diſſita, inter Bleram, & Sutrium, mare Tyrrhenum verſus poſita, fuit FORUM CLODII, ſeu *Claudii*, à quo via Claudia nomen accepit, jamdiù penitus exciſum. Vehementer autem Cluverii ſententia errarunt illi, qui Forum Claudii interpretati ſunt oppidum *Tolfam* inter Stilianas aquas, & Centumcellas ſitum. Lucas Holſtenius ea in parte extitiſſe ſcribit, ubi nunc Oppidum ſurgit *l'Oriolo* nuncupatum, utilis dominii Alteriæ gentis. Fori Claudii meminere Strabo, Plinius, Ptolomæus, Antoninus in Itinerario, & Anonymus Ravennas. Non ultima fuit Etruſcarum civitatum, quæ exoriente fidei lumine Chriſti dogmata amplecteretur; ideoque ab ipſis propemodum Chriſtianæ religionis incunabulis proprios paſtores ſortita eſt, è quibus è Romanis Conciliis hi tantùm nobis innotuere.

I. DOMITIANUS, aliis *Donatianus* à Foro Claudii Epiſcopus interfuiſſe Romano Melchiadis Papæ Concilio an. 313. memoratur ab Optato Milevitano lib. 1 de ſchiſmate Donatiſtarum.

II. GAUDENTIUS præſens fuit an. 487. in Concilio Romano Papæ Felicis.

III. COLLONISUS, qui *Colonus*, *Collonius*, *Colonicus*, & *Collonicus* variè dicitur, pluribus adfuit ſynodis à Symmacho Papa coactis an. 499. 501. & 502.

Alterum fuit antiquis tamen Scriptoribus ignotum, FORUM CLAUDII in Campania, quod Roma Neapolim euntibus in ipſa via patens erat, duobus milliaribus à Calinenſi olim illuſtri pago, ac deinde civitate diſtans. Ejus meminere Acta S. Bernardi loci Epiſcopi in hunc modum. *Eo tempore Epiſcopalis manſio loco, qui Forum Claudii dicebatur, videlicet ſtrata publica euntibus Romam & Neapolim, planum uſque hodie monſtrat acceſſum: qui locus à Calinenſi civitate duobus fere millibus diſtat.* Jamdiù penitùs excidit, ut vix ulla hodie ſuperſint ejus veſtigia. Ex Epiſcopis, qui ex hac Cathedra ſacrum jus dixere, duo tantum enumerantur.

I. JOANNES, qui adfuit Alexandro II. conſecranti Eccleſiam Caſinenſem an. 1071. in cujus Bulla ſubſcribitur *Joannes Epiſcopus Fori-Claudii.*

II. S. BERNARDUS Jordani Ricchardi Principis Capuani filii Capellanus, ob ejus doctrinam, & vitæ ſanctimoniam poſt demortuum Joannem, totius cleri, & populi voce pontificalem evectus eſt ad thronum an. 1087. qui proſpiciens Forum Claudium ſemidirutum, habito conſilio cum Jonatha Capuani principis filio, qui Carinulæ præerat in regimine ſæculari, Epiſcopalem dignitatem cum Cathedrali, & clero Carinulam tranſtulit, novamque Cathedralem in honorem B. Mariæ Intemeratæ ſemper Virginis, & Præcurſoris Domini ædificavit auctoritate Paſchalis II. novamque Eccleſiam ditavit ſacris exuviis S. Martini Abbatis ex Maſſico Monte Carinulam ſolemniter translatis. Rebus igitur ſuæ Eccleſiæ benè compoſitis obdormivit in Domino 12. Martii 1109. De quo Ughellus in Epiſcopis Carinulenſibus tom 6. col. 462. & Acta Sanctorum Martii tom. 2. pag. 231.

FOROFLAMINIENSIS

EPISCOPATUS.

FORUM FLAMINII Umbriæ quondam urbs celebris fuit inter Nuceriam, & Fulginium ſitu ad Tiniam amnem, quam Longobardorum barbaricus furor in Italiam irruens ſolo æquavit anno 740. Ejus mentionem faciunt itineraria, Strabo, Ptolomæus, Plinius, aliique poſterioris ævi Scriptores. Hic interfectos fuiſſe Gallum, & Voluſianum Imperatores, dum contra Æmilianum, qui in Mœſia res novas moliebatur, ex urbe profecti eſſent, narrat Euſebius in Chronico; licet id eveniſſe Interamnæ teſtentur alii. Deletæ urbis nomen adhuc ſupereſt loco ubi quondam ſtetit, qui vulgò appellatur *Forflamme*: neque enim audiendi ſunt ii, qui Forum Flaminii nunc Fulginium dici putant. Crevit equidem ex Foriflaminii ruinis ipſum Fulginium jam diuturnis bellorum infortuniis attritum, ac deinde Luitprando Longobardorum rege Umbriam devaſtante à civibus prope deſertum, atque ad eam, quæ nunc viſitur, amplitudinem devenit. In ejus pariter ſacra jura pertranſiit Foroflaminienſis Cathedra, quæ proprio dignata paſtore inter præcipuas ſplendebat Romano Pontifici proximè obſequentes ſedes. Porrò duo tantum è Foro-Flaminienſibus Epiſcopis ad noſtram pervenere notitiam, idonei tamen hujus antiquatæ cathedræ teſtes, iique ſunt

I. BONIFACIUS, qui inter Romani Concilii à Symmacho Pontifice an. 503. celebrati Patres ſedit.

II. DECENTIUS, qui anno 680 in Concilio Romano Agathonis Papæ Foro-flaminii Pontifex appellatur.

FOROJULIENSIS

EPISCOPATUS.

Vide infra

JULIENSIS EPISCOPATUS.

FORONOVANUS IN SABINIS

EPISCOPATUS.

QUænam fuerit Sabinorum urbs, Forum-novum nuncupata, dum nec vicus, nec pagus ſupereſt, qui teſtari poſſit, ſcriptoreſque rerum Sabinarum de loco ſaltem inter ſe contendunt; divinantium opiniones jugularunt Eruditiſſimi viri Cardinalis Bruncutius, & Lucas Holſtenius in Geographicis

A adnotationibus. Locus ſiquidem Foro-novo ibi erat, ubi vetuſtiſſimum Sabinenſe Epiſcopium, vulgo *Veſcovio*, uſque in præſens viſitur, jam ab ipſis Eccleſiæ primis ſæculis S. Euthymio diacono dicatum, qui Alexandriæ pro Evangelica prædicatione decertans, quievit in carcere die 5. Maii. Hoc deinceps templum a Virgine Deipara *S. Maria major in* Sabinis vocari cœpit, ut ex variis monumentis habetur, & quandoque *S. Maria Fori-novi*: fuiſſeque eo in loco Forum-novum a præfatis ſapientiſſimis viris clariſſime oſtenditur ex variis venerandæ antiquitatis fragmentis, & ara lapidea in ſubterranea S. Euthymii Eccleſia obſervata, ita proloquente characteribus his. D. N. M. ANTONII GORDIANI PII FELICIS AUGUSTI FORONOVANI DEVOTI NUMINI, MAJESTATIQUE EORUM. Forum novum coluere Romani, ſuumque municipium fecerunt; quare & Epiſcopali dignitate ab ipſa prima luce fidei ornatum fuiſſe facile creditum eſt, id exigente Apoſtolorum cura, quod B loca inſigniora ſtatim Chriſtum Deum agnoſcerent, & ſuis munirentur Paſtoribus. Et hæc S. Euthymii Eccleſia deletis jam omninò Curienſi, Numentanoque in Sabinis Epiſcopatibus, ſola ſuperſtes fuit, & unicu Epiſcopium extitit totius Sabinæ: hinc & a vulgo met *Veſcovio* dicta fuit, & a S. Euthymii in S. Mariæ Majoris, ſive S. Mariæ Fori-novi intitulationem tranſiit a Dei genetricis imagine, digito verè Dei expreſſa, & innumeris miraculis coruſcante. Sed cum deperditis undequaque incolis injuria temporum diminuta ruralis Eccleſię vix ſpecimen præberet, Alexander VI. 14. Kalend. Octob. an. 1495. ad preces Oliverii Carrafę Epiſcopi Card. Sabinenſis Manlianum oppidum in Civitatem erexit. At cum ex hujuſmodi nova acceſſione ſuper cætera Sabinæ loca Manlianum ad invidiam excreviſſet, omnium in ſe attraxit odia, unde querelæ, jurgia, bella, incendia, deprædationes excitatæ contra Manlianenſes. His ſedandis malis Leo X. de more ſuæ benignitatis exurgens ſuppreſſam Cathedralem primævo decori, C demptiſque juribus reſtituit, Manlianenſi tamen in ſua nova inſtitutione confirmata, & inde Sabina in novam, & veterem diviſa jura dedit Antiſtiti, ſe utrinſque Sabinæ Epiſcopum nuncupandi, ut ex Bulla emanata die 25. Junii 1521. Infelicius tamen res evenit; nam nedum nil factum pro cultu veteris Epiſcopii, ſed ſitu jam ſua clauſit hæc inſignis Eccleſia. Clerus ſiquidem paulatim diſcuſſo reſidentiæ jugo, ſua quiſque præbenda pro more ſimplicis beneficii uſus eſt. Tam indignè factum comprobavit ſubinde circa an. 1580. Alexander Lana Antonii Perotti Granvellæ Epiſcopi Card. Sabinenſis proviſor generalis, & Vicedominus, qui de facto, & non de jure ſuppreſſis dignitatibus, & capitularibus Sacerdotiis, ſingulas præbendas ad normam ſimplicium beneficiorum redegit, ſibi arrogata eorumdem collatione. Card. Gabriel Paleottus, tertio loco a Granvella ſucceſſor, ſibi commiſſam ſponſam in ſqualore jacentem conſpiciens Synodo, & viſitationibus reſtaurare ſategit, D ſtructura, & ſacra ſupellectili reparata veteris Cathedralis, & auctoritate Clementis VIII. ſub die 21. Julii 1596. Religioſis viris ex Ordine Minorum eam incolendam tradidit. Simonis deinde Card. Tailiavia legato pio ex teſtamento interveniente, hujus ope, & pretio divenditæ ſylvę hujus Eccleſiæ, nec non ex eleemoſynis circumadjacentium a Franciſco Card. Giojoſa ejus ſucceſſore iterum reſtauratu, & Regularium cœnobio in proximiori colle decorata fuit, addito Oratorio clauſtrali pro nocturnis officiis. Sed cum in veteri Epiſcopio vel diurnas horas, vel unicam Miſſam habere clauſtrales præfati refragarentur, ubi ad eas præſtringere accedit Scipio Card. Burgheſius, inde noctu deprædata ſupellectili aufugerunt. Succedens Card. Centinus rem ſilentio præteriit, novoſque incolas ex ordine Conventualium cum onere ſacra in Cathedrali perſolvendi ſubſtituit. Sed & his recedentibus opera Card. Franciſci Barberini

ſuceeſſere alii ex ordine Eremitarum S. Auguſtini nationis Gallicæ, qui & ipſi mox inde abiere. Poſt Card. Bernardinum Spadam Barberino ſuffectum, miſerrimam tantæ Eccleſię eunditionem collachrymatus ſubſequens Card. Julius Sacchettus Primicerii, & Canónicorum redditus ad ſequeſtrum pro ejus reſtauratione tranſire juſſit, & ex iis Capellanum ordinavit, donec Fratres Redemptionis Captivorum Hiſpanicæ nationis in illud cœnobium ſubintroducti ſunt, qui ſua curantes, ſatis feliciter fortunis aucti, ſuo contenti domicilio, & Oratorio, antiquam Cathedralem contra mentem Clementis VIII. & Sabinenſium Epiſcoporum omninò neglexerunt. Et hic ſtatus antiquæ Sabinenſium Eccleſiæ, quam populi hujus regionis principem libentiſſimè agnoverant; eo quod in campeſtri loco poſita, æquè omnibus parens eſſet.

Cæterum Foronovani Antiſtites, qui deinde Curienſi, Numentanaque diœceſibus aucti Sabinenſes ſimpliciter appellati fuere, quo titulo & hodie inter Purpuratos Eccleſiæ Epiſcopos refulgent, hi ſunt à nobis obſervati.

I. PAULUS Furinovi in Sabinis Epiſcopus Concilio Romano interfuit ſub Hilaro Papa an. 465.

II. ASTERIUS Foronovanus Antiſtes inter Patres enumeratur ejus Romanæ ſynodi, in qua præſente Felice III. actum eſt de lapſis Eccleſiæ Africanæ recipiendis anno 487.

III. PROJECTITIUS primæ, quartæ, & quintæ ſynodis an. 499. 502. 503. ſub Symmacho interfuit. in quarum prima Gaudentius Vulſinienſis Epiſcopus ſubſcribit pro Foronovano Projectitio, articulari forſan digitorum morbo laborante.

IV. S. LAURENTIUS Sabinenſi Cathedra enituit circa an. 550.

V. JOANNES in ſynodo Lateranenſi ſub Martino I. an. 649 *Vico-Sabinas* deſcribitur. Hunc Joannem Foronovanum fuiſſe Epiſcopum ex eo conjicimus, quod jam Curium urbe deleta à Barbaris ſedes hæc à M. Gregorio Numentanæ unita, aggregataque fuit, Gratioſo Numentanum Epiſcopatum moderante, qua de re ipſius Gregorii viſitur Epiſtola lib. 3. Epiſt. 20. edit. Monach. Mirum ſane, quod eruditus vir Dominicus Macri in ſuis obſervationibus de Sabinenſi Epiſcopatu ad Eminentiſſ. Card. Brancatium relatis in laudata Diſſertatione de optione ſex Epiſcopatuum p. 77. cenſeat Joannem hunc Curium fuiſſe Epiſcopum, ex eo deducens, quod in prænotato Concilio cum denominetur *Epiſcopus VicoSabinatis Eccleſiæ*, deſumatur à Cures, quod Vicus tunc temporis ea urbs evaſerit, minimè advertens, quod infra & ipſe expreſſit, Curienſem videlicet ſedem jam penitus deſertam Numentanenſi a M. Gregorio unitam fuiſſe, è qua ad hoc idem Concilium Martini I. prodierat Sapientius à nobis in Numentanis enumerandus. Veroſimilius, & indubitanter affirmaſſet Joannem ſe intitulaſſe Vico Sabinatem Epiſcopum à *Colle de Vico* loco Eccleſiæ S. Euthymii Forinovi contermino, ubi tunc ſe recipere conſueverant hi Epiſcopi. Decipitur inſuper aſſerendo tunc temporis, anno videl. 649. unicum fuiſſe totius Sabinæ Epiſcopum. Numentanus enim in eodem Concilio cum Joanne legitur, & Numentana ſedes uſque ad decimum Chriſtianæ ſalutis ſæculum proprium ſe habuiſſe teſtatur Paſtorem, ut in Numentanis videbimus.

VI. MARTIANUS, ſeù *Martianus* Eccleſiæ Sabinenſis Epiſcopus in Concil. Rom ſub Gregorio II an. 721. ut ibi legitur, licet in præfatione, cum enumerantur præſentes Patres ſcribatur, *Martiano Gabinate*, ſed correctio *Sabinats* eloquitur.

VII. TONFO in Rom. Concil. an. 743.

VIII. ISSA an. 798.

IX. THEODORUS an. 804.

X. SAMUEL an. 826.

XI SERGIUS an 853. & 868.

XII. LEO an. 879.

XIII. GREGORIUS an. 929.

XIV. JOANNES an. 963. Ejus memoria reperta fuit in demolitione vetuſtiſſimi Altaris Eccleſiæ ruralis S. Petri prope oppidum Montis Boni in Sabinis ſub his verbis: *Joanes Epiſcopas Saviacenſi*. Oppidum Montis Boni eſt antiqui juris Fori novi; unde & per ea tempora Foronovanum Antiſtitem Sabinenſem dictum abſolutè cenſemus. Macrus ſuperius adductus hunc Joannem reiicit in an. 900. quo omine ductus ignoramus. Hactenus de Foronovano Epiſcopatu Abbas Lucentius in ſua Italia ſacra reſtricta, & aucta, à quo ſupradicta deſcripſimus. Sed de ſupra relatis Foronovanis Epiſcopis, eoſque ſubſecutis in hac ſede vide Ughellum noſtrum tom. primo in Sabinenſibus.

FREQUENTINUS

EPISCOPATUS

A Bellioenſi unitus, de quo Ughellus tom. 8. col. 284.

FRUSINAS

EPISCOPATUS.

SEptem millia paſsuum ab Hernicorum oppido Ferentino in via Latina ab urbe Roma Caſinum proficiſcentibus occurrit apud Coſam fluvium in colle ſitum propè Verulas perantiquum Vulſcorum oppidum FRUSINO, vetuſtum adhuc nomen retinens, vulgò *Froſinone*. Ejus mentio fit à Silio Italico lib. VII.

—— Detritaque bellis
Sueſſa, atque à dura Fruſino haud imbellis aratro.

& lib. XII.

—— Fert concitus inde
Per jugacelſa gradum, duris quà rupibus hæret
Bellator Fruſino.

& præterea à Cicerone, Livio, Plauto, Strabone, Juvenali, Ptolomæo, Itinerariis, aliiſque antiquis Scriptoribus. Coloniam fuiſſe Romanorum auctor eſt Frontinus in libro de Coloniis. *Fruſino*, inquit, *oppidum muro ductum: ager ejus veteranis eſt adſignatus*. Feſtus verò inter Præfecturas enumerat. Sed præcipua ejus gloria eſt patriam extitiſſe duorum Pontificum, qui in throno Petri ſanctiſſimè univerſo Chriſtiano orbi ſacras leges promulgarunt: & hi fuerunt Hormiſda, atque Sylverius. Hinc æquior conjectura Epiſcopali decore coruſcaſſe hanc civitatem. Et reverà conſtans eſt apud Fruſinonenſes traditio proprium olim habuiſſe Antiſtitem, ſuffragaturque Ferrarius in Lexico geographico. Nulla tamen ex Eccleſiaſticis monu-

men-

mentis à nobis eruitur ſatis perſpecta cujuſquam Fruſinonenſis Epiſcopi memoria. Una tantùm occurrit

I PAPIÆ, qui interſuit anno 503. Romano Symmachi Papæ Concilio, corrupto vocabulo *Friſſonenſis* Epiſcopi, ubi *Fruſinonenſis* legere, & Papiam huic ſedi adjudicare non veremur.

Floret autem adhuc Fruſino, bis mille & amplius enumerans cives, cui non modicum ſplendorem adfert, qui inibi reſidet, Romanus Præſes pro Pontificio jure in univerſam Campaniæ Provinciam Eccleſiaſticæ ditionis.

FVRCONIENSIS

EPISCOPATUS.

FURCONIUM nobilis olim Veſtinorum, ſeu cum Cluverio mavis, Sabinorum urbs, quaſi *Forum Conii* dicta, octo millia paſſuum infra Amiternum apud dexteram Aterni ripam ſtetit ex adverſo Aviæ, quæ hodie citato Cluverio eſt Aquila, tria inde millia paſſuum diſſitæ, cujus ruinæ & hodie vulgò dicuntur *Furcone*. Non adeò tamen vetuſtam fuiſſe civitatem ex eo conjici poteſt, quod nulla apud antiquos Scriptores ejus reperiatur mentio. Ignobilem antea vicum poſt Romani ſolummodo Imperii excidium in non ſpernendæ urbis amplitudinem excreviſſe arbitror, cum in tot Romanis Conciliis ante ſæculum Chriſti ſeptimum habitis nuſpiam occurrat Furconienſis Epiſcopi nomen. Utcumque tamen res ſe habeat, cum fortiſſimos milites per varia tormenta Amiternum tranſmiſit ad Cœlum, ex eadem cohorte proximè inſecuta die 25. Julii Florentium, & Felicem Furconii ſuum agonem feliciſſime compleviſſe habemus in Martyrologio Romano. Epiſcopi, qui huic antiquæ Eccleſiæ olim præfuerunt, proximè Romano Pontifici ſuffragabantur, ut teſtatur Baronius in notis Martyrologii ad præfatum die 25. Julii, & non Furconienſes modo, ſed etiam quandoque appellebantur S. Maximi a Furconienſis Cathedralis Sancto titulari. De iis agit Ughellus noſter tom. 1. ubi de Aquilanis Præſulibus, col. 375. & ſequentibus, è quo hanc ſeriem unico tantum adauctam Epiſcopo hic exhibemus.

I. FLORUS adſuit Concilio Romano ſub Agathone Pontifice an. 680.

II. JOANNES effulſit in Concilio Romano contra Anaſtaſium presbyterum an 853. & in altero an 861. contra Joannem Ravennatem Archiepiſcopum, cujus acta ex clariſſ. Bacchinio retulimus in hujus operis tom. 2. in Ravennenſium ſerie.

III. CESUS Epiſcopus S. Maximi nuncupatus, quo ſedente Otho Imperator ipſi Ceſo, ejuſque ſucceſſoribus, & Furconienſi Epiſcopio in obſequium S. Maximi pleniſſimè attribuit an. 956. totum Furconienſem Comitatum. Diploma refertur ab Ughello loco citato.

IV. GUALDERICUS, ſeu Waldericus memoratur in Chronico S. Vincentii de Vulturno, & in actis S. Mariæ Apinianici an. 968. & 970.

V. ODORISIUS an. 1095. conſecravit Eccleſiam S. Mariæ de Aquila, ut ex ſubjecto documento a Maſſonio in Origine urbis Aquilæ prolato.

In nomine Domini Jeſu Chriſti. Anno ab Incarnatione ejus milleſimo nonageſimo quinto. Indictione XIII. primo nonas Octobris. Eccleſia B. Mariæ de Aquila ab Odoriſio venerab. Furconenſi Epiſcopo, cum duobus altaribus uno inferius, & altero ſuperius, dedicata eſt. In quibus altaribus recondita ſunt reliquiæ de ligno ſanctæ Crucis, de veſtimento Virginis Mariæ. S. Joannis Baptiſtæ, S. Gregorii Papæ, S. Felicis Papæ, S. Stefani protomartyris. S. Paulinæ, S. Chriſtinæ Virginis, & aliorum Sanctorum, quorum nomina Deus ſcit. Sub dominio Eccleſiæ Furconenſis.

Verum ex Indictione XIII. putat Papebrochius in Actis Ss. Junii tom. 2. pag. 608. excidiſſe deſcribenti inſtrumentum iſtud, verbum *centeſimo*, intelligendumque annum MCXCV. alias enim ſolum fuiſſet numeranda Indictio III. quæ incidit in an. 1095. Componendæ igitur Epochæ vel additione numeri C. annis Chriſti, vel detractione numeri X. ab Indictione.

VI. BERARDUS caſtellum Collepaidonis in ſua diœceſi ædificavit de conſenſu Rogerii regis, a quo Caſale S. Euſanii accepit an. 1147. quæ ſubinde donatio ad petitionem ſequentis Joannis confirmata fuit ab Innocentio III. an. 1204 Innocentii diploma legitur apud Ughellum loco cit. col. 378. Interfuit Berardus an. 1156. conſecrationi Eccleſiæ S. Victoriæ in Tribulana regione, & an. 1157. novæ Reatinæ Cathedralis cryptæ, ut ex Reatinorum Antiſtum ſerie tom. 1. col. 1200. Vivebat adhuc an. 1187. quo ratione feudorum obtulit regi Siciliæ in ſubſidium Terræ Sanctæ milites ſex, & ſervientes duodecim ex reg. Neapolitano.

VII JOANNES è Comitum nobiliſſima Romana gente, Innocentii III. propior affinis, Furconienſium Pontifex erat an. 1204. quo ab Innocentio III. omnium privilegiorum pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis confirmationem obtinuit ex diplomate apud Ughellum loco cit. col. 378. deinde eodem decernente Innocentio ad Peruſinum thronum translatus eſt an. 1208.

VIII. ANFUTUS, ſeu Anfultus florebat an. 1208.

IX. THEODORUS an. 1220. ſententiam tulit ad ſavorem Epiſcopi Reatini contra Abbatem S. Sylveſtri de Petra Battuta ex tabulario Reatino.

X. S. RAYNERIUS obiit miraculis clarus circa an. Dom. 1225 Ejus natalis agitur die 30. Decembris ex Martyrologio Romano.

XI. THOMAS electus Furconienſis legitur ex Capellano, & Subdiacono Apoſtolico an. 1225. Hic an. 1226. concedit B. Placido Eremitæ Camaldulenſi facultatem conſtruendi Monaſterii in territorio de Ocra, ut apud Ughelium tom. 6. col. 722.

XII. BERNARDUS ſeu *Berardus* de Padula Raynaldi de Comitibus, qui poſtea fuit Papa Alexander IV. conſanguineus, huic præpoſitus eſt gregi 10. Kal. Junii 1252. Hic fuit ultimus Furconienſis Epiſcopus, ſiquidem cum Amiternenſis populi Epiſcopalis dignitas jam excidiſſet, Furconiique incolæ paulatim deficientes in Terram Aquilæ ex Amiterni, Furconiique ruinis in dies excreſcentem abirent, factum eſt, ut Alexander IV. ſuppreſſa Furconienſi Cathedrali, nobiliſſimam Terram Aquilæ in Civitatem erexerit, & ad eam dignitatem Epiſcopalem transtulerit, totamque Furconienſem diœceſim una cum Amiternina novo Aquilenſi Epiſcopo ſubjecerit. Alexandri Bullam habes in tomo primo col. 380.

G A B I N U S

EPISCOPATUS.

GABII, nobilis quondam Latii Civitas, nunc ſola veteris celebritatis fama ſpectabile nomen, bellorum omnia proruentium ſævitie adeò interiere, ut hodie locus, ubi ſteterint, varié à doctis viris indigitetur. Sunt qui velint, ibi olim fuiſse hanc urbem, ubi modò exſurgit oppidum Columna, alii ubi Gallicanum, nonnulli ubi Zagarolum, Cluverius ubi l'*Oſteria del Finocchio*, reliqui ibi nunc locus *Campo Gabio* dictus. Demum clariſſimus Holſtenius Gabios credit fuiſse haud longè à diverſorio paludis circa Olam fluvium in iis collibus, ubi nunc Caſtelli S. Juliani rudera conſpiciuntur ad ſinistram viæ Præneſtinæ Roma euntibus Præneſtem. Illud certe conſtat ex Appiano, atque Strabone auctoribus Gabios medio fermè fuiſse tinere inter Romam, & Præneſtem, duodecim circiter milliaribus utrinque diſſitos. Condita dicitur à Solino hæc civitas à Bio, & Galatio Siculis fratribus; eam deinde Reges Albani plurimùm adauxere, ubi conſcio, & alimenta præbente Numitore nutritos ajunt Romulum, & Remum, ac ſecretò literis, omnique liberali diſciplina ibi inſtitutos, atque excultos fuiſse teſte Pompejo Feſto. Fuit autem antiquiſſimis illis temporibus adeò valida, ac præpotens, ut Tarquinius Superbus, cum jam omne priſcum Latium ſubegiſset, hanc vi expugnare nequiret, unde ad dolos fraudeſque converſas ſimulato à Sexto ejus filio transfugio illam tandem arte minimè Romana in poteſtatem redegerit. Coloniam eò deinde à Romanis fuiſse deductam probare nititur ex antiquo lapide, qui Zagaroli extat, Onuphrius Panvinius, his verbis.

CN. ARRIO. CN. F. PUB. AXIMIO
PATRONO. ORDIN. ET. COLON.

Municipium appellat Cicero Orat. pro Plancio, & Philip II. Ab hac urbe nomen accepit via Gabina, & Cinctus Gabinus, celebris apud Romanos habitus uſurpari ſolitus ab Conſulibus non ſolum honorem ineuntibus, verum etiam bellum indicturis, item ab exercitu pugnaturo, ab ſacerdotibus, & ævo poſteriori ab Imperatoribus. Inſigne pariter apud Gabios Junonis Argivæ delubrum habebatur, unde Virgilius Æneid. lib. VIII.

Quique altam Præneſte viri, quique arva Gabinæ
Junonis, gelidumque Anienem, & roſcida rivis
Hernica ſaxa colunt.

Mentionem præter citatos auctores fecere Gabiorum Varro, Ovidius, Diodorus, Dionyſius, Maximus, Lucanus, Itineraria, Plutarchus, aliique. Sub Auguſti Imperio è prateritis civilibus bellis plurima ſui parte ita deſerti remanſerant, ut Horatius lib. I, Epiſt. XI. cecinerit:

Scis, Lebedus quam ſit Gabiis deſertior, atque
Fidenis vicus.

Et Propertius lib. IV. eleg. I.

Quippe ſuburbanæ parva minus urbe Bovillæ;
Et, qui nunc nulli, maxima turba Gabj.

Verum deinde populo rurſum aucti, ac reſerti priſtino ſplendori reſtituti ſunt, meruerunque urbem

A illuſtrante Evangelii lumine propriis Epiſcopis decorari. Hos nonnulli confundunt cum Eugubinis Umbriæ, Gravinenſibus Apuliæ Peucetiæ, & etiam Sabinenſibus, ſuaſi ex diverſa forma ſcribendi, nuncupandique in ſacris Conciliis eorum nomina; nos Gabinenſi Cathedræ ſequentes adſcribimus.

I. ASTERIUS Gabinas Epiſcopus interfuit Romano Concilio ſub Hilaro Papa an. 465.

II. ANDREAS *Gabinate* ſedit inter Patres Romanæ ſynodi ſub Felice III. an. 487.

III. MERCURIUS *Gabinas* deſcribitur in Romanis Symmachi Conciliis an. 501. & 504.

IV. MARTINUS *Gavinas* præſens fuit in Concilio Lateranenſi Martini Papæ an. 649. Gravinatem illum cenſet clariſſimus Ciampinus teſte Abbate Lucentio in ſua Italia ſacra reſtricta, & aucta.

V. MARTINIANUS, aliis *Marcianus Gabinate* ſubſcripſit Concilio Romano an. 721. Hunc
B inter Epiſcopos Sabinæ Foronovanos recenſet Ughellius tom. I. col. 157. & Lucentius ſupra in Foronovanis. Res eſt incomperta.

VI. NICETAS *Gabinate* habetur in Concilio Romano an 743. ubi cum diverſimodè Codices ſcribant, alii *Gabienſe*, & alii *Gubinate* hinc ſuſpicandi aliquibus occaſio, quod Eugubinus Epiſcopus fuerit. In Concilio item Romano an. 745. dicitur *Niceta Gabiis*.

VII. GREGORIUS, ſive *Georgius* elicitur è ſynodo Romana an. 826. Hunc etiam Sabinenſibus perperam adſcribit Ughellus loco citato, ut ibidem cum Abbate Lucentio adnotavimus.

VIII. PETRUS præſens fuit in Romano Concilio an. 853. & in altero an. 861. contra Joannem Ravennenſem Archiepiſcopum à nobis tom. 2. in Ravennatibus relato, ubi corruptè appellatur *Petrus Gabo*. Item Petrus *Gavenſis* ſubſcripſit an. 868. quartæ Conſtantinopolitanæ ſynodi condemnationi. Ad hunc extat inſcriptus Anaſtaſii Bibliothe-
C carii in paſſionem Sanctorum 1480. martyrum prologus in Mabil. Itinerar. Ital. tom. I. par 2 pag. 80.

IX. LEO Gabienſis Epiſcopus erat in Romanis Conciliis an. 876. & 879. Hic quoque ab Ughello inter Sabinenſes enumeratur, & à Lucentio inter Foronovanos.

Deperditur deinde Gabinenſium Antiſtitum memoria: locus nunc eſſe cenſetur in diœceſi Præneſtina.

GALLESIANUS

D

EPISCOPATUS.

GAlleſium non admodum antiqua civitas, cujus nulla apud veteres Scriptores mentio reperitur præterquam apud Anonymum Ravennatem ſæculi VII. ut videtur Placido Porcheron, qui illum edidit, Scriptorem, poſt Romani imperii excidium ex vicinarum urbium ruinis orta, ut licet conjicere, ſæculo circiter Chriſti ſexto, ad eam amplitudinem devenit, ut proprio Epiſcopo condecorari meruerit. Cum Falaritana urbe ſunt qui illam confundant, ſed facile arguuntur ex Epiſcoporum præſentia in ſacris Conciliis, in quibus eodemet conſeſſu reperiuntur deſcripti, ut accidit annis. 826. & 853. Galleſienſis, & Falaritanus Antiſtites. Diutius floruit hæc Pontificalis cathedra, sed decreſcente civitatis fortuna ipſa quoque cœpit inareſcere, &

defi-

deficiente jam cenſu, aliiſque calamitatibus preſſa, & jam vacua ſeſſore, ab Alexandro IV. Civitatis Caſtellanæ ſedi unita tandem fuit. Reſtituit illam quidem propriæ civitati ſummus Pontifex Pius IV. ſed brevi divortio, nam vix defuncto novo Galleſiano Antiſtite iterum ad priſtinam redire unionem compulſa eſt. Inclaruit præcipuè Galleſium adventu Ciſtercienſis Monachi, qui cum totius ferè orbis ſacra loca viſitaſſet, Romam veniens, è longinquo ubi ſanctam urbem primo conſpexit, pronus in terram eam illico ſalutavit. Galleſium deinde divertit, ibique ſubſtitit, fractuſque jejuniis, vigiliis, itineribus, & laboribus die 8. Auguſti ad cœtus Angelorum tranſiit. Vivens, ac poſt obitum ea miraculorum frequentia enituit, ut ad ſui venerationem omnes populos alliceret. Quare Adrianus IV. tantæ ſanctitatis fama permotus anno primo ſui Pontificatus eum ſanctorum albo adſcripſit & à fama Famianum appellavit, qui antea Quadrus nominabatur. Corpus ſervant Galleſiani, eique templum ſacrum habent. Fons adhuc ibidem perdurat, quem æſtivo tempore è ſilice virga hauſit Famianus, eademque ejus in obſequium ibi indulgentia peccatorum fruuntur fideles ex largitate ſummorum Pontificum, quæ olim divinitus in ædicula Aſſiſienſi S. Mariæ Angelorum conceſſa fuit. Galleſii quandoq; commorati ſunt Aſcetæ ea Ciſtercienſi familia, qui inde abſceſſere redituum inopia labefactati. Galleſium non ignobile nunc oppidum, & Ducatus titulo gentis Altempſiæ inſignitum, viſitur in Provincia Patrimonii S. Petri inter Hortam, & Civitatem Caſtellanam, à Tiberi non longe diſſitum. Frequens in eo, & devotus Clerus divina moderatur. Tribus exornatur cœnobiis, quorum unum eſt ſacrarum Virginum, alterum fratrum Eremitarum S. Auguſtini, tertium Capuccinorum, & bis mille circiter incolas habet. Excipe tandem Galleſianos Epiſcopos, qui in Romanis Synodis recenſentur, quandoquidem cæterorum periit memoria.

I. DONATUS *Gallenſis* Epiſcopus deſcribitur in Romano Concilio an. 826.

II. DOMINICUS *Gallienſis* dicitur in Concilio anni 853. *Callifinus* verò appellatur in Rom. Concilio an. 861. quod ex cl. Bacchinio tom. 2. in Ravennatibus retulimus.

III. STEPHANUS *Galliſanenſis* in cauſa IV. Concilii Conſtantinopolitani ſubſcripſit an. 868.

IV. THEODORUS *Gallienſis* Epiſcopus numeratur inter Patres Concilii Ravennatis an. 877. & Romani an. 879.

V. JOANNES Galliſanus in Synodo Romana Joannis Papæ IX. in qua acta Stephani Papæ VI. contra Formoſum habita reſciſſa ſunt, anno 898. juxta Pagium, veniam deprecatus eſt, quod Synodo contra Formoſum interfuerit coactus. ex actis apud Mabil. Itiner. Ital. tom. 1. par. 2. pag. 88.

VI. JOANNES *Gallucenſis* Antiſtes adfuit Conciliabulo coadunato contra Joannem XII. an. 963. redit proxime inſecuto anno in Romana Synodo *Galleſiana* Eccleſiæ Epiſcopus dictus, *Galiſana* verò in Concil. Rom. an. 969.

VII. HUGO *Gallienſis* habetur in Concilio Rom. an. 1059. Plures deſiderantur deinceps hujus ſedis Antiſtites, quorum nomina deperiere. Conſtans eſt traditio, & ex Civitatis Caſtellanæ monumentis decerpitur, nonniſi anno 1252 eam unitam fuiſſe Civitati Caſtellanæ, qua in unione trecentis fere annis permanſit, donec Pius IV. illam denuo reaſſumpſit ad propriam dignitatem Epiſcopalem, eique eſt attributus in Epiſcopum an. 1562.

VIII. HIERONYMUS Garimbertus, nobilis Senenſis, qui morte ſublatus hoc promeruit cœnotaphium in Lateranenſi Patriarchio, cujus Vicariatum geſſerat.

Hieronymo Garimberto Senenſi, Epiſcopo Galleſiano, hujus Baſilicæ Vicario, nato ad res agendas, & bene de hominibus merendum, virorum Principum gratiam adeò promerito, ut in diverſarum partium ſtudia æquam fidei & probitatis famam ſemper retinuerit. Vixit an. LXX Obiit 10. Kal. Decembris MDLXXV. Joannes Franciſcus Garimbertus Patruo Optimo Poſ.

Eo defuncto ad Civitatis Caſtellanæ Paſtorem iterum redire Galleſiana Eccleſia ob ſui pauperiem compulſa fuit, quem uſque modo veneratur. Atque hæc de Galleſiano Epiſcopatu paucis immutatis, & nonnullis additis deſumpſimus ex Abbatis Lucentii Italia aucta, atque reſtricta.

GEOFANENSIS

EPISCOPATUS

GEOFANUM (Jovis Fanum appellant) oppidum eſt ditionis Marchionis Vaſti in Principatu Citeriori, in cujus agro pagus Gauri extat, diœceſis Acernenſis, patria Lucæ Gaurici Aſtronomi, & Poetæ præſtantiſſimi, qui Civitatenſi infula floruit anno 1558. Is Clementis VII. gratiam aſſecutus obtinuit a Pontifice, ut oppidum Jovis Fani in Epiſcopatum erigeretur die 6. Maii 1531. ſub Metropoli Salernitana. Separatum igitur fuit Gaurum à diœceſi Acernenſi; princeps Eccleſia in Cathedralem erecta cum dignitatibus, & Canonicis, & aſſignatione territorii ad jus divinum dicendum, & dote 300. ducatorum monetæ Regni ſuper introitibus Domini in temporalibus, ſicque erectus fuit Geofanenſis Epiſcopatus, eique attributus primus Epiſcopus

I. INNICUS Davolos, Epiſcopus Aquinas, Monachus Olivetanus, ea conditione, ut per ſex menſes altera dignitate ſe abdicaret, alteram tantum retenturus: qui ſibi conſulens magis, quam patriæ Geoſanenſem dimiſit, eique ſubrogatus eſt Adminiſtrator

II. HIPPOLYTUS Cardinalis Medices die 6. ejuſdem anni.

Verum cum ad tuendam Epiſcopi dignitatem redditus pares non eſſent, Pontificalis dignitas interiit, & Gaurum ad Acernenſem, & Geoſanum ad Salernitanum Antiſtites redierunt, & ea, quæ Cathedralis erat, titulum Collegiatæ ſervavit Eccleſiæ.

GRAVISCANUS

EPISCOPATUS.

INter Minionem, & Martam antiqua in primis fuit urbs Etruriæ Vellejo, ac Tabulæ Itinerariæ ſingulari numero GRAVISCA, Livio autem, cæteriſque Scriptoribus antiquis GRAVISCÆ dicta: ejus ſiquidem mentionem faciunt etiam Virgilius, Strabo, Mela, Plinius, Silius, Ptolomæus, ac Rutilius, his verſibus:

Paul-

Paulliſper litas fugimus Minione vadoſam,
Saſpectio trepidaat oſtia parva ſolo.
Inde Graviſcarum faſtigia rara videmus;
Quas premit æſtivæ ſæpè paludis odor.

E' quibus patet urbem fuiſse littoralem. At ita funditus interiit, ut veſtigium ejus indicari nequeat, pleriſque id oppidum nunc interpretantibus, quod viginti amplius millia paſsuum à Centumcellis verſus Occaſum vulgo dicitur *Monte Alto*, quibuſdam verò id, quod medio itinere vocatur *Corneto*. Illos tamen erroris maximè convincunt Itineraria inter Minionem, & Martam Graviſcas referentia; utroſque verò ſitus etiam longius à mari, & in editis collibus, cum omnes veteres Geographi non in Mediterraneo, ſed in ipſo maris ponunt littore id oppidum. Ibi igitur fuere Graviſcæ, ubi infra Cornetum ad mare apparent exciſæ civitatis veſtigia. A' gravitate verò aeris (erant enim ſitæ in humili ac paluſtri loco) Graviſcas appellatas tradit Cato apud Servium in Virgilii Æneidos lib X. Coloniam huc Romanorum deductam fuiſse teſtantur Livius, atque Paterculus M. Bæbio Pamphilo, & P. Cornelio Cethego Coſs. anno ab urbe condita 471. Strabonis autem tempore jam defeciſse, ac exiguum fuiſse oppidum oportet, cum illas lib. v. *oppidulum* vocet. Adhuc tamen quinto Chriſti ſæculo jam elapſo aliquam civitatis ſpeciem præſetulere, cum proprios habuerint Antiſtites.

I. ADONIUS ſiquidem Graviſcæ Epiſcopus interfuit Romano Concilio an. 504. celebrato.

Noviſſimum deinde paſſæ cum fuiſsent diſcrimen, locus in Viterbienſis Præſulis jura devenit.

GRUMENTINUS

EPISCOPATUS.

GRUMENTUM mediterranea, ac antiqua Lucaniæ ad Acirim fluvium quondam civitas, nunc parvum caſtrum eſt vulgo *Agromento* nuncupatum, decem circiter milliaribus à maris Tarentini ora diſtans, non procul a Turſo oppido, ubi ſedem habere ſolet Angionenſis Epiſcopus. Conſpiciuntur hactenus Grumenti diruta mœnia, in ejuſque agro inventa quoque fuerunt elephantorum oſſa, victoriam, ut reor, teſtantia, quam ea Hannone Pœno retulit ad Grumentum Ti. Sempronius, ut narrat Livius lib. 23. Grumenti memoria adhuc ſervatur in veteribus ſcriptoribus Livio, Plinio, Itinerariis, Macrobio, aliiſque. Fidem jam antea à Grumentinis ſuſceptam cum cæteris hujus Provinciæ locis Apoſtolorum temporibus ſuo ſanguine irrigavit S Laberius tertio ineunte ſalutari ſæculo. Quare cum triumphantem fidem apud Grumentinos inſpexiſſet Damaſus Romanus Pontifex, eiſdem primum dedit Epiſcopum, & Grumenti Epiſcopalem cathedram erexit; quæ manſit ibi nitidiſſimè uſque dum Grumento in ſuo vigore ſtetit: cecidit que ſemel, & iterum barbarico Sarracenorum furore propulſatum, & Epiſcopalis dignitas in unum coivit cum Marſicenſi circa an. 1060. aut non multò poſt Apoſtolica auctoritate Marſicenſi conjuncta fuit: & id contingere potuit Alexandri II. vel Honorii II. ſummorum Pontificum temporibus, cum plures per Italiam Eccleſiæ ad majorem Epiſcopalis dignitatis nitorem per ea tempora conjunctæ fuerint, ut adnotat Ughelius noſter tom. 7. in Marſicanis Epiſcopis. Fuiſſe verò Grumentum olim civitatem Epiſcopalem docet Pelagii II. apud Yvonem in Decret. par. 6. c. 112. reſcriptum Juliano Epiſcopo Grumentino, & S. Gregorius Magnus regeſt. lib 12. ep. 42. edit. Monach. Grumentinæ parochiæ meminit; Gelaſius verò Pontifex mentionem facit in Decret. par. 2. cauſa 11. q. 1. can 9 & 10. Archidiaconi Eccleſiæ Grumentinæ, à quo ſe oppreſſos dicebant Sylveſter, & Fauſtinianus ejuſdem Eccleſiæ Clerici. Coluere ut præcipuum patronum Grumentini S. Laverium, eique nobilem erexerunt baſilicam, ubi diu quievit S. Martyris corpus; quod, cum devaſtatum fuit Grumentum, partim Acheruntino, partim Satrianenſi ceſſit Epiſcopis, in quorum Eccleſiis venerabiliter aſſervatur. Extat adhuc S. Laverii Eccleſia eo in loco, ubi antiqua erat, reædificata à S. Luca cœnobii Carbonenſis archimandrita circa an. 963. & ibi columna viſitur, ſupra quam ſacer athleta decollatus fuit. Ipſius acta deſcripſit Robertus de Romana Diaconus Saponariæ an. 1162 quæ exſcribit Ughellus loco citato. Tamen non facile aſſentior iis, quæ ibi de ſæviſſimo furore M. Conſtantini diverſis pœnis Chriſti famulos laniantis recitantur. Et ad horum ſaniorem intelligentiam adeat Lector Baronium in notis ad Romanum Martyrologium ad diem 25. Auguſti: ubi corrigitur error de ejus infidelitate, & indignatione in Chriſtianos. Qui verò in Grumentina ſede claruerunt Epiſcopi, nonnulli ex antiquis monumentis excerpti ſunt, qui ſequuntur.

I. SEMPRONIUS Atto, Grumentinus civis, primuſque ſuæ patriæ pontifex ordinatus circa an. 370 à S. Damaſo Papa in obſequium S. Martyris Laverii, ad cujus ſacrum corpus miraculis ſplendens undequaque fidelium turbæ convolabant. Sempronii Præſulatu admodum crevit proventibus, & ornatu B. Laverii Eccleſia. quod & continuatum legimus in actis præfati martyris ſuccedentibus deinde aliis Grumenti Epiſcopis, quorum nomina, geſtaque perierunt.

II. JULIANUS Patoma, ut ex præfatis actis deſumitur, præfuit maximo cum progreſſu Eccleſiæ S. Laverii, cum eſſet ſacræ ædis cuſtos Latinus de Theodora, qui ob inſignem doctrinam, & vitæ ſanctitatem ad Epiſcopatum Marcellianenſem poſtulatus fuit. Extant hac de re Pelagii II. Papæ literæ ad ipſum Julianum ſcriptæ circa an 580. quæ habentur in textu decret. 1. p. diſt. 63. c. 14 in hunc modum.

Pelagius Papa Julio Epiſcopo Grumentino.

Litteras charitatis tuæ ſuſcepimus, quibus ſignificas Latinum diaconem tuum ad Epiſcopatum Eccleſiæ Marcellianenſis à Clero, & omnibus, qui illic conveniunt, poſtulari. Hoc itaque dicimus, ut ſi omnes eum eligunt, & vis eum concedere, gratum nobis eſſe cognoſce, & ſi poteſt, ante diem ſanctum feſtinet occurrere, ut vel ſabbatho ipſo noctis magnæ poſt baptiſmum cum Dei gratia valeat ordinari.

III. RODULPHUS Alanus poſt Julianum in actis allegatis recenſetur; vir magnificus, & Antiſtes digniſſimus, quo ſedente, & ſimul ſatagente mirum in modum egregii martyris Eccleſia fuit exornata, & miniſtrorum cultus auctus. His tribus Epiſcopis inchoat Ughelius tom. 7. Marſicanorum Antiſtitum ſeriem.

Deperditur deinde omninò Grumentinorum Præſulum ſeries, elapſiſque plurimis annis contigit miſerabile Grumenti excidium Sarracenis, Barbatiſque ſemel & iterum irruentibus.

HERACLEENSIS

EPISCOPATUS

INter maritimas urbes, quas Italiam invadentibus Barbaris veteres Provinciæ Venetæ cives cundidere, non fuit poſtremi nominis HERACLIA, ſeù HERACLEA. Opiterginos eam ſeptimo ſalutis ſæculo jam adulto exædificaſſe conſtans eſt Scriptorum aſſertio, cum enim deletam à Rothari Longobardorum rege patriam deſſerent Opiterginorum Primores, reliquorum Venetorum exemplum imitati, & ipſi D Magno eorum Epiſcopo authore ad æſtuaria ſe conſerentes urbem hanc an. 638. conſtruxerunt in ora Adriatici maris, ubi Plavis amnis ſe exonerat, & ab Heraclii Imperatoris tunc temporis Imperii habenas moderantis nomine Heracleam dixerunt, Severino totius Eccleſiæ Pontificatum ſuſtinente. Hujus primordia civitatis ita deſcribit noſter Dandulus in Chronico. *Tunc Magnus, vir ſanctus, & loci catholicus Epiſcopus cum devota plebe ad contigua maritima veniens civitatem conſtruxit, quam ab Imperatore Heracleam vocavit, & Eccleſiam Cathedralem ſub nomine S. Petri Apoſtoli Deo dicavit, & authoritate Severini Papæ, & Primogenii Patriarchæ collaudatione plebis in eadem ſedem ſuam perpetuò locavit.* Non vulgaris exinde nominis evaſit, cum ex tot Inſulis, quæ Venetum conſlsbant dominium, hæc principem locum obtinuerit, ſedeſque fuerit primorum noſtræ gentis Ducum, Paulutio Anafeſto, ejuſque ſucceſſoribus, Heracleanis civibus, ex ea cæteris Reipublicæ civitatibus jura, legeſque præſcribentibus ad annum circiter 740. quo Ducalis thronus Methamaucum translatus eſt. A' Pippino Caroli Magni filio Venetos terra, marique invadente capta, non diù poſt Gallis à Venetis, qui relicto Methamauco, in Rivum altum confugerant, pro libertate acerrimè dimicantibus ad internecionem cæſis, antiquis Dominis, pace ſancita, reſtituta eſt. Non deſunt tamen, qui ſcribant, à Pippino Heracleam fuiſſe everſam: aliis ejus excidium in factioſas eorummet Venetorum partes reiicientibus: unde ſic ſcribit Dandulus in Chronico. *Per idem tempus Heracliana civitas, de qua fugati Duces originem duxerant, in eorum odium, & contemptum à Venetis in ſolitudinem redacta eſt; vel, ut plurimi referunt, Pippinus rex Italiæ juſſione patris, qui a Fortunato Patriarcha de Venetis male informatus fuerat, Venetos bello devicit, & hanc urbem, in qua Nobilium Venetorum maxima pars degebat, abjecto fœdere deſtruxit.* In ejus deinde locum aliam urbem non diù poſt excitarunt Veneti, quam Civitatem novam placuit appellare, ut ſupra diximus, cum de Cittanovano Epiſcopatu diſſeruimus. Porrò per brevem licet Heracleæ ætatem cum non deſuerint plures Epiſcopi, qui ejus ſacra moderarentur, omnium tamen evanuit memoria, ſi excipias

I. S. MAGNUM, qui relicto Opitergio novam urbem condendi author fuit, eoque Cathedram Epiſcopalem invexit, ut diximus in Opiterginis.

HERDONITANUS

EPISCOPATUS.

HERDONIA, ſeu, ut aliis placet, omiſſa adſpiratione *Erdonia*, urbs fuit Apuliæ Dauniæ, ſatis quondam ampla, hodie penitus exciſa inter Aſculum urbem, & Ceriniolam oppidum, ubi nunc diverſorium viſitur, locuſque adhuc vulgò *Ardona* appellatur, inter Cerbarum, & Carapellam fluvios, ut advertit Lucas Holſtenius. Malè igitur Cluverius in Italia antiqua, eumque ſecutus Philippus Brietius in Parallelis geographicis veterem Herdoniam *la Cedogna*, ſicuti & Marius Niger *Cerignola* indigitant. Herdoniæ meminere Strabo, Appianus, Plinius, plurieſque Livius, ac Itinerariæ tabulæ. De ea Silius lib. VIII.

Et quos aut Rufræ, aut quos Æſernia, quoſve
Obſcura incultis Herdonia miſit ab agris.

Clara fuit Romanorum clade, qua ab ea non procul Cn. Fulvium Proconſulem Annibal affecit; à quo deinde concrematam, omni multitudine Metapontum, ac Thurios traducta, fuiſſe narrat Livius initio lib. XXVII. Quis autem in hac civitate primus fuerit, qui Evangelii lucem diſſeminaverit, incompertum eſt: creditur tamen ex illis primis Apuliæ urbibus eſſe, quæ ab Apoſtolicis temporibus fidem Chriſti amplexæ ſunt. Eam ſemel inibi diſſeminatam ſudoribus ſuis, pietate, ac zelo coluerunt ſanctiſſimi Præſules, qui Herdonitana in cathedra ſederunt. Eorum nomina ſæculorum ingluvies abſorbuit, ſi duorum demas, quæ temporis edacitas haud potuit abſumere. Ii verò ſunt

I. S. LEO, qui primus dicitur datus Herdonitanis Antiſtes. Ordonæ adhuc viſitus Eccleſia ejus nomini ſacra, ibique ſancti titularis dies feſtus celebratur 12. Januarii.

II. SATURNINUS Herdonitanus ſubſcripſit an. 499. Romano Symmachi Papæ Concilio.

Porrò deſtructa à fundamentis Herdonia, Eccleſia, & dignitas Epiſcopalis Aſculano Pontifici obvenit, qui jamdiù Aſculani, & Ordonenſis Epiſcopi titulum uſurpavit.

HISPELLAS

EPISCOPATUS

INter Umbriæ civitates haud poſtremi nominis fuit HISPELLUM, hodie vulgò *Spella*, in ameno colle tria millia paſſuum à Fulginio Peruſiam verſus diſtans. Detracta adſpiratione *Iſpelum* vocat Ptolomæus, dupplici L *Iſpellum* Strabo, Juvenalis vero fœminino genere *Hiſpellam*. Ejus præterea mentionem faciunt Plinius, Silius, Hyginus, ac antiquæ Inſcriptiones. Coloniam fuiſſe Romanorum Plinius teſtatur lib. 3. cap. 14. *Intra*, inquit, *flumen Æſis, Metaurus fluvius: coloniæ, Fanum Fortunæ; Piſaurum, cum amne: & intus Hiſpellum, Tuder.* Variis deinde agitatum bello-

rum

rum procellis, & ſi non penitùs convulſum, antiquæ tamen amplitudinis, ac ſplendoris non parum amiſit. Noviſſimè à Philiberto Arauſiorum principe, Caroli V. Cæſaris Legato, direptum fuit, ac à Paulo III. Pontifice Maximo mœnibus nudatum. At furentis belli ſævities non valuit omnem fulgentiſſimæ civitatis faciem extinguere, veterem ejus magnitudinem indicantibus adhuc theatro, reliquiſque antiquæ magnificentiæ veſtigiis. Chriſtiana ſacra cum aliis Umbriæ civitatibus ſuſcepit, propriumque obtinuit Paſtorem, quem diù retinuiſſe cenſendum eſt ex tabulis Geographiæ Epiſcopalis veteris Eccleſiæ, in quibus cum de Umbriæ Pontificiis ſedibus agitur, Hiſpellenſis proximè poſt Fulginatem memoratur. Porro Epiſcopi, qui in ea ſederunt, & quorum memoria ad noſtra uſque tempora tranſmigravit, ſequentes ſunt.

I. FELIX, de quo Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ hæc habet. *Felix Epiſcopus Hiſpelli, Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, dum munus Epiſcopale in ea civitate exequeretur, multoſque prædicatione ad Chriſtum perduceret, juſſu Præfecti comprehenſus, ut Chriſto renunciaret, multis cruciatibus afficitur; quos omnes cum admirabili tolerantia ſuperaſſet, nec Chriſtum prædicare deſiſteret, demum cervicibus ferитer datis coronatus eſt.* Ejus dies feſtus ſumma celebritate colitur ab Hiſpellenſibus, qui illum ut patronum venerantur, decimus octavus Maii, quo etiam die nullatenus jus reddi licere cautum eſt priſco Hiſpelli ſtatutorum codice an. Domini 1300. reſtituto. Sacrum Felicis corpus miraculis coruſcans diu jacuit in Eccleſia eidem dicata prope, & extra mœnia Hiſpelli; translatum deinde ad caſtrum Jani haud longe à Spoleto diſſitum quieſcit in templo ejus nomini ſacro Fratrum Auguſtinianorum. Libellum edidit de loco martyrii S. Felicis 4. Venetiis 1720. Thaddæus Donnola, nec non Apologiam pro S. Felice Epiſcopo Hiſpelli 4. Fulginei 1643, ubi Hiſpello vindicat, quem aliqui conati ſunt Spalatenſem Dalmatiæ, vel Accitanum Hiſpaniæ Epiſcopum ſtatuere. Habetur interfuiſſe Concilio, qualecumque illud ſit, Sinueſſano an. 303.

II. S. EPIPHANIUS reperitur in Romana ſynodo ſediſſe à Felice Pontifice coacta an. 487. in qua licet Spoletinus dicatur Antiſtes, tamen membranæ veteres, teſtante Luca Holſtenio, Spellatem faciunt; & aliàs per hæc tempora Epiſcopus erat Spoletinus Amaſius, ut cum Campello adnotavimus tom. 1. in Spolatanis col. 1256.

III. VENERIUS pariter corrupte appellatur *Polenſis* in ſynodis ſub Symmacho, cum Spellenſis fuerit ex Manuſcriptis Vaticanis, Auctore eodem Holſtenio in notis ad Geographiam ſacram Caroli à S. Paulo

Hiſpellum modo haud mediocris civitatis formam præbet; duæ ibi inſignes Eccleſiæ Collegiatæ, una Deiparæ glorioſiſſimæ, altera Levitæ Laurentio ſacra; virorum, Virginumque ſacrarum plura cœnobia, ſeminarium, Hoſpitalia, & alia pietatis contubernia, quæ Hiſpellenſium civium nobilitatum, religionemque eximiam declarant. Hinc prodiere viri, & pietate, & literis clariſſimi; quos inter adnumeratur ex antiqua Hiſpellanorum familia S. Ventura ſanctitate, & miraculis celebris, cujus corpus in arca marmorea conditum in Eccleſia ejus nomini conſtructa, & dicata apud urbis mœnia honorificè adſervatur, de quo ita canit Nicolaus Brautius Epiſcopus Sarſinas in Martyrol. poetico.

Floruit Hiſpelli natus Ventura, bonorum
Qui fructu plenus tranſit ad aſtra ſenex.

Hiſpellas etiam fuit B. Andreas Ordinis Minorum, de quo Acta ſanctorum Junii tom. 1. p. 764.

A

HORTENSIS
EPISCOPATUS

CAſtellano unitas, de quo Ughellus tom. 1. col. 733.

B

HUMANATENSIS
EPISCOPATUS

ANconitano unitus, de quo Ughellus tom. 1. col. 743.

C

ISTONIENSIS
EPISCOPATUS.

IN ora Adriatici maris inter Anſanum & Termulas viſitur præclarum Aprutii citerioris oppidum *Guaſtum Amonium*, vernaculè *Vaſto*, ſeu *Guaſto di Amone*, quod vetus HISTONIUM, ſeu *Iſtonium*, (*Hiſtonium* legitur in veteri inſcriptione) eſſe affirmant, Melæ, Ptolomæo, Plinio, ac tabulæ Itinerariæ memoratum. Inter Frentanorum civitates olim recenſebatur, ejuſque amplitudinis teſtes ſuperſunt adhuc quædam antiquorum operum, theatri cum primis, & prætorii veſtigia. Nunc Marchionatus titulo gaudet, eſtque utilis dominii nobiliſſimæ familiæ Davalos, è qua olim prodiit celeberrimus ille Guaſti Marchio Alphonſus Caroli V. Imperatoris ſtrenuiſſimus Dux. Adſunt inibi duæ Collegiatæ Eccleſiæ, in quibus frequens clerus divina officia perurget; altera, & D præcipua S. Mariæ Majoris titulum præfert, decoraturque duplici dignitate, Archipresbytero ſcilicet, & Primicerio: altera D. Petro Apoſtolorum Principi ſacra eſt, in qua pariter duplex dignitas, Præpoſitus nempè, & Primicerius Octo enumerantur virorum cœnobia, quinque intra pomærium, Auguſtinianorum videlicet, Prædicatorum, Minorum Conventualium, Cœleſtinorum, & Patrum Congregationis Matris Dei; tria verò extra mœnia, Minimorum, Capuccinorum, & Minorum Reformatorum. Viſitur præterea unum ſacrarum Virginum ſeptum ſub D. Claræ inſtituto militantium; plura laicorum ſodalitia, ad omnem pietatem excultus populus, ac quinque mortalium millia exſuperans, adeout & civium frequentia, & Eccleſiarum ſplendore præfulgens oppidum Carolus Sextus feliciter imperans non immeritò Civitatis

tis titulo noviſſimè decoraſſe videatur. Quod verò ad vetus attinet Iſtonium, fuiſſe aliquando Epiſcopali cathedra inſignitum nos edocet Gelaſii Papæ reſcriptum in Decret. diſtinct. 24. Can. 3. Iſtonienſis vacantis Eccleſiæ mentionem faciens: ubi tamen corruptum vocabulum *Stomenſis* corrigendum, ac *Iſtonienſis* reponendum, ut ex Anſelmo adnotavit Holſtenius in notis ad Geographiam ſacram Caroli à S. Paulo. Porro Gelaſii reſcriptum Cœleſtino Epiſcopo datum ſequens eſt.

Gelaſius Papa Cœleſtino Epiſcopo.

Presbyteri, Diaconos, & univerſi Clerici Iſtonienſis (in vulgatis legitur Stomenſis) *civitatis petitorium nobis ſuggeſſere porrecto, in Eccleſia beati martyris Eleutherii Epiſcopi, quæ in ſupradicta civitatis parochia probatur eſſe conſtructa, presbyterum, qui conſtitutus fuerat, defeciſſe, atque in ejus locum Julianum Diaconem ipſius Eccleſiæ pro celebritate ipſius loci, quantocyus debere ordinari. Et ideo, frater chariſſime, ſi de ejus vita, vel moribus nihil eſt, quod contra Canonum veniat ſtatuta, ſuprascriptum presbyterii honore decorabis, ſcituras viſitatoris te nomine, non cardinalis creaſſe pontificis. Pariter etiam & Feliciſſimum Diaconem in ejus Eccleſiæ miniſterium (ſi converſatio ejus fuerit probabilis) ſubrogabis; ut locus proceſſionis celeberrimus ad miniſteriorum conſecrationem, nec ſacerdote indigeat, nec miniſtro.*

JULIENSIS, ET FOROIULIENSIS EPISCOPATUS.

CUm Julius Cæſar utramque Galliam Ciſalpinam juxta, & Tranſalpinam legionibus Romanis tuendam, regendamque teneret, inter Alpes, per quas ex Carnis ad Noricos tranſitur, prope fontes Buti amnis oppidum ædificavit, à Conditoris nomine JULIUM appellatum, & deinde à regione, in qua extructum, *Carnicum* cognomento dictum. Claram poſtea illud evaſiſſe civitatem colligitur è Ptolomæo, ac Plinio, quorum ille lib. 8. Julium ut præcipuum Norici memorat oppidum; hic verò lib. 3. cap. 19. inter complura alia Venetorum, Carnorumque nobiliora loca refert. Ejus exigua nunc extant veſtigia tria paſſuum millia ſupra Tulmetium oppidum, nomenque ſupereſt pago, vulgo *Zuglio* appellato; licet Wolfangus Lazius malit Julium Carnicum fuiſſe, quod nunc *Pontefella* vocitatur, oppidulum quatuor milliaribus à pago *Zuglio* diſſitum. Diverſum porrò à ſupradicto Julio fuit in eadem regione Forum Julii, notiſſima apud omnes fama civitas, quæ ampliſſimæ Provinciæ nomen dedit. Utriuſque meminit, ac utrumque apertè diſtinguit Paulus Diaconus lib. 6. de geſtis Longobardorum cap. 51. *De caſtro Julienſi*, inquit ille de hujus Epiſcopo, *cum voluntate ſuperiorum Ducum intra Forojuliani caſtri muros habitavit, ibique ſui Epiſcopatus ſedem ſtatuit.* Neque tamen omnes conveniunt in indigitanda hac primaria quondam provinciæ civitate. Nam Forum Julium illam eſſe urbem, quæ Civitas Auſtriæ deinde vocata, nunc vulgò *Cividale del Friuli*, ut ab alia cognomine Bellunenſi diſtingueretur, ad Natiſonem fluvium ſita, exiſtimant Sabellicus, Cluverius, aliique doctiores viri. At pro Utino mordicus decertant Henricus Palladius lib. 4. Rerum Forojulienſium, cæterique poſt ipſum Utinenſes Scriptores. Verum confecta omninò res videtur, poſtquam eruditione, doctrinaque inſignes viri Cardinalis Noriſius in diſſertatione de ſynodo V. cap. 9. §. 4. & Philippus à Turre in diſſertatione de Colonia Forojulienſi non alibi, quam in civitate, quæ olim *Auſtria*, nunc *Cividale*, Forum Julium quærendum eſſe invictis oſtenderunt argumentis. Fuit igitur locus ipſe Julii Cæſaris ætate non incelebris, foro deinde, & nomine ab eo Principe auctus, inde Colonia Romanorum effectus, demum Longobardis in Italiam irruentibus anno Epochæ Chriſtianæ 569. cum Alboinus novi Imperii exordia poneret, ac primo, & nobiliſſimo Ducatui Forojulienſi inſtituto Giſulphum præficeret, ſedes electus principatus. Inde Ducum Forojulienſium celebris in Longobardorum hiſtoria, quam Paulus Diaconus proſequutus eſt, fama, atque ipſius civitatis nomen inclaruit, quæ ab ipſo Paulo nunc *Civitas Forojulianæ*, rurſum *oppidum Fori Julii*, demum & *Caſtrum Forojulienſe* vocatur. Hoc igitur Julio Carnico deſtructo, permittentibus Longobardis Ducibus, ſeſe recepit Julienſis Epiſcopus, ſedemque Cathedralem tranſtulit: unde nova acceſſit urbi dignitas, illuſtriori deinde acceſſione adaucta, cum Calliſtus Patriarcha Aquilejenſis Julienſi Antiſtite expulſo domicilium in ea ſtatuit, & inſequuti ad undecimum uſque ſæculum illius ſucceſſores, qui demum Utinum tranſmigrarunt. De Patriarchis Aquilejenſibus late Ughellus tomo quinto: Julienſes autem (nam Forum Julium proprium nunquam habuit Epiſcopum) hi tantùm à nobis ſunt obſervati.

I. MAXENTIUS interfuit anno 579. ſynodo Gradenſi ab Helia Patriarcha celebratæ: & an. 590. conventiculo ſchiſmaticorum Hiſtriæ Epiſcoporum, è quo ſupplicem libellum ad Mauricium Imperatorem pro tuendo ſchiſmate miſere.

II. FIDENTIUS, cum Julienſe caſtrum à Barbaris fuiſſet exciſum, ea eo profugus impetravit à Forijulii Ducibus, ut ſibi liceret in caſtro Forojulii ſedem ſuam collocare, ubi & uſque ad mortem reſedit, ut rem diſertè narrat Paulus Diaconus rerum Longobard. lib. 6. cap. 51.

III. AMATOR Fidentio ſucceſſit, præeratque circa an. 745. expulſuſque indè fuit à Calliſto Aquilejenſi Patriarcha, ut citatus Paulus refert his verbis. *Quo* (Fidentio) *vita decedente Amator ejus loco ordinatus eſt. Uſque ad eumdem diem ſuperiores Patriarchæ, quia in Aquileja propter Romanorum incurſionem habitare minimè poterant, ſedem non in Forijulii, ſed in Cormones habebant, quod Calliſto, qui erat nobilitate conſpicuus, ſatis diſplicuit, ut in ejus diœceſi cum Duce, & Longobardis habitaret Epiſcopus, & ipſe tantùm vulgo ſociatus vitam duceret. Quid plura? Contra eumdem Amatorem Epiſcopum egit, eumque de Forojulio expulit, atque in illius domo ſibi habitationem ſtatuit.* Cum verò poſt expulſionem Amatoris nulla extet Julienſium Epiſcoporum memoria, credibile eſt, quod Patriarchæ Aquilejenſes, auxilio Longobardorum freti, diœceſim Julienſem extincto Epiſcopatu ſibi arrogaverint. Interim extat adhuc Julii Carnici Eccleſia Collegiata S. Petri, cui præeſt Præpoſitus cum octo Canonicis, tenuis antiquiſſimi Epiſcopatus, & celebris oppidi memoria:

Cæterum ex relatis Paulli verbis deduxit Baronius ad an. 739. Forum Julii peculiarem Epiſcopum habuiſſe, cum è contrario ex illis pateat Epiſcopos Caſtri Julienſis precariò tantum in Forojulienſi ca-

ſtro ſubſtitiſſe, ibique reſediſſe, non tanquam germanos, ſed tanquam extor es Præſules. Poſtquam verò Patriarchs Aquilejenſis, qui Forojulienſis caſtri proprius, & legitimus Antiſtes erat, ibi habitationem elegit, Aquilejenſis, ſeù Forojulienſis Patriarcha indiſcriminatim appellatus fuit, nec deinde Forum Julium unquam Epiſcopum habuit ab Aquilejenſi Metropolita diſtinctum: ut poſt Noriſium, & Antelmium notavit etiam Pagius ad an præfatum 759 n 1. & 2. Ex his igitur emendandus eſt primò Ughellus noſter, ubi tom. 5. colum. 4. de Forojulienſi, veluti de peculiari, & à Julienſi, vel Aquilejenſi diſtincta cathedra nonnulla profert. Secundò corrigendus clariſſimi Harduini Conciliorum index, ubi huic Julienſi cathedræ plures attribuit Antiſtites, qui fuere Forojulienſis Galliæ Narbonenſis Epiſcopi, ut ex noviſſima Galliæ Chriſtianæ editione videri poteſt: & licet doctiſſimus Pater Sammarthanus, ejus operis inſtaurator, dubitet de Aſterio, qui Romano Concilio interfuit ab Hilaro Papa celebrato an. 465. & de Joanne, qui cum aliis deceptus in Conciliabulo Romano ſententiam dixit contra Joannem XII. an. 963. hi tamen noſtro Forojulio nequeunt adjudicari.

LABICANUS

EPISCOPATUS.

INter doctos viros diſceptatur, quonam loco fuerit LABICUM, ſeu *Lavicum*, vel plurali numero *Labici*, celebris urbs quondam Latii a Scriptoribus tum Græcis, cum Latinis memorata, jamdiu verò penitus exciſa. Plerique, cum via, quæ Roma Labicum ducebat, Labicana propterea dicta, nunc vocetur di *Valmontone*, Labicum interpretati ſunt eſſe id oppidum, quod triginta millia paſſuum a Roma in edito colle ſitum vulgò dicitur *Valmontone*. Sed hi quam immenſum erraverint oſtendit Cluverius auctoritate Strabonis, qui lib. 5. inter Romam & Labicum ponit ſtadia CXX. ideſt millia paſſuum quindecim. Ex hoc igitur intervallo, atque ex tractu viæ Labicanæ conjicit Cluverius id oppidum eſſe Labicum, quod vulgò hodie dicitur *Zagarolo*, in cujus agro perplura antiquitatum monimenta adhuc ſunt reliqua. Aliò tamen ſe convertit Lucas Holſtenius, & Labici loco indigitat *la Colonna* oppidum, quod ſub Tuſculo ſpectatur. Verum his rejectis conjecturis ſatis conſtat Labicum fuiſſe perantiquam, ac nobilem civitatem, quam a Marcio Coriolano cum cæteris Albanorum coloniis ſubactam ſeribit Dionyſius Halicarnaſſeus. Livius a Q. Sulpitio Priſco Dictatore expugnatam, direptamque narrat, & coloniam eò ex Senatus conſulto deductam anno a Roma condita 337. Municipium quoque aliquando factum teſtis locupletiſſimus eſt Cicero in Oratione pro Cn. Plancio. *Niſi forte*, inquit, *te Lavicana, aut Bovilla, aut Gabina vicinitas adjuvabat; quibus è municipiis vix jam, qui carnem Latinis petant, reveniant*. Ejus ager olim ab uvæ præſtantia nomen habuit, unde Labicana vina celebrant Spartianus, atque Frontinus. Apud nos Martyrum triumphis illuſtris eſt Labicana via, ipſumque Labicum inclaruit Epiſcopali throno, è quo ſacra jura dixerunt ad perennem antiquatæ cathedræ memoriam ſequentes Præſules, reliquis in oblivionis tenebris obvolutis.

I. LUMINOSUS Lavicanenſis Epiſcopus Concilio interfuit Lateranenſi anno 649.

II. PETRUS ſedit in Patres Concilii Romani ſub Paulo I. anno 761.

III. LUNISSUS, ſeu *Luiſſus* cum cæteris Romani Concilii Epiſcopis an. 964 ſchiſmaticum Leonem Pſeudopapam declaravit, reprobavitque acta præcedentis Conciliaboli Romani.

IV. BENEDICTUS Lavicanenſis ſubſcripſit an. 998. Romano Concilio, in quo de Roberti regis, qui conſanguineam duxerat, diſſolvendo conjugio actum eſt.

V. DOMINICUS an. 1026. memoratur in privilegio à Joanne XIX. Epiſcopis Sylvæ Candidæ conceſſo apud Ughellum tom. 1. col. 97. An. 1029. interfuit Synodo Romanæ in cauſa Gradenſis, & Aquilejenſis Patriarcharum, a nobis tom. 5 in Gradenſibus editæ; & an. 1037. Concilio Romano, in quo Andreas Peruſinus Epiſcopus cedit omni jure in Monaſterium S. Petri.

VI. JOANNES præſens fuit in Synodo Romana contra Aquilejenſem Patriarcham coadunata, & a nobis tom. 5. in Gradenſibus edita.

VII. PETRUS Epiſcopus Cardinalis Labicanus a Victore II. creatus anno 1055. de quo in Ciaconiano opere. Anno 1059. ſubſcripſit diplomati Nicolai II. Giſoni Rectori Eccleſiæ S Laurentii Florentinæ conceſſo apud Caſortum in hiſt. B. M. V. de Impruneta pag. 50. & alteri diplomati ejuſdem Nicolai in favorem Monaſterii S. Felicitatis, apud Harduinum Concil tom. 6. col. 1056.

VIII. MINUTUS, ſive *Minutius*, cujus meminit Ughellus tom. 1. col. 258. floruit an. 1089.

IX. BOBO Cardinalis Epiſcopus Labicanus ſub Urbano II de quo fuſius in Ciaconiano Opere.

X. BONUS Paſchalî II. aſſiſtens in coronatione Henrici Imperatoris in Vaticano ſolemnem ſuper ipſius frontem Orationem recitavit an. 1111. de quo Baronius, & Ciaconius in Paſchali II.

Nec ulterius Labicanorum Præſulum protenditur memoria, quos inſuper conſtat purpurea ornatos fuiſſe dignitate. Si quæ ſuperſunt Labicani populi reliquiæ, à Tuſculano Antiſtite ſacra ducuntur ad paſcua.

LAURETANUS

EPISCOPATUS

RE canatenſi unitus, de quo Ughellus tom. 1. col. 770.

S. LEONIS

EPISCOPATUS

SUppreſſus, de quo Ughellus tom. 9. col. 512.

A

LESINENSIS

EPISCOPATUS

SUppreſſus, de quo Ughellus tom. 8. col, 309.

B

LEUCADIENSIS

EPISCOPATUS.

LEUCA, ſeù *Leucas*, urbs fuit littoralis Salentinorum ad Japygium promontorium ſita ab Hydrunto 13. m. paſſus diſtans in meridiem, de quo hæc Strabo lib. 6. *Indè ad Leuca, ibidem oppidulum, ſtadia ſunt LXXX. Ibi fons ferventis aquæ monſtratur. Fama eſt Gigantes, qui è Phlegra Campaniæ evaſerant, Leuternios dictos, eò uſque ab Hercule fuiſſe exagitatos, ibique terra obrutos: & ex eorum ſanie calem ortam eſſe ſcaturiginem. Eoque maris eam oram vocant Leuternam. A Leucis autem ad Hydruntem oppidum ſtadia ſunt CL.* Memoratur præterea hæc urbs à Cicerone Famil. lib. 6.
C epiſt. 9. & Lucano lib. 5. his verſibus.

Brunduſium decimis jubet hanc attingere caſtris,
Et cunctas revocare rates, quas avius Hydrus,
Antiquaſque Taras, ſecretaque litora Leucæ,
Quas recipit Salapina palus.

Ex quibus Lucani verbis ſatis clarè patet pro portu jam tum habitum fuiſſe haud poſtremo hunc locum. Porrò antiquitus in eo fuiſſe Epiſcopalem Cathedram habetur ex tabulis Eccleſiæ Alexanenſis, cujus ſedes ad Alexanum proximam urbem deducta fuit, cum Leuca temporum infortuniis emergentibus excisa eſt. Græcis Patriarchis aliquamdiu deinde paruit, quibus pulſis Latinus Epiſcopus a Romanis Pontificibus conſtitutus Latinum ritum ſuſcepit, & ſuffraganeus Hydruntinæ Metropoli datus eſt, extincto jam penitus cum ipſa civitate Leuca Epiſcopatu Leucadienſi. Unius tantum Leucadienſis Præſulis ſupereſt memoria, & eſt

D I. GOFFREDUS Epiſcopus Leucadienſis in Antiſtitem Uxentinum poſtulatus an. 1282. ut narrat Ughellus tom. 9 in Uxentinis col. 111.

De Gerardo, quem Leucadienſem Epiſcopum ſtatuit idem Ughellus in ſua dipryca Alexanenſium Epiſcoporum tom 9. col. 87. ibi jam ex Lucentio adnotavimus non Leucadienſem, ſed Tullenſem in Galliis fuiſſe Epiſcopum. Superſtes autem uſque nunc eſt in territorio Hydruntino nuncupato *Caſtignano del Capo*, Turris vetus Portus S. Mariæ de Leuca, itemque Eccleſia S. Mariæ de Leuca, caput olim Leucadienſis Epiſcopatus ſeptimo ab Alexano diſtans milliario. Cæterum Ughellus loco proximè citato affirmat, Alexanenſes Epiſcopos, qui nonniſi antiquatæ Leucadienſi Eccleſiæ ſucceſſere, denominatos fuiſſe ſimul & Leucadienſes. Verum in proviſionibus Romanis Alexanenſis ſedis collatio ſub unico titulo Alexanenſis expenditur

LISTA, Dionyſio urbs Sabinorum, etiam nunc nomen retinet *Monte di Liſta* tria paſſuum millia Reate diſtans. Epiſcopalem olim fuiſſe civitatem conjicit Carolus à S. Paulo in ſua Geographia ſacra ex D. Gregorii Epiſtola 37. lib. 2. edit. Monachorum, qua Joannes Liſſitanæ Eccleſiæ Antiſtes ad Scyllitanum Sacerdotium transfertur. Verum, ut advertit eruditiſſimus Holſtenius, certiſſimum eſt eum locum nunquam habuiſſe Epiſcopum, cujus nulla niſi apud unum Dionyſium mentio extat, qui inter vetuſtiſſima Aboriginum oppida recenſet: ea autem tempore Dionyſii ferè omnia interierant. Liſſitana autem Eccleſia, cui Joannes præfuerat, in Liſſo in ora maris Adriatici fuit in Dalmatia, hodiè *Aleſſio*.

LITERNENSIS

EPISCOPATUS.

LITERNUM, quod deinde Grammaticorum, Exſcriptorumque oſcitantia apud pleroſque veteres Auctores in *Linternum* deſcivit, littoralis urbs fuit Campaniæ Felicis ad Clanii, qui & Liternum, fluminis dexteram inter Vulturnum, & Cumas ſita, ubi nunc conſpicitur diverſorium, & Turris, vulgò *Torre della Patria*, juxta quam veteris urbis ſuperſunt indicia. Hinc notantur à Cluverio Ptolomæus, ac Strabo, quorum illa Liternum ultra Cumas, hic verò circa Vulturnum poſuit. Coloniam Romanorum eò primùm fuiſſe deductam P. Cornelio Scipione Africano iterum, & Ti. Sempronio Longo Coſſ. narrat Livius lib. xxxiv. & iterum ab Auguſto teſtiseſt Frontinus in libro de Coloniis. Præfecturam aliquando fuiſſe eodem jure, quo Vulturnum, refert Feſtus in voce *Præfectura*. Lentiſciferum vocatur ab Ovidio Metamorph. lib. xv.

——— lentiſciferumque tenetur
Liternum.

Ob lentiſci copiam. Memoratur præterea à Mela, Silio, Seneca, Oroſio, Plinio, aliiſque antiquis Scriptoribus. Verùm nihil æquè clarum reddidit Liternum ac Romanorum ſtrenuiſſimi Scipionis Africani exilium. Hic enim à Patriæ jugulo cum jam avertiſſet immanem hoſtem, atque à victrici populo indictas leges ſubire coegiſſet, ingratorum civium injuriis laceſſitus Liternum in voluntarium exilium conceſſit, cujus acerbitatem non tacitus ad inferos tulit, ſepulchro ſuo inſcribi jubendo: *Ingrata Patria, ne oſſa quidem mea habes*, ut ſcribit Valer. Maximus lib. 5. cap. 3. *Patriæ* cognomentum ſuccrevit inde Literno, fuiſſeque antiquitus Epiſcopalem urbem traditio eſt; nullum tamen uſque modò Liternenſium Epiſcoporum inquirenti mihi ſeſe obtulit nomen; ni forte libeat cum Holſtenio in notis ad Geographiam ſacram Caroli à S. Paulo huic Eccleſiæ adjudicare APRILEM illum, qui *Laterinenſis* modò, modò *Lateranenſis* dicitur in Synodis ſub Symmacho an. 502. & 504. celebratis. Verum alii cenſent Aprilem fuiſſe ex Epiſcopis illis proximè Papæ inſervientibus, qui, cum ſoli in Lateranenſis Patriarchii ara maxima poſt ipſum Papam ſingulis hebdomadæ diebus celebrarent, Pontificique ſacra facienti viciniùs inhære-

ent, quandoque ſimpliciter Lateranenſes Epiſcopi nuncupati ſunt, licet horum originem in feriora tempora trahant doctiſſimi Scriptores. Cæterum Literni fama eſt, quod præcipuæ hujus Eccleſiæ opes ex lacu Lucrino conceſſione Principum Normandorum provenientes Averſano Præſuli, & Eccleſiæ poſtea obvenerint, indeque uſque modò percipiantur.

LOCRENSIS

EPISCOPATUS

LOcri Brutiorum, ſeu Magnæ Græciæ urbs fuit prope Zephyrium promontorium, unde *Locri Epizephyrii* cognominata, indeque teſte Strabone ad montem Eſopin tribus ab ora Jonii maris paſſuum millibus translata, antiquitate, potentia, legibus, militia, diſciplinarum, armorumque ſtudiis longè celeberrima. Hanc Euſtachius in Commentariis ad Dionyſium Afrum a Locrenſium Opuntiorum ſervis conditam ſcribit, qui abſentium belli cauſa Dominorum mulieribus adulteratis ultionem metuentes in Italiam navigarunt. Sed Virgilius, Solinus, Strabo, aliique ab Ajace Oileo, ac Naritiis conditam teſtantur, unde Virgilius.

Hic & Naritii poſuerunt mœnia Locri.

De tempore, quo condita fuit hæc urbs, Hieronymus in Euſebii Chronico hæc ait: *Anno ſecundo Olympiadis XXIV. Cyzicus condita eſt, & Locri in Italia.* Potentiam Locrenſium indicant per totam pene Calabriam latè fuſum imperium (Metaurum enim, Medama, Hipponium, Temeſa, aliæque urbes Locrenſium fuere) reſque in bello fortiter, feliciterque geſtæ; nam & Meſſanam Siciliæ urbem in poteſtatem redegerunt, & decem millia Locrenſium collato Marte centum & triginta Crotoniatum millia ingenti, admirabilique clade deleverunt. Verum cum Xenotes ditiſſimus civis Doridem filiam Dionyſio tyranno deſponſaſſet, ejus ope Tyrannus civitatem oppreſſit, quæ poſtea Dionyſium minorem filium regno deturbavit, totamque ejus domum diris cruciatibus extinxit. In bello Punico modo Annibalis, modo Romanorum partes ſecuta eſt, quorum deinde jugum omninò ſubiit. Primi omnium Locrenſes ſcriptis legibus uſi exiſtimantur a Zeleuco acceptis, quibus optime fundatam Rempublicam diutius adminiſtrarunt. Celeberrima erat Locris liberalium artium Academia, atque gymnaſium, unde præſtantiſſimi in omni ſcientiarum genere, ac præcipuè philoſophia viri prodiere. Locrorum nomen proinde illuſtrarunt Zaleucus philoſophus, ac legiſlator, Stenidas item Legiſlator, quorum ſententias habes apud Ariſtotelem, Ælianum, Athenæum, Plutarchum, & Stobæum; Timæus Pythagoricus, a quo Plato, ut ait Cicero in Tuſculano, omnia didicit, Xenocrates Poeta, & Muſicus illuſtris, Theano mulier poetrix Lyrica nobilis, de qua Suidas, Eunomus Cytharedus inſignis, Ageſidamus clarus Olympionices, in quem Pindarus hymnum cecinit, Euthymus a Plinio, Pauſania, Ælianoque celebratus, aliique raræ virtutis homines, ab auctoribus antiquis identidem memorati. Fuit hic templum Proſerpinæ omnium Italiæ opulentiſſimum, non ſemel, à Dionyſio nempè Syracuſano, Pyrrho, ac Pleminio Scipionis Legato expilatum. Locrorum denique ſplendorem Scriptores ſeu Græci, ſeu Latini paſſim innuunt, præcipuè verò Livius, Thucydides, Juſtinus, ac Valerius Maximus. At verò ejurato idolorum cultu Chriſtianam fidem amplexæ civitati novum acceſſit decus, Epiſcopalis nempè cathedra, è qua jus ſacrum Locrenſibus dixiſſe ſequentes reperiuntur Epiſcopi.

I. PETRUS, qui *Lorenſis*, vel *Laurenſis* deſcribitur in Concilio Romano ſub Felice an. 487. celebrato, Locrenſis aſſeritur à Maraffioto in Chronicis Calabriæ.

II. DULCINUS Anteceſſor ſequentis Marciani memoratur à M. Gregorio epiſt. 33. lib. 10. Ind. 3. qui cum anno 597. è vivis fuiſſet ereptus, mandat idem Pontifex Cypriano Rectori per Siciliam, ut Eccleſiæ Locrenſi idoneum Epiſcopum ordinari procuret, ſequenti epiſtola juxta Monachorum editionem 41. lib. 7. Indict. xv.

Gregorius Cypriano Rectori noſtro per Siciliam.

Habitatores Locrenſis civitatis quemdam ad nos Presbyterum adduxerant, qui eis debuiſſet Epiſcopus ordinari. Sed quia minimè dignus inventus eſt, ut diu ſine proprio poſſint conſiſtere ſacerdote, à nobis admoniti in Scriuio promiſerant, alium ſtudioſe ſe quærere, & ad nos conſecrandum Deo adjutore perducere. Et ideo ad dilectionem tuam latore præſentium veniente, Marcianum Presbyterum diœceſeos Taurianenſis Eccleſiæ, qui nunc habitat in Eccleſia, quæ eſt in Maſſalargia conſtituta, diœceſis Catanenſis Eccleſiæ, ad te facito modis omnibus evocari: atque eum ſtudii tui ſit de criminibus, quæ ad Epiſcopatum accedere non permittunt, cum omni ſubtilitate requirere. Et ſi eorum ſe expertem eſſe reſponderit, cum præſentium portitore eum feſtina dirigere, ut factoria cum decreto ad nos veniat Deo protegente ordinandus. Si verò eſt aliquid, quod ei poſſit obſiſtere, hunc, qui ad dilectionem tuam venit, cum omni cura, & celeritate dimitte, ut eo ad loca ſua remeante, alter ſecundum ea, quæ præmiſſa ſunt, requiratur. Datum menſe Auguſti Indict. xv.

III. MARCIANUS ille idem, de quo Gregorius in ſuprarelata Epiſtola, fuit electus in locum ſupradicti Dulcini, cui ſcribit an. 599. idem ſummus Pontifex, ut cum Paulino Taurianenſi, Proculo Nicoteræ, Palumbo Conſentiæ, Venerio Vibonenſi Epiſcopis, ac Sabino ſubdiacono Rhegium proficiſcatur, de querelis illius Cleri adverſus Epiſcopum ſuum inquiſiturus: Epiſt. 48. lib. 2. Ind. 2. editionis Monachorum.

IV. CRESCENS, ſeu Creſcentius interfuit Concilio Lateranenſi Martini Papæ I. an. 649.

V. STEPHANUS ſedit inter Patres Romani Concilii ſub Agathone Pontifice an. 680.

Exciſa deinde fuit hæc urbs ab Agarenis, ejuſque veſtigia adhuc viſuntur, *Palæpolis*, hoc eſt, vetus civitas vulgò vocata, ubi etiam turris extat ſpeculatoria ad arcendas piratarum excurſiones. Locrenſis autem Epiſcopalis Cathedra jampridem Hieracium fuit translata.

LORIUM, nobiliſſimus Thuſciæ in via Aurelia locus duodecimo ab urbe diſtans lapide Antonini Pii Imperatoris educatione, & morte, ac ſplendidiſſima villa ab eodem inibi extructa celebris, Capitolino, Eutropio, Aurel. Victori, tabulis Itinerariis, aliiſque memoratus, nunc tenue caſtrum, vulgo *Caſtel Guido*, proprium quondam habuiſſe Epiſcopum docet Holſtenius in notis ad Italiam antiquam Cluverii, auctoritate Concilii Romani à Felice Pontifice an. 487. coacti, inter cujus Patres deſcribitur *Petrus Lorenſis*, ſeu juxta variantem Lectionem *Loarrenſis*, unde Laurenti

anti-

antiqniſſimæ olim Latil civitatis illum dicit Epiſco pum Harduinus in ſuo Conciliorum Indice, quem tamen alii Locrepſem faciunt. Rem ſatis obſcuram aliis eludicandam exhibeo, cum interim Petrum inter Locrenſes Epiſcopos cum Maraffioto ſupra recenſuerim. A

LUCINIANUM Etruriæ oppidum Aretinæ diœceſis habuiſſe olim Epiſcopum ſerunt. Narrant enim Felicem Papam, & martyrem in Etruria profugum, Licinianenſibus, nunc Lucinianenſibus Chriſto adjunctis Cœleſtinum, vulgò Cœleſtinum, Epiſcopum, & novi gregis paſtorem ordinaſſe, antequam Eccleſia Aretina in Chriſti fide pacificè conveniſſet, qui Cœleſtinus, Romam profectus, martyrio coronatus ſit, ejuſque ſacrum corpus Luciniani, quo advectum fuerit, in Eccleſia ſacratiſſimi Crucifixi venerari. Vide Bartholomæum Nardinum in Præſat., & vita B. Matthæi Dyni. Hæc tamen, niſi antiqoioribus Iniitantur fundamentis, non tam facile adopto. B

LUPIENSIS

EPISCOPATUS

IN locis diœceſani juris Lycienſis Epiſcopi Lupia, ſeu Lupiæ plurali numero, civitas olim viſebatur, Straboni, Plinio, Melæ, Ptolomæo, Aethico, atque Antonino memorata. Medio ſtetit itinere inter Brundusium, Hydruntumque in ora Calabriæ Boreali, Statio Romanorum militum, celebris portus Saleotinorum, Aletinorum navale, & Colonia à Tito Romanorum imperatore deducta. Ejus auctorem Julius Capitolinus facit Malennium Daſummi filium, unde genus duxit M. Antoninus Philoſophus Romanorum Imperator. Sybarim antea dictam, ejuſque portum Adriani Cæſaris opus fuiſſe teſtis eſt Pauſanias in Eliacis. Nunc modicus pagus eſse creditur, qui *la Rocca* dicitur, Galateo loci indigenæ, Cluverio autem *S. Cataldo*. Epiſcopalis ſedes fuit, ſuoſque comperitur habuiſse Epiſcopos, & quidem primis Chriſtianæ fidei ſæculis. C

I. DONATUS enim vir ſanctiſſimus S. Cataldi Tarentini Epiſcopi germanus frater recenſetur in vita ejuſdem, quam in Tarentinorum ſerie evulgavit Ughellus, & in ea edicitur Cataldus genere Hibernus, qui Hieroſolymis ſacrum cum adoraſſet Domini ſepulchrum, Eremiticam vitam ducens ex Dei mon tu ad has partes venit S. Aniceto I. ſummo Pontifice una cum Donato fratre ſuo, qui primus Lupienſium Epiſcopus ibi pronunciatur. Per quatuordecim annos ſimul vitam Eremiticam duxerunt prope oppidum ad 10. m. paſsus ab Hydrunto remotum, quod in obſequium ejus S. Cataldi nomen accepit, & retinet adhuc. Vivebat Donatus an Chriſti 173. ejuſque meminit Ughellus tom. 9. in Lycienſibus Epiſcopis, quibus etiam adnumerat. Qui deinde ſucceſserint Donato in Lupienſium ſede, nulla ſunt monumenta, quæ nos doceant. Gregorii Magni temporibus continuaſse Pontificea ſuos Lupiarum civitatem compertum habemus ex ejuſdem Gregorii regeſto. Nam per obitum D

II. N. . . . Lupienſis Epiſcopi injungit Petro Hydruntino Epiſcopo viduatæ Eccleſiæ viſitationem, ut & Brunduſii, ac Gallipolis, ubi, cum Epiſcopis vacarent, præcipit invigilare ſuper poſtulatione aliorum, & qui electi fuerint, ut Romam veniant ab eo conſecrandi. Epiſt. juxta editionem Monachorum ar lib. 6. Indict. xiv. menſe Januario. Anno videlicet Chriſti 596.

Inſortuniis deinde temporum emergentibus decidit Lupiarum decor, ejuſque diſparuit Epiſcopalis fulgor, ceſſitque Lycienſi Antiſtiti ſacrum omne imperium jure diœceſano Lupienſis Epiſcopatus; nullaſque tabulas lego, quæ indicent coaluiſse in unum cum Lycienſi Lupiarum Epiſcopatum, quod æquè principaliter ſimul contemplari debeant, & idem Lycienſis Lupienſis etiam denominandus ſit Pontifex, ut vult Ughellus noſter tom. 9. col. 67.

LUSITANA *Civitas in Calabria Epiſcopalis, quæ temporibus M. Gregorii Papæ ab hoſtibus capta, & everſa. Joannes ejuſdem Epiſcopus transfertur ad Squillacenſem Cathedram gubernandam, ut ex Epiſt. S. Gregorii n. 53. lib. 1. Ind. 9.* (in Monachorum editione eſt 37 lib. 2. Ind. x) *Luſitana hæc civitas creditur fuiſſe prope Squillacium, ſive ſit, quæ nunc dicitur Stilus, ſive alia inter Catanzarium, & Squillacium, cujus veſtigia cernuntur ad mare, ubi Caſtrum dicitur, ſive Turris.* Hactenus Ughellus tom. 9. col. 182. Porro citata Magni Gregorii Epiſtola, cui prætenſa Luſitanæ civitatis aliundè penitus ignoræ Epiſcopalis cathedra innititur, talis eſt juxta emendatam Benedictinorum editionem.

Gregorius Johanni Epiſcopo Squillacino.

Paſtoralis officii cura nos admonet deſtitutis Eccleſiis proprios conſtituere Sacerdotes, qui gregem Dominicum debeant paſtorali ſollicitudine gubernare. Propterea te Johannem ab hoſtibus captivatæ LISSITANÆ civitatis Epiſcopum in Squillacina Eccleſia Cardinalem neceſſe duximus conſtituere ſacerdotem, ut ſuſceptam ſemel animarum curam intuitu futuræ retributionis impleas. Et licet à tua Eccleſia ſis hoſte imminente depulſus, aliam, quæ à Paſtore vacat, Eccleſiam debes gubernare: ita tamen ut ſi civitatem illam ab hoſtibus liberam effici, & Domino protegente, ad priorem ſtatum contigerit revocari, ad eam, in qua prius ordinatus es, debeas Eccleſia permanere. Præcipimus &c.

In hac Epiſtola, ut vides, non *Luſitanæ* ut antea, ſed *Liſſitanæ*, ut habent manuſcripti Codices melioris notæ, legendum eſt. Ruit proindè omne Luſitani Epiſcopatus ædificium; & Joannes, de quo Epiſtola, non erat *Luſitanus*, ſed *Liſſitanus*, Liſſi urbis Illyrici ad mare Adriaticum, hodiè *Aleſſio*, Antiſtes. Ita ſentiunt Monachi editores operum S. Gregorii, quibus facem prætulerat Holſtenius in Geographiam ſacram Caroli à S. Paulo, & in Ortelium.

MANTURANUM, aliis *Manturianum*, Thuſciæ locum, cujus mentio eſt in litteris Ludovici I. Imperatoris, ut teſtatur Antoninus Maſſa lib. de Faliſc. Epiſcopalem civitatem fuiſſe docet Carolus à S. Paulo in Geographia ſacra, ejuſque Præſulem ait fuiſſe Reparatum, qui interfuit Concilio Lateranenſi ſub Martino, corrupto titu-

io Epiſcopi *Manturianenſis*. Sed hunc Marturanenſi in Brutiis Eccleſiæ præfuiſſe diximus hujus operis tom. 7. col. 271. Cæterum Manturani mentionem ego reperi in privilegio Henrici Imperatoris, quo Patrimonia Romanæ Eccleſiæ Benedicto Pontifici confirmavit apud Harduini Conciliorum Collectionem tom. 6. col. 799.

MARANENSIS

EPISCOPATUS.

MARANUM, ſeù *Marianum*, quod vulgò nunc dicitur *Marano*, antiquum eſt, & munitiſſimum Venetorum oppidum, ſtagnis Adriatici maris fere circumdatum, in Forojulienſi littore ad Celinam amnem ſitum; quod olim per proditionem Maximiliano Imperatori deditum, cum nulla vi expugnari à Venetis potuiſſet, per proditionem etiam receptum eſt. Urbs olim fuit, & ſedes ſuffraganea Epiſcopalis Aquilejenſis Patriarchæ, ab Aquileja octo paſſuum millibus diſtans. De ea Paullus Diaconus Longobard. rerum lib. 3. & Carolus à S. Paulo in ſua Geographia Eccleſiaſtica, itemque liber Fiſci Apoſtolici. Hic habitum fuit conventiculum ſchiſmaticorum Epiſcoporum, in quo Severus Patriarcha Aquilejenſis, & collegæ, qui Ravennæ tria Capitula Chalcedonenſis Concilii condemnaverant, in ſchiſmaticorum communionem recepti ſunt. Cæterum Marianenſes ſe plures ex antiquis Conciliis præſentant Epiſcopi, ſed hi Marianæ in Corſica Præſules fuerunt, qualis fuit Donatus ille, qui an. 649. interfuit Concilio Lateranenſi ſub Martino, quemque perperam huic ſedi attribuit citatus Carolus à S. Paulo. Maranenſium verò in Forojulio Antiſtitum omnis excedit memoria.

MARCELLIANENSIS,

SEU

COSILINAS

EPISCOPATUS

COSILINUM, cujus meminit Antoninus in Itinerario, & Caſſiodorus in Epiſtolis, antiquiſſima urbs fuit Lucaniæ apud Atinum oppidum, quatuor circiter milliaribus diſtans a Salerno. Suburbium habuit MARCILIANUM, ſive MARCELLIANUM appellatum frequentiſſimo mercatorum, populorumque nundinas adeuntium, ac natale S. Cypriani celebrantium conventu, & annuo mirifici fontis prodigio percelebre. Sed præſtat audire florentiſſimam Caſſiodori facundiam. *Eſt & locus ipſe*, inquit ille Variarum lib. 8. Epiſt. 33. *camporum amœnitate diſtenſus, ſuburbanum quoddam Coſilinatis antiquiſſimæ civitatis, qui a conditore ſanctorum fontium Marcilianum nomen accepit. Hic erumpit aquarum perſpicua, & dulcis ubertas, ubi in modum naturalis antri abſidis fabricata concavitas ſic perſpicuos liquores emanat, ut vacuum putes lacum, quem non dubitas eſſe pleniſſimum. Hic perlucidus uſque ad fundum patet, ut aſpectibus tuis aerem potius apparere judices, non liquorem. Æmulatur ſerenum diem aqua ſubtiliſſima: nam quidquid in imo geritur, inoffenſa aeris claritate monſtratur. Colludunt illic gregatim lectiſſimi piſces, qui ad manus poſcentium ſic intrepidi veniunt, tanquam ſe noverint non eſſe capiendos: nam qui tale aliquid præſumpſit efficere, mox pœnam divinitatis cognoſcitur excepiſſe. Longa ſunt illius fontis memoranda deſcribere: veniamus ad illud ſingulare munus, ſanctumque miraculum. Nam cum die ſacratæ noctis precem baptiſmatis cœperit Sacerdos effundere, & de ore Sancto ſermonum fontes emanare, mox in altum unda proſiliens, aquas ſuas non per meatus ſolitos dirigit, ſed in altitudinem, cumuloſque tranſmittit. Erigitur brutum elementum ſponte ſua, & quadam devotione ſolenni præparat ſe miraculis, ut ſanctificatio majeſtatis poſſit oſtendi. Nam cum fons ipſe quinque gradus tegat, eoſque tantum ſub tranquillitate poſſideat, aliis duobus cernitur creſcere, quos nunquam præter illud tempus cognoſcitur occupare. Magnum, ſtupendumque miraculum, flumina labentia ſic ad humanos ſermones vel ſtare, vel creſcere, ut eis credas audiendi ſtudium minime defuiſſe. Fiat venerabilis omnium ſermone fons iſte cœleſtis. Habet & Lucania Jordanem ſuum: ille exemplum baptiſmatis præſtitit, hic ſacrum miniſterium annua devotione cuſtodit.* Hactenus Caſſiodorus de fontis miraculo poſt eleganter deſcriptum Marcilianenſem conventum. Excidit autem hæc urbs eadem cum pluribus aliis paſſa diſcrimina barbarico ſæviente furore, ſimulque evanuit ejus pontificalis cathedra, in qua ſequentes ſediſſe principes ſacrorum, qui Marcellianenſes vel Coſilinatès promiſcuè dicebantur, vetera docent monimenta.

I. SABINUS, de quo ita ſcribit Gelaſius Papa Herculentio, Stephano, & Juſto Epiſcopis in Decreto diſt. 54. Com. 7.

Frequens equidem, & aſſidua nos querela circumſtrepit de his Pontificibus, qui nec antiquas regulas, nec decreta noſtra noviter directa cogitantes, obnoxias poſſeſſionibus obligataſque perſonas venientes ad clericale Cingulum non refutant. Nuper etenim Rectorer illuſtris fœmina Placida petitoris oblatione conqueſti ſunt Sabinum Marcellianenſis, ſive Coſilinatus urbis Antiſtitem Antiochum ſervum juris patronæ ſuæ [abſentis dominæ occaſione captata] ad presbyterii honorem uſque perduxiſſe, ejuſque fratrem Leontium clericalis officii privilegio decoraſſe. Et ideò fratres chariſſimi inter ſupradictos actores, & eos, qui extremæ conditionis repetuntur objectu, cognitionem vobis noſtra authoritate deputamus: ac omni veritate diſcuſſa, ſi re vera objectam ſibi maculam juſtæ refragationis non poterit ratione diluere, Leontium clericum, quem gradus præfinitus legibus non defendit, ad ſe quendam conditionis ſuæ neceſſitatem modis omnibus reddi jubeatis. Antiochum vero, quia per ſacerdotium reconciliari non poteſt, ſi in ſua Eccleſia in hoc, in quo eſt honore collocare eum deſiderat Domina, non velut redditum ſibi habeat, ſed pro miniſteriorum celebratione ſuſceptum.

II. LATINUS de Theodora, Grumentinæ Eccleſiæ Diaconus, & cuſtos ſacræ ædis S. Laverii, vir inſignis Doctrinæ, & probitatis, omnium votis poſtulatus fuit ad Epiſcopatum Marcellianenſem circa an. 580. qua de re Pelagius Papa ita ſcribit Juliano Epiſcopo Grumentino in Decret. diſt. 63. can. 14.

Literas charitatis tuæ ſuſcepimus, quibus ſignificas Latinum Diaconem tuum ad Epiſcopatum Eccleſiæ Marcellianenſis a Clero, & omnibus, qui illuc conveniunt, poſtulari. Hoc itaque dicimus, ut ſi

omnes

omnes eum eligunt, & vis eam concedere, gratum nobis eſſe cognoſce, & ſi poteſt, ante diem ſanctam feſtinet occurrere, ut vel Subbatbo ipſo noctis magnæ poſt baptiſmum cum Dei gratia valeat ordinari.

Et diſt. 77. can. 12. idem Pontifex mandat Petro Potentino Epiſcopo, faciat eum velociter Romam occurrere ad ſacram ordinationem ſuſcipiendam, ita ſcribens.

Pelagius Papa Petro Potentino Epiſcopo.

Dilectionis tuæ ſcripta ſuſcepimus, quibus ſignificas Lutinum Eccleſiæ Gramentinæ Diaconem ad Epiſcopatum Marcellianenſis Eccleſiæ, ſive Cluſitanæ ab omnibus fuiſſe electam: quod jam ante hoc tempus retuliſti, & juſſimus, ut veniret, credentes eos de perſona ejuſdem ab Epiſcopo ſuo dimiſſorias accepiſſe. Quod ſi modo fecerunt, facite eum velociter ad urbem Romam occurrere: ut ſi Deus juſſerit, in Subbatbo magno poſt horam baptiſmi ordinetur. Quod ſi ante memoratum diem non occurrerit, cogetur uſque ad quarti menſis jejunia ſuſtinere.

Atque hinc in gloſſa obſervatur Marcellianenſem Epiſcopum immediati juris fuiſſe S. Romanæ ſedis. Sed hujus regionis talis ſubjectio omnium tunc erat, cum nondum ibi Archiepiſcopatus exorti fuiſſent. Latini propterea mentio fit in Actis S. Laverii apud Ughellam tom. 7 col. 488.

III. LANDUS *Conſelino* habetur in Romano Concilio an. 743.

MARTANVS

EPISCOPATUS.

INter Tudertum, ac Carſulas in Umbria celebris vicus fuit, quem à Fano Martis vel in ipſo vico, vel prope vicum exiſtente, MARTIS VICUNT dixere veteres. Ejus meminere Itineraria, & ſequens inſcriptio antiqua apud Cluverium.

VICANI. UICI. MARTIS TUDERTIUM.

Hunc vicum ſequioris ævi Scriptores corrupto vocabulo MARTAM, *Martanam*, ac *Mortulanum* appellavere, nunc verò locus *S. Maria de Pantano* nuncupatur. penitus exciſo jamdiù Vico, ubi veteres inſcriptiones, numiſmata, ac alia venerandæ antiquitatis monumenta foſſorum raſtris identidem occurrunt. Inter Umbriæ civitates meruit connumerari. ex quo

I. S. BRITIUS Umbriæ Apoſtolus, Joanne fratre in Spoletana ſede ſubrogato, inibi munia exercuit Epiſcopalia. indeque in univerſam Umbriam ſacras leges effudit, ut ejus acta teſtantur ab Ughello noſtro relata tom. 1. in Spoletanis col. 1261.

II. S. FELIX, cujus dies feſtus habetur 30. Octobris apud Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italiæ, & alio generali ſanctorum, qui non ſunt in Martyrologio Romano, dicitur Martanis ſacrum jus dixiſſe; licet arbitretur Jacobilius ad dictum diem 30. Octob. hunc S. Felicem eſſe eumdem cum S. Felice Hiſpellati, qui utrique civitati præfuerit.

A Nulla præterea ſupereſt Mortulanæ cathedræ memoria; locuſque in Spoletani Antiſtitis ditione cenſetur. Thaddæus Donnola in libello de loco martyrii S. Felicis affirmat Martanam civitatem imaginariam potius, quam veram deprehendi, omnibus antiquis Scriptoribus incognitam: contrarium tamen ex ſupradictis, & præcipuè ex Actis S. Britii ſuadetur.

MATILICAS

B

EPISCOPATUS.

SUpra Æſim oppidum in radicibus Apennini ſitum eſt antiquiſſimum, ac nobile oppidum Piceni inter Fabrianum, & Septempedam MATILICA vulgo *Matelica*, poſt conditam Romam annis circiter 100. à Roſio, ut ajunt. Roſellæ Reguli filio condita, de qua libro 3. Itinerarii.

Deinde vetus retinens ingreſſu Matilica nomen.

Fuiſſe aliquando municipium teſtatur hujus loci lapis antiquus, in quo præter alia, hæc quoque leguntur verba:

PATRONO. MUNICIPI. MUNICIPES MAT

C Ejus pariter mentionem faciunt Frontinus de Coloniis, & Plinius lib 3. cap. xiv. cui ſunt oppidani *Matilicates*. Prodiere ex ea viri non modò literis omnibus perpoliti, ac Eccleſiaſticis dignitatibus conſpicui, ſed etiam rei militaris peritiſſimi, quos inter magni nominis fuit Conradus Bononienſium copiarum Ductor in aggreſſione cujuſdam caſtri ictu tormenti bellici interfectus an. 1404. Nitet adhuc hoc oppidum populo affabrè exculto, & ad omnem pietatem prono: numerat ferè ſex millia hominum capita, antiqua collegiata, aliiſque templis optimè inſtruitur. Præter Congregationis Oratorii Presbyteros quinque alit Regularium virorum cœnobia, duo Monialium. Proprio antiquitus ſuperbivit Epiſcopo, donec temporum perverſitate hæc ſedes infirmata ſuas oves Camerinenſi Paſtori commendare juſſa eſt. Præſules, qui hujus antiquatæ cathedræ fidem adſtruunt poſteritati, ſequentes ſunt.

I. ÆQUITIUS Matelicatenſis Epiſcopus interfuit Romano Felicis Papæ Concilio an. 487.

D

II. FLORENTIUS Vigilium Papam Conſtantinopolim ſecutus eſt an. 551. & Theodori Epiſcopi Cæſareæ in Cappadocia condemnationi ſubſcripſit, ut teſtatur Vigilii ſententia in eumdem Theodorum lata.

Digitized by Google

MAURENSIS

EPISCOPATUS.

MAURUM, ſeù potius *Muraaum*, ut ex Antonini Itinerario, & antiqui lapidis inſcriptione docet Cluverius in Italia antiqua, civitas fuit Lucaniæ in Brutiorum confinio, non longe ab ortu Sybaris fluvii intra Apenninum montem medium interſinum Tarentinum ad Ortum, & mare Tyrrhenum ad Occaſum, ſexdecim propterea utrinque milliaribus diſſita. Interiit jamdiu bellorum intortonils exagitata, ejuſque loco ſucceſſiſſe Caſtrovillarum oppidum exiſtimat Barrius. Epiſcopalem in ea ſedem extitiſſe hos edocet

I. LUCIANUS, qui Epiſcopus Maurenſis Provinciæ Calabriæ ſubſcripſit ſynodo Romanæ à Julio ſummo Pontifice in cauſa D. Athanaſii celebratæ anno 342 ut illius Concilii Epocham contra Baronii ſententiam firmsot Valeſius in Obſervation. Eccleſ. & ex eo Pagius ad dictum annum. Nec plura in veteribus monumentis de hoc antiquato Epiſcopatu.

METHAMAUCENSIS

EPISCOPATUS.



METHAMAUCUM, ſeu Methamaucus (utroque enim modo ſcriptum reperitur apud Sabellicum, & Sigonium) oppidum ita dictum, quaſi meta Medoaci fluvii vulgo *la Brenta* in æſtuaria Veneta defluentis, ſitum erat in ea Veneti littoris parte, ubi Medoacus amnis in Adriaticum mare ſe exonerans portum efficit ampliſſimum, & naufragiis celebrem, vulgo *il Porto di Malamocco*, quinque millie paſſus a Venetiis diſſitum Ejus origo eadem fuit ac cęterarum Veneti ęſtuarii urbium ac inſularum, Barbarorum videlicet in Italiam irruptio, quorum furorem declinantes proximè continentis incolæ alii alio ſe in æſtuariis receperunt, rebuſque ac familiis aſportatis perpetuum fixere domicilium Methamaucum vero tam frequenter olim cultum fuit, ut illic Ducalis ſedes aliquamdiu manſerit, donec totam littoralem oram vaſtante Pippino Caroli Magni filio, ipſumque Methamaucum obsidente, in Rivum altum fuerit tranſlata. Civilibus deinde exortis bellis diffluere cœpit, poſtea

A incendiis, altero hoſtiliter illato a Joanne Venetorum Duce, altero caſu excitato, quo viginti pariter Venetæ Parochiæ abſumptæ dicuntur, anno circiter 1100. & ſi quid Methamauci flamma non excuſſit, mare non diu poſt alluvione ſua penitus abſorbuit. Quando verò Methamaucum Epiſcopalis honor illatus fuerit, non eadem eſt diverſa opinantium ſententia; id enim alii eveniſſe arbitrantur, cum Barulus Epiſcopus Patavinus Attilę ſævitiam fugiens Patavio relicto Methamaucum conceſſit ao. circiter 452. aliis id cum Dandulo in annum circiter Chriſti 638. rejicientibus; quibus ego libenter accedo. Nam cum Berguardus, qui tunc temporis Patavinis præerat, nollet rem agere cum Epiſcopo Arriano, qui cum Catholico juſſerat urbibus ſuis præeſſe Rotharis, Longobardorum rex, Methamaucum abiit, ibique ſedem Epiſcopalem fixit Romano Pontifice approbante. Verum eſt, quod ante ducentos annos etiam Barulus Berguardi deceſſor Attilæ furorem declinans Methamaucum ſe receperat,
B ibique deleto Patavio Pontificalia munia exercuerat, ubi proximè ſubſequens Barulo Joannes templum pariter ſubſtruxit cathedrale; ſed hi, eorumque ſucceſſores Cyprianus, & Nicolaus Methamauci ſubſtitere germani fortaſſe Epiſcopi, utpote in loco Patavinæ diœceſis, ſed non in propria ſede, a qua veluti extorres tutum ibi quærebant aſylum: & Nicolaus, ut primum ſenſit a civibus inſtauratum Patavium, hoc, relicto Methamauco, repetens ſatis edocuit advenam fuiſſe, quæ inibi per aliquot annos ſteterat, Pontificiam dignitatem. Aliter vero ſentiendum eſt, ex quo Berguardus, ne Antiſtitis Arriani communione pollueretur, Patavio fugiens Methamauci ſedem ſuam poſuit. Nam tunc annuente ſummo Pontifice avulſum eſt a Patavini Præſulis juriſdictione Methamaucum, eique proprius attributus Antiſtes, qui Gradenſis Metropolitæ præſtolaretur arbitrium, cum è contra Patavinus Præſul Aquilejenſis Patriarchæ mandatis obtemperaret. Hinc igitur petenda
C hujus Cathedralis origo & ſeries Methamaucenſium Epiſcoporum haud altius repetenda. Sit igitur

I. BERGUARDUS primus Methamaucenſis Epiſcopus, qui cum Patavinis ſacrum jus diceret eo tempore, quo Rotharis legem tulerat, ut in ſingulis urbibus duo Epiſcopi reſiderent, quorum alter Catholicis, alter Arrianis præeſſet, ne Arrianis communicaret, Methamaucum confugit, ibique circa annum reparatæ ſalutis 638. nova Epiſcopatus fundamenta jecit Gradenſis Patriarchæ ſuffraganei. Quamdiu vero in hac nova Cathedra ſederit, & quinam illius ſucceſſores per ducentos fere annos extiterint, memoratum non inveni.

II. FELIX an. 876 ob non præſtitum Patriarchæ Gradenſi obſequium ſacris interdicitur una cum Petro Equilino a Joanne Papa VIII. ſequenti Epiſtola, in qua Felix *Mandaaucenſis* perperam, pro *Methamaucenſis* appellatur.

D *Joannes Felici, & Petro Epiſcopis Mandaaucenſi, & Equilenſi.*

Quam ingrati & inhumani fueritis erga reverendum fratrem noſtrum Petrum Eccleſię Gradenſis Antiſtitem, in hoc maxime datur intelligi, ia quo ille pro legibus paternis incolatum arripiens, nullum veſtrum comitem ſuæ peregrinationis promeruit: præſertim cum ad limina ſs Apoſtolorum profectus, ſedemque adierit, ubi ſemper Catholicis ſubvenitur, & ubi plurimi Sanctorum injuriam paſſi petram, a qua Petrus nomen ſortitus eſt, refugium invenerunt. Additum autem eſt huic rei, quoad majoris contumaciæ veſtræ cumulum demonſtrandum; quia ſcilicet non ſolum cum illo ſtantes ſecundum Prophetam, Minime ex adverſo aſcendiſtis, & oppoſuiſtis murum pro domo Domini: *ſed quaſi rebelles rupto unanimitatis fœdere tranſiſtis ad hoſtes; & cum non ſitis cum illo, facti profecto eſtis adverſus illum, ſicut*

De-

Dominus ait. Qui non eſt mecum, contra me eſt. *In quo & ipſam biſtiarum tranſcendiſtis ſævitiam, parricidalibus adverſus eum utentes conſiliis. Pro quibus omnibus Apoſtolatus noſtri vos Romam occurrere, & pro bis, & aliis, quæ corrigenda duximus, ſatisfacere, non ſemel apicibus commonuimus: ſed venire hactenus modis omnibus contempſiſtis. Quapropter vos a Sanctis myſteriis interim celebrandis auctoritate ſummi paſtoris arcemus, jubentes, ut Idibus Februarii iſtius Indictionis, ſi adeſtis, vel ſi duræ infirmitatis pondere non gravemini, Synodo noſtræ Romæ celebrandæ intereſſe inexcuſabiliter maturetis: quatenus ab objectis purgemini, & a capite, tam ſcilicet Apoſtolica ſede, quam metropolitano veſtro in nullo dividamini:* Ne, *quod abſit,* circumveniamini a Satana, *qui videlicet ſemper diſſenſione gaudet. Membra quippe, quæ capiti non bærent, inter mortua deputantur: ſicuti proculdubio vos, qui nec Apoſtolicæ ſedis, quæ eſt caput omnium Chriſti Eccleſiarum, decretis beretis, aut affectui Metropolitani proprii, & patroni atque Magiſtri. Jam verò ſi Idibus ſaltem Februarii occurrere contumaciter parvipenditis, tamdiu eſtote poſt hac omnis Eccleſiæ communione una cum vobis faventibus alieni, quamdiu venire ac ſatisfacere ſuper quibus impetimini, non curatis. Ecce enim venerandos forte canones tenetis præ manibus, qui tales ſanciant non communicaturos, donec purgentur. Porro ſi quiſquam veſtrum nullo modo ſe poſſe venire prætenderit, vicarium ſuum mittat, qui & mittentem ſe jurejurando excuſet, & in Synodo vicem mittentis adimpleat. Data Kalendis Decembris, Indictione decima.*

Vix ſuperſuit huic Epiſtolæ Felix; nam

III. LEO eidem ſubrogatus jam fuerat menſe Majo anni 877. quo illi mandat præfatus Joannes VIII. ut Ravennam ad Concilium proficiſceretur, Epiſtola ſequentis tenoris.

Joannes Epiſcopus Petro, & Leoni Epiſcopis Venetiæ.

Univerſale tandem aliquando nos celebrare Concilium, multiplex, & multifaria nos Eccleſiarum neceſſitas cogit; & ideo pro bac moderanda vel diſpenſanda, VIII. Kalendas Julias hujus indictionis, totius Italiæ apud urbem Ravennam convenire juſſimus Sacerdotes; ad quorum videlicet ſacratum collegium, Pontificio noſtro mediante, veſtram quoque ſanctitatem occurrere commonemus, una cum bis, qui loco ſunt Epiſcoporum decedentium ſubrogati; & illis nihilominus, quos Urſo glorioſo Duci, & vobis ſcribentes, noſtris ſæpius, & expreſſius ſignificavimus ſyllabis: atque, ut abſolute regulariterque fatramur, omnibus, qui ſe læſos exiſtimant: quos generaliter auctoritate Apoſtolica ſanctitas veſtra ſecum properaturos advocare profecto debebit. Itaque, fratres, indubitanter accedite: ut præter communem utilitatem, quæ in Synodo eſt proculdubio componenda, quidquid inter fratrem & Corpiſcopum noſtrum, Petrum videlicet, Metropolitanum veſtrum, & prædictos, controverſiæ vertitur, canonicum finem accipiat, & pax, & tranquillitas Eccleſiis veſtris, ſicut condecet, reformetur. Non ergo, cariſſimi, tam ſancto, numeroſoque fratrum de eſſe collegio patiamini: quia nos, nihil credite, nullius veſtrum caſum exquirimus; abſit. Verumtamen niſi ad hanc ſaltem præſignatam univerſalem Synodum acceſſeritis, communi cunctorum ſententia canonicis legibus ſubdemini, & pro tanta inobedientia puniemini. Eſt enim, *Samuele ſancto docente,* quaſi peccatum ariolandi, repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere. *Data VI. Kal. Junii, Indictione X.*

Hic ille Leo Epiſcopus Methamaucenſis, quem cum Joanne Olivolenſi, & altero Joanne Civitatia novæ Epiſcopis a Petro Patriarcha Gradenſi conſecratum narrat Dandulus in Chronico lib. 8. cap. 5.

IV. DOMINICUS, Archidiaconus Methamaucenſis Eccleſiæ cum eſſet, ab Urſo Particiaco Venetiarum Duce miſſus eſt ad Simonem Bulgarorum regem ad redimendum Ducis filium, quem Conſtantinopoli reducem in captivitatem traxerat: quo munere egregie perſunctus Eccleſiæ ſuæ deinde factus eſt Epiſcopus, ut narrat noſter Dandulus in Chronico: quod circa an. Chriſti 916. eveniſſe conjicio.

V. PETRUS florebat anno 960. quo ſubſcripſit Decreto Petri Candiani Veneti Ducis a nobis tom. 5. col. 1210. in Caſtellanis relato. Anno vero 967. interfuit Ravennati Concilio.

VI. LEO ſedebat in hac cathedra an. 1005. ex documento indicato a Sanſovino in urbe Veneta deſcripta pag. 532. editionis anni 1663 ejuſque memoria mihi obvenit in quadam immunitatis, & obligationis Siccenſium charta eo circiter tempore exarata, in hunc modum.

Cum mercationis cauſa frequentantes locu univerſa Venetiæ homines habitantes Sacco Caſtellumque prope poſito, thelonei jure illis imponens quidquid publicis exercebantur negotiis, qui venientes in præſentia dominorum Petri Ducis 53. Orſeolo itemque Ducis filii ejus proſternentes lamentabantur de tanto impoſiti ſibi jure ripatici, cum in nullo locorum Venetiæ debuiſſent tributa, vel ripatica perſolvere, niſi ſoli palatio ducatus Venetiar. annualiter ducentarum librarum ital. Hac vero facta proclamatio judices coram præfati Domini adſidentes, ſtatimque judicantes, ut ſi Caſtellenſes duodecim jurare voluiſſent, quod in nullo locorum Venetiæ nihil ripatici, nihilque thelonei perſolvere ſecundum antiquorum parentum ſuorum conſuetudinem deberi niſi ſolo palatio ducatus annualiter ducentarum ital librarum, immunes eſſe deberent dationis in cæteris locis. Quo bæc jurati ſunt placiti loco ſolumque reſidentibus Domini Duces, & Dominico Epiſcopo Rivoaltenſi, ſeu Leo Epiſcopo Methamaucenſi Judices, & magnorum virorum conglebatio perſiſtentes. Nomina eorum, qui jurati ſunt, bæc ſunt.

Aſtulpho gaſtaldio.
Martino Pergypbo.
Dominicus Natolis.
Jo. Godolino.
Leo Barbalongbo
Urſo Juſtino.
De nominato Caſtello juravit
Diaconus Petro Competro
Petrus Centoni.
Lorenzolo.
Petrus Fuſcheni
Petrus Biſardo.

VII. DOMINICUS Olivolenſis Eccleſiæ presbyter poſtulatus fuit a Clero, populoque Methamaucenſi in Epiſcopum anno 1046 quamobrem Dominicus Olivolenſis Epiſcopus Epiſtolam ſeripſit Patriarchæ Gradenſi, ut illum Eccleſiæ licet ſuæ clericum, ſi placeret, ordinaret Epiſcopum, relatam ab Ughello tom. 5. col. 1217.

VIII. HENRICUS an 1060. cedit Parochiali Eccleſiæ S. Mariæ Formoſæ Venetiarum terram quamdam, & hortum poſitum in Paleſtina, quem ad Methamaucenſem Epiſcopatum pertinere antea contendebat, per ſequentem chartam è tabulario prædictæ Eccleſiæ S. Mariæ Formoſæ ex copiali deſcriptam hujus tenoris.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno Incarnationis ejuſdem Redemptoris noſtri milliſimo ſexageſimo, menſe Madio, indictione tercia decima Rivoalto. Plenam & irrevocabilem ſecuritatem mitto ego D. Heynricus Dei gratia ſanctæ Metamaucenſis Eccleſie Epiſcopus conſentente mihi

Domno

Domno Dominica Contarene inclita, Duce, & Seniore noſtro Imperiali Patritius antipatus cum meis ſucceſſoribus vobis Mauricius Florentius Maureteni, atque Dominicus ambo fratribus, necnon & Dominicus Nepoti veſtro filio Petei Florentii fratri veſtro, & veſtris heredibus de ipſa anacorea, & uno borco, qui eſt poſitum in loco, qui cognominatur Palestina, & eſt poſita vecto tramite de vinea ſanctæ Marie Formonſo veſtre Eccleſie, quam predenominata terra & urio intencio inter vos accevit, quod ego dicebam, quam de noſtro Epiſcopatui pertinuiſſet, & vos interdiniſtis mihi, & diniſtis, quod de predenominata Eccleſia Sancto Marie Formonſe pertinuiſſet. Unde pœnominati noſtri ſeniori Ducis ſupra ipſa proprietas fuit, & judices terræ noſtræ, & cognoverunt per leges quod prænominata terra, & urio de veſtra Eccleſia, Sanctæ Mariæ Formonſe peritnuiſſet, ſicut cantinetur recto tramite ipſa calle domnica, quæ ibi eſt poſita, quam ipſa calle Domnica eſt poſita inter prænominata veſtra proprietas, & peopietas de noſtro Epiſcopatus. Et ego de prenominata terra, & uria inde per omnia extra factus ſum, ſicut continet eu uno latere, quod tenet in prenominata calle domnica, & alio latere firmat in terra Sancti Viti, & partem in Gregorius Clericus Gatiliſſo, & in veſtra Eccleſia ſanctæ Mario Formonſo permanet poteſtas ad faciendum inde quodcumque ſibi placuerit. Itaut nullis diebus, nulliſque temporibus nos inde requirere, aut compellere debeamus per nullum ingenium non parvum, neque magnum. Quoniam die preſenti venimus eo ordine, ut ſupra legitur, de prædicta proprietas per omnia inde definiti ſumus ſecundum Legem. Quia nihil remanſit quod vos inde amplius requirere debeamus. Quod ſi quocumque tempore de ſupraſcripta veſtra proprietas, quam pertinet de pronominata veſtra Eccleſia ſanctæ Marie Formonſæ, aliquid requirere temptaverimus, componere promitto tum meis ſucceſſoribus vobis & veſtris heredibus auri libras quinque, & hæc ſecuritas maneat in ſua firmitate.

Ego Dominicus Contareni Dei gratia Dux M. M. ſubſcripſi

Enricus Dei gratia Methamaucenſis Epiſcopus ſubſcripſit

Ego Dominicus ſſ.
Ego Dominicus ſſ.
Ego Petrus ſſ.



Teſtes ideſt Dominicus Roſo
Dominicus Caput in ſollo
Petrus Caput in colla

Ego Hieremias presb. & Notarius compl. & roboravi.

Ego Sebaſtiano Bono ſicut vidi in matre teſtifico in fil.a.

Ego Jacobus Ardici ſicut vidi in matre teſtificor in filia.

Ego Vitolis Violanus presbyter, & notarius ſcripſi hoc exemplum anno Dom. 1160. menſe Julii Ind. VIII. in qua nec minui nec ampliavi, quod complevi, & roboravi.

Hunc eſſe puto eumdem illum Henricum Grancarolum, qui Eccleſiæ ſuæ, & urbis excidium fortuito primum incendio, & mox ſubſecuta terræ concuſſione, ſubitaque pelagi inundatione propriis uſurpavit oculis, deflevitque. Hinc a vorticibus maris abſorptum ſolum deſerere coactus, auctoritate Principis, ſenatuſque Veneti, Foſſam Clodiam aſportatis ſanctis lipſanis Felicis Martyris, & Fortunati, theſauro pariter, ſacriſque deſolatæ Eccleſiæ ſupellectilibus, & cæteris, quæ vel ab igne devaſtante, ſeu ab aquis cuncta profligantibus opportune ſubtrahi potuerunt, eò pariter ſedem tranſtulit Epiſcopalem. Fœdam hanc Methamauci cladem accidiſſe Ordelapho Faledro Venetiarum Duca Veneti Scriptores omnes concorditer aſſerunt; Epiſcopatus verò Methamaucenſis tranſlationem in annum octavum ejuſdem Ducis rejicit Danduius in Chronico. Quod cum verum ſit, verum tamen eſſe nequit Ordelaphum thronum Ducalem conſcendiſſe nonniſi anno Chriſti 1102. vel 1101 ut ferè communiter tradunt Auctores; neque ſatis admirari queo oſcitantiam Sanſovini principium Ducatus Ordelaphi ad an. 1102. referentem, qui loco ſupra citato ejuſdem Ducis documentum anno 1100. exaratum non ita pridem citaverat, initiumque protulerat. Documentum tranſlationis, quod Ughelius tom. 5. in Clugienſibus mutilum retulit, noſque ſupplevimus ex Mſ. Petri **B** Moracii Clodienſi hiſtoria, dicit illam factam anno Chriſti 1100. Indictione tertia, quæ tamen non cohæret cum anno Chriſti 1100. quo currebat Indictio VIII. Tranſlatione jam facta Eccleſiam Methamaucenſem in archipresbyteratum erectam ab Henrico Præſule anno 1106. non edocet documentum, quod ex citata Moracii hiſtoria in Clugenſibus ſimiliter exhibuimus; ſed cum in hoc pariter indictio quarta non concordet cum anno 1106. in quem incidit Indictio decima quarta; ex præfatis documentis poteſt quidem colligi erectionem Archipresbyteratus Methamaucenſis contigiſſe unico tantum anno poſt tranſlationem Epiſcopatus, ſed nequit inde hauriri certus annus, quo utraque acciderit, quas tamen eveniſſe ante annum Chriſti 1107. conſtanter affirmo; nam Henricus, quo Præſule utraque facta eſt, eo anno jam deceſſerat, ſucceſſoremque exceperat

IX. STEPHANUM Badoarium, qui electus **C** Methamaucenſis fidelitatis juramentum præſtitit anno 1107. Joanni Gradonico Patriarchæ Gradenſi ex documento in Patriarchali Veneto archivo exiſtente. Hic idem Stephanus Methamaucenſis Epiſcopus anno 1127. ſubſcripſit ſententiæ a Joanne Patriarcha Gradenſi contra Torcellanos Canonicos latæ, quam videre licet tom. 5. in Torcellanis col. 1370. Hinc facilè perſpicitur, non ſtatim poſt tranſlationem hujus Epiſcopatus factam, illius Præſulem Methamaucenſis titulum depoſuiſſe, ſed diù poſt retinuiſſe, donec fortaſſe a Summo Pontifice approbata fuerit, eadem tranſlatio.

Cæterum, abſorpto Methamauco, ejuſdem nominis oppidum ab eo non longe poſtea excitatum fuit, quod hodie quoque viget, ſæculari præfectura inſignitum. **D** Præter Archipresbyteralem Eccleſiam viſitur in eo ſacrarum Virginum cœnobium.

***

ME-

M E V A N A S

EPISCOPATUS.



AD Tiniæ, Clitumnique confluentes in Umbria, viaque quondam Flaminia jacet illuſtre nunc oppidum vulgo *Bevagna*, ulim celebris urbs MEVANIA, quam inter antiquiores, præcipuſque Umbriæ civitates rejicit Cato in ſnis fragmentis, & Strabo lib. 5. inter illuſtriores, memoratuque dignas urbes refert. Vetuſtas ejus patet ex Livii lib. 9. ubi dicuntur *Legati ad Fabium Conſulem miſſi, ut ſi quid laxamenti à bello Samnitium eſſet, in Umbriam propere exercitum duceret. Dicto paruit Conſul, magniſque itineribus ad Mevaniam, ubi tunc copiæ Umbrorum erant, pervenit*. Factum illud Q. Fabio Maximo Rulliano III. & P. Decio II. Coſſ. ideſt an. ab urbe condita 445. Validiſſimum, munitiſſimumque fuiſſe locum ex eo colligitur, quod adventante Veſpaſiani exercitu, Vitellii exercitus eum ceu arcem belli occuparit, ut narrat Tacitus hiſtor. lib. 3. Lateritios Mevaniæ muros celebrat etiam Plinius lib. 35. cap. 14. eorumque ruinæ hactenus contuentium oculis ſubiiciuntur. C Ejus verò antiquam amplitudinem etiamnum demonſtrant Amphiteatri cujuſdam veſtigia apud Eccleſiam S. Franciſci, & Circi majoris reliquiæ apud Dominicanos. Mevanienſis ager amænus, & fœcundus, ac prægrandium armentorum maximè ferax. Ex his quidem armentis eximios quoſque tauros candidos, (nam aquæ Clitumni potæ, teſtante Plinio, boves candidos reddunt) inauratis cornibus, diademate ac vitis redimitos ducebant in Capitolium triumphantes Imperatores, & undis ex Clitumno ſumptis perfuſos Jovi, & Diis immolabant. Nec parvum veteris Mevaniæ decus fuit clarus Elegiaco carmine Propertius in ea natus ipſomet lib. 1. Eleg. xxii. ita canente. D

Qualis, & unde genus, qui ſint mihi, Tulle, penates,
Quæris pro noſtra ſemper amicitia.
Si Peruſina tibi patriæ ſunt nota ſepulcra,
Italiæ duris funera temporibus:
Proxima ſuppoſito contingens Umbria campo
Me genuit, terris fertilis uberibus.

Præter verò citatos Auctores hujus urbis meminere Livius, Columella, Silius, Lucanus, Statius, Ptolomæus, Itineraria, aliique. Cum autem fides Chriſtiana per Italiam propagari inciperet, aperuere oculos Mevanienſes Evangelii luci, prædicante S. Vincentio primo eorum Epiſcopo, qui ſemel inibi plantatam fidem ſuo etiam ſanguine per triumphalem martyrii agonem effuſo irrigavit. Illam deinde excoluere Vincentii ſucceſſores, quorum nomina ferè omnia exciderunt, donec Barba-

A ris in Italiam irruentibus, omniaque ferro, flammaque devaſtantibus, Mevania excidium paſſa ſit non fidei Chriſtianæ, Epiſcopalis dignitatis faceret jacturam. Porrò Antiſtitum, qui in Mevanienſi cathedra ſedere, hæc ſuperfuerunt nomina.

I. S. VINCENTIUS, à S. Britio Umbriæ Apoſtolo Mevanienſibus Antiſtes datus, dum paſtorali munere ſanctiſſimè fungeretur, ab Idulorum cultoribus diutius divexatus, tandem ſacris ſolemniter peractis, populoque fideli Dominici corporis pabulo refectu, maximis illuſtris miraculis evolavit ad ſuperos die 6. Junii an. Chriſti 66. vel 70. ut Jacobilius, vel Piergilius cenſent, ſeù potius anno Chriſti 303. ut conjicit Godefridus Henſchenius in Actis Ss. Junii tom. 1. pag. 624. Glorioſi Chriſti martyris corpus Glyceria Mevanienſis matrona multo auro ab Ethnicis redemptum, in ſuo prædio aromatibus conditum ſepelivit. Pro Chriſto cruento certamine Vincentium jam præceſſerat Benignus ejus diaconus, quorum ſacra lipſana diù retinuit, & coluit Mevania. B Sed ob hoſtium incurſiones jam ferè deſolata civitate, pretioſiſſimis etiam his ſacris pignoribus ſpoliata fuit, eorumque pars Metis in Lotharingia, pars Lucæ in Etruria decentiſſime aſſervatur.

II. JUSTINUS, Romanus à S. Sylveſtro Papa dicitur datus Mevanienſibus Antiſtes.

III. INNOCENTIUS *Mevanatenſis*, *Mevanas*, & *Mibanas* Epiſcopus nuncupatur in Romanis, quibus interfuit, Conciliis an. 487. ſub Felice, 499. 502. & 504. ſub Symmacho celebratis.

IV. N.... per cujus obitum vacante Mevanienſi Eccleſia, Clerum, & populum urget pro electione novi Epiſcopi Magnus Gregorius ſequentibus literis an. 591. ſcriptis, ac ex ejuſdem regeſt. lib. 1. epiſt. 81. edit. Monach. deſumptis.

Gregorius Clero, ordini, & plebi conſiſtentibus Mevanienſi Eccleſiæ.

C *Quoties res aliqua pluribus agenda committitur, dum quiſquis diſſentit ab altero, diſpendiis potius, quam utilitatibus aditus reſeratur. Quod nos providentes, ne hoc veſtræ contingere poſſit Eccleſiæ, ejus curam utilitateſque Honorato presbytero ad præſens committendas elegimus: quatenus res utilitateſque Eccleſiæ per eum & procurari valeant, & modis omnibus cuſtodiri. Ideoque dilectionem veſtram ſcriptis præſentibus adhortamur, quatenus, ut vobis poſſit ordinari ſacerdos, invicem veſtræ voluntatis in unius digna electione concordet aſſenſus, nec amplius Dei Eccleſiam officio patiamini vacare Pontificis. Quouſque verò Eccleſiæ ipſi Sacerdos fuerit ordinandus, omnem ſupradicto presbytero, ſicut diximus, ſollicitudinis ejus curam commiſimus. Ita ergo ſe veſtra dilectio in his omnibus exhibere feſtinet, ut amorem vos Eccleſiæ habere, promæ devotio mentis oſtendat.*

Cum autem ſanctus Pontifex in ſuprarelatis lite- D ris de Mevanienſium in nova Epiſcopi electione agenda diſſenſionibus conqueratur, facilè poteſt colligi, quod non diù antea eorum defecerat Antiſtes. Aliis item literis idem Sanctus Gregorius biennio poſt hujus electionis curam mandat Chryſanto Epiſcopo Spoletano in hunc, qui ſequitur, modum. Epiſtola eſt ſexageſima quarta libri tertii in nova editione Monachorum.

Gregorius Chryſanto Epiſcopo Spoletano.

Ante hoc biennium Fraternitati tuæ Mevanienſis Eccleſiæ viſitationis deputaveramus officium, in quo more ſervati noſtro nihil vos de provectionibus facere voluimus Clericorum. Nunc verò venientes huc præſentium portitores prædictæ Eccleſiæ Clerici, dixerunt Sacerdotem ſe neque in eadem Eccleſia, neque in ejus parochiis habere. Hortamur igitur Fraternitatem tuam, ut ſiquidem talem potueris reperire per-

ſo-

ſonam, quæ dignund Epiſcopalis offici apicem valeat promoveri, huc eum cum ſolemnitate decreti, veſtrarumque teſtimonio litterarum celerius dirigatis. Sin verò hoc nunc inveniri non poteſt, cum omni ſtudio, et vivacitate perſonas exquiſite, quæ illic in Presbyterii ordine valeant conſecrari. Quarum vitam actoſque ſubtili prius inquiſitione diſcutite, ut in nullo eis vel ſacri Canones, vel Eccleſiaſticæ regulæ valeant obviare: ut hac proviſione populus illic degens communionem, qua ſe privatos ob Sacerdotum neceſſitatem flebiliter conquerunt, recepiſſe ſe gaudeant, & in Eccleſiis illis ſacra Miſſarum ſolemnia deeſſe non debeant. Sed & pro conſignandis infantibus Fraternitas tua illuc curet accedere, ut nihil ſit, quod paſtoralis ſollicitudinis neglectu vos carum remordent.

V. MARCIANUS *Mebienſis* Interſuit an. 649. Concilio Lateranenſi ſub Martino.

VI. FABIUS Anellinus, ſeu Sabellus, Romanus reſtauratæ à Ludovico II Imperatore circa an. 844. civitatis fertur Epiſcopus datus à Papa Sergio II.

Nec ulterior Mevanienſis Epiſcopalis dignitatis mentio aliqua occurrit, niſi quod in veteris Eccleſiæ geographia Epiſcopali Cathedra Mevanienſis recenſeatur. Ejus antiqua Cathedralis S. Vincentio primo Mevanienſi Epiſcopo, & loci patrono ſtabat extra civitatem ad portam inde etiam nunc dictam S. Vincentii, quæ a Longobardis una cum civitate miſerum in modum everſa fuit. Illam deinde reſtituere cives à diſperſione regreſſi, ſæpiuſque poſtea vel collapſam, vel dirutam reædificarunt, ſed nunquam priſtino reddiderunt ſplendori, deperdita Epiſcopali ſede. Urbs ipſa poſt Longobardorum injurias reſtaurata, gravia damna perpeſſa eſt à Federico II. an. 1248. graviora vero an. 1377. à Trinciis Fulginii dominis, ac Mevanates tyrannico jugo prementibus, à quibus auſa fuerat civitas rebellare; ſed abolita deinde Trinciorum tyrannide ſub Eugenio IV. mediante ejus Legato Joanne Cardinali Vitelleſco an. 1439 libertatem recuperavit, cœpitque ſub Martino V. ſtatutis, ac legibus novis informari, exindeque rediit ad ſpectabilis jura civitatis. Modo floret populo refecta, enumeratque quatuor circiter mille incolas. Ejus princeps, & Collegiata Eccleſia S. Michaeli Archangelo ſacra eſt, illique inſerviunt duæ dignitates Prior ſcilicet, atque Præpoſitus, quindecim Canonici, quatuor Beneficiati, totidemque Capellani. Duæ aliæ viſuntur inibi parochiales Eccleſiæ, ſeptem Regularium cœnobia, tria ſacrarum Virginum, quatuor Laicorum confraternitates, Hoſpitale peregrinorum, & Mons Pietatis. Ex ea plures prodiere celebres viri, quos inter fulgentiſſimum nomen B. Jacobi Mevenatis ex ordine Prædicatorum. Paret nunc ſpiritualibus Spoletini Epiſcopi mandatis.

MINTVRNENSIS

EPISCOPATUS.

INter Formias, & Sinueſſam ad utramque Liris amnis, qui nunc vulgò dicitur *il Garigliano*, ripam in Latii novi, & Campaniæ confinio fuere MINTURNÆ, Græcis aliquando *Minturna*, & *Menturna*, urbs quondam celeberrima, cujus magnificentiam ingentes ejus teſtantur ruinæ, qua-

A tuor fere millia paſſuum à mari, & fluminis oſtio diſſitæ, aquæductus nempe, amphiteatrum, murorum, turriumque magna rudera, prælti quidam fornices, aliaque ſplendidiorum ædificiorum fundamenta ſolidiſſima. Cernuntur præterea veſtigia pontis olim viam Appiam conjungentis, cumque hodie Liris ſcapha trajiciatur, hinc loco inditum nomen *la barca*, ſeù *ſtaffa di Garigliano*. Ex Minturnarum ruinis exortum tradunt ad tria circiter millia paſſuum in editis collibus ex adverſo dictarum reliquiarum exiſtens Trajectum oppidum, quod per errorem nonnulli veteres eſſe Minturnas dunt. Hujus urbis mentio paſſim fit à Scriptoribus Latinis, & Græcis, Cicerone, Livio, Catone, Plinio, Ovidio; Strabone, Ptolomæo, Dionyſio, Itinerariis, aliiſque. Romanorum Colonia in eam deducta fuit Q. Fabio Max. Rulliano quintùm, & P. Decio Mure quartùm Conſulibus, & novam deinde ſuperinductam à C. Cæſare auctor eſt Frontinus de Coloniis. *Minturnæ*, inquit, *muro*
B *ducta colonia, deducta à C. Cæſare*. Minturnenſes paludes C. Marii ærumnis celebres; ſed & Jovis Fanum, & Deæ Maricæ lucus Minturnas nobilitarunt, de quibus Livius lib. 27. *Minturnis ædem Jovis, & lucum Maricæ cælo tactum nunciatum eſt*. Verum major huic urbi adfulſit ſplendor ex Evangelii luce, quam non longe ab Apoſtolorum temporibus hauſit; ac à proprio ſacrorum principe, quem deinde ſævientibus quaſſata bellis, & miſeranda ruina concuſſa penitùs amiſit. Tunc enim jubente Magno Gregorio Minturnenſis Eccleſia in Formianam ditionem venit, ut ex ejus Pontificis Epiſtola, quam in Formienſibus retulimus. Minturnenſium porrò Epiſcoporum ex veteribus documentis nonnulli ſunt, qui certam hujus ſedis fidem faciant, ſcilicet

I. CÆLIUS RUSTICUS, qui primus omnium proximiori loco ſedit ſecus Symmachum Papam in Concilio Romano an. 499.

II. N. . . . per cujus obitum vacante Eccleſia
C à Barbaris jam deſolata Magnus Gregorius an. 590. Formienſi Minturnenſe univit ovile. Sed cum deinde Formiæ quoque à Sarracenis idem paſſæ fuiſſent an. 846. diſcrimen, & Formienſis Antiſtes Cajetam ſedem Epiſcopalem tranſtuliſſet, cum tunc temporis Trajectum è Minturnarum ruinis exortum præcipuè floreret Comitatus titulo etiam decoratum, cenſeo Epiſcopali per receſſum Formienſis Epiſcopi dignitate exornatum, ejuſque Præſulem nunc veteri nomenclatione Minturnenſem adhuc appellatum, nunc novo titulo Trajectanum. Nam

III. TALARUM *Minturnenſem* reperio interfuiſſe Romano Concilio anno 853.

IV. GEORGIUM *Trajectanum* in ſynodo Romana contra Joannem Archiepiſcopum Ravennatem an. 861. Acta hujus ſynodi ex Bacchinio nos retulimus tom. 2. in Ravennenſibus.

V. ANDREAM *S. Trajectanæ Eccleſiæ Epiſcopum* in judicato Notticheri Othonis Impera-
D toris Miſſi an. 954. ut ex documento ab Ughello tom. 1. in Cajetanis deſcripto.

Verum evanuit & hic Trajectanus fulgor; fortaſſe temporum calamitatibus valde imminutus Cajetanum adauxit.

†

MI-

M I S E N A S

EPISCOPATUS.

AD ſinum Bajanum inter Puteolos & Cumam celebris olim urbs fuit Miſenum, in ipſo ejuſdem nominis promontorio, à Miſeno Æneæ comite, ſive tubicine, quem morte ſublatum nobili cum pompa in ſuo ſinu excepit, ſic appellato, ut narrat Virgilius Æneid. lib. VI.

> *Nec minus interea Miſenum in littore Teucri*
> *Flebant, & cineri ingrato ſuprema ferebant.*

Paullò poſt.

> *At pius Æneas ingenti mole ſepulcrum*
> *Imponit, ſuaque arma viro, remumque tubamque*
> *Monte ſub aerio, qui nunc Miſenus ab illo*
> *Dicitur, æternumque manet per ſæcula nomen.*

Urbi hærebat nobilis portus, Miſenus itidem vocitatus, in quo Auguſtus Cæſar claſſem collocavit ad tutelam inferi maris. Promontorii, urbis, vel portus ex antiquis ſcriptoribus pleique meminere, Strabo ſcilicet, Plinius, Mela, Tacitus, Livius, Cicero, Svetonius, & ex Poetis præter Virgilium Propertius, Silius, Horatius. Statius. Frequentiam urbis teſtantur ejus rudera, & conſpicuæ theatri reliquiæ adhuc extantes. Porrò inter Miſeni ruinas maximè integra eſt Crypta, quam Trachonariam vocant à trachonibus, ideſt meatibus, ac cuniculis ſubterraneis, ubi aliquot fornicatæ cellæ à Leandro Alberto in ſua Italia deſcriptæ viſuntur, in quibus ad Miſenenſis Claſſis uſum receptam fuiſſe aquam exiſtimant. Inſignis præterea fuit hæc ora Romanorum deliciis, unde illuſtres prope Miſenum C. Marii, & L. Luculli, in qua Tiberius obiit, villæ. Oppidani Miſenenſes dicti ſunt à Tacito, ac Plinio, Miſenates verò à Vegetio, omnibuſque inferioris ævi Scriptoribus. Cæterum non minor apud Chriſtianos, quam apud Ethnicos Miſeni celebritas fuit: hinc cathedra, infuliſque Epiſcopalibus fulſit, donec, urbe à Saracenis exciſa, in Averſanam Pontificiam dignitatem ſuum quoque ſacrum decus tranſmiſerit. Civitatis excidio ſuperfuere ſequentium, qui Miſenati in cathedra ſedere, Pontificum nomina.

I. CONCORDIUS ſedit in Conciliis Symmachi Romanis an. 501. 502. & 504.

II. PEREGRINUS Miſenas Epiſcopus collega datus S. Ennodio Ticinenſi pro Apoſtolica Legatione ad Græcos expedita feliciter obeunda circa an. 518 de qua Ughellus inter Epiſcopos Papienſes in vita S. Ennodii, & Baronius, apud quem etiam reperies Hormiſdæ Papæ Epiſtolam ad Ennodium, & Peregrinum Legatos ſcriptam.

III. CONSTANTIUS Miſenus memoratur in reſcripto Pelagii Primi, teſte Holſtenio in notis ad Geographiam ſacram Caroli à S. Paulo.

IV. BENENATUS præerat Miſenati Eccleſiæ an. 592. cum M. Gregorius Cumanę Eccleſię viſitationem ei delegavit, ut & Eccleſiam illam tueretur, & ex ipſius clero idoneum ſacerdotem eligi curaret. Gregorii Epiſtola ex ejus regeſto lib. 2. ep. 25. edit. Monach. ſequens eſt.

Gregorius Benenato Epiſcopo.

Quoniam Cumanæ Eccleſiæ Liberius quondam Antiſtes de hac luce migraſſe cognoſcitur, propterea viſitationis deſtitutæ Eccleſiæ fraternitati tuæ operam ſolemniter delegamus, quam ita te convenit exhibere, ut nihil de provectionibus Clericorum, reditu, ornatu, miniſteriiſque, vel quidquid illud eſt, a quoquam præſumatur Eccleſiæ. Et ideo caritas tua ad prædictam Eccleſiam ire properabit, & aſſiduis adhortationibus clerum plebemque ejuſdem Eccleſiæ admonere te volumus, ut remoto ſtudio, uno eodemque conſenſu talem ſibi præficiendum expetant Sacerdotem, qui & tanto Miniſterio dignus valeat reperiri, & a venerandis canonibus nullatenus reſpuatur. Qui dum fuerit poſtulatus, cum ſolemnitate decreti, omnium ſubſcriptionibus roborati, & dilectionis tuæ teſtimonio litterarum, ad nos ſacrandus occurrat. Commonemus etiam fraternitatem tuam, ut nullum de altera eligi permittas Eccleſia, niſi forte inter Clericos ipſius civitatis, in qua viſitationis impendis officium, nullus ad Epiſcopatum dignus, quod evenire non credimus, potuerit inveniri. Proviſurus ante omnia, ne ad hoc cujuslibet converſationis vel meriti laica perſonæ aſpirare præſumant, & tu periculum ordinis tui (quod abſit) incurras.

Verum cum deinde advertiſſet ſanctiſſimus Pontifex tàm Cumas, quàm Miſenum, urbes non longo itineris ſpatio ſejunctas, populi frequentia carere, & unicum Epiſcopum utriſque Eccleſiis poſſe commodè providere, Cumanum, Miſenatemque Eccleſiam eodem anno 592. univit, ac utriuſque Pontificem conſtituit Benenatum hac Epiſtola, quæ in editione Monachorum quadrageſima quinta eſt libri ſecundi.

Gregorius Benenato Epiſcopo.

Et temporis qualitas, & vicinitas nos locorum invitat, ut Cumanam, atque Miſenatem unire debeamus Eccleſias; quoniam eæ non longo a ſe itineris ſpatio ſejunctæ ſunt, nec peccatis facientibus, tanta populi multitudo eſt, ut ſingulos, ſicut olim fuit, habere debeant Sacerdotes. Quia igitur Cumani Caſtri Sacerdos curſum vitæ hujus explevit, utramque nos Eccleſiam præſentis auctoritatis pagina uniſſe, tibique commiſiſſe cognoſce, propriumque utrarumque Eccleſiarum ſtito te eſſe Pontificem. Et quæque tibi de earum patrimonio, vel cleri ordinatione ſive promotione, juxta Canonum ſtatuta viſa fuerint ordinare atque diſponere, habebis ut proprius revera ſacerdos liberam ex noſtræ auctoritatis conſenſu atque permiſſione licentiam. Ubi vero commodius, atque utilius eſſe perſpexeris, habitato; ita ſanè, ut alteram Eccleſiam, a qua corporaliter ad præſens abſens es, ſollicita, providentique cura diſponas, quatenus divina illic myſteria ſolemniter auxiliante Domino peragantur. Fraternitas ergo tua tanto in adhortatione, lucrandiſque animabus ſollicitiori cura ſemper invigilet, quanto ſe unitarum Eccleſiarum gubernationis onera ſuſcepiſſe cognoſcit.

Hunc eumdem Benenatum facinus, quod de ſe prias ſcriptura confeſſus erat, abnegantem ut Romam cum accuſatore, aliiſve perſonis mittat, Anthemio Subdiacono an. 599 injungit idem Pontifex Epiſt. 30. L. 2. Ind. 2. hujus tenoris.

Gregorius Anthemio Subdiacono.

Comperimus Benenatum Miſenatem facinus, quod de ſe per Scripturam manus prius profeſſus eſt, abnegare: & ideo quia hujus ſceleris negatio, ſicut majori diſcuſſione, ita & majori indiget ultione, Experientiæ tuæ præſenti auctoritate præcipimus, ut eumdem Benenatum, accuſatoremque ipſius, ſimul & perſonas, de quibus accuſatus eſt, atque omnes, qui in accuſationis chartula leguntur, ſub omni hac cautela & celeritate tranſmittat, quatenus cauſæ hujus veritas diſtricta, ut dignum eſt, inquiſitione examinari valeat, & agnoſci.

Extat etiam alia ejuſdem Gregorii Epiſtola ad eumdem Anthemium Subdiaconum ipſomet anno 499. miſſa, qua ei jubet, ut reliquum pecuniæ pro caſtro conſtruendo datæ apud Benenatum requirat, eamque in illud ipſum ex toto curet impendi, Epiſtola eſt qoinquageſima prima libri noni ediz. Monachorum in hunc modum ſcripta.

Gregorius Anthemio Subdiacono.

Pervenit ad nos, quendam Benenatum Miſenatem Epiſcopum pro conſtruendo illic caſtro ſolidas accepiſſe. Et quia pars eorum ſolidorum apud eum dicitur remanſiſſe. Experientia tua ſubtili indagatione perquirat; & ſi quid manifeſte de ipſis ſolidis cognoveris remanſiſſe, Comitatio comiti prædictæ civitatis ſub deſuſcepti illud pagina contendat, atque imminead ut in conſtructione ejuſdem loci, ſicut ſunt dati, Deo adjuvante proficiant, quia ratio nulla permittit, ut propriis cujuſquam uſibus applicetur, quod pro communi utilitate datum eſſe cognoſcitur.

Benenatus è vivia ereptus eſt hoc eodem anno 599. quo idem M. Gregorius Fortunato Neapolitano Epiſcopo Miſenatis Eccleſiæ viſitationem injungit, & Miſenatibus mandat, ut Fortunato Viſitatori obediant; atque idoneum ſibi eligant Antiſtitem Epip. 75. & 76. lib. 9. Indict. 11.

V. N . . . . , Benato ſucceſſit, an. 599. cujus nomen oblivioſa delevit vetuſtas.

VI. MAXIMUS *Meſenas* interfuit Concilio Lateranenſi ſub Martino an. 649.

VII. AGNELLUS ſuam ſententiam dixit in Concilio Romano ſub Agathone Pontifice an. 680.

MISTIENSIS
EPISCOPATUS.

MISTIA, ſeu plurali numero *Miſtiæ*, urbs fuit Magnæ Græciæ apud oram inter Cauloniam & Locros ſita, ſeu, ut mavult Cluverius, inter Cocintum promontorium, & Cæcinum oppidum, quo tractu nunc conſpicitur locus vulgò *Monte Arachi* dictus. Barrio tamen, aliiſque eſt *Monte Grejoſa* caſtrum vix quinque milliaribus ab ora maris Jonii diſtans ad Apennini montis radices. Illius meminere Plinius, Mela, & Stephanus Byſantinus. Hanc eſſe conjicio illam Mirienſem, ut mendosè appellatur, civitatem, cujus Eccleſiæ tunc reddenda eſſe miniſteria ſcribit Magnus Gregorius Petro Notario, cum ibi ordinatus fuerit Epiſcopus. Sed exhibeamus D. Gregorii Epiſtolam, quæ ex ejus regeſto lib. 5. Epiſt. 9. in Monachorum editione talis eſt.

Gregorius Petro Notario in Regio.

Miniſteria Eccleſiæ Mirienſis, quæ ſecum Squillacium quondam Epiſcopus Severinus detulerat, præſentium ſibi portitores reſtitui poſtulabunt. Quia ergo res Eccleſiaſticæ cauta debent ſollicitudine præmuniri, hoc nobis viſum eſt, ut in eadem civitate Epiſcopus, cui miniſteria ipſa tradi poſſint, debeat ordinari. Sed quoniam Leonem Archidiaconum, aliosque Clericos ejuſdem Eccleſiæ illic eſſe commemorant, Experientiæ tuæ præcipimus, quatenus eos ad ſuam Eccleſiam proficiſci, ac eligere ordinandum Epiſcopum ſibi commoneat: ut dum Deo illic fuerit propitio conſecratus, ipſe Eccleſiæ ſuæ res ſine aliqua ambiguitate recipiat.

In antea excuſis exemplaribus ſcriptum erat, *Petro notario in Sardinia*, reluctantibus, ut notant Monachi, manuſcriptis; in recentioribus item editionibus legebatur, *Miniſteria Eccleſiæ Alerienſis*, cum manuſcripta, & veteres editiones habeant *Eccleſiæ Mirienſis*. Ego vero pro *Mirienſis* (ni velimus aſſerere M. Gregorii ætate Myſtiam corruptum Miriæ vocabulum induiſſe) reponendum nullus dubito *Miſtienſis*: Miria ſiquidem Geographis, aliiſque ſcriptoribus eſt ignota; Miſtia verò nobis cognita ex Plinio, Mela, ac Stephano non longius in eadem ora diſtabat a Scyllacio, quam viginti quinque circiter paſſuum millibus. Rhegium quoque in ejuſdem Magnæ Græciæ littore ad fretum Siculum eſt; & licet paulo longius diſtet a Scyllacio, opportune tamen Rhegii invenies Paulum Notarium, qui rem a M. Gregorio mandatam Scyllacii exequatur, ineptè in Sardinia requirendum. Et hic idem Paulus Notarius, cui pariter Gregorius Epiſt. 1. lib. 1. aliàs dederat in mandatis, ut S. Archangeli Tropæanis Monachis ſubveniret. Myſtia, igitur dum floreret, Epiſcopali fulſit dignitate. Ingruentibus autem Barbaris, ac totam Italiam cædibus, & ruinis defœdantibus

I. SEVERINUS Miſtienſis Epiſcopus, immanium, ut puto, Gothorum feritatem aufugiens, & ſacra Eccleſiæ ſuæ vaſa, ornamenta, veſteſque ſecum deferens, Scyllacium munitiorem fortè locum cum Clero ſuo ſe recepit, ubi diem clauſit extremum, relictis inibi, quæ a Barbarorum rapinis ſervaverat, Eccleſiæ ſuæ miniſteriis. Hæc cum deinde repeterent Miſtienſes, ea reddi proprio tantum Epiſcopo juſſit M. Gregorius, eodem tempore mandans, ut Myſtienſes novum ſibi Præſulem eligerent. Quid deinde evenerit, quive Severino ſucceſſor datus fuerit, incompertum: nec plura ſuperſunt monumenta hujus Epiſcopalis cathedræ, quæ cum ipſa civitate miſerè diſperiit.

MONTALTI
EPISCOPATUS.



MOntaltum mediterranea eſt Civitas Brutiorum in Calabria citeriori, media inter Coſentiam, & Argentanum ſeu Marcopolim, ta. mille paſſibus utrinque diſtans. Ducatus titulo nobilis. Hanc eſſe affirmant Uffugum illud. quod ſimul cum aliis multis oppidis a Pœnis ad Romanos rediiſſe ſcribit Livius lib. 30. Olim ſedes erat Epiſcopalis, qua vel ſuppreſſa, vel Coſentinæ Eccleſiæ copulata adhuc civitatis nomen retinet. Quæ jamdudum erat Cathedralis Eccleſia, nunc inſignis eſt Collegiata, in qua Decanus, Archidiaconus,

Can-

Cantor, & Theſaurarius curam exercent animarum; Canonici ejuſdem utuntur cotta, & mozzetta, ſeu ſuperpelliceo, & birro. Extant inibi Regularium cœnobia Ordinis Prædicatorum, Capuccinorum, Minimorum, & ſacrum Virginum Capuccinarum, Mons Pietatis, & hoſpitale. Montalti civem patrinum aſſecutus eſt, cum renatus eſt ex aqua & ſpititu Sancto, S. Franciſcus de Paula Simonem Alimenam generis nobilitate, & ſanctitate illuſtrem, Magnum eleemoſynarium nuncupatum. Montalti Caſalia tria ſunt *Bucharitium*, *S. Sixtus*, *& S. Vincentius*. Caſale S. Sixti cum Eccleſia S. Michaelis Archangeli eſt ſub cura Abbatis, ſicuti & Bacharitium. Prætenditur eſſe de jure patronatus Ducis Montalti; ex adverſo per Ordinarium aliter controvertitur; & lis jamdiu pendebat in ſacra Romana Rota.

MONTIS CORBINI

EPISCOPATUS

VUlturarienſi unitus, de quo Ughellus tom. 8. col. 316.

MUSANENSIS

EPISCOPATUS.

MUSANENSIS olim Civitas, licet modica, Epiſcopali tamen dignitate decorabatur, ejuſque Epiſcopus unus ex iis eſt, qui effigiatus cernitur in Valvis æneis Beneventanæ Cathedralis. Hanc a nobili, & perantiqua Pautaſia Beneventana gente conditam fuiſſe ferunt vetuſtiora monimenta in loco, qui verſus Morconem ducit, & eum, qui vulgò dicitur *Campobaſſo*, triginta mille paſſus diſſito a Benevento, ideoque Muſanenſes hactenus civilitate Beneventana gaudent, & ſecundum reginnis nomenclationem locus *Limoſani*, cives *Li Muſani* vocitantur.

I. Muſanenſis, ſeu Limuſanenſis Epiſcopus erat an. 1110. GREGORIUS Caſini Monachus, ut teſtatur liber de viris illuſtribus ejuſdem Monaſterii; & in quodam documento ex Sarnellio in memoriis Beneventanæ Provinciæ.

II. UGO huic Ovili præerat an. 1132. cujus regimen deinde ceſſit omnino Archiepiſcopatui Beneventano una cum Leſinenſi. Carolus a S. Paulo in ſacra Geographia dum recolit Epiſcopatus Beneventanæ Provinciæ, & hunc enumerat; ejuſdemque agit Provinciale Romanum impreſſum an. 1549. his verbis: *Sub Archiepiſcopo Beneventano Muſanenſem S. Mariæ*. Muſanenſium Animarum cura penes Archipresbyterum reſidet.

A

NOMENTANUS

EPISCOPATUS.

NOMENTUM Latinorum, ſeu potius Sabinorum prænobilis, vetuſtaque civitas, a Regibus Albanis condita, unde Anchiſes Æneæ filio apud inferos ita vaticinatur apud Virgilium Æneid. lib. VI.

Hi tibi Nomentum, & Gabios, urbemque Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces.

B

Duodecim paſſuum millia a Roma diſſita deprehenditur olim fuiſſe haud procul via Salaria, & ab Aniene fluvio haud remotior ultra Fidenas, & infra Tibur eo in loco, ubi nunc viſitur parvum oppidum, cui vulgare vocabulum *la Mentana*. Illud felicibus armis devictum Romano emergenti imperio adjecit Tarquinius Priſcus: & anno urbis conditæ 416. L. Furio Camillo & C. Mænio Coſſ. Nomentanos civitate Romana donatos narrat Livius. Quanti hanc urbem fecerint Romani, ex eo dignoſci facilè poteſt, quod peculiarem viam ſtraverint, qua Roma ad ipſam pergeretur, & ab ea indito nomine Nomentanam appellarint, ſacris in monumentis percelebrem utpote quam plures Chriſtiani Athletæ inſanientium perſecutorum furore interſecti pretioſo ſanguine irrigarunt. In agro Nomentano claro apud veteres nomine aderant Aquæ Labanæ medicatæ, quæ & hodie viſuntur apud Lamentanum verſus montem Rotundum, C quamvis diminutæ ac uligine obrutæ, marinamque quandam in ſalſedinem corruptæ, unde vulgaris illis appellatio: *i Bagni di Grotta Marozza*. Conſpiciuntur undique præterea hinc ingentia dirutarum, quas ad animi voluptatem, atque delicias extruxerant Proceres Romani, villarum rudera, inde ſacrorum cæmeteriorum, cryptarumque, in quibus pretioſa ſanctorum Martyrum lipſana jamdiu recondita jacuere, veſtigia, ut & Chriſtianæ pietatis reliquias adhuc venerari, & Romanæ potentiæ, ſeu mavis, calamitatis monumenta liceat admirari. Paſſim denique occurrit hujus urbis mentio apud Livium. Plinium, Strabonem, Martialem, Propertium, Ovidium, Dionyſium, Itineraria, ac reliquos utriuſque linguæ Scriptores. Porro cum evangelii luce etiam throni Pontificalis fulgorem ab ipſo exoriente Chriſtianæ fidei ſplendore Nomentanos adeptos non inſulſa eſt conjectura; & in actis S. Reſtituti Martyris, quæ Mſſ. in Codicibus Vaticanis reperiuntur, Epiſcopum memorari, D qui in via Numentana reſideret, teſtatur Piazza in Hierarchia Cardinalitia p. 162 qui utique nonniſi Nomentanus eſſe potuit. Quorum vero ad noſtram notitiam pervenere nomina, brevem excipe Nomentanorum Præſulum Catalogum.

I. URSUS Nomentanæ Eccleſiæ Epiſcopus erat an. 415. ut ex Epiſtola Innocentii I. ad Florentinum Epiſcopum, in qua Nomentana, ſive Felicienſis parochia appellatur. Conqueſtus fuerat apud Pontificem Urſus, quod Florentius ejus diœceſis terminos perturbaſſet.

II. SERVUS-DEI Nomentanus Epiſcopus ſubſcripſit Synodo Romanæ Hilari Papæ an. 465.

III. CYPRIANUS ſedit in Patres Concilii Romani a Felice III. coadunati an. 487.

IV. SERENUS interſuit Romanis Conciliis an. 495. & 499.

V. ROMANUS adſtipulatur in Synodis Romanis ſub Symmacho an. 501. 502. 503. & 504.

VI. FELIX Nomentanæ Civitatis Epiſcopus præſens fuit Concilio Romano ſub Bonifacio II. in quæ ejus prima, & ſecunda ſeſſione ſpecialiter recenſetur cum ipſomet Bonifacio an. 531. Baronius ad an. 551. n. 11. *Romulum* illum, qui ſubſcripſit ſententiæ Vigilii Papæ contra Theodorum Cæſareæ Epiſcopum perperam Nomentanenſem dixit, ut advertit Holſtenius, cum fuerit Epiſcopus Humanatenſis.

VII. REDEMPTUS ſuo nomine roboravit Vigilii Papæ conſtitutum de tribus Capitulis an. 553.

VIII. GRATIOSUS floruit Gregorii Magni ætate, qui anno 593. illi commiſit regendam S. Anthimi Eccleſiam, & Curienſis jam dirutæ civitatis Epiſcopalem cathedram Nomentanæ univit, ſequenti Epiſtola ex ejus regeſto lib. 3. Epiſt. 20. edit. Monachorum deſumpta.

Gregorius Gratioſo Epiſcopo Nomentano.

Poſtquam hoſtilis impietas diverſarum civitatum ita peccatis facientibus deſolavit Eccleſias, ac reparandi eas ſpes nulla populo deficiente remanſerit, majori valde cura conſtringimur, ne defunctis earum ſacerdotibus reliquiæ plebis nullo Paſtoris moderamine gubernante per invia fidei hoſtis callidi, quod abſit, rapiantur inſidiis. Hujus ergo rei ſollicitudine ſæpe commoniti hoc noſtro ſedit cordi conſilium, ut vicinis eas mandaremus Pontificibus gubernandas. Ideoque Fraternitati tuæ curam, gubernationemque Sancti Anthemii Eccleſiæ in Curium Sabinorum territorio conſtitutæ prævidimus committendam, quam tuæ Eccleſiæ aggregari, unirique neceſſe eſt: quatenus utrarumq; Eccleſiarum Sacerdos rectè, Chriſto adjuvante, poſſis exiſtere; & quæque tibi de ejus patrimonio, vel de Cleri ordinatione ſeu promotione vigilanti, ac Canonica viſa fuerint, cura diſponere, quippe ut Pontifex proprius liberam habebis ex præſenti noſtra permiſſione licentiam. Quapropter frater cariſſime, Dominicorum reminiſcens mandatorum, ſalubriter ita in commiſſæ plebis regimine lucrandiſque animabus invigila, ut ante tribunal æterni judicis conſtitutus, fructum bonæ operationis, qui ad mercedem tuam pertineat, eidem Redemptori noſtro, in quo lætari poſſis, exhibeas. Menſe Februario Indictione XI.

Anno 595. ſubſcribitur Nomentanenſis Epiſcopus *Gratianus* ex varia Codicum lectione Romanæ Synodo ſub eodem Gregorio Magno.

IX. CONSTANTIUS Nomentanus reperitur deſcriptus in Facultate teſtandi Probo S. Andreæ Abbati conceſſa a M. Gregorio in Concilio III. Romano habito anno 600. ex adnotatis a Pagio ad an. 601.

X. GENEROSUS Eccleſiæ Numenti Epiſcopus nominatur in Conſtituto edito pro Monachis a M. Gregorio an. 601.

XI. SAPIENTIUS in Lateranenſi Synodo cum Martino I. Monothelitarum hæreſim damnavit an. 649.

XII. PAULUS Numentanenſis dicitur in Romano Concilio ſub Agathone an. 679. & S. Nomentanæ Eccleſiæ in Epiſtola ſynodachi ejuſdem Agathonis relata in Concilio Conſtantinopolitano an. 680.

XIII. BENEDICTUS in Conciliis Romanis, deque eo Baronius an. 743. & 745.

XIV. VILLARIUS florebat an. 753. 754. ſecutuſque eſt in Gallias Stephanum III. Pontificem, ut narrat Baronius.

XV. COSMAS habetur in Concilio Romano an. 826. aliis Humanenſis dicitur.

XVI. JOANNES an. 964. in Romana Synodo Leonem ſchimaticum pſeudopapam eſſe pronunciavit, actaque præcedentis reprobavit Conciliabuli Romani.

Non diù poſt videtur defeciſſe penitus Nomentum, cui deinde ſucceſſit, atque in dies creſcit Lamentanum oppidum ſub dominio Burgheſianæ nobiliſſimæ gentis, incoliturque ad præſens a 500. mortalibus, quibus ſacra miniſtrat unica parochialis Eccleſia S. Nicolao ſacra, & pietatis, caritatiſque exemplis præeunt Patres Reformati ſancti Franciſci in cœnobio inibi exiſtenti commorantes. Locus Sabinenſis eſt diœceſis.

NORBANUS

EPISCOPATUS.

NORBA urbs extitit pervetuſta Volſcorum in Pomptino agro inter Coram, & Signiam poſita, Livio, Dionyſio, Plinio, & Appiano ſæpius memorata. Colonia Romanorum fuit in eam deducta T. Geganio, & P. Minucio Coſs. anno urbis Romæ 262. ante natum Jeſum 391. Deſævientibus Romanorum bellis civilibus miſerabili clade, Incendioque concidit, hæc narrante Appiano Civil. bell. lib. 1. *Norba nihilominus reſiſtebat totis viribus, donec Æmilio Lepido noctu per proditionem intromiſſo, indignabundi Oppidani pars ſuamet manu, pars mutuis vulneribus ceciderunt; alii præfocarunt ſe laqueis, aut obturatis foribus ignem tectis ſubdiderunt; quorum conatum fortuitus eventus adjuvit in tantum, ut præda omnis abſumpta ſit incendio.* Ejus veſtigia adhuc ſuperſunt in planitie verſus Setiam. Proprios aliquando venerata eſt Præſules, e quibus

I. JOANNES Normenſis Epiſcopus an. 963. interfuit Romano Conciliabulo, quo Joannes Papa XII. depoſitus fuit, & Leo in ejus locum ſubrogatus: unicus quidem teſtis, ſed ſatis, ſuperque probans antiquatæ hujus ſedis veritatem.

Ad obliteratæ Norbæ memoriam in ſuperiori colle inſidet nunc Oppidulum, *Norma* vulgò appellatum, cujus Dominus eſt Princeps Burgheſius, octingentos mortales enumerans, ornatumque Collegiata, & parochiali Eccleſia, in qua Archipresbyter, quatuor Canonici, aliique Clerici ſacrum penſum exolvunt, parentque Epiſcopo Cardinali Veliternenſi.

NOVA caſtrum olim fuit Venetorum in ora Marchiæ Tarviſinæ, cujus meminit Conſtantinus Porphyrogenitus inter oppida, ex quorum ruinis ortæ ſunt Venetiæ. Memoratur etiam in regeſto M. Gregorii Epiſtola 9 lib. 10. novæ Monachorum editionis, qua Sanctus Pontifex Mariniano Ravennati Archiepiſcopo mandat, ut Caprulenſis inſulæ ordinet Epiſcopum, niſi Joannes ab ipſo admonitus ad Eccleſiæ unitatem, & ad propriam plebem revertatur. Sed exhibeamus Gregorii Epiſtolam, quæ ſic proloquitur.

Gregorius Mariniano Epiſcopo Ravennæ.

Latores ad nos præſentium, viri clariſſimi Vicedominus, atque Defenſor venerunt, aſſerentes quia in Caſtello, quod Novas dicitur, Epiſcopus quidam Johannes nomine, de Pannoniis veniens fuerit con-

ſtitu-

ſtitutus, cui caſtello eorum inſula, quæ Capritana dicitur, erat quaſi per diœceſim conjuncta. Adjungunt autem, quod ab eodem violenter abſtracto Epiſcopo, & expulſo, alius illic fuerit ordinatus. De quo tamen hoc placuiſſe referunt, ut non in prædicto caſtro, ſed in ſua inſula habitare debuiſſet. Qui dum illis cum eis degeret, in errore ſe ſchiſmatis detinere voluit, atque cum omni plebe ſua excellentiſſimo filio noſtro Callinico Exarcho petitionem dedit, ut Catholicæ Eccleſiæ cum omnibus, quicum ipſo erant, ſicut prædiximus, unire debuiſſet. Qui, ut ajunt, à ſchiſmaticis perſuaſus poſt ſemetipſum rediit, & nunc omnis ille populus, qui in prædicta inſula conſiſtit, Sacerdotis protectione privatus eſt; quia dum ſanctæ Eccleſiæ uniri deſiderat, illum jam recipere non poteſt, qui ad ſchiſmaticorum errorem reverſus eſt, & petunt ſibi ordinari alium debere. Sed nos, quia cuncta neceſſe eſt diſtrictè, ac ſubtiliter perſcrutari, hoc ordinandum eſſe prævidimus, ut Fraternitas tua ad eumdem Epiſcopum mittat, A

eumque reverti ad Eccleſiæ Catholicæ unitatem, & ad propriam plebem admoneat. Qui ſi admonitus redire contempſerit, gren Dei decipi non debet in errore Paſtoris. Et idcirco Sanctitas tua illic Epiſcopum ordinet, eamdemque inſulam in ſua diœceſi habeat, quouſque ad fidem Catholicam Hiſtrici Epiſcopi revertantur: ut & unicuique Eccleſiæ ſuæ diœceſeos jura ſerveatur, & deſtituto à Paſtore populo non deſit protectio, & cura regiminis &c. B

Ex hac Epiſtola anſam ſumpſit Carolus à S. Paulo in Geographia ſacra Novam inter urbes Epiſcopales adnumerandi. Sed ut ex ea clariſſimè colligitur, hic Novæ Epiſcopatus alius non fuit à Caprulano, qui adhuc perdurat ſuffraganeus Veneti Patriarchæ, & de quo Ughellus tom 5. col. 1335. Guſſanvillæus in notis ad præfatam Epiſtolam, & ex eo Monachi Benedictini obſervant Novam nunc vulgò dici, *Citta nova deſtructa*, quaſi eadem fuerit Nova, ac Civitas Nova. Sed quam longe à veritate aberrent, ſatis patet ex iis, quæ ſupra diximus de Epiſcopatu Heracleæ, & Civitatis novæ. C

NURSINUS

EPISCOPATUS.

NURSIA olim Sabinorum civitas, nunc ad Umbriam ſpectans Pontificiæ ditionis, & in ſpiritualibus ſubdita Spoletano Epiſcopo, intra montes ſedet media ferè inter Aquilam ad ortum, & Spoletum ad Occaſum, Umbriæ, Picenoque finitima, unde anſam arripuere Plinius, & Servius illam in Picentibus collocare, alii in Umbris, cum profana, tùm maximè ſacra in hiſtoria illuſtris. Satis antiquam eſſe conſtat, cum Scipioni milites ad inſtruendas naves Africano bello paratas miſiſſe Nurſinos narret Livius lib. 38. Frigidam appellat Virgilius Æneid. lib. VII.

Qui Tiberim Fabarimq; bibunt, quos frigida miſit Nurſia. D

Quia inter Apennini pruinas ſita, unde Silius lib. 8.

——— *Necnon habitata pruinis Nurſia.*

Ejus præterea meminere Columella, Svetonius, Ptolomæus, Dio, Feſtus, aliique. Viros edidit omni ætate clariſſimos, quos inter Sertorius ille militari apud Romanos gloria celeberrimus, Veſpaſia Polla Imperatoris Veſpaſiani mater, & S. Benedictus Monachorum pater, qui ex Aniciorum ſanguine patre Eutropio, matre Abundantia unica Nurſini comitis filia progenitus patria licet Romanus fuerit, & gentilitio ſtemmate inter Romanos Patritios nobiliſſimus, Nurſiæ tamen natalia ſortitus eſt, ac Nurſiæ dominus evaſit. Urbem hanc etiam illuſtrarunt è cucullo Monaſtico tres ſanctitate celebres viri, qui in ea conquievere, Spes videlicet Abbas, Florentius, & Euthychius Monachi, quorum virtutes recenſet Magnus Gregorius in Dialogis, & ex eo Martyrologium Romanum ad diem 28. Martii, & 23. Maii. Sacrum Euthychii corpus honorificè reconditum inibi adſervatur in Eccleſia ejus nomini conſecrata. Neque tàm illuſtri civitati defuit olim, dum maximè vigeret, Eccleſiaſticarum infularum decus, unde è Nurſino pontificio throno ſacrum jus dediſſe reperiuntur ſequentes Epiſcopi.

I. STEPHANUS, qui ſubſcriptus legitur in Romana Gelaſii ſynodo an. 495. & prima Symmachi an. 499.

II. PRIMÆVIUS vivebat ſub Magno Gregorio anno 594. ſi ulla fides habenda ſit privilegio S. Medardi, quod ut fictitium alibi exploſimus.

III. JOANNES interfuit Romano Agathonis Papæ Concilio habito an. 680.

His omnibus præponunt nonnulli *Evandrum* illum, quem *ab Urſino* interfuiſſe Romanæ Melchiadis Papæ ſynodo an. 313. refert Optatus Milevitanus. Ughellus noſter inter Urbinates Præſules illum recenſuit, & reverà promptior eſt corrupti textus emendatio, ſi prò *Urſino* reponatur *Urbino*, quàm *Nurſino*, & alias adjectivi nominis pro ſubſtantivo inſolens ſit uſurpatio.

Nunc Nurſia Spoletano Antiſtiti paret, opibus & populo plena, quæ una cum ſuo territorio duodecim & ultra millia Mortalium enumerat. Frequentes ibi utriuſque ſexus Regularium cœtus, & pia loca, omniaque præclara, quæ ad invidiam benè ordinatæ civitatis exigi poſſunt.

OCRICULANUS

EPISCOPATUS.

OCRICULUM, aliis *Ocriculi* in plurali, ſeù *Otriculum*, ultima fuit Umbricarum civitatum in Sabinorum confinio tria paſſuum milia infra confluentes Naris in Tiberim fluvium, prope cujus ripam extendebatur in lata planitie, ubi nunc ingentes antiquorum conſpiciuntur ædificiorum reliquiæ, templorum, thermarum, aquæductuum, theatri, amphitheatrique, magnificæ, florentiſſimæque urbis reſtantes vetuſtatem. Ejus meminere Livius, Cicero, Strabo, Ptolomæus, Plinius, Tacitus, Florus, Itineraria, aliique. Antiquiſſima tamen mentio habetur apud Livium lib. 9. in Conſulatu Q. Fabii Maximi Rulliani III. & P. Decii Muris II anno urbis conditæ 445. ante natum Jeſum CCCVIII. Municipium fuiſſe Romanorum duæ inſcriptiones à Cluverio in Italia antiqua relatæ teſtantur. Floruit olim Chriſtianis ſacris, parebatque propriis Epiſcopis, è quorum numero ex Eccleſiæ Romanæ Conciliis, aliiſque monumentis ſequentes innoteſcunt.

I. HERCULIUS, qui ſedit inter Patres Romani Concilii ſub Felice an. 487.

II. CONSTANTIUS interfuit Romanæ Symmachi Papæ ſynodo an. 499.

III. S. FULGENTIUS Epiſcopus Utriculanus, qui celebris ſanctitate vixit temporibus Vigilii Papæ, & Totilæ Gothorum regis, Imperante Juſtiniano, ut adnotat Baronius in Martyrol. Rom. ad diem 1. Januarii. Ejus hoc inſigne miraculum deſcribit Magnus Gregorius Dialog. lib. 3. cap. 12. his verbis. *Fulgentius Epiſcopus, qui Utriculenſi Eccleſiæ præerat, regem crudeliſſimum Totilam infenſum omnimodo habebat. Cumque ad eaſdem partes cum exercitu propinquaſſet, curæ fuit Epiſcopo per clericos ſuos xenia ei tranſmittere, ejuſque furoris inſaniam, ſi poſſet, muneribus mitigare. Quæ ille ut vidit, protinus ſprevit, atque iratus ſuis hominibus juſſit, ut eundem Epiſcopum ſub omni aſ-*

peritate conſtringerent, eumque ejus examini ſervarent. Quem dum feroces Gothi, miniſtri ſcilicet crudelitatis illius, tenuiſſent, circumdantes eum uno in loco ſtare præceperunt, eique in terra circulum deſignaverunt, extra quem pedem tendere nullo modo auderet. Cumque vir Deo in ſole nimio æſtuaret, ab eiſdem Gothis circumdatus, & deſignatione circuli incluſus, repente coruſcationes, & tonitrua, & tanta vis pluviæ erupit, ut hi, qui eum cuſtodiendum acceperant, immenſitatem pluviæ ferre non poſſent. Et dum magna nimis inundatio fieret, intra eamdem deſignationem circuli, in qua vir Domini Fulgentius ſtetit, ne una quidem pluviæ gutta deſcendit. Quod dum regi crudeliſſimo nunciatum eſſet, illa mens efferata ad magnam ejus reverentiam verſa eſt, cujus pœnam prius inſatiabili furore ſitiebat. Hactenus M. Gregorius. De S. Fulgentio Bollandiani in Actis Ss. ad diem 22. Maii.

IV. DOMINICUS Utriculanenſis Epiſcopus legitur in Romanis Conciliis M. Gregorii an. 593. & 601.

Excidit tandem hujus civitatis fulgor, ſimulque evanuit cathedræ Epiſcopalis decus, ipſa, Barbarorum inſania, concidente civitate. Exurgit modo in diœceſi Narnienſi parvum oppidum in elato colle ſecus Sabinos, dum è Civitate Caſtellana Narniam pergitur, antiquum nomen retinens, vulgo *Otricoli*. Hujus oppidi patroni ſolemniter coluntur S. Fulgentius Ocriculanus Epiſcopus. Ss. Medicus, Victor, & Corona, de quibus Bollandiani in Actis Ss. ad diem 14. Maii & 25. Junii.

OPITERGINUS

EPISCOPATUS.

OPitergium populoſa quondam, & celebris Civitas Venetiæ duodecim paſſuum millia à Ceneta in Eurum diſtans, quæ montibus Opiterginis nomen fecit, hodiè vulgo *Oderzo*, ſeu *Uderzo* nuncupatur. Ejus mentio reperitur apud Strabonem, Plinium, Tacitum, Ptolomæum, Tabulas itinerarias, Marcellinum, Paulum Diaconum, & alios. Hæc potentia florens belli Pompejani temporibus Cæſaris partes ſecuta eſt; cumque aliquando Navis una, quæ mille Opiterginos ferebat, fraudibus innexis ponto à Pompejanis irretita hæſiſſet, atque ab hoſtibus undique fuiſſet circumventa, Opitergini poſtquam circumfuſæ Claſſis tela per totum diem ſuſtinuiſſent, nocte certamen cum hoſtibus dirimente, ipſa eadem nocte, ne in poteſtatem inimicorum venirent, hortante Tribuno Vultejo duce, mutuis ictibus in ſe concurrentes occubuerunt, ut narrant Epitomator Livii, Florus, & Lucanus. Ajunt Urbem hanc fuiſſe quondam maritimam, & etiam nunc incolæ oſtentant ſcalas marmoreas, quibus in naves deſcendebatur: ridetur tamen à cordatioribus vulgaris hic rumor, & à mari ſemper abfuiſſe credendum eſt, à quo etiam hodie diſtat triginta milliaribus. Ditio equidem uſque ad maris littora extendebatur juxta illud Carmen, quod Julio Cæſari tribuitur, cum fines ditionis Urbi huic ipſe Cæſar conſtituiſſet: *Mons, Plabes, atque Mare dant fines Tilaventum.* Plinius l. 3. c. 19. illam diſertè locat in regionis decimæ Mediterraneo. Incendit eam Attila in illa aliarum Urbium finitimarum Aquilejæ, Concordiæ, Altini lachrymabili devaſtatione. Reſtituit Rotharus Rex Longobardorum. At verò interjectis quibuſdam annis Grimoaldus in eodem Regno ſuffectus in ultionem fratrum hic ab Opiterginis interfectorum Opitergium penitus delevit, & agrum Opitergiuum Cenetenſibus, Tarviſinis, & Forojulienſibus conceſſit. Conſtat autem Charino, Petro Epiſcopo Cremonenſi, reliquiſque hiſtoricis teſtibus, Opitergium quadringentis annis ante Urbem Romam fuiſſe conditum, & mille, & centum annis ante Chriſti nativitatem. Eo quidem tempore Populus Opiterginus gentilitatis nomen obtinebat, diiſque ignotis ſacrificabat, & Conſulum ritu regebatur. Ubi verò Romanæ ditioni cœpit ſubjici, Deo Marti primum Romanorum more cœpit hoſtias immolare, & honoribus, votis, ac cultu eorum non deſiit Martem venerari, in cujus honorem maximum ædificatum eſt Templum, in quo tandiù ſacrificatum ſtultè, quoad ſanctiſſima Veritas Evangelica erroris tenebras diluens appropinquavit. Tunc ergo abjuratis Idolis, & nomine Martis relicto ſanctiſſima Chriſtiana lex cœpit coaleſcere, qua D. Proſdocimus diſcipulus S. Petri illius Provinciæ Epiſcopus Populum Opiterginum imbuit, ut probatur ex antiquis Inſcriptionibus parietibus Eccleſiæ majoris infixis hujus tenoris. *Sanctus Proſdocimus Divi Petri diſcipulus Patavii Epiſcopus in hac Urbe Opitergii Templum Martis ingreſſus, ac ejus Idolo deſtructo Opiterginos ad Chriſti fidem convertit, baptizavit, templumque ipſum D. Joanni Præcurſori dicavit.* Inde Epiſcopatu meritò, ac dignè meruit decorari, & multi fuerunt, qui in illius Cathedra ſederunt Antiſtites, inter quos ſequentium extat memoria. Quis autem poſt D. Proſdocimum primus Epiſcopus fuerit, incertum eſt. Conſtat certè

I. EPODIUM Epiſcopum Opiterginum interfuiſſe anno 421. Conſecrationi Eccleſiæ ſancti Jacobi de Rivoalto, ut ex inſcriptione relata T. 5. fol. 1178.

II. MARTIANUS Epiſcopus Opiterginus ſedit in Concilio Gradenſi ſub Elia Patriarcha anno 579.

III. S. FLORIANUS Opitergii Epiſcopus Opiterginis ex ſede Pontificia Jura ſacra dixit, ut habetur ex Ferrario, Petro de Natalibus, & aliis apud Bollandum in Actis ſanctorum tom. 2 ad diem 16. Januarii. Hic martyrii deſiderio exardeſcens Epiſcopatum Titiano cedens exteras Terras, Regioneſque petiit Dei Verbum Infidelibus prædicando. Alii ferunt, ipſum Poloniæ martyrii palma decoratum hanc caducam vitam in æternam commutaſſe anno circiter 620. Gratiæ, ut in memoriis Eccleſiæ Aquilejenſis à Paulo Diacono collectis dilucidè videre quiſquis poteſt lib. 5. cap. 9. Hujus Sancti Epiſcopi extat inſcriptio: *Sanctus Florianus Epiſcopus Opitergii Epiſcopatu cedens martyrii deſiderio pro Chriſti fide exardeſcens alienam ingreſſus eſt Provinciam.*

IV. S. TITIANUS Heracleæ Venetæ nob genere natus, Floriani Diaconus, & Opiterginæ Eccleſiæ Oeconomus, ut ipſe Florianus edixerat, à Clero, & Populo ſucceſſor adſcitus eſt, qui ſacræ prædicationis gloria fulgens, & multis ex paſtorali munere onuſtus meritis migravit ad Dominum, ejuſque memoria celebris habetur in Faſtis ſanctorum ſub die 16 Januarii. Hujus ſacrum corpus mirabili prodigio Cenetam delatum fuit non circa annum 909. ut vult Petrus de Natalibus, & cum eo Ughellus noſter tom. 5. in Cenetenſibus, ſed jamdiu antea, ut colligitur ex Caroli Magni diplomate ibidem relato fol. 175. ex quo conſtat ſub finem ſæculi octavi in Cathedrali Cenetenſi ſancti Titiani corpus jam conquieviſſe. Tempus autem, quo Sancti hi duo Epiſcopi Florianus, & Titianus floruere, ex jam dictis colligere poſſumus, fuiſſe inter annum 600. & 640. quo tempore conſtat ſanctum Magnum fuiſſe Epiſcopum Opitergii. Sed hic inſurgit difficultas ex aſſerto Titiani loco natalitio. Si enim Heracleam condidit ſanctus Magnus anno tantum 638. circiter, quomodo ſanctus Titianus Heracleæ natus præceſſit ſanctum Magnum, & alumnus, & ſucceſſor fuit Floriani Epiſcopi Opitergini, qui fertur deceſſiſſe anno circiter 620? Res ſanè nodoſa, quam tamen facilè extricamus aſſerendo, quod Titianus potuerit eo in loco editus fuiſſe in lucem, qui deindè in Civitatem auctus, & benè munitus accurrentibus poſt Aquilejæ cladem Concordienſibus, Altinenſibus, aliiſque populis, ut Leander ſcribit,

in obſequium Imperatoris Heraclii Heracleæ nomen aſſumpſerit. Auctor verò, qui poſt ſæcula in unum collegit, & deſcripſit ſancti Titiani geſta, ejus natale ſolum ab aſſumpto deinde nomine Heracleæ pronunciavit. Hujus quoque ſancti Epiſcopi memoria ex ſequenti inſcriptione reviviſcit. *Sanctus Titianus nob. Heracleanus Opitergii Epiſcopus, cujus Corpus multis effulgens miraculis ab Heracleanis ejus propinquis noctu Opiterginis dormientibus furtim ſubtractum Cenetam, ubi quieſcit, miraculosè translatum eſt.*

V. S. MAGNUS fuit Opitergii Epiſcopus propè medium ſæculi Chriſtianæ Religionis ſeptimi. Fuit hic natione Altinenſis, & Eccleſiam Opiterginam regebat Longobardorum tempore, qui incurſus eorum fugiens Opitergina Civitate ab ipſis obſeſſa, poſteaque capta cum nonnullis Opiterginis aliiſque populis ſe contulit in inſulam, quæ Anaxum appellabatur, ubi Plabes flumen Opiterginos terminos dividens currit in mare, ibique Civitatem condidit, quæ ab Heraclio Imperatore Heraclea Italiæ dicta fuit, de qua nos ſupra verba fecimus. Nutu autem Dei in inſulas ſe conferens, ubi nunc ſedes principalis Sereniſs. Reipublicæ Venetiarum Civitas ſita eſt, octo Deo maximo Eccleſias erexit in ipſis octo inſulis, videlicet B. Petri de Caſtro, B. Raphaelis Archangeli, D. Salvatoris, S. Mariæ Formoſæ, S. Jo: Baptiſtæ, S. Zachariæ, B. Juſtinæ Virg. & M. Paravinæ, & poſtremo duodecim Apoſtolorum. Creditur mortuus Heracleæ, poſt cujus civitatis devaſtationem Heracleenſes cum urbem refeciſſent Civitatis novæ eidem indito nomine ibi quoq; ſacrum Magni corpus honorificè ſervatum eſt, donec an. 1206 Venetias translatum fuit, & in Eccleſia S. Hieremiæ Prophetæ conditum miraculis fulgens. Meminit ejus Martyrologium Romanum 6. Octobris. *Opitergii ſancti Magni Epiſcopi, cujus corpus Venetiis requieſcit.* Sereniſſima autem noſtra Reſpublica in memoriam hujus ſancti Epiſcopi, qui octo Eccleſias erexit, eum inter cæteros ſanctos Tutelares, & Patronos Senatusconſulto adſcripſit, & ſancti Corporis translationem cum die feſto, & celebratione officii ſub ritu duplicis majoris celebrandum indixit. Hujus ſancti Epiſcopi inter ſupra relatas aliorum ſanctorum Epiſcoporum Opitergii inſcriptiones talis extat memoria. *Sanctus Magnus Opitergii Epiſcopus una cum Opiterginis eorum urbe à Grimoaldo Longobardorum Rege capta ad æſtuaria confugiens ibi Heracleam condidit anno Domini DCXXXVIII. ubi primi Venetorum Duces ſedem tenuere, Venetiiſque nutu Dei octo erexit Eccleſias.* Sanctum Magnum Ughellus, ubi exponit ſtatum Provinciæ Aquilejenſis, inquit poſtremum fuiſſe Opitergii Epiſcopum; ſed illi ſucceſſiſſe conſtat

VI. BENENATUM, qui anno 680. ſubſcripſit Epiſtolæ Agathonis Papæ.

VII. TERVISANUS teſtis memoratur in documento, qualecumque illud ſit, concordiæ inter Valentinum Epiſcopum, & Comites Cenetenſes anno 739 initæ, quod nos in Cenetenſibus tom. 5. fol. 173. retulimus. Cæterum cum Opitergio jam deleto deperiit ejus etiam Epiſcopalis fulgor, & an aliò fuerit translatus Epiſcopatus, an verò alii Epiſcopatui fuerit unitus, incertum eſt. Hoc quidem in comperto eſt; ut Ager Opiterginus, ab Auctore Sabellico dictus *quel gran travo d'Opitergio*, & bona Opiterginorum temporalia fuerunt Cenetenſibus, Tarviſinis, & Forojulienſibus conceſſa, ita ſpiritualem juriſdictionem illius Agri, & bonorum inter Epiſcopos Cenetenſem, Tarviſinum, & Patriarcham Aquilejenſem fuiſſe diviſam; hi enim tres Antiſtites in Territorio Opitergii ſpiritualem juriſdictionem exercent. Sedis verò Epiſcopalis prærogativâ deſtructa urbs hæc mithram, baculum, & annulum paſtoralem in majori, quæ tunc ibi erat Eccleſia D. Jo. Præcurſori dicata, multis ſæculis in memoriam vetuſtæ illius gloriæ aſſervavit, & uſque ad an. 1358 retinuit, ut videre eſt in Te-

A ſtamento ſcripto manu Petri q. D. Guezzelli Notarii Opitergii R. Presb. Guezzelli q. Franciſci de Romano Plebani S. Jo: Baptiſtæ de Opitergio 1404. 24. Martii. Ex hoc tempore à militibus Ungaris Ludovici Regis Ungariæ direpta, & incendio devaſtata fuit, ut ea graviſſimæ direptionis, & incendii clade funditus concidiſſe videretur, ſed propriorum Civium virtute emergens, ac novis paulatim incolis, & ædificiis, prout illius temporis afflictio ferebat, excreſcens, denuò in ſpem melioris fortunæ ſe ſe erexit, & non obſcura vetuſtæ antiquitatis, & prioris gloriæ monumenta retinens quingentis circiter familiis, & copioſo Nobilium, Doctorum, & Graduatorum, aliarumque honeſtæ conditionis perſonarum, nec non quatuor millium plus minuſve incolarum numero, Monaſteriis Regularium uno ſanctimonialium Ordinis ſancti Dominici, & tribus virorum ex Monachis Camaldulenſibus, Servis S. Mariæ Virginis, & Capuccinis, Eccleſiis, lociſque piis, & diverſis venuſtis ædificiis abundat; facul-

B tatum quoque opulentia, & agri ubertate, & felicitate floret, à quibus, & aliis tum priſcis, tum modernis ornamentis, maximè verò à clara, & illuſtri virtute quamplurium Virorum domi, foriſque inſignium, qui ex ea prodierunt, celebrem famam etiam ſcriptis variorum Auctorum conſequuta eſt, & Epiſcopo Cenetenſi in ſpiritualibus ſubjecta, à Prætore Patritio Veneto prò Sereniſſima Veneta Republica in temporalibus gubernata inter nobiles Civitates etiam à ſacra Religione Hyeroſolymitana admittitur, ut ex decretis, & Judiciis ipſius ſacræ Religionis multoties emanatis, & præſertim annis 1645. & 1670. 12. Novembris, quibus ſatis firmatum, & judicatum fuit Nobiles hujus Civitatis ad ſacram Crucem, debitis factis probationibus admittendos. Quod autem in eodem ipſo loco, & ſitu novum hoc Opitergium ſit collocatum, in quo antiquum, nulli dubium, præter magnitudinem, & circuitum Urbis. Concordant enim auctores omnes inter Plabem, & Li-

C quentiam fuiſſe, ut revera & nunc exiſtit, medium. Addas etiam in medio ipſius Urbis ſitus quoſdam altiores, & nunc etiam vulgo dictos *alle Rive*, ſub quibus certè conſpiciuntur fragmenta ruderum, & murorum, de quibus cecinit Vates: *Ruderibus latis tecta ſepulta latent*; & undequaque inventæ ſunt gemmæ, annuli, bullæ, monetæ modo aureæ, modo argenteæ, modo auricalcheæ imaginibus Cæſarum, atque Imperatorum, prætereque pavimenta in horas detecta ſuere marmora Paria, & cruſtula lithoſtrota litteris, & imaginibus inſignita. Marmora etiam multa cum antiquis inſcriptionibus fuerunt inventa, inter quæ etiam nunc plura in ædificiorum parietibus hic illicq; conſpiciuntur, & in Villis ſuburbanis, in quibus antiquum Opitergium propter majorem amplitudinem, & circuitum extendebatur. Eccleſia verò major Parochialis D. Joanni Præcurſori dicata a ſolo Plebano curam animarum exercente, licet ædificiorum amplitudine, & elegantia, fructuumque, & proventuum annuorum

D ubertate ſpectabilis, recta fuit uſque ad annum D. 1609. quo tempore Paulus V. Pontifex Maximus ipſam Parochialem Eccleſiam, ut antiqui Antiſtitis memoria quaſi extincta non parum renovaretur, & conſervaretur, in Collegiatam Eccleſiam ſub invocatione ejuſdem ſancti Jo: Baptiſtæ erexit cum Decano, quæ eſt Dignitas principalis, ſex Canonicis, & quatuor Manſionariis, qui Divina quotidie perſolvunt. Plurima ſunt, quæ ex Bulla erectionis patent huic Collegiatæ eximia conceſſa Privilegia. Decano namque principali dignitati Juriſdictionem Pontifex maximus concedit. Huic Collegiatæ privilegia omnia, quæ cæteris Italiæ Collegiatis ſunt conceſſa, permittit, &, quod excellens, Antelationem expreſsè, delationem habitus, & trium menſium abſentiam. Illud etiam præcipuum, quod in diebus ſolemnioribus, in quibus Decanus celebrat miſſam ſolemnem, duo Canonici ei aſſiſtunt, & miniſtrant cantando Epiſto-

lam, & Evangelium juxta Decretum S. R. Congregationis diei 14. Februarii 1615. Hoc etiam non prætermittendum duxi, primam electionem Decani, Canonicorum, & Manſionariorum Conſilii Urbis ex ſolis Nobilibus compoſito fuiſse à Pontificia liberalitate conceſſam, Conſiliumque ipſum primum Decanum novæ Collegiatæ elegit

1. Chriſtophorum Regini Nob. Feltrenſem, & Opiterginum Concivem, J. U. D. Prothonotarium Apoſtolicum, Eccleſiæ Cathedralis Cenetenſis Canonicum, qui relicto Canonicatu electionem Concivium ſuorum libentiſſimè excipiens ad primam Patriæ ſuæ dignitatem Eccleſiaſticam ſe contulit. Quo defuncto anno 1616. ſancta ſedes deinceps ſemper ſibi tamquam majorem dignitatem Decanatum reſervavit conſerendum: ad quem ſucceſſivè deinde evecti ſunt

2. Cornelius Meliori an. 1616.
3. Jacobus Allegri an. 1620.
4. Marcus Lucheſchus Nob Opitergii an. 1630
5. Petrus Barbieri an. 1631.
6. Chriſtophorus Chriſtophori an. 1637.
7. Felix Pelizza.
8. Franciſcus Melchiori Nob. Opiterginus J. U. D. an. 1650.

9. Paſchalis Paduani Opiterginus Prothonotarius Apoſtolicus, & ob merita à Conſilio Nobilium Urbis in civium numerum cooptatus an. 1682

10. Julius Marcelloto Opiterginus electus anno 1714. vivit, qui morum honeſtate, ſacra devotè, & exemplariter peragendo, curam Animarum laudabiliter exercendo, Nobilium, Civium, aliarumque honeſtarum perſonarum cujuſcumque conditionis amorem in ſe conciliat.

Multis etiam, & his inſignibus ſanctorum Reliquiis Eccleſiæ Urbis ornantur, inter quas eminent in Collegiata lignum s. Crucis, & corpus D. Claudii M. & in Capuccinorum corpus s. Sabinæ M, ubi aſſervatur etiam antiquus lapis ejus ſepulchralis, ut creditur, in quo hæc ſunt inciſa.

Benemerenti in Pace
Sabinæ Dulciſſimæ Conjugi
Quæ vixit mecum annis V. menſes II.

Præter Decanum, Canonicos, & Manſionarios, qui capitulum conſtituunt, choro inſerviunt etiam alii Sacerdotes, & clerici. inter quos quatuor Altariſtæ de Jure Patronatus Familiarum Nobilium de Reginis, Federiciis, & Scholæ Laicæ ſancti Joannis, & ſanctæ Mariæ Magdalenæ Batutorum, qui diebus Feſtis inſervire tenentur, & ſedem in choro obtinent. Et hæc ad perennandam memoriam quondam Opitergini Epiſcopatus.

ORESTENSIS
EPISCOPATUS.

ORESTIS, ſeu *Oreſtis Portus* utrum citra Metaurum, & Medamam fuerit, an verò ultra hanc inter Tau ianum, & Scyllæum, incertum planè eſſe teſtatur Cluverius, quando in Medamæ ſitu Plinius, ubi lib. 7. cap. 5. etiam Portus Oreſtis meminit, adſignando errarit. Copulativa ſane particula &, qua Plinius utitur, dum hæc loca memorat, ubi ait: *Metaurus amnis; Tauria-num oppidum; portus Oreſtis, & Medma; oppidum Scyllæum, Cratæis fluvius* &c. pene inducit Cluverium, uti credat eſſe eundem locum, qui navale Straboni dicitur Medamæ, proprio nomine Emporium. *Hinc ad Portum Herculis navigantibus*, ait Strabonis Latina verſio lib 6. *extrema Italiæ verſus fretum ſita, incipiant ſeſe in Occidentem inflectere. Eo in littore eſt Medama urbs eorundem Locrorum, ejuſdemque nominis fons magnus; habetque vicinam navale, cui Emporium nomen. Haud procul eſt & Metaurus amnis, eodemque nomine ſtatio navium.* At Ferrarius in Lexico geographico, aliique hujus regionis deſcriptores Oreſtis portum lo-

A cant ad oſtia Metauri fluminis, hodie *Porto Ravagliofo*, atque ita dictum aſſerit Maraſſiotus ab Oreſte, qui hic aliquandiù cum Iphigenia ſorore conquieverit, dum Hipponio Rhegium ad Dianæ Faſcelidis ſimulachrum permearet. Fuiſſe verò aliquandu locum hunc Epiſcopali dignitate decoratum teſtis eſt

I. LONGINUS Oreſtenſis Epiſcopus in ſexta Symmachi Papæ ſynodu anno 504. celebrata.

PÆSTANUS
EPISCOPATUS

CLaras inter Lucaniæ urbes PÆSTUM olim eminebat, à Græcis *Poſidonia* dicta, in ipſo ſinu maris, quem propterea veteres Pæſtanum, vel Poſidoniatem dixere, nunc vulgò *Golfo di Agropoli*, vel etiam *Golfo di Salerno*, inter Salernum &
B Veliam ſita, cujus reliquias cum mœniorum, tum antiquorum ædificiorum adhuc tenuiſſimus vicus *Peſt* nuncupatus ſervat in littorali Principatus ulterioris ora. A' Dorenſibus conditam fuiſſe tradit Solinus, Martianus Heracleenſis à Sybaritis; & fortaſse ejectis primis conditoribus Sybaritæ illam reſtaurarunt, atque amplificarunt, quod innuere videtur Strabo libro 5. ubi ait: *Sybaritæ ad mare mœnia poſuerant, incolæ autem ſurſum commigrarunt. His Lucani poſtmodum, Lucanis Romani ademerunt urbem. Morboſam eam facit amnis propè urbem in paludes diffuſus:* amnis nempè, qui vulgò adcolis nunc dicitur *Fiume ſalſo*. Ejus antiquior memoria habetur apud Livium lib. 8. in Conſulatu A. Cornelii, & Cn. Domitii, anno urbis conditæ 424. cum Samnites, atque Lucani adverſus Alexandrum Epirotarum regem eaſcenſionem è navibus à Peſto facientem infeliciter pugnarunt. Coloniam Pæſtum deduxiſse Romanos teſtes ſunt Livius, atque Paterculus, qui lib. 1. ait: *Coſſam, &*
C *Pæſtum miſſi Coloni, Fabio Dorſone & Claudio Canina Coſſ.* anno ſcilicet urbis Romæ 480. *Ac cum forte Poſidonia*, inquit Cluverius Ital. Antiq. lib. 4. cap. 14. *mutato nomine Pæſtum dici cœpit; quod ex Livio colligo Poſidoniam & ante, & cum colonia deduceretur, appellante, poſtea vero Pæſtum.* Vana quidem conjectura, quam Livius ipſe redarguit Pæſtum nuncupans lib. 8. hanc urbem ſexaginta circiter annos ante, quam colonia deduceretur. Legatos à Pæſto pateras aureas Romanis attuliſſe narrat idem Livius, & alibi inter Colonias, quæ bello Annibalico fida Romanis ſuppeditaverunt auxilia, Pæſtanos enumerat. Pæſtanæ roſæ carmina promeruerunt veterum Poetarum, unde Propertius lib. IV. eleg. 5.

Vidi ego odorati victura roſaria Pæſti
Sub matutino cocta jacere noto.

Et à Dionyſio Halicarnaſſæo lib. IX. celebratur Parmeniades civis Pæſtanus, qui act 1. Olympiade vicit. Præter allatos autem Scriptores Pæſti me-
D minere Columella, Plinius, Ptolomæus, Silius, aliique. Sed nihil adeò conſpicuam reddidit hanc urbem, quam Chriſtiana religio ab ipſis propemodum fidei incunabulis ſuſcepta, à qua & pretioſo ſanctorum Martyrum cruore irrigari, & ſacro Epiſcopali diademate promeruit inſigniri. Vitus ſiquidem, (& hic erat civis Pæſtanus, deinde patriæ tutelaris patronus) Modeſtus, atque Creſcentia, dira à ſatellitibus Diocletiani Imperatoris perpeſſi, hic triumphali agone martyrii curſum peregerunt, de quibus Martyrologium Romanum ad 17 Kalendas Julii. Ex Epiſcopis verò Pæſtanis inſulis exornatis ſequentium ſolummodo ad noſtram notitiam pervenerunt nomina.

I. FLORENTIUS adfuit Romano Concilio Symmachi Papæ an. 499. & alteri ejuſdem Pontificis an. 501. in quo in aliquibus Codicibus dicitur *Poleſtinen.* pro *Pæſtanen.*

II. JOANNES interfuit anno 649. Romano

Mar-

Martini I. Concilio. Pæſtum deinde ab irruentibus Sarracenis cum fuiſſet excisum, ex ejus ruinis ſurrexit non longè à diruta civitate in monte Calamatio nobile oppidum, vulgò *Capaccio* appellatum, quò Pæſtani cives ſe receperant, & quò etiam deinde Pæſtana cathedra fuit translata. Interim cum Pæſtana Cathedralis in totius civitatis everſione à Barbarorum furore, ita Deo jubente, evaſiſſet indemnis, ſterit adhuc quoque ejus Epiſcopalis decor, commorante penes Caputaquenſes Pæſtano Epiſc.

III. JOANNES Epiſcopus Pæſtanus vivebat anno 954. quo in everſæ urbis ruderibus mirabiliter inventa ſunt S. Matthæi Apoſtoli ſacra Lipſana, in patriam à Gablnio cive Pæſtano, ac Valentiniani Imperatoris exercitus Duce an. 370. delata, quæ eodem Joanne aſſentiente Giſulphus Princeps Salernitanus, & Bernardus item Salernitanus Epiſcopus Salernum Pæſto tranſtulere.

IV. JOANNES è cathedra Pæſtana ad Salernitanam translatus eſt an. 1047. ut docet Clementis II. diploma, quo ei pallium mittit, ab Ughello relatum tom. 7. in Salernitanis col. 378.

V. MARALDUS Pæſtanus Antiſtes præſens fuit an. 1071. dum Alexander II. ſummus Pontifex Caſinenſem Eccleſiam conſecraret.

VI. CELSUS Pæſtanus Epiſcopus recenſetur an. 1136. quo cum Romualdo Archiepiſcopo Salernitano inſtitutus legitur Executor teſtamenti à Roberto caſtri Trentenarii Domino. Poſt Celſum autem deſiit Pæſtanorum Pontificalis dignitas, abiitque in Caputaquenſem civitatem vel translata, vel unita. Translata vero non videtur, ſi Arnulphus erat jam Caputaquenſis Epiſcopus anno 1126. & 1144. ex documentis ab Ughello tom. 7. col. 467. indicatis, & nondum carebat ſeſſore Pæſtana Cathedra an. 1156. ut ex ſupra allato Celſo comperimus: nî dicere velimus Caputaquenſes Præſules, ſeſe promiſcuè etiam Pæſtanos appellaſſe. In re obſcura, quæque è certis documentis lucem non hauſit, nihil aſſerimus contenti recenſuiſſe Epiſcopos, quos Pæſtanos nuncupatos invenimus.

PATERNENSIS

EPISCOPATUS.

PATERNUM antiquiſſima fuit Magnæ Græciæ civitas in ora, ubi ſinus Tarentinus incipit, nunc *Capo dell' Alice*, inter Ruſcianum, & Crotonem media. *Crimiſam* olim dictam aſſerunt, & *Chone*, ab Ænotriis juxta aliquorum ſententiam, à Philoctete verò, ut opinatur Strabo, conditam: nomen autem accepiſſe à Crimiſa Nympha teſtatur Stephanus. Crimiſæ meminere prædicti Stephanus, ac Strabo, Lycophron, ejuſque Commentator Iſaacius, Paterni vero Antoninus in Itinerario. In hac urbe, vel ab ea non longe extitit celebre Apollinis Alæi delubrum, Lycophroni, ac Ariſtoteli in libro de Mirabilibus mundi, aliiſque Græcis Scriptoribus memoratum. Cum autem totam Calabriam ferro, igneque vaſtarent Sarraceni, Paternum quoque funditus deleverunt, cujus deinde loco excitatum fuit novum oppidum, hodie vulgo *Zirò* appellatum, è quo prodiere Aloyſius, & Antonius Lilii, medici, Aſtronomique peritiſſimi, qui mandante Gregorio XIV. ſummo Pontifice Calendarium Gregorianum concinnarunt. Paternum porrò inter antiquatas Italiæ Epiſcopales ſedes recenſendum admonet unicus quidem, ſed ſatis illuſtris ejus Epiſcopus

I. ABUNDANTIUS, qui ab Agathone Romano Pontifice an. 680. ad ſynodum Conſtantinopolitanam cum Joanne Rhegino Archiepiſcopo, & altero Joanne Antiſtite Portuenſi Legatus miſſus eſt, de quo Baronius ad dictum Chriſti annum 680.

Poſt vaſtationem autem Calabriæ à Mauris factam Paternenſis Epiſcopatus Umbriaticum ferunt fuiſſe translatum. Nunc ipſummet oppidum Cirum eſt Umbriaticenſis Antiſtitis reſidentia, in eoque quatuor parochiales Eccleſiæ viſuntur, quarum præcipua ſanctæ Mariæ de Plateis nuncupatur, duo virorum cœnobia, Xenodochium, Mons Pietatis, & Clericorum ſeminarium. Ab animabus 1800. locus inhabitatur.

PAVSOLANVS

EPISCOPATUS.

INter Piceni oppida in Tabulis Itinerariis adnumerantur PAUSULÆ, cujus oppidani à Plinio *Pauſulani* dicuntur, & ager in libro Balbi de Limitibus agrorum provinciæ Piceni appellatur *Pauſulenſis*. Situs oppidi jamdiu deleti, obſcurus diſpectu eſt, quando præſcripti Itinerarii numeri corruptieſſe deprehenduntur, ut notat Cluverius. Conjicit tamen eo ſitu Pauſulas fuiſſe, ubi nunc oppidum conſpicitur vulgari appellatione *Civitâ nuova*, non longè ab ora litorali inter Firmum, & Lauretum, quod ex illius ruinis ortum arbitratur. At Camillus Lilius in hiſtoria Camertina longius a mari abfuiſſe autumat duodecim circiter paſſuum millibus, ubi nunc in ejus ruderibus viſitur pagus, *Monte dell' Olmo* vulgo dictus à Macerata verſus ſolis Ortum quatuor circiter paſſuum millia diſtans. Verum ut Cluverio potius adhæream, me movet Anonymus Ravennas qui l. 5. Pauſulas inter littorales urbes adnumerat. Fuiſſe autem hanc urbem Epiſcopalibus infulis aliquando decoratam nos docet unicus ejus Epiſcopus, cujus nomen vetuſti temporis edacitas abſumere non valuit. Fuit Is

I. CLAUDIUS, qui ſententiam ſuam dixit in Rom. Concilio ab Hilaro Pont. celebratu an. 465

PENTAPOLIM urbem fuiſſe Epiſcopalem Etruriæ, Nepitæ, & Sutrio proximam, nunc excisam, cujus locus apud montem Roſulum *Stracca cappe* nominetur, aſſerit Ferrarius in Lexico Geographico. At vero propius eſt, quod diffusè, & eruditè demonſtrat Nicolaus Nardinus in libello; *La Cattedra Veſcovale di S. Tolomeo in Nepi*; Pentapolim regionem fuiſſe in Etruria è quinque civitatibus coaleſcentem, cujus Nepes caput fuerit. PTOLOMÆUS igitur ille, qui à S. Petro Apoſtolorum principe Etruriæ Pentapolitanis dicitur datus Epiſcopus, non fuit alicujus peculiaris civitatis Antiſtes, ſed univerſæ Pentapolitanæ regioni præfuit, ſacrumque jus dixit.

PITINAS

EPISCOPATUS.

DUplex fuit olim PITINUM, alterum in Umbria *Piſaurenſe* cognominatum ex antiqua inſcriptione apud Cluverium, in Veſtinis alterum, Plinio, & Antonino memoratum, cujus tamen verus ſitus adhuc ignoratur. Circa fontes Vomani fluminis, quà nunc oppidulum conſpicitur vulgari vocabulo *Fano*, locatur à Cluverio in Italia antiqua; Lucas autem Holſtenius ibi fuiſſe quondam affirmat, ubi ejus nomen ac veſtigia & hodie ſuperſunt duobus paulo plus paſſuum millibus ab urbe Aquila in loco, qui dicitur *Torre di Pitino*. Certum quidem eſt non longè ſtetiſſe ab Amiterno, & Epiſcopali aliquando throno condecoratum. Ex ejus Epiſcopis unus fuit

I. ROMANUS, qui *Eccleſiæ Pitinatium Epiſcopus* interfuit an. 499. primo Symmachi Papæ Romano Concilio, cujuſque nomine ſubſcripſit ejus conterminus Valentinus Amiterninus Epiſcopus. Hunc inter Pinnenſes adnumerat noſter Ughellus tom. 1. col. 1112. n. 2. Cæterorum autem Antiſtitum, qui Pitinatem Eccleſiam ſeù ante, vel poſt Romanum gubernarunt, omnis prorſus intercidit memoria.

Digitized by Google

POLYMARTIENSIS
EPISCOPATUS.

POLYMARTIUM, vulgo *Bomarzo*, ſeu *Bonmarzo* in provincia Patrimonii S. Petri inter Viterbium, & Hortam jacet, nobiliſſimæ Lanteæ familiæ Romanæ Ducatus titulo celebre oppidum. Non adeo vetuſtum eſſe ex eo licet conjicere, quod nulla ejus reperiatur penes veteres Scriptores mentio. Memoratur autem à Paullo Diacono Langobardicarum rerum lib. IV. cap. 8. his verbis. *Hac etiam tempeſtate Romanus patricius & Exarchus Ravennæ, Romam properavit; qui, dum Ravennam revertitur, recepit civitates, quæ à Langobardis tenebantur; quarum iſta ſunt nomina: Sutrium, Polymartium, Horta, Tudertum, Peruſia.* Olim civitas fuit Epiſcopalis, nunc eſt juris Balneoregienſis Antiſtitis, ſacrumque poſſidet S. Anſelmi corpus, cujus paſtorali cura profeciſſe fertur. Polymartii Epiſcopi è ſacris Conciliis ſequentes tantum erui potuerunt.

I. BONITO *Ferentos-Polymartio* legitur in Concilio Romano anni 649. unde putat Carolus à S. Paulo in ſua Geographia ſacra hanc ſedem tunc fuiſſe Ferentinati unitam. Verum ut adnotat Holſtenius, in Binii editione Bonitus Ferentinas primum legitur, & mox repetitur idem Bonitus Ferentis Polimartanus, ut pro duabus diſtinctis Eccleſiis ſubſcripſerit.

II. BARBATIANUS interfuit Romano Agathonis Papæ Concilio an. 680.

III. MAJORINUS Polymartii Epiſcopus ſententiam ſuam dixit in Synodo Romana an. 721.

IV. JOANNES ſubſcriptus habetur in Romano Concilio ſub Zacharia an. 743.

V. AGATHO, ſeu Agathus præſens fuit Concilio Romano Eugenii II. an. 826.

VII. MARINUS de mandato Agapeti II. præfuit Concilio Engelenheimenſi an. 948. Fuit S. R. E. Bibliothecarius teſte Ughello tom. 1. in Portuenſibus col. 114.

VIII. LAMBERTUS reperitur in Synodo Romana Benedicti VIII. an 1015. habita apud Ughellum tom. 1. in Sabinenſibus col. 158.

POPULONIENSIS
EPISCOPATUS

MAſſam translatus, de quo Ughellus tom. 3. col. 701.

POTENTINUS
EPISCOPATUS.

POTENTIA, longe diverſa ab altera ejuſdem nominis civitate in Lucania, de qua Ughellus noſter tom. 7. col. 132 inter præcipuas Piceni urbes olim habebatur, inter Anconam, & Firmum media, ultra dexteram cognominis fluvii ripam à portu Recinetenſi mille circiter paſſus diſtans, ubi ejus veſtigia adhuc apparent, & veteris pontis arcus lapideus, antiquæ ſepulturæ moles lateritia, & ſub terram pavimentum muſivi operis conſpiciuntur, nomenque ſupereſt in proxima Abbatia, quæ S. Mariæ ad pedem Potentiæ dicitur. Hinc corrigendi ſunt Ortelius, & Carolus à S. Paulo, quorum ille à mari Adriatico 30. mil. paſſus diſtare Potentiæ locum ſcribit, iſte vero nunc vulgo appellari *Porto S. Elpidio*. Ejus mentio non infrequens apud veteres Auctores Ciceronem videlicet, Livium, Vellejum, Strabonem, Melam, Plinium, Ptolomæum, aliosque. De ea lib. 5. Itinerarii.

A *Ricina unius poſt Æliacognita noctis*
Hoſpitio, ac vario ſinuoſa Potentia flexu.

Coloniam fuiſſe Romanorum auctores ſunt Livius, atque Paterculus, quorum hic lib. 1. *Cnæo*, inquit, *Manlio Volſone, & M. Fulvio Nobiliore Coſſ. Bononia deducta Colonia: & poſt quadriennium Piſaurum, & Potentia:* ſcilicet P. Claudio Pulchro & L. Porcio Lucino Coſſ. anno urbis conditæ 568. ante natum Jeſum 185. Deſtructo vero à Chriſtiana religione vano Idolorum cultu cum Evangelica veritate ſuſcepit Potentia proprios ſacrorum Præſides, è quorum numero fuit ſpectatus ille

I. FAUSTINUS, qui anno 418. Zozimo Pontifice Legatus à latere una cum Philippo, & Aſello Presbyteris in Africam miſſus eſt ad excutiendam Apiarii cauſam, pro qua iterum anno inſequenti 419. mandante Cœleſtino Pontifice altera Legatione perfunctus eſt. Fuit nimiæ aſperitatis homo, ideoque ejus cauſa perturbata Africana Eccleſia. Hunc per incogitantiam Ughelliano Po-
B tentinorum Lucaniæ Præſulum Catalogo inſeruimus, quem tamen Potentinæ Piceni cathedræ communiter addicunt poſt Baronium Eccleſiaſtici Scriptores ex Actis Carthaginenſis Concilii.

Sunt, qui velint, Potentinum in Piceno Epiſcopum item fuiſſe AMANTIUM illum, qui adfuit ſynodo Palmari ſub Symmacho. At Carolus à S. Paulo in Geographia ſacra, & Ughellus noſter Potentinis Lucaniæ Epiſcopis illum adſcribunt. Res eſt ſatis incerta, nec majus eſt momentum, quo uni potius quàm alteri ſedi attribuatur. Reliquorum vero Antiſtitum, qui in hac cathedra ſederunt, penitùs interiit memoria.

PRIVERNAS
C EPISCOPATUS.

PRIVERNUM antiquiſſima fuit, celebriſque Volſcorum regia urbs ad radices ejus collis, in quo novum Privernum hodie aſſurgit, in planitie ſecus Amaſenum fluvium, ubi adhuc ingentium ædificiorum ruinæ conſpiciuntur, ſita, & à veteribus Scriptoribus Virgilio, Livio, Strabone, Ptolomæo, Frontino, aliiſque memorata. A' Saturno conditam fabulantur, illiuſque fuiſſe Camillæ Patriam. quæ cum ad ferendas Turno ſuppetias arma ſumpſiſſet, inito cum Ænea prælio Arvatis tantum proditione occubuit. Cum Romanis ſæpius bella geſſere Privernates; at victi ſæpius, perdomitique jugum cum aliis ſubjere, eorumque Dux Vitruvius Vaccius in triumphum deductus eſt, urbeque deleta cives in Tranſtyberinam regionem traducti. Sed nunquam demiſſa devictorum animi elatio adeo placuit Romanæ genti, ut captivos Privernates propriæ reſtituerit civitati, Romana do-
D naret Viſuntinæ inſuper tribui aggregatos. Hinc Privernum Colonia primum Romanorum, ac deinde municipium effectum Romanæ poſterum Reipublicæ, Imperatoribus inde, ac demum Romanis Pontificibus ſumma fide obtemperavit. Poſtquam verò Theutonica ſimul & Britonum rabie exciſum, disjectumque fuit, qui cladi ſuperfuere, cives in montes, ac vicina loca prolapſi varia oppida ſubſtruxere; melior verò Privernatium pars Duce Leone, montis everſo Priverno imminentis verticem elegit, inibique novum Privernum condidit à Tarracina duodecim paſſuum millia diſſitum, cujus nomen deinde in Pipernum corrupte tranſiit, vulgò *Piperno*. Vero ſimillimum autem eſt Privernum eodem omine Chriſtiana ſacra ſuſcepiſſe, quo Terracina à S. Epaphrodito totam Campaniam Evangelii lumine illuſtrante: licet non improbabilis conjectura videatur, quæ affirmat Principem Apoſtolorum Petrum, ac deinde Apoſtolum Pau-

lum, cum ad Appii forum conſediſſent, prima in Privernenſi vicino ſolo fidei ſemina jacuiſſe. Ex his facile colligi poteſt ab ipſis Chriſtianæ religionis incunabulis hanc urbem ſortitam eſſe proprios Antiſtites, licet injuria temporum, atque vetuſtas omnem antiquiorum memoriam abraſerint. Sequentium tamen, quæ ſuperſuere, nomina ſatis teſtantur Privernenſis civitatis Epiſcopalem dignitatem.

I. ELEUTHERIUS Privernas Epiſcopus ſubſcriptus invenitur in Concilio Romano ſub Eugenio II. an. 826.

II. MARTINUS florebat an. 861. quo interfuit Concilio Romano contra Joannem Ravennatenſem Archiepiſcopum celebrato, cujus acta ex clariſſimi Bacchinii appendice ad Agnellum Ravennatem à ſe editum in tomum ſecundum hujus operis in Ravennarum Archiepiſcoporum ſerie tranſtulimus. Inibi hic Martinus corruptè dicitur *Privernus*, pro *Priverninus*. Atque hic ille Martinus, cujus nudum nomen in vetuſtiſſimi Codicis membranacei Paſtoralis S. Gregorii in archivo Liberianæ Baſilicæ adſervati, quem ipſe Martinus ſcribi fecit, prima pagina ipſiſſimis vetuſtiſſimis characteribus ita deſcriptum ſe legiſſe teſtatur Ughellus: *Martinus, gratia Dei Epiſcopus S. Pipernatis Eccleſiæ hunc librum Paſtorale fieri conſtitui Domino auxiliante*. Martini ætas Ughello ignota ex præfato concilio innoteſcit.

III. MAJUS Epiſcopus Privernas ſub Leone IV. ſubſcripſit Concilio an. 893.

IV. BENEDICTUS S. Pipernenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſententiam ſuam dixit in Concilio ſub Joanne XV. an. 993.

V. PETRUS Pipernenſis, qui & Vipernenſis Epiſcopus, ſub Sergio IV. miſſus in Gallias Monaſterium Belliloci conſecravit an. 1010. ex Petro Marca in Concord Regni & Sacerd. lib. 4. cap. 8. Interſuit pariter Romanæ ſynodi an. 1015. & anno 1017. ſubſcripſit Bullæ Benedicti VIII. erectionis Epiſcopatus Biſuldunenſis in Catalaunia apud eumdem Marcam in Marca Hiſpanica ſol. 1005. Anno denique 1049. præſens legitur Romanæ ſynodo pro Patriarcha Gradenſi, quam tom. 5. in Gradenſibus protulimus.

Neque ulterius protenditur Privernatium Antiſtitum memoria, eorumque Eccleſia deinde Terracinenſi unita fuit, cujus tamen unionis certa Epocha nequit adſignari, illiuſque tantummodo mentio in Honorii tertii diplomate ab Ughello to. 1. in Terracinenſibus relato anni 1217. reperitur. At modo Privernum (ut recentis hujus Eccleſiæ ſtatus caſtigatam exhibeamus notitiam ex Abbate Lucentio, quam in ſua Italia ſacra reſtricta, & aucta profitetur ſe hauſiſſe, dum in Abbatia Foſſæ novæ diutius moraretur) Collegiatam inſignem habet Deiparæ Virgini in Cœlum Aſſumptæ dicatam, cujus hic imago ſervatur ingenti miraculo inter medios flammarum globos in agro, ubi jam vetus Privernum, illæſa reperta. In ea Archipresbyter, cui animarum cura committitur, & quatuordecim Canonici cum aliis Clericis quotidie divinis incumbunt. Archipresbyter eſt Vicedominus Magentiæ, Rocchæ Sicchæ, & Rocchæ Angurgiæ, quæ loco veteris diœceſis Priverno obſequebantur, & in quibus olim cum jure Pontificalium beneficia conferebat, & Clericorum mores moderabatur; nunc cæteris deperditis tantùm pauca decimarum titulo in feſto Aſſumptionis B. M. V. excipit, obſtringitque ſacrum chriſma à ſua Eccleſia accipere. Eccleſiæ parochiales intra mœni ambitas quinque enumerantur, quarum tamen infirmi nonniſi à Collegiata ſacram Synaxim ſuſcipiunt, virorum cœnobia tria Conventualium ſcilicet, Capuccinorum, & Dominicanorum, ac unum Monialium S. Claræ; habetur etiam domus inhabitata à Presbyteris doctrinam Chriſtianam erudiendis pueris aſſignaris. Plura præterea inibi viſuntur Oratoria, mons Frumentarius, ac Hoſpitale Peregrinorum. Extra Privernum Terracinam verſus eminet Palatium S. Martini, quod ſtatis annis temporibus inhabitatur ab Epiſcopo Terracinenſi, in cujus commodum ceſſit ex Bulla Innocentii X. Camaldulenſibus Monachis ſublatis. Sequitur poſtmodum celebre illum Foſſæ novæ Cœnobium, è quo tàm illuſtres, ſeù ſanctitate, ſeù litteris, atque dignitatibus excelſi viri prodiere, & ubi Theologorum princeps D. Thomas Aquinas exuvias Mortalitatis depoſuit an. 1274. Denique Privernum quinque circiter millibus civium incolitur, patronoſque habet D. Petrum Apoſtolum, & S. Thomam Aquinatem; & in Apoſtoli feſto Priverno annuum tributum pendunt tria oppida, videlicet Magentia, Perſæum, & Somnenum, quod poſtremum diuturniori litigio ſe cenſum erogare titulo conſortii decertavit, ſed deciſum debere jure tributi. Cæterum qui plura cupit cognoſcere de veteri, vel novo Priverno, deque ejus viris illuſtribus, adeat Priverni hiſtoriam duobus tomis conſcriptam à Theodoro Valle Privernate, atque è Neapolitanis prælis emiſſam.

RAPOLLANUS

EPISCOPATUS

MElphienſi unitus, de quo Ughellus tom. 7. col. 878.

ROSSELLENSIS

EPISCOPATUS.

GRoſſetum tranſlatus, de quo Ughellus tom. 3. col. 655.

SACILLANENSIS

EPISCOPATUS.

SACILLUM urbs olim non ignobilis, nunc elegans Marchiæ Tarviſinæ oppidum, vulgo *Sacile*, in ipſo limine Fori Julii Liquentiæ fluvii aquis circumdatum jacet, duodecim tantum paſſuum millibus à Ceneta diſſitum, Veneti dominii. Ejus Epiſcopalis antiquatæ ſedis teſtis eſt Sigonius, qui Agnellum in Maranenſi conventiculo deſcriptum Sacillanum dicit. Sigonii ſententia confirmari poteſt ex codice Fiſci Apoſtolici, & ex Provinciali Romano, in quibus Sacillanenſis Epiſcopatus memoratur. Sit igitur

I. AGNELLUS Sacillanus Epiſcopus, qui de *Acilio* corruptè appellatur à Paullo Diacono rerum Longobardicarum lib. 3. dum illum aſſerit adfuiſſe in ſynodo Maranenſi, cum Severus in Schiſmaticorum Præſulum communionem receptus eſt. Idem interfuit alteri Maranenſi conventui an. 590. coacto, de quo diximus in Aquilejenſibus.

SÆPINAS

EPISCOPATUS.

SÆPINUM vetuſta, ac potens Samnii civitas fuit intra Apenninum montem non longè à

Ta-

Tamari fluminis exordio inter Bovianum ac Beneventum ſita, ubi adhuc hodie viſitur oppidulum nomen antiquum retinens, vulgò *Sepino*. Licet opinetur Martinus Friccia vetus Sæpinum extitiſſe olim, ubi nunc conſpicitur vicus vulgò *Altilia*, à novo Sæpino unico milliario diſtans, ibi enim antiquatæ urbis non parva hucuſque viſuntur veſtigia. Samnites illud condidiſſe refert Ciarlantes in hiſt Samnii lib. 1. c 57. atque in eo exædificaſſe palatium, ſeu curiam, qua gentis primores convenirent, conſiliaque pro adminiſtranda Republica agitarent. Expugnatum fuit à Conſule Papirio anno ab urbe condita 460. atque in eo hoſtium ſeptem millia, & quadringentos cæſos, ac tria millia capta fuiſſe narrat Livius lib. 10. Deductam poſtea fuiſse à Nerone Imperatore Coloniam teſtis eſt Frontinus. *Sæpinum*, inquit, *oppidum muro ductam, colonia ab Imperatore Nerone Claudio eſt deducta*. Præter citatos Auctores Sæpini mentionem faciunt Ptolomæus, Plinius, ac tabulæ Itinerariæ. Cæterum ad Evangelii lucem Sæpinates oculos aperuiſſe credendum eſt primis fidei temporibus, cum Beneventano populo, cæteriſque Samnitibus eadem lux affulſit. Epiſcopalis certè dignitas jiſdem acceſſit ante ſæculum Chriſti ſextum, nam

I. PROCULEJANUS *Sæpinatis* Epiſcopus interfuit anno 501. Concilio Romano, ac aliis deinde à Symmacho Papa celebratis.

Præter hunc Sæpinatem quoque Antiſtitem fuiſſe Holſtenius exiſtimat Palladium illum, qui malè Salpinas vocatur in Concilio Romano Hilari Papæ habito an. 465. *neque enim*, ait in notis ad Geographiam ſacram Caroli à S. Paulo, *Salpini in Tuſcia ſuburbicaria hoc tempore nomen, aut veſtigia ſupererant; neque ad Salpas Apuliæ pertinet; inde enim Salpinus Epiſcopus dicitur.* Res eſt omninò incerta: neque ſatis comperio, cur pro *Salpinas* in Concilio repoſiti debeat *Sæpinas* potius quàm *Salpinus*, itaut fiat emendatio in favorem Sæpinatis, & non Salpenſis Eccleſiæ. Ughellus noſter Palladium inter Salpenſes Epiſcopos recenſet tom. 7. ubi de Salpenſibus. Sæpinatium vero Præſulum nulla ulterior memoria, quorum diœceſis Bovianam deinde adauxit.

SALPENSIS

EPISCOPATUS

TRanenſi unitus, de quo Ughellus tomo 7. col. 917. Fuit & SALPINUM nobile Etruriæ oppidum, cujus meminit Livius lib. 5. Epiſcopalem urbem quondam extitiſse autumat Carolus à S. Paulo in ſua Geographia ſacra, ejuſque Epiſcopum commemorat Palladium ex Concilio Romano Hilari Papæ an. 465. habito Verum, ut advertit Holſtenius, hujus Salpini ne nomen quidem, aut veſtigia eo tempore ſupererant: & Palladius ille fuit Salpenſis in Apulia Antiſtes, ut docet Ughellus, ubi de Salpenſibus.

SAmnium urbs dicitur Samnitum antiquitate conſumpta à Paullo Diacono Longobard. rer. lib. 2. cap. 20. cujus propterea imperitiam, atque nugas ſugillat in Italia antiqua Cluverius, qui nuſquam in omni hiſtoria Romana reperit aliquod oppidum Samnium. Paulli error, & Marcus, qui Samninus Epiſcopus interfuit Synodo Romanæ ſub Symmacho an. 502. impulere Carolum à S. Paulo, ut in ſua Geographia ſacra Samnium inter Epiſcopales Italiæ Civitates recenſeret. Marcus igitur Samninus dicitur à regione, in qua erat urbs, non ab urbe, cui præſidebat: neque inſolens eſt in veteribus monumentis ſimilis Epiſcoporum denominatio.

SATRIANENSIS

EPISCOPATUS

CAmpanienſi unitus, de quo Ughellus tom. 6. col. 851.

SEPTEMPEDANUS

EPISCOPATUS

DE quo nonnulla Ughellus tom. 2. col. 764. nos plura in Additione col. 767.

SESSULANUS

EPISCOPATUS.

INter Campaniæ Felicis urbes olim recenſebatur SUESSULA, ab Acerris quatuor circiter paſſuum millia diſtans, & viginti infra Beneventum, Capuam inter & Avellam, antiquitate ſpectabilis. Ejus meminere Tabula Itineraria, Strabo, Frontinus, Plinius, atque Livius, qui lib. 7. tertiam Romanorum pugnam cum Samnitibus ad Sueſſulam commiſsam narrat, & lib 8. Cumanos, Sueſſulanoſque ejuſdem juris conditioniſque, cujus Capuam, eſse Romanis placuiſse. Coloniam eò deductam refert Frontinus de Coloniis, *Sueſſula*, inquit, *oppidum muro ductum: Colonia lege Sullana eſt deducta*. Diutius etiam poſt reparatum orbem floruit, proprioque dignata eſt aliquando ſacrorum præſide, qui Metropolitæ Beneventano ſuffraganeam præſtabat operam. Id aperte teſtatur Joannis XIV. Bulla, qua Aloni Archiepiſcopo Beneventano recenter electo pallium tranſmittit ſub *dat. 8. Idus Decembris anno ejus primo*, Chriſti autem 984. in ea ſiquidem, dum ſummus Pontifex enumerat civitates, in quibus Aloni, ſucceſsoribuſque ordinandi Epiſcopos licentiam impartitur, *Seſſulam* quoque recenſet. Bullam deſcripſit Ughellus tom. 8. in Beneventania col. 69. Idipſum confirmant aliæ Gregorii V. *Dat. menſe Aprilis Indict.* XI. (anno videlicet Chriſti 998.) ac Leonis IX. *Dat. 4. Idus Julii Indict.* 6. (Chriſti ſcilicet 1053.) Alphano, atque Uldarico Beneventanis pariter Archiepiſcopis directæ Bullæ, & ab eodem Ughello citato tomo col. 71. & 78. relatæ. Periere tamen omnium, qui in Sueſſulana Cathedra ſedere, Pontificum nomina una cum ipſamet civitate vel bellorum infortuniis, vel temporis injuria penitus excisa. Urbis locus adhuc ſupereſt antiquum nomen retinens vulgo *Seſſola*, vetuſti ſplendoris reliquias in ruderibus, atque ruinis hactenus oſtentans, ſacraſque leges à S. Agathæ Gothorum Epiſcopo ſuſcipit.

SETIA vetuſtiſſimæ originis olim Latii civitas ab antiquis Scriptoribus ſæpius memorata, Romana Colonia deducta an. ab urbe condita 373. teſte Vellejo, nunc incolarum frequentia, ac nobilitate præclarum oppidum, viſitur in Monte viam Appiam, & Pomptinas paludes proſpiciens 17. milliaribus diſtans à Velitris, ſex Priverno proximans, vulgo *Sezze*. Fuiſse verò aliquando Epiſcopalibus infulis ornatam mordicus aſſeverant Setini,

ni, eamque in rem erudiſſimum libellum edidit Petrus Marcellinns Corradinus tunc Canonicus Lateranenſis, & Papæ Subdatariua, nunc Eminentiſſimus S. R. E. Cardinalis. At Setinorum aſſertioni adverſa emanavit a ſacra Romana Rota deciſio an. 1702. quam legere licet apud Contatorem in hiſt. Terracinenſi, pag. 437.

SINUESSANUS

EPISCOPATUS.

ULtima Latii novi ultra Lirim amnem inter Minturnas, ac Vulturnum urba Romanis SINUESSA, Græcis *Sinope*, ab ora Tyrtheni maris ad pedes Maſſici montis protendebatur, eo in loco, ubi ingentia veteris urbis veſtigia, portuſque ruinæ adhuc conſpiciuntur, ſitæ ſub oppidum, cui vulgaria appellatio *Rocca di Mondragone*, Ducatus titulo claro: Græcam fuiſſe civitatem apertè tradit Livius lib. X. cum Romanorum coloniam eò deductam narrat: *Placuit, ut duæ Coloniæ circa Veſcinum, & Falernum agrum deducerentur: una ad Oſtium Liris fluvii, quæ Minturnæ appellata: altera in ſalta Veſcino, Falernum contingente agrum, ubi Sinope dicitur Græca urbs fuiſſe, Sinueſſa deinde ab Colonis Romanis appellata.* Rationem poſterioris hujus nomenclationis refert Strabo lib. 5. qui Sinueſſam dictam affirmat a ſinu Veſcino, in quo erat poſita. Ab ſtrenuiſſimo Pœnorum duce Annibale capta, & incenſa fuit, ultimumque exeidium paſſa eſt ab impiiſſimis Sarracenis ineunte ſæculo Chriſti decimo. Obiit in ea Sextus Turpilius Comicus inſignis, & Terentii familiaris, illiuſque ager & vino, & aquia percelebris. Vinum laudat Martialis lib. 13. Epigr. 108.

De Sinueſſanis venerunt Maſſica prælis.

Sinueſſanas autem aquas fœminarum ſterilitatem, & virorum inſaniam abolere auctor eſt Plinius lib. 31. cap. 2. Etiamnum ad Orientale Maſſici montis latus, quod Campaniam proſpectat, erumpunt tepentes aquæ, exploratum labeſactatæ valetudinis remedium. Chriſtianorum temporibus celebris evaſit hæc urbs ſynodo ibidem an. 303. celebrata in cauſa lapſus Marcellini Pontificia, (quam tamen ſuppoſititiam æque, ac Marcellini thurificationem explodunt recentiores) & Epiſcopali Cathedra, in qua ſederunt

I. S. CASTUS, &

II. S. SECUNDINUS, qui pro fide, quam docebant, varia perpeſſi tormentorum genera, ad Æthera per martyrium evolarunt. De iis Martyrologium Romanum ad diem primam Julii. Caſti acta quædam Cajetanam ſervare Eccleſiam docet Baronius in notis ad dictum Martyrologii locum: Secundini verò geſta omnia, & tempus, quo floruit, genuſque necis ob ſcriptorum penuriam ignorantur.

SYLVÆ CANDIDÆ,

SEU

SS. RUFFINÆ, & SECUNDÆ

EPISCOPATUS

POrtuenſi unitus, de quo Ughellus tom. 1. col. 90.

STILUS non ignobile Calabriæ oppidum, natalibus Guillelmi Sirleti Cardinalis eruditione, ſcriptiſque illuſtris clarum, Epiſcopalem ſedem habuiſſe fertur ex quadam ſcriptura Græca, quam extare Stilenſes affirmant in Monaſterio D. Mariæ de Peſaca agri Tabernenſis, in qua ſcriptum eſſe referunt Stilum ſedem Epiſcopalem fuiſſe, & eam Scyllatinæ adjunctam. Sed, ut notat Ughellus tom. 9. col. 180. apud veteres Scriptores, neque in antiquis Conciliis nulla de Stili Epiſcopatu reperitur mentio. Libenter igitur accedo ſententiæ Vincentii Amati in hiſtoria Catacenſi, qui affirmat opinionem de Stilenſi, & Tabernenſi antiquatis cathedris (Taberna oppidum ſimiliter Calabriæ eſt) invaluiſſe, quod, cum olim propter geminatam duorum Antiſtitum cædem Scyllacinm privatum fuiſſet à Gelaſio primo ſommo Pontifice Epiſcopali dignitate, Scyllacenſes Epiſcopi ſederint deinde aliquot annorum curriculo modo Stili, modo Tabernæ, donec reſtituta Scyllacenſibus cathedra ad propriam ſedem remearint.

SUBAUGUSTANI

EPISCOPATUS.

IN Romanis ſuburbiis, vel qui Romanam circa urbem, vel in agro Romano popularia cœtus ex Indulgentia Romani Pontificis proprium habuit animarum Antiſtitem, quem Subauguſtanum è Romanis ſynodis nuncupatum comperimus. De certo loco Subauguſtani incolatus diſſentiunt inter ſe ſcriptores. Alii villam Marianam, quæ nunc *Zagarolo* dicitur, fuiſſe putant, & eſt oppidum Latii apud Præneſte: alii contendunt extitiſſe illud, quod nunc denominatur *la Colonna* apud Tuſculum. Alii Subauguſtam conſtituunt circa Romam in Sabinorum confinio, quæ ab Helena M. Conſtantini matre Helenam Auguſtam nuncupatā affirmant, de qua Ferrarius in Lexico Geogr. & Baudrād in additionibus ad eumdem Ferrarium ex Luca Holſtenio aſſerunt Subauguſtam eo in loco fuiſſe, ubi deletis jam omnibus ejus veſtigiis in Latio pro-

pin-

pinquiſſima urbi exurgit Turris vulgo *Pignatarra*, & ibi viſitur Eccleſia Ss. Petri, & Marcellini Baſilicæ Lateranen. ubi pariter condita fuiſſe traditur S. Helena, de qua Baronius in Martyrologio Rom. ad diem 18 Auguſti, & ibi in notis, & in Via Labicana ſtatuitur. Nobis ſatis ſit hæc indicaſſe, & de loco incerto haud dubius enumerandus eſt deletus cum ſua civitate Subauguſtanus Epiſcopatus, cujus fidem adſtruunt è Romanis Conciliis, qui enumerantur. Epiſcopi.

I. CRISPIANUS Subauguſtanus Epiſcopus præſens fuit Romano Concilio an. 465. ſub Hilaro Pontifice.

II. PETRUS item in Rom. Concilio 487. ſub Felice.

III. MAXIMIANUS in prima Symmachi ſynodo an. 499. coacta memoratur.

IV. JOCUNDUS pariter deſcribitur in Romano Concilio 502.

Hactenus Abbas Lucentius de hoc Subauguſtano antiquato Epiſcopatu in ſuæ Italiæ ſacræ auctæ, & reſtrictæ tomo primo, quibus nihil nobis remanet, quod addatur.

TADINAS

EPISCOPATUS.

TADINUM jam antiquata civitas Umbriæ ibi olim viſebatur, ubi in via Flaminia prope Gualdum, quod ex ruinis Tadinenſis urbis crevisſe fertur, ultra Nuceriam in ſummo Apennino adhuc ejus veſtigia cernuntur. Proprios olim habuiſſe Paſtores, ſequentium, quorum perennavit memoria, Epiſcoporum nomina firmiſſimam fidem faciunt.

I. GAUDENTIUS Tadinatis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſit an 499 Romano Symmachi Papæ Concilio. Diutius verò cum tempore Magni Gregorii hæc Eccleſia Paſtore fuiſſet deſtituta, idem S. Pontifex Gaudioſo Eugubino Epiſcopo illius viſitationem delegavit Epiſt. 87. lib. 9. editionis Monachorum; & Epiſt. 68. ejuſdem lib. 9. Indict. 2. ideſt anno Chriſti 599. Clero, & populo Tadinati, ut Viſitatori obediant, atque idoneum ſibi eligant Sacerdotem, ſcripſit in hunc modum.

Gregorius Clero, ordini, & plebi Tadinati.

Cognoſcentes Eccleſiam veſtram diu Sacerdotali regimine deſtitutam, curæ nobis fuit ejuſdem Eccleſiæ viſitationem fratri, & Coepiſcopo noſtro Gaudioſo Eugubinæ Eccleſiæ ſolemniter delegare. Cui dedimus in mandatis, ut nihil de provectionibus Clericorum, reddittu, ornatu, miniſteriiſque à quoquam uſurpari patiatur. Cujus vos aſſiduis adhortationibus convenit obedire, & remoto ſtrepitu, uno eodemque conſenſu, talem vobis præficiendum expetere Sacerdotem, qui & à venerandis Canonibus nulla diſcrepet ratione, & tanto miniſterio dignus valeat reperiri. Qui dum fuerit poſtulatus, cum ſolemnitate decreti omnium ſubſcriptionibus roborati, & Viſitatoris pagina proſequente, ad nos veniat ordinandus: proviſuri ante omnia, ne cujuslibet vitæ, vel meriti laicam perſonam præſumatis eligere, & non ſolum ille ad Epiſcopatus apicem nulla ratione provehetur, verum etiam vos nullis interceſſionibus veniam promereri poſſe cognoſcite. Sed omnes, quos ex vobis de laica perſona aſpiraſſe conſtiterit, ab officio, & à communione alienos faciendos proculdubio noveritis.

II. S. FACUNDINUS ex eremo, ubi diù aſperrimam vitam tranſegerat, ad Tadinatem Eccleſiam regendam evocatus eſt anno 599. quam cum ſingularis pietatis inſtituiſſet exemplis, ſanctitate, & miraculis clarus obdormivit in Domino die 28. Auguſti anno 607. exceptuſque templo eſt extra Gualdum oppidum uno circiter milliario. In ejus honorem ſequens canitur hymnus cum peculiari collecta.

Si tibi laudes canimus Beate
Annue ò nobis miſeris, & aures
Præbe Facundine, quibus replemus
Pectora votis.
Aſpera dum tu latitas eremo,
Paſceris cœli dapibus, ſuperna
Imbuit victus animum, domatque
Sobria corpus.
Et ferus hic tu facis obſequentes;
Evocas alto hic rudios Olympo.
Inde reſplendes populis, viamque
Sternis ad aſtra.
Te patrem dixere ſuum, ſacraſque
Infulas veſtis, nemoroſa linquens
Antra qui cuſtos & oves refigis
Dente luporum.
Imperas febri, recreas Egenos
Mitigas iras, celuiſque curas
Intimas cordis, placidæque curris
Vena ſalutis.
Nunc fave noſtris precibus benignè,
Januam pulchræ reſera Sionis,
Ut frui tecum liceat ſereno
Lumine pacis.
Præſtet hoc nobis Deitas beata
Patris, ac nati, pariterque ſancti
Spiritus, cujus reſonat per omnem
Gloria Mundum. Amen.
Ora pro nobis Beate Facundine,
Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

OREMUS

Miſericordiam tuam quæſumus Domine interveniente Beato Facundino Confeſſore tuo, atque Pontifice famulis tuis clementer impende, & nobis peccatoribus ipſius propitiare ſuffragiis. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum &c.

Hunc S. Facundinum Ughellus noſter Nucerinis Umbriæ Epiſcopis inſeruit, inde propterea expungendum, ultimumque ait fuiſſe Tadinatem Antiſtitem, cum nihilominus

III. CYPRIANUS ex hac ſede reperiatur interfuiſſe Romano Concilio anno 649. Tadinum vero cum à Gothis jam antea excidium illatum ſuſtuliſſet, anno demum 740. à Longobardis ſolo propemodum æquatum fuit; & ſic deperdita ejus Epiſcopalis Cathedra, locuſque in jura Nucerinæ ſedis tranſivit.

†

TARQVINIENSIS

EPISCOPATUS.

INter duodecim præcipuas Etruriæ civitates effulgebat olim nobiliſſima, ac antiquiſſima urbs TARQUINII, aliis ſingulari numero *Tarquinia*, ad Martam fluvium inter Bleram, atque Graviſcas ſita, potentia, opibus, dignitate inter cæteras clariſſima. A' Theſſalis, & Spinambris conditam fuiſſe refert Pompejus Trogus. Strabo verò ejus Auctorem facit Tarconem præfectum Tyrrheniæ, à quo *Tarconia* etiam prius appellata. *Fame*, inquit ille lib. 5. *& ſterilitate agrorum coactus Atys, unus ex Hercule atque Omphale prognatis, de duobus filiis alterum Lydum ſortitò apud ſe retinuit; alterum Tyrrhenum cum majore populi parte amandavit. Is cum in has oras perveniſſet, regionem de ſuo nomine nuncupavit Tyrrheniam, & XII. ibi urbes condidit, Præfecto ad id conſtituto Tarcone, a quo Tarquinia urbs nomen habet.* Cum autem circa annum ab orbe condito 2437. ante natum Jeſum 1553. Pelaſgos in has Italiæ oras fuiſſe delatos probet Cluverius in Italia antiqua lib. 3. cap. 1. ſumma hujus urbis antiquitas hinc clare dignoſcitur, quippe diù ante Trojanum bellum ædificata, licet Virgilius Æneæ rebus poſt exciſam jam Trojam poetica licentia Tarconem admiſcuerit. Hic ortam tradunt celebrem illam apud Etruſcos haruſpicinæ diſciplinam, cujus præcepta, ac documenta primus dediſſe fertur Tages quidam, emerſus ſubito è terra, dum araretur. Fabulam narrat, deridetque Cicero Divinationum lib. 2. *Tages quidam*, ait ille, *dicitur in agro Tarquinienſi, cum terra araretur, & ſulcus altius eſſet impreſſus, extitiſſe repentè, & eum adfatum eſſe, qui arabat. Is autem Tages, ut in libris eſt Etruſcorum, puerili ſpecie dicitur viſus, ſed ſenili prudentia. Ejus adſpectu cum obſtupuiſſet bubulcus, clamoremque majorem cum admiratione edidiſſet, concurſum eſſe factum, totamque brevi tempore in eum locum Etruriam conveniſſe. Tum illum plura locutum multis audientibus, qui omnia ejus verba exceperint, literiſque mandaverint. Omnem autem orationem fuiſſe eam, qua haruſpicinæ diſciplina continetur; eam poſtea creviſſe rebus novis cognoſcendis, & ad eadem illa principia referendis.* &c. Ovidius pariter Metamorphoſeon lib. XV. hæc eadem eleganti carmine enarrans ita canit.

Haud aliter ſtupuit, quam cum Tyrrhenus arator
Fatalem glebam mediis adſpexit in arvis
Sponte ſua primum, nulloque agitante moveri:
Sumere mox hominis, terræque amittere formam,
Oraque venturis aperire recentia fatis.
Indigenæ dixere Tagen: qui primus Etruſcam
Edocuit gentem caſus aperire futuros.

Hunc Tagen non alium eſſe arbitratur Cluverius, quam Tarconem urbis conditorem, qui omnem augurandi, ſacrorumque rituum, ac cæremoniarum diſciplinam Etruſcis ſuis demonſtrarit, atque tradiderit. Diu porro cum Romano gliſcenti Imperio Tarquinienſes conflictavere, & aliquando compluribus ſuorum habitu ſacerdotum ſubornatis, faces, & angues furiali habitu præferentibus, aciem Romanorum turbaverunt; ſed Romana fortuna, atque virtute obvia quæque ſuperante, ipſi quoque faſces ſubmittere, victorumque leges venerari coacti ſunt. Coloniam deinde a Romanis Tarquinios fuiſſe deductam, auctor eſt Frontinus de Coloniis; *Colonia*, inquit, *Tarquinii lege Semproniana eſt adſignata*: Municipium etiam deinde factum teſtis eſt Cicero in Oratione pro A.

A Cæcina. Hujus urbis mentionem præterea faciunt Livius, Juſtinus, Plinius, Dionyſius, aliique cum Græci, tum Latini Scriptores. Ex eo pariter claruere Tarquinii, quod duos Reges Lucios Priſcum, ac Superbum Tarquinios Romanis dedere, & eo etiam magis, quod orbem illuſtrante Evangelii luce Epiſcopalem thronum promeruere. Tarquinienſis autem Cathedræ fidem faciunt ſequentes Epiſcopi, qui ex ea Romanis Conciliis interfuere.

I. APULEJUS Tarquinienſis Epiſcopus ſubſcripſit an. 465. Romano Hilari Papæ Concilio.

II. PROJECTITIUS ſententiam ſuam dixit in Romana Felicis Papæ Synodo an. 487.

III. LUCIANUS vivebat an. 499. quo ſub Symmacho præſens fuit Romanæ ſynodo.

Diſperiit deinde Epiſcopalis Tarquinienſis decor, æque ac ipſa civitas bellorum jactata, atque quaſſata fluctibus, cujus ruinæ inſignes ad mille paſſus ſupra Cornetum, quod ex illis crevit, adhuc B conſpiciuntur; locuſque etiamnum *Tarquina* vulgò dicitur, Cornetanæ diœceſi addictus.

TAVRIANENSIS

EPISCOPATUS.

TAURIANA, ſeu *Taurianum*, Ferrario verò in Lexico Geographico *Tauranium*, urbs fuit Brutiorum, inter Metaurum amnem. & C Scyileum oppidum ſita, longe quidem diverſa a Ptolomæi Tauriano ſcopulo, ſeu potius Terinæo, è quo in proximo litore Terina Ocinaro flumini proxima inter Clampetiam, & Tempſam, quam Ughellus noſter dum Taurianenſis Epiſcopatus mentionem facit tom. 9. col. 179. perperam confundit cum Tauriano. Hoc ſtetiſſe deprehenditur prope oppidum, quod vulgò *Palma* vocatur, ex dirutæ civitatis exiſtentibus ibi veſtigiis; licet alii ejus loco ſucceſſiſſe Seminariam affirment, vix tria paſſuum millia a Palma diſſitam: Haud poſtremi olim fuiſſe momenti Taurianum apparet ex eo, quod a pluribus memoratum ſit antiquis Scriptoribus, Mela nempe, Plinio, Solino, ac tabulis itinerariis, ſed maximè inde, quod poſt orbem. Evangelii luce illuſtratum proprios habuerit Antiſtes. Ex his nonnullos e ſacris monumentis eruimus, iique ſunt.

I. PAULINUS ſedit in Concilio Romano an. 590. ad quem ſcribit Magnus Gregorius Epiſt. 17. D Ind. X. lib. 2. edit. Monachor. eumque præficit Liparitanæ Eccleſiæ loco deturbati Agathonis, ita ut in Liparitana cathedra reſideat, Taurianenſem vero opportuno tempore viſitet. En Epiſtola.

Gregorius Paulino Epiſcopo.

Scire te volumus, quia Maximiano fratri & Coepiſcopo noſtra ſcripſimus, ut fraternitatem tuam Eccleſiæ Liparitanæ ex noſtra auctoritate præeſſe conſtituat. Cui te modis omnibus obedire neceſſe eſt, ejuſque te Eccleſiæ utilitatibus præcipimus decenter inſiſtere, & quæque ejus commoditatibus agnoveris oportere, te volumus ſine cunctatione peragere. Eccleſiam vero Taurianienſem, quoties opportunum tempus credideris, viſitabis. Ita ergo fraternitas tua hæc omnia implere feſtinet, ut & ſui præſentia Liparitanam ſalubriter diſponat Eccleſiam: & viſi-

tationis ſtudio Taurianenſem Eccleſiam congregare, & fovere non deſinant. Data menſe Martio Indict. X.

Eidem pariter mandat an. 599. ut cum quatuor aliis Epiſcopis, ac Sabino Subdiacono Rhegium pergat de Cleri illius Eccleſiæ adverſus Epiſcopum ſuum querelis inquiſiturus Epiſt. 47. l. 2. ind. 2. edit. Monach. Deceſſit an. 600. ut ex ejuſdem tegeſti Epiſtolis 16. & 17. lib. X. ind. 3. quibus Venerium Vibonenſem Epiſcopum Taurianenſis viduatæ Eccleſiæ viſitatorem decernit. Joſeph Biſogni in hiſtoria Hipponii, quam edidit. Taurianenſium Epiſcoporum indiculum exhibens duplicem Paulinum ſtatuit Maximiano intermedio, non advertens per ſummam incuriam Maximianum, cui M. Gregorius per Epiſtolam juſſit, ut Paulinum ſupradictum Liparitanæ Eccleſiæ præficeret, fuiſſe Epiſcopum Syracuſanum.

II. LAURENTIUS interfuit Concilio Lateranenſi ſub Martino an. 649.

III. JUSTUS dicitur ſucceſſiſſe Laurentio eodemmet anno 649. defuncto.

IV. GEORGIUS, ſeu *Gregorius* ſubſcripſit Epiſtolæ Synodicæ Agathonis Papæ an. 680.

V. PETRUS florebat anno 695.

VI. OPPORTUNUS memoratur in decretis Papæ Gregorii III. qui ſedem Apoſtolicam conſcendit an. 731.

VII. THEODORUS deſcribitur inter Patres Nicænæ ſynodi habitæ an. 787.

VIII. B. JOANNES, &

IX. B. GREGORIUS, unus poſt alterum vixit nono Chriſti ſæculo, teſte Joſepho Biſogni in hiſtoria Hipponii.

X. PAULUS Taurianæ emergit è Concilio Conſtantinopolitano an. 870. celebrato.

Porrò Tauriani excidio Magni Nili tempeſtate accidit, Agarenis, Siculiſque irruentibus. Ejus Cathedta Epiſcopalis, diu viduatâ paſtore, deprecante Rogerio Guiſcardo Calabriæ, & Siciliæ Domino Miletum translata fuit a Gregorio VII. an. 1073. Nunc locus in diœceſi Militenſis Epiſcopi jacet, licet Ughellus per errorem Rhegino Archiepiſcopo ſubjacere ſcribat.

TEMPSANUS

EPISCOPATUS.

TEMPSA, Græcis primùm *Temeſa* dicta, deinde *Temſa*, antiquiſſima Brutiorum, ac celeberrima civitas, ab Auſoniis condita, quam celebrant Homerus, Polybius, Cicero, Ptolomæus, Mela, Ovidius, Livius, Plinius, aliique Græci, Latinique ſcriptores, quo in loco ſteterit, non conveniunt Auctores. Ughellus noſter, ubi hujus antiquati Epiſcopatus mentionem facit in deſcriptione Calabriæ tom. 9. col. 178. Strabonis auctoritatem ſecutus, qui primam à Lao flumine Brutiorum urbem fuiſſe Temeſam ſcribit, inter Montem Altum, & Marcopolim cum Barrio locat, ubi nunc exurgit Malvitum oppidum. Sed cum Malvitum à freto ſex paſſuum millia diſtet, & Tempſa fuerit littoralis, hinc arbitrantur alii ejus loco ſucceſſiſſe oppidum vulgò *Scalea*, nonnulli oppidum *S. Lucido*, Pontanus *Longo buco*, Ligorius in ora apud Cirellos fuiſſe affirmat. Verum Cluverius Tabulæ Itinerariæ relegens veſtigia poſt Clampetiam, quæ illi recens Amanthea, verſus fretum Siculum, ſpeculam maritimam vulgò *Torre Loppa* indigitat, circa quam aotiquiſſimam illam Temeſam fuiſſe conjicit inter Clampetiam ac Terinam aboſtiis Occinati, ſeù Sabati fluminis quatuor ferme paſſuum millia, licet contra Auctoris mentem in mappa geographica perperam poſt Terinam fuerit inciſa. Cæterum Romanorum Coloniam fuiſſe Tempſam deductam P. Cornelio Scipione Africano iterum & T. Sempronio Longo Coſſ. anno à Roma condita 558. narrat Livius lib. 34. Cum autem abjurato Idolorum cultu Chriſtiana ſacra fuiſſet amplexa, proprium quoque nacta eſt Epiſcopum, qui curam ejus gereret ſpiritualem. Et revera è ſacris Conciliis eruuntur ſequentes Tempſanæ Eccleſiæ Antiſtites.

I. HILARIUS ſedit in ſynodo Palmari ſub Symmacho an. 503.

II. SERGIUS Tempſanenſis Eccleſiæ Epiſcopus legitur aſſediſſe inter Patres Concilii Romani ſub Martino I. an. 649.

III. ABUNDANTIUS Epiſcopus Eccleſiæ Tempſanæ provinciæ Brutiorum ſubſcripſit Epiſtolæ Synodicæ Agathonis Papæ ad Auguſtos, idemque ſanctæ, & Apoſtolicæ ſedis Romanæ reſponſalis fuit in ſexta ſynodo an. 680. coacta.

Deperditur deinde Tempſanorum Præſulum memoria, quorum ſedem extincta civitate, in ſanctum Marcum translatam, aut certe Marcenſi adjunctam fuiſſe docet Ughellus noſter loco citato.

THURINUS

EPISCOPATUS.

THURIUM, ſeù *Thurii*, ex Trogo fuit illius Philoctetis opus, qui ex Peante natus cum ſe ad ingentia effunderet, Herculis comes evaſit, à quo proximè jam morituro pro munere accepit pharetram, & ſagittas felle hydræ illitas. Unius caſu vulnere venenato ſauciatus eſt in pede illo, cujus ictu contra jusjurandum Herculis ſepulchrum indicaverat hoſtili agmini in Trojano excidio. Poſt varios caſus in Calabriam cum veniſſet Peteliam condidit, caſtrum nunc parvum in Calabria ulteriori *Policaſtro* nuncupatum, & Thurium ædificavit, ita dictum ab animi conſtantia & fortitudine. *Thurinorum urbem*, inquit Juſtinus lib. 20. *condidiſſe Philoctetem ferunt: ibique adhuc monumentum ejus viſitur; & Herculis ſagittæ in Apollinis templo, quæ fatum Trojæ fuere*. Strabo verò ejus conditorem dicit Iſelicenm, & Achæos, Trœzenios Solinus. Sybaris antea fuit hæc urbs appellata, tantaque rerum proſperitate excelluit, ut quatuor vicinis gentibus imperarit, ac 25. urbes dicto audientes habuerit, ccc que hominum millia in bellum contra Crotoniatas eduxerit, domiciliiſque ſupra Crathim ſtadiorum L. circulum impleverit, ut narrat Strabo. Sed luxu Sybaritarum, atque petulantia factum eſt, ut ſeptuaginta dierum ſpatio univerſam eis felicitatem iſtam Crotoniatæ eriperent; captam enim urbem immiſſo flumine aquis obruerunt. Qui cladi ſuperfuerunt pauci, eò habitatum poſteà redierunt, atque ab Athenienſibus adjuti urbem repararunt, Thuriumque à fontis nomine appellaverunt, ut fusè docet Diodorus lib. 11. Thurini verò diù opibus, & pace floruerunt, ſuiſque vivere legibus à Charonda acceptis, donec à Lucanis in ſervitutem redacti ſunt. Hos autem cum Tarentini vehementer infeſtaſſent, Romani coloniam Thurium deduxerunt, urbemque muta-

to nomine *Copias* vocavere, quod eveniſſe P. Scipiune Africano iterum, & T. Sempronio Longo Coſſ. innuere videtur Livius lib. 34. Sed & Municipium Thurios appellat Cæſar bel. civ. lib. 3. Sinum Tarentinorum proſpiciebat hæc civitas, inter Sybaris, & Crathis fluenta prope littus poſita, quæ cum à Conſule Æmilio contra hoſtilem Lacedæmoniorum claſſem, Cleonymo duce eam obſidente, fuiſſet egregie defenſa, Conſulem ſtatua donavit; quod eum & antea præſtitiſſet Ælio plebis Tribuno ob legem prolatam in Steunium Statilium Lucanium, qui Thurinos bis infeſtaverat, hinc primi ex externis dicuntur à Plinio Thurini, qui Romanos aurea corona donarint, & ſtatua. Porrò licet Sybaritæ mollitie, ac luxu diffluerent, viros tamen protulere in omni diſciplinarum genere, ac præcipuè in Pythagorica philoſophia præſtantes, de quibus paſſim Scriptores Græci, & Latini. Ex Thuriis celebres ſunt Erodoctius hiſtoricus, & philoſophus, de quo Ariſtoteles Rhet lib. 3. Cephalus Rhetor, qui triginta tyrannos Atheois bello ſuperavit, Patrocles Poeta, cujus meminit Clemens Alexandrinus, Theano philoſophiæ Pythagoricæ ſectatrix, cujus ſcripta recenſet Suidas, Hippodamus, cujus plurimas ſententias deſcripſit Stobæus, atque Ciromacus philoſophi. Thuriis quoque Herodotus, Græcæ hiſtoriæ parens, hiſtorias ſcripſit, ac ſepultus eſt; & Octavianus Auguſtus hinc genus duxit, ſiquidem M. Antonius ei proavum exprobrabat proveniretem ex agro Thurino Nec impar Thurinorum gloria, ex quo eis vera illuxit Chriſtiana fides: ex illis enim prodiit Teleſphorus ille, qui Apoſtolica ſedit in cathedra Jeſu Chriſti Vicarius, pro cujus etiam nomine ſub Antonino Pio illuſtre martyrium perpeſſus eſt: iiſdemque acceſſit Epiſcopalis dignitatis fulgor, unde ſequentes reperiuntur Thurinorum ſacr. præfulſiſſe Antiſtites.

I. JOANNES interfuit Romanis ſynodis an. 505. & 504. celebratis.

II. N. . . . per cujus obitum an. 600. M. Gregorius Turritanæ Eccleſiæ viſitatorem decernit Venerium Epiſcopum, ut ex ejus Epiſtola 17. lib. 10. Ind. 3. edit. Monachorum. Et epiſt. 16. ejuſdem libri Turritanis, Taurianenſibus, & Conſentinis ſcripta eiſdem mandat, ut Epiſcopo Viſitatori Venerio obediant: unde colligitur, quæ tunc vacabat, Turritanam Eccleſiam non fuiſſe Sardiniæ, ſed Brutiorum, in quibus erant etiam Tauriani, & Conſentiæ Eccleſiæ eidem viſitatori commendatæ.

III. VALENTINUS Turritanus ſedit inter Petres Concilii Lateranenſis an. 649

IV. THEOPHANES Thurinus ſubſcripſit Romano Concilio an. 680.

V. JOANNES Turritanæ ſedis Antiſtes memoratur in actis S. Vitalis Abbatis à Bollando editis ad diem 9. Martii. Hic Turrim tranſtulit ſacra lipſana ejuſdem ſancti circa annum Chriſti 1031.

VI. G . . *Vorrianus* deſcribitur in Concilio Lateranenſi ſub Paſchali II an 1111. habito In actis ejuſdem Concilii ex variis auctoribus à Binio collectis habetur *Wilielmus Turrianus*: Harduinus pro *Vorrianus* reponendum cenſet *Thurianus*, de quo videant eruditi.

Cæterum quæ olim celebris, & ampla fuit civitas, nunc diruta jacet, & quiſnam fuerit locus ejus, incertum. Barrius aſſerit eſſe caſtrum, quod viget, ejus tractus, nuncupatum *Terranova*, quod tamen cum in edito colle ſitum 12. millia paſſum diſtet a littore, eſſe nequit Sybaris, ſeu Thurium, urbem littoralem omnium ſcriptorum conſenſu, ut probè advertit Cluverius. Cittadinus opinatur eſſe vicum illum, qui dicitur *Buffalora*; Baudrand in emendatione Lexici geographici firmiſſimè tenet, eſſe locum illum, qui in ora littorali ad oſtia Sybaris exurgit, *Torre Bordognero*, ubi uſque nunc viſuntur rudera dicta *Sibari rovinata*. Verum tamen eſt è ruinis Thuriorum plura emerſiſſe in iis uris loca, quæ ſibi antiqui Thurii egregia exordia vindicare non dubitant.

Neque verò hic prætereundum ex præmemoratis S. Vitalis Abbatis à Bollando deſcriptis actis videri Turrim, antiquatam Epiſcopalem ſedem, fuiſſe mediterraneam civitatem Lucaniæ, ubi adhuc vicus vulgo *Turi* dictus non longe ab Armento, & Guardia oppidis in diœceſi Tricaricenſi. An forte duæ diſtinctæ Pontificales Cathedræ Thurium, ac Turris?

TIPHERNI

METAURENSIS

EPISCOPATUS,

DE quo Ughellus tom. 2. col. 894. & ſeqq. ubi de Epiſcopis S. Angeli in Vado, quæ civitas Tipherno ſucceſſiſſe creditur.

T O C C I

EPISCOPATUS,

TOCCUM quondam arx ſaxo ſupereminens, & natura loci munitiſſima octo mil. paſ. diſtans a Benevento, obſidenti reſtitit Regi Neapolitano Rogerio. Ejuſdem meminit Clemens VI. in deſcriptione continium, & ſedis Apoſtolicæ jurium Beneventani Territorii. *Caſtrum Tocci. Sub datam Aven. 7. Kalend Junii anno Pontif. nono.* Licet nullius occurrat ex antiquis monumentis nomen hujus loci Epiſcopi, Epiſcopalem tamen ſedem fuiſſe eruitur ex Bulla apud Viperæ Chronicon ſub Uldarico pag. 90. Stepheni X. *ſub dat. in Monte Caſino 9. Kal. Februarii Indict. XI. Pontif. an. primo*, qui erat Chriſti 1058. & in ea enumeratur inter Epiſcopales Civitates ſuffraganeas Beneventani Archiepiſcopi. Terræmotu adveniente ſolo quaſſatam fuiſſe ſcribit S. Antoninus an. 1456. Inſtauratæ domus, & iterum quæ advenere familiæ, idem ſunt paſſæ diſcrimen an. 1688. Tres inibi ſunt Parochiales Eccleſiæ, & ex his unus eſt Archipresbyter univerſæ Vallis Vitulanæ, & immediatum Antiſtitem agnoſcit Beneventanum.

TREBIAS

EPISCOPATUS.



CAſtrum in Umbria vulgo *Trevi* inter Fulginium, & Spoletium in edito colle ſitum urbs olim fuit non ignobilis TREBIA dicta, e qua Trebiates Umbriæ populi apud Plinium lib. 3. c. 14. celebres. Mutuſcam a Virgilio appellatam lib. 7. Æneid.

Una ingens Amiterna cohors, priſcique Quirites,
Ereti manus omnis, oliviferæque Mutuſcæ.

Trebulam verò, a Martiali, qui Trebulanum caſeum loquentem facit his verbis:

Trebulanæ genuit; commendat gratia duplex.
Sive levi flamma, ſive domamur aqua.

docent Ferrarius in Lexico geographico, & Bleau in Theatro orbis Terrarum. Verum cave, ne cum eiſdem confundas Trebiam noſtram cum Trebula Mutuſca Sabinorum oppido, de quo Virgilius, & Martialis citati. Verum quidem eſt, quod cum locorum propinquitate, tum affinitate nominum decepti ſequioris ævi Scriptores Trebiam aliquando Trebulam appellavere, & rurſum Trebulam Trebiæ nomine indigitarunt, ſed id non abſque errore, & promiſcua alieni nominis communione. Sunt qui velint hanc Trebiam appellatam aliquando fuiſſe *Lucanam Trevienſem*, ejuſq; deſolatæ rudera conſpici quingentis circiter paſſibus ab exiſtenti Trebienſi Caſtro diſſita. Trebia porrò cum cæteris Umbriæ civitatibus in ipſo Chriſtianæ fidei exordio Evangelii lucem hauſit, & proprios ſacrorum Antiſtites conſecuta eſt. Ex his paucos nobis contigit reperiiſſe, quorum Catalogum, qualem ſe obtulit ex certiſſimo Conciliorum teſtimonio, exhibemus.

I. S. ÆMILIANUS qui Trebiatum Epiſcopus Maximiano, & Diocletiano Imperatoribus martyrium nobili agone conſumavit. Ejus ſacri corporis mirabilis inventio accidit Cæſare Cardinali Facchenetto Spoletanam Eccleſiam adminiſtrante an. 1660. Menſe Aprili. Cum enim [rem narrat Abbas Lucentius in ſua Italia ſacra, & reſtricta, ubi de Epiſcopis Spoletanis agit] reſtaurandæ Spoletanæ Cathedrali Operarii propè majorem tribunam terram effoderent; jam declinante die duo exteri viri peregrinationis habitu amicti, aſpectu venerabiles, quorum nomen, & conditio ignota, foſſores, quibus presbyter unus fortuitò adſtabat, percunctati ſunt de loco, quo veteris ſacrarii oſtium adſtabat olim. iiſdemq; innuerunt, quod ſi ibi effodiendo lapides terramq; eruerent, S. Epiſcopi oſſa inventuri eſſent. Proximè inſecuta die opus proſequentes integer, magnuſque lapis apparuit, qui ferreis laminibus cinctus lapideam urnam obſtringebat. Illico nobilis vir acceſſitus, qui fabricæ præerat, & Vicarius generalis, aliis plurimis adſtantibus revolutum eſt ſaxum, urnaque patens apparuit, in eaque conſpecta oſſa cum capite antiqui cadaveris, & vitrea ampulla coagulati ſanguinis, & duobus ferreis ſcorpionibus ſanguine aſperſis, & lamina plumbea his inſcripta notis: OSSA S. MILIANI MARTYRIS. Roma Spoletum reverſus Eminentiſſimus Epiſcopus urnam cum parte oſſium Trebienſi Collegiatæ, quæ ſub invocatione ejuſdem Æmiliani erigitur, elargitus eſt, reliquum pretioſiſſimi Theſauri thecis decentiſſimis incluſum Cathedrali ſuæ reſervavit. S. Æmiliani meminit Ferrarius in Catalogo Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt, ad diem 28. Januarii; & ex eo Bollandus in actis Ss. Januarii tom. 2. pag. 833.

II. CONSTANTINUS Trebias Antiſtes interfuit Romano Felicis III. Concilio an. 487.

III. LAURENTIUS Trebienſis Epiſcopus adfuit Romano Symmachi Concilio anno 499.

IV. PROPINQUUS Trebias, & Trebienſis Antiſtes dicitur in Symmachi Conciliis an. 501. & ſubſequentibus habitis an. 502. 503. & 504.

V. GRISO memoratur in ſynodo Romana ſub Zacharia Papa an. 743.

VI. PAULUS an. 826. interfuit Concilio Romano Eugenii Papæ II.

VII. CRESCENTIUS adnumeratus eſt inter Patres Concilii Romani an. 853. a Leone Papa IV. celebrati.

VIII. . . . . nomen, deficit, *Trebienſis* Epiſcopus præſens fuit Conciliabulo Romano contra Joannem XII. coacto an. 963.

IX. J. . . . , *Trebenſis* Epiſcopus habetur in Concilio Romano an. 1059.

Nec ulterior mihi Trebienſis Epiſcopi ſeſe obtulit quærenti mentio. Trebia verò, S. Æmiliani munita præſidiis, clero, populoque referta, benè inſtructæ civitatis adhuc formam ſervat. Florent in ea nonnullæ nobilitate claræ familiæ, a quibus prodiit Erminius de Valentibus a Clemente VIII. Pontifice Maximo elatus ad Vaticanæ purpuræ dignitatem. Collegiatam habet Eccleſiam, vetuſtate commendabilem, in qua ſacris operantur Prior, undecim Canonici, Præbendatus, Viceecuratus, duo ſacriſtæ, aliique ſacerdotes, & Clerici. Ex hoc Canonicorum collegio emerſiſſe ferunt Gregorium XIII. ſummum Pontificem. Præter Collegiatam verò altera hic adeſt parochialis Eccleſia, quatuor ſacrarum Virginum ſepta, ſex Regularium cænobia, Dominicanorum ſcilicet, Conventualium, Minorum Reformatorum, Capuccinorum, Canonicorum Lateranenſium, & Monachorum Montis Oliveti, Hoſpitale ad alendos pauperes, Mons pietatis, nonnullique Montes frumentarii, plura Laicorum ſodalitia cum ſuis Oratoriis, & ad juventutem bonis moribus litteriſque imbuendam Seminarium. Subeſt ſpirituali Spoletani Præſulis Dominio.

* * *

TRIUM TABERNARUM

EPISCOPATUS.

TRES TABERNÆ urbs fuit in Latio, in ipſa via Appia ad Aſturam fluvium inter Velitras, & Forum Appii, ſic dictæ à tribus publicis diverſoriis, quæ inibi ad commodum peregrinantium aderant. Ejus rudera, ut Holſtenius advertit, adbuc viſuntur non procul ab oppido *Ciſterna* vulgò appellato, quod Trium Tabernarum vice erupit, eſtque nunc utilis Dominii Ducis Sermonetæ è gente Cajetana. Trium Tabernarum meminere Itineraria, Cicero pluries in Epiſtolis, Aurelius Victor, Paullus Diaconus, aliique. Hanc B urbem Severus Imperator, Maxentii gladio ibi confoſſus, neceſua perennavit, licet ex Zozimi narratione colligat Cluverius Severum fuiſſe interfectum ad eas tres Tabernas, quæ Interamnam inter ac Spoletium viſebantur. Illud autem proculdubio eſt, æternitati locum hunc ſacrum feciſſe Apoſtolum Paulum, cum ex Judæa Romam veniens ibidem commoratus eſt, ut habetur ex Actis Apoſtolorum cap. ult. *Venimus Romam, & cum audiſſent fratres, occurrerunt nobis uſque ad Appii forum, & Tres Tabernas.* Cum Chriſtianis ſacris proprios etiam accepiſſe Epiſcopos ab ipſis exordiis fidei, & Apoſtolorum temporibus fas eſt conjicere, in ſacris licet monumentis nullus occurrat, qui tribus primis Chriſti ſæculis huic Eccleſiæ præfuiſſe dicatur. Poſterioribus autem hi tantùm leguntur hac in Cathedra ſediſſe, reliquorum memoria ſæculorum edacitate conſumpta.

I. FELIX à Tribus Tabernis interfuit Roma-C no Concilio anno 313.

II. LUCIFER Trium Tabernarum Epiſcopus deſcribitur in Romana ſynodo ſub Hilaro Pontifice an. 465.

III. DECIUS Trium Tabernenſium Epiſcopus nuncupatur in Romanis Conciliis an. 487. ſub Felice, & an. 499. ſub Symmacho.

IV. N. . . . quo defuncto inſpiciens M. Gregorius Trium Tabernarum civitatem hoſtili impetu devaſtatam, eam committit Paſtorali curæ Joannis Veliternenſis Epiſcopi, hujuſque Eccleſiæ univit, atque aggregavit an. 592. ut ex ſequenti Epiſtola in dicti Pontificis operibus a Monachis Benedictinis editis 50. lib. 2.

Gregorius Johanni Epiſcopo Velitrano.

Poſtquam hoſtilis impietas diverſarum civitatum ita peccatis facientibus deſolavit Eccleſias, ut reparandi eas ſpes nulla populo deficiente remanſerit, D *majori valdè cura conſtringimur, ne defunctis earum ſacerdotibus, reliquiæ plebis nullo paſtoris moderamine gubernatæ per invia fidei hoſtis callidi rapiantur, quod abſit, inſidiis. Hujus ergo rei ſollicitudine ſæpè commoniti hoc noſtro ſedit cordi conſilium, ut vicinis eas mandaremus Pontificibus gubernandas. Ideoque fraternitati tuæ curam, gubernationemque Trium Tabernarum Eccleſiæ providimus committendam, quam tuæ Eccleſiæ aggregari, unirique neceſſe eſt, quatenus utrarumque Eccleſiarum Sacerdos rectè, Chriſto adjutore, poſſis exiſtere; quæque tibi de ejus patrimonio, vel clero ordinatione, ſeu promotione, vigilanti ne conatica viſa fuerint cura diſponere: quippe ut Pontifex proprius liberam habeas ex noſtra præſenti permiſſione licentiam. Quapropter, frater cariſſime, Dominicorum reminiſcens ſalubriter mandatorum, ita in commiſſæ plebis regimine, lucrandiſque animabus invigila, ut ante tribunal æterni judicis conſtitutus fructum boni* A *operationis, quod ad mercedem tuam pertineat, eidem Redemptori noſtro, in quo lætari poſſis, exhibeas.*

At enim deinde priſtino fuiſſet decori reſtituta hæc civitas, proprios iterum Animarum paſtores recepit.

V. PARVUS à Tribus Tabernis ſubſcripſit an. 762. Pauli Papæ I. Conſtituto.

VI. LEONINUS, ſeù ut aliter appellatur, *Leontius*, ſedit in Patres Concilii Romani an. 826. celebrati.

VI. ANASTASIUS memoratur in Romano pariter Concilio an. 853.

VII. JOANNES Trium Tabernenſis aſſeritur in Romano Concilio anni 868. in quo & ipſe ſubſcripſit condemnationi pſeudo ſynodi Conſtantinopolitanæ à Photio coadunatæ.

Omnis deinde evaneſcit Trium Tabernenſium Epiſcoporum memoria, qui poſtmodum defecere B deficiente ob bellorum ſævitiem ipſamet civitate. Hinc locus, ut olim à M. Gregorio proviſum fuerat, ad jura Veliternenſis Præſulis rediit. Cæterum Ciſterna, quæ Tribus Tabernis dirutis ſucceſſit, maximum & ipſa an. 1344. à Ludovico Bavaro Eccleſiæ hoſti perpeſſa diſcrimen, floret nunc ſub Cajetanæ gentis Dominio duo millia incolarum enumerans, nobilique Collegiata fulgens Eccleſia D. Mariæ Virgini in cœlum Aſſumptæ ſacra, cui Archipresbyter, tres Canonici, ſex Beneficiati, aliique clerici inſerviunt. Adeſt præterea haud procul ab ea Patrum è D. Franciſci familia Reformatorum cum Eccleſia D. Antonio dicata cœnobium.

Cæterum audiendi non ſunt, qui aſſerunt Trium Tabernarum Epiſcopalem Eccleſiam in Magna Græcia fuiſſe (ſive Tabernæ, ſeù Palæopoli, vel Treſchines illius cathedram figant) ſicque dictam, quia illius Epiſcopus tria tabernacula haberet in tribus diſtinctis Eccleſiis, in quibus ſolemnioribus anni feſtivitatibus alternatim ſacra peragere tene-C retur. Illos ſatis redarguit Ughellius noſter tom. 9. col. 356. & ſeqq. ubi etiam explodit commentitiam illam, quam refert, Trium Tabernarum Chronicam, fabulis, figmentiſque inſulsè conſarcinatam.

TRUENTINUS

EPISCOPATUS.

D OD oſtium cognominis fluvii in Piceno ſurgebat olim nobilis civitas TRUENTUM, ſive ut aliis, TRUENTINUM CASTRUM, Straboni, Plinio, Melæ, Frontino, ac Itinerariis memorata. De ea item Silius lib. 8.

Quique Truentinas ſervant cum flumine turres.

Antiquitas hujus urbis ſumma fuit utpote à Liburnis, teſte Plinio, antiquiſſimis hujus oræ incolis conditæ. Fueritne à fluminis dextera ripa, ubi nunc viſitur turris ſpeculatrix cum diverſorio publico, vulgò *Torre Segura*, ſive *Torre di Segaeo*, an à læva, ubi conſpicitur hodie ædificium, quod vulgo *Porto d'Aſcoli* vocatur, planè incertum eſt. Perſpicuum quidem eſt fuiſſe haud poſtremi nominis civitatem tum ex eo, quod in altero Antonini itinere ſcriptum ſit *Truentum civitas*, & ut notat Cluverius, id vocabulum eo ævo nonniſi primariis

urbibus tribuebatur; tum verò ex eo præcipuè, quod digna à Chriſtianis fuerit habita, ut inibi Epiſcopalis cathedra locaretur. Ex ea qui ſacrum jus dixere, Epiſcoporum nomina fere omnia intercideruut, & ſolus ſuperſtes eſt dedecori potius, quàm honori

I. VITALIS, qui una cum Miſeno Cumano Epiſcopo Conſtantinopolim miſſus eſt à Felice III. Pontifice Legatus in cauſa Acacii Epiſcopi Conſtantinopolitani ad Zenonem Imperatorem, & ad ipſum Acacium an. Chriſti 483. At cum non ſolum ea, ad quæ miſſus fuerat, non egiſſet, ſed cum Petro Mongo, ad quem ab Alexandrina Eccleſia expellendum directus erat, inita communione pollutus fuiſſet, Romam cum dedecore, & ignominia reverſus à Felice Papa una cum ſocio communione, ac ſacerdotio privatus eſt anno 484.

Nec plura de Truentinis Epiſcopis in ſacris monumentis. Truentum verò ità deinde excidit, ut ne ullum quidem urbis remanſerit veſtigium.

TURTIBULENSIS

EPISCOPATUS

SUppreſſus, de quo Ughellus tom. 8. col. 389.

TUSCANIENSIS

EPISCOPATUS.

TUSCANIA antiquiſſima olim Etruriæ civitas ad Martham fluvium inter Statonium, & Bleram ſita viget adhuc in ditione Pontificia, & in provincia Patrimonii S. Petri in ipſo Caſtrenſis Ducatus confinio, vulgo *Toſcanella*. Ab Aſcanio Æneæ filio condita putatur, ut marmorea in ea exiſtens inſcriptio proloquitur. Vetuſtiſſimis temporibus *Salumbrona* dicta fuit, poſtea *Tyrrhenia*, unde & proximo mari nomen Tyrrheni dediſſe ferunt, *Tuſcia* deinde, è qua ampliſſimam Italiæ regionem Tuſciam nuncupatam affirmant nonnulli, denique *Tuſcania*. Ampla quondam erat, & dives: ſex decies expugnata, atque vaſtata omnem prope veterem ſplendorem amiſit. Tuſcanienſium meminit Plinius, Tuſcanæ vero Tabula Itineraria. Ab ipſo exoriente fidei lumine proprios habuiſſe Paſtores cenſetur, quæ & Romanæ Cathedrę plures ſanctiſſimos Pontifices peperit, Eutichianum videlicet, Paſchalem I. Leonem I. Joannem I. Lucium III. Leonem VI. Bonifacium VI. & Paulum III. Farneſium. Cathedralis ejus alias elegantiſſima, nunc pene diruta S. Petro dicata eſt, fuiſque Canonicis, & dignitate decoratus. Duo ex Ordine S. Franciſci, unum Eremitarum S. Auguſtini alit cœnobia. Mortalium capita bis mille enumerat, & frequentior in ea populus extaret, ni aeris intemperie defatigaretur. Proprios Epiſcopos diutius habuit tantæ exiſtimationis, ut proximè inſervirent Romano Pontifici ſacris adſtanti cum purpureo Cardinalatus decore, & alias

A quandoque vicinas moderarentur civitates, dum ipſis deſtituerentur, donec Eugenii IV. Sanctione Tuſcanenſis Epiſcopatus Viterbienſi unitus fuit, ea tamen lege, ut Viterbienſis ſimul ac Tuſcanenſis vocaretur Antiſtes. Sed jam Tuſcanenſium antiquiorum Præſulum catalogum, qualem ea variis monumentis decerpere licuit, exhibeamus.

I. URBANUS *Tuſcanæ Eccleſiæ* ita deſcribitur Epiſcopus in Concilio Romano an. 601. Hic idem interfuit Concilio Rom. an. 595. & in ſubſcriptionibus hujus Concilii è Codice Bigotiano editis a Monachis S. Benedicti in tom. 2. Operum S. Gregorii col. 1291. dicitur *Virbanus Epiſcopus Civitatis Tuſcanenſis*.

II. MAURUS interfuit Lateranenſi Concilio ſub Martino an. 649.

III. GODEMUNDUS, ſive *Gaudemundus* aſſedit inter Patres Concilii Romani an. 826.

IV. JOANNES habetur è Concilio Romano B an. 853. & altero an. 861. de quo tomo 2. in Ravennatibus, habitis; & in Pontigonenſi cum Petro Foroſemproníenſi Legato Apoſtolico, & Joanne Aretino an. 876.

V. JOANNES, qui forte idem cum ſuperiori, interfuit Romanæ Synodo Joannis IX. quo anno 898. juxta Pagium acta Stephani VI. contra Formoſum habita reſciſſa ſunt, ex actis a Mabillonio in Muſæo Italico relatis tom. 1. par 2 p 86.

VI. BONIZO Tuſcanenſis an. 1044. in Synodo Romana in favorem Urſonis Gradenſis Patriarchæ, quam in Gradenſibus protulimus tom. 5. hujus operis col. 1113. ſed & antea an. 1033. ſubſcripſit privilegio Benedicti IX. Eccleſiæ Sylvæ Candidæ, tom. 1. col. 107. in hunc modum. *Bonizo presbyter, & Vicedominus S. Roſinæ, & deſignatus gratia Dei Epiſcopus Tuſcanen.*

VII. JOANNES Tuſcanenſis Epiſcopus, & S. R. E. Cardinalis ad Epiſcopatum Portuenſem tranſiit an. 1049. de quo Ughellus in Portuenſibus C tom. 1. col. 120.

VIII. RICARDUS Præſul Tuſcanus, Centumcellicus, & Bleranus erat an. 1086. ex quodam donationis documento die 4. Septembris ejuſdem anni: de quo etiam in Cathedralis S. Petri Tuſcanenſis vetuſto altari Majori hæc inciſa leguntur verba.

† Anno ab Incarnatione Domini MXCIII.
Richardus Præſul Tuſcanus, Centumcellicus,
atque Bledanus † Sit Richardus paradiſi
ſide paratus amen. † Ego Petrus presb.
hoc opus fieri juſſi. Petrus presb. Bledunus
Raynerius presb. Urbevetan.

IX. CENSIUS, ſeu *Cencius* Tuſcanenſis Epiſcopus interfuit Concilio Lateranenſi an. 1179. Vide Harduini noviſſimam Conciliorum editionem tom. 6. par. 2. in fine col. 1055. D.

X. JOANNES Tuſcanæ civitatis Epiſcopus D teſtis fuit ſententiæ datæ ab Henrico VI. Italiæ rege ad favorem Monaſterii S. Pauli de urbe an. 1188. Atque hunc eundem puto Joannem, qui cum eſſet Presbyter Cardinalis tit. S. Clementis, a Clemente III. creatus, Viterbienſis etiam Epiſcopus declaratus eſt an. 1193. unde Bullæ ab Innocentio III. Xenodochio S. Salvatoris de Senis ſubſcripſit an. 1198. his verbis: *Ego Joannes tit. S. Clementis preſbyter Cardinalis Viterbienſis, & Tuſcanenſis Epiſcopus*, apud Ughellum tom. 1. in Viterbienſibus col 1408.

XI. N. . . . . . ſi diverſus eſt a ſuperiori, Tuſcano Epiſcopo literas dedit Innocentius III. ut in Can. *Raynutius de Teſtamentis*.

Hinc clare agnitur Ughelli noſtri error, qui tomo primo in Viterbienſibus putavit Tuſcanenſem Eccleſiam unitam fuiſſe Viterbienſi ante Cœleſtini III. tempora, cum Cœleſtini ſucceſſoris Innocentii III. tempore proprium adhuc veneratus fuerit

Epiſco

Epiſcopum, qui ao. 1508. interfuit ſolemni dedicationi Eccleſiæ S. Mariæ à Caſtello in urbe Cornetana cum novemaliis Epiſcopis, quorum tamen nomina reticentur in marmorea inſcriptione apud Ughellum tom. 1. in Viterbienſibus col. 1408.

VACCARICIENSIS,

SEU

BACCARICIENSIS

EPISCOPATUS.

IN Stephani X. ſummi Pontificis Bulla *ſub datum in Monte Caſino 9 Kalend. Februarii Indict. xi. Pontificatus ſui anno primo*, ideſt Chriſti 1058. quam refert Marius Vipera in Chronologia Beneventanorum Antiſtitum, inter Beneventani Archiepiſcopi ſuffraganeas civitates recenſetur VACCARITIA. Sita erat hæc urbs ad latera Apennini montis in veteri Apulia Daunia, nunc Capitanata, à Troja quatuor paſſuum millia diſtans, ubi adhuc dirutæ civitatis veſtigia cernuntur, murorum ſcilicet, atque turris, locuſque accolis appellatur *Caſtellaccio*. Vaccaritiæ mentio fit in Chronico S. Sophiæ, quod inter Ughelli Anecdota in fine hujus voluminis habebis. In documento Roffridi, ſeu Gotefridi Archiepiſcopi Beneventani anno 1099. exarato, ubi habetur ſermo de S. Aruncii martyris cœnobio, *quod conſtructum eſt prope Caſtellum Baccarici juxta fluvium, qui nominari majorum noſtrorum tempore ab omnibus ſolebat, flumen Acelonis, moderno autem tempore nominatur flumen Tirenum*: Item in Paſchalis II. Papæ diplomate Madelmo Abbati S. Sophiæ de Benevento conceſſo *ſub datum Capuæ 6. Kalend. Novemb. Indict. xi. Incarn. Dom.* 1102. ubi inter loca eidem S. Sophiæ cœnobio ſubdita adnumeratur *apud Vaccariciam Monaſterium S. Benedicti*. De Vaccariſienſibus præterea in documento apud Ughellum tom. 1. col. 1335. in quo novæ urbis Trojæ limites definiuntur, his verbis agitur: *Itaque nec Vaccaricienſes Trojanis, nec Trojani Vaccaricienſibus herbaticum vel dent, vel accipiant; & quicunque extraneus fuit Trojæ, fuit Vaccariciæ, ad habitandum ſit ſub eodem jure, & de omni herbatico extraneorum, quod eſt commune inter Trojanos, & Vaccaricienſes, habeant* &c. Cæterum Epiſcoporum, qui in Vaccaricienſi Cathedra ſederunt, omnis evanuit memoria, exciſaque urbis locus in Trojani Præſulis jura devenit.

V E J E N S

EPISCOPATUS.

VEII antiquiſſima Etruriæ urbs Vejentum Metropolis, ubi nam fuerit, ingens eſt inter doctos viros certamen. Philippus Cluverius, quem ſequitur Brietius, in parallelis, diſertis, certiſque documentis putat ſe oſtendere Vejos circa ea loca olim fuiſſe, ubi nunc oppidum *Scrofano* conſpicitur. Sed Lucas Holſtenius nil certius eſſe affirmat, quam Vejos fuiſſe in colle undique prærupto prope Inſulam, vulgò *Iſola*, vicum Farneſiorum haud procul a diverticulo Claudiæ, & Caſſiæ viæ, nam, præterquam quod & ſitus, & intervalla Dionyſii, & Tabulæ in eum locum conveniant, veſtigia etiam clariſſima magnæ urbis, & cuniculus ille, quem Camillus ex ima valle in Civitatem duxit, inibi manifeſtè apparent. Holſtenium ſequitur Carolus Bartholomæus Piazza in Hierarchia Cardinalitia pag. 95. & ſeqq. Alii in Feſcenniis fuiſſe arbitrantur, & vel in ipſam civitatem Caſtellanam Vejos abſorptos, vel intra limites hujus diœceſis detentos. Utcumque tamen res ſe habeat, certiſſimum eſt antiquiſſimam hujus urbis fuiſſe originem, ut quæ & ipſa cum reliquis principibus Etruriæ urbibus trecentis circiter ante bellum Trojanum annis, quam Pelaſgi Thyrreni hanc regionem occupaſſent, conſtituta ſit. Diutius cum Romanis pro imperio, ac libertate certavit, & aliquando totam gentem Fabiam memorabili cæde interemit, unde Ovidius Faſtorum lib. 2.

Hæc fuit illa dies, in qua Vejentibus arvis
Ter centum Fabii ter cecidere duo.

Poſtremo decem æſtates, hyemeſque continuas a M. Furio Camillo Dictatore circumſeſſa, cum plus aliquando cladium intuliſſet, quam accepiſſet, jam fatu quoque urgente, operibus tamen non vi expugnata eſt. Summam ejus opulentiam, potentiamque celebrat Florus lib. 1. cap. 12. *Vejentium*, inquit, *quanta res fuerit, indicat decennis obſidio, ſpolia de Larte Tolumnio rege ad Feretrium reportata; denique non ſcalis, nec irruptione, ſed cuniculo, & ſubterraneis dolis peractum urbis excidium. Ea denique viſa eſt prædæ magnitudo, ut ejus decimæ Apollini Pythio mitterentur, univerſuſque populus Romanus ad direptionem urbis vocaretur*. Nec minor erat ejus amplitudo, adeout capta, & incenſa a Gallis Roma agitarint Tribuni plebem aſſiduis concionibus, ut relictis ruinis in urbem paratam Vejos tranſmigrarent. Coloniam huc aliquando deductam fuiſſe patet ex Frontino libro de Coloniis. Cum autem bellorum civilium conflictu penitus defeciſſet hoc oppidum, ut innuit Lucanus lib. 7.

——— *Gabios, Vejoſque, Coramque*
Pulvere vix tectæ poterunt monſtrare ruinæ.

Et Florus loco ſupra citato: *Hoc tunc Vejentes fuere. Nunc fuiſſe quis meminit? quæ reliquiæ? quodq; veſtigium? Laborat Annalium fides. ut Vejos fuiſſe credamus*: aliquatenus deinde fuiſſe reſtitutum patet tum ex Auctore Tabulæ Itinerariæ, tum ex Anonymo Ravennate, qui Vejos ut exiſtens eorum ætate oppidum commemorant. Sunt etiam, qui illud inter Epiſcopales ſedes antiquatas recenſeant, cujus rei teſtimonium profertur ANDREAS Vejentanæ Eccleſiæ Epiſcopus, qui ſententiam ſuam dixit in

Romano Concilio ſub Agathone an. 680. Verum Andreas iſte fuit Hiſtrienſis Provinciæ Antiſtes, ut ejus ſubſcriptio apertè loquitur, quæ talis habetur in præfato Concilio: *Andreas Epiſcopus S. Eccleſiæ Vejentanæ provinciæ Iſtriæ in hunc ſuggeſtionem &c.* Alio igitur adminiculo fulcienda hęc cathedra, quod nuſpiam alibi apparet. Interea vel ab hoſtili furore, vel temporum nequitia ſublata adeò oculis mortalium evanuit hæc urbs, ut nec certum aliquod ejus veſtigium in ſaxo remanſerit.

VELINUS

EPISCOPATUS.

POſt Poſidium promontorium prima, quæ olim occurrebat in Lucania, urbs erat VELIA, quæ *Elea*, *Helia*, & *Hyela* etiam à Scriptoribus nuncupatur, ad littus maris ſita, à qua adjacens fretum *Velini ſinus* nomen accepit. Conditam ferunt tempore Servii Tullii VI. Romanorum regis ab Phocæenſibus, quos Harpalus Cyri regis Præfectus patria fugarat. Hinc Strabonis Latina verſio lib. 6. poſtquam Poſidoniatem ſinum, ac Leucoſiam Inſulam, promontoriumque ei oppoſitum deſcripſit, hæc continuò ſubnectit. *Inde ubi curſum flexeris, alius eſt contiguus ſinus, inque eo urbs, quam Phocenſes conditores Hyelen, alii Helen, à fonte quodam dixere, noſtro autem ævo Eleam appellant. Patria fuit Parmenidis, ac Zenonis, Pythagoreorum. Videtur mihi cum propter hos viros, tam jam ante, bonis floruiſſe legibus. Quapropter etiam Lucanis reſtiterunt atque Poſidoniatibus Eleatæ, ſuperioreſque diſceſſerunt, quamquam & agri amplitudine, & numero hominum forent inferiores. Ob agri ſterilitatem coguntur plurimum exercere mare, ſalſamentiſque, & aliis id genus negotiationibus ſeſe alere. Tradit Antiochus, quo tempore Harpagus, Cyri copiarum dux Phocæam cepit, cives locupletiores totis cum familiis naves conſcendiſſe; primumque cum Creontiade ad Corſicum, atque Italiam appuliſſe: inde cum pellerentur, Eleam condidiſſe. Alii nomen ab Elete amne deducunt. Diſtat urbs à Poſidonio ſtadia circiter CC.* ideſt millia paſſuum xxv. Memoratur præterea à Stephano, Plinio, Herodoto, Cicerone, Horatio, ac Servio in Virgilii Æneidos lib. VI. Ea Cluverio, ubi nunc oppidulum *Piſciotta*, fuiſſe cenſetur; Holſtenio, ubi *Caſtello à mare della Bracca*; Gabrieli Barrio putatur *S. Bonifacio*; Mario Nigro *Ulaſtra*; Pyrrho Ligorio *Policaſtro*; Pandulpho denique *Scalea*. Inter tot diſcrepantium Auctorum ingens certamen illud nos minimè præterit floruiſſe Veliam adhuc ſæculo Chriſti ſexto; atque Epiſcopalis Cathedræ honore fuiſſe decoratam indicant literæ Magni Gregorii ſcriptæ ad Felicem Acropolitanum Epiſcopum, quas ſupra in Acropolitanis retulimus. Fuit igitur Epiſcopus Velinus

1. N. . . . per cujus obitum committit an. 592. Magnus Gregorius Felici Acropolitano Velinæ Eccleſiæ viſitationem Epiſt. 42. lib. 2. Indict. 10. Edit. Monachorum.

VELITERNENSIS

EPISCOPATUS

OStienſi unitus, de quo Ughellus tom. 1. col. 41.

COntendunt egregii Vetrallenſis Caſtri, ſeu Terræ incolæ decoratos aliquando fuiſſe Epiſcopali dignitate. Quod ſi ſpectetur antiqua VETRALLÆ conditio, ea nobiliſſima eſt. Hæc enim inter Sutrium & Viterbium ad 7. mill. paſſus exurgens in ipſo Viæ Caſſiæ Romanorum celebri itinere, inde nuncupato, quod à potentiſſima gente Caſſia ſilice ſubſtructum, & inde Vetralla *Forum* deinceps *Caſſii* dicta fuerit, viſebatur, de qua Cluverius in ant. Ital. *Noſtri ſeculi plerique Auctores docent Forum Caſſii eſſe oppidum, quod vulgo vocatur* Vetralla, *quaſi à Latina appellatione Veteri aula, tanquam loci memoriam referente. Aliud præterea argumentum producunt, quod Templum iſti Oppido contiguum etiam vulgo appellatur* S. Maria Forcaſſi. *Quod ſane documentum haud vanum videri poteſt.* Ejuſdem ſententiæ ſunt Leander Albertus, Volaterranus, & Antoninus in ſuo Itinerario. Cum enim Romanam rem ingenio, opibus, armis ſervaſſent, & plurimùm auxiſſent progeniti è Caſſio germine, Forum de ejus nomine ſtatuere priſci Romani, & hoc in ipſa via Caſſia, & loco ejuſdem præcipuo *Vetralla*, in cujus agro à foſſoribus plura eruta ſunt ex auro, argento, & ære numiſmata, quæ preſeferunt imagines, & Caſſiorum munera, de quibus agit Aloyſius Seraphinus in Opere à ſe edito, cujus titulus eſt: *Vetralla antica cognominata il Foro di Caſſio.* Ferrarius in Lexico Geographico in verbo *Forum Caſſii*, quod Verrallam fuiſſe conſentit, urbem etiam dicit quondam Epiſcopalem. Mos enim, & inſtitutum Romanorum, ut obſervat Sigonius, erat Forum præcipuis tantum in locis ponere; & hinc eſt, quod forum à Scriptoribus ſæpiſſimè uſurpatur pro aliqua Civitate, vel loco inſigni, vel quia jus ibi dicundum erat, vel celebres nundinæ agebantur, vel ſane quia nundinæ, & negotiorum domicilia erant, ibi jus dicebatur. Vacuum igitur fuiſſe dignitate Epiſcopali non exiſtimant hoc Forum Caſſii, quando & alia huic contermina loca proprio potiebantur ſacrorum Principe. Nos tamen rem dubiam haud certam facimus, cum nullus inſonet noſtris ſtudiis ex antiquitatis monumentis Epiſcopus, qui Fori Caſſii nuncupetur. Vetrallenſis verò populus adhuc ſpectabilis eſt, territorio amplo gaudet, arvorum fertilitate, omnique opulentia, & ad vitæ æternæ culturam templis, religioſis utriuſque ſexus domibus, piiſque ædibus tàm pro ſe, quam pro exteris ſatis dives eſt.

Hæc de Vetralla verbatim deſcripſimus ex Abbatis Lucentii Italiæ ſacræ illuſtratæ, & auctæ tomo primo in Viterbienſium, ut ſiquidem de hujus nobilis oppidi antiquato, ut fertur, Epiſcopatu nulla uſpiam appareant veſtigia, hic ſaltem commemorentur, quæ ad illum ſuadendum inculcant Vetrallenſes.

VETTONENSIS

EPISCOPATUS.

VETTONA antiqua Umbriæ civitas fuit infra Aſſiſium apud Tiniæ, & Claſii fluminum confluentiam inter Mevaniam, & Peruſiam, è qua Vettonenſes populi apud Plinium lib. 3. cap. 14. in cujus variis exemplaribus variè corruptis leguntur, *Vetrionenſes*, *Metionenſes*, *Vettionenſes*. In inſcriptione antiqua Peruſiæ apud Cluverium hæc habentur.

PATRONO. PERUSINORUM
PATR. ET CURATORI. R. P. VETTONESIUM.

Ejus præterea meminit Tabula Itineraria antiqua. Cum autem clara Evangelii luce ab ipſis fidei incunabulis colluſtraretur Umbria, non cæcutivit Vettona, ſed & ipſa ad fulgentis ſplendoris radios aperuit oculos, Chriſtumque amplexa eſt. Neque jam tunc illi defuit Epiſcopalium inſularum honos, quibus redimiti adnumerantur

I. S. CHRYSPOLDUS, ſeu *Chryſpolitus*, Hieroſolymitanus, qui primus Vettonenſium tenebras diſcuſſit. Hic ille, qui Fulginatibus etiam, aliiſque conterminis populis divinum jus dixit, ut recitat Ughellus in Fulginii Epiſcopali ſerie col. 682. & 683. Variis, diriſque cruciatus tormentis, pro fide tandem ſectus eſt medius, nobilique agone martyrii palmam conſecutus eſt die 12 Maii Domitiano Imperante, ſeu potius, Maximiani, & Diocletiani temporibus, ut notant Bollandiani ad acta Ss. Maii tom. 3. pag. 22. Chryſpoliti corpus Vettonæ ſub altari majori Eccleſiæ ejus nomini conſecratæ honorificè requieſcit, ibique tanquam oppidi Protectorem, nuncupatis pro neceſſitate votis, incolæ venerantur.

II. Chryſpolyto ſublato S. BRITIUS totius Umbriæ Apoſtolus Vettonenſium peculiarem curam ſuſcepit, ut tradit idem Ughellus loco citato. Neque quidquam eſt, quod nos cogat hunc Sanctum ad Apoſtolorum tempora referre, primumque inter Spoletanos Antiſtites recenſere, cum ſerius vixiſſe, iiſdemque Maximiani, ac Diocletiani temporibus tutè aſſerere poſſimus, ut obſervant præfati Bollandiani loco citato.

III. GAUDENTIUS Vettonenſis Epiſcopus ſubſcribitur Romano Concilio ſub Hilaro an. 465.

Diutina deinceps proprios habuiſſe Paſtores Vettonenſem Civitatem deſumitur ex Geographia Epiſcopali veteris Eccleſiæ, quæ inter Umbriæ pontificias ſedes Vettonam enumerat, quæ nunc vulgo *Bettona* impræſentiarum diœceſani juris Aſſiſienſis Antiſtitis eſt.

VIBONENSIS

EPISCOPATUS.

HIpponium urbs vetuſtiſſima in ea Italiæ regione, quæ olim Auſonia, hodie Calabria eſt appellata, ſuum extulit caput, nomenque fecit vicino littori, quod Vibonenſem ſinum Cicero in Epiſ. ad Atticum, Hipponiatem vocat Strabo. In ea igitur plaga, quæ Occidentale, ſeu Tyrrhenum reſpicit mare, tellus ſe paulatim in montem erigit dextrorſum, in cujus vertice planitiæ admodum dilatantur, ut ædificata fuerit hæc urbs ampliſſima, cujus murorum ambitus octo millie paſſuum ſpatio terminabatur, & ultra. Hipponii autem nomen huic inditum vel a valido Hipponenſium equitatu, quo pollebant, Ἵππων enim idem eſt *ac equites cumulo*, vel, ut Stephanus Byſantius vult, ab Hippone Heroe, vel tandem, teſte Scipione Mazzella in hiſt. Regni, à forma Equina, quam ei conditores dederunt. Nec circa ejus Auctores una, eademque eſt opinio: nam ſunt, qui aſſerant Hipponium ab Hercule ſuiſſe ædificatum, alii a Locris, nonnulli ab Hippone equite Phocenſi, cæteri denique ab Auſoniis. Hipponii urbis meminere Licophron in Alexandra, Plutarchus, Solinus, Diodorus, Cicero, Macrobius, Livius, Mela, Strabo, Plinius, aliique. Locrorum fuit Colonia, dein a Brutiis capta, mox ab Agathocle Siciliæ tyranno, qui illud nobile Emporium inſtituit. Hic Gelo nemus amæniſſimum extruxit, quod cornu Amaltheæ appellavit, de quo Duris apud Athenæum lib. 12. ſic ſcribit; *Cornu Amaltheæ locus eſt, quem ſtruxit Gelo in nemore amæniſſimo egregiæ pulchritudinis, aquiſque irriguum juxta Hipponium civitatem*. Inter ſeptem illuſtriores, & opulentiores Italiæ civitates ſuiſſe Appianus bellor. Civil. lib 4. memoriæ traditum reliquit. In ejus amœniſſimis pratis dum flores carperet Proſerpina Calais. & Hermippi Hipponenſium reguli filia, rapta fuit à Plutone patruo ſuo, in cujus deinde tanquam in Deæ ſortem mutatæ honorem Hipponenſes celebre delubrum extruxere. Inſigne pariter Cybelis phanum ab Hippone quinque mill. paſſ. diſtans ejus rudera, quæ adhuc viſuntur, extitiſſe teſtantur. At cum Romani ab obtinentibus Brutiis Hipponium civitatem, quam pro ipſorum metropoli ſibi ipſi elegerant, eripuiſſent, eam Vibonem appellavere (Ipponion enim Græcè Latinè Vibonem ſonat) & addita Valentia, Vibonem Valentiam dixerunt vel ab optima hominum bellantium vi, qua præſtabant, vel ab urbe Romana ſumpto nomine, quæ initio à juventute Latina fuerat nominata Valentia. Hinc nobiliſſimum Romanorum municipium, Colonia periluſtris, ac ipſis quoque amica, & ſocia effecta. Sæviente bello Punico in fide, & ſocietate Pop. Rom. perſtitit; in bellis autem civilibus Cæſaris partes eſt ſecuta.

Patrios autem ritus, Gentiumque mores tamdiù Vibo retinuit, quamdiu Apoſtolorum Principis Petri ſonus ultimos Calabriæ fines pervaſit; eoque ipſa excitata & noctem gentilitatis abjecit, & divinum veræ fidei lumen eſt amplexata. Cum enim ſanctiſſimus Apoſtolus Petrus Romam verſus iter carpens ad urbem appuliſſet Vibonem, in qua Jeſum Chriſtum prædicans populos ad Chriſti fidem

per-

perduxit, quod etiam & in pluribus Magnæ Græciæ urbibus deinde fecit, ibi Epiſcopum, cujus nomen ignoratur, Vibonenſem conſtituit, ut habetur ex traditione, & veteribus manuſcriptis Chronicæ Colonienſis, & Auguſtalium Rodelebilli, Longobatdorum charactere in carta pergamena inſcriptis. Fertur etiam quoddam Vibone ſuburbium nomen ab ipſo Apoſtolo accepiſſe, quod uſque ad hæc noſtra tempora S. Petri nomen retinet, eſtque mare verſus, nunc Montisleonis pagus, inter quem & ipſam civitatem duo milliaria interſunt. Opinandum quoque eſt S. Petrum deſtructo Proſerpinæ templo, ac cæterorum, quos Deos vocabant, eliminata omni ſpurcitia, & excluſa multitudine Dæmonum, ipſum templum in cathedralem Eccleſiam convertiſſe. Nam locus eſt non longe à pago prædicto, nomen Epiſcopatus retinens, ubi Proſerpinæ templum fuiſſe haud dubium eſt. Vibonenſis autem Eccleſia ſub ritu Græco ſundata uſque ad ultimam Sarracenorum invaſionem perſedit. Nam vices regnorum verſante fortuna, Vibona nunc an. 409 ſub Alarico Wiſigothorum rege vexillum erexit; nunc an 493. ſub Theodorico Oſtrogotho; nunc an. 537 ſub Juſtiniano Imperatore I. Duce Beliſario, nunc an. 545. ſub Totila etiam Gothorum rege; nunc iterum ſub Juſtiniano, cæteriſque ſubſecutis Græcis Imperatoribus. At anno 850 venientibus ab Africa Agarenis primum excidium paſſa eſt. Iterum refecta (ſed vix pars dimidia habitabatur) iterum diruta, ignique conſumpta eſt an. 915. ſub Romano I. qui Græcorum imperium uſurpaverat, & à quo tunc Calabri defecerant. Qui quidem Romanus ad eorum ultionem Agarenos advocavit ab Africa, qui Vibonem tradiderunt ruinæ. Sed non multo poſt, ſcilicet an. 983 diruta fuit denuò ab Agarenis, & adeò ſolo æquata, ut ad exiguum populum redacta cives ad angulum civitatis, ubi nunc dicitur *la Terra vecchia* coadunati ſint: de reliquo verò præſtantiſſimæ civitatis ne veſtigia quidem remanſerint, niſi longi murorum circuitus, quo illa coronabatur. Atque ita deletus eſt etiam Vibonenſis Epiſcopatus, ejuſque deinde dignitas, & redditus Rogerii magni Comitis Calabriæ, & Siciliæ precibus an. 1073. à Gregorio VII. Militenſi Epiſcopo adjuncti ſunt. Porro Præſules Vibonenſes, qui reperiri potuerunt, ſequentes ſunt.

I. SOMANUS Epiſcopus Vibonenſis interfuit Concilio Chalcedonenſi an. 451.

II. JOANNES fuit in Concilio Romano ſub Papa Symmacho an. 499.

III. RUFINUS vivebat an. 597. cui eodem anno injungit D. Gregorius, ut in Eccleſia Nicoterana presbyterum ordinet, qui Epiſcopi in pœnitentiam deputati vice baptizet, ac Miſſas celebret, ſequenti Epiſtola, quæ in ejus regeſto juxta editionem Monachorum eſt quadrageſima prima libri ſexti.

Gregorius Rufino Epiſcopo Vibonenſi.

Ex habitatoribus Maſſæ Nicoteranæ, quorum Epiſcopus pro quibuſquam culpis in pœnitentiam deputatus eſt, relatione comperimus, nullum illic eſſe Presbyterum, qui ſacra poſſit miſſarum ſolemnia celebrare, intantum ut etiam filios ſuos ſine baptiſmate aſſerant remanſiſſe. Et quia hac pro cauſa magnopere petiverunt ſibi in eadem Eccleſia, cui fraternitas veſtra operam viſitationis impendit, debere presbyterum ordinari, ea propter ſcriptis vos præſentibus adhortamur, ut de Clero ejuſdem Eccleſiæ requirere debeatis, cujus vita, & mores ad hoc poſſint officium convenire, & eum illic Presbyterum ſeſtinetis, auxiliante Domino, conſecrare. Nam valde durum eſt, ut quouſque cauſa Epiſcopi eorum ſubtiliter requiratur, non habeat Eccleſia illa Presbyterum, qui ſacrum illic opus valeat celebrare. Menſe Julio Indictione XIV.

IV. VENERIUS cum aliis Epiſcopis cognovit cauſam contra Boniſacium Epiſcopum Rheginen. an. 599. de mandato ejuſdem Gregorii l. 9. epiſt. 47. Ind. 2. edit. Monach. & epiſt. 17. lib. 10. Indict. 3. ab eodem M. Gregorio an. 1600. Taurianenſis, ac Turritanæ Eccleſiarum Viſitator decernitur.

V. PAPINIUS, ſeù *Paponianus* intervenit in Concilio Romano ſub Martino I. an. 649.

VI. CRESCENS, al. *Oreſtes*, interfuit Concilio Romano ſub Agathone an. 679.

VII. STEPHANUS interfuit ſecundo Concilio Nicæno ſub Adriano I. an. 787.

Cæterum Vibonis loco viget nunc nobiliſſimum oppidum, civitatis honore jamdiu anno circiter 1578. condecoratum, utilis dominii præclariſſimæ Pignatellæ generis Ducatus titulo, populo, divitiiſque refertum. In eo quatuor Parochiales Eccleſiæ viſuntur, novem virorum cœnobia præter Collegium Societatis Jeſu, duo Monialium, duo conſervatoria, alterum Monalium, alterum mulierum pœnitentium, Hoſpitale pro peregrinis, Xenodochium pro infirmis, duo Pietatis Montes, & decem Laicorum Confraternitates. Sed de vel antiquo Hipponio, & Vibona, vel de nunc florente Monteleone qui plura ſcire deſiderat, conſulat Hipponii, ſeu Vibonis Valentiæ, vel Montisleonis accuratam Joſephi Biſogni de Gatti hujus urbis patritii hiſtoriam Neapoli 1710. editam, è qua ſupra relata excerpſimus.

VICOHABENTINUS

EPISCOPATUS

De quo Ughellus tom. 2. col. 713. Ferrariam translatus.

VOLCIENSIS

EPISCOPATUS.

Caſtrenſis civitas, quæ ob necem proprio Epiſcopo neſariè illatam ab Innocentio X. funditus deleta fuit, translata ad Aquampendentem oppidum ejus Epiſcopali cathedra, creviſſe ferebatur ex Volcorum ruinis. VOLCI ſiquidem, ut hanc urbem plurali numero appellat Ptolomæus, fuere in Etruria perantiqua, nec ignobilis civitas, quæ viſendam ſe præbebat ad amnis Floræ dexterum latus eo in loco, ubi nunc extenſus ager *il Piano de' Volci* nuncupatus intra limites continetur du-

catus Caſtrenſis, media inter Saturnium, Suanam, & Coſam, quæ in Volcientium fuit agro, & Volcientium colonia à Plinio dicitur. A' Romanis fuiſſe Volcos devictos anno ab urbe condita 473. teſtatur triumphorum Romanorum fragmentum, quod etiamnunc Romæ in Capitolio viſitur teſte Cluverio. Fragmentum tale eſt

——— VNCANIVS . TI. F. TI. N.
COS...... E VVLSINIENSIBVS . ET.
VVLCIENTIBVS. AN. CDLXXIII.

At vero ſuavi Chriſtianæ religionis jugo ſubjeciſſe collum probabile eſt primis illis fidei temporibus, quibus Evangelii lumen reliquæ Etruriæ feliciter incluruit. Hinc proprios obtinuere ſacrorum Præſides, quorum omnis propemodum memoria oblitterata interiit. Bulcentina Eccleſia in partibus Aureliæ fuiſſe legitur apud M. Gregorium Dialogorum lib. 3 cap. 17. ubi editi Codices legunt *Buxentinæ*, Mſſ. ferè omnes, Monachorum Benedictinorum teſtimonio, *Baxentina*: utroque modo perperam, nam Buxentina, ſeu Baxentina Eccleſia erat in Lucania, Auralia autem via in Etruria: legendum igitur Holſtenii indicio *Bulcentinæ*, adeout ex uſu veterum pro V literam B frequenter uſurpantium Vulcentina inde emergat Eccleſia. Hujus Vulcentinæ, ſeu Volcienſis Eccleſiæ Subdiaconum Quadrageſimum commemorat ibidem D. Gregorius, unde facile eſt cum præfato Holſtenio in notis ad Geographiam S. Pauli colligere Epiſcopali fuiſſe ſede decoratam. Unicum hujus cathedræ Epiſcopum nobis exhibet Ughellus tom. 1. in Caſtrenſibus col. 579. in eo deceptus, quod Caſtrenſium primum eumdem dixerit perperam putans è Volcis dirutis ubveniſſe Caſtro Epiſcopalem dignitatem circa annum 964. Cum autem jamdiu ante in Caſtrenſi throno fuiſſe Epiſcopos ibidem oſtenderimus, reliquum nonniſi eſt Volcenſem Cathedram Caſtrenſi fuiſſe unitam, non eò translatam. In reliquorum igitur Volcienſium Præſulum communi interitu, ſuperſtes fuit in hominum memoria

I. B. BERNARDUS, Balneoregienſis civis, ultimus Volcorum Antiſtes, qui diruta civitate, Caſtrum migravit, vacantem inibi ſedem occupaturus. De eo Ughellus loco citato.

VOLSINIENSIS

EPISCOPATUS.

INter Etruriæ civitates antiquiſſima, ac nobiliſſima urbs olim effulſit VOLSINIUM, ſeu *Vulſinium*, ad littus cognominis lacus inter Suanam, ac Ferentinum ſita. Ea fuit una cum reliquis principibus Etruriæ civitatibus ante bellum Trojanum condita; adeoque viribus, ac potentia crevit, ut totius Etruriæ caput haberetur, teſte Valerio Maximo, unde lib. 3. Itinerarii.

Inde lacum, cujus Vulſinii littore quondam
Bis ſex Tyrrhenas inter caput extulit urbes.

Cum gliſcente Romanorum fortuna diutius congredi, ac dimicare auſa eſt; verum pluries fracta, ac demum a Poſthumio Conſule victa, luxuriæ, atque ſocordiæ ita poſtea ſe dedidit, ut reipublicæ adminiſtrationem, & bella fere gerenda ſervis commiſerit. Sed hi cum libertatem a Dominis

A datum in illos exercere, univerſamque rempublicam occupare inſolentiſſimè otterentur, civibus a populo Romano auxilia petentibus, Decius Mus cum exercitu miſſus Servorum contrivit audaciam, Dominoſque ab eorum imperio vindicavit. Exemplar luxus Volſinienſium extat apud Plinium lib. 34. cap. 7 *Fuiſſe autem*, inquit, *ſtatuariam artem familiarem Italiæ quoque, & vetuſtam indicant ſigna Thuſcanica per terras diſperſa, quæ in Etruria factitata non eſt dubium. Deorum tantum putarem ea fuiſſe, ut Metrodorus Scepſius, cui cognomen a Romani nominis odio inditum eſt, propter duo millia ſtatuarum Volſinias expugnatas objiceret.* At urbis hujus tanta claritudo, tantaque potentia jamdiù omninò evanuit, nec reliquum hodie viſitur niſi parvum oppidum veteris civitatis ruinis inædificatum, vulgò *Bolſena*, ſeu *Bolſcna*, in quo Vulſinii antiquitatem vetuſtiſſima cum ſuis inſcriptionibus marmora adhuc proloquuntur. Vulſinii meminere Livius, Strabo, Ptolomæus, Florus, Tacitus,
B qui Vulſinii ortum Ælium Sejanum, clarum illud variantis fortunæ exemplum, ac Juvenalis Satyra tertia, ubi ait.

Quis timet, aut timuit gelida Præneſte ruinam,
Aut poſitis nemoroſa inter juga Volſiniis, aut
Simplicibus Gabiis, aut proni Tiburis arce?

Non longe autem ab ipſis fidei incunabulis doctrinæ Chriſtianæ lac ſuxiſſe Vulſinienſes cum cæteris Etruriæ populis credibile eſt. In Romano verò Martyrologio ad diem 24. Julii cum memoretur Tyri in Thuſcia apud lacum Vulſinium martyrium paſſa S. Chriſtina virgo, & Vulſinienſes ejus ſacrum corpus apud ſe adſervatum venerentur, nec uſquam alibi Tyrus urbs monſtrari poſſit, ſuſpicatur Cluverius (nugas enim, & aniles fabulas exiſtimat, quod Vulſinienſes venditant, urbem Tyrum ſibi quondam conterminam, ac vicinam lacus exundatione poſtea fuiſſe abſorptam) ipſum Vulſi-
C nium aliquando ſic appellatum fuiſſe, ac proinde Vulſinii S. Chriſtinam martyrii ſui curſum compleviſſe. Illud certè mirandum accidit in hoc oppido, quod, ſacerdote, dum ſacra myſteria celebraret, de ſacramenti veritate ſubdubitante, ex hoſtia ſacrata, dum frangeretur, ſanguis profluxerit in ſubjectam pallam, quæ adhuc illo tincta Urbeveteri adſervata monſtratur, & colitur; prodigiique hiſtoria Vulſinii in Eccleſia S. Chriſtinæ in marmore inciſa legitur. Cæterum proprio quoque lætata eſt quondam Epiſcopo hæc urbs, quæ bellorum cladibus everſa in Viterbienſis Præſulis jura poſtea devenit. Porrò Vulſinienſes Antiſtites fuere.

I. GAUDENTIUS, qui Romano Symmachi Concilio anno 499. celebrato interfuit, ſubſcripſitque pro Projectitio Epiſcopo Foronovano.

II. CLAUDIUS Epiſcopus Eccleſiæ Vulſinenſis legitur ſubſcriptus in Concilio Romano M. Gregorii an. 601. Vide ſubſcriptiones Epiſcoporum ad Conſtitutum M. Gregorii pro monachis editum in
D citato Concilio in append. tom. 2. Operum M. Gregorii Edit. Monach. col. 1295.

III. AGNELLUS ſedit in Patres Concilii Romani ſub Agathone Papa an. 680.

URBISALVIENSIS

EPISCOPATUS.

HAud procul Cluenti fluminis dextera ripa ſex milliaribus a Tolentino Firmum verſus in Piceno conſpicitur tenuis vicus vulgo *Urbiſaglia* appellatus, veteris, & non ignobilis civitatis URBIS

SAL-

SALVIÆ, quam Alaricus Gothorum Rex immaniter delevit, reliquum vaſt gium. Ejus nomen apud veteres quoque Scriptores diverſimodè detortum legitur; nam Ptolomæo eſt *Urbaſalain*, Procopio rerum Gothicar. lib. 2. *Uebiſalia*; at Plinius, Balbus in libro de limitibus Provinciæ Piceni, ac Tabula Itineraria *Urbem Salviam* nuncupant. Hęc quoque Epiſcopalibus infulis aliquando præfulſit, ejuſque Epiſcopum fuiſſe aſſerit Holſtenius

I. LAMPADIUM illum, qui primo Symmachi Papæ Concilio interfuit, anno 499. Hunc tamen inter Albenſes Mediolanenſis Provincię Antiſtites recenſet Ughellus noſter tom. 4. ex varia Codicum lectiona adductus, cum aliàs ex Provinciis Italiæ Occidentalibus nullus in ao Concilio Epiſcopus ſediſſe videatur. Ulterior autem Urbis Salviæ Præſulum memoria non occurrit.

VULTURNENSIS

EPISCOPATUS.

GEminum olim fuit in Campania Felice Vulturnum, mediterraneum unum, alterum in ora Tyrrheni maris. Primum Capuam deinde fuiſſe appellatum teſtatur Livius lib. IV. ubi ait: *Vulturnum, Etruſcorum urbem, quæ nunc Capua eſt, ab Samnitibus captam &c.* Sed cum Capuanorum Antiſtitum ſeriem ſatis abundè digeſſerit Ughellus noſter tom. 6. de altero, cujus itidem meminit Ughellus eodem tom. 6. col. 6. liter. B. nunc inſtituendus eſt ſermo. Fuit igitur VULTURNUM littoralis Campaniæ Civitas ad oſtium cognominis fluvii Minturnas inter & Cumas ſita: idque hodie omnium ſententia putatur is eſſe locus, qui lævæ ripæ adpoſitus vulgò dicitur *Caſtel di Voturno*. Illius meminere Strabo, Ptolomæus, Plinius, Mela, Varro, Itineraria, aliique veteres Scriptores. Coloniam eò Romanorum deductam P. Cornelio Scipione Africano iterum, & Ti. Sempronio Longo Coſſ. narrat Livius lib. 34. Aliam poſtmodum ſuperinductam a Cæſare coloniam auctor eſt Frontinus in libro de Coloniis. Feſtus verò in voce *Præfecturæ*, inter Romanorum Præfecturas Vulturnum enumerat. Sed diffuſo per orbem Evangelii lumine, cum Chriſtianis ſacris propriam quoque Pontificiam tiaram adepta eſt hæc civitas, perennante unius tantum, qui Vulturnenſi Eccleſiæ præfuit, Epiſcopi memoria.

I. PASCHASIUS Vulturnenſis Epiſcopus interfuit Romanis Conciliis an. 495 499. 502. & 504. Vulturninæ Eccleſiæ, quæ & *Vici feniculenſis* dicebatur, meminit Pelagius Papa I. in reſcripto ad aliquot Campaniæ Epiſcopos; ejuſdemque jam deſtitutæ mentio reperitur in regeſto Magni Gregorii. Hic ſiquidem lib. 9. Epiſt. 31. edit. Monachorum an. 599. Fauſto ſcribit, ut Eccleſiæ Vulturnæ miniſteria apud Anthemium abſque dubitatione deponat, in hunc modum.

A

Gregorius Fauſto.

Sicut res Eccleſiaſticæ competentibus perſonis ſine aliqua ſunt dilatione reddendæ, ita reſtituentis attendenda cautela eſt, ut nulla ei poſſit poſtmodum ex ipſa nuſci reſtitutione moleſtia. Et ideo quoniam tempore, quo quondam Conſtantius defenſor, pater Gloriæ veſtræ, commiſſi ſibi patrimonii Campaniæ curam geſſit, miniſteria Eccleſiæ Vulturnæ, quæ erant propeccatis Clero, & pontifice deſtituta, apud ſe propter injunctum ſibi ſollicitudinem tuliſſe dignoſcitur, quæ vos nunc reddere ſine noſtro conſenſu dubitare cognovimus: ea propter hic vos hortamur Epiſtolis, ut ea Anthemio Subdiacono ſub deſuſcepti emiſſione reſtituere ſine aliqua difficultate debeatis, quatenus & res Eccleſiæ in toto apud eos quos convenit habeantur, & Gloria veſtra ab omni dubitatione ſit libera.

B Epiſtola verò trigeſima ſecunda ejuſdem libri ſcribit idem S. Gregorius Anthemio Subdiacono, ut a Fauſto Vulturnæ Eccleſiæ miniſteria ſuſcipiat, in tuto habeat, & deſcribat.

Gregorius Anthemio Subdiacono.

Comperimus miniſteria Eccleſiæ Vulturnæ, quæ Conſtantius defenſor propter iniunctam ſibi ſollicitudinem, deficiente Clero, vel Epiſcopo ejuſdem Eccleſiæ tulerat, apud hæredem ipſius remanſiſſe. Et quia glorioſum virum Fauſtum filium ipſius ea reddere ſine noſtro conſenſu dubitare cognovimus, noſtris eum hortati ſumus epiſtolis, ut experientiæ tuæ miniſteria ejuſdem Eccleſiæ reddere ſine dubietate aliqua debuiſſet. Et ideo Experientia tua miniſteria ipſa ſub deſuſcepti emiſſione ſuſcipiat, atque in toto habere ſtudeat, & modum ac qualitatem ipſorum nobis factu notitia, omni ſubtilitate innoteſcat.

C Clariſſimus Harduinus in noviſſima Conciliorum editione in Indice Eccleſiarum Epiſcopalium, Vulturnenſi Eccleſiæ addicit Guidonem ad an. 1049. P. . . . . . . ad an. 1059. Rogerium ad an. 1111. & Ludovicum ad an. 1409. quos tamen ex relatis ab Ughello tom. 1. ſatis conſtat Volaterranos Epiſcopos fuiſſe, non Vulturnenſes. P. . . . . . . verò, qui an. 1059. interfuit Romano Concilio, titulo Vulturnenſis Epiſcopi apud Ughellum in Volaterranis non reperitur: ſed facile pro V. . . . ideſt Vidone, qui tunc temporis in ſede Volaterrana florebat, potuit ab imperito deſcriptore reponi P. . . . . . . de quo tamen viderint Eruditi. Hæc autem eò ſolummodo dicta ſunto, ne quis ſecurè fidat præfato Indici Harduini ſæpe ſæpius ceſpitanti. In Chronico Richardi a S. Germano inter Anecdota Ughelliana infra referendo ad an. 1225. hæc habentur. *Eodem menſe* (ideſt Septembri) *quinque vacantibus in Regno Eccleſiis quinque Dominus Papa Honorius præfecit motu propriæ voluntatis, inſcio,* D *& irrequiſito Imperatore, videlicet quemdam Caſinenſem Monachum Joannem cognomento de S. Liberatore Eccleſiæ S. Vincentii de Vulturno, Conſanæ Priorem quemdam S. Mariæ novæ de urbe, Salernitanæ Famaguſtanam quondam Epiſcopum, Averſanæ Cantorem Amalphitanum, & Capuanæ Pavenſem q. Epiſcopum*: ubi Eccleſiæ S. Vincentii de Vulturno intellige præfectum a Pontifice non Epiſcopum Vulturnenſi Cathedrali jamdiu antiquatæ, ſed Abbatem celebri tunc temporis Abbatiæ, de qua Ughellus tom. 6. in Æſernienſibus.

Digitized by Google

ADDENDA,

ET

CORRIGENDA

In novem Italiæ Sacræ tomis
jam editis.

A D D E N D A,

E T

C O R R I G E N D A

In novem Italiæ Sacræ tomis jam editis.

AD ADRIENSES

T O M. II.

COl. 401. lin. 67. *adde*. S. Colianus Epiſcopus Adriæ Æmiliæ legitur in Martyrologio Bedæ apud Bollandum in Actis Ss. Februarii tom. 2. pag. 69 qui ſuſpicatur hunc eſſe poſſe Gallioniſtum ab Ughello hic relatum.

Col. eadem poſt lin. 53. *adde*.

VII. PETRUS Adrienſis Epiſcopus ao. 1016. vivebat, quo cum Othone Urſeolo Venetiarum Duce pacem ſtabilivit hoc exarato inſtrumento, quod è Treviſaneo Mſ. Codice deſcriptum hic damus, ſequentis tenoris.

In nomine Patris & filii, & ſpiritus ſancti. Anno Deo propitio Pontificatus D. Benedicti ſummi Pontificis, & univerſalis Papæ in Apoſtolica ſacratiſſima B. Petri Apoſtoli Domini ſede quinto, ſicque imperante D. Enrico a Deo coronato magno Imperatore in Italia anno vero tertio die ſeptimo menſis Junii Indictione XIV. in palatio ducatus Venetiæ. Spondeo atque promitto ego Petrus S. Adrienſis Eccleſiæ Epiſcopus una cum Advocatore meo Joanne, atque noſtris cunctis fidelibus tam Canonicis quam laicis tibi D. Ottoni glorioſo Duci Veneticorum ac Dalmaticorum, ut amodo in antea omnibus diebus vitæ meæ Caſtellam, quod ſitum eſt apud Lauretam, nec dolo, nec temerario auſu percaſſare, neque incendere, nec deprædari præſumam, neque ullum hominem in eo habitantem deprædari intra ditionem vel dominium veſtri ducatus, quod ad præſens tenere, vel dominari videmini, nec per me, neque per aliquam ſummiſſam perſonam, vel per illos, quibus reſiſtere, vel contradicere valeo. De deprædationibus vero, quæ hactenus mihi meiſque hominibus factæ ſunt, promitto me nunquam aliquam vindictam ſumpturum, nec aliquam querimoniam facturum, non ante principem, nec ante aliquam perſonam hominum, quoniam de omnibus deprædationibus ſupraſcriptis omnes fines fecimus, & cunctam tranſactæ prædæ querimoniam definivimus: & inde tacitus cunctis diebus vitæ eſſe promitto. Quod ſi contra omnia hæc, quæ præmiſimus, ire tentavero, vel contra hanc ſponſionis cartulam aliquid agere præſumpſero componere vobis promitto auri cocti libras 50. & ſoluta pena manente hac ſponſionis chartula in ſua firmitate.

Ego Petrus Dei gratia Epiſcopus S. Adrienſis Eccleſiæ in hac ſponſione, ut ſupra legitur, manu propria ſſ.

Ego Maraldus presb. interfui & ſſ.

Signum manus Donati presbyteri.

Signum manus Marini Diaconi.

Signum manus Ueſi Clerici.

A *Signum manus Mauricii Clerici.*

Anaſtaſius Conſul interfui, & ſſ. in hac ſponſione.

Theobaldus Conſul in hac ſponſione interfui & ſſ.

Grimoaldus in hac ſponſione interfui & ſſ.

Jo. filius Gerardi in hac ſponſione interfui & ſſ.

Signum manus Arnalphi teſtis ad omnia quæ leguntur ſupra.

Ego Jo. . . . . . Tabellio Ravennas hanc ſponſionem ſcripſi, & poſt teſtium ſcriptorum manus complevi, & abſolvi.

Col. eadem poſt lin. 74. *adde*.

XII. PETRUS Michael Adrianenſis Epiſcopus memoratur an. 1116 in documento apud Muratorium in Antiquitatibus Eſtenſ. par. 1. p. 283.

Col. 402. poſt lin. 36. *adde*.

XX. P. .... cum Ugone Ferrarienſi Epiſcopo, Innocentii Pontificis Delegatus an. 1207. approbavit commutationem caſtri Leniaci pro Caſtro Montisfortis ab Adelardo Veronenſi Epiſcopo factam ex documento apud Ughellum tom. 5. in Veronenſibus col. 821. Forte idem cum Petro ſequenti.

AD ÆMONENSES

T O M. V.

Col. 233. lin. 23. *adde*. Hic Joannes electus appellatur in charta anni 1176. quam infra habebis in additionibus ad Parentinos Epiſcopos.

Col. 236. poſt lin. 25. *adde*.

XXII. NATICHERUS Epiſcopus Æmonenſis teſtis adfuit concordiæ inter Epiſcopum, & Commune Parentinum ſancitæ an. 1302. die 22. intrante Octobris. Extat charta in l. 2. reg. Parentinæ Eccleſiæ. Idem 1303. die ultimo Junii teſtis habetur in controverſia ſuper territorium Turris novæ inter Epiſcopum Parentinum, & Comitem Goritiæ ex una. & Commune Parentinum ex altera. Appellatur verò Epiſcopus Æmonenſis, & Abbas S. Michaelis de Subterra: & ut Abbas interfuit pluribus inſtrumentis rogatis an. 1293. 1294. & ſeqq. Erat ordinis S. Benedicti.

AD ALBANENSES

T O M. I.

Col. 250. lin. 55. *adde*. Interfuit an. 861. in Concilio Romano, quod habes tom 2. in Ravennatibus.

Col. eadem lin. 57. *adde* in fine lineæ.

XIX. PETRUS Albanenſis Epiſcopus an 898. ſynodo Romanæ Joannis IX. cujus fragmentum

edidit Mabilio in Itinerario Ital. tom. 1. par. 2. pag. 86.

Col. 251. lin. 13. *adde*. Interfuit etiam Theobaldus an. 1044. ſynodo Rumanæ, quam retuli tom. 5. in Gradenſibus.

AD ALETINOS

TOM. IX.

Col. 70. lin. 41. in ima pagina hanc notam *ſcribe*.

(1) An Donatus Sancti Cataldi Tarentini Epiſcopi, & Confeſſoris reveta germanus frater fuerit, ac Lopiatum Epiſcopus, videant alii. Certè quod ad tempus attinet, quo oterque vir Sanctiſſimus claruit, longè aliter ſentiendum videtur. Etenim S. Cataldum, non altero, ſed ſexto ioennte Eccleſiæ ſæculo floruiſſe, is, qui nuper ipſius Vitam eruditè ſcripſit, ediditque Cataldus Antonius Caſſinellus Metropolitanæ Eccleſiæ Tarentinæ Canonicus lib. 1. capite primo pluribus argumentis oſtendit. *Pollidorus*.

Col. 80. lin. 61. *adde*.

Hic fuit colligendis Apoſtolicæ ſedis Cenſibus in Japygia, & Apulia præfectus, nt liquet ex ipſius literis Authographis, ſervatis in Epiſcopali archivo Neritino, quas in notis ad Caſtrenſium Epiſcoporum Catalogum integras dabimus. *Pollidorus*.

Col. 81. lin. 43. *adde*.

Hic Epiſcopus, cujus nomen ignoravit Ughellus, Fr. Hieronymus fuit è patritia Lupienſi Cividana gente, & ex Ordine Fratrum Minorum Conventualium a Martino V. ſuæ patriæ rennnciatus Epiſcopus. Poſſeſſionem iniit añ. 1420. Præſul fuit ingentis ſpiritus, & animi in paucis generoſi. Ipſe ſummo impendio efformavit illud vaſtum, & prænobile impluvium, quod adhuc etiam palatium Epiſcopale coronat. Intus ipſum impluvium plura concinnavit ædificia, ex quorum locatione provenientes redditus in beneficium cednnt Epiſcopalis menſæ. Hiſce ſuper ædificiis Eccleſiam pro ſuorum Canonicorum colleg o cum diſpoſita domo in formam velnti religioſi conventus pro Canonicis, & presbyteris ſervitio Eccleſiæ obæratis condere ſtatuerat: ejus autem mors immatura quinto anno ſuæ Lycienſis cathedræ pii admodum operis nobilem ideam eluſit. Mortalitatem explevit Præſul immortalitate digniſſimus anno 1425.

Col. 82. lin. 57. *add.*

Poſt Aloyſium Cardinalem Aragoneum anno Domini milleſimo quingenteſimo. Lycienſi Eccleſiæ Rector præfuit Gabriel Setaſius Epiſcopus Neritinns: nt plura Epiſcopalis archivi Neritinæ orbis monomenta ſignificant, quorum nonnulla videre licet in antiquo vulumine, quod titulum præfert: *Acta facrarum Viſitationum veterum Epiſcoporum Neritonenſium* fol. 103. & ſeq. & in *Proceſſu* Eccleſiaſtici Beneficii ſub titulo S. Mariæ de Alto Fellinen. Faſcicnlo III. fol. 33. & ſeq *Pollidorus*.

Col. 84. lin. 9. *adde*. Obiit ipſe quidem Epiſcopus Lycienſis, ſed titulo tenus, quia ſuam ſponſam denuo poſtea reſignarat in favorem Joannis Baptiſtæ Caſtromediani, ut mox inferius dicemus. Ipſe autem Alphonſus, cum ſuo præſideret gregi, anno 1532. aſſenſum dedit, ut bis mille ab urbe Lycienſi paſſus Patres Capuccini ſibi religioſam domum aperirent. Anno 1544. ultimo ipſius Sangrii præſulatos, ſub invocatione B. Mariæ Virginis ab Angelo Annunciatæ ſacrum fuit gynecæum excitatum, in quo communem vitam Sanctimoniales vivunt etiam in præſens virtutum omnium odore flagrantem, & perpetuo quadtageſimæ jejunio juxta regulam, quam profitentur, D. Franciſci Pauiani, in ſexu fragili verè mirabilem: quod Monaſterium vulgò nunc audit *dell' Angelilli*.

Col. ead. lin. 15. *adde*.

JOANNES Baptiſta è nobiliſſima Lycienſi Caſtromediana de Limpurgh gente, filius Sigiſmundi, Caballini, aliorumque ſeudorum Dynaſtæ, ex reſignatione Alphonſi de Sangro ſub Paulo III. ſummo Pontifice hujus Eccleſiæ anno 1544. evſit Epiſcopus. Primis ſuæ Cathedræ diebns, ſuaque authoritate excitata fuit Lupiis domus, quæ excipit, & alit infantes, quos aut paupertas, aut alia prædura neceſſitas à propriis ſeparat genitoribus. Prò hoc opere valde pio, & in populoſa quidem urbe in primis neceſſario Joannes Franciſcus de Nohe Lupienſis patritius anno 1500. ſua omnia bona legarat, ſuam propriam domum pro hoſpitio deſignans, ſed illo conceptum anno, oonniſi hoc 1544. in lucem prodiit, quod poſteà juſtis de cauſis unitum fuit Noſocomio infirmorum ſub titulo Spiritus Sancti. Anno 1546. aſſenſum præſtitit, ut fratres Carmelitæ, qui audiunt, primi inſtituti, Eccleſiam cum convento intus ipſam conderent civitatem, cum prius extra habuiſſent in loco nimis anguſto, qui adhuc dicitur, *il Carmine Vecchio*, nunc menſæ Epiſcopalis ex legato ſacerdotis D. Flaminii Prati Lupienſis Patritii. In ſuis juribus tuendis fuit ſemper intrepidns, ſuæ ſponſæ dotem adauxit, à penſione, cui erat Romæ obnoxia, ab oppreſſione laicæ poteſtatis, & ab omnibus gravaminibus ipſam immunem faciens, & exſolutam. Die 27. Januarii 1552. adhuc in ſua virilitate conſtitutus, ſed moribus valde ſenex ad plures abiit. Sepultus fuit in communi Epiſcoporum oſſuario in æde cathedrali, in qua ſplendidum propriis ſumptibus ſacellum ipſe condiderat.

Col. ead poſt ultima lineam *adde*. Poſt multos annos hoc ſepulchrum in eadem æde cathedrali a Præſule Pappacoda aliò ſitum fuit, & ſub ejus ſimulacro eadē inſcriptio affixa fuit cum hac adjectione.

Aloyſius Pappacoda Patritius Neapolitanus,
Lupienſium Hierarcha undequaque pius,
ne tanti Præſulis obliteraretur memoria,
tumulum cum epigraphe exturbatum loco
ſuo, dum auguſtius templum hoc extruèretur, hic locari juſſit anno à Partu Virginis MDCLXX.

Col. 86. poſt lin. 10. *adde*. Hoc Epiſcopo ſedente die 28. Martii 1631. apertum fuit Aſceterium cum Eccleſia ſub titulo Ss. Matris Dei, & D. Nicolai Barenſis Virginibus Carmelitis Excalceatis pro executione piæ diſpoſitionis Beliſarii Paladini Lycienſ. Patritii, & Equitatus Præfecti. Fundatrices in ſpiritualibus fuere tres nobiliſſimæ qua genere, qua virtute ſanctimoniales, quarum prima è gente Morra Neapolitana, de qua ſermo habitus fuit t. 7. in Archiep. Bar. ſub Didaco Serſale, altera è Spinula Genuenſi, & tertia demum è Sereniſſ. domo Palæologa, quarum monitis, & exemplis adhuc in laudato ſacro gynecæo perennantibus vivunt uſque adhuc Carmelitæ Excalceatæ Angelicam prorſus in terris vitam. Tandem hic Præſul Scipio Spina, in quo pietas integerrima vitæ moderatione conſpicua, omnibuſque probitatis numeris abſoluta ſemper eluxit, plenus dierum, ac meritorum immortali vita potitus fuit anno 1639. Nobiliſſimo ſepulchro exceptus fuit in æde principe in ſacello D. Antonii Patavini ſub hac inſcriptione.

Scipioni Spinæ Epiſcopo Lupienſi,
Equiti Neapolitano, magno natalium,
Sed majore virtutum ſplendore conſpicuo,
Quem Lupienſis Eccleſia
Annos undequinquaginta omnium Chriſtiani
Orbis Antiſtitum
Antiquiſſimum, ſapientiſſimum rectorem habuit,
Qui flantis, reflantiſque fortunæ vices expertus
Sæpe alter, ſemper idem
Obtrectatores ſui patientia,
Virtute ſuperavit invidiam,
Jo. Jacobus Leccisus tanti viri meritis obſtrictus
Lapidem hunc teſtem animi, teſtem amoris
Poni juſſit anno à V. P. MDCLXXIV.
Cavitque, ut eidem quotannis
Piaculari ſacro ſolemni ritu parentaretur.
Vixit ann. XCVII. obiit an. MDCXXXIX.

Col.

Col. 86. poſt lin. 16. dele ibi poſitam additionem, & ſequentem *repone*.

ADDITIO.

Cathedrale templum à fundamentis non minus centum aureorum milliuni impendio reædificavit, ſub quo & aliud ſubterraneum reperitur columnis affabrè diſpoſitis innixum opere concamerato cum ſuis etiam & numero, ac arte conſpicuis ſacellis, quæ velut alteram conſtituunt Eccleſia, cui titulus S. Mariæ ad Nives, & vulgo *S. Maria de Scala*. Retrò verò Odæum ipſius ædis principis in magna tabula marmorea hæc legitur inſcriptio.

D. O. M.

Virgini Matri in cœleſte capitolium triumphali pompa vix dum evectæ poſitum templum, pietate dein ſuadente dirutum, & ab integro auguſtius anno CIƆIƆCLXVII. vobis etiam, ò patrii Divi Oronti, & Fortunate, tibique Juſte Corinthie Chriſtianæ fidei recens natæ, & extorris exceptoribus, & primipilis per Japygiam ſemper invictis prò Chriſto hinc ferro tæſis antiquis patronis, tandemque Alexandri VII. decreto anno CIƆIƆCLVIII. firmatis dicamus Aloyſius Pappacoda Antiſtes, Clerus, Senatus, Populuſque Lupienſis.

Præfuit Aloyſius Pappacoda huic Eccleſiæ ann. XXXI. & ex hac regione mortuorum ad illam viventium tranſiit die 17. Decembris 1670. Sepultus fuit in ſua cathedrali, ſub cujus ſtatua hæc inſcriptio loquitur.

Aloyſio Pappacodæ Equiti Neapolitano, authoritatis Eccleſiaſticæ vindici præſentiſſimo, qui per annum ſupra tricesimum annum Lycienſi tiaræ præſidens juſtitiæ duritiem pietatis, lenitati indelibato fœdere copulans eo nominis inculpati pervenit, ut ipſomet obtrectatorum calculo nihil habuerit, in quod ſordium caderet ſuſpicio. Anno MDCLXX. Kal. Jan. XVII. mortalitatem explevit; octogenarius penè occubuit. Tu ſi ætatem ad virtutum rationem æſtimaveris, diuturnam dices; ſi ad vota ſubditorum, præcocem collacrymabis. In amoris ſymbolum Bernardinus, & Ignatius Belli genere nobiles dignitate Canonici ex animo Poſuere.

XLV. ANTONIUS Pignatellus Archiepiſcopus Lariſſenſis, Pappacodæ ſucceſſor aſſignatus fuit die 4 Maii 1672. Poſſeſſionem iniit die 31. ejuſdem menſis, & anni, Lupias verò venit die 12. Junii ejuſdem anni; Præſul morum innocentia, vitæ candore, juſtitiæ, & divini cultus zelo præſignis, in pauperes autem miſericordia verè ſingularis, quos, & palam, & clam largiſſimè ſemper juvit. Patritiis familiis ſed egenis, ipſarum pudori conſulens, noctu ſemper opitulatus fuit fuit. Non modò ſuæ ſponſæ dotem, ſed ſuas etiam fortunas omnes in paupertatis commodum cedere voluit, adeò ut cum nec obulum aliquando haberet, ut indigenti ſuccurreret, ſuas proprias veſtes, ac ſupellectilem dari juſſit. Fratres Minores Excalceati ſtrictioris obſervantiæ D. Petri de Alcantara, ipſo adnitente Epiſcopo, conventum cum Eccleſia habuerunt ſub titulo D. Jacobi extra mœnia, & portam S. Blaſii, quem tenuerant ante Fratres Minores Conventuales Reformati jamdiù Lupiis ſuppreſſi. Ipſi autem Alcantariſtæ piorum eleemoſynis, ſed uberrima in primis ſubventione ejoſdem Epiſcopi conventum ferè dirutum reſtaurarunt, & Eccleſiolæ anguſtias prolatarunt, pro quo effectu portionem amæniſſimi vireti priſcorum Lycii Comitum obtinuere. Romam tandem revocatus poſt reliqua ſumma ſemper ſui nominis laude obita munera, ab Innocentio XI. Cardinalium Collegio adſcriptus 1681. Faventinis infulis 1682. Neapolitanis poſtea 1686. ut ſuo loco jam diximus, fuit exornatus. Die 12. Julii 1691. ſummus Hierarcha ſub nomine Innocentii XII. hujus ſuæ primæ Ec-

A cleſiæ, quam XI annos præſens, vel abſens ſanctiſſimè rexerat, numquam oblitus fuit. Sua peculiari ſupellectili, & omnibus ſacris veſtibus, quibus pro Epiſcopalibus in Neapolitano Præſulatu functionibus utebatur, eam donavit, nam ex integra ſua cujuſcumque generis divendita ſupellectili XX. aureorum millia, ex errore quippè in Neapolitanis Epiſcopis poſita fuere X. in pauperum commodum cedere voluit. Aræ inſuper principi hujus Lupienſis Cathedralis frontalia duo ditiſſima dono dedit, quorum alterum albi, rubri coloris alterum, utrumque verò argenteis foliis opere phrygio affabrè elaboratis diſtinctum. Seminarii domus, quam à fundamentis condere decreverat, ſed variis, qua ſuæ peculiaris, qua univerſæ Eccleſiæ præpeditus negotiis minimè potuit; archetypum ad ſe Romam deferendum curavit, quo ſummoperè ab uſque D. Petri ſolio delectatus fuit, quare eidem ſeminario pro hoc effectu duo opima ſacerdotia tunc in Averſana Diœceſi vacantia perpetuò addixit. Plura

B etiam, & maxima inter univerſalis Eccleſiæ curas in beneficium hujus Lupienſis meditabatur, ſed mora, quæ ipſum anno Jubilæi 1700. intercepit, tantam invidit felicitatem. Solemniter tanto Pontifici parentatum fuit lugubri machina, & funebri, ut numquam antea pompa. Lupienſis Antiſtes Fabritius Pignatellus proxima et conſanguinitate conjunctus inter publicas lacrymas rem divinam peregit. Hydruntinus, Neritinus. Alexanenſis, & Gallipolitanus Præſules Eccleſiæ ritu ad cœnotaphium abſolutiones perſolverunt.

XLVI. MICHAEL Jacobi Pignatelli Ducis Belriſguardi filius, ſui ordinis Clericorum Regularium Theatinorum, in quo pietate, ac litteris mirè profecerat, muniis ferè impletis omnibus huic Eccleſiæ præficitur 10. Jan. 1682. Sacratus autem 1. Febr. poſſeſſionem iniit 23. ejuſdem menſis, & anni. Patrem ſeomnium ſemper exhibuit. Multis ſuperatis obicibus a communi hoſte excitatis Synodum habuit Martio 1687. Ædem principem reſtau-

C ravit, exornavit, ac etiam auro in multis partibus cælavit, ſummo quidem & ſuo, & cleri impendio. Sacrarium omni veſte, ſupellectili, & inſtrumento Eccleſiaſtico inſtruxit. Fratres Franciſcani Reformati obſervantes conventum, quem jam prius habuerant, vulgò *di S. Maria dell'Itri*, extra Mœnia civitatis, iterum ſuis diebus obtinuerunt, quem à fundamentis baſilicè reconſtarunt. Eccleſia monialium D. Claræ nimis prius anguſta in ampliorem formam reædificata fuit. Novam ſeminarii domum à fundamentis opipare moliri aggreſſus fuit, quam morte præventus ſucceſſori perficiendam reliquit. In ſua æde principe ſacellum nobiliſſimum condidit Domino noſtro Jeſu Chriſto Cruci affixu dicatum, quod & omni ſacta ſupellectili, & pingui etiam legato inſtruxit; in hoc ſacello tumulum poſuit Martio Pignatello ſummi Pontificis Innocentii XII. germano fratri cum hac epigraphe.

Martius Pignatellus Minerventium Princeps,
Religione in Deum, fide in Regem,
D *In omnes Comitate ſpectabilis,*
Aſperis, blandiſque pariter invictus
Triumphata utraque fortuna
Idibus Octobris MDCLXXIX. Lupiis quievit.
Michael Pignatellus Lupienſium Pontifex
Virtutis cultor, conſanguinitatis memor
Tanti viri oſſa x. Kal. Maii MDCLXXXVII.
Hic recondenda curavit.

Huic tumulo è regione ſuum oppoſuit adhuc vivens hac inſcriptione animatum.

Deo Redemptori ſummo amoris, ſummo doloris regi,
Clavum pro ſceptro
Sanguinem pro purpura
Nuditatem pro majeſtate
Crucem pro trono oſtentanti,
Michael Pignatellus Lupienſium Pontifex
Sacellum erexit
Anno ab eodem Deo nato MDCLXXXVII.
Sibique in eo ſepulcrum deſignavit,

Ut ſe mortis ſtudio erudiret ,
Mortiſque animadverſione
Cæteros viſæ obſervitaret dies ,
Nè dies Ultimus
Sibi accideret ingravìſue .

Mortalitatem tantus Præſul laudatiſſimè explevit die 20. Novembris 1695. ſolemnes exequias omni, qua majori potuere pompa , ei præſtitere Capitulum , & omnis clerus cum funebri etiam concione . Humatus fuit in ſacello Ss. Crucifixi in tumulo, quem ſibi condiderat , ſed hanc alteram etiam voluere Lupienſes ſub ejus imagine adpictam epigraphen .

Michael Epiſcopus Pignatellus hic mortalitatis exuvias depoſuit , ubi vivens pietatis ſuæ delicias expoſuerat . Vixit annos LXVIII. & in Lycienſi Pontificatu XIV. Tot annos tu dicas longævos , ſi numerum computas Virtutis ipſius : at breves , ſi votum ſubditorum exquiras . Bonus paſtor viſitans oves ſuas in paſtorali obiit ſollicitudine XII. Kal. Decembris MDCXCV.

XLVII. Michaeli Pignatello , Pignatellus alter ſuffectus fuit nomine FABRITIUS , Agnelli montis Corvini Principis, ac S. Mauri Ducis Salentinæ olim Provinciæ integerrimi Præſidis , & Joannæ Branciæ nobiliſs. pariter Neapolitanæ Matronæ in Seſſione, ut ibi dicitur , Capuana filius, 2. Aprilis 1696. annos non amplius natus 36. Lycienſis Epiſcopus electus ſacratus fuit 8. Aprilis : poſſeſſionem iniit per procuratorem die 30. ejuſdem menſis, & demum 19. Junii ejuſdem anni ad ſuam Eccleſiam pervenit, cujus amore adeò captus fuit, ut Salernitanam Eccleſiam ditiorem , ſpecioſiorem , & procul ab ſua patria Neapoli vix unius diei interſtitio ab Rege Carolo II. oblatam conſtantiſſimè recuſarit . Ædem principem miro opere perpolivit, & auro ex integro cælavit . Orationem perpetuam ante auguſtiſſimum altaris Sacramentum peculiari pompa ſtatis diebus ſucceſſive in Eccleſiis ſuæ diœceſeos expoſitum , ut moris eſt ferè in omnibus primariis Italiæ civitatibus , ipſe primus Lycii inſtituit . Seminarii magnificam domum ab ſuo Anteceſſore inchoatam ipſe abſolvit , in quo opere XXIV aureorum M. erogata fuerunt. Palatium epiſcopale reſtauravit , ac prolatavit , novis additis cubiculis, pinacotheca prænobili , & hypetro ſpecioſo. Suis diebus perfectum fuit ſacrum gynecæum prò monialibus D. Petri de Alcantara , quod inceptum fuerat ſub Præſule Michaele , ſed cum devotioni Lycienſis populi anguſta admodum evaſiſſet Eccleſia , pro commodiori , & ampliori jam ſunt jacta fundamenta . Patres Prædicatores ſuam S. Joannis Eccleſiam reædificarunt , atque laxarunt . Vivit adhuc digniſſimus Præſul , & ſui muneris partes implet cumulatiſſime .

AD ALEXANENSES,

SEU

LEUCADIENSES.

TOM. IX.

Col. 86. poſt lin. 38. pone ſequens Alexanenſis civitatis ſtemma .



Col. 89. poſt lin. 59. *adde* .

I. GOFFRIDUS , de quo ipſemet Ughelius hoc eodem tomo Uxentinorum antiſtitum Catalogum texens columna 144. num. 3. ſic ſcribit *Goffridus Epiſcopus Leucadenſis poſt Landi obitum a Canonicis Uxentinæ Eccleſiæ poſtulatur in Epiſcopum. Martinus autem IV. ſupplicem illorum libellum ad Gerardum Epiſcopum Cardinalem Sabinenſem legatum remiſit , ut ſi Goffridum reperiret dignum , ſua auctoritate illum ad hanc Eccleſiam transferret . Ita in literis ad Gerardum datis legitur in regeſto Vaticano Datum apud montem Flaſconem 9. Calendas Decembris Pontificatus ſui anno ſecundo , Salutis autem anno* 1282. ſic Ughelius . *Pollidorus* .

Col. ead. lin. 66. *adde* . De hoc Guillelmo agit Jacobus Antonius Ferrarius Lycienſis pluribus ſcriptis , & editis operibus clarus in Apologia pro Urbe Patria lib. 2. quæſtione XII. pag. 437 . quæ tamen pluribus in locis à recentioribus interpolata , atque corrupta eſt. In ea vero memoriæ proditur Guillelmum natum eſſe Lycii , e gente Ferraria , ſuiſque ceſſiſſe 7. Februarii die anno à Virginis Partu 1308. Idipſum ſcribit vir clariſſimus Dominicus de Angelis in vita laudati Jacobi Antonii de Ferrariis, quæ legitur in 1. parte Vitarum Virorum literis illuſtrium Salentinorum pag. 24. §. 2. Ejuſque meminit & Julius Cæſar Infantinus in opere, cui titulus *Lece ſacra* pag. 12. Epiſcopis , qui ex eadem Urbe prodiere , recenſens, *Pollidorus* .

Col. ead. lin. 67. *adde* .

Rolandus de Portu memoratur in vetuſtis ſcripturis Alexanenſis Eccleſiæ ab anno 1325. ad annum 1333. Fuit iſte Rolandus Neritinus Patria , Patricioque natus genere , Utriuſque Juris peritiſſimus , Cathedralis Templi Canonicus , nec non Stephani Neritinæ Eccleſiæ Præſidis, & Abbatis generalis Vicarius : quemadmodum ex variis diverſis generis antiquis monumentis Neriti in Epiſcopali archivo hodieque ſervatis didicimus . In regeſto Scripturarum Archivi Regiæ Siciæ Neapolis notatum legitur. *Epiſcopus Leucadenſis habet Vaſſallos in Caſali Curſani anno* 1322. 1323. *B. fol.* 63. num verò hæc ad Rolandum, an alium Leucæ Epiſcopum ſint referenda , nos præterit . *Pollidorus* .

Col. ead. lin. 71. *adde* . Ex regeſto ſcripturarum ejuſdem Archivi regiæ Siciæ Neapolis, quæ ſequuntur monumenta ad hunc Epiſcopum ſpectantia notavimus . *Venerabilis Pater Frater Riccardus Leucadenſis Epiſcopus obtinet Brachium ſæculare contra Clericos anno* 1336. *lit. C. fol.* 184. *Epiſcopus Leucadenſis promotus ad dictam Eccleſiam per felicis recordationis Dominum Johannem Papam XXII. exponit querelam contra Johannem de Artſdolea , qui Eccleſiam ipſam ſpoliaverat omnibus bonis , & vaſſallis anno* 1336. *C. fol.* 154. *à tergo* . Pollidorus.

Col. ead. lin. 97. *adde* . In Hydruntina , atque Barenſi Provincia munere Collectoris cenſuum Apoſtolicæ ſedis functus eſt : ut conſtat ex ſequenti veteri monumento ex ſchedis cl. Viri Cæſaris Rahi à nobis deſcripto . *Nos Nicolaus Dei Gratia Epiſcopus Viterbienſis , Provinciæ S. Petri Vicerector , & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ Theſaurarius , tenore præſentium teſtimonialium Literarum fatemur recepiſſe realiter , & cum effectu à Reverendo in Chriſto Patre , & Domino , Domino Johanne Dei Gratia*

Epi-

Epiſcopo Alexanenſi in tota Provincia Tarentina, & Barnaba Collectore Cenſuum ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ triginta uncias auri juſti ponderis, computando florenos quinque auri pro qualibet uncia. Quæ ſumma eſt pars Cenſuum Eccleſiarum dictarum Provinciarum hujus præſentis anni ſextæ Indictionis. Ad cujus rei fidem præſentes ſolito Nieio noſtro munitas fieri fecimus ad cautelam, & manu propria ſubſcripſimus. Datum in Caſtro Palenſani die nona Auguſti 1353. ſextæ Indictionis. Nicolaus Epiſcopus Viterbienſis ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ Theſaurarius fatemur, ut ſupra. † Locus ſigilli. Pollidorus.

Col. 93. lin. 32. *adde*. Fuit Robertus non ſolum utriuſque Juris peritia in urbe Roma conſpicuus, verum etiam plurium S. R. E. Cardinalium Auditor: pietate inſuper, & Chriſtianis virtutibus adeò exornatus, ut vel hoc maxime nomine venerabili Fratri Joſepho Deſæ Cuperſinenſi ex ordine Minorum Conventualium, vitæ ſanctimonia, & miraculorum gloria longè, lateque præclaro chariſſimus fuerit: ut conſtat ex ejus vita ſcripta à Roberto Nuto, ex eodem ordine. *Pollidorus.*

Col. ead. lin. 33. poſt verbum *Brundaſinus*, adde. Primò Cathedralis Eccleſiæ Neritinæ Canonicus, mox Præpoſitus à Fabio Chiſio Neritinorum Epiſcopo generalis Vicarii ornatus munere: quo rurſus Epiſcopali ſede viduata Paſtore, ac demum Calanio de Ciaja Neritino Epiſcopo ſucceſſore, ſedula cura, & incorrupto ſemper animo functus eſt.

Col. ead lin. 41. dele, ſi placet, quæ ſcripſimus de tribus poſtremis Alexanenſibus Epiſcopis, & de iis uberiora elogia hæc *repone*.

XLII. ANDREAS Ludovici Tuntuli, & Catharinæ Aprilis nobilium Sipontinorum filius V. J. D. & Archidiaconus in ſua patria, & ejuſdem poſtea Vicarius generalis, ac etiam Capitularis per Granaſei tranſitum, huic cathedræ præficitur 7. Feb. 1667. Plures habuit Synodos, quibus nonnullos eradicavit abuſus, & morum reformationi, nec non ecclesiaſticæ diſciplinæ conſuluit. Continuis, & uberibus eleemoſynis paupertati ſemper obvius fuit, pro qua una cum ſuo Capitulo pium opus, vulgo *il Monte frumentario*, excitavit. Ædem principem perpolivit, ſuum in ea thronum damaſcena induit veſte, ut & omnes etiam parietes ipſius ædis. Duodecim Apoſtolorum imagines præclaro expreſſas pennicillo in tot tabulis duodecim pariter palmos altis in parte ſuperiore ipſius ædis cum ſuis aureis circum ornamentis locavit. Sacrarium ſplendide omni ſupellectili etiam pretioſa, vaſis argenteis, & aureis inſtruxit, Eccleſias diœceſis refecit omnes, ut & Epiſcopale palatium pene a fundamentis. Præfuit ann. 29. Veſtano quippe Sacerdotio ornatus fuit anno 1695. die 7. Februarii.

XLIII. VINCENTIUS è Patritia Neapolitana de Marra Ducum Guardiæ gente, Canonicus Regularis Lateranenſis & Abbas eodem anno die 16. Maii Tuntulo ſuffectus fuit. Poſſeſſione inita menſe Julio oves ſuas, qua debebat, ſedulitate ad paſcua ſalutis direxit. Valvas ſuæ cathedralis ſenio ſqualidas, ſemiroſas, ac pene deciduas ex integro, novo quidem, & eleganti opere concinnavit, Diaconicum nuceis Cancellis affabre lævigatis occluſit, thronum congrua veſte induit pro quadrageſimæ, & ſacri Adventus tempore, novam in eadem æde verè neceſſariam portam aperuit. Sacrarium cum quatuor ipſi contiguis, & verè per opportunis cubiculis a fundamentis molitus, quod poſtea armariis pro ſacris veſtibus, omnique Eccleſiaſtico inſtrumento tutè, ac perbellè ſervandis, exornavit, Turrim campanariam erexit, licet per ejus ſecutum obitum non adhuc perfectam. Pro peregrinis ad Divæ Mariæ de Leuca quotidiè adventantibus plura ſemper habuit parata cubilia. Cumulata diœceſi tandem ſuarum virtutum exemplis die 22. Aprilis 1712. mortalem hominem exuit.

XLIV. JOANNES Berardini Gianelli, & Antoniæ Verruſiæ Beneventanæ diœceſeos filius, XXXVI. annos in Romana egit Curia, quorum XXVI. Auditoris munere adhæſit Illuſtriſſimo Falconerio, & ideo in partem laborum omnium ipſe venit a tanto Præſule conſumptorum in omnibus, quæ ſumma ſui nominis laude implevit muniis, quæ ipſum Romæ tandem Gubernatorem reddiderunt, donec judicaturam civilem apud eumdem Falconerium exercens ab Clemente XI. motu proprio hujus Eccleſiæ renunciatus fuit Epiſcopus 10. Januarii 1718. ſacratus autem diem 16. ejuſdem menſis poſſeſſionem iniit die 9. April. ejuſdem anni. Ad populi mores coercendos, cleri diſciplinam ſede vacante labefactatam reparandam, pietatem reſtituendam, Paupertatem juvandam, ut a ſuo primo ingreſſu, ita & in præſens principe ſtudio ſemper incumbit. Cathedralem Eccleſiam aquarum alluvione ſatiſcentem reſtauravit. Sacrarium, non modo omni ſupellectili pro quocumque flamine, ſed etiam pro Epiſcopo Pontificaliter agente inſtruxit. Vaſtam aream retro Eccleſiam, & Palatium Epiſcopale, quod etiam refecit, validis muris ceu propugnaculis contra hoſtiles invaſiones occluſit. Templum B. Mariæ Virginis de Leuca de integro nunc molitur nova ædificandi methodo, & commodis adjectis illi habitationibus adverſus Barbaricas excurſiones tutius reddit. Peregrinis quotidie ad illud devotionis ergo adventantibus decens diverſorium aperuit, & opipare inſtruxit. In quibus omnibus operibus, non amplius ultra tertium ſuæ ſedis annum, vel perfectis, vel prope perficiendis ſui peculiaris non mediocris patrimonii vires abſumit.

AD AMERINOS

TOM. I.

Col. 297. lin. 58. *adde* a capite lineæ.

XIV. LEO Amerinus Epiſcopus habetur in Concilio Romano an. 861. celebrato, cujus acta vide tom. 2. in Ravennenſibus.

AD ANAGNINOS

TOM. I.

Col. 308. lin. 4. *adde*. Interfuit etiam an. 969. Romano Concilio. Vide Ughellum tom. 8. in Beneventanis.

Col. 309. lin. 42. *adde*. Hic Oddo an. 1111. interfuit Synodo Verulanæ relatæ a Mabilonio in Itinerario Ital. tom. 1. par. 2. p. 243.

AD ANCONITANOS

TOM. I.

Col. 330. lin. 26. *adde*. Interfuit Leopardus an. 861. Concilio Romano, cujus acta dedimus tom. 2. in Ravennenſibus.

Col. 332 lin. 70. *adde*. Rodulphus inter Priores ſacræ Eremi Camaldulenſis, ſeu Generalis illius ordinis hoc nomine tertius præfuit Eremo, & Ordini tres circiter annos ante Ildebrandum Generalem; iterumque poſt Ildebrandum aſſumptus eſt an. 1180. ſed parum ſtetit in Prioratu, ſcilicet a menſe Majo ad Auguſti medium, quoniam factus eſt Epiſcopus Anconitanus. Deponitur totum id a pluribus teſtibus in cauſa pro libertate ſacræ Eremi vertente inter Guidonem Generalem, & Martinum Epiſcopum Aretinum ex archivo Camalduli. Documentum vero cœnobii Angelorum ab Ughello citatum innuit eumdem poſtea ſe abdicaſſe, qui dicitur *olim Epiſcopus Anconitanus*. Hæc nos docuit eruditiſſimus P. Abbas Cannetus.

Col. 333. lin. 34. *adde* a capite lineæ.

XX. GERARDUS Monachus Camaldulenſis, dum eſſet Vicarius Martini II. ſacræ Eremi Prioris, & Generalis, factus eſt Epiſcopus Anconitanus an. 1204. in qua cathedra adhuc ſedebat an 1215. cum habitum eſt examen XXIX teſtium in cauſa libertatis Eremi adverſus Epiſcopum Aretinum; in quo de Gerardi Epiſcopatu Anconitano plures ex iis teſtibus deponunt: ex archivo Camaldulenſi teſte eodem eruditiſſimo P. Abbate Gannetto.

Col. 336. ad lin. 5. *dele* verbum, quod adnotavimus in margine, *Miatus*; & hæc repone. Thomas de Murro nepos quidem Joannis de Murro fuit, non tamen ex eadem gente, cum eſſet ſororis filius. Ille de Murro, ut Franciſcani conſueverant, ex patria appellabatur, ſed *Minius* gente erat. Hic ex nobilibus de Murro Lazzarinis fuit. Ita Iſidorus Robertus, qui duobus ab hinc ſæculis ſcripſit, in ſuis anecdotis, & Compagnonus in Regia Picena pag. 196. Clypei illius gentis hoc ab illis temporibus è templo D. Catharinæ ejuſdem oppidi petitum exemplum eſt.



AD AQUILEJENSES

T O M. V.

Col. 8. lin. 53. poſt *Adrienſis adde*, Patavinus, & Veronenſis.

Col. 38. lin. 42. *adde*. Epiſtola Maxentii S. Aquilejenſis Eccleſiæ Epiſcopi ad Carolum M. de ſignificatione rituum & cæremoniarum Baptiſmi habetur in Theſauro noviſſimo Anecdotorum a P. Pez adornato.

Col. 48. ad lineæ 54. illa verba: *Obiit anno 1016.* nota in fine paginæ.

(3) Vivebat adhuc an. 1017. quo ſubſcripſit diplomati Henrici Imperatoris ad favorem Abbatiæ S. Petri de Piro. Diploma tale eſt ex Codice Bernardi Trivisani deſcriptum.

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Enricus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si Eccleſiarum Dei vel Monachorum loca alicujus confirmationis ſeu defenſionis dono meliorare ſtuduerimus, id nobis profuturum eſſe minime dubitamus. Qua propter omnium Chriſti fidelium præſentium ſcilicet & futurorum notum eſſe volumus qualiter nos divini amoris inſtinctu quoddam monaſterium vel abbaciam a prædeceſſoribus noſtris . . . . in loco qui dicitur Pirus ſitam in comitatu Tarviſino in honore S. Petri Apoſtolorum principis dedicatam cum omnibus ſuis pertinentiis qui olim ſibi pertinuerunt ex donatione prædeceſſorum noſtrorum, & que in præſentiarum præfate abbatie habet offerimus etiam & donamus præfate . . . . . Abbatie pro remedio peccaminum noſtrorum . . . . & rogatu etiam dilecti fidelis noſtri Joannis . . . . Aquilegienſis patriarche . . . . villam ſancti pauli cum ſuis pertinentiis & capellam ſancti Marini cum ſuis appendentiis videlicet cum manſis domibus terris vineis pratis paſcuis ſilvis venationibus piſcationibus molendinis viis & vi. . . . exitibus & redditibus queſitis ſeu inquirendis vel cum omnibusque quolibet modo dici aut nominari poſſunt utilitatibus per hoc noſtrum preceptum confirmamus & corroboramus. Inſuper & predictam abbatiam cum ejuſdem monaſterii abbate Adalberto nomine ſuiſque ſucceſſoribus ſub noſtre tuitionis . . . defenſionis mundiburgio recipimus cum cunctis prenominatis utenſilibus & bonis ea videlicet ratione ut nullus dux comes vicecomes vel aliqua regni noſtri magna parvaque perſona Eccleſiaſtica vel ſecularis poteſtas jam dictum Monaſterium atque abbatem de ſupraſcriptis bonis diſveſtire inquietare moleſtare vel deinceps abſque legali vel imperiali judicio audeat. Si quis autem quod abſit hujus noſtre confirmationis & corroborationis precepti ſeu defenſionis mundiburgio violator extiterit ſciat ſe compoſiturum auri optimi librae centum medietatem camere noſtre & medietatem prefato monaſterio ejuſque abbatibus, & ut hujus noſtre confirmationis ſeu defenſionis autoritas ſtabilis inconvulſa omni permaneat tempore hanc paginam inde conſcriptam manu propria corroborantes ſigillo noſtro ſubtus inſigniri juſſimus.

Signum D. Enrici inviĉtiſſimi & ſereniſſimi Imperatoris Aug.

Ego Joannes nunc aquilegienſis Eccleſie patriarcha laudo & confirmo.

Ego Peregrinus ſacri palatii cancellarius laudo & confirmo.

Ego . . . . beandus Epiſcopus & inviĉtiſſimi Imperatoris archicancellarius laudo & confirmo.

Anno dominice incarnationis MXVII. ind. prima anno dom. Enrici ſecundi regis XIIII. Imperii anno IIII. . . . . feliciter amen.

AD AQUINATES

T O M. I.

Col. 396 lin. 38. *adde* a capite lineæ.

XI. AZO Epiſcopus Aquinas interfuit an. 1118. de X Octobris tranſlationi reliquiarum S. Joannis Baptiſtæ. Vide Acta Ss. Junii tom. IV. pag. 783.

AD ARETINOS

T O M. I.

Col. 410. ad lin. 21. *adde* ſequentem notam in fine paginæ.

(1) Ughellus martyrium Gaudentii differt ad an. 382. ac ſi res acta eſſet ſub Valentiano Juniore, qui patri ſucceſſit anno 375. eoque motus videtur, quia dicitur in Actis, quod cum *Marcellianus* Aretii *præſes* etiam *poſt mortem Juliani*, a quo miſſus fuerat, *uſque ad tempus Valentiniani ibidem maneret, non ceſſaret exercere tyrannidem, itaut quoſdam Epiſcopos* cum ſuis Clericis ſive audientia puniret uſque ad tempora *Gaudentii*. Sed cum dicatur impius ille ſic egiſſe *uſque ad tempus Gaudentii Epiſcopi*, quaſi per plures annos a ſuo adventu, interimque *Epiſcopos quoſdam cum ſuis clericis* ſic puniviſſe, ac ſi intelligeret medios inter *Gelaſium*, a quo fuerat *Andreas* cum familia baptizatus, & ipſum *Gaudentium*, quos omnino quinque Ughellus nominat, pene incredibile id videtur: maximè cum dicatur *Gaudentius*, prædicatæ fidei cauſa adductus ad Tribunal, & interrogatus, *qua auctoritate populum revocaret ad neſcio cujus Chriſti cultum;*

A *ram;* iterumque captus, & plumbatis cæſus, ac denique poſt dies quindecim in domo Andreæ actis, eo cum ſuis interſecto, extra urbem capite minutus ſit pleno die. Videtur Ughellus qnidem, acta talia ſequendo, potuiſſe, ac debuiſſe unum ſaltem decennium interponere inter Jnliani mortem, & Gaudentii martyrium: ſed hinc ipſamet Acta incipiunt ſuſpecta fieri ordinis temporiſque turbati. Unum, alterumve Epiſcopum anno 363. inaudita cauſa cæſos a Marcelliano, ipſumque etiam S. Gaudentium cum ſociis, priuſquam Valentinianus in Occidentem proficiſceretur, libentius crediderim; aut ſaltem illo contra Alemanos agente, & abſente: ſed addiderim, quod is deinde Mediolanum regreſſus, audita Marcelliani tyrannide, ipſum officio moverit. Nulla certe ratione admiſerim ei licuiſſe perſecutionem tam manifeſtam exercere tot annis etiam ſub Valentiniano ſeniore. Itaque pleroſque eorum, quos S. Gaudentio præponit Ughellus, poſt ipſum, ejuſque quatuor ſucceſſores, Decentium, Laurentium, Euſebium, Gal-
B linum, pro anno 447. notum, ſediſſe dicam inter hunc, & Benedictum pro anno 501. nominatum, & ſic implebo ſæculi dimidii lacunam, *Papebrochius in Actis Ss. Junii tom. 3. p. 847.*

Col. 413. lin. 71. *adde*. Interfuit idem Petrus an. 861. Concilio Romano, cujus acta vide tom. 2. in Ravennatibus.

Col. 414. lin. 8. *adde*. Hic Joannes etiam reperitur in Synodo Romana an 89?. apud Mabilonium Itinerar. Ital. tom. I. p.t 2. pag. 86.

Col. eadem lin. 14 *adde* a capite lineæ.

XXXIX. HUGO erat hujus Eccleſiæ Epiſcopus an. 952. Vide Harduini Conciliotum Collectionem.

AD ARIANENSES

TOM. VIII.

C Col. 517. poſt lin. 42. *adde* ſtemma gentilitium Urſi Leonis Epiſcopi;



D & lin. ſequenti poſt verba URSUS LEO *adde* de Leone.

AD ARIMINENSES

TOM. II.

Col. 429. lin 53. *adde*. Sed & ante an. 996. interfuit Anbertus judicato cuidam Othonis III. Italiæ regis a Muratorio relato in Antiquit. Eſtens. p. 187. tom. 1.

Col. eadem lin. 60. *adde*. Et ante an. 1029. præſens fuerat in Synodo Romana, quam vide tom. 5. in Gradeoſibus.

AD ASSISIENSES

TOM. I.

Col. 479. col. 28. *adde* a capite lineæ.

XI. AGINUS Aſſiſienſis Epiſcopus ſubſcripſit privilegio Monaſterii S Dionyſii conceſſo ab Alexandro II. in Concilio Romano an. 1066. pridie Id. Maii.

AD BALNEOREGIENSES

TOM. I.

Col. 525. lin. 21. *adde*. Alduldus legitur in Concilio Romano an. 861. cujus acta dedimus in Ravennenſibus. Puto eundem eſſe cum Aldovandro.

AD BELLUNENSES

TOM. V.

Col. 170. col. 26. *adde*.

Obiit in Domino die 21. Julii 1720. ætatis ſuæ anno ſexageſimo primo, & ſeminarium Clericorum ex aſſe hæredem inſtituit.

LXVI. VALERIUS Rota, Nobilis Venetus, ab Innocentio XII. in Tarviſina Eccleſia Primiceriatus dignitate inſignitus, ab eodem Pontifice inter ſuos Prælatos domeſticos, & utriuſque Signaturæ Referendarios adſcriptus, a Clemente XI. ad Beneventani Ducatus Gubernium miſſus, turbulentiſſimis illis temporibus, quibus & civitas Beneventana ingenti terræmotu divulſa fuit, & Regnum factioſis perditorum hominum turbis nodequaque exagitatum, Civitatis Fanenſis, & Spoletini ducatus Præfecturis ſucceſſivè perfunctus, ab eodem Clemente inter Prælatos ſacræ Conſultæ urbis adlectus, in moderandis inde Provinciis Maritimæ, & Campaniæ, & Patrimonii Divi Petri per plures annos commoratus, & ad prædictam ſacram Conſultam iterum accitus, poſt tot adminiſtrata munia, vix ſuo viduata Paſtore Bellunenſi Eccleſia, ad ejuſdem clavum ſuffectus eſt die 31. Julii 1720.

AD BERGOMENSES

TOM. IV.

Col. 411. lin. 61. *adde*.

Rutilat adeo veritas hiſtorica de adventu Italico S. Barnabæ Apoſtoli, & erecta ſede Mediolanenſi, & ſuffraganeis, ut eam agnoverint etiam cæcutientes heterodoxi, & in meridie palpantes, quorum de hoc teſtimonium, tanquam ſagittam verſam in ſagittarium afferre licet ex Centuriatoribus Magdeburgenſibus Centuria prima lib. 2. cap. 2. columna 17. Littera F. Videatur Claudius Robertus Galliæ Chriſtianæ append. parte 2. pag. 40. & ex eo eruditiſſimi Præſules de Wallemburgh Batavi in opuſculo *de perpetua probatione fidei per teſtes* impreſſo Coloniæ 1665 fol. 39. cap. 20. n. 3. ubi dictas ſedes Epiſcopales a D. Barnaba inſtitutas luculenter probatur. *Guevrinus*.

Col. 415 poſt lin. 39 *adde*.

Sanctum martyrem Romulum Epiſcopum, non Bergomenſem, ſed Feſulanum noverunt, & paſſim fatentur Auctores noſtri cum Ughello, licet Bergomi per duodeviginti menſes moram traxerit, ubi ægrotis pluribus ſanitatem reſtituit, & mortuos duos revocavit ad vitam, prout etiam Brixiæ filium Viduæ defunctum matri reſtituit. Hæc omnia

poſt

poſt Auctores, & traditionem Bergomenſem legimus in Officio ejuſdem Divi approbato tempore Sixti V. 1587., & recognito a venerabilis memoriæ Cardinali Roberto Bellarmino ex Decreto S. Congregationis Rituum 23. Auguſti 1614. nec locus erat eruditiſſimo D. Paulo Galeardo Cathedralis Brixienſis Canonico in notis ad Opellam Ramperti Epiſcopi §. 8. fol. 279. (dum de Bergomenſi tertio, & quarto Antiſtite ſermo eſſet) animadvertendi, nè perperam aſſumantur aliarum Sedium antiqui Antiſtites ad vetuſtatis aucupandum ſplendorem. Hæc admonitio ſi applicaretur Bergomenſi Eccleſiæ, otioſa planè caderet, cujus initium Apoſtolo Barnabæ decernitur in Martyrologio Romano 27. Auguſti, & potiùs Chroniſtis Brixienſibus affigenda foret, ſi vera ſunt, quæ leguntur notata ad Ughellum tomo 4. n. a. columna 523. de S. Anatalone. *Guerrinus.*

Col. 437 poſt lin. 44. *adde*, à capite lineæ.

XXV. Poſt Oldericum, ſive Udelricum Epiſcopum Bergomenſem, & antè Giſelbertum ejus ſucceſſorem inſerendus, & addendus AMBROSIUS ſecundus brevis ævi Antiſtes, cujus mentionèm, & notitiam habèmus ab eruditiſſimo Commentario Reverendiſs D. Juſti Fontanini, quem edidit Venetiis *1698*. apud Hieronymum Albricium, ſub titulo *delle Maſnade, & altri Servi ſecondo l'uſo de' Longobardi*, ubi ex Autographo à ſe viſo in Archivio Civitatenſis Eccleſiæ Fori Julii anni 972. promit, locata fuiſſe certa bona juris Aquilejenſis ſedis inter Ollium, & Abduam Epiſcopo Ambroſio Bergomenſi à Patriarcha Rodoaldo, quæ tenebantur a Luitprando, tunc dicto *Luizzone* Cremonenſi Epiſcopo. Hinc eſt, Ambroſium deſcriptum columna 440. dicendum eſſe non ſecundum, ſed tertium, nec tamen loco ſuo movendum eſſe Ambroſium primum Epiſcopum Bergomenſem vigeſimum, ritè ab Ughello anno 883. columna 420. datum ſucceſſorem Garibaldo, quo loco Fontaninus, ex Chronologiæ deliquio, vult Ughellum deceptum, cùm tamen ex antiquiſſimo Anniverſariorum Cathedralis noſtræ Necrologio diſpoſito per Ephemerides in membranis ſub die 20 Septembris habeamus Legatum in regeſto relatum ſub anno 890. de officio faciendo *pro Domino Ambroſio Majore, qui dedit nobis Decimas de Argiente pro ejus Anniverſario*, unde patet Ambroſium hunc deceſſiſſe ante annum 890. & vocari *majorem*, quaſi dicat primum hujus nominis ad diſtinctionem ſequentium; nec poſſe accuſari Ughellum, qui ex Auctoribus patriis prudenter exſcripſit, ſed ſupplendam lacunam in ſæculo ſubſequenti anno 972. addendo alium Ambroſium ſecundum Epiſcopum Bergomen. conductorem bonorum Aquilejenſis Patriarchatus, ut ſupra. *Guerrinus.*

Col. 437. lin. 66. *adde*.

Diploma Originale Othonis II. Cæſaris, quo jura Epiſcopi Bergomenſis in Civitate Regia Ticinenſi ampliavit, & eſt in antiqua membrana originali Archivii Cathedralis Eccleſię Bergomen tenoris eſt, ut ſequitur.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis. Otho Divina favente clementia Imperator Augoſtus. Si ſanctarum Dei Eccleſiarum roborandis inſiſtimus rebus, ad noſtri Imperii provectum fore credimus. Quapropter omnium Fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque, præſentium ſcilicet ac futurorum noverit induſtria, qualiter interventu, ac petitione Theophaniæ noſtræ dilectæ Conjugis, ac conſortis imperii, prout juſtè, & legaliter poſſumus, confirmamus, & corroboramus S. Pergumenſi Eccleſiæ in Beati Martyris Alexandri paſſione ſublimatæ peciam unam de terra ejuſdem Juris Eccleſiæ per menſuram tabulas ſex, & pedes octo infra Civitatem Ticinenſem poſitam cum muro ejoſdem Civitatis eidem Terræ adhærente cujus lateribus una ſancti Ambroſii terra adjungi dignoſcitur, ſecundo Joannis Corami, tertiò vero Joannis Toſcurę adjacet terra, quartò currente via publica ſimul cum flumine, qui Curſerona vocitatur terendo deducitur, quatenus per hoc noſtræ neceſſariæ confirmationis præceptum eadem Eccleſia jam dictum teneat terram in integrum, & firmiter poſſideat, habeatque ejus Eccleſiæ Epiſcopus, ſuique Succeſſores ſuper eandem terram, & murum ſibi adhærentem poteſtatem domos, & quod ſibi viſum fuerit, ædificium conſtruendi, & prò utilitatibus Eccleſiæ ipſam terram commotandi omnium hominum contradictione remota. Si quis vero huic noſtræ juſſioni contraierit, noverit ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem Kameræ noſtræ, & medietatem ſupranominatæ Eccleſiæ, ejuſdemque Vicariis. Quod ut vere credatur, diligentiuſque æquanimiter ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes annulo noſtro ſubtus juſſimus inſigniri.

Signum Domini Othonis Sereniſſimi Imperatoris ſemper Invictiſſimi Auguſti.

Joannes Cancellarius ad vicem Auberti Epiſcopi, & Archicancellarii notavi.

Data pridiè Idus Februarii anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXX. regni vero Domni Othonis XVIIII. Imperii autem ejus XIII. & Indictione VI.

Actum in Turingia in Corte, quæ Vualahus vocatur.

Col. 476. lin. 11. *adde*.

Sub Alghiſii Præſulatu turbæ plurimæ Italiam vexarunt ob contumaciam Federici II. Cæſaris depoſiti in Concilio Lugdunenſi ab Innocentio IV. anno 1245., ubi ſub latæ excommunicationis ſententia inhibuit obſequium, & obedientiam depoſito præſtari. In tanta rerum inverſione, & tumultu Bergomenſis Patria Pontificia cenſura ſe timuit innodatam, et unitis cum urbe Ticinenſi humilibus votis petiit a Ss. Alexandro IV. anathematis ſolutionem, & devote obtinuit, de qua Oldoinus ad Ciacconium Pontificalis Hiſtoriæ tom. 2. fol. 141. columna prima. *Guerrinus.*

Col. 477. lin. 20. *adde*.

Sedente Guiſcardo Suardo, olim Archidiacono Cathedralis Bergomen. ipſam Archidiaconalem dignitatem. poſt Pontificalem majorem, obtinuit Magiſter Lanfrancus de la Turre de Treſchurio Agri Bergomenſis, qui ſub laudatiſſimo Pontificatu Gregorii X. ab anno ejus tertio uſque ad finem, munus Vice Cancellarii S. R. E. laudabiliter geſſit, & in eodem officio ſub Innocentio V. & Hadriano V. & Joanne XX. uſque ad Nicolaum III. anno 1277 Eccleſiam, & Patriam illuſtravit, de quo Alphonſus Ciacconius in Hiſtoria Pontificali tomo 2. a folio 202. uſque ad 214. De eodem in volumine antiquo in membranis in Archivio Capitulari, quo regiſtrantur anniverſaria perpetua, ſub die 4. Julii habentur ſequentia.

Die 4. Julii obiit magiſter Lanfrancus de Treſchurio Archidiaconus Bergomenſis, & Eccleſiæ Papienſis, & Vicecancellarius S. R. Eccleſiæ, qui dedit huic Eccleſiæ pro ejus Anniverſario libras. 44.

Libro eodem ſub die 9. Julii ſequentia.

Commemoratio D. Magiſtri Lanfranci de la Turre ordinata ſibi per D. Joanem Epiſcopum Pergumenſem, qui reliquit ſoldos decem annuos, quos debent ſolvere Canonici S. Alexandri.

Quantæ fuerit dignitatis, & ſit Officium Vice-Cancellarii S. R. E. omnes norunt, nam ſemper a Cardinalibus adminiſtratum legimus uſque ad Gregorium VIII. creatum 1187. de quo Ciacconius tomo 1. fol. 1132. & iterum ſacro collegio reſtitutum a Clemente V. ut idem Ciacconius tom. 2. fol. 388. & notat Cardinalis de Luca diſcurſu 10. Relationis Romanæ Curiæ, ubi inter Cardinalitia officia fixo, & hierarchica primum locum aſſignat. *Guerrinus.*

AD BONONIENSES

T O M. II.

Col. 11. lin. 60. *adde* à capite lineæ.

XXXVIII. THEODORICUS Bononienſis Antiſteſeruitur ex Agnelli Pontificali a cl. Bacchinio edito, ubi in Apollinari dicitur Theodoricus ſaxeam arcam, in qua Ruſi patritii, ejuſque filiæ oſſa erant depoſita, iis deturbatis Ravenna Bononiam deportaſſe, ut ea aptata ſibi ſepulchrum pararet. Quod tamen ille conficere nequaquam potuit morte præventus, quam Bacchinius ibi circa an. Dom. 825. contigiſſe deducit.

Col. 17. lin. 57. *adde*. Vivebat hic Gerardus an. 1089. quo Eccleſiam S. Stephani prope Bononiam attribuit Carimano Abbàti S. Georgii Venetiarum ex documento, quod refert Ughellus tom. 5. in Venetiarum Patriarchis col. 1203.

Col 23. ad lin. 14. illa verba, *ſubleſtus eſt an.* 1301. in ima pagina *ſcribe* hanc notam.

(1) Hic Ubertus an. 1302. electus fuit Placentinus Epiſcopus, & paulo poſt ad hanc Eccleſiam translatus. Et revera annus octavus Bonifacii VIII. erat ab Incarn. Dom. 1302. In Diario vetuſto Eccleſiæ majoris Placentinæ hanc ejus haberi memoriam refert Camplus in hiſt. Placent. tom. 3. *XIV. Kal. Junii 1322. obiit bonæ memoriæ D. Ubertus de Advocatis, Epiſcopus Bononienſis, qui fuit Canonicus hujus Eccleſiæ, & et reliquit pluviale album diaſpidis pretioſum &c.*

AD BRUNDUSINOS

T O M. IX.

Col. 12. ad num. I. ſcribe in ima pagina ſequentem notam.

(1) Omnium primum Brunduſinorum antiſtitum, ſanctum Leucium Principis Apoſtolorum Diſcipulum, & Martyrem recenſent antiqui Catalogi. De quo gravis, & vetuſtus Hiſtoricus Paulus Warneſridus initio Chronici Epiſcoporum Metenſium hæc ſcribit. *Igitur cum Petrus Romam perveniſſet, illicò qui ſummas quaſque Urbes in occiduo poſitas Chriſto Domino per verbum fidei ſubjugarent, optimos, eruditoſque viros ex conſortio ſuo direxit. Tunc denique Apollinarem Ravennam, Leucium Brunduſium, Anatolium Mediolanum miſit.* De acceſſu S. Leucii Brunduſinorum Epiſcopi, & martyris una cum Apoſtolorum Principe Neapolim, agit Vir eruditiſſimus Antonius Caracciolus in Libro de ſacris Neapolitanæ Eccleſiæ monumentis capite III. ſectione x. fol. 72. & ſequen. ubi duos Brunduſinos Epiſcopos Leucios fuiſſe contendit, quorum alterum S. Petri Apoſtoli Diſcipulum, & Martyrem, alterum verò poſteriorem, & confeſſorem agnoſcit. *Neque verò* (inquit) *quis, & Warneſrido, & mihi obiicere poterit, Leucium Brunduſii Epiſcopum multo poſteriorem his temporibus, hoc eſt, Imperatore Theodoſio; at ex veteri Capuano Breviario, & ex monumentis Eccleſiæ Brunduſinæ habetur, extitiſſe. Nam ego duos Leucios Brunduſii Epiſcopos fuiſſe non dubito: alterum Confeſſorem, qui Theodoſio Imperatore vixit, alterum verò Martyrem: de quo S. Gregorius Papa libro IX. regeſt. Epiſt. 73. & Warneſridus loco jam dicto loquuntur. Neque opus eſt hos duos, ut aliqui faciunt, in unum compingere, quos tempus, profeſſio, & forte etiam nomen (hunc enim Leontium Gregorius appellat,) diverſos facit. Sed licet quis contendat utrique fuiſſe nomen Leucius: nihilominus, quia in aliquo non conveniunt, duos extitiſſe Brunduſii Epiſcopos Leucios exiſtimandum eſt: ſicuti Veronæ duos Zenones, & duos Peruſiæ Herculanos Epiſcopos doctè Baronius cenſet.* Pollidorus.

A Col. 33 lin. 16. *adde*.

Lupum, ſeu Luponem biennio ante milleſimum CXLV. Brunduſinæ, & Uritanæ Eccleſiæ fuiſſe præfectum, conſtat ex laudato ſcriptore Anonymo apud Bollandianos num. 25. fol. 26. alteram ſiquidem translationem reliquiarum ſancti Barſanuphii deſcribens, factam commemorat, *Anno ab Incarnatione Divini Verbi MCLXX. Regni autem Domini noſtri præcellentiſſimi Willelmi Regis anno V. Præſulatus verò præfati Domini Luponis Archiepiſcopi anno XXVII.* Daniel Papebrochius in notis ad hanc ipſam enarrationem Scriptoris Anonymi num 22. fol. 27. putat apud Ughellum mendosè legi 1145. pro 1147, vel hic pro anno XXVII. Archiepiſcopatus Luponis, XXV. ſcribi debuiſſe. At ſi ita ſe res haberet, mendum in Ughello ſublatum non eſſet. Etenim ab anno MCXLVII. ad MCLXX. anni tres atque viginti intercedunt, non viginti ſeptem. Quod ſi arbitrario apud Anonymum Scriptorem legatur XXV., ad annum Chriſti MCXLV. non
B autem MCXLVII. Luponis archiepiſcopatus initium referendum eſſet. *Pollidorus.*

Col. 35. lin. 17. *adde*.

Guillelmus iſte, qui Brunduſinæ, & Uritanæ Eccleſiæ Epiſcopus præfuit, anno Domini 1348. Caſtrenſis in Salentinis renunciatus Epiſcopus, in Neapolitano Regno Apoſtolicæ ſedis Nuncius, Beneventanæ Civitatis Rector, necnon in Japygia, & Apulia Cenſuum Summi Pontificis erat Collector; ut conſtat ex authographa membrana Joannis Lycienſis Epiſcopi ſcripta Lycii die terciadecima menſis Junii ejuſdem anni, quam nos in notis ad Caſtrenſium Epiſcoporum Catalogum ex Epiſcopali Archivo Neritinæ Urbis deſcribemus. *Pollidorus.*

Col. 35. poſt lin. 45. *adde* à capite lineæ. Poſt Giſium ante Guillelmum hujus Eccleſiæ reperitur Epiſcopus D.... Joannæ II. Neapolitanorum Reginæ Summæ rei à Conſiliis, qui graviſſimis de rebus ab eadem in Siciliam inſulam abiegatus eſt: ut conſtat
C ex ejuſdem literis *datis Neapoli ſub annulo ſecreto die 4 Februarii* XIII. *indictionis*: quas recenſent Scipio Ammiratus in Tomo II. de nobilibus Familiis Neapolitanis, & Blaſius Aldimarus libro I. Hiſtoriarum Familiæ Carafæ pag. 117. Earum verò initium ſequens eſt. *Viri Magnifici, & prudentes, amici, & devoti cariſſimi. Venientes nuper de Inſula noſtra Siciliæ ad Majeſtatis noſtræ præſentiam Reverendus in Chriſto Pater, & Frater D. Dei Gratia Archiepiſcopus Brunduſinus, & Vir Magnificus Nicolaus de Cæſareo montis Albani Comes, collaterales Conſiliarii, & fideles noſtri dilecti, &c.* Pollidorus.

Col. 36. poſt lin. 11. *adde*.

Alii juxta vetera monumenta *Marinum* appellant. Is antequam Brunduſinus renunciaretur Antiſtes, Caſſanenſem rexit Eccleſiam, Hiſtoricamque enarrationem de Schiſmate Clementis VII. Pſeudo-Pontificis adverſus ſextum Urbanum excitato accuratè deſcripſit. Proſtat hoc opus in Bi-
D bliotheca Vaticana, illudque cum authore ſuo ſæpenumero laudat vir graviſſimus Odericus Raynaldus in Tom. V. Eccleſiaſticor. Annalium ad annum Chriſti 1378 numeris 2. 12. 13., & alibi. *Pollidorus.*

Col. 45. poſt lin. 51. *dele* additionem ibi poſitam, & ſequentem *reſtitue*.

A D D I T I O.

D. Franciſcus è nobiliſſimo Hiſpano genere Eſtrada, in Divinitate magiſter, Canonicus, ut vocant, Magiſtralis in æde principe Gaditana, & juſſu Eminentiſſimi de Borgia Viſitator Eccleſiæ, & diœceſeos Hiſpalenſis, hac Inſula anno 1659. ex præſentatione Hiſpaniarum Monarchę ab Alexandro VII. exornatur. Totus fuit in pravis moribus evellendis, pietate radicanda, religione, ac bonis artibus imbuenda juventute per Clericos Regulares Pauperes matris Dei vulgo *delle ſcuole Pie*, quos ipſe idcircò Brunduſium acciverat empta pro-

prio



B prin ere pro ipſis domo in collegii ſpeciem diſpoſita,
congruo etiam cenſu aſſignato, adeo ut ſub titulo
errantium Academiam illico ipſorum Patrum indu-
ſtria excitatam ibidem viderit ſcientiarum maximo
emolumento, & ingeniorum prænobili exercitio.
Semper diœceſim per ſeipſum ſancta viſitatione lu-
ſtravit; pauperes omnes largis ſemper eleemoſy-
nis juvit, adeo ut pro eis ſæpe & ipſe pauperrimus
evaſerit, tunc ſe verè divitem cenſens, cum pro
ipſis ſeminudus frigore contremiſceret, & tunc ſa-
turum, cum pro ipſis fame laboraret; ſuum pala-
tium ſemper ipſis patens voluit, ac ſæpiſſime ſuos
etiam fecit commenſales. Euchariſticam dapem
aut ipſe ad infirmos deferebat, aut a parochis dela-
tam comitabatur uſque ad infimæ plebeculæ caſas,
ac viliſſima tugurla in ipſis villis, ipſoſque male ſe
habentes paternis, prædulcibuſque verbis ad pa-
tientiam, & cum Divina voluntate uniformita-
tem horrabatur, & ſimulans ſecreto eos velle com-
pellare, ſub pulvillis clandeſtina ſubſidia pro cu-
C juſque indigentia relinquebat. Sæviente in ſua diœ-
ceſi caritate, illico currus per civitatem, per pa-
gos, per vicos, per villas panem pro cujuſque fa-
miliæ exigentis diſpenſantes curſitare voluit; at
cum horrea vidiſſet illico evacuata, nec fami ob-
viam itum ex integro, cum nec obolum haberet,
quia egeni ſuas omnes fortunas obligurierant, om-
nem ſuam ſupellectilem venumdedit, ære etiam
alieno ſe obſtrinxit, ut naves ſatque, ſuperque
frumenti plenæ in alienis regionibus empti quam
citius Brunduſium appellerent. Die tandem 23.
Novembris 1671. ab hac terrena peregrinatione ad
cœleſtem patriam migravit, ſepultuſque fuit in ſa-
cello Divi Theodori martyris, quod ipſe damaſce-
na veſte ſplendide induerat, & in quo ſepulchrum
ſibi vivens mortis memor effoderat.



LXV. Fr. ALPHONSUS Alvarez Barba Oſ-
ſorio, Ordinis Divæ Mariæ de Carmelo, in regno
Legionenſi in Hiſpaniis præclarus natalibus, vir-

A tute tamen clarior ſua, in Divinitate Magiſter, ac
laureatus Doctor in Abilenſi, & Salmanticenſi
Univerſitatibus ab Eccleſia Anxanenſi ad hanc
Brunduſinam translatus fuit die 2. Julii 1673. quam
ſanctiſſime triennium rexerat, ab Salernitanam
quippe tranſiit anno 1676.



LXVI. EMMANUEL Torres, Hiſpanus,
Abbas, & Decanus Eccleſiæ Emporienſis, Bran-
duſinus Epiſcopus anno 1677. 24. Maii electus ad
ſuam ſponſam die 30. Novembris ejuſdem anni per-
venit; ſed ipſius amplexibus vix biennium frui po-
tuit. Brevi, quo vixit tempore, non brevis fuit in
pietatis, & miſericordiæ muniis exercendis, &
præcipuè erga pauperes, ad quos longam ſemper
habuit manum, os ad Evangelica ſemper apertum
ſeminanda documenta nonniſi perpetui ſilentii ſera
a morte occluſum. Publico luctu humatus fuit in
ſepulchro ſuorum prædeceſſorum Præſulum die 3.
Decembris 1679.



D LXVII. JOANNES Torreſilla, & Cardenas
nobiliſſimus Hiſpanus, Aquilanus cum eſſet Epiſ-
copus, Brunduſinus evaſit anno 1681. die 24. Maii.
Plebi ſibi commiſſæ paſtorali zelo ſemper ſtuduit, ut
Parochi ſuo muneri ſacerent ſatis, & ut rudimenta
fidei ignaros docerent, ſemper invigilavit. Quolibet
die feſto poſt veſperas ad Collegium Patrum Scho-
larum Piarum ſe deferebat, in eoque congregatos
adoleſcentes articulis Chriſtianæ imbui doctrinæ
ſummopere gaudebat, & quos proficere in illa ſan-
cta exercitatione dignoverat, ad æmulationem in
illa ætate imprimis neceſſariam excitandam publi-
cè laudabat, ac præmiis etiam proſequebatur; diœ-
ceſim ſemper viſitavit, clerum ſalutaribus moni-
tis perpolivit, donec die 23. Junii 1688. pium red-
didit Creatori ſpiritum.

A



B LXVIII. Fr. **FRANCISCUS**, qui in Extre-
madura in Regno novæ Caſtellæ egente Ramirez
e primis, ut ibi dicitur, Idalghis, qui communi-
ter ibidem audiunt *Los Ramirez de los Obypos*, ob
non minus XXXII. Mitras, quæ illos Proceres
honeſtarunt, ortus fuerat, Prædicatorum ordini
Salmanticæ nomen dedit, ibique ſcientiarum om-
nium exacto curriculo ſtudiorum magiſter, & in
eadem celeberrima Univerſitate Cathedraticus
veſpertinus evaſit. Ut eadem ſtudia Regentis mu-
nere dirigeret in Collegio Divæ Mariæ ſupra Mi-
nervam, Romam fuit a ſuis Superioribus immiſ-
ſus, & pro ſua Provincia comitiis generalibus in-
terſuit, in quibus ſupremus totius S. Prædicato-
rum ordinis Magiſter fuit renunciatus P. Antoni-
nus Clocle. Magiſterii laurea in alma urbe ſibi legi-
timè conquiſita Mantuam Carpetanorum fuit ac-
cerſitus, ubi ſua Provincia magnum Univerſitatis
Abilenſis cancellarium eum dixit. Mantuam ite-
C rum pro ſecretis ſuæ conſcientiæ momentis ab Rege
Carolu II. accedere cogitur, a quo demum pro hac
Eccleſia ſummo Pontifici anno 1690. præſentatur;
ſacratus autem ab Innocentio XI. 1691. eodem an-
no, menſe Majo ad ſuam ſponſam pervenit. Semi-
narium excitavit ad alẽdam pro altari juventutem;
Synodum habuit menſe Majo 1693. typis etiam po-
ſtea datam, qua morum reformationi, non minus
Cleri, quam laicorum opportune conſuluit. In
clauſtris monialium communem vitam reſtituere
eniae ſtuduit, quare librum exornavit ſub titulo
*Obligo de' Regolari nell' oſſervanza della vita co-
mune in virtu del voto di povertà.*: Pauperes omnes
dilexit, ac perpetuò fovit, quorum duos ſemper
ſecum habere voluit in eadem menſa diſcumbentes,
& cum quibus ſemper ſuas mutabat lances, ut unus
eſſet patris ac filiorum cibus; eo ſiquidem prædulci
numine, ac loco, & vocavit ſemper eos, & ha-
buit. Ab eodem Carolu II. nil tale cogitans pro
Agrigentina Mitra in Trinacria fuit præſentatus,
D & illuc ſui mœrore non modico, ſed maximo, &
univerſali pauperum, cleri, & populi Brunduſini
ſe contulit die 22. Aprilis 1697. At poſt biennium
non minus tria aureorum millia pro indigentiis hu-
jus ſuæ primæ ſponſæ, ac ſuorum dilectorum pau-
perum ultro tranſmiſit ſupra omnes integri fructus
anni ſibi debitos, antequam Eccleſiæ Agrigentinæ
poſſeſſionem nactus fuiſſet.

LXIX. Fr. **AUGUSTINUS** de Arillano, Hiſ-
pano ſanguine, & doctrina conſpicuus, in ſua reli-
gione Divi Auguſtini laureatus magiſter, conciona-
tor Evangelicus, & eximius panegyriſta, S. Offi-
cii Hiſpaniarum Conſultor, hujus Eccleſiæ poſſeſ-
ſionem Epiſcopus iniit die 22. Decembris 1698.
Paci adeo ſtudioſus fuit, ut illam inter diſſidentes
compoſiturus mediatrices, ac arbitras ſemper pro-
prias vulnerit lachrymas, quæ è ſuis oculis fluminis
inſtar per id tempus effluebant. Sed conceptam
ſancti regiminis in diœceſi ſpem apoplecticus mor-



bus præcidit, qui talem, tantumque Epiſcopum
vita quam diutiſſima digniſſimum die 11. Decem-
bris 1699. e Mortalium ſtatione ſurripuit.



LXX. Fr. **BARNABAS** de Caſtro ex eodem
ordine Auguſtiniano Archiepiſcopus Anxanenſis
ad hanc Cathedram transfertur 13. Decemb. 1700.
ſed non ante obitum Caroli II. Hiſpani Monarchæ
expeditas Bullas, ad requiſitionem poſtea Philippi
V. laudati Caroli ſucceſſoris obtinuit, quarè non
priùs die 15. Novembr. 1702. hujus Eccleſiæ poſ-
ſeſſionem inire potuit, in qua vitam vixit, & Epi-
ſcopo, & Fratre Auguſtiniano dignam ſemper ab
omnibus operibus ſanctimoniæ odorem ſpirans.
More ſuorum prædeceſſorum diœceſim ſancta viſi-
tatione præſentem habuit ſemper. Sacrorum ca-
nonum obſervantiæ, ac nitori, & cultui ſacrarum
ædium ſemper ſtuduit. A fundamentis propria im-
penſa in templo ſui ordinis ſacellum Deiparæ Vir-
gini excitavit, quod etiam dotavit, in eoque pro
ſe ſepulchrum effodi voluit; non tamen pro hoc ſa-
cello, ſuæ principis ædis oblitus umquam fuit, cujus
aram maximam mirè exornavit, tabula inſuper
argentea ditavit pro fronte ipſius aræ ſignis extan-
tibus præclaro quidem, & ſumptuoſo opere. Cen-
ſum conſtituit pro veſtiendis quolibet anno multis
pauperibus demandata hac provincia ſui ordinis
in ipſa Civitate Brunduſina Priori. Plura medi-
tabatur pro ſpirituali, non minus quam materiali
ſuæ ſponſæ bono, ſed in villa S. Donatii ſuæ Ar-
chiepiſcopalis menſæ die 11. Decembris 1707. apo-
plectico, ut ſuus Anteceſſor, morbo correptus è
Mortalium ſtadio ab omnibus comploratus exceſſit.
Ab Clero ſæculari, & Regulari ſullemnibus exe-
quiis ejus cadaver Brunduſium delatum fuit, & in
ſepulchro, quod ſibi vivens condiderat, humatum.
Per tranſitum autem Neapolitani Regni ab regia
Borbonia ad Auſtriacam Cæſaream domum vaca-
vit Brunduſina ſedes annos octo, & menſes ali-
quot.



LXXI. Fr. Barnabæ de Caſtro ab Auguſtiſs. Cæſare Carolo VI. ſucceſſor deſignatus fuit D. PAULUS de Vilana, & Perias, Hiſpanus. Quinam ipſe ſit, quoad natalia, dixiſſe ſufficiat, patrem habuit D. Raymundum de Vilsua, & Perlas publicis, ac primis muniis in ſua patria Barcinonenſi cum laude functum, matrem D. Eulaliam de Cam-rax, ambos præcipuæ, in Principatu Catalauniæ, nobilitatis. Germanus inſuper ſuus primogenitus nomine etiam D. Raymundus, Marchio Rialp, heros conſilio, probitate, ac rerum gerendarum peritia in paucis præcellens Cæſareæ Majeſtati à ſecretis, ut vocant, ſtatus, ſumma navitate operam præſtat. Quoad ingenium, Paulus poſt humaniores litteras vix adoleſcens in celebri ſeminario Barcinonenſi philoſophicum curſum fuit emenſus, & in illa publica Univerſitate, tertio non peracto ſuæ ætatis luſtro, lauream meruit; quam etiam poſtea ibidem in utroque jure, & iterum in ſupremo Catalauniæ Senatu. Quoad mores, à teneris in pietate educatus illi principe ſtudio ſemper indulſit, quare ſuis coævis omnibus evaſit omnium illicò forma virtutum. Unum vidiſſe Paulum idem ſemper fuit, ac ſerietatem induere, modeſtiam ſpirare, ad omnem denique virtutis ſpeciem ſeſe componere. Quoad dignitates, anno ſalutis 1694. & ſuæ ætatis 24. Canonicus Decanus cathedralis Eccleſiæ Urgellenſis renunciatus fuit: quod munus verè conſpicuum, cum ea dignitas primas obtineat in illo adeò illuſtri Capitulo, ſummo eccleſiaſtico decore obivit. Anno 1710. Abbas mitratus evaſit Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ de Cardona, donec Brunduſinam hanc meruit infulam. Præconizatus a ſummo Pontifice Clemente XI. die 16. Decembris 1715. die poſtea 22. ſacratus, & die 18. Januarii ſequentis anni 1716. inter ſuo Pontificio ſolio adſiſtentes Epiſcopos fuit recenſitus. Suæ Eccleſiæ per procuratorem iniit poſſeſſionem eodem menſe, ſed die 20. die poſtea 15. Martii ejuſdem anni Brunduſium appulit ab omni populo, & clero ea exceptus geſtientia animi ſignificatione, quam decebat gregem diu ſine paſtore, & filios abſque patre: Sed cam poſt longum, ac difficillimum iter à Vienna in Auſtria uſque Brunduſium in ſuo Epiſcopali palatio ſeſe à tot reficere incommodis aliquot dies ſperabat, in eo nec unum cubiculum reperire potuit, quod non proximam, ob diutinam Epiſcopi abſentiam, minaretur ruinam; quarè non minùs ſex menſium ſpatio anguſtias cujuſdam religioſi conventus pati coactus fuit, donec illud reſtauraretur, aut potiùs de integro conderetur; quo in opere quinque, & ampliùs mille aureos erogavit ſupra illos in eo tandem exornando conſumptos. Hæc tamen cura non eum ab æde principe perpolienda divertit. Ipſam ſiquidem ſacra, & pretioſa ſupellectili, omnique inſtrumento argenteo, & etiam aureo, gemmis inſuper, ac peregrinis lapillis diſtincto prò altaris functionibus eccleſiaſtica

A majeſtate peragendis, nulli parcens impendio, ditavit. Duos Canonicatus ſuo Præſulatu vacantes aſſignatis congruis Præbendis, alterum voluit Pœnitentiarii Majoris, alterum Theologalis lectionis muneribus, quæ diù ſua ſponſa ſuſpiraverat, inſignitos. Cum de ſuo ſit ditiſſimas, multa emit ædificia, quæ illicò æquari ſolo juſſit, in eaque vaſtiſſima area à fundamentis magnificam, ac planè regiam prò ſeminario domum jam molitur, ornamentis etiam marmoreis incruſtatam, in quo opere conficiendo xxx. aureorum millia nec ſuppetunt. Diœceſim continuò diligentiſſime viſitat. Tot gravatus impenſis pauperes omnes largè ſemper juvat, & præcipuè verecundos, honeſtaſque puellas, quibus aut clauſtra aperit, aut dotem pro nuptiis largitur. Diutinam tanto Antiſtiti concedat, quam benè meretur, ætatem Deus Opt Max. pro ſuæ ſponſæ, imò & totius hujus Provinciæ perpetua felicitate.

B

AD BURGENSES

T O M. III.

Col. 198. *dele* additionem ibi poſitam, atque uberiorem hanc a clariſſ. P. Abbate Petro Cannetomihi per humaniter tranſmiſſam repone.

A D D I T I O.

Cathedralis Eccleſia dicata eſt S. Joanni Apoſtolo, & Evangeliſtæ. Perperam itaque Ughellus affirmat Galeottum Gratianum Burgenſem Abbatem perpetuumque Commendatarium Monaſterii S. Jo. *Baptiſtæ* ſuæ Patriæ electum fuiſſe a Leone X. primum Epiſcopum. Nam vel a primæva fundatione Eccleſia ipſa Abbatialis, mox Epiſcopalis ejuſdem S. Jo. *Evangeliſtæ* nomine fuit inſignita, vel ab ipſis ſuis primordiis. Ejus Canonici ſunt quatuordecim, quos inter tres Dignitates recenſentur, Præpoſitus nempe, Archidiaconus, & Archipreſbyter, nec non præbendæ Theologalis, ac Pœni- C tentiaria. Una cum his Cathedrali ſubſerviunt Capellani ſex, Chori Magiſter, ſacriſta, Cæremoniarius, Diaconus, Subdiaconus, & Clerici octo. Sacra Lipſana quamplura in Cathedrali ipſa, & in Eccleſiis Minorum Conventualium, Eremitarum S. Auguſtini, Servorum B Mariæ Virginis, atque in Parochiali S. Jo. Baptiſtæ ſervantur, ſtatiſque diebus ſolemniter oſtenduntur quotannis. Ex hac Urbe prodiere B. Angelus Ord. Eremitarum, cujus corpus ſub ara maxima Eccleſiæ S. Auguſtini quieſcit, addita hac inſcriptione: *Hic B. Angeli de Scarpettis a Burgo S. Sepulchri Ord. Eremitarum S. Auguſtini corpus jacet viri ſanctitate perſpicui, pietate inſignis, miraculiſque clari. Anno* 1220. *virgo in Domino quievit*. B. Rayneriusde Strofilaris, qui obiit anno 1304. Kal Novembr. in ejus ſanctitatis teſtimonium campanis ſui Conventus ſponte perſonantibus. Incorruptum verò ſervatur illius cadaver, quamvis diutius in humido loco antea repoſitum fuerit. B. Angelus de Tarlatis diſcipulus D S. Franciſci. B. Angelus, unus ex tribus latronibus, quos meliorem ad frugem ipſe S. Franciſcus convertit. Beati Antonius. & Paulus de Robertis. B. Amicus Tarduccius. Hi omnes Franciſcani Ordinis diſciplinam profeſſi fuere. Præterea B. Andreas de Doctis S. Philippi Benitii Diſcipulus multis clarus miraculis obiit anno 1319. ad cujus tumulum apud ſuos legitur inſcriptio. *Heremi cultor Burgenſis ſplendor B. Andreas almæ Mariæ Servus*. B. Ubaldus Balduccius prophetico ſpiritu ditatus B. Andreæ diſcipulus anno 1283. mortuus. B. Hieronymus, ac B. Bartholomæus, ex eodem Servorum Ordine, qui in Conventu S. Angeli in Vado omnes tumulati ſunt. His addere eſt Beatos Joannem, & Nicolaum Pica gente ortos, B. Angelum, ac B. Petrum Minoritas. Sacris Reliquiis accedunt Icones nonnullæ inſigni veneratione excultæ; ex quibus præſertim Vultus ſanctus enitet, ſeu Salvatoris imago expanſis brachiis efficta, cujus

ori-

origo cum lateat, pia traditione creditum eſt eam aut prodigioſe allatam, aut a S. Luca effictam eſſe: materia certe, ac effigie ſimulachrum iſtum ſimile iis apparet, quæ Lucæ & Sirolii celeberrima habentur. Cultum maxime conciliat crebra, & nunquam intermiſſa gratiarum frequentia publicis præcipuè in neceſſitatibus. Tria alia Crucifixi ſimulachra excoluntur apud S. Rocchi ſocietatem, quæ & ſepulchri ejuſdem Domini noſtri Redemptoris imaginem adamuſſim exactam ſervat. Tria circumſtant Sanctuaria Mons Alverniæ, Cerbajulum, Mons Caſalis diuturna Sanctorum Franciſci, Antonii, & Bonaventuræ incolatu, eorumque & aliorum ſanctorum, ac Dei Servorum cellis, lectis, veſtibus, vaſis, aliiſque monumentis illuſtria. Templa omnia hujus Civitatis ornant picturæ clariſſimorum Artificum ſuorum præſertim Civium, quorum nomina Vaſarius, Baldinuccius, aliiq; Scriptores illuſtrarunt. Quatuor in Paroecias dividitur Civitas, quæ in Cathedrali, in S. Nicolai Monachorum Camaldulenſium, in S. Auguſtini, in Prioratu S. Jo: Baptiſtæ ſacramenta miniſtrant animabus, quæ cum novem millia, & ultra olim numerarentur, modo tria millia non attingunt. Quinque adſunt Sanctimonialium cœnobia, Benedictinum, Camaldulenſe, Clariſſarum Urbaniſtarum, earumdem arctioris obſervantiæ, ac ſeveriſſimæ diſcipiinæ Capuccinarum inſtituta profitentium. Octo virorum Clauſtra extant, Monachorum ſcilicet Camaldulenſium, Minorum Conventualium, Obſervantium, Capuccinorum duo. Auguſtinianorum, Servitarum, Presbyterorum Soc Jeſu, quibus adde Congregationem Oratorii S. Philippi Nerii, præter alia tum virorum, tum Fęminarum Cœnobia in Diœceſi. Abbatiæ quatuor intra Civitatem. Confraternitates Laicales ſeptem, cum nuperquatuor aliæ ſint ſuppreſſæ. Hoſpitalia quatuor. Domus piæ duæ a S. Franciſco Aſſiſienſi inſtitutæ, unde eleemoſynæ, dotes, alimenta pauperibus. Montes pietatis item duo. Seminarium anno 1714. erectum eſt, in quo duodecim circiter Alumni educantur. In Diœceſi Beneficia circiter centum, quibus animarum cura eſt annexa; totidem ſine cura. Oppida præcipua Plebs ſancti Stephani, ubi Collegiata cum octo Canonicis, & aliquot capellanis, Monterchium, & Abbatia Tebalda. Caſtra ſunt Caſtrum novum, caſtrum Soricis, Baldignanum, Brancialinum, Capreſe, ubi Totila Gothorum Rex mortuus fuit. Abbatia autem S. Mariæ in Balneo, cum caſtro S. Petri, & tota Valle Balnei, ejuſqve Beneficiis curatis, quæ juris eſt Monachorum Camaldulenſium, regiturque ab Abbate ejuſdem Ordinis nullius Diœceſis, Seſtinum etiam nullius Diœceſis Brugenſem Epiſcopum viciniorem reverentur, ſuoſque clericos ad eam, quandocumque opus eſt, approbandos ad animarum curam mittunt, & ordinibus inſigniendos. Abbatiæ Camaldulenſis S. Joannis Evangeliſtæ, cum in cathedralem erecta fuit, redditus ad ſcuta 1400. aſcendebant. Nunc ne quidem ejus ſummæ medietatem conficiunt. Erat Abbatia ipſa nullius Diœceſis, quamvis Epiſcopus Civitatis caſtelli perpetuis eam litibus vexaret: quin olim Abbas nedum ſpirituale, ſed temporale etiam jus in Burgum exercebat.

AD CAJETANOS

TOM. I.

Col. 529. lin. 58. *adde* a capite lineæ.

IV. LEO Cajetanus interfuit an. 861. Concilio Romano, cujus acta vide tom. 2. in Ravennatibus.

AD CALATINOS

TOM. VI.

Col. 441. lin. 51. *adde:*

URSUS Epiſcopus Calatinus anno 967. ſubſcripſit ſe in Inſtrumento conventionis inter ipſum habitæ, & Joannem Langobardum de quadam terra contigua Eccleſiæ S. Mariæ de Compulteria, ſcripto per Petrum Notarium anno 24. principatus D. Pandolphi. & 9 anno principatus D. Landolphi menſe Martio decima indictione. Circa idem tempus, Eccleſia Capuana Archiepiſcopali dignitate ſuffulta, Johannes I Archiepiſcopus primo anno ſui Archipræſulatus Urſo Epiſcopo Calatino, & ſucceſſoribus privilegium fecit, ac diœceſim diſtinxit. Quæ omnia clare patent ex memoratorio in hac Cancellaria Epiſcopali lit. V. num. 18. Eo ipſo anno 979. quo S. Stephanus ſucceſſor eſt ei datus, fuiſſe Urſum ab hac luce ſubtractum, indicat Bulla, & officium S. Stephani. *Maroccus*.

Col. 445. lin. 70. *adde*. in quadam membrana de anno 1060. mihi obſervata legitur. *Jaquintus Epiſcopus Calatinus*. Bullam Gerardi Epiſcopi Iſerninenſis, cui Jaquintus ſubſcripſit, referendam cenſeo ad annum 1047. *Maroccus*.

Col. ead. lin. 74. *adde*. Legi inſtrumentum permutationis factæ per Conſtantinum Epiſcopum Calatinum eodem anno 1098. menſe Januarii ſexta Indict. octavodecimo anno principatus D. Richardi glorioſi Principis. Hoc eodem tempore Caſtrum Sclavorum Calatinæ Diœceſis inhabitaſſe S. Anſelmum Archiepiſcopum Cantaarien. ibique ſcripſiſſe opus: *Cur Deus homo*: & alia mirabilia feciſſe, teſtatur Eadmer. in ejus vita. *Maroccus*.

Col. 446. lin. 5. *adde*. Vivebat Petrus menſe Februario 1108. Emortuale diem ejus obitus ſignat 20. Febr. *Maroccus*.

Col. ead. lib. 9. *adde*.

URSO, vel URSUS II. Epiſcopus Calatinus memoratur in oblationibus ſuæ Eccleſiæ factis per Raynulſum Comitem Calatiæ anno 1117. 1119. 1122. & 1124. quæ ſervantur in Cancellaria Epiſcopatus, ac in membrana de anno 1131. in arca Capitulari Calatina. Hujus forſan obitus notatur in Kalendario defunctorum die 4. Martii. *Maroccus*.

Col. 447. lin. 11. *adde*.

Hic forſan eſt Willelmus ille Epiſcopus, qui anno 1156. cum Romualdo Archiepiſcopo Salernitano, & Marino Abbate Cavenſi pacem compoſuit inter Hadrianum IV. Papam, & Willelmum Siciliæ Regem, licet Calanus pro Calatiano ſcribatur in actis ejuſdem Hadriani relatis à Baronio ad hunc annum. Fuiſſeque patria Calatinam filium Manſonis, atque fratrem Landulfi militis ex Archivo Cavenſi docet Ughellus, qui credit eumdem Willelmum una cum Veſtano Epiſcopo ſimoniacum repertum, de ſede ejectum anno 1166. eique ſubſtitutum Joannem, qui anno 1175. à Willelmo Rege confirmationem bonorum Eccleſiæ ſuæ accepit. Quod, ni ſequentibus adverſaretur, haud inficiarer. *Maroccus*.

Col. ead. lin. 24 *adde*.

WILLELMUS II. Raymi filius, & Marci Militis germanus frater, Calatiæ ſuæ patriæ fuit delectus Epiſcopus. In membrana enim de anno 1170. habetur queſtio homagii Joannis de Stabile inter Willelmum Epiſcopum, & filium Petri de Onfrido olim Calatiæ Straticorum; necnon Willelmum de Manſo quondam fuiſſe jam fatæ Civitatis Antiſtitem. Vivebat etiam ex monumentis ejuſdem Eccleſiæ ann. 1171. 1176. & 1177. atque ex hac vita migravit V. Idus Januarii 1181. ex Emortuali Monaſterii Monialium S. Joannis de Capua, vel die 12. Januarii, ut habet Kalendarium noſtrum. *Maroccus*.

Col. ead. lin. 27. *adde*.

DOFERIUS Epiſcopus Calatinus, quem Ughellus nominat Rofferium, ſive Goffredum, ſucceſſit Willelmo. Legi namque duo inſtrumenta conceſſionum a Doferio Epiſcopo factarum, alterum de anno 1183 alterumque de anno 1184. Haud compertum habeo, an hic fuerit ille idem Doferius, qui fuit Archiepiſcopus Barenſis circa annum 1200. cujus memoria eſt in noſtro Kalendario defunctorum ſub die 3. Martii. Verumtamen emptio facta per capitulum Calatinum anno 1203. de pecunia Dodæ ſororis Doferii Baren. Archiepiſcopi, affirmanti conjecturæ favere videtur. *Maroccus*.

Col. ead. lin. 34. *adde*.

JOANNES, male ab Ughello dictus *Urſus*, diu adminiſtravit Calatinam Eccleſiam; cum plura reperiantur in noſtratibus Archivis de ipſo documenta ab anno 1195. ad 1224. in quo fuit ex hac luce ſubtractus die 1. Septembris, ex emortualibus hujus Cathedralis Eccleſiæ, & S. Mariæ Monialium Capuæ. Sub hoc Præſule acceſſerunt ejus Epiſcopali menſæ prædia in Caſtro Campaniani anno 1197. ex oblatione facta per Joannem Stinconium Militem habitatorem ejuſdem Caſtri, dum ſe conferre vellet ad viſitanda ſacra loca Hieruſalem. Anno 1199. cecidit Eccleſia Cathedralis, ut notatur in noſtro citato Kalendario ſub die 28. Novembris per hæc verba: *In vigilia adventus Domini cecidit Epiſcopium Calatinum*. *Maroccus*.

Col. ead. 1269. lin. 46. *adde*.

JACOBUS Almundi civis Calatinus, filius Jacobi Almundi, & Perſoyſæ, ac fratris Thomaſiæ uxoris D. Bartholomæi de Fontanaroſa, patriæ fuit Epiſcopus adlectus, atque Joanni ſubrogatus. Ejus Eccleſia tunc temporis propter bellorum diſcrimina erat admodum redditibus diminuta; quamobrem menſe Auguſti 1231. per Capitulum Cathedralis fuit ei annexa Eccleſia S. Marci de Dracone, atque unionem hujuſmodi paulo poſt confirmavit Gregorius IX. ſequentibus Apoſtolicis literis.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili Fratri Epiſcopo Cajacten. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota, quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Eapropter Venerabilis in Chriſto frater tuis juſtis precibus grato concurrentes aſſenſu, Eccleſiam S. Marci de Dragone cum pertinentiis ſuis ad Eccleſiam tuam, ſicut aſſeris, pleno jure ſpectantem, Capituli tui accedente conſenſu menſæ tuæ uſibus deputatam, ſicut eam juſte, ac pacifice poſſides, & in tuis, & Capituli prædicti literis plenius dicitur contineri, tibi, & per te ipſius menſæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Lateran. III. Id. Martii Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Jura Eccleſiæ continuo tutatus eſt; & cum Romano Pontifici adhæreret adverſus Fridericum II. Imperatorem, ab hoc exilio mulctatum fuiſſe tradunt an. 1239. licet quamprimum patriæ reſtitutum conjiciam ex monumentis. Teſtamenti tabulas condidit Capuæ die 20. Aprilis 1253. in quo heredem ſibi inſtituit Thomam Thomaſiæ ſuæ ſororis filium, ibique defeciſſe creditur; cum ejus obitus in noſtro Kalendario notetur die 8. Maii 1253. *Maroccus*.

Col. ead. lin. 53. *adde*.

ANDREAS Richardi, & Mariæ filius Epiſcopus Calatinus ab anno 1257. ad 1272. in quo legatis unciis auri decem pro conſtruendo pulpito in Eccleſia Cathedrali, aliiſque unciis quindecim pro comparanda Jeſu Chriſti Crucifixi imagine, ad inſtar alterius tunc Sueſſæ exiſtentis, deceſſit die 18. Julii, ex relato Kalendario defunctorum. *Maroccus*.

A Col. ead. lin. 73. *adde*. Hoc ipſo anno 1275. die 23. Auguſti Joannem vitæ finem impoſuiſſe, innuit præfatum Kalendarium. *Maroccus*.

Col. 448. lin 9. *adde*.

ANDREAS II. Calatiæ Epiſcopus fuit ordinatus eodem anno 1275. Extremum ſuum diem clauſit 26 Febr. 1283. ex noſtro emortuali. *Marocc.*

Col. ead. lin. 54. *adde*. Quamquam Ughellus doceat hunc defunctum fuiſſe die 26. Maii, datum fuit mihi inſpicere donationis Inſtrumentum menſe Junii 1308. per eumdem Petrum Epiſcopum factæ Petronæ ejus nepti, ac uxori Rogerii Notarii Nicolai Priſtore Calatini. Ejus obitus rectè deſignatur in Kalendario die 26. Junii 1308. *Maroccus*.

Col. 449. lin. 34. *adde*. In Membrana exarata an. 1308. menſe Decembri, & exiſtente in Arca Capitulari Calatina, habetur Epiſcopus Thomas de Paſchaſio. Cum nobili viro Guillielmo de Sabrano Comiti Ariani, ac Terræ Laboris, & Comitatus Moliſii Juſtitiario pro parte Regia fidelita-
B tis, & D. Johanni Clinetto filio Calatiæ Domino aſſecurationis ſacramenta præſtare conſtanter renuiſſet, ipſeque ea de re banno ſubmiſſus, ipſiuſque bona ſequeſtrata fuiſſent, demum die 24. Aprilis 1325. per nobilem virum Philippum de Caſtropagano ſucceſſorem Juſtitiarium proceſſus contra præfatum D. Epiſcopum formatus, irritus declaratus fuit, & inanis, his præviis Regis Roberti literis.

Robertus Dei gratia Rex Jeruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ Forcalquerii, ac Pedimontis Comes. Juſtitiario Terræ Laboris, & Comitatus Moliſii fideli ſuo gratiam, & bonam voluntatem.

Venerabilis Pater Thomaſius Dei gratia Cajacitanus Epiſcopus fidelis noſter nobis nuper expoſuit, quod pridem, dum in partibus Provinciæ ageremus, quædam noſtræ literæ ad Carolum primogenitum noſtrum, Ducem Calabriæ, noſtrumque generalem Vicarium proceſſerunt, ut proceſſum habitum per Nob.
C *virum Guillielmum de Sabrano Ariani Comitem tuum tunc in eodem officio præceſſorem auctoritate quarumdam literarum Ducalium, quæ manaverant contra exponentem præfatum, quia citatus coram eodem Præſide, ſibi pro parte Regia fidelitatis, & quondam Johanni Clignetto Cajaciæ D. aſſecurationis Sacramenta præſtare, comparere neglexerit, Dux idem in irritum faceret revocari. Sed ut habet ſubjuncta poſitio, literæ noſtræ præfatæ nondum effectum debitum ſunt adeptæ; nec bonorum annotatio dicti Epiſcopi facta per Juſtitiarium nominatum occaſione præmiſſa eſt, ſicut aſſeritur, revocata in ipſius Præſulis, & Eccleſiæ præjudicium, & gravamen, ſuper quo noſtra proviſione petita, fidelitati tuæ præſentium tenore mandamus, quatenus, ſi præmiſſis veritas ſuffragetur, præfatas noſtras literas, quantum ad bannum, quod per dictum Comitem contra eumdem Præſulem latum ponitur, & annotationem bonorum ſuorum, ſeu ejus majoris Eccleſiæ pertinent, cures executioni debitæ demandare. Da-*
D *tum Neapoli per Johannem Grillum de Salerno Juris civilis profeſſorem Locumtenentem Prothonotarii Regni Siciliæ anno Domini 1324. die 9. Julii VII. Indict. Regnorum noſtrorum anno ſextodecimo.*

Anno 1328. die 3 Januarii nonnulla ſtatuta, & conſtitutiones pro bono ſtatu Capituli Cathedralis Eccleſiæ ordinavit. Deceſſit tandem die 15. Auguſti 1333. prout habet Kalendarium, cui concordant ſequentes Capitulares literæ, quas agentes de futuri Pontificis electione, non injucundum fore hic legendas tradere putavimus.

Nos Siſinus Archidiaconus Cayactanus, & Capitulum majoris Cayactanæ Eccleſiæ dilectis in Chriſto Abbati Symoni de Raymo de Albintaello, Domino Andreæ Martini de Limatula, & Abbati Johanni Judicis Philippi de Coſerta ut dicitur Cayactanis Canonicis ſalutem in Chriſto ſalutis auctore.

Cum recolendæ memoriæ D. Thomaſius q. Epiſcopus Cayactanus quintodecimo die præſentis menſis

au-

Auguſti primæ Indict. quod non ſine grandi mentis amaritudine referimus, natura ſolvens debitum, ſpiritum ſuo reddiderit Creatori. Nos ipſius corpore tradito reverenter Eccleſiaſticæ ſepulturæ, nolentes, quod noſtra Eccleſia Paſtoris exiſtat ſolatio deſtituta, diem Jovis nonamdecimum præſentis menſis Auguſti præſentis primæ Indict. cum continuatione omnium ſequentium concorditer præfiximus ad electionem futuri Pontificis in noſtra majori Cayactiana Eccleſia, ſi commode fieri poteſt, celebrandam, & ad omnia alia peragenda, quæ dictum electionis negotium contingere dignoſcuntur. Ut igitur ignorantiam prædictorum prætendere nequeatis, vobis præfixionem hujus termini duximus intimandam: monentes vos, & veſtrum quemlibet requirentes, quatenus dicta die Jovis de mane ante horam tertiæ hora Capituli, quam diem, & horam cum omnibus diebus ſequentibus, quouſque ipſius electionis negotium fuerit expeditum, vobis, & veſtrum cuilibet tenore præſentium aſſignamus, ut ad majorem Cayactianam Eccleſiam, ut moris, veniatis una nobiſcum de futuri electione Pontificis tractaturi, & in ipſius electionis negotio modo debito proceſſuri. Alioquin vobis non expectatis, nec alterius, & ſi prædictus terminus prorogatus fuerit, convocatis, in hujuſmodi electionis negotio procedemus, veſtra, & veſtrum cujuslibet abſentia non obſtante. Ad iſtas autem litteras præſentandas, necnon vos, & veſtrum quemlibet citandos, & requirendos Dominum Symonem Jo: de Gerardo de Cayactia Cayactianam Canonicum, & dicti Capituli ad hæc prędicta exequenda nuntium juratum latorem ipſarum ſpecialiter duximus deputandum. In cujus rei teſtimonium, & prædictorum omnium certitudinem, & cautelam, ac aliorum omnium, quorum intereſt, vel intereſſe poterit, præſentes patentes litteras exinde fieri fecimus ſigillo noſtrum Archidyaconi, & Capituli communitas. Datum Cayactiæ in noſtra majori Cayactana Eccleſia die ſextodecimo præſentis menſis Auguſti præſentis primæ Ind.

C Col. eud lin. 58. *adde*. Sub Clemente VI anno 1352. fuit requiſitus pro ſubventione per univerſum Clerum Calatinum contribuenda Guillielmo Archiepiſcopo Bracharenſi Apoſtolicæ ſedis Nuncio, qui cum D. Petro de ſancto Martiali in Regno Siciliæ citra Pharum gravia, & eidem Regno utilia negotia per novem circiter menſes proſecutus fuerat. Utque ſententiæ ſuſpenſionis, & interdicti, quibus Calatina Eccleſia anno 1359. irretita tenebatur, demum revocarentur, Joannem Epiſcopum, ejuſque Capitulum, & Clerum Reginaldo Archiepiſcopo Capuano charitativum ſubſidium ſolviſſe conſtat his literis.

Reginaldus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia electus, confirmatus, & conſecratus Capuan. jam dictæ ſedis Nuncius. Reverendo in Chriſto Patri, & Domino Domino Johanni eadem gratia Cayactian. Epiſcopo ſuffraganeo noſtro ſalutem in Domino ſempiternam. Cum pro ſubſidio charitativo, quod ſacrum alio nomine nuncupatur, taxato, & impoſito, D *vobis nomine menſæ veſtræ, Capituli, & totius Cleri Civitatis, Diœceſis Cayactian. ſententias ſuſpenſionis, & interdicti, ac etiam vos, Capitulum, & Clerum, atque vos noſcimus a jamdiu temerarie incurriſſe, prout per litteras, & proceſſus noſtros inde factos ſerioſius, & latius continetur. Tamen propter obedientiam, quam noviter oſtendiſtis nobis, & noſtræ Cameræ de dicto charitativo ſubſidio, quatuor uncias ſolvendo, & etiam caſum fortuitum vobis diebus non longe præteritis evenientem, atque ad devotionem noſtram, quam præcipue vos, veſtrum Capitulum, Clerum, atque totum populum veſtræ prædictæ Civitatis erga nos, & noſtram ſponſam Eccleſiam Capuanam jamdiu habuiſtis, nunc etiam, ut per veſtras literas patet, habetis, habendo reſpectum, ad ſolvendum reſiduum dicti noſtri charitativi ſubſidii uſque per totum futurum menſem Julii præſentis 12. Indict. terminum gratioſiſſime prorogamus. Nihilominus abſolvendi vos, Canonicos Capituli veſtri, & Clericos totius veſtrę Civitatis, & Diœc. recepto ab unoquoque in forma Eccleſię de ſtando mandatis Eccleſiæ juramento, providis, & diſcretis viris D. Lucæ Archidiacono, & Donno Barbato Primicerio Eccleſiæ veſtræ prædictæ, prius ipſis abſolutis per nos, ac recepto prius ab unoquoque ipſorum de ſtando, & parendo mandatis juramento, conceſſimus, & concedimus tenore præſentium facultatem, & auctoritatem. Adjecto, quod ſi infra prædictum terminum, totum reſiduum dicti noſtri charitativi ſubſidii, prout in noſtro proceſſu continetur, non ſolveritis integraliter, & cum effectu, volumus trina monitione Canonica præmiſſa, Capitulum, & Clerum veſtrum, ac etiam vos ſententias ſuſpenſionis, interdicti, & excommunicationis incurrere ipſo facto, prout noſtris proceſſibus alias per nos factis, & vobis tranſmiſſis clarius, & ſerioſius continetur. Dat. Neapoli in hoſpitio Mon. Cavea. Anno Dom. M. CCC. quinquageſimo nono die 13. menſis Aprilis prædic. XII. Ind. Ss. in Chriſto* B *Patris, & D. D. Innocentii Divina providentia Papæ VI. anno ſeptimo.*

Abſolvit denique Joannes ſuæ vitæ periodum die 21. Aprilis, ex Kalendario. *Maroccus.*

Colum ead. lin. 64 *adde*.

ROGERIUS habetur Epiſcopus Calatinus in membranis de ann. 1362 1363 1364. 1365 1371. 1372 1374. 1375., quo defunctum die 3. Martii perhibet noſtrum Kalendarium. Qua autem pacto potuit præfuiſſe Gregorius ad annum 1368 Ughello memoratus, haud ſcio, ni forte parva diſſimilitudine notarum Gregorium pro Rogerio legerint. *Maroccus.*

Col 450. lin. 3. *adde*.

FRANCISCUS Ordinis Minorum reperitur Epiſcopus Calatinus anno 1376. & 1377 Verum anno ſequenti, cum adhæreret Clementi VII. Antipapæ, fuit hac ſede privatus a Papa Urbano; prout ex ejuſdem Pontificis bulla data anno pr. Pontif. Urbani VI. die 5. Novembris a ſe ipſo obſervata ap-
C parere dixit Ughellus. Sed de Martino noſtræ chartulæ verbum nullum. *Maroccus.*

Col. eud. lin 8. *adde*.

BARTHOLOMÆUM legi huic ſedi præfuiſſe in Membranis de anno 1382 die primo Februarii, & de anno 1385. eumdemque vivere deſiiſſe 1301. *Maroccus.*

Col. ead. lin. 24. poſt verbum JOANNES adde *Sinravo*.

Col. eud. poſt lin 43. *adde*.

ANTONIUS de Henrico, civis Calatinus, Stephani filius. Primicerius hujus cathedralis Eccleſiæ, atque capellanus Sereniſs. Regis Neapolis Alphonſi I. anno 1443 a D D. Alphonſo Avolo ejuſdem D. Regis Majori capellano, ac in Regno pro Rev. Camera Apoſtolica Collectore generali, ſubcollector per Provincias Aprutii fuit deputatus. Calatiæ Epiſcopus creatus ædes in oppido Pontis Catonis. & Caſtro Campaniani ſuæ diœceſis, ſibi, & ſucceſſoribus conſtrui mandavit. Chorum Ge-
D gorianum ſpecioſis cœlaminibus exornavit cum hac inſcriptione Langobardicis elementis:

Hoc opus ff. Dom. Dom. Antonius de Henrico de Cayactia tempore ſui Epiſcopatus ſub anno Dom. M. CCCCLIII.

Quaſdam decimas a ſua menſa olim diſtractas, & in beneficium redactas, ad eamdem auctoritate Apoſtolica revocavit, his mediantibus literis.

Bartholomęus miſeratione Divina tituli S. Clementis Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Raven. in Regno Siciliæ citra farum Apoſtolicæ Sedis Legatus &c. Rev. in Chriſto Patri A. Epiſcopo Cajatenſi ſalutem in Domino ſempiternam.

Nuper pro parte veſtræ Paternitatis fuit nobis humiliter ſupplicatum, cujus ſupplicationis tenor continebat; quod cum Eccleſia veſtra Cajacen. ab antiquo habuerit ex Indulto Imperatorio decimas demaniales Civitatis Cajacen. quarum extant, ut aſſeritur, privilegia, & ſcripturæ authenticæ, inter

…uas decimæ demaniales fuerunt, prout & ſunt decimæ dicti molendini Petramala Cajacen. Diœceſis; quæ quidem decimæ dicti molendini alias per prædeceſſores veſtros aliquando fuerunt alienatæ, donatæ, ſeu conceſſæ aliis extra menſam Epiſcopalem. Nunc per Paternitatem tuam, quæ continue vacat augmento, & recuperationi bonorum Eccleſiæ tuæ, reductæ fuerunt dictæ decimæ præfati molendini, ut debitum eſt, ad menſam Epiſcopalem Cathedralis Eccleſiæ veſtræ præfatæ, quæ nunc eas poſſidet, & tenet, ſupplicatur, ut dictam reductionem præfatarum decimarum molendini Petramalę per vos debite factam authoritate Apoſtolica confirmare, approbare, & de novo reducere dignaremur. Nos igitur attendentes, quod illud eſt præcipuum officii noſtri, ut Eccleſias, & bona Eccleſiæ omni, qua poſſumus facultate, & favore defendamus, & manuteneamus: maxime quia res de facili redit ad naturam ſuam, laudantes præfatam reductionē dictarum decimarum præfati molendini Petramulæ, utpote debite, & juſte factam ad Eccleſiam, & menſam Eccleſiæ Cathedralis veſtræ Cajacen. cum authoritate Apoſtolica, & noſtro legationis officio approbamus, & confirmamus, ac de novo etiam reducimus ad præfatam Menſam Epiſcopalem veſtræ Cajacen. Eccleſiæ præfatas decimas dicti molendini Petramalæ cum omnibus juribus, fructibus, & proventibus ſuis, confirmantes, & approbantes poſſeſſionem, ſeu quaſi poſſeſſionem dictarum decimarum ipſi menſæ veſtræ Epiſcopali, ac etiam de novo poſſeſſionem, vel quaſi vobis præfato Epiſcopo Cajacen. concedentes dictarum decimarum ad veſtra jura reductarum. In quorum fidem, & ad perpetuam rei memoriam, & diuturniorem cautelam præfatæ reductionis, & confirmationis præſentes has patentes literas noſtras ſcribi fecimus, & regiſtrari, noſtrique Pontificalis ſigilli juſſimus appenſione muniri. Datum Neapoli in Archiepiſcopali Palatio die 19. menſis Septembris milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quinto, Pontif. Ss. in Chriſto Patris, & D. noſtri D. Pauli Divina providentia Papæ II. anno ſecundo. F. Puten. Vixit in Epiſcopatu ann. 27. & dies 2. migravitque ex hac vita Calatiæ die 24. Aprilis 1472. pleriſque bonis teſtamento relictis ſuæ majori Eccleſiæ in qua ſepultus fuit infra Chorum. Lapis vero, qui claudebat tumulum, & noſtris temporibus ſepulturæ Canonicorum eſt appoſitus, hanc continet inſcriptionem.

Præſulis Antonii de Henricis civis Calatini hac in fovea oſſa quieſcunt, qui diem ſuum in Domino clauſit ſupremam. M.CC CCLXXII. XIV. Aprilis.

Maroccus.

Col. 451 lin. 20. *adde*. Valvis Cathedralis atrium ex marmore artificioſe cælatum conſtrui mandavit, in quo inſpiciuntur hinc inde ſui generis inſignia cum inſcriptione.

Memorare tria noviſſima MCCCCL-XXXXIIII.

Ejus obitus notatur in Kalendario die 5. Septembris, & cum quaſdam Bullas ſub die 28. Auguſti 1506. ab ipſo expeditas legerimus, & anno ſequenti Vincium huic Eccleſiæ fuiſſe præfectum, defunctum fuiſſe die 5. Septembris 1506. nos affirmare oportet. *Maroccus.*

Col. 460 poſt lin. 20. *dele* additionem ibi poſitam, & ſequentem *repone*.

ADDITIO.

JOSEPH Petagna, Neapolitanus, Parthenei Regiæ Cameræ ſummariæ Præſidentis, & Johannæ Camporæ filius, ab Alexandro VII. electus fuit Epiſcopus Calatinus die 15 Ianuarii 1657. In ſynodo habita anno 1667 multa laudabilis decreta promulgavit. Longo temporis intervallo hanc rexit Eccleſiam, etenim deceſſit Neapoli feria III. die 2. menſis Septembris 1679. & fuit ſepulturæ traditus in Templo Divæ Thereſiæ Patrum Diſcalceatorum in Suburbio Plagæ. Non modica pars magni peculii ab ipſo relicti à Pont. Max. in ſubſidium

A fidelium copiarum contra Turcas fuit deinde converſa.

LV. JACOBUS Villanius, Joannis filius, Ariminenſis, utriuſque juris laurea decoratus, cum apud Helvetios Nuncii Apoſtolici fuiſſet Auditor, per ejuſdem obitum ab Innocentio X. Internuncius fuit electus, & deinde Avinioni Laurentii Curſii Vicelegati Auditor Generalis. Statum Meſſerani, Aſſiſium, Imolam, Ravennam, aliaque loca ſedi Apoſtolicæ ſubjecta bonis legibus gubernavit. Et cum nonnullarum Eccleſiarum ſibi oblatarum regimina renuiſſet, anno demum 1679. die 29. Octobris, quo Calatiæ agitur ſolemnitas Divi Stephani ejus Antiſtitis, huic fuit ſucceſſor delectus ab Innocentio XI., & conſecratus in Templo ſanctæ Mariæ in Vallicella per manus D. Cardinalis Creſcentii die 30 Novembris. Ejus vero feſtivus ingreſſus, ac Epiſcopatus poſſeſſio incidit in diem 17. Januarii 1680. Sequenti autem anno conſtitutiones Synodales publicari mandavit, aliaque B pietatis, & juſtitiæ officia laudabiliter exercuit. Cumque tranſegiſſet annos 85. menſ. 9. dies 13. in Epiſcopatu vero annos 11. dies 7. vivere deſiit die 5. Novembris 1690. & in ſacello Divæ Mariæ hujus Cathedralis Eccleſiæ in tumulo, quem ſibi vivens paraverat cum ſequenti inſcriptione, fuit reconditus.

D. O. M.
Jacobus Villanius Ariminen.
Epiſcopus Calatinus
Sibi, & ſucceſſoribus poſuit
Anno ſal. MDCLXXXV.

LVI. JOANNES Baptiſta de Comitibus, Florentinus, Auditor Eminentiſſ. Cardinalis Dominici Mariæ Curſii in legatione Æmiliæ, deſignatus Epiſcopus Calatinus ab Alexandro VIII. anno 1691 dum Romam proficiſceretur, valetudine, & in Urbe vita functus fuit menſe Julio ejuſdem anni, ſepultuſque in Eccleſia S. Petri in Monte aureo, in qua hoc legitur epitaphium.

C *D. O. M.*
Jo: Baptiſtæ de Comitibus Florentino literarum cultu, lenitate morum, integritate, & juſtitiæ gloria vel plurimis veterum conferendo, Eminentiſs. Cardinalis Curſii fere omnes Apoſtolicæ dignitatis, & ditionis Romanæ gradus cum laude adepti aſſiduo Auditori, eumque in Æmilia legatione in civilibus locumtenenti, deſignato tandem Epiſcopo Calatino, ac defuncto in Curia die XV. Julii M. DCXCI.
Joannes Baptiſta Ferras, Matthias de Grazaleis, & Auguſtinus Monannus grati animi monumentum poſuere die 1. Maii M. DCXCII.

LVII. FRANCISCUS Boneſana, Patricius Mediolanenſis, ex Clericis Regularibus, cum in Regno Poloniæ Commiſſarii Apoſtolici munere in bello contra Turcas ſedulo functus eſſet, ab Innocentio XII. electus Epiſcopus Calatinus, Romæ D conſecratus fuit die 7. Aprilis 1692. Neapolim pervenit die 1. Maii, ibique ab Archiepiſcopo Jacobo Cardinali Cantelmo hoſpes exceptus (& prout eorum neceſſitudo expoſcebat) innumeris favoribus tunc, & in poſterum eſt honeſtatus. Die vero 15. jam fati menſis Maii, ejus ingreſſum ſolemni plauſu celebravit Eccleſia Calatina, cujus poſſeſſionem jam pridem per nuncium adeptus fuerat. Diœceſanam ſynodum coram omni Clero, & populo edidit die 23. Novembris 1693. Memorati Cardinalis opera ad Novocomenſem in Inſubria evectus Eccleſiam, hanc proprio Præſule orbatam reliquit die 20. Novembris 1695. Illic diu præfuit uſque dum apoplectico morbo correptus, in ſua Diœceſi ſpiritum Deo reddidit 21. Decembris 1709. atque ob ejus laudabilem memoriam die 22. Januarii 1710 funebri pompa Calatina Eccleſia illi juſta perſolvit.

LVIII. MAJORANUS Filioli, Melphicten

ſis, ex Donato Antunio, & Margarita Muſcara nobilibus parentibus genitus, die 9. menſis Aprilis 1640 liberalibus diſciplinis adoleſcens operam dedit, & deinde adultus, habitu ſæculari propter adverſam valetudinem exutus, conjugiumque conſulto reſpuens, & Clericalem habitum ſuſcipiens, Cathedrali Eccleſiæ ſe addixit. In ea primo Theſaurarii, inde Archidiaconi munere digne functus, Vicarius Generalis à Carolo Loffredo Melphictenſi Præſule eſt creatus. Cum autem idem Carolus ad Barenſem Archipræſulatum fuiſſet aſſumptus, Capitularium voto Vicarius delectus extitit, & iterum generalis à Petro Vecchia Veneto Melphictenſi Eccleſiæ ſobrogato, poſt cujus deceſſum mox Capitularis præfuit. At ſede Calatina ſuo viduata Paſtore ex tranſlatione Franciſci Boneſana ad Novocomenſem, Innocentius XII. Majoranum Calatiæ nominavit Antiſtitem, qui die 20. Februarii 1696. creatus, ac 26. ejuſdem in Eccleſia Divi Sylveſtri in Quirinali ab Eminentiſs. Cardinali de Petrucciis conſecratus Epiſcopus die 24 ſequentis Martii per mandati literas præfatæ Sedis poſſeſſionem apprehendit, atque hanc ſuam reſidentiam ingreſſus fuit die 14. Aprilis. Synodum ſolemnem habuit die 17. Maii 1705. Templum, & aulam operoſis fabricis decoravit. Laquearia, & organum, quæ ipſemet noviter in Eccleſia majori conſtrui fecerat, picturis, auroque exornari curavit. Artificioſam aram marmoream immodico ſumptu in eadem Baſilica elaboratam, ac prælatam die 14. Decembris 1711. Joſeph Epiſcopus Caſertanus conſecravit. Cum pauperibus ultra tertiam partem reddituum ſuæ Epiſcopalis menſæ continuo elargitùs eſſet, haud immerito comploratus fuit ab omnibus Diœceſanis ejus tranſitus ex hac vita, qui accidit Calatiæ die 27. Maii 1712. fer. VI. hora 12 conditis prius teſtamenti tabulis. Vixit ann. 72. menſ. 1. dies 18. In Epiſcopatu verò annos 16. menſ. 3. dies 7. Poſtridie autem cadaver per Civitatem in Epiſcopium illatum lugubri apparatu, jamſcripti Caſertani Epiſcopi interventu decorato, in tumulo, quem Jacobus Villanius prædeceſſor ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus poſuerat, ſepultus eſt, hujuſmodi in ſacello exculpto Epitaphio.

D. O. M.
Majoranus Filioli Patritius Melphictenſis
Ibidem Archidiaconus, & Vic. Generalis
Epiſcopus Cajacenſis meritiſſimus
Qui ut bonus Paſtor factus forma gregis ex animo
Gregem ſuum unice amavit, & pacifice rexit,
Sibi parcus, Eccleſiæ, & pauperibus munificus,
Totique beneficus Civitati,
Et ut vixit,
Religioſe deceſſit VI. Kal. Junii An. ſal. M.DCCXII.
Ætatis LXXII. Præſul. XVI.

In poſterioris parte Altaris majoris Eccleſiæ Cathedralis altera extat inſcriptio.

Altare hoc majus
Ab Illuſtriſs., & Rever. D. D. Majorano
Filioli Epiſcopo Cajacenſi extractum
Ab Illuſtriſs. & Reverendiſſ. D. D. Joſepho
Schinoſi Epiſcopo Caſertano ſolemni
Rita conſecratum die XV. menſis Decembris
A. D. M. DCCXI.

In Eccleſia Divæ Mariæ gratiarum Ordinis Min. S. Franciſci ſtrictioris obſervantiæ extra mœnia Calatiæ ejuſdem Majorani hoc legitur monumentum.

D. O. M.
Hic jacent oſſa, & cineres Nicolettæ
Dominici Nobilivati Surrentini Patricii
& Corneliæ Girondæ
Ex Cannenſibus Marchionibus filiæ,
Dominici Filioli
Melphictenſis Patritii uxoris,
Nicolai Filioli
Et Aloyſiæ de Salernis
Ex Marchionibus Roſæ nurus,
Quam nec juventus
Nec ſanguinis, nec ingenii nobilitas,
Nec virtutum præſtantia
Ab immatura morte vindicarunt.
Majoranus Filioli Epiſcopus Cajacenſis
Dilectiſſimæ Nepti
Ob oculos ſuos defunctæ mœrens
Juvenibus amorem ſæculi ſectantibus
Pius, & miſericors Pater
M. P.
A. D. M. DCCIX.

LIX. JACOBUS ex claro Falconiorum genere, & olim in Romana Republica patricio, atque conſulari, quod in Hiſpaniam antiquitus tranſgreſſum, ubi celebre per multa extitit ſæcula, ad priſtinos lares incolendos iterum fuit revocstum, dum Alvarus Falconius vir Joannæ de nobili familia de Norognia ad Luſitaniæ Regis negotia peragenda Romam tranſmigravit. In antiquo decore illic familia confirmata, Gabriel, & Jacobus filii, ille in Almæ Urbis Senatoris, hic in Conſervatorii munus adſciti fuerunt, prout monumenta in Templo Divæ Praxedis abunde teſtantur. Inter deſcendentes ex eodem Alvaro adnumerantur inſuper Julius Falconius ſacræ Conſultæ Seeretarius, Pater D. Juvenalis eximius Orator Apoſtolicus, plurieſque Generalis ſuæ Religionis Clericorum Regularium S. Pauli, pro qua Aſſiſtens generalis in Urbe deceſſit, Henricus Falconius pro Hiſpanu Rege Tribunus militum apud Belgas, cujus cum laude meminit Famianus Strada in ſua hiſtoria. Ex præfato Jacobo ſeniore progenitus Vitus, Ser. Odoardo Parmenſium Duci Auditor Generalis inſervit in ditione ſtatus Caſtri, & Roncilionis, in cujus Sereniſſimi Ducis obſequium Civitatem Ducalem in Valeria de ejuſdem Principis jure inhabitavit. Hinc ut reliquos hujus familiæ inclytos viros prætercam, Carolus filios Magdalenam Paganam de Urſinis uxorem duxit, & in Theatina Aula Regius Auditor inde cum prærogativa Judicis magnæ Curiæ eidem Aulæ diu præfuit, eumque Ritum in Romana Curia Advocatum, Gabrielem in patriæ militiæ urbanæ præfectum, Michaelem Cathedralis Eccleſię Propoſitum, & Joſeph nunc digniſſimum Epiſcopum Ortonen. procreaſſet, defuncta Magdalena conjuge, Epiſcopus Caſtellanetæ creatus fuit. Petrus alter Viti ſenioris filius pleraſque Civitates Regias rexit, & denique obiit Brunduſii, dum illic Rectoris, & Tribuni militum munere fungeretur. Honufrius memoratorum Caroli, & Petri germanus frater ſibi in matrimonium junxit Margaritam ex gente Carlucia in Civitate Ducali celeberrima, ex ejuſdem Chronicis, & hiſtoria oppidi Cantalitii ab eadem familia conſtructi, & in qua Regiam Cancellariam Regentes eminuerunt. Ex hoc inſigni connubio ſunt exorti Franciſcus Maria jam Auditor Eminentiſs. Cardinalis Caraccioli tum Viceſgerentis, tum Ss. D. Clementis XI. Vicarii, & Jacobus hujus Eccleſiæ Calatinæ nunc egregius Antiſtes. Hic prius Vicarii Capitularis, deinde Generalis in Civitate Caſtellana munus ſubiit. Poſtmodum Eminentiſſ. Cardinalis Tanarii in Diœceſi Novandolana Vicarius, inde Auditor Generalis in Alma Urbe, demum Metropolitanam Eccleſiam Capuanam vice Em. Archiepiſcopi Caraccioli decem annorum ſpatio optime gubernavit, donec die 14. Martii 1718. ad hanc Cathedram fere per ſeptennium Paſtoris ſolatio deſtitutam à Clemente XI. fuit promotus, & Romæ in Templo Divæ Mariæ de Scala à prædicto Em. Tanara conſecratus. Die 4. Decembris 1718. per Procuratorem fuit in poſſeſſionem hujus Epiſcopatus immiſſus, & die 13. Calatiam profectus, die 18. ſolemni ritu, & pompa in illam exceptus eſt, habita oratione à Canonico Ferrazzano. Inſunt huic noſtro Præſuli non modo qualitates cunctæ ab Apoſtolo Paulo requiſitæ, verum etiam virtutes omnes, quarum ſingulæ in ſuis prædeceſſoribus fuere admirabiles, & quod eſt ſui muneris præcipua vigilantia, ut cum venerit Dominus, merito

ſuper

ſuper omnia bona ſua conſtituat eum Huhc viglantem Antiſtitem Deus nobis longævum ſervet, & incolomem. *Maroccue*

A D CALVENSES

T O M. VI.

Hic integram exhibemos Calvenſiom Epiſcoporum ſeriem, qualem ſolerti diligentia conſarcinatam poſt editum jam Ughelli noſtei ſextum volumen nobis tranſmiſit Anonymus eruditiſſimus vir. Hinc poterit optimus lector excerpere ea, quæ vel addenda, vel corrigenda ſunt in ſerie Ughelliana. Nos ſupra in Epiſcopatibus deperditis, ubi de Calenenſi egimus, duos tantum illius antiquatæ civitatis Præſules retulimus, quos in Conciliis deſcriptos repeeimus. Hinc plures illis erunt addendi, ſi omninoda fides adhibenda ſit iis, quæ hic ſcribuntur de antiquis Cales Epiſcopis.



In Campania Fælice inter Sueſſam, & Capuam media ab utraque octo paſſuum millibus diſtans, quatuor tantum a Theano Sidicino, quinque a celebri Vulturno Calviom antiquiſſima orbs, ex vetuſtiſſimis Cales ruinis, adverſa fortuna fere ſolo æquata viſitur; attamen non tam obſcura, prout in prima editione erudiriſſimus Ughelius noſter, cum de ea ſcripſerint Plinius, Feſtus, Strabo, Ptolomæus, Polybios, Cicero, Virgilius, qui ſic in lib. 7 Æneid.

———— *Vertunt felicia Baccho*
Maſſica qui raſtris, & quos de montibus altis
Aurunci miſere Patres, Sidicinaque juxta
Æquora; quique Cales linquunt.

Livius in lib 8. *Inſequens annus L. Papirio Craſſo K. Duilio Coſſ.* (fuit Romæ annus 417.) *Auſonum magis novo quam magno bello fuit inſignie. Ea gens Cales Urbem incolebat; Sidicinis finitimis arma conjuxerat.* Et Feſtus apud ſuum Epitomatorem Paulum Diaconum: *Auſoniam appellavit Auſon Ulyſſis, & Calypſus filius, eam primum partem Italiæ, in qua ſunt Beneventum, & Cales.* Valerius Maximus de hac urbe locutus videtur, cum mentionem fecit Cuſtodiæ Calenæ, in qua Capuani Senatores carceribus detinebantur. Anno 1460. Capuanæ Civitati fuit unita ex Privilegio Regis Ferdinandi tenoris ſequentis.

Ferdinandus Dei Gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, Ungariæ &c. univerſis, & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis, tam præſentibus, quam futuris. Pervigil diligentia Principum, quibus ineſt cura, & onus non modo præſentia, ſed etiam tempora futura perſpicere pro ſuorum ſubditorum tranquillitate, interdum nonnulla conjungit, alia ſeparat interdum, prout temporum conditiones expoſcunt, & exigunt merita Subditorum. Cum itaque Univerſitas, & homines Civitatis noſtræ Capuæ ab illo jam tempore, quo Sereniſſ. Rex Alfonſus, & Dominus noſter Calendiſſ bellum geſſit cum Renato Andegaviæ Duce hujus Regni publico invaſore, & ab ipſo Regno eum expulit, ea fuerint erga dictum Sereniſſ. Regem fide, & devotione affecti, ut depopulationes agrorum, Caſtrorum, Caſaliumque incendia, Civium carcerationes, obſidiones, famæ, vulnera, cædes, forti & conſtanti animo tulerint, & cum idem hominum fervor poſt illius Sereniſſimi Regis mentem nos perſequatur, ut Regnum ab eo nobis traditum juſtè, benedictione S. Matris Eccleſiæ ſubſecuta, tranquillitate tenere poſſimus ve, atque armis defendendum ſit, ipſa Univerſitas, & homines eorum fidei, atque conſtantiæ memores, non damna, & incommoda, non ſumptus, & expenſas, non carceris, & mortis pericula pro noſtri ſtatus conſervatione pertimeſcant, ſed ea omnia, & plura etiam, quæ in bello evenire ſolent, pro nobis, & nobiſcum una ferre, & perpeti parati ſiat, & Civitas noſtra Calvi, quæ in præſentiarum de noſtro demanio eſt, ſit eidem Univerſitati Capuæ vicina, nec ullam habeat aliam Civitatem demanialem propinquam, a qua ſubſidium aliquod, ſi quando eis ab aliquibus Baronibus bellum inferretur, habere poſſit: & nos volentes commodis dictæ Civitatis Calvi, & meritis ipſius Civitatis Capuæ providere, tenore præſentium de noſtra certa ſcientia deliberatè, & conſulto ipſam Civitatem Calvi, & ejus diſtrictum, pertinentias omnes ſeparantes primo eam ab omni alia Civitate, adjungimus, conjungimus, annectimus, congregamus, unimus, atque incorporamus ipſi Civitati Capuæ, atque tamquam membrum aliquod ei affigimus, & inſerimus, atque addimus, & membrum, atque partem ipſius Civitatis Capuæ in perpetuum decernimus, & eſſe volumus, cum omnibus ſuis Villis, Oppidis, Caſalibus, & habitationibus in eis, juribus, juriſdictionibus, banco juſtitiæ in Civilibus, bajulatione, juraque, fructus, redditus, & proventus provenientes, & provenientia ex gabella bajulationis ipſius Civitatis Calvi, ſeu paſſagio, ſive plurea: nec non cum terris cultis, & incultis, pratis, paſquis, vineis, Olivetis, terapetis, montaneis, jardenis, ſilvis, molendinis, nemoribus, aquis, aquarumque decurſibus, bactinderiis, & integro ſtatu ipſius Civitatis Calvi, & quæ demanio ipſius intra, & extra ipſam Civitatem, & ejus Territorio, pertinentiis, & diſtrictu comprehenduntur, & includuntur, ad utilitatem, & commodum, a curtis dominium, & burſam Communem univerſitatis Corporis dictæ Civitatis Capuæ, & ſen electorum, & aliorum Officialium, ſindicorum, & decurionum, qui pro temporibus ordinati fuerint in dicta Civitate Capuæ de corpore tantum ipſius Civitatis intelligendo, & non de aliis extra corpus Civitatis ejuſdem: ita quidem, quod ex nunc in antea, dicta civitas Calvi, non per ſe, ſed pars, & membrum ipſius civitatis Capuæ ſit, & eſſe debeat, nec ulla in re poſſit ab ipſa univerſitate Capuæ ſeparari, ſed in omnibus rebus ipſam civitatem Capuæ ſequatur tamquam pars, & membrum integrum, corpus, & corpori affixum. Volentes, & decernentes expreſſe, quod ex nunc in antea ipſa Univerſitas, & homines dictæ Civitatis Calvi, & ejus Caſalium, & forìæ in omnibus rebus, utilibus & neceſſariis civitatis Capuæ intervenire, ſubvenire, auxiliari, participare de laboribus, & expenſis pro eorum rata debeat, & obligata ſit, prout, & quemadmodum alia membra dictæ civitatis Capuæ faciunt, & facere tenentur. Nec non potiantur, & gaudeant ipſa Univerſitas civitatis Calvi, & homines in ipſa civitate Capuæ omnibus honoribus, privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, & franchitiis, quibus aliæ Univerſitates, & homines Terrarum, quæ ſunt partes, & membra ipſius civitatis, potiuntur, & gaudent, ipſaque univerſitas, & homines civitatis Capuæ potiuntur, & gaudent, ac potiri, & gaudere ſoliti ſunt, & debent. Similiterque pro omnibus cauſis, quæ ad cognitionem, & tribunal Gubernatoris Capitanei, aliorumque Officialium, tam noſtrorum regalium, quam ipſius Civitatis, dicta univerſitas, & homines ipſius Civitatis Calvi, conveniantur, & conveniri poſſint, & Fiſcales functiones cum dicta civitate Capuæ facere teneantur, & quemadmodum homines aliorum membrorum faciunt, & facere debent, promittentes, & firmiter

pol-

pollicentes ſub verbo, & fide noſtric regalibus nullo unquam tempore, nec ob aliquam nobis imminentem neceſſitatem, etiam pro guerra, quæ nobis fierot in Regno, ſeu extra Regnum, etiam pro recuperatione ſtatus noſtræ Regalis Coronæ, ipſam Civitatem Calvi, nec membrum aliquod tota, ſeu quota pars vaxallos, reddentes, feudatarios, & ſubfeudatarios, Angarios, & perangarios, obnoxioc, & aſtrictos, ſeu obligatos reddere, & ſervitia debentes nobis, & noſtræ Curiæ, & Fiſco, ſeu ſimiliter Dominos, qui pro tempore fuerunt ejuſdem Civitatir Calvi, ipſamque Civitatem, ſeu membrorum aliquod ipſiuc, hominesque, Vaxallos, reddentes, feudatarioc, angarios, & perangarioc, & quoſcumque alioc ad jura, & ſervitia obligatos, & obnoxios Curiæ noſtræ, pro quibuſcumque nobis, & feudis, & perſonalibus ſervitiic, ſive regalibuc non diſtrahere, nec adimere, & ſepaeare, vel ab ipſa univerſitate corporis Civitatis Capuæ, nec alicui præexcellenti Domino, Comiti, ſeu Baroni concedere, donare, vendere, nec aliquo titulo alienationis diſtrahere ab ipſa civitate corporis Civitatic Capuæ, ſed omni futuro tempore remaneee debeat unita unione inſeparabili cum ipſa univerſitate corporic Civitatic Capuæ, pro demanio, & in demanio prout ipſa Civitas Capuana noſtræ Regalis Coronæ cum beneficio legis brue a Zenone, & legis omnir Cod. de quatriennic præſcriptionr, fidelitatr, & homagio, Vaſſallagio, & ſervitiis, quæ debentur majoris Dominii ratione, nobis, & noſtræ Curiæ ſemper ſalvir, & omnimodè reſervatis. Illuſtriſſimus propterea, & cariſſimis Reginæ Iſabellæ conſorti, & Alfonſo de Aragonia Duci Calabriæ filio primogenito, & Locumtenente noſtric Generalibus intentum noſtrum declarantes, mandamus Magiſtro juſtitiario, ejuſque locumtenenti, & Regentis M. C. Vicariæ, & Judicibuc ejuſdem Curiæ, aliiſque univerſic, & ſingalis Officialibuc, & ſubditir noſtris, eorumque locumtenentibus præſentibuc, & futuris, quatenus præſentem noſtram gratiam teneant firmiter, & obſervari faciant inviolabiliter per quoſcumque, ipſaque Univerſitas, & homines Civitatis Calvi, in aliquo non controveniant ratione aliqua, ſive cauſa, ſi gratiam noſtram caram habent, iramque, & indignationem, ac pœnam ducatorum decem millium cupiunt evitare, prædictaque Reginu, & Dux minimè contrafaciant, quanto nobis complacere cupiant, aliique prædicti gratiam noſtram amant. In cujus rei teſtimonium præſentes fieri juſſimuc magno Majeſtatis noſtræ ſigillo pendenti munitas. Datum in Caſtro novo Civitatis noſtræ Neapolis per ſpectabilem, & Magnificum virum Honoratum Cajetanum Fundorum Comitem Regni hujuc Locotrtham, & Prothonotarium Collateralem Conſiliarium fidelemque noſtrum dilectum. Die 4. menſis Auguſti anno a nativitate D. 1460. Regnorum Noſtrorum anno tertio, Rex Ferdinandus. P. Carlon.

† *Locus ſigni &c.*

Ad præſens Civitas illa, quæ fuit plena populo viginti duarum millium familiarum, domina gentium, in ſequentibus populationibus diviſa reperitur; ſcilicet *Petruli*, *Zunorum*, *Viſciani*, & *Sparaniſi*, umbram antiquitatis ſervantes. Die 22. Maii a Civibus Magiſter nundinarum eligitur, qui per dies novem juſtitiam miniſtrat, Regii Gubernatoris ceſſante authoritate. Et ſicut antiquitate famoſa fuit, ita religione nobilior eſt, cum fidem Chriſti a D. Petro Apoſtolorum Principe anno Domini 44. acceperit, Caſto primo conſecuto Epiſcopo Cathedralis Eccleſia titulum Ss. Aſſumptionis retinet, tribus diſtincta navibus columnis Orientalis graniti, vetuſtis reliquiis antiquitatis. Iconam ſervat antiquiſſimam Beatiſſ. Virginis, a cujus dexteris imago S. Joannis Baptiſtæ, & a ſiniſtris S. Caſti cernitur, ſub qua ſequens diſtichon habet.

Nate Patris ſummi, dejectoc erige Cales,
Virgo fave, Baptiſte fave, Tuque Optime Caſte.

Confeſſionem habet ſub ara maxima elegantis

A ſtructuræ, marmoreis columnis ornatam, ſedem Pontificalem Paulino more in cornu epiſtolæ optimo ex marmore, Muſivoque opere, pulpitum, pavimentumque pretioſis marmoribus contextum. Duodecim Canonici, Incluſa Primiceriatus dignitate, illi inſerviunt, quorum duo ſunt præbendati, Pœnitentiarius ſcilicet, & Theologus, & ſex Hebdomadarii, Oeconomuſque ſacriſta, pro inſigniis habentes Rocchettum, & Mozzettam violacei coloris armellinorum fimbriis. Tres ex dictis Canonicatibus, omneſque ſex manſionatiatus ſunt de jure patronatus Epiſcoporum pro tempore, quibus in feſto S. Caſti die 22. maii a beneficiatis omnibus, & toto clero Diœceſis in ſignum ſubjectionis, & Cathedræ obedientia præſtatur. Quatuordecim ex locis componitur Diœceſis, ſcilicet: *Petruli*, *Viſciano*, *Zunorum*, *Sparaniſi*, *Turris Francoliſi*, *Starefciani*, *Ciambiriſci*, *Rochetta*, *Croce*, *Jani*, *Pignatario*, *ubi Epiſcopus reſidet*, *Partignano*, *Paſtorano*, & *Camellano* cum decem ſeptem Curatis, ſive
B Parochis. Prænominatæ Rochettæ Epiſcopi pro tempore ſunt utiles Domini, & ab immemorabili Barones, cum territorio proprio, & Vaſſallis, in quibus juriſdictionem exercent civilem, & criminalem, merum, & mixtum imperium cum omnimoda poteſtate gladii, cum bajulatione, banco juſtitiæ, omnibuſque aliis privilegiis, prout ex quinternionibus R. Cameræ ſumm. apparet. In dicto Caſtro quolibet anno ab Epiſcopis Capitaneus laicus conſtituitur, qui juſtitiam adminiſtrat, & ſolvitur adhoga pro Regio ſervitio, & ſunt vocati in qualibet functione ad dandam vocem, aliaque facienda, ſicut alii Regni Barones, & ipſis tenentur vaſſalli ſervitium perſonale præſtare cum aliis oneribus. Sunt in poſſeſſione Epiſcopi pro tempore, tamquam viciniores viſitandi Parochialem Eccleſiam in Terra Montanari immediate ſubjectam Monaſterio S. Laurentii de Averſa nullius Diœceſis. Habent jus deſtinandi concionatores Quadrageſimales totius Diœceſis; & cum de anno 1704.
C reluctatum fuiſſet a Civibus Camelliani, propoſitiſque dubiis in S. Congregatione Concilii Trid. *An jus eligendi Concionatorem in Terra Camelliani ſpectet ad Epiſcopum, & an communitas teneatur ſolvere concionatori ſolitam eleemoſynam: ad utrumque ſub die 26. Januarii reſponſum fuit affirmative.* Habent jus locandi, & in affictum concedendi omnes terras menſæ Epiſcopalis ad quadriennium ex indulto Gregorii XIII. non obſtante Conſtitutione F. R. Papæ Pauli II. & ſunt Abbates perpetui Eccleſiæ S. Vitaliani in Villa Sparaniſi tamquam menſæ Epiſcopali unitæ. Dicta Eccleſia erat taxata in lib. Cam. Apoſtol. flor. 60. & ita etiam refert noſter Ughel. in prima editione, & Joannes Carolus à Stadel in compendio geographiæ univerſ. Eccleſiaſt. ſed hodie in Curia Roma accipiunt flor. 100. forſan ex nova taxa.

SERIES EPISCOPORUM

D 1. S. CASTUS, primus Cales Epiſcopus, a D. Petro Apoſtolorum Principe, cum Romam contenderet, ordinatus anno 44. ſalutis humanæ, poſt innumeros gentiles ab Idolorum cultu retractos, eoſque ſacro fonte expiatos dira ob Chriſti fidem propagandam perpeſſus, Martyrii palma glorioſus, ac clarus meritis, & miraculis beato fine quievit anno ſalutis 66. ſepultus fuit Cales. De Sancto illo, & de ejus geſtis hic breviter ſubſcribemus, quæ deprompſimus ex lectionibus officii, quæ recitabantur in Capuana Eccleſia die feſtivo 22. menſis Maii relatæ a Michaele Monacho in Capuano Sanctuario fol. 304 quæ ſic ſe habent.

Hodierna die ſolemnitatem BB. Martyrum, fratres Cariſſimi, Caſti, & Caſſii celebrantes, debemus potiùs imitari, quos colimus. Hi ſunt namque viri Triumphatores, qui terrena cordis deſideria reſpuentes, ad æterna præmia pervenire meruere gaudentes. Sufficient ergo nobis ad profectum no-

ſtræ

ſtræ ſalutis, exempla Ss. Caſti, & Caſſii, qui propter adipiſcendum cæleſte Regnum omnibus ſe dominicis mandatis ſpontè ſubdiderunt, & ita cuncti ſe legibus devinxerunt Redemptoris, ut propter Almificam vitam, quam antea vixerant ad Martyrii gloriam pervenire meruerint. Non enim tantum in illo tempore perfecerunt præceptum Dominicum, quo pertulerant confeſſione ſupplicium, ſed optimum illis viſum eſt ſecundum Chriſti Evangelium vivere, ut Chriſti paſſionibus potirentur. Valdè quippè eſt congruum, ut initia bona faiſſcat, quorum finis eſt optimus conſequutus. Caſtus namque à Caſtitate nomen accepit, vere etiam Caſtus, quia Caſtitatem dilexit, & pudicitiam amavit. Caſſius verò, qui odoriferam continet nomen, bene conjunctus eſt Caſtitati; Caſſia enim nomen eſt odoriferum; & ſicut Caſſiæ radix proficua eſt medicaminibus Corporum, ea qua Caſſius eſt vocatus: ita odoriferum nomen cum caſtitate conjunctum, proficiat languoribus animarum. Poſtquam igitur BB. MM. Caſtus, & Caſſius ad honorem Epiſcopatus ſunt nobiliter ſublimati, totis viribus in Dei opere perſeverantes, ſicut luminaria in cælo, ità fulgebant in Mundo, ut etiam Dæmonibus imperarent, & ſalutem animabus, corporibuſque præberent. Videntes autem Pontifices Templorum, vel Idolorum, quod multi populi crederent per eos in Dominum, fecerunt ſuggeſtionem Imperatori (Neroni ſcilicet) de ſanctis viris Caſto, & Caſſio, continentem hæc verba: Piiſſimo Imperatori Pontifices Idolorum ſalutem. Si citius verba, vel veſtra poteſtas non ſubveais Civitatibus Campaniæ, omnes Dii noſtri ad nihilum redacti ſunt à Doctrina impoſtorum Caſti, & Caſſii, qui ſub nomine religionis, Deos noſtros derident, & neſcimus, quam ſectam volunt introducere de nomine Jeſu, quem Judæi crucifixerunt. Tunc Imperator hæc audiens, exurgens de Tribunali ſubſellio, miſit quendam crudeliſſimum Præſidem Campaniæ civitatibus (qui ſcilicet Meſſalinus nuncupabatur). Hic veniens in acquavinenſe Civitate (ubi ſcilicet Ss. Præſules ut ad Dei gloriam, & ſuorum populorum ſalutem ſe ab eorum inſidiis præſervarent, clam aufugerant, & ſe abdiderant) cæpit quærere Beatiſſimos Dei famulos Caſtum, & Caſſium. Cum autem præſentati ſunt Ss. Caſtus, & Caſſius ante conſpectum crudeliſſimi Præſidis intuens eos torvo aſpectu Præſes dixit ad eos. Cujus vos jactatis eſſe poteſtatis, ut contra Deos noſtros tàm perfidè peragiſtis. Per virtutem Deorum niſi conſenſeritis, & piiſſimis Deis noſtris debita exhibeatis obſequia, diverſis pœnis, & cruciatibus vos vitam finire faciam. Ad hæc verba reſpondentes, dixerunt Ss. nimirum Epiſcopi, tormenta tua in nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti non timemus, ſed valdè ea deſpicimus, Deos autem tuos non colimus, nec adoramus.

Hæc, quæ ſequuntur, habentur in quoddam Kalendario Calvenſi ad inſtar Martyrologii; quod breviario antiquiſſimo Longobardis litteris exarato præponitur, & in Archivio Canonicorum Calvenſium ſervatur, quibus videtur ſequi narratio paſſionis ſanctorum. *Sacerdotes hæc audientes, inſtabant, eos occidi, at Præſes reſtitit, & præcepit ſanctos Præſules in ignem mitti, à quo mirabiliter reſervati, veluti inter amœna prata delitiari mirabantur. Unde Meſſolinus dentibus fremens, & tabeſcens cæcus factus eſt, ductuſque ad Apollonis Templum per ejus ſacerdotes à Diis fruſtra lumen deprecabatur, quod mox Ss. Epiſcopis orantibus recepit; ob præſtigia autem, & Magica opera hoc factum eſſe vocitabant Idolorum ſacerdotes, unde Præſes pro recepto beneficio fuſtibus eos affligi juſſit, gaudentibus perfidis Templi miniſtris, qui honorem ſuorum Deorum ſtudebant promovere.* Hoc idem ſcribit Julius Cæſar Capacius in Neapolitana hiſtoria lib. 2. cap. 18. fol. 605. ubi de Cajeta loquitur, & adducit venerabilis Gregorii Terracinenſis Epiſcopi teſtimonium, qui antiquiſſimus ſcriptor fuit, ut habet Petrus Diaconus Monachus, & Bibliothecarius Sacri Caſinenſis Archiſterii, in libro de viris Illuſtribus Caſinenſibus cap. 32. fol. 79. qui poſt aliqua ſic habet de dicto Gregorio: *Scripſit paſſionem Ss. Caſti, & Caſſii*, & poſt alia ſubjunxit: *Cantus Ss. Caſti, & Caſſii, & hymnus eorum.* Ex dicto igitur Gregorio ſcribit Capacius hæc verba de noſtris Sanctis. *Et ſiquidem ad Epiſcopatus honorem evecti, incedentes per civitatem hominem Dæmonibus obſeſſum liberarunt (qui mox baptizatus in Chriſtum cum plurimis credidit. Ad Imperatoris Præſidem, qui in Acquabibonti Civitate commorabatur delati ſunt, ibi in ignem miſſi. At Præſes cæcus factus eſt, ductuſque ad Apollonis ſtatuam, lumen fruſtra deprecabatur, quod illicò Ss. interceſſione accepit, qui tamen, ut parem gratiam referret, fuſtibus eos afflixit. Sinueſſam deinde miſſi, lapides, plumbum, & varia tormenta ſuſtulere. Apollonis Templum corruens, in quod ipſi introducti fuerant, Præſidem, multoſque necavit, Sanctis tantum ſuperſtitibus, qui tandem ab Idololatris gladio occiſi ſunt, & à Chriſtianis ſepulti Kal. Julii.*

B Et ex lectione duodecima officii ſanctorum, quod Capuæ recitabatur, habentur ſequentia. *Venientes autem Fideles tulerant corpora Ss. & cum honore ſepelierunt in locis, ubi nunc præſtant beneficia omnibus invocantibus ſe, adjuvante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui eſt verus Deus cum Patre, & Spiritu Sancto in ſecula ſeculorum, Amen.* In ſupracitato Calvenſi Kalendario legitur. *Die 22. menſis Maii feſtivitas glorioſa Ss. MM. Caſti Epiſcopi Civitatis noſtræ Calis, & Caſſii Epiſcopi Sinueſſanæ, qui ſub Nerone Imperatore, ac Meſſalino Campaniæ Præfecto paſſi ſunt, primum in Acquabibenti Civitate, deinde Sinueſſæ extra portam lapidati, poſtmodum plumbum, & varia tormenta ſuſtulere, & demum gladio percuſſi, vitam Domino conſecrarunt.* Hujus exemplar quoque traxit ex bibliotheca Cardinalis Palutii Alterii Joſeph Cerbone, qui ſcripſit de cultu antiquo, & recenti Ss. MM. Caſti Epiſcopi Calvenſis, & Caſſii Epiſcopi Sinueſſani. In eodem codice titulo de Rubricis, legitur nimirùm C litteris rubeis ſcriptum Gothico caractere. *Die 22. Maii celebratur Feſtivitas ſancti Caſti Epiſcopi noſtri ſub ritu majori, cum duodecim lectionibus.* Prima lectio: *hodierna die ſolemnitatem &c.* Secunda: *non enim tantum &c.* Tertia: *poſtquam BB. MM. Caſtus, & Caſſius ad honorem Epiſcopatus ſunt nobiliter ſublimati &c.* Quarta: *videntes autem &c.* Quinta: *Tunc Imperator &c.* Sexta: *cum autem &c.* Septimo: *ad hæc verba &c.* Octava: *Præſes verò &c.* Nona: *venientes autem &c.* Decima: *& poſtquam &c.* Undecima: *cum hæc dixiſſent &c.* Duodecima: *dum autem introiſſent &c. Die vigeſima tertia fit officium ſancti Caſſii Epiſcopi Sinueſſani, & ſocii in Martyrio cum noſtro ſancto Epiſcopo Caſto, ſub ritu minori.* Et Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum, qui non extant in Romano Martyrologio, de eis ſic habet. *Die 22. Maii Sanctorum Epiſcoporum, & Martyrum Caſti, & Caſſii.* Et Paulus Regius Vici æquenſis Epiſcopus, vir in hoc rerum genere eruditiſſimus, in vitis Ss. Regni Neapo- D litani par. 2. fol. 944. ſcribit: *Capuæ eſſe celebrem memoriam Ss. Caſti, & Caſſii Chriſti Domini Martyrum, & de eis quoque meminit prima parte ſuorum operum in Catalogo lit. C.*

Sicut in excidio a Saracenis anno 840. Minturniani, Formianique adverſæ fortunæ domiti malis, cum cæteris ornamentis, ac opibus Corpus S. Eraſmi Cajetam intulerunt, eorum exemplo Calvenſes Corpus S. Caſti pro aſſervando in dicta arce Cajetæ, ubi hodie veneratur, tranſtulerunt, & Cathedrali Calvenſi unum ex brachiis tantum ſupereſt in argento repoſitum, & ornatum, quod fuit furto ſubtractum per quoſdam advenos, ſeu exteros. Verum dum illud deferrent, ſupervenit Nicolaus de Monforte Capitaneus militiæ levis, ſeu gravis armaturæ Baro, & utilis Dominus Terræ Petremolariæ, cum nonnullis ejus militibus, & civibus, qui raptores inſequendo, commilitonum impetu, brachium recuperavit, & in priſtinum lo-

cum

cum Eccleſiæ ſuæ repoſuit, Calvenſeſque tanti beneficii memores, homines de Petramolaria immunes, & exemptos a ſolutione paſſus, ſeu jure gabellarum fecerunt, prout apparet ea publico inſtrumento rogato manu Notarii Joan. Laurentii Mannavillano de Theano ſub die 13. menſis Maii 1605. Hi enim ea vetuſto uſu, ſeu, ut ajunt, privilegio militum ad inſtar agmen ea conterraneis congregant, quibus Dux præeſt, cæterique bellici officiales adſunt, & cum militaribus inſignis, ad venerandam, cuſtodiendamque Sancti Patroni reliquiam accedant die 22. Maii, & eam, dum proceſſionaliter defertur, lætitię ſignis comitantur, eamque ob rem Syndicus, Electique viri Civitatis Cales, ſpecialibus benevolentiæ ſignis Petremolariæ populum ea die afficiunt.

2. CALEPODIUS ſecundus eſt Epiſcopus Calvenſis, ſeu Cales, cujus eatot memoria. Ita nutatur cum ſequentibus Epiſcopis in Kalendario Calvenſis Eccleſiæ adjuncto codici continente acta Ss. Caſti, & Caſſii; nimirum: *Calepodius Cales Epiſcopus circa annum 307. Altare in honorem S. Caſti ſui prædeceſſoris ædificavit, in quo ejuſdem S. Martyris Corpus collocavit; ibique Sacrum quotidie faciebat.* Kal. Calven. adjunctum actis Eccleſiæ Cajetanæ fol. 339.

3. LIBERIUS Cales Epiſcopus, qui circa annum 405. 3. Kal. Febr. obdormivit in Domino, cujus memoria in benedictione eſt ex eodem Kal.

4. RUFFUS Eccleſiæ noſtræ Calenæ Epiſcopus, qui Cales poſt celebratam Miſſam pridie nonas Decembris in Chriſto quievit, adeſt ſepultus in cornu Epiſtolæ Altaris majoris circa annum 414. ibidem.

5. AURELIUS, qui Epiſcopus noſtræ Cales extitit anno 504. obiit plenus annorum Idib. menſis maii, cujus corpus requieſcit in pace prope majorem aram Eccleſiæ noſtræ poſt ejus translationem a ſuburbano Cimiterio. Ibid.

6. AUCUPIUS Sinueſſanus, Epiſcopus noſter Calenus, qui magna virtute præditus, & dono prophetiæ illuſtris fuit, ex hac luce in bona ſenectute migravit ad æternam anno 513. pridie. Kal Januarii, ſepultus fuit Cales propè ſuam Sedem Epiſcopalem. Ibid.

7. CLAUDIUS Calenſis noſtræ Eccleſiæ Epiſcopus, qui Roma huc pervenit, & in Monte Marſico vitam Eremiticam duxit, ob magnam ejus Sanctitatem populo toto acclamante Cales Epiſcopus factus ipſo contradicente, poſtquam conſecratus fuit Sanctiſſimis orationibus, die, noctuque indeſinenter agens, Cœlorum Regna, ſicut deſideravit, adeptus eſt 7. nonas Julii an 556. Ibidem Kal.

8. LEO Capuanus, qui Cales Epiſcopus per annos decem extitit, Templum Pontificale reparavit, & poſt multa bona opera requievit in pace 8. Id. Auguſti anni 567. Ibid.

9. RODULFUS Epiſcopus Calenſis, Paulo primo Papæ chariſſimus, qui interfuit Concilio Romano anno 761. & ſubſcripſit conſtituto ab ipſo Paulo Papa facto, de Eccleſiis, & Monaſteriis a ſe erectis Romæ Imperante Conſtantino Copron. Imperatore, obiit Cales 4 nonas Martii anno 767. ibique ſepultus fuit poſt peractam 99. annorum vitam in mundo glorioſam, & meritis onuſtam. Ibid. De hoc Epiſcopo etiam in Diplomat. Conſtituti prædicti apud moniales S. Sylveſtri Romæ. Vide Baron tom. 9. fol 248.

10. SYLVIUS Siculus Calenam ſedem Epiſcopalem è manu Drochei injuſtè occupantis redemit. Reſtituta pace Calenis, ipſos Stephano VI. ſummo Pontifici Orthodoxo reconciliavit, ſublato anathemate, quo gravati erant ob obedientiam præſtitam Conſtantino Antipapæ. Obiit plenus dierum anno 797. Kal. Octob. ſepultus eſt Cales in ſua Eccleſia. Ibid.

11. NICETAS Epiſcopus Cales, ſedem Epiſcopalem aſcendit tempore Leonis III. anno 798. deſcenditque ab ea anno 814. pridie Id. Septembris;

A poſt habitum populo ſermonem obdormivit in Chriſto; domum Epiſcopalem refecit. Ibid.

12. PASSIVUS Calenſis noſtræ Eccleſiæ Epiſcopus & ipſe Calenus, Epiſcopium, in quo Canonicalis manſio diruta erat, reædificavit anno 823. Vir ſine dolo fuit; interfuit Concilio Romano anno 826. ſub Pontifice Eugenio II. imperantibus Hlodovico Magno Imperatore anno Regni ejus 13. & Hlotario novo Imperatore ejus filio anno 10. Indictione 4. menſis Novemb. die 15. Quievit in æternum an. 827. pridie Non. Julii extra noſtram civitatem; ſepultus eſt Sueſſæ in eadem ſepultura, in qua ſepultus erat Riſus frater ejus Sueſſæ Epiſcopus. Ibid. Et Baronius annal. Eccleſiæ fol. 747. tom. 9. apud Lucam Holſten. parte 2. fol. 8. Col. Rom.

13. F. Epiſcopus Eccleſiæ noſtræ Calenſis (hic forte vocabatur Ferdinandus, ut colligitur ex ſequenti notatione) ob dirutam civitatem Cales, Romam ſeceſſit, ibique a Pontifice Gregorio IV.
B facultatem obtinuit de non reſidendo anno 829. Obiit Capuæ anno 837. Sepultus fuit in Eccleſia S. Mariæ Suricorum 9. Id. Jan. ex Kal. Calven. citato fol. 340.

14. VALENTINUS Ferdinando ſucceſſit anno 838. nec Cales advenit. Romæ obiit anno 842. cujus celebratæ ſunt exequiæ in Eccleſia Cathedrali S. Caſti Patroni noſtri pridie Kal. Decemb. Ibid.

15. ANDREAS Epiſcopus Calvenſis ſubſcripſit Concilio Romano anno 853. ſub Leone IV. ſummo Pontifice imperantibus Hlotario, & Hlodovico Imperatoribus anno imperii eorum V, & 37. menſe Decembri die 8. indic. 2. Baron tom. 10. fol. 103. & apud Lucam Holſtenium p. 2. fol. 156. Collect. Rom.

16. ALDERICUS Calvenſis Epiſcopus, qui ſubſcripſit Bullæ conſecrationis ſancti Stephani Epiſcopi Cajacenſis anno ab Incarnatione Domini 979. conſecrati a Geberto Archiepiſcopo Capuano relat. à Michaele Monacho in ſanctuario Capuano,
C qui in annotationibus fol. 579. ſic ait: *cum huic Bullæ ſubſcribat Epiſcopus Eccleſiæ Calectinæ, & Epiſcopus Eccleſiæ Saranæ, alter Aldericus, & alter Leo, dubitatum fuit inter amicos, quænam ſit hæc Eccleſia Calectina, quænam Sarana. Non defuerunt, qui intelligerent Eccleſiam Calectinam eſſe Eccleſiam Cajatienſem, quaſi à Calatia, quod eſt nomen antiquum Civitatis, Calectinus deriveretur. Certè falluntur, nam tempore S. Stephani Civitas dicebatur Cajacta, & derivat nomen Cajactanus, ſeu Cajacenſis; & ſi S. Stephanus conſecratur Epiſcopus Cajatiæ, quomodo poteſt eſſe alius alter ejuſdem Civitatis Epiſcopus? Imò ſi S. Stephanus ſucceſſit Urſoni Epiſcopo Cajactano, ut habet Breviarium, quomodo poteſt fingi alter Epiſcopus ejuſdem Civitatis illo ipſo tempore? imò ſi fuiſſet Epiſcopus, qui vivens renunciaſſet Epiſcopatui Cajactano, ille quidem tam renunciaſſet Epiſcopatui Cajactano exprimeretur &c Ego libenter credam juxta illorum temporum barbaram latinitatem, à*
D *Calve deductum eſſe Calectinum; Cales autem eſt Civitas Calvorum, idcoque Epiſcopus Calectinus eſt; qui dicitur hodie Epiſcopus Calvenſis.* Hæc ſunt verba Michaelis Monachi loco ſupracitato. Ughellus autem, qui ea quoque refert tom. 6. fol. 566. ſubjungit: *hæc Monachi ſpeculatio mihi arridet, & Aldericus ſcribendus eſt inter Calvenſes Epiſcopos.*

17. N. Epiſcopus Calvenſis, quem refert Ughellus inter ſequentes in ſua prima editione, cujus memoria extat, nomen tamen non exprimitur, in translatione S. Marci ſolitarii ex Monte Marſico a Bernardo Epiſcopo Carinolenſi, ad ſuam Cathedralem traducti anno 1094.

18. PETRUS Capuanus fuit hujus Eccleſiæ Epiſcopus anno 1041. obiit, ut habetur apud Monachum fol. 107. anno 1044. die 30. Julii.

19. TANCREDUS item Capuanus hanc rexit Eccleſiam anno 1074.

20. N. CALVENSIS Epiſcopus anno 1233

me-

memoratur a Richardo de S. Germano in Chronico; nomen tamen reticuit.

21. ODOARDUS ex Monacho Ciſtercienſis ordinis Epiſcopus Calvenſis floruit anno Domini 1245 quo anno in Concilio Lugduenſi ſub Innocentio IV. mirabili zelo, & ardore Federici II. Imperatoris conatus infringere auſus eſt, ut videre eſt apud Baronii continuatorem Abrahamum Bzovium anno Chriſti 1245. n. 7. alioſque. Lugdunum diſcedens a ſatellitibus ejuſdem Imperatoris captus, dum ad ſuam Eccleſiam reverti cogitat, in carcere pro Eccleſiæ immunitate necatus, ut ferunt Ciſtercienſis ordinis monumenta. Vir fuit tam ſanctioribus, quam doctioribus ſui ſæculi viris merito aſſociandus, cujus erat.

Ingenium velox, præceps facundia, Sermo Promptus, & Iſæo torrentior.

In dicendo namque, quaſi furore Divino percitus, tanta vis animi, tantus impetus in oculis, vultu, & geſtu, ut non ſolum incendere auditores, ſed ipſe ardere videretur, qui omnia ornate, & polite, ſive meditata, ſive ex tempore proferebat.

22. PALMERIUS Calvenſis Epiſcopus tranſlatus ad Bojanenſem Eccleſiam anno 1260.

23. ISEMBARDUS Capuanus Calvenſis Epiſcopus, qui anno 1265. fuit electus, & conſecratus; obiit autem die 23. Martii 1271. Capuæ, & fuit ſepultus in Eccleſia Monialium S. Mariæ Capuæ. Ex Michaele Monacho fol. 207. & ex Kal. Monialium S. Mariæ Capuæ.

24. GREGORIUS Calvenſis Canonicus, electus a Capitulo, commendatur pro ſua electione apud Gregorium X. Papam anno 1272. ex regeſt. Vat. Non conſtat an fuerit confirmatus.

25. LANDULFUS Capuanus Cales Epiſcopus, qui obiit Capuæ die 15. maii 1289. & fuit ſepultus in Eccleſia Monialium S. Joannis dictæ Civitatis, ex Kal. monialium S. Joannis Capuæ.

26. ROBERTUS Neapolitanus Cales Epiſcopus, qui obiit anno 1291. ſub Nicolao IV. Pontifice Max. anno ejus 4. ex citato Calven. Kal.

27. HENRICUS Epiſcopus Calvenſis ſub Bonifacio VIII. a quo cœnobium S. Salvatoris Montis Captani, ſive Capranici, ordinis S. Benedicti menſæ Epiſcopali uniendum accepit anno 1301. 5. Kal. Martii anno Pontif. VII. ex reg. vat. Epiſt. 900. fol. 200. & executin Bullarum fuit commiſſa Federico Sparano Canonico Capuano, ſicut apparet ex inſtrumento concordiæ inito de anno 1310. regnante Pontifice Clemente V. & Roberto Rege, inter Thomaſium de Marzano Regni Siciliæ Mareſcalcho, utili Domino Baroniæ de Formicula, & Caſalis Crucis, ubi Monaſterium S. Salvatoris in monte Capranico fuerat ſitum, & Petrum Epiſcopum Calvenſem ſuper prætenſo Jurepatronatus apponendi Capellanum, prout latius ex viſitatione de anno 1583. Epiſcopi Matanta fol. 25. ſequen.

28. FEDERICUS Epiſcopus Calvenſis, qui anno 1311. cum Thoma Epiſcopo Cajacenſi Eccleſiam S. Michaelis de Caſanova Capuanæ Diœceſeos conſecravit, de quo ad poſteros pervenerunt quædam verba plumbea in lamina nuper inventa in eadem Eccleſia, quæ ſic ſe habent.

Anno M. CCCXI.
Epiſcopus Thomas Cajac.
Et Epiſcopus Federicus Calven.
Conſecraverunt
Eccleſiam S. Michaelis Archangeli
In honorem S. Joannis Capuani.
ſub Abbatiſſa Galgana.

29. JOANNES Epiſcopus Calvenſis obiit anno 1324.

30. Fr. PETRUS ordinis Minorum Joanni ſucceſſit, electuſque eſt ſub Joanne XXII. an. 1325. 18. Kal. Februar.

31. THADDÆUS Capuanus Cales Epiſcopus obiit anno 1332.

32. Fr. JOANNES de Concivis ordinis Minorum fuit electus a Capitulo Iſernienſi pro eorum Epiſcopo, conſecratuſque fuit ab Archiepiſcopo Capuano, & Papa Joannes XXII. illum repudiavit, & paulo poſt Calvenſem declaravit Epiſcopum 30. Kal Novembr. anni 1332. Sedit annos undecim.

33. Fr. STEPHANUS Ordinis Carmelitarum eligitur a Clemente VI. per ceſſionem Joannis de Concivis anno 1343 5. Id. Februarii. Exceſſit anno 1345.

34. Fr. JOANNES de Arpino Ordinis Minorum electus defuncto Stephano fuit. vir eximiæ virtutis, & anno 1345. undecima Kal. Septemb. exceſſit Neapoli. In Eccleſia S. Laurentii tumulo exceptus eſt, ubi legitur inſcriptio hæc.

Hic jacet Venerabilis Pater
Dominus frater Joannes de Arpino
Epiſcopus Calvenſis, qui obiit
Anno Domini
MCCCXLVIII. die 7. menſis Junii
XV indictione.

35. Fr. PETRUS de Brina ejuſdem Ordinis Minorum alumnus, Epiſcopus Calvenſis anno 1348. 7. id. Januarii a Clemente VI. cujus electio extat in regeſto Vaticano Epiſt. 43. fol. 48. anno 6. Pontificatus ejuſdem, deceſſit ſub Urbano V. anno 1362.

36. RAYNALDUS frater ſancti ſpiritus in Saxia de urbe ab Urbano V. declaratus eſt Calvenſis Epiſcopus Kal. Maii anno 1362. ex ejuſdem regeſt.

37. ANTONIUS ſucceſſit Raynaldo.

38. ROBERTUS poſt Antonium Calvenſem rexit Eccleſiam.

39. JOANNES defuncto Roberto electus eſt; obiit anno 1395. Horum meminit liber obligationum, ac ſolutionum Prælatorum ſub Bonifacio IX.

40. BARTHOLOMÆUS electus anno 1395. 17. Febr. tranſlatus deinde eſt ad Eccleſiam Scuterenſem anno 1403. ex eodem libro.

41. STEPHANUS Gobernus, vel Gobenus, olim Epiſcopus Nemovienſis, tunc Corinthienſis Archiepiſcopus, fecit tranſitum ad Acheruntinam, in qua ſedit annos octo, & iterum tranſlatus ad Calvenſem 8. id. Novemb. anno 1402 Fuit celebris Juriſconſultus, quem rex Ladislaus creavit ſuum Regium & intimum Conſiliarium, & cui an. 1404. inſimul cum Dominico Epiſcopo Sueſſano, & Nicolao de Diana Epiſcopo Theanen. deinde Neapolitano Archiepiſcopo, cauſam finium, & confinium inter cives Civitatis Cales & Civitatis Theani commiſit, a quibus ad cauſæ deciſionem cum appoſitione terminorum deventum fuit; prout apparet ex ſententia ab iiſdem lata in proceſſibus originalibus S. R. Concilii Neapolitani, & ex diplomate Regis Ladislai, quod in Archivio Civitatis Theani aſſervatur. Defunctus eſt anno 1413.



42. ANTONIUS Galluccius Canonicus Capuanus de mortuo Stephano ſuffectus eſt anno 1413. Id. Febr. Obiit anno 1415.

Fr.



43. Fr. ANTONIUS Delfede, Florentinus, ordinia Carmelitarnm, a Martiuo V. declaratus eſt Epiſcopns Galvenſis 5. Kal. Martii anni 14t 5. dum eſſet Conſtantiæ in Concilio, doctrina, & Oratotia arte inter Patres illuſtris. Hanc rexit Eccleſiam ſumma ſui nominis commendatione annos a8. Mortalitatem explevit anno 1443.

B



C

44. ANGELUS Mazziottus Canonicus Capuanus ab Eugenio IV. electna eſt Epiſcopus Calvenſis anno 1443. t5. Kal Augnſti, qni Eccleſiam Abbatiæ S. Vitaliani Menſæ Epiſcopali uniendam accepit pro reparatione Eccleſiæ Cathedralis quaſi collapſæ, quam reſtanravit, & anno t452. majorem aram conſecravit, in qua adſunt reliqniæ S. Caſti, S. Euſtaſii, S. Leonis Papæ, S. Barbati, Ss. Innocentium, Ss. Chryſanti, & Dariæ MM. & S. Nicandri, prout apparet ex authentica in Archivio Epiſcopali Calven. Jacet ſepultus in Cathedrali prope ſacellum eleganti ex marmore ſepulcro.

45. ANTONIUS electus anno t466. Id. Aprilis interſuit Neapoli coronationi Alphonſi II. Regis anno 1495. obiit eodem anoo.

D



46. ANGELUS Marottus Capuanus electus anno t495. die 24. Julii.

A

47. MAURELIUS Joaonottus obiit an. t505.



48. MATTHÆUS de Magnano de Urſinis Romanus antea Epiſcopus Civitatis Ducalis a Julio II. ſucceſſor datu aeſt Maurelio die ultima martii anni 1505. Poſt ſeptimom annum ſuæ bonæ adminiſtrationis deceſſit an. 15t2.



49. GABRIEL de Urſinis ex nobili ſtirpe electus an. 15t2. die 18 Januarii ſedit ad annum nſqne t519. quo libens nolens reſignavit cum regreſſu.

50. JO: ANTONIUS, ab aliis Joannes Ferdinandus de Galla, civis, & Archidiaconua Capuanus, creatus anno 15t9. die 3. Auguſti obiit t543.



51. Fr. BERARDINUS Laurentius Spada Bononienſis ex ordine S. Franciſci Conventnalium in facultate Theologica clarus, recognitaque doctrina, cum pietate illuſtris, adeoqne ſuo ordini probatna, ut in generalibus comitiis Romæ habitis apud Ss. Apoſtolos Generalis miniſter creatus fuerit anno 1537 per ſex annos Magiſtratum eximie geſſit. Quamobrem Paulo III. Pontifice jubente ad hunc Epiſcopatum Calvenſem aſſumptus eſt die 25. Maii t543. ſequenti vero Romam cogitans multorum opinione cum jam ſacræ Purpnræ deſtinaretur ex rupto apoſtemate obiit, & in Eccleſia S. Hieronymi Charitatis de urbe ſepultus fuit in Capella gentilitia domus Spadæ hac inſcriptione.


Berardinus Laurentius
Spada
Serroni ex Matthæo Fratre
Abnepos ,
Epiſcopus Calvenſis .
Anno ſalutis MDXLIII.

Et aberrati fuere Petrus Rodulphus , & Waddingus tom 8. Annal. Minor. ſcribentes fuiſſe Neapoli demorsuum , & in Eccleſia S. Claræ ſepultum , reati ab Ughello in tom. 6. pag. 604. primæ edit. cuus quoque nomen , exaggeratasque virtutes hoc noſtro ſæculo ex eadem familia hæreditavit Berardinus Spada S. R. E. Epiſcopus Cardinalis Prænestinus , iis cumulatus virtutibus , quæ Eccleſiaſticam Principem videantur decere. Id. Ughellus.



52. MARINUS de Januariis nobilis Neapolitanus ſedilis portus , clarus doctrina , moribus ſpectabilis a Paulo III. declaratus eſt hujus Eccleſiæ Antiſtes die 13. auguſti anni 1544. Poſt paucos dies antequam poſſeſſionem adipiſceretur Romæ mortalitatem explevit.

53. BERENGARIUS Guſmanns ex nobiliſſima ſtirpe ſtatim Epiſcopus Cales evaſit , qui feudum Rochettæ menſæ Epiſcopalis e manibus Iacobi Pellegrino intruſoris vindicavit , prout apparet ex ſententia lata per S. R. Conſilium Neapolitanum ſub die 26. menſis Junii anno 1549. referente Domino Galeotto Fonſeca R. Conſiliario , & cauſæ comiſſ. in banca Magnifici Joannis Berardini Balſani , qua fuit declaratum : dictum Caſtrum ab Immemorabili tempore a Menſa epiſcopali poſſeſſum fore , & eſſe relaxandum ; & prædictæ menſæ reſtituendum tanquam utili dominæ , & Baroniſſæ , & Epiſcopis pro tempore &c. & ſuper poſſeſſione capta fuit confectum inſtrumentum manu egregii Notarii Marci de Conſtantin ſub die 18. menſis Julii 1549 cum inſerta forma proviſionum S. R. Conſilii. Obiit anno 1551.



54. BELISARIUS Gambera Canonicus Valentinus ſtatim evaſit Epiſcopus die 27. Octobris

A 1551. & Calvenſis præfuit Eccleſiæ , defunctuſque eſt eodem anno.



B 55. GASPAR Foſſa Calaber nobilibus parentibus ortus , in ſua religione S. Franciſci de Paula magnus Theologus evaſit , & declamator inſignis , nec minus in religioſis diſciplinis profecit , quamobrem communi omnium conſenſo primus ex Italis poſt D. Franciſcum ad ſupremam ſui ordinis gnitatem ſublectus fuit Paulo III. Pontifice , ſub quo iterum ſui ordinis ſupremus Antiſtes , & ex Theologo Sacri Palatii Epiſcopus Scalenſis creatus , poſtea a Julio III. Calvenſis , Paulo IV. deinde ſuperſtite a Philippo II. Hiſpaniarum Rege præter ejuſdem Pontificis voluntatem Archiepiſcopus Rhegienſis deſignatus fuit. Id Paulus ægre ferens noluit tranſitum permittere , qui e vivis ſublatus Pium IV. ſucceſſorem excepit , qui eum in Archiepiſcopum Rhegien. anno 1560. die 17. Auguſti inſtituit , & ad Oecumenicum Con. Trid. jam tertio inſtauratum miſſus , in eo primas partes egit poſt ſedis Apoſtolicæ legatos , quibus adeo expetitus , deſideratuſque fuit illius adventus , ut nihil eo abſente agi voluerint . Ubi autem venit , decretum C ipſe da celebrando Concilio formavit , & publicavit ſub die 18. menſis Januarii , & in altera ſeſſione , quæ ad diem 26. Februarii prorogata eſt , præclaram , & animo plenam orationem habuit : *de auctoritate Eccleſię in fidei rebus deſiniendis* , quæ oratio typis mandata eſt . Nihil inconſulto Gaſpare unquam in eo Concilio definitum eſt , imo ejus ſententia primas ſemper obtinuit ; ut de eo Cardinalis Sfortia Pallavicinus commemoravit in hiſtoria ejuſdem Concilii ; ejus vitam ſparſim deſcripſit doctus Franciſcus Lannvius Pariſienſis in generali Chronic. ordin. minor. Anno 1555. formavit plateas in forma probante , valida , & legali citatis omnibus intereſſe habentibus per banna M. C. Vicariæ , omnium bonorum , & redditunm , tam menſæ Epiſcopalis , quam Capitularis , quæ in Archivio Calven. extant .

D



56. Fr. JULIUS Magnanus ordinis S. Franciſci Conventualium ſucceſſit 1560. qui pro Eccleſia Calvenſi in S. Trid. Conc. votum dedit ; vir ma-

gnæ virtutis, & eximiæ pietatis è vita ereptus fuit A
anno 1566. ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Franciſci Theanen cum ſequenti inſcriptione.

Julio Magnano Placentino vitæ innocentia,
Morum integritate excell. Q. Theol. Opt. M.
Pontificibus ſui temporis non minus clarus.
Quam clarus Familiæ Franciſcanæ toto Orbe
Minoris ord. Sum. Vicar. poſtea Man. Præfect.
Demum vero Calvenſium digniſſ. Pontifici.
Anno tandem ætatis ſuæ LX. menſ. IIII. non
Sine ſuperſtitum lacrimis Theani mortuo,
R. Julius ejuſd. Ord. Theol & Julius Juriconſ.
Magnani ſororis filii XXV. Septemb.
MD. LVXV. fecerunt.

57. PAULUS de Baucio Terracina Neapolitanus, gente clara, floridaque divitiis, germanus frater Martii Biſinianenſis Epiſcopi, nepos Jacobi Theatini Archiepiſcopi, ac proſperi Melphi, & Lauri commendatoris Hieroſolymitani ordinis, ob eximiam virtutem, & eximias animi dotes Calvenſis renunciatus eſt Epiſcopus anno 1566. fato B
ceſſit anno 1575.

58 ASCANIUS Marcheſinus Epiſcopus Majorenſis per obitum Pauli ad hanc ſedem translatus eſt, ut ex actis habetur Conciſtorii ſub die 23. Septembris 1575. de anno 1576. die 12. menſis Aprilis fecit unionem ſimplicis beneficii ſub titulo S. Mariç a Diecciois in beneficium Sacelli Cathedralis Eccleſiæ pro cera in Divinis officiis adhibenda, de cujus unionis validitate cum a Fabio Maranta Epiſcopo ſucceſſore fuiſſet dubitatum anno 1617. de menſe Novembris S. Congregationem ſuper Conc. Trid. certioravit, in qua facta relatione a Domino Cardinali Langellotto, reſcripſit R. Epiſcopo: quod continuet ſuam poſſeſſionem, & in futurum non moleſtetur.

C



59 SCIPIO Bozzutus Neapolitanus Capuanæ ſeſſionis Patritius, Ludovico, & Lugretia Guindazzo ortus parentibus, legali ſcientia clarus, ſacræ D
Theologiæ Magiſter, germanus frater Annibalis Cardinalis Bozzuti, & Marci Antonii Archiepiſcopi Amalphitani fuit electus Calvenſis poſt Aſcanium anno 1580. & ad Lucerinam Eccleſiam tranſlatus 14. Februarii 1582. ubi occiſus fuit, ut videre eſt in Eccleſia Lucerina.

60. FABIUS Maranta Venuſinus Calvenſis Epiſcopus electus ſub datum 4. Maii 1582. Vir inſignæ virtutis V. J. D. & juriſconſultus meritiſſimus, in cura animarum indefeſſus, qui 11. Aprilis ſequentis anni 1583. viſitationem totius Diœceſis explevit, plenam notitiis, quæ hodie magni luminis inſervit. Anno 1588. renovavit antiquas plateas, & novas confecit, tam Menſæ Epiſcopalis, quam Capitularis, omnium Eccleſiarum, beneficiorumque Diœceſis. Anno 1589. ſanctam Diœceſanam ſynodum indixit, celebravit, & typis dedit: Eccleſiam reſtauravit, ſacellum de novo conſtru-



xit, & magnificam turrim campanariam de novo ædificavit anno 1586. Cauponam Menſæ Epiſcopalis per devolutionem recuperavit, & cum impenſa 350. aureorum reſtauravit; redditus totius menſç in claro poſuit, & auxit. Octavio Cardinali Acquaviva in Eccleſia Neapolitana Vicariam impendit operam, & anno 1608 pro nobiliſſimo Sacello in æde principe, quod Neapolitana Civitas D. Januario voverat, primum qua maxima fieri potuit pompa, lapidem jecit ſequenti inſcriptione.

D. Januario, D. Thomæ, D. Agnello, D. Aſpremo,
Cæteriſque tutelaribus
Neapolitana Civitas ſçviente vi peſtis
Anno 1527. Sacellum vovit: 1608. fecit
Paulo V. Pont. Max. Philippo III. Rege
D. Athanaſio. D. Severo. D. Euſebio. D. Agrippino.
Octavio Acquaviva S. R. E. Cardinali Archiepiſcopo,
Joanne Alfonſo Pimentello Beneventanorum comite
Prorege.

Relat. a Cæſare de Engennio in ſua Neap. ſac. fol. 80. antiquæ editionis. Plenus dierum ſub Paulo V. mortem obiit anno 1619.



61. GREGORIUS de Bubalo Romanus ex nobiliſſima familia ſuffectus eſt Fabio die 7. martii 1619. deceſſit 1623.



62. JANUARIUS Philomarinus Neapolita-

nna Aſcanii Cardinalia Neapolitani Archiepiſcopi A
germanus ſtatet , Cleticua Regularis Theatinus,
ad hanc Eccleſiam Calvenſem tcaductus eſt ab Ur
bano VIII. die 18. Decembria anui 1623. Cathe-
dram ſupra annoa quinque , & viginti cum laude te-
nuit . Neapoli ex acqua intercure decubnit , con-
ceſſitque ſato exeunte Octobti menſe anno ſeculari
ſacro 1650. ſepulruſque in Sanctorum Apoſtolorum
æde , ubi non ita multo anre prope magnificenriſſi-
mum Cardiualis ſtatria ſacellum monnmenrum ſibi
patio ex marmote ornariſſimum , pnſuerat ,
ve. uti prope adeſſe ſupremam neceſſitatem prædi-
vinaret: Spirat in eo tumulo ipſemet effictus ad vi-
vum , excellenti plane opete , monerque conſe-
pulti cinetis inſeriptio .

Januarius Philemarinus
Ex Clerice Regulari Epiſcopus Calvenſis ;
In Æde ubi ſolemnia concepit olim vota
Ad ſacellum
Aſcanii Cardinalis Fratris
Devotieae B
Virgini Annunciatæ dicatam ;
Ut tam illuſtre religienis paternæ inſeqaatur
exemplum
Monumentum hoc vivens poſuit
Anno MDCL.

Ejus virtutes,& iu Præſulatu egtegia facinora pro-
ſequitur Joſeph Silos tom. 2. annal. Cleric. regul.
Porro, inquit, in Eccleſiæ procuratione cum pleraſ-
que Pontificii munetis partes ptobaſſet , tum zelo
quodam tuendi Eccleſiaſtici juria valuit, ut nuu-
quam ardentior illi indoles fuerit , quam ubi propu-
gnanda ſacrorum dignitaa , ac libertas eſſet , &
pro ſnæ Eccleſiæ juriſdictionali materia obtinuit pro
ut ſequentibus Epiſtolis.

*Al Molte Illuſtr. e Reverendiſs. Monſignor come
Fratelle il Veſcovo dell'Iſola Nunzio di N. S. in
Napoli (tutti verò) molte Ill. e Rever. Monſignor
come Fratelle . Doppo l'eſſerſi fatta relazione del
proceſſe fabbricate da Monſig. Mruti predeceſſore di
V. S. per ordine di queſta S. Congreg. ſopra le contro-* C
*verſie giuriſdizionali ad iſtanza del Veſcovo, e Vica-
rio di Calvi , hanno queſti Illuſtriſſimi miei Signori
riſolute , che per l'avenire l'Arciveſcovo di Capua ,
e ſua Curia non poſſino procedere in alcuna delle cau-
ſe di detto Veſcove , del Vicario , Miniſtri , e della
Curia Epiſcopale di Calvi , ſe non dr , & cum voto
de V. S. ò d'altro Nunzio di Napoli pro tempore . Il
che ſe li notifica , perche le facci inviolabilmente oſ-
ſervare dal detto Arciveſcove , ſiccome nella accluſa
ſe li ordina , che V. S. farà preſentare , con manda-
re atteſtatione autentica di detta preſentatione , con
che la prego da Dio Noſtro Signore ogni bene . Roma
30. Maggio 1628. Di V. S. come Fratelle . Al Emin .
il Cardinal Bandini, Franceſco Paulucci Segretario .*

*Al Molte Illuſtre , e Rever. come Fratelle l'Arcive-
ſcovo di Capua . Queſti Illuſtriſſimi miei Signori del-
la Congregatione ſopra le controverſie giuriſdiziona-
li doppo matura conſideratione comandano , che per
l'avvenire V. S. ò ſuo Tribunale non proceda, nè ven-*
ghi ad atto alcune nelle Cauſe del Veſcove di Calvi, D
*de miniſtri , e della ſua Corte , niſi de , & cum voto
di Monſig. Nunzio di Napoli pro tempore , così V. S.
eſeguirà ſenza replica avvertendo per l'avvenire di
governarſi con prudenza , e ſenza paſſione , per ſfug-
gire i riſentimenti maggiori , che poſſono ordinarſi da
N. S. e Dio la conſoli . Roma 30. Maggio 1628. Di
V. S. come Fratello Affettien. Il Cardinal Bandini
&c.* quas in Tribunali A. C. de Urbe præſentaras
invenimua , à quo fuerunt inhibitotialea expeditæ,
eriam ſub datum 20. Octobris anni 1673. tempore
Præſulatua Clementis P. X.

Cæterum communi rei, publicis allorum comodia ,
ac benevolentiæ ita ſtuduit, ut nihil unquam irrita-
ta iuvidia de eo Romam attulerit cenſura dignum .
Legato cenſu annuo bis in die ſacrificari pro ſe juſ-
ſit , excitato in Calvenſi Eccleſia D. Antonino ,
quem principe ſtudio colebat , ſacello, in quo ea ſe-
cra celebrarentur.



63. FRANCISCUS Maria Falcucius nobilis
Eugubinna collegiaræ Eccleſiæ S. Mariæ iu via la-
ta de urbe Canonicus V. J. D ætatis annum agens
44. eligitur 19 Decembris 1650 Dum viſitationem
Cathedralis perageret , aram magnam reaptavit ,
in qua reliqnias ſuper columna marmorea iu am-
pulla vitrea bene ſuggellata invenit cum authenti-
cia Ss. Caſti , Euſtaſii , Leonis Papæ, Barbati , In-
nocentium , Chryſanti , & Dariæ , Nicandri , qui-
bus additis aliis Sanctorum Dionyſii , & Claudi ,
denuò dictam aram conſecravit anno 1658. die 8.
Aprilia. Munus ſuum morte intetveniente eleganter
explevit anno 1661. & jacet in Cathedrali Eccleſia
ſepultus .



64. VINCENTIUS Carrafa nobili Neapoli-
tana proſapia genitus, Canonicus regularis Late-
ranenſis. Magiſter in Theologia , & egregius con-
cionator , cum Abbatialem præfecturam , aliaque
munia in ſua congregatione peregiſſet , ad hoc regi-
men vocatus eſt 8. menſis Auguſti 1661. Majorum
ſuorum veſtigia inſequendo , Conſervatorium Mo-
nialium ſub titulo S. Eliſabeth in Terra Camiliari,
authoritate ordinaria erexit , confirmatum autho-
ritate S. Congregationis Eminentiſſimorum S. E.
Cardinalium negociis,& conſultationibus Epiſcopo-
rum , & Regularium ſub die 27. Septembris 1675.
Obiit Capuæ , & ejus corpus tranſlatum fuit Nea-
polim in Eccleſia Immaculatæ conceptionis Capuc-
cinorum , ubi ſequens legitur inſcriptio .

Viator ,
Buſtum vides Vincentii Carrafæ .
Si Civis es , audiſti ſatis ,
Nomen enim laudes ſuperat apud Cives ;
Sin hoſpes , unum admiratas , abi .
Hoſtilianorum Principum germen,
Calvenſi Epiſcopatu,
Prædicatione, & doctrina moribuſque præfulgens
Præclara hæc revexit ad ſydera
Dum migrans ab humo ,
En cum humili Capuccinorum habitu ,

Et

Et ſepulrara commatavit,
Et genere major, & infulis
Miaimis coęquari decrevit.
Petrus Acanda S. Jacobi Ordiais Eques
Tarmis, eqaitam præfectas
Ut pleaiſſime
Vota morientis impleret,
Capaa huc translatis cauvils
Meritiſſimi affinir
Męreas poſuir.
Vixit aaaor LXXVIII. ſablatur aano
MDCLXXIX.



65. **VINCENTIUS** de Sylva Neapolitanus, Seſſionis Capuanæ nobilis, Ordinis Prædicatorum Magiſter Theologus, qui ex Policaſtren. Epiſcopatu, in quo Eccleſiaſticam libertatem Apoſtolico zelo defendit, pront de dicta Eccleſia videre eſt, ad hanc Calvenſem ab Innocentio XI. translatus ſuit 10. Aprilis anno 1679. Calvenſium Prælatorum decus, & honor, qui cum Epiſcopium dirutum, & ferè ſolo æquatum inveniſſet, à populo Neapolitano anno 1647. Archiviumque combuſtum in odium Epiſcopi Philomarino, qui partes Regis ſecutus fuit, domum emir in Terra Pignatarii, in qua Epiſcopium decenter accomodavit; Eccleſiam non ſolum ſacris ſupellectilibus ornavit, ſed de novo tres Canonicatus adinſtar antiquorum, & quatuor Hebdomadariatus cum ſufficienti dote fundavit de jurepatronatus Epiſcoporum pro tempore, & ad præſens à duodecim Canonicis, & quatuor manſionariis Eccleſiæ inſervitnr: relictis Capitalibus pro aliiaerigendis, prout videre eſt in Archivio Curiæ. Synodum Diœceſanam indixit, & celebravit ſub die 21. Maii 1680. 1681. 1682 & 1698. enm appendicibus, typiſque dedit. Cathedralem reparavit Eccleſiam: Seminarium erigere ſtudebat, ſed morte præventus menſe Julii anni 1702. nnn potuit conſumare; jacet humatus in medio Cathedralis Eccleſiæ cum hac inſcriptione.

Reſarrectioaem mortaorum hic eapectat Vincentius M. de Sylva ordiair Prædicatorum, peccatorum maximas, hujus ſanctæ Eccleſiæ Prælatoram miaimas: rogare Deum, ar ia diſtrictioae ultima ad dexteram Judicis miſericorditer collocetar. Amea. Obiit die 23. Maii an. Domiai 1702.



66. **JOANNES** Baptiſta Caracciolus è Sole,

A Neapolitanus de comitibus S. Angeli, Clericus Regularis de Somaſcha, S. T. P. poſt obita nonnulla ordinis ſui munera huic Eccleſiæ præfectus eſt 15. Januarii 1703. obiit Neapoli 5. Novembris 1714. ſepultuſque fnit in capella magni Siniſcalchi Sergianni in Eccleſia S Joannis de Carbonaria gentilitiæ domua ſuæ ſequenti inſcriptione

Joaaaes Baptiſta Caracciolas è Sole ex comitibas S. Angeli, Epiſcopur Calveaſir, mortale qaod habebat, morieado depoſait, die 5. Novembris, ętatir ſaę 69. reparatæ verò ſalutis anno MDCCXIV.



B

67. **JOANNES** Carraſa Neapolitanus ex Ducibus Mayrani, Congregatinnis Theatinorum, Epiſcopus Neocaſtren. electus per tranſitum ad hanc Calvenſem Eccleſiam, ſed morte præventus die 17. menſis Auguſti 1719. non fuit poſſeſſionem adeptus.

C



68. **PHILIPPUS** Poſitanus nobilis Neapolitanus ex Marchionibus de Mareſchotto V. J. D., qui à prima adoleſcentia fuit militiæ Eccleſiaſticæ adſcriptus, & Abbas ſub titulo S. Franciſci, & Hieronymi in Eccleſia Monialium Neapolitanæ Civitatis de jurepatronatus de Poſitanis. deinde Fiſci, poſtea pauperum Patronus, S. Inquiſitionis, & Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ: de anno 1712. facultate Eminent. D. Cardinalis Urſini Archiepiſcopi Beneventani, nunc Epiſcopi Tuſculani, viſitator Generalis Civitatis, totiuſque Tuſculanæ Diœceſeos: fuit Canonicus Cathedralis Eccleſiæ Neapolitanæ ab Eminentiſs. Dom. Archiepiſcopo Cardinali Pignatello creatus, germanus frater F. Joſeph. M Epiſcopi Acerrarum, à Ss Domino Clemente Papa XI. vocatus ad Calvenſem Eccleſiam ab Imperiali Civitate Viennæ, ubi detinebatur cum Joſepho ejus germano fratre Regente ſupremi Conſilii Italiæ, conſecratus fuit ab Em. Cardinali de Althann die 22. Decembris anni 1720. ætatis ſuæ

annorum 42. in Eccleſia Spiritus S. Neapolitanæ Nationis de Urbe; die 2. Februarii ſequenris anni 1721. Prælatus Domeſticus, & Epiſcopus in Solio Pontificio Aſſiſtens declaratus. Vir clariſſimus, virtute, & mirabili ingenio præditus, optimus Juriſconſulrus, & eruditiſſimus in linguis, pietate ſingulari ſuſcepit ejus ſponſæ gubernacola. Novam viam longitudinis paſſuum 600. & quatuor ſupra ſexaginta latitudinis antè Cathedralem Eccleſiam fieri curavit, ornavitque illam 100 pedibus olivarum, quornm fructus pro iampade Vener accendenda aſſignavit: prębendas Pęnitentiariam, & Theologalem, nec non duos novos Manſionariatus Epiſcoporum pro tempore de jurepatronatus, fundavit, Oeconomum Sacriſtam cum dote 40. ducatorum redditus inſtitnit; Archivium inventum in chaos redactum ſummo labore coordinavit, Viridarinm erga Epiſcopale Palatium ampliavit, ad culturam, deliciamque reſtituit, ſacra ſupellectili Eccleſiam ornavit: litem cum Marchione Francoiiſii, recuperando decimam, ſuper Fendo *delli fraglioni* finivit, pront ex proceſſu in R. C. Summariæ apud Actuarium Cecere: ad præſens ſtudet (ſavente Deo) ſeminarium erigere, redditus Menſæ nova cum conſtructione Molendini augere, olivetum com plantis ſupra bis mille ad colturam redigere, Cathedralem, & Epiſcopium reſtaurare; totus intentus pro ſuis ovibus in viam ſalutis paſcendis. Vivit, eaimius Cales Præſul omni honore digniſſimus, diuque vivat.

A D CAMERINENSES

T O M. I.

Col. 550. lin. 18. a capite lineæ *adde*.

X. ANSELMUS *Camertiaas* corrupte pro *Camertiaas* legitur in Concilio Romano an. 861. cujus acta dedimus tom. 2. in Ravennatibus.

Col. 551. lin. 66. *adde* a capite lineæ.

XV. AZO Camerinenſis Epiſcopus interfuit an 1029. Synodo Romanæ, quam retulimus tom. 5. in Gradenſibus. Quo prodeunre Epiſcopo nullum amplius eſt dubium, quin duo fuerint Romnaldi, quorum memoria habetnr ab an 993. ad 1052. Hinc poſt Azonem adnumerandus alter Romualdus.

Col. 555. lin. 41. *adde* a capite lineæ.

XVIII. LAURENTIUS Camerinenſis Antiſtes an. 1119. conceſſit caſtrum S. Severini Warnerio Marchioni, & A. Comitiſſæ jugalibus ex documento apud Muratorium in Antiquit. Eſtens. tom. 1. pag. 394.

A D CAPRULENSES

T O M. V.

Col. 1336. lin. 1. pro N. . . . . . ſcribe Epiſcopi nomen, quod fuit JOANNES ex epiſtola citata M. Gregorii, quæ in nova Monachorum editione eſt decima libri noni.

Col. ead. lin. 42. a capite lineæ *adde*.

V. DOMINICUS Anrius electus Caprulanus Antiſtes juramentum fidelitatis Joanni Gradonico Patriarchæ Gradenſi præſtitit an. 1107. die 10. menſis Septembris ex documento Patriarchalis Veneti archivi.

Col. ead. lin. 58. à capite lineæ *adde*.

X. JOANNES de Tumba electus ſimiliter Caprulanus Epiſcopus fidelitatem jurat Jo. Signolo Patriarchæ Gradenſi an. 1197. menſe Decembri die 9. exeunte ex documento citati archivi. Ex quo patet eumdem Dominicum non potuiſſe in bac ſede exiſtere an. 1177. & an. 1205. Vel igirnr dicendum, deleto anno 1177. Dominicum ad hanc carhedram perveniſſe nonniſi poſt Joannem de Tumba, vel

A ſi Chronico Franciſci de Gratia fidem adhibendam putes, poſt Joannem de Tumba alium Dominicum Caprulanum Præſulem ſtatuas, oportet.

Col. 1337. lin. 3 *adde*: bic erat e nobili familia Marina, dumqne eſſet Caprulanus electus, fidelitatis juramento ſe obſtrinxit Angelo Baroccio Parriarchæ Gradenſi an. 1209. menſe Majo die decimo eaeunte ex charta præfati archivi.

Col. 1338. poſt lin. 34. *adde*. Natalis iſte Caprulenſem thronum obtinuit anno circiter 1526. cujus menſe Martio die octava ſolitum fidelitatis ſacramentum præſtitit Angelo Baroccio Gradenſi Patrisrchæ ex documento Patriarchalis archivi.

Col. 1339. lin. 5. *adde*. Memoria hujus Nicolai, e nobili Natali gente, occurrit in documentis Veneti Patriarchalis archivi ad an. 1484. menſe Auguſto die 10. intrante.

B

A D CASSANENSES

T O M. IX.

Col. 355. poſt lin. 13. deletis, qnæ ibi legnntur de poſtremis Caſſanen. Epiſcopis, ſequentia *ſubtice*.

L. Fr. ALONSIUS Balmaſeda, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Hiſpanus, anno 1670. Gregorio ſucceſſit, qni ſtatim ac fnit electus, ac conſecratus, Epiſcopus audiens poſſeſſorem juriſdictionis Criminalis Mormanni intruſum eſſe minus juſte etiam in Civilem, in qna præventionem tenebst, ut Eccleſiæ jnra in priſtinum revocaret, noluit ad Diœceſim accedere, niſi prius, ipſo Prorege promovente, a Regia Camera hoc Cecretum obtineret: *Reverradas Epiſcopas Caſſan. manatentatar in poſſeſſione Cauſarum Civilium, & mixtarum, primaram, & ſecundaram Caaſaram, & Bajalationis pro qaibus tractatar immanis, ſalva proviſione facienda in qaaranqar parte jadicii, reſpecta Siclæ, & Portulaalæ, Fiſto, & partibas bene auditis*; & ſic re- C vocatum fuit Decretum aliàs ab ipſa Regia Camera anno 1656. Inauditis Epiſcopo, ejuſque Advocatis, juribus Eccleſiæ nec d ſcuſſis, nec allegaris, latum in ſavorem Poſſeſſoris Juriſdictionis Criminalis: quare Juriſdictio Civilis plene reſtituta fuit Eccleſiæ privativè, quoad alios, & etiam ſecundarum Cauſarnm & Bajulationis. Quibus habitis in Diœceſim ſe contnlit; & paucos dies in ea commoratus, electus Gironæ in Caralonia Epiſcopus in Hiſpaniam rediit; ægre ferentibus Caſſanen. Diœceſanis, quod tanto privarentur. Præſule, pro expectatione recti, juſti, mitis & potentis regiminis, quod ab ipſo, & per ipſum ſperabant.

LI. Fr. JOANNES BAPTISTA del Tinto, patria Sulmonenſis, Religione Carmelita, ſacræ Theologiæ Magiſter, ob multa ſervitia Catholico Regi præſtita, & præcipue ex eo, qnod in Regali Conventu majori S. Mariæ de Monte Carmelo Neapolis, dum ibi Prioratus munere ſungeretur, Regios milites præſidiarios in arce diſtincta ab ædi- D bns ſuorum Fratrum Carmelitarum, com quibns confuſe habitabant, ęre proprio ſabricata permanere cnraverit, Tranenſis Archiepiſcopus effectus fuit: poſtea Archiepiſcopatu abdicato, ſedem Epiſcopalem Caſſan. anno 1676. obtinuit. Diœceſim petiit, in Civitate Mormanni Synodum coegit, ibique Epiſcopale & Baronale palatinm in loco, ubi prius a Marino Tomacelli Neapolitano Epiſcopo Caſſanen. fuit ædificarum, funditus tamen everſum, & collapſum, majori amplitudine, & moderna architectura a fundamentis erexit, decente ſupellectili exornavit, & providit, ita ut non ſolum Epiſcopali Dignitati, at etiam Regali videretur percommodum.

Fortiter Jnriſdictiones Epiſcopis, uti Baronibus, & Dominis Mormanni, & Trebiſaciarum debitas, tutatns eſt; nam poſſeſſoribus Juriſdictionis Criminalis poſt obtentum decretum 1680. Inaudito menſæ Epiſcopalis Procuratore & Advocato, ut ſe-

qui-

quitur : *Utilis Dominus Juriſdictionis Criminalis manuteneatur in poſſeſſione, ſeu quaſi ſecundarum Cauſarum Civilium, Criminalium, & Mixtarum, Bajulationis, Portulaniæ & Siclæ*: ipſe taliter, validas opponendo nollitates, ſe objecerit, ot tale decretum uſque ad præſentem diem nullum contra Eccleſiam effectum habuerit. Demum cum Neapoli ob prædictam cauſam moratetur, non ſolum anuis, ſed meritis onuſtus auno 1685. dies ſuos in domino clauſit; & in Eccleſia majori ſui ordinis fuit ſepulrus.

LII. Fr. FRANCISCUS de Seqneyros, & Sotomayor, nobilis Hiſpanus, ex Regno Galitiæ, in Complutenſi Academia ſacræ Theol. & Canonum Lector primarius, dum Romæ ſuæ Religionis Eremitatum S. Auguſtini primus eſſet Aſſiſtens, anno 1686. Caſſanen. Epiſcopus creatus fuit. Immunitatis, ac libertatis Eccleſiæ fuit acerrimus defenſor: pauperum cauſas protegebat: frugalitatem in victu, & veſtitu ſervabat, cum humilibus fuit humaniſſimus, cum elatis tigidiſſimus Carolo II. Hiſpaniarum Monarchæ ita charus erat, & fidelis, ut de ſummis Regni Neapolitani rebus Regem ipſum proponentem certiorem, ſuaſomque redderet. Quare Proregibus, Miniſterio, & Baronibus Regni timorem pariter, & amorem reſpectivè ingerebat: ſubditis, & vaſſallis ſuis Mormanni, Trebiſacciarum, & S. Baſilii vexationem vel minimam a quocunque inferri minimè patiebatur dum vixit, Baroniæ in prædictis locis juta omnia, quæ cum poſſeſſoribus Juriſdictionis Criminalis ſub lite tandiu fuerunt, & adhuc ſunt, authoritate licet privata, ſibi vindicavit, & tenuit: & in ſucceſſoribus etiam conſervaſſet, ſi contradictoriè inceptam cauſam, de qua ipſemet eleganter allegando ſcripſit, coram judicibus ad finem egiſſet. Epiſcopale Palatium Mormanni a ſuo Anteceſſore ſundatum, & erectum, majoribus foribus conſtructis, forinſecus nobiliori fabrifactura decoravit. Neapolim tandem regreſſus, ob Regis Catholici Commiſſionem ſecretam exequendam, & ſupradictæ Baroniæ cauſam terminandam, excell. Proregi D. Gaſpar de Haro, & Gusmano, a quo ſui teſtamenti executor deputatus fuit, morienti ſpiritualibus monitis, & conſilio adjuvit; ibique ægra valetudine annum integrum laborando 1691. ex hac vita migravit, & in Eccleſia ſui ordinis Hiſpanicæ Nationis humatus requieſcit.

LIII. Fr. VINCENTIUS de Magiſtris, Ordinis Prædicatorum, Sac. Theol. Magiſter, omnibus ferè ſuæ Religionis præfecturis laudabiliter perfunctus, ad hanc Epiſcopalem ſedem Caſſanen. eodem anno 1691. fuit promotus. Quatuordecim annos ibi vixit. Eccleſiaſticam libertatem acriter propugnavit. Tanta charitate erga pauperes commovebatur, ut præter quotidianas eleemoſynas, quolibet die feſtivo de ſolemnioribus, cunctiſque B. Mariæ Virginis, quamplurimos ex eis per diverſa loca Diœceſis quotidie proportionate veſtiret: Egenorum verecundorum, & præſertim infirmorum deſcripta nomina habebat, adhoc, ut eos omni charitatis officio juvare poſſet: quod per probatæ fidelitatis Curatos, ac Sacerdotes ſedulo præſtabat: Famalis ſuis, cæteriſque ſubditis obſequium vel minimum ſincere præſtantibus gratiſſimus fuit. In rebus agendis taliter veritatem præferebat, ut Chriſti monitum *Eſt, eſt, Non, non* perfectè ſervaverit. Cum ægra valetudo permitteret, Sanctiſſimum viaticum ad infirmos deferebat, & ſacro, dulcique obſequio eos mirifice ſolabatur. In Cathedrali Eccleſia Altare majus lignea ſculptura deaurata erexit: Cuſtodiam, in qua Ss. Euchariſtia aſſervatur, ex ebano, & fuſilibus argenti ornamentis, induſtrioſe commixtis, fieri, & ſubtectam in tota Eccleſia, & ſupra populum, in quod Epiſcopi ingrediuntur ex ſuis ædibus, componi, & pingi proprio ære curavit. Altare majus, & S. Mariæ Cathedralis Eccleſiam titularem fuſis argenteis antependiis, Candelabris, & Crucibus, ſum-

A mis impenſis ditavit. In Civitate Mormanni ſtatuæ B. Mariæ de Roſario, quæ in proceſſionibus per Civitatem circumfertur, ejuſque infanti Filio pretioſum roſarium ex ambra donavit. Palatio Epiſcopali pro delectabili Præſulum diverſione magnum ſolare coopertum adjunxit; totius ſacræ Scripturæ dogmaticæ Catechiſmum per Dialogum inter magiſtrum, & diſcipulum, quod ſæpè ſæpiùs convocatis Eccleſiaſticis, aliiſque facili, & clara communicatione exponebat, latino idiomate compoſuit; & dum illum edi, & typis mandari, aliaq; præclara efficere intendebat, improviſa morte fuit correptus. Luxerunt eum ut patrem pauperes, uti magiſtrum ſuum luxit & Caſſanen. Eccleſia. In Archipresbyterali Eccleſia Mormanni prope ſacriſtiam fuit ſepultus anno 1705.

LIV. NICOLAUS Rocco V. J. D. & Sac. Theolog. Profeſſor, Epiſcopus Scalæ, & Ravelli, anno 1706. Caſſanen. Epiſcopus fuit deſignatus. Audivit, & lætata eſt univerſa diœceſis, tum quia il-
B lum omnibus illis virtutibus, quæ optimum conſtituunt Epiſcopum, præditum eſſe prævia fama cecinerat, tum etiam diœceſis, anteactis ſæculis ſemper a Regularibus Epiſcopis gubernata, ſub hoc ſæculari ſe melius, & conformius regendam eſſe ſperaret. Et concepta ſpes eam non fefellit; nam ſtatim ac in diœceſim pervenit, futuri optimi regiminis judicia præbuit: illum enim humilem, humanum, liberalem, tractabilem, pium, mitem, docilem, boni cordis virum, Dei honoris, & animarum ſalutis zelo æſtuantem experta eſt. Et quia boni Paſtoris eſſe ſui pecoris vultum agnoſcere recte callebat, primo vaſtæ diœceſis per loca inacceſſibilia, nulli labori parcendo ſanctam viſitationem perſonaliter peragere propoſuit, & effecit, ut monitis, & ſanctionibus hinc inde habitis ea, quæ reparatione indigerent, repararet, & quæ conſervatione conſervaret; Confirmationiſq; Sacramentum præcedente Catechiſmo adultis etiam in decrepitate, nedum ſenectute, ignaris miniſtraret. Immunitati,
C & libertati Eccleſiaſticæ conſtanti, & forti pectore cujuſcunque ſtatus, & conditionis perſonatui obſtanti, reſiſtendo favit, & fovit. Funditus collapſam Cathedralem Eccleſiam moderna architectura perbelle reædificavit: optimo organo, marmoreis fontibus, porfido artificioſe immixto, eam providit; ejuſque ſacriſtiam pretioſis ſacris ſupellectilibus locupletavit; & Cruces marmoreas, in quibus Sanctorum Reliquiæ pro conſecratione reponendæ erant, reparavit. Epiſcopale Palatium reſtauravit: Seminarii ædes, tot annis ſeminario demiſſo ad finem illud reſtituendi, ferè dirutas habitabiles reddidit: Seminariumque tandem, ſtatutis Rectore, Grammatices, humanitatis, & Moralitatis Lectoribus, necnon cantus magiſtris, aliiſque perſonis de ſervitio, pro alumnis, & convictoribus triginta convivéntibus, reſtituit, & firmavit. Et quia in Civitate Caſſani tempore æſtivo pro aeris malignitate Seminarium permanere non valet, alterum Mormanni pro tali tempore
D fundavit, & inſtituit: ita ut hyemali tempore Caſſani, æſtivo vero Mormanni perpetuo permaneat. Hic Sancto Michaeli Archangelo Eccleſiam ædificaret, ac de ſtatua, aliiſque neceſſariis providit: & Eccleſiam Sancto Blaſio, Diœceſis patrono dicatam, nobiliori fabrifactura admirandam reddidit: ſtatuamque ipſius patroni ex argento fuſam, illi loco, cui Præſuli videbitur, deſtinandam, fieri fecit. Corpus ſui Anteceſſoris Epiſcopi ex loco prope ſacriſtiam, ubi quieſcebat, in presbyterium ante altare majus transferendum, ibique perpetuò collocandum cum hac inſcriptione in ſepulchrali lapide curavit.

Frater Vincentius de Magiſtris ordinis Prædicatorum, Magiſterii laurea donatur, cæteriſque honorum inſignibus Caſſ. Eccl. efflagitante merito, contranitente virtute Præſul creatur, diu vixit, quia optime, nec ſibi vixit ſed ſuis, cunctis profuit, ob-

fuit

A *fuit nemini . Quid plura? authoratæ probitatis Antiſtes , in ſe ita unus expreſſit ut omnes præferret . D. Nicolaus Rocco Prædeceſſori ſuo obſequentiſſimus Auguſt. Cineri monumentum hoc, ſeu verius virtuti trophæum P.*

In Palatio mirabilem, & profundam ciſternam in duriſſimo lapide ſummo labore, & ære effodit: & fabrica delectabili architecturæ os ejus, & latera compoſuit . Poſſeſſorem criminalis juriſdictionis Mormanni, ipſam præpotenti vendere volentem, Regiis proviſionibus inhibuit , ut ſibi, tanquam in Dominio conſorti, & non alteri venderet; ad quem finem pretii depoſitum hilari animo obtulit . Spatioſam vineam, undique frigidis, levibus, & puris aquis potabilibus irrigatam, emit, quam ita ampliavit, ut vinum affluenter pro tota familia, ac concurrentibus producat: ei delectabile adjunxit viridarium, & forenſe Palatium, in quod recreationis ergo Epiſcopus ſe recipit ; aliaque admiratione digna operatus eſt , & Deo adjuvante , operabitur .

B

AD CASTELLANETENSES

T O M. IX.

Col. 151. poſt lin. 65. *addo* à capite .

II. AMURIS, antiquo Diplomati conſcripto anno ab ortu Salvatoris 1100. menſe Decembris Indictione octava, quod proſtat in Archivo Cavenſi Armario I. litera E. num. 38. ſubſcripſit hoc pacto. *Ego Amuris Divina favente Providentia Mutilenſis, & Caſtellanetenſis Eccleſiæ Præſul* . Polidorus.

Col. 153. lin. 23. *adde* .

Hujus Epiſcopi mentio occurrit in veteri membrana ſcripta anno Domini 1110. menſe Julio , quæ ſervatur in eodem Archivo Cavenſis Cœnobii Armario I. lit. E. num. 25. *Polidorus* .

Col. ead. poſt lin. 14. *adde* à capite .

C V. MARCUS qui in Authographo inſtrumento memorati Archivi, quod extat in Armario primo litera E. num 73. ſubſcriptus legitur ſequentibus verbis. *Nos Marcus Dei Gratia humilis Caſtellanetenſis Epiſcopus* : ſcriptum verò idem inſtrumentum eſt anno Domini 1226. menſe Januario indictione XIV. ætatem certo protraxit idem Marcus ad Februarium uſque menſem anni 1288. quo tempore alterum obſignavit Diploma ſervatum in eadem Arca lit. E. num. 30. *Polidorus* .


Col. ead. lin. 28. *adde* .

Longe ante hunc annum Joannem Caſtellanetenſi Eccleſiæ fuiſſe præfectum vetuſta indicat Inſcriptio poſita olim juxta aram maximam antiquæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Galeſo Tarentinæ Diœceſeos, quam ex Mſ. Codice Clariſſimi Viri Joannis Juvenis Tarentini ab erudito Abbate Cataldo Antonio Caſſinello jampridem deſcriptam , nobiſque communicatam, è reducimus hic recenſere .


D *† Hoc Altare in honorem Beatæ Mariæ ſemper Virginis dedicatum fuit per Rev. in Chriſto Patrem Dominum Johannem Dei Gratia Caſtellanetenſem Epiſcopum de licentia, & authoritate ſui Tarentini Primatis Anno Dominicæ Incarnationis MCC LXXXIV. Tertio Idus Auguſti Indictione XI.*

Idipſum conſtat ex authographo Diplomate conſcripto eodem anno , menſe Decembri , ſervato in Armario primo laudati Archivi Cavenſis , litera E. num. 38 Quod ſequentibus verbis Epiſcopus ipſe obſignaſſe legitur . *Nos Frater Johannes Dei Gratia humilis Caſtellanetenſis Epiſcopus* . Polidorus.

Col. 158. poſt lin. 46. pone ſequens Agudii gentilitium ſtemma .



Col. ead. poſt lin. 52. pone Falconii gentilitium inſigne.



Col. 158. lin. 55. *adde* . Sedit laudatiſſimè ad an. uſque 1676.

Col. ead. lin. 62. *adde* .



Hic Epiſcopus ſacellum in cathedrali D. Franciſco Paulano, ære tamen ſacerdotis Joſephi Gigantis ſibi legato excitavit, quod poſtea fidelium devotio mirè exornavit. Scalas verè magnificas in atrio ſuæ ædis principis cum tribus januis , à quibus in eam patet aditus , ſcalas etiam prò ſuo palatio , & in eo alterum pro curia cubiculum ſuo proprio ſumptu confecit . Eccleſiaſtica jura , quo debebat pectore , ſemper tutatus fuit, donec ad Miletanam Eccleſiam translatus fuit .

XXXVI. HONUPHRIUS Nicolai Monteſori, & Lucretiæ Salvatinæ nobilium Tridentinorum filius, natus tamen ipſe Barii , quo ejus genitores veneraturi D. Nicolaum Myræum Epiſcopum ſe duxerant, hoc ſacerdotio per Bernardinii tranſitum 17. Decemb. 1696. honeſtatur. A' teneris Nea-

po-



poli educatus fuerat, poſteu Romæ, ſed in Neapolitanis ſubſeiliis canſarum Patronum egit. Vitæ ſæcnlaris pertæſus Eccleſiaſticam amplexatus fuit. Sacerdos anno 1686. jam ſacratus Vicariam operam Puteolano præſtitit Antiſtiti uſque ad annum 1696. quo & ipſe Antiſtes, ſed hujas Eccleſiæ evaſit, quam ſummo zelo adhuc regit, atque gubernat. Ob ſuam legalem doctrinam, experientiam, ac miram in rebus agendis dexteritatem arbitrum voluerunt omnium litigiorum, nedum privatæ conditionis homines, ſed ipſi Dynaſtæ Barenſis, & Hydruntinæ Provinciarum, quæ ipſe ambarum ſemper partium emolumento compoſuit. Eccleſiæ ſervitium impenſe promovet, Eccleſiaſticorum vitæ perpetuus cenſor ineſt, & explorator, in reos nonniſi corporaliter animadvertit. Probos viros peculiari amore proſequitur, at ſi cum vitæ probitate doctrinam in ipſis deprehendit, præmiis cohoneſtat, muneribus exornat, & in ſui gregis procuratione adminiſtros eligit, & cooperarios. A' Monialium clauſtris, ſæcularium non conſanguineorum colloquia eradicavit. Caput ſuæ ædis principis opere tectorio etiam aurato, ac picturis venuſtavit. Aram maximam electis lapidibus concinnavit. Sacellum in eadem æde exornavit tabula in eo locata B. Mariam Virginem Roſarii exprimente. Statuam D. Nicolai, qui titulum dat ſuæ Cathedrali, auro etiam cœlavit, cruce inſuper gemmis, & non minus quadraginta magnæ molis adamantibus diſtincta donavit. In honorem D. Michaelis Archangeli templum extrà mœnia piorum etiam eleemoſynis excitavit, licet non adhùc perfectum: in eo duas magnas tabulas cum ſuis etiam aureis ornamentis locavit, quarum altera D. Annam Deiparæ matrem, altera D. exprimit Januarium. D. Michaelis ſtatuam bacillo gemmis etiam aſpero muneratus fuit. Inculta loca, & infecunda non mediocri impendio frugifera voluit, quare Epiſcopales mirè prorſus redditus auxit, pro quibus gravia tulit incommoda, ac perpeſſus X. annos litigia. Scripſit ipſe, non minus doctè, quam eruditè pro ſuæ Sponſæ juribus, & ſemper obtinuit, quia nil unquam divini, humanique juris non ſuffultum momentis pertentavit. Cum privatum in ſuo palatio ſacellum nimis eſſet anguſtum, duo nova cubicula ipſi addens palatio, ſuper illis novum ſacellum condidit ſat amplum, atque magnificum cum ſuorum tutelarium indigetum iconibus. Prò curia Vicarii duo etiam excitavit cubicula. Multorum codicum plenam bibliothecam inſtruxit, quam continuò novis, quæ in lucem prodeunt, operibus exornat. Cum ſe Romam, & ad viſitanda ſacra limina, & pro conſecutione Jubilæi anno ſæculari 1700. contuliſſet, ab ſummo Pontifice Innocentio XII. in mandatis habuit, ut Tarentinam procuraret diœceſim per abſentiam proprii Archiepiſcopi Franciſci Pignatelli tunc Apoſtolici Nuncii munus apud Regem Poloniæ Auguſtum implentem, ſed ipſo Pignatello poſt triennium cum mitra Neapolitana, ut Purpura reverſo, ad ſuæ ſponſæ evolavit

A amplexus, à quibus ſe iterum exſolvere coactus fuit eidem Archiepiſcopo Cardinali Pignatello in Eccleſia Neapolitana Vicariam operam præſtiturus. At ſi huic novo muneri ſacit ipſe ſemper cumulatiſſimè ſatis, magno nobiliſs. diœceſeos emolumento, & cunctorum ordinum plauſu, non minùs etiam propriam Eccleſiam ea regit felicitate, ac ſi adhùc in illa præſens. Vivat diu optimus Præſul, & Neſtoreos verè annos impleat.

AD CASTRENSES

T O M. I.

Col. 579. lin. 43. *adde* à capite lineæ.

VI. ANSELMUS Caſtrenſis Epiſcopus ſubſcripſit Bullæ Nicolai II. pro Eccleſia Agerenſi an. 1060. Extat Bulla apud Marcam in Marca Hiſpa-
B nica p. 1147.

AD CASTRENSES

T O M. IX.

Col. 94. poſt lin. 65. à capite *adde*.

VIII. GUILLELMUS, qui ex Archiepiſcopo Brunduſino Caſtrenſis renunciatus Epiſcopus, quo tempore Caſtrenſi præſidebat Eccleſiæ in Neapolitano Regno Apoſtolicæ ſedis Nuncius, Beneventanæ Civitatis Rector, necnon in Japygia, & Apulia cenſuum ſummi Pontificis collector fuit. Quorum munerum, & Dignitatum luculentiſſimus teſtis inter veteres curtas Epiſcopalis Archivi Neritinæ Urbis ſequens proſtat authographum monumentum.

Nos Joannes miſeratione Divina Epiſcopus Li-
C *tienſis per Reverendum in Chriſto Patrem, & Dominum, Dominum Guillelmum permiſſione Divina olim Brunduſinum, & Horietanum Archiepiſcopum, nunc Epiſcopum Caſtrenſem, Apoſtolicæ ſedis Nuncium, Rectoremque Civitatis Beneventanæ, & Recollectorem cenſuum Domini noſtri Papæ in Ydrontina, Brunduſina, & Baritana Provinciis, ſuper Collectione dictorum cenſuum Deputatus, tenore præſentis Apodixæ fatemur, quod præſentialiter, & monetaliter recepimus, & habuimus nomine, & pro parte dicti Domini olim Brunduſini, & Horietani Archiepiſcopi, nunc Epiſcopi Caſtrenſis à Reverendo in Chriſto Patre, & Domino, Domino Fratre Bartholomæo Dei, & Apoſtolicæ ſedis Gratia Neritonenſe Abbate cenſum datum, & ſolutum nobis per manus diſcreti viri notarii Nicolai de ſancto Petro in fine nepotis ſui pro dicto cenſu unius unciæ auri, ad quam tenetur dictus Dominus Abbas pro annò uno, maturando à die vigeſima quarta menſis Martii anni nuper elapſi tertiæ decimæ indictionis, uſ-*
D *que ad diem vigeſimam quartam nuper præteriti menſis Martii quartæ decimæ indictionis, pro Eccleſia ſanctæ Mariæ de Noritono, ſecundum tenorem Apodixarum ſuarum aliarum de ſolutione dicti cenſus, per eundem notarium Nicolaum oſtenſarum clarè reperitur: in florenis auri quinque pro uncia computatis, unciam unam. In cujus rei teſtimonium, & tam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ certitudinem, quam dicti Domini Abbatis ſuæque Eccleſiæ cautelam præſentem apodixam ſibi pro dicta uncia una communis ponderis, florenis quinque pro uncia computatis, fieri fecimus, noſtro Pontificali pendente ſigillo munitam. Datum Litii anno Domini MCCCXLVI. Die tertiadecima Junii quartæ decimæ indictionis.* Pollidorus.

Col. 97. poſt lin. 17, *dele* additionem ibi poſitam, & ſequentem inibi repone.

A D D I T I O.

Annibal Sylianus, Patritius Crotoniata, V. J.

D. &

D. & Prothonotatius Apoſtolicus, cum nonnullis Epiſcopis Vicariam operam præſtitiſſet, hujus Eccleſiæ creatus eſt Epiſcopus die 6. Octobris 1653. ad ipſam venit 1654. Immunitatem acerrimè tutatus fuit. Suam ædem princ pem, ejuſque hierophylacium ſacra ſupellectili etiam pretioſa ære proprio exoruavit. In palatio Epiſcopali in oppido vulgo *del Poggiardo*, quod ab anno 1573. incolunt Caſtrenſes Epiſcopi, duo cubicula condidit. Diem ſupremum obiit in quodam diœceſis loco vulgo *Vaſte* centum procul a Poggiardo paſſus die 12. Februarii 1666. humatus autem fuit in ſua Cathedrali.

XXXIV. FRANCISCUS Antonius de Marco, Patritius Hydruntinus & patriæ Metropolitanæ Canonicus Theſaurarius, V. J.D. & in Divinitate Magiſter, Vicarius antea generalis, & etiam Apoſtolicus Mutilenſis, & Uxentinus, 5. Maii 1666. huic Cathedræ præficitur. In ſuo principe templo aram maximam ex integro per ornatam non mediocri impendio, & imaginem B. M.V. ab Angelo Anunciatæ nobili pennicillo expreſſam ſuper ea locatam voluit; pauperes continuis aluit ſubſidiis; Epiſcopalem dignitatem, ut par erat, venerantes ſingulari humanitate, ac vere paterno amore ſemper proſecutus fuit; refractarios fortiter ac ſuaviter ſibi tandem aſſeruit. Die 18. Martii 1681. mortalitatem concluſit, cujus nunc pronepos Marcus Antonius de Marco laudatiſſimè Veſtanæ præeſt Eccleſiæ, ut ſuo loco jam diximus.

XXXV. FRANCISCUS Maria Cafferius, presbyter de Terra Chriſpaliatum Tarentinæ diœceſis, J. V. D. qui Vicariatum generalem per biennium in Tranenſi Metropoli, & per ſexennium in Oſtienſi, & Velliternenſi Epiſcopatibus exercuit, & curam animarum in Eccleſia parochiali S. Mariæ de planctu in urbe omni laude cum geſſiſſet, ab Innocentio XI. hoc ſacerdotio honeſtatur Kalend. Septemb. 1681. Neapoli tamen ultimo tentatus morbo, poſſeſſione non inita ſuæ Eccleſiæ, ibidem è ſtadio mortalitatis exceſſit an. 1682.



XXXVI. JOANNES Bernardus Capreolus, Patritius Hydruntinus, Cafferium excepit. Humanioribus hic litteris ſatque ſuperque imbutus Neapolim vix adoleſcens venit, ubi gravioribus diſciplinis inſtructus in utroque jure, & etiam in Divinitate meruit laureari. Archiepiſcopus Sipontinus Cappelletti ob ejus conſpicuam probitatem, ac ſingularem ſcientiam, adhuc juvenem ſuæ difficillimæ diœceſeos Vicarium voluit, in quo munere adeo naviter ſe geſſit, ut Dei ſervitium, quo debebat, fervore peragens perpetuum totius Provinciæ plauſum ſibi aſſeruerit. Eminentiſſimus Nitardi ſuum Auditorem elegit, poſt cujus obitum S. Romana Sedes Alatrinæ, Sutrinæ, & Nepeſinæ diœceſum Vicarium Apoſtolicum, ac poſtea Viſitatorem item Apoſtolicum dixit inſignis ſacerdotii S. Laurentii in Campo. In quibus muneribus ea ſe geſſit prudentia, dexteritate, ac rectitudine, ut Innocentius XI. ſummus Pontifex motu proprio die 11. Januarii 1683. hac infula ornarit. Poſſeſſionem

A iniit menſe Martio, & menſe Majo ejuſdem anni ad ſuam ſponſam evolavit. Cathedralem illico ædem inviſit, inde ſe contulit ad oppidum Poggiardi ſolitam Præſulum reſidentiam, & eo zelo, ac charitate tegere cœpit, ut non modo ſubditorum, ſed finitimarum diœceſum, imo totius Provinciæ amorem ſibi, ac venerationem æque conciliarit. In divina meditatione continuus, in componendis animis mirus, in eleemoſynis profuſus, adeò ut ſolis, nec etiam integris primis tribus ſuæ ſedis menſibus per ſuæ domus Præfectum, cum caritate diœceſis laboraret, octingentos, & amplius aureos pauperibus diſtribuerit præter illos, quos verecundis clam ipſe propria manu largiebatur. Vili ſemper indui, ac veſci voluit, ab egenis detrahi ſaſſus, cum ſibi ultra neceſſitatem aliquid indulgendum familiares ſuadebant. In conferendis ordinibus Apoſtoli præcepto ad Timotheum, *Nemini citò manum impoſueris*, numquam oblitus fuit, quare Ordinandos legitimis, ſed ſemper novis in medium cauſis, in tanti momenti negotio, plumbeo veluti gradu procedens diu demorabatur, ut ipſorum quamplurimi, quia non erat vera vocatio, hujuſmodi lentitudinis pertæſi diverſo vitæ inſtituto ſe devincirent. Numquam Magnatum precibus, ac potentium virorum, ſuper aliquo manum impoſuit, imo in illos, qui hiſce commendationibus utebantur, rigidus quidem, & auſterior ſemper fuit, & longiori periculo probatos ſemper voluit. In ordinandis ſcientiam pluſquam neceſſariam, perſpectamque continuam vitæ probitatem ſemper expetivit. Quamplurimos juvenes acris ingenii, ſed ob egeſtatem ſtudiis operam dare impotentibus, ipſe propriis aluit impenſis, & in ipſa Provincia, & etiam extra. Reos aliis ferè ſemper, quam pecuniariis pœnis mulctavit, & ſi aliquando his uti coactus fuit, ad pios uſus illico illas erogavit; numquam in aliquem animadvertit, niſi eum prius, ac pluries paterne monuiſſet. Ad ſuos conſanguineos nec micam ſuæ Epiſcopalis menſæ pervenire umquam permiſit, imo ab ipſis, & quod ſibi debebatur, & etiam ultra ſemper obtinuit, ut ſuæ ſponſæ indigentiis iret obviam. Non modo ſua diœceſis, ſed etiam Provincia omnes lites, magnique momenti cauſas in unum Caſtrenſem Epiſcopum compromittebant, ipſique rei, qui ob ſibi gravem ſententiam a quocumque foro appellaſſent, damnati ab ipſo acquieſcebant. Tanti Præſulis vitæ integritas, profundaq; doctrina cunctorum ſibi reddiderat ancillantem voluntatem. Viduarum, ac pupillorū clypeus ſemper fuit impenetrabilis, juriſdictionis, & immunitatis Eccleſiaſticæ ſummus zelator, ſed ea cum prudentia, ut animos non exaſperans ſemper obtinuerit. Ut ſcandala pelleret, Dei injurias deleret, quos lapides non movit? qua vigilantia ſuis ovibus non præfuit, qua ſagacitate ſuorum familiarium ſemper mores non exploravit, quo ſudore non æſtuavit, ut Parochi ſui muneris partes implerent omnes? Vitæ cum eſſet ſanctimonia præclarus, omnes ſibi ſimiles reddere ſtuduit. Sacrarum litterarum, ac Sanctorum Patrum, ſi qua ſibi hora ſupererat, lectioni ſemper indulſit. In Cathedrali ſacellum a Præſule de Marco inchoatum ære proprio & ipſe perfecit. Tres in ea Canonicales præbendas, quæ exiles admodum erant, ipſe de ſuo dotavit, ut qui poſtea eas obtinerent, Divino ſervitio ſatis verè facere poſſent. Menſam etiam Epiſcopalem adauxit novis prædiis adjectis, quæ non modo ipſe ſuo patrimoniali emerat cenſu, ſed etiam frugifera reddiderat. In Epiſcopalibus Domibus oppidorum Miggiani, & Poggiardi majora limina, teſtudines, quædam cubicula, multaque etiam addidit, & exornavit opera. Seminarium a primis ſuæ Mitræ diebus juxta Tridentini Concilii ſanctiones aperire in animo habuerat, plures ideo fundos coemerat, ſed cum ob tenuitatem redditum ſui minime voti compos evaderet, tria publica Gymnaſia excitavit, in quibus Grammaticen, philoſophiam, ac Theologiam moralem gratis edoceretur juventus, non mediocri aſſignata ſtipe

præ-

præſignibus pietate, ac litteris magiſtris. Sic quadam veluti ſeminarii imagine ſuum penſabat zelum ſui gregis ſtudioſiſſimus Præſul. Gravi tandem infirmitate perculſus ſupremis tabulis cavit, ut fructibus prædiorum ab ſe emptorum diſtributiones quotidianæ Canonicorum augerentur, qui Divino ſervitio majori poſſent fervore incumbere; Præfecto odæi ducatos inſuper decem aſſignavit, clero ædis Poggiardi, quam de novo condere in animo habebat, ſed ob varios obices minime potuit, ſuam bene inſtructam bibliothecam legavit, ut per eam Ingenium Eccleſiaſtica ſcientia imbueretur. Creatori Spiritum reddidit in ipſo Oppido Poggiardi die 9. Julii 1712. ea nominis beata memoria, quam laudatiſſimis vitæ moribus promeruerat. Ejus ſolemnibus exequiis omnes ad unum interfuere, omnes ejus pedes enim lachrymis exoſculati ſunt. Pro concione laudatus fuit ab Archipræſule Hydruntino Franciſco Maria de Aſte, qui tanti Præſulis, ad quem infirmum viſendum bis acceſſerat, virtutes omnes magis flendo, quam perorando recenſuerat.

XXXVII. JO. BAPTISTA Conſtantini, Lyclenſis, Guardiæ Alferiæ, Trivicani, Monopolitani, & Gravinenſis Epiſcoporum ſucceſſive Vicarius generalis, præfectus eſt huic Eccleſiæ 24. Januarii 1718.

AD CENETENSES

TOM. V.

Col. 190. lin. 36. *adde*. Rugerium electum Ceneten. præſentem reperi cuidam inſtrumento Polæ rogato ad inſtantiam Otbonis Parentini Epiſcopi an. Domini 1257. Ind. xv. die 15. intrante Januario, & in Codice 18. Parentini archivi deſcripto.

AD CERVIENSES

TOM. II.

Col. 468. poſt lin. 27. *adde*.

II. SEVERO *Ficulino* Epiſcopo commendat an. 595. M. Gregorius viſitationem Eccleſiæ Ravennatis per obitum Joannis vacantis Epiſt. 25. lib. 5. edit. Monachorum.

Col. ead. lin. 52. *adde*, & ad an. 1029. in Romana Synodo relata in Gradenſibus tom. 5.

Col. 477. lin. 3. *adde*. In Tudertinis ait Ughellus an. 1545. Jo. Andream Cæſium à Cervienſi Cathedra ad Tudertinam translatum, in qua ſederit ad an. 1566. quam reliquerit per ceſſum.

AD COMACLENSES

TOM. II.

Col. 483. lin 60. *adde*. Anno 1261. Botius Comacienſis Epiſcopus interſuit conſecrationi Octaviani Ubaldini junioris Epiſcopi Bononienſis una cum Philippo Fontana Archiep. Ravennate, & Thoma Imolenſi Epiſcopo.

AD CLUGIENSES

TOM. V.

Col. 1350. lin. 33. *adde*. Araldi memoria habetur in Veneto Patriarchali archivo in documento an. 1182. menſe Majo exarato.

Col. 1351. poſt lin. 14. *adde*.

VIII. DOMINICUS Sylvius, Clugienſis Epiſcopus, an. 1235. die 8. Septembris fidelitatis

A ſacramento ſe obſtrinxit Angelo Baroccio Patriarchæ Gradenſi ex documento Veneti Patriarchalis archivi. Parum deinde vixit in hac dignitate.

Col. ead. lin. 15. pro N...., *repone* GUIDO.

AD EUGUBINOS

TOM. I.

Col. 635. lin. 20. *adde*. Sed & ante legitur Dominicus interfuiſſe an. 861. Concilio Romano, cujus acta dedimus tom. 2. in Ravennenſibus.

AD FANENSES

TOM. I.

B Col. 658. ad lin. 5. *adde* in infima pagina hanc notam.

(a) Ex Anonymo Cæſareæ hiſtoriæ ſcriptore, quem poſt Marcellini libros edidit Valeſius, habetur hunc Euſebium comitatum fuiſſe Conſtantinopolim Joannem Papam I. unde deducitur an. 526. adhuc Euſebium in vivis fuiſſe. Bollandiani in Actis Ss. Maii tom. 6. pag. 703. B.

AD FELTRENSES

TOM. V.

Col. 371. In ima pag. ad notam primam *adde*. Et anno 1116., quo interfuit Henrici Imperatoris judicato, quod in gratiam antiquitatis hic referre placuit ex Codice Terviſanco deſcriptum hujus tenoris.

C *Dum in Dei nomine in Civitate Tarviſii in curtina Epiſcopii S. Petri D. Henricus Dei gratia Romanorum Imperator reſideret ad ſingulorum juſtitias faciendum, ac contentiones deliberandas, adeſſentque cum eo. . . . Aza, Aricardus, Arembaldus judices, Bononatus, Albertus judices: Johanes, Ubertus, & Odolricus Cauſidici, Henricus Dux Carinthiæ, Gavarehus Epiſcopus Tridentinus, Arpus Epiſcopus Feltrenſis, Torengus Epiſcopus Vincentinus, Henricus, Odoricus, Lipe, Adalbertus Comites: Verilius de Montanaria, Tiſo de Roſano, Albricus, & Acalinus de Normanis de Fontanino, Henricus Varimbertus, Origo Germani de Coldomazo, & reliqui plures; ibi in eorum præſentia venientes Vecelus, & Henricus de Roſano, Arpus de Cogedo, Vilinus de Montedeſerto, Aſtulphus de Sereno, Deſiderius, Fuſcus, Urbanus, Vondramus, Ponzo, Ramfredus, Brunus, Martinus, Odolricus presbyter, Daniel, Bertoldus, & Joannes omnes de Dabla vicini de Dublacino ceperunt ſinguli dicere*

D *ac poſtulare: mercedem poſcimus dom. Imperator, ut pro Deo & animæ noſtræ mercede mittatis bannum ſuper communia noſtra & noſtrorum conſortum in monte, & in plano in dicto Dublacino, & in ejus confiniibus, & pertinentiis, & ſuper perſonas noſtras, & omnes res noſtras mobiles, & immobiles, ſeu familiam tam in bis, quæ nunc babemus, quam quæ in antea juſte, & legitime acquirere potuerimus; cumque taliter, juſte, & probabili de cauſa ſic petiiſſent, bis præſentibus omnibus ſuis conſortibus circumſtantibus, quod a Plavi in zo, & in qua verſus ſero, & a Fontana de Aſero en qua, & a valle de Coreſode en qua, & a Gorgo Annero en qua, & a Zoncele de Rivalta en ſum, nullus de conſortibus ſuis babeat ad faciendum infra confines prædictos cum vicinis prædictis de Dublacino, imo ipſis ſolummodo de bono jure pertinent, & expectant. Tunc præfatus D. Henricus Imperator judicum & principum conſilio, qui ſeco aderant, ibi, fuſe, quem*

maau reacbat, miſit baanum ſuper præaominatos vi.inos, & eorum conſortes , & ſuper ſaa communia, ſeu omnes res ſaas mobiles & immobiles , ſive familiares tam ia tis quæ taac babrbaar, qaam qae in aatea juſte, & legitime acqairere poteraat, ia centum libris auri, ut nullas bomo audeat præaomiaaeas perſoaas, & vicinos, ſeu eorum coaſortes , aec ſibi ad invicem iaquietare, molrſtare, vel diſveſtire eu prædiſtis bonis & rebas ſiae legali jadicio. Qai vero boc ſfrcerit, ſciat compoſituram ceatam libras auri, meditetatem cameræ D. Imperatoris , & medietatem ſupradiſtis perſoais , viciais , & eorum coaſortibus, vel eorum bæredibus. Finita eſt cauſa; & baac notitiam pro ſrcuritate prædiſtoram viciaorum, & eorum coaſortum D. Imperator Heariras fieri juſſit qaidem: & ego Symeoa notarias ſacri palatii jaſſu D. Henrici Imperatoris , ſru jadicam admonitioae baac notitiam ſcripſi aaao Dom. Iacara. milleſimo CXVI. menſe Martii Indiſtioae noaa.

Ego Azo jadru iaterſai & ſcripſi.

† Hæc crun eſt ſignum manu D. Henrici Imper. Rom.

Ego Albertue jadra ſacri palatii interſui , & ſcripſi.

Ego Harembaldas jadea iaterſai , & ſcripſi.

AD FERENTINOS

T O M. I.

Col. 674. lin. 40. *adde* a capite lineæ.

XI PETRUS *Fereatinatas* corruptè dicitur in Concilin Romano contra Joannem Ravennæ Archiepiſcopum an. 861. coactn, cujus acta edidimus tom. t. in Ravennenſibus.

Col. eadem lin. 57. *adde*. Vivebat adhuc Auguſtinus an. 1111. qnn interſuit ſynodn Verulanæ relatæ à Mabilonio in Itinerarin Italicn tom. 1. par. 2. pag. 243.

Col. 678. lin. 18. *adde* à capite lineæ.

XXVII. BARTHOLOMÆUS erat Ferentinas Epiſcopus an. 1306. quo interſuit elevationi ſacrnrum oſſium S. Petri Cœleſtini ſummi Pontificis apud Bollandianos in Actis Ss. Maii tom. 4. pag. 433.

Col. 680. lin. 34 *dele*, quæ ibi ex Abbate Lucentio diximus de Epiſcopo Jo: Caroln Antonellu , & ſequentia veritatis magis accomodata repone.



LV. JO: CAROLUS Antonellus die 3. Februarii 1611. ex Jo: Baptiſta, & Cornelia de Paulis patriis Veliternis natus, adoleſcens vix in Urbe fixit pedem, cum philoſophiæ, ac ſubinde Lugo Magiſtrn, antequam in Eccleſia emineret, ſacræ Theologiæ operam dedit, atque juris utriuſque lauream adeptus futuræ exhibuit virtutis rudimentum. Eugubinæ Eccleſiæ illuſtriſſimus Sperellius, nec non Albanenſis, ubi Synodum promulgavit, & octn annorum ſpacio cum plenipontentiaria poteſtate ſumma cum laude fuit, eminentiſſimus Borgia Vicarium generalem delegere. Veliternenſis die 24. Decembis 1644. poſſeſſionem iniit Archipreſbyteratus; ſed illius facta Nicolao Tnrutin reſignatione, ſuſcepit die 17. Martii 1657. Cannnicarum, cui ineſt Theologalis *Præbenda*. Ab eminentiſſ. Carlo Medices, & aliis Velitrarum Epiſcopis pluries Vicarius generalis, ac Viceguberna tor fuit electus. Librum conſcripſit de regimine Eccleſiæ, aliuſque de loco legali, & tempore legali, quorum clara, profunda, ac perneceſſaria doctrina Innocentius XI. allectus, ad ſe accerſitum Ferentinenſi in Campania Eccleſiæ an. 1676. proprio motu deſtinavit, dignum, qui à tanto Pontifice primus crearetur Epiſcopus. Seminarium in ſuo Epiſcopatu fundavit, erexit, auxit. Eccleſias ſuæ diœceſis non ſemel viſitavit, reſtauravit, & antiquo reſtituit nitori. In pauperes, viduas, ac ſubditos eximia liberalitate precioſam fecit paupertatem. Conſtitutionibus ſynodalibus die 8. Junii 1683. Ferentini habitis, omnem clerum, oveſque ſibi creditas ad meliorem frugem reduxit. Volumen ſcripſit de juribus, & oneribus Clericorum, quod poſt ejus obitum Romanis typis editum fuit. Sed poſtquam ſingulari prudentia, ac providentia non impari Ferentinam rexiſſet Eccleſiam, ac ætate matura ad virtutis maturitatem perveniſſet, Paſtorum norma ſeniorum, non ſine ovium, civium, & ſuorum lachrymis Ferentini deceſſit die 20. Aprilis 1694. atque ſepultus eſt in ſua Ss. Joannis, & Pauli, quam renovavit, Cathedrali. Ut autem tanti viri memoria apud cives perennaretur, hanc illi in publico palatio Veliternenſis Senatus inſcriptionem incidendam curavit.

Æterao Nomiai

Joaaais Caroli Aatoaelli aobilis Veliterni , celeberrimi Theologi , & J. U eaimii doſtoris, cujas volumina typis edita de Regimine Eccleſiæ Epiſcopalis , de Tempore legali, de Loco legali, de juribus, & oneribus Clericoram, pari laude, & utilitate admiraatar; profuſæ pauperam ſabſidio divitiæ inſigaem rubibent pietatem; plurima Gubernatoram geſta tam ia patria, quam extra juſtitiæ monumenta eaoraaat; ardua negotia ſapienti coaſilio perfeſta ſiagularem decoraat prudeatiam; eloquenti, avita nobilitate comite ab Iaaoceatio XI. mota proprio civitatis Fereatiai Epiſcopatu iaſigaita aon ſatis laadaadam vigilantiam proclamat, peraſta Syaodo, ſemiaario ibiqae ereſto,

Hoc gratitudinis argumentum Civi beaemereati

S. P. Q. V.

Poſait aaao MDCLXXXXVII.

AD FERRARIENSES

T O M. II.

Col. 518. poſt lin. 5. *adde*.

IV. CONSTANTIUS Vicohabentinus Epiſcopus tempore D. Ambroſii, cui Imolenſem Eccleſiam viſitandam mandat epiſt. 2. in ejus operum noviſſima editione.

Col. 533. ad lin. 16. *adde* in margine. Rolandus an. 1046. in Concilio Papienſi. Vide tom. 5. in Veronenſ. ſub Valterio Epiſcopo.

AD FLORENTINOS

T O M. III.

Col. 194. lin. ult. *adde*. Deceſſit pietate & doctrina inſignis Præſul die 21 Septemb an 1721. funebri oratione laudatus à Franciſco Xaverio Gorio Eccleſiæ Metropolitanæ Canonico.

LXXVIII. JOSEPH MARIA Martellus, Nicolai filius, nobilis Florentinus, patriæ Metropolitanæ primum Canonicus, mox Prior mitratus inſignis Collegiatæ Eccleſiæ S. Laurentii, Thomę ſuffectus eſt.

AD

AD FOROLIVIENSES

T O M. II.

Col. 576. ad num. marg. 11. expunge ex hac ſerie Theodorum, quem ex certis documentis conſtat fuiſſe Epiſcopum Forojulienſem in Gallia, ut adnotavit etiam Queſnellius in notis ad Epiſt. S Leonis p. 488. ſecundæ editionis. Vide etiam clariſſimum P. Sammarthanum in ſua Gallia Chriſtiana reſtituta tom. p. in Forojulienſibus.

AD FOROSEMPRONIENSES

T O M. II.

Col. 827. ad col. 29. *adde* in margine. Hic Anonymus fuit fortaſſe ille ADAM Foroſempronienſis, qui an. 1034. interfuit Romanæ Synodo, quam dedimus tom. 5. in Gradenſibus.

AD FULGINATENSES

T O M. I.

Col. 688. lin. 58. *adde* à capite lineæ.

XX. BERARDUS *Fulginienſis* Epiſcopus mendoſe dicitur in ſynodo Romana an. 1029. quam dedimus tom. 4. in Gradenſibus.

Col. 718. lin. 50. *adde* à capite lineæ.

LXX. Anno 1717. 13. Kal. Martii Dondatio Alexio Malvicini, ingenti omnium mærore morte prærepto, æquo mærori antiquo gaudio ſuffectus eſt Illuſtriſſimus, & Reverendiſs. Præſul JOSAPHAT Baptiſtellius, in ſolemni Conſiſtorio a juramenti vinculo, quod cum Ripana, cui præerat, Eccleſia de more inierat, eodem anno VI. Idus Majas abſolutus. Vir de Eccleſiaſtica diſciplina optimè meritus, dignuſque quem felic. rec. Clemens Papa XI. dignitatem Infulæ ſuarum virtutum pondere exſuperantem identidem diceret, atque teſtaretur. Is ex Rocca contrata, inſigni Piceni Oppido, honeſtiſſimo loco natus anno 1659. 16. Kal. April. confecto poſt Philoſophiam Theologiæ ſtudio in Romano Collegio, in Romana Sapientia Doctoratus lauream eſt adſecutus anno xx. ætatis ſuæ. In Romana Curia cùm ſtudiorum, tùm ingenti morum, ac modeſtiæ laude clarus per multos annos verſatus, Vicarii Generalis munere Civitatis Caſtellanæ, Foroſempronii, Calii, Æſii, Laureti, Firmi, & Urbini, per 18. annos, magno rei Eccleſiaſticæ incremento defunctus, Ripanæ demum Eccleſiæ Epiſcopus renunciatus eſt anno 1705. qua occaſione in ſolemni examine ſui periculum facienti, dantique luculentum ſui ſpecimen, in frequenti Regularium Præſulum, ac PP. Eminentiſſimorum conſeſſu Summus Pontifex conteſtatus eſt, ſe ſe ægre admodum Urbem patriam tanto orbare Paſtore, Ripanæ illum Eccleſiæ impertiturus. Ille potius prodeſſe magis, quàm præeſſe ſollicitus, continuò Cathedrales ædes inſtaurandas, ornandaſque ſuo ære ſuſcepit, in ſubſidio pauperum, in reparatione Eccleſiaſticæ diſciplinæ, in reformatione Cleri, forma ipſemet & exemplar factus omnibus, aſſiduus, ut proinde meruerit hæc ab Apoſtolica ſede teſtimonialia recipere.

Reverendiſſ. Domine uti frater. Ex relatione hodierni ſtatus Eccleſiæ Ripanæ, quam Amplitudo Tua ſacra limina perſonaliter viſitans nuper exhibuit in S. Congregatione Concilii hilari animo intellexerunt Eminentiſſimi Patres Eccleſiam iſtam rite, & recte directam, & propterea Paſtoralem quidem ejus ſollicitudinem collaudarunt præſertim ob expenſas factas in Eccleſiæ Cathedralis, & Palatii Epiſcopalis reparatione, nec non in Gubernio Montium &c. Romæ 5. Septembris 1711. Uti frater B. Card. Panciaticus Præf. &c.

Nos Bandinus Tit. S. Praxedis S. R. E. Presbyter Cardinalis Panciaticus S. Congregationis Concilii Præfectus fidem facimus, & atteſtamur, qualiter Reverendiſſimus D. Epiſcopus Ripanus ſacra limina pro nuper tranſacto quadrageſimo tertio triennio viſitavit perſonaliter, ſacroſanctas namque Principum Apoſtolorum Aras humiliter veneratus, accuratam hodierni ſtatus Eccleſiæ ſuæ relationem ſcripto dimiſit in S. Congregatione Concilii, cujus Eminentiſſ. PP. intellexerunt ex ea Diœceſim ſancta viſitatione luſtratam, Diœceſanam Synodum præparatam, cathedralem Eccleſiam de ſupellectili ſacra provisam, Altare Majus funditus reſtitutum, exornatum, & argentea cruce ditatum, ac Miſſionem proprio ære fundatam cum perſonali aſſiſtentia ſpiritualibus exercitiis, aliaque Paſtoralia munia ſedulo adimpleta fuiſſe, eximiam amplitudinis Tuæ vigilantiam non vulgari elogio proſecuti ſunt, ſperantes in poſterum meliora Chariſmatum incrementa æmulaturam. In quorum fidem &c. Datum Romæ hac die pr. Junii 1715. B. Card. Panciaticus Præfectus.

Per id tempus contigit, ut Firmana Archiepiſcopalis Eccleſia Eminentiſſ. Cincio obeunte mortem, religioſiſſimo & vigilantiſſimo Præſule privaretur. Interregimen vaſtiſſimæ Diœceſeos illius, qui ſuſtineret, unus Baptiſtellius ab Apoſtolica ſede præ multis illud efflagitantibus, abſens, & ignarus præelectus eſt, datis ad eundem tanti delectus Epiſtolis ad hunc fermè modum.

All' Illuſtr., e M. Rev. Monſ. come fratello. Il Veſcovo di Ripatranſone.

Illuſtre, e M. Rev. Monſignore come fratello. La Santità di N. Signore, a cui è noto il zelo, e la ſingolar attenzione di V. S. per giuſti motivi della ſua ſomma Paſtoral providenza hà giudicato deputar la di lei perſona per ſopraintendere al Governo della vacante Chieſa, e Dioceſi di Fermo con la proviſione di ſcudi ſei cento annui ſopra i frutti della medeſima Chieſa da pagarſeli dalla Rev. Camera, cioè, ſcudi cinquanta ogni meſe anticipatamente ſenza però dover partecipare di veruno altro emolumento, benchè dipendente dalla Cancellaria, eſtando on carico della ſteſſa Rev. Camera il dover ſoddisfare i ſalarii del Vicario Generale, Cancelliere, & altri ſoliti miniſtri del tribunale, e le ſpeſe della giuſtizia, al quale effetto ſe le danno tutte le facoltà neceſſarie, e opportune, anche quella di eſercitarvi li Pontificali, & amminiſtrarvi il Sacramento della Confermazione; ma non già quella di conferire i Beneſizj, e promovere, e concedere le Lettere Dimiſſoriali agli Ordini ſenza eſpreſſa licenza di queſta S. Congregatione. Si contenterà per tanto V. S. di trasferirſi in quella Città per dover riſedere nel Palazzo Arciveſcovale, & invigilare ſopra l' amminiſtrazione della Chieſa, Confraternità, & altri luoghi Pii, circa la cuſtodia delle Clauſure delli Monaſteri di Monache, acceſſo e frequenza delle Grati, viſitando perſonalmente le dette Chieſe, & altri luoghi Pii, e Monaſteri della Città, e Dioceſi. Procurerà, che da Miniſtri Eccleſiaſtici ſi eſercitino con fedeltà le loro cariche con facoltà di mutare qualſivoglia Offiziale a ſuo arbitrio; correggere, e riformare gli errori, & abuſi, ſe vi ſono, e ridurre il Clero, conoſcendone il biſogno, ad una eſatta oſſervanza delli decreti del S. Conc. di Trento, Conſtituzioni Apoſtoliche, e Decreti delle Ss. Congregationi; ordinare, che gli Eccleſiaſtici vadino in habito, e Tonſura decente al loro ſtato, che venghino adempite le pie menti de' Teſtatori, e ſodisfatti li peſi delle Meſſe, e che li Parochi in tutte le Domeniche, & altre Feſte di precetto inſegnino alli fanciulli ed altre perſone, che n' haveranno biſogno, li rudimenti della S. Fede, anche in vigore degli Ordini rinovati dalla Santità Sua; finalmente di poter eſercitare ogni altro atto di autorità, e giuriſdizione, che può eſercitarſi da ſimili ſopraintendenti, e da' Vicarii Apoſtolici ſoliti deputarſi da

queſta ſanta Sede. Eſeguiſco in participar ciò a V. S. li ſupremi comandi di N. Sig. con ſignificare in queſto medeſimo Ordinario a quel Vicario Capitolare, che mediante la deputazione fatta da ſua Santità della di lei Perſona, ceſſa la facoltà di eſſo Vicario, & il Signore Dio la proſperi. Roma 30. Maggio 1711. D. V. S. Monſignore Gioſafat Batiſtelli Veſcovo di Ripa. Come fratello G. Cardinale Carpigna. Ferdinando Arciv. di Nicea Segr.

Metropolitanam autem illam Eccleſiam obtinente Clariſſimo Præſule Matthejo, rurſum hæc illi ab Apoſtolica Curia reſcripta venerunt.

Illuſt. e Reverendiſs. Sig.

Eſſendo ſtata deſtinata coteſta Chieſa Arciveſcovale di Fermo à Monſig. Mattei, che ſi trova oggi Nunzio in Venezia, io ſono à ſignificarlo a V. S. per ſua notizia, e nell'iſteſſo tempo non devo ommettere d'accertarla della molta ſoddisfaziona, ch'ha havuto Sua Santità della ſopraintendenze di lei, e della ſua eſatta vigilanza per il buon ſervizio dell'iſteſſa Chieſa, mentre ſo, che non potrà non godere d'una dimoſtrazione così benigna dell'animo Pontificio. Avanti però, che ella parta da Fermo per la ſua Reſidenza con dimettere la ſua ſopraintendenza, che tiene ancora, vuole N. Signore che vi ſia gionto l'iſteſſo Monſignore Mattei, o almeno, che egli abbia preſo il poſſeſſo dell'Arciveſcovado, il che non potrà mai ſeguire per quanto credo prima della metà di Novembre. Sicche è mente di N. Signore ch'ella continui tuttavia la ſolita ſopraintendenza, e le auguro vero bene. D. V. S. Roma 28. Settembre 1712. Monſignore Battiſtelli. Fermo Affett. per ſervirla F. Cardinale Paolucci.

Eccleſia demum Fulginate ab Apoſtolica Sede probatiſſimo regimini illius commendata, ſuo ære munificus continuò Sponſam ſibi concreditam magnifica ſupellectili ornavit, marmoreum ſepulcrum ſibi & ſucceſſoribus commune conſtruxit, Viterbienſes Matres Virginibus educandis accivit, quinto quoque anno Miſſiones Sacras habendas ſumptibus ad id perpetuò conſtitutis ſtabilivit, Conſervatorium Orphanarum mille Scutatorum largitione donavit, in Cathedrali Doctrinæ Chriſtianæ erexit ſocietatem, quam etiam Romanæ Archiconfraternitati aggregari curavit. Eccleſiaſticæ diſciplinæ Zelator optimus, Ductor, & Doctor gregis eximius omnibus omnia factus prodeſt etiamnum cunctis proſuturus æternum, ſi votis ſuorum Dominus vitam illi impertiretur æqualem. Qui proinde merito hæc rurſum immortalis monimenta laudis ab Apoſtolico conſeſſu ſit adſecutus.

Rever. Dom. uti fr. Omnia quæ ad Eccleſiæ Amplitudini Tuæ creditæ ſtatum pertinent, diligenter accurateque iis litteris explicata ſunt, quas ad hanc S. Congregationem, cui Tridentinarum cura legum incumbit, pro debito Paſtoralis Officii dediſti. Obiti proinde hujuſce muneris laudem à nobis nec parvam quidem cepiſti, majorem verò, quod ſedulam in paſcendis, excolendiſque tuis ovibus, impendis operam. Quidquid in hujuſmodi rem te feciſſe ſcribis, ab ipſa S. Congregatione probatum eſt. Nec habet quod te moveat, niſi ut pergas eo, quo ſuſcepiſti, modo operam, ſtudiumque gregi præſtare tuum. Cumulabis a Deo tibi in dies magis magiſque merita, a Nobis gratiam &c. Romæ Julii 1721. Uti fr. C. Card. Origus Præf. Proſper de Lambertinis Secr. Joſaphat Epiſcopo Fulginatenſi.

Die 12. Octobris ejuſdem anni vivebat adhuc diuque vivat, Deo, Eccleſiæ ſuæ, omniumque bono.

AD GROSSETANOS

TOM. III.

Col 663. lin. 30. *adde*. Rotlando Ruſellano Præſule an. 1138. Innocentius II. Ruſellanam Epiſcopalem Cathedram Groſsetum tranſtulit, ut teſtatur ſequens ejus diploma.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Ven. Fratri Rollando Groſſetano Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in P. P. M. Sacroſancta Romana Eccleſia caput, & magiſtra omnium Eccleſiarum eſt ab ipſo Salvatore noſtro Jeſu Chriſto divinitus conſtituta; quæ profecto, ſicut ſpeciali privilegio cælitus ſibi collato poteſtatem habet novos Epiſcopatus, exigente neceſſitate, ſtatuere, ita nihilominus duos poteſt in unum conjungere, unum in duos dividere, atque Epiſcopales ſedes qualibet tyrannica feritate oppreſſionem, vel violentiam patientes, ad alia, quæ tutiora ſunt, loca transferre. Cum utique B. Auguſtinus egregius S. Eccleſiæ Doctor, & Rector certis ex cauſis id fieri annuat videlicet, aut pro perſecutorum feritate, aut locorum difficultate, aut malorum ſocietate. Sed & Prædeceſſores noſtri, qui diverſis fuere ætatibus, eamdem tranſlationem ad alia loca munitiora unius ejuſdemque Diœceſeos ſæpè numero fieri permiſerunt. Hoc nimirum diſpenſationis intuitu Ven. frater Rollande Epiſcope, quoniam Roſellana Eccleſia multorum Prædonum in circuitu habitantium ſtimulis, & infeſtationibus agitatur, & populus ejuſdem loci ad magnam deſolationem, atque paucitatem, peccatis exigentibus, eſt redactus; communicato fratrum noſtrorum conſilio dignitatem Epiſcopalis ſedis in eadem urbe hactenus habitam in Groſſetanam Civitatem Apoſtolica auctoritate transferimus, atque ut idem locus de cætero, Epiſcopalis apicis culmine decoretur, præſentis privilegii ſanctione decernimus. Nulli ergo omnino hominum fas ſit, te, vel ſucceſſores tuos ſuper hac noſtra conſtitutione temere perturbare, aut etiam ſuper his aliquid immutare, ſed potius Groſſetana Civitas Epiſcopalis ſedis dignitate perpetuo gaudeat, eique tanquam Matrici Eccleſiæ ob omnibus tam clericis, quam laicis Roſellanæ Diœceſeos obedientia, & reverentia humiliter deferatur. Si qua ſane impoſterum Eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hujus noſtræ diſpoſitionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui periculum patiatur, atque a ſacratiſſimo Corpore, ac ſanguine Dei, ac Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Conſtituimus autem, ut privilegiis a ſede Apoſtolica Monaſteriis, ſeu aliis piis locis indultis hujus noſtræ conceſſionis obtentu nullum præjudicium inferatur. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen &c. Amen. A. M.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
N.
† *Ego Corradus Sabinenſis Epiſcopus ſſ.*
† *Ego Albericus Hoſtienſis Epiſcopus ſſ.*
† *Ego Petrus Cardinalis Presbyter tit. S. Suſannæ ſſ.*
† *Ego Gerardus Presbyt. Cardinalis tit. S. Crucis in hjeruſalem ſſ.*
† *Ego Anſelmus Presbit. Cardinalis tit. S. Laurentii in Lucina ſſ.*
† *Ego Lucas Presbit. Cardinalis tit. SS. Joannis, & Pauli ſſ.*
† *Ego Martinus Presbit. Cardinalis tit. S. Stephani ſſ.*
† *Ego Gregorius Diaconus Cardinalis SS. Sergii, & Bacchi ſſ.*
† *Ego Oddo Diaconus Cardinalis ad Velum aureum ſſ.*
† *Ego Guido Diaconus Cardinalis Ss. Coſmæ & Damiani ſſ.*
† *Ego Guido Diaconus Cardinalis S. Adriani ſſ.*
† *Ego Griſogonus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Porticu ſſ.*

Ego

† *Ego Gregorius Diaconus Cardinalis S. Angeli ſſ.*

† *Ego Octavianus Diaconus Cardinalis S. Nicolai in carcere ſſ.*

Datum Laterani per manum Aymerici S. R. Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, & Canc. V. Idus Aprilis Indictione I. Incarnationis dominicæ anno MCXXXVIII. Pontificatus verò Domini Innocentii II. Papæ anno VIIII.

AD HORTANOS

T O M. I.

Col. 735. lin. 36. *Adde*. Interfuit Arſenius an. 861. Concilio Romano, cujus acta vide tom. 2. in Ravennenſibus.

AD HUMANATENSES

T O M. I.

Col. 743. lin. 44. *adde* a capite lineæ.

II. ROMULUS hujus Eccleſiæ Epiſcopus commemoratur in ſententia Vigilii Papæ contra Theodorum Cæſarienſem. Illum Numentanenſem male dicit Baronius ad an. 551.

Col. eadem lin. 50 *adde* a capite lineæ.

IV. GERMANUS Humanenſis adfuit an. 649. Concilio Romano Martini Papæ I.

Col. eadem lin. 53. *adde* a capite lineæ.

VII. SILIANUS de Humana ſedit an. 861. in Romano concilio, cujus acta lege tom. 2. in Ravennenſibus.

Col. eadem lin. penult. *adde* ſequentes Epiſcopos.

X. JOANNES Epiſcopus S. Humanæ Eccleſię teſtis adfuit ſententiæ Othonis III. Italiæ Regis ad favorem S. Floræ Aretinæ an. 996. datæ. Extat documentum in Muratorii antiquitatibus Eſtenſibus tom. 1 pag. 187.

XI. VIDO interfuit an. 1044. Romanæ ſynodo in favorem Gradenſis Patriarchæ coactæ quam vide tom. 5. in Gradenſibus.

Col. 744. lin. 9. a capite lineæ *adde*.

XIV. UGO erat Epiſcopus Humanæ an. 1126. ex documento apud Martelli hiſtoriam Aumanam; item an. 1142. in altero documento in eadem hiſtoria relato pag. 4. & ſequentibus.

AD HYDRUNTINOS

T O M. IX.

Col. 55. ad lin. 14. *adde* in ima pagina ſequentem notam.

(1) In omnibus omnino vulgatis, & Mſſ. Codicibus Epiſtolæ Urani de Obitu Paulini Nolani Epiſcopi ad Pacatum, quos hactenus videre contigit, Benedictus *Hiacynthinus*, non Hydruntinus legitur. Præterea germanam Uranii lectionem eſſe *Benedictus Acyndinus*: adeo ut quemadmodum Symmachus adjectivè *ſanctus*: ita Acyndinus *Benedictus* citato Uranii loco appellatus ſit, Veterum Mſſ. Codicum authoritate fulti notarunt viri doctiſſimi Franciſcus Maria Chifflетius in opere, cui titulus *Paulinus illuſtratus* parte II cap. XXIX. pag. 192. & 193. & Bollandiani Tomo IV. Actorum SS. Menſis Junii die XXII in notis ad citatam Epiſtolam fol. 200. col. 2. *Pollidorus*.

Col. 56. *adde* in ima pagina hanc notam.

Alexandri II. hic ab Ughello laudatum diploma, ſpurium ejuſdem Pontificis monumentum eſſe, negabit nemo, qui ſedula cura illud expenderit. Certè Ugo, qui in eodem Diplomate anno Chriſti 1068. ut placet Ughello, Hydruntinus appellatur *Archiepiſcopus*, in pluribus germanis ejuſdem ætatis

A monumentis, quinimò in ipſiuſmet Alexandri literis aliquandiu poſt exaratis Epiſcopus dicitur. Coævus autor Anonymus Hiſtoricæ *Narrationis Dedicationis Eccleſiæ Caſinenſis anno Domini 1071. ab Alexandro II.* celeberrima pompa peractæ, eos, qui eidem interfuere, recenſens Archiepiſcopos, & Epiſcopos, hos inter poſt Conſtantem Venuſinum antiſtitem pag. 171. editionis Caraccioli *Ugonem Epiſcopum Hydruntinum* commemorat. Extat ipſius Alexandri Diploma *Datum Caſini* poſt peractam dedicationem Eccleſiæ, *die Kalendarum octobris per manus Petri S. R. E. Subdiaconi, & Vice Domini Annonis Colonienſis Archiepiſcopi Bibliothecarii anno decimo Pontificatus domini Alexandri Papæ II. ab Incarnatione vero Domini milleſimo ſeptuageſimo primo Indictione nona*. In quo idem pariter ſubſcriptus legitur Hydruntinus Antiſtes non quidem inter Archiepiſcopos, quod nulla tunc Archiepiſcopali dignitate pręſtaret, ſed inter Epiſcopos, è quibus tres, atque triginta illum præce-

B dunt, duo tantum ſubſequuntur. Verba autem, quibus Ugo Diploma ſubſignat, hæc ſunt. *Ego Ugo Ydrontinus Epiſcopus*: Ut videre licet apud Chioccarellum in Libro *de Antiſtitibus Neapolitanis* fol. 122. ubi integram Bullam ex authographo deſcriptam exhibet. *Pollidorus*.

Col. 57. poſt lineam 26. a capite *adde*.

XVI. WILLELMUS hujus nominis II. Hydruntinus Archiepiſcopus, cujus mentio occurrit in Diplomate Henrici VI. Imperatoris augusti dato apud Tranum per manus Corradi Imperialis Aulæ Cancellarii 4. Idus aprilis MCXCV. Indictione XIII. apud Ughellum Tomo 1. Italiæ ſacræ editionis Venetæ in Catalogo Aſculanorum Antiſtitum col. 460. num. 28. CURTIUM præterea Strambonem Anaſtaſiæ Marzanæ, & Baldaſſaris Regiarum Triremium Ductoris filium Carolo I. Andegavenſi utriuſque Sicilię rege Hydruntinum fuiſſe Archiepiſcopum, ſcribit Scipio Mazzella in Familia Strambona agens de nobilibus Familiis ſedilis Por-

C tus Civitatis Neapolis fol. 767. De eo viderint eruditi. *Pollidorus*.

Col. 58. ad lin. 13. in ima pagina *ſcribe*.

(1) Michael Cavalerius in opere, cui titulus, Galleria de' Pontefici Domenicani parte I. Chronolog. I. Centur. I. num. 201. fol. 65. & Sonegea in Catalogo Archiepiſcuporum ex ordine Prædicatorum edito Tom. I. Menſis Julii anni Dominicani, Bernardi Guidonis Lodovenſis Epiſcopi authoritate freti Hydruntinum quondam Archiepiſcopum laudant ex ordine Prædicatorum anno Chriſti 1307. adhuc in vivis agentem. Sed ſi vera ſunt, quæ de Jacobi ætate prodit Ughellus, eos plane aberrare dicendum eſt. Niſi ſuſpicari malimus hunc ipſum Jacobum ex ordine Prædicatorum fuiſſe aſſumptum.

Col. 61. lin. 42. *adde*.

Poſt Stephani mortem anno 1514. JOANNEM JACOBUM Dinum ex ordine Minorum Hydruntis Archiepiſcopum electum fuiſſe, eique dignitati

D ultro nuncium remiſiſſe teſtatur Petrus Antonius Venetus in Viridar. Seraphic. Hiſtor. to. 2. fol. 433. *Pollidorus*.

Col. 66 poſt lin. 22. *adde*. Poſt Didaci mortem FABRITIUS de Antinoro Neapolitanus an. Dom. 1630 Hydruntinus Archiepiſcopus electus eſt: antequam verò Hydruntem proficiſceretur, Syracuſanus renunciatur Antiſtes. Ex Ughello tom. 7. Ital. ſacræ, & Carolo de Lellis in familia Antinora. *Pollidorus*.

AD IMOLENSES

SEU

CORNELIENSES

TOM. II. COL. 618.

Edito jam hujus operis ſecundo volumine prodiit *Epiſcoporum Cornelienſium , ſive Imolenſium Hiſtoria authore Antonio Maria Manzonio J.U.D Cathedralis Eccleſiæ Imolenſis Canonico* . Elaborati operis exemplar Eminentiſs. Cardinalis Ulyſſis Joſephi Gozzadini Imolenſis Antiſtitis juſſu mihi tranſmiſit doctiſſimus Scriptor , atque inde ſequentia in Imolenſium Ughelliana ſerie corrigenda , vel addenda excerpſi .

Col. 623. lin. 3. *ad Conſtantinum Imperatorem* . Nota *in margine:* ad Conſtantium Epiſcopum Vicohaventinum: huic enim dedit D. Ambroſius Epiſtolam ſecundam in ejus operum noviſſima editione.

Col.ead.lin.14.completa, Epiſcoporum Catalogum ita reſtitue.

I. N. . . . ob cujus obitum ut Cornelienſem Eccleſiam ſuo deſtitutam Paſtore viſitet , mandat D Ambroſius Epiſtola ſupracitata Conſtantio Epiſcopo Vicohabentino. Ex quo inferre licet hunc Anonymum Cornelienſi Eccleſiæ præfuiſſe circa an. 374. quo Sanctus ipſe Ambroſius Mediolanenſem regendam ſuſcepit , vita deinde functum, eodem ſancto Ambroſio Mediolani ſedente , & fortaſſe circa an. 381. Eo ſiquidem tempore Cornelienſem Eccleſiam vacaſſe inde ſuſpicari licet , quod Aquilejenſi Synodo eo anno habitæ , ad quam una cum S. Ambroſio Divi Euſebius Bononienſis , & Sabinus Placentinus Epiſcopi , aliique ſanctitate , & doctrina præclariſſimi Præſules convenere , Cornelienſis adfuiſſe non legitur .

II. N. . Peracta Cornelienſis Eccleſiæ viſitatione à Conſtantio Epiſcopo Ambroſii vices obeunte , alium deinde hujus Eccleſiæ moderamini ſuffectum fuiſſe Antiſtitem, cujus item nomen latet , prædicta ſuadet Ambroſii Epiſtola . Illum non multo poſt ab eodem Ambroſio ſacris infulis inſignitum fuiſſe mihi perſuaſum eſt : nec enim eſt exiſtimandum hanc tunc temporis Eccleſiam tamdiu paſtore ſuo deſtituram eſſe .

III S. CORNELIUS , de quo Ughellus in eo corrigendus , quod a Cœleſtino Pontifice Cornelium adlectum aſſerat circa an. 400. cum Cœleſtinus nonniſi an. 423. ad ſummum Pontificatum fuerit evectus. Igitur S. Cornelius vel ſerius hanc cathedram conſcendit, ſeu potius ut traditur , an 412. Innocentio I. Pontifice .

IV. N. . . poſt ſupra laudatum S. Cornelium ad hanc ſedem tradunt evectum , cujus nomen pariter ignotum . Hic non amplius 25. dierum intervallo in hac præſulis dignitate vixit . Cumque alius deinde ſuiſſet ſubrogatus , hanc iſte electionem recuſans , Clerum populumque , ut Projectum Archidiaconum , quamvis reluctantem , ad Epiſcopatum aſſumerent , hortatus eſt . De utroque agit Ferrarius de ſanctis Italicis ad diem 24. Septemb. ubi de S. Projecto Cornelienſi Epiſcopo.

V. S. PROJECTUS circa an. 446. electus, defunctus circa an. 483.

VI. N. . ſucceſſit S. Projecto.

VII. S. MAURELIUS electus circa an. 532. martyrium paſſus à Totila tyranno , ut conjicitur , an. 542.

VIII. NESTOR ex documento relato anno 38. Juſtiniani Imperatoris ſcripto Chriſti nempè 564.

IX. N. . de quo Epiſtola S. Gregorii Magni ſcripta an. 597.

X. N. . electus a Clero , & à Mariniano conſecratus eodem an. 597. ut colligitur ex citata Epiſtola D. Gregorii.

XI. BOETHUS an. 649. Concilio Romano interfuit .

XII. BARBATUS &c.

XIII. EUGENIUS circa an. 801.

XIV. PETRUS an. 861. Anno verò 886. Imolenſis Eccleſia vacabat ut ex c. *noſſe* diſt. 63. obitune hujus Petri , an alterius ejus ſucceſſoris incompertum.

XV. JOANNES I. electus an. 886. re à Romano Archiepiſcopo Ravennæ juxta Pontificis mandatum compoſita .

XVI. JOANNES II. electus circa an. 946. interfuit Conciliis Ravennatenſibus an. 954. & 967. item Ferrarienſi an. 970.

XVII. N. . vivebat an. 997. quo interfuit Synodo Provinciali à Gerberto Archiepiſcopo Ravennæ habito .

XVIII. PAULUS memoratur ab an. 1029. quo ſubſcripſit ſententiæ latæ contra bonorum Archiepiſcopalium occupatores à Gebeardo Archiepiſcopo Ravennæ , ad 1032. quo Ss. Maurelii , & Projecti detecta corpora , lapideis arcis denuò condidit.

XIX. HIBERGRINUS , S. Benedicti Monachus , ad hanc Cathedram evectus circa an. 1046. Hic antiqua jura bona univerſa , ac ſingula prædia ſuis diſtincta limitibus ad S. Mariæ in regula Eccleſiam , & Monaſterium , è quo aſſumptus fuerat , ſpectantia publicis deſcribi , & commendari tabulis juſſit an. 1047. Deceſſit ante an. 1056.

XX. HENRICUS an. 1056. ex Rubeo in hiſt. Raven. l. 5.

XXI. ODALRICUS , cujus nomen nuperrimè detectum referunt anno 1060. tabulæ donationis quorundam bonorum factæ Canonicis Cathedralis , quarum initium ex authographo in Capitul. archivo faſc. 1. n. x. adſervato tale .

Anno ab Incarnatione milleſimo ſexageſimo temporibus D. Nicolai Papæ , Imperatorem non habemus , die 17. Martii , Indictione XIII. in caſtrum , qui vocatur Caſalido territorio Bononien. &c. Domnu , ſancta , & merita , ac ter beatiſſima venerabilis Eccleſia , quod eſt vocabulo S. Caſſiani , ubi corpus ejus eſt humatum , in qua nunc Deo protegente Donnus Oldaricus Dei gratia Epiſcopus ſerviens eadem baſilicam , & Canonici S. Caſſiani &c. Nos quidem in Dei nomine Walfredus filius q. Ildebrandi donatore , & Imiza cognuta ſua &c. donamus &c. manſum unum &c.

Eccleſiam rexit Odalricus ad annum uſque citeliter 1063.

XXII. BASILIUS ex Monaſterio S. Mariæ in Regula ad Epiſcopatum Imolenſem aſſumitur anno circiter 1063. eximiæ integritatis , ac prudentiæ vir , ſed in primis ſanctimonia vitæ conſpicuus , quem an. 1063. dirum , ac horridum ſerpentem è lacu urbi propinquo erumpentem , indictis ſupplicationibus , opeque Ss. Virginis implorata , ejuſdem Virginis ſacro velo in dicta Eccleſia adſervato ſuis contra eum manibus oppoſito , profligaſſe traditum eſt . Eidem Ss. Virginis monumenta Baſilius dicavit an. 1073. erecta pariter columna , cui adhuc intra eandem baſilicam extanti hæc inciſa leguntur verba : *De donis Dei , & ſanctorum ſuorum ſervus tuus tibi ſerviens Baſilius Epiſcopus fieri curavit Indictione undecima* : quam columnam fuiſſe à Baſilio in memoriam ſtrati ſerpentis B. Virgini dicatam rei ipſius hiſtoria indicat , encauſtico opere picta in perantiqua theca ſacrum velum aſſervante , in qua & Baſilii columnam benedicentis , & non longe ab eo extincti ſerpentis imagines conſpiciuntur : nec columnam tantum , ſed & altare ipſi B. Virgini in eadem Eccleſia ſequenti anno ædificavit. & conſecravit marmoreis compactum lapidibus cum hac epigraphe .

In

In honorem, & laudem B. & glorioſæ, ſemperque Virginis Mariæ ſervorum tuorum ſibi ſervientium Deus miſereris. Baſilius civitatis Molæ Epiſcopus fecit ponere Ind. XII.

Quod altare à S. Gregorio VII. ac deinde ab Eugenio III. perpetuis fuit indulgentiis decoratum, in cujus apoſtolicis litteris adſervatis in archivo S. Mariæ in Regula ſubdat. Laterani 9. Kal. Martii an. 1146. Baſilius titulo Beati nuncupatur; ſic enim habet Pontifex: *Præterea indulgentias 40. annorum viſitanti quotidie altare beatiſſimæ, & glorioſiſſimæ Virginis Mariæ per beatum Baſilium in dicta Eccleſia ædificatum.* Vixiſſe B. Baſilium an. 1074. ex indict. XII. ſuperius notata deducitur.

XXIII. WIDO præfuit ad an. circiter 1084.

XXIV. MORUNDUS Epiſcopatum Imolenſem aſſecutus eſt an. circiter 1084. Hic Communi civitatis & civibus Imolenſibus multis indulſit, pluraque permiſit non ſine ſucceſſorum præjudicio: jura exigendi vectigalia in eadem civitate remiſit: uſum portus Caput Silicis ſeu Concilicis (oppidum hoc omnimodæ Epiſcopatus juriſdictioni ſuberat) ipſis conceſſit, conditione adjecta, ut ex unaquaque navi quatuor denarii Veneti pro nautico perſolverentur: cumque propter diſſidia inter Cives Cornelienſes, & Oppidanos S. Caſſiani apud idem Caſtrum Caput ſilicis moram traheret Morandus, iiſdem efflagitantibus, ſe in futurum apud eos majore parte anni moraturum promiſit an. 1084. ut ex ipſius diplomate liquet. Cumque in eo diplomate Morandus ſe electum & ordinatum Epiſcopum profiteatur, ſuſpicari licet eum ad Imolenſem Cathedram fuiſſe aſſumptum eodem tantum anno 1084. Adhæſiſſe autem Morandum Henrico ſchiſmatico, parteſque Clementis Antipapæ ſecutum, ac multa conceſſiſſe Imolenſibus ex iis, quæ juris Epiſcopatus erant, indicat ſequens tenor antedicti diplomatis ex regiſt. Communis: videlicet.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno 1084. temporibus Clementis Papæ, regnante Henrico filio q. Henrici Imperatoris die 5. menſe Junii Indict. XII. in clauſtro S. Mariæ, quæ vocatur in Regula intra civitatem Cornelienſem. Plura quidem exiſtunt pacta, quæ ſolo verbo maneor poſſunt, ſed ob hoc neceſſe eſt ſcripturæ verbis annotari, ne urgenti tempore oblivioni mandentur, & jurgia generentur. Ea enim, quæ bono animo ac ſpontanea mea bona voluntate irrefragabiliter promittuntur, ea inviolabili vinculo obſerventur. Et quoniam profiteor ego quidem in Dei nomine Morandus, gratia Dei electus & ordinatus Epiſcopus S. Cornelienſis Eccleſiæ per hujus paginæ meæ vocis, profeſſionis, ſimulque pacti, ſtatuti, convenientiæ, largitatem à præſenti die meæ paginæ, vobis præſentibus in Dei nomine omnibus Imolenſibus civibus petitoribus pro vobis, liberiſque veſtris, & hæredibus in perpetuum, vel qui in hac civitate habitaturi ſunt, per hanc paginam pacti conventi, concedo, & largior, ſeu confirmo vobis nunc juris mei, & S. Cornelienſis Eccleſiæ, idest omne teloneum, & publicum actum, quem S. Eccleſia in civitate Imolæ aliquo jure habebat; & iterum concedo vobis uſum portus mei, ſcilicet Caput ſilicis, hoc modo ut ex unaquaque navi quatuor denarios monetæ Venetæ pro nautico fœnore tantum perſolvatis, exceptis his navibus legationis piſcandique, & emendi piſces cauſa euntibus. Et inſuper paciſcor vobis meam majorum habitationem in ſancta iſta civitate vobiſcum fieri, & majorem partem omnium mobilium meorum ibidem retinere, & naviginm cum omni ſtudio ſine dolo, vel fraude, tempore, quo ſancti prædicti cives me petiverint, facere procurabo: & hoc, quod vos habetis, & detinetis, ego, meique ſucceſſores non tollam, nec tollere faciam ſine legali judicio, vel quod rectè acquirere debetis, & ſi aliquis tollere, vel minuere voluerit, vobiſcum recta fide manere promitto: & ab hodierna die nunquam liceat mihi, meiſque ſucceſſoribus ullo unquam in tempore exinde facere quæſtionem, aut

A *conſutionem, repetitionem, ullamque moleſtiam generare contra vos, neque contra filios veſtros, & hæredes, neque contra eos, qui in iſta civitate habitaturi ſint: quod ſi ſit, quod abſit, & avertat divina omnipotentia, & omnia, quæ ſuperius leguntur, non obſervaverimus, vel adimpleverimus, atteſtatione confirmo daturum, & compoſiturum me, meoſque ſucceſſores eſſe promitto vobis ſuprascriptis omnibus, veſtriſque filiis, & hæredibus in perpetuum ante omne litis initium, aut interpellationem pœnæ nomine, auri optimi libras 20. & ſoluta pœna maneat hæc cartula pacti firma: unde pro majori firmitate, ſi unquam in tempore quæpiam perſona hominum ſurrexerit, quæ vobis ejuſdem rei partem, vel tam totam tollere voluerit, ego cum meis ſucceſſoribus ſtare, defendere, & autoriare promitto. Albertus Notarius Imolen. rogatus ſcripſi hoc pactum ſub die 5. menſis Junii Ind. VII.*

Ego Morandus Epiſcopus in hoc pacto ſcripſi.

Vita functus creditur Morandus circa an. 1094.

B XXV. OLDO 1095. Deceſſiſſe autem circa an. 1107. acta ſucceſſoris indicant.

XXVI. UBALDUS ſubrogatur Oldoni, & quidem an. 1108. quo ſe ipſemet ſubſcribit electum in tabulis contractus emphyteutici in archivo Canonicorum adſervatis faſc. 1. n. 6. in hunc modum.

Ego Ubaldus electus Epiſcopus ſcripſi.

XXVII. OTRICUS poſt Ubaldum Epiſcopale regimen iniit an. circiter 1122.

XXVIII. BENNO deinde deſignatus eſt circa an. 1126. qui ab Honorio II. ampliſſimum privilegium obtinuit, per quod Epiſcopo priora jura, tum exigendi vectigalia in Civitate, & publica habendi ſine prætore judicia, tum verò temporale dominium in plura diœceſis loca ſancivit: unde factum eſt, ut ex firmata eidem in Comitatum Imolenſem temporali juriſdictione Epiſcopi Imolenſes ſuccedentibus temporibus Comitis titulum aſſumpſerint. Honorii diploma extat in archivo Epiſcopali.

XXIX. RANDUINUS Bennoni ſucceſſit circa an. 1140. ſiquidem eodem anno habita legitur coram eo in ſuo Epiſcopio reſidente quædam jurium & actionum renunciatio hujus tenoris ex arch. capit. faſc. 2. n. 47.

C *In nomine Patris, & filii, & Spiritus S. Amen. Anno Domini ſunt 1140. tempore Innocentii Papæ, & Conradi Imperatoris die 7. intrante menſis Auguſti Ind. 3. Actum in domum Epiſcopi Cornelienſis &c. ante domnum Epiſcopum. Teſtis Albericus Canonicus, Arduinus Canonicus &c. Domna Imelda relicta de Malecalzo apprehendit virgam in manu ſua, & miſit in manu D. Epiſcopi Randuini, & dixit ita &c.*

Vivebat adhuc Randuinus an. 1146. ut indicant acta die 3. Junii.

XXX. GERARDI ad Epiſcopatum Imolenſem aſſumpti, ut nomen, ſic & tempus, quo præfuit, prædeceſſorem quem excepit, ejuſque immediatum ſucceſſorem, quamque anguſtum fuerit illius regiminis tempus, acta Alberti I. nuperrime detexerunt: ex quibus inter plurimos conteſtes examinatos in cauſa tunc temporis inter prædictum Albertum & Canonicos vertente tres ſeligere liceat,

D eorumque juratas aſſertiones, prout jacent, ad rei veritatem retegendam hic referre ex Arch. capitul. faſc. 4. n. 178. videlicet.

Teſtis Gratiadei, qui dicitur Marutus, dicit, quod recordatur Epiſcopum Bennum, Randuinum, Gerardum, Rodulphum, Aicardum, Henricum, & Albertum. De Epiſcopo Gerardo dicit, quod modico tempore vixit in Epiſcopatu.

Teſtis Albertinus Dinnæ. De Epiſcopo Gerardo dicit, quod dedit unum prandium Canonicis, & non plus, in feſto S. Caſſiani.

Teſtis Arduinus diaconus, & Canonicus S. Caſſiani, de Epiſcopo Gerardo dicit, quod dedit Canonicis unam comeſtionem ſe teſte præſente.

Etenim conſueverant ea tempeſtate Epiſcopi Imolenſes bis in anno, nempe feria V. Majoris hebdomadæ, & in feſto S. Caſſiani, ſacris ritibus

ſolemniter peractis, Canonicos, qui in Canonica convivabant, convivio excipere; quare infertur Gerardum iniiſſe Epiſcopatum anno 1146. ejus vero adminiſtrationem vix annum exceſſiſſe manifeſte apparet ex actis tum Randuini ejus prædeceſſoris vita functi circa an. 1146. poſt menſem Julii, tum Rodulphi, qui an. 1147. ante menſem Octobris ipſi ſucceſſit.

XXXI. RODULPHUS, Monachus, & Abbas S. Mariæ in Regula, Gerardo ſucceſſit an. 1147. in actis ſiquidem hujus anni ſic cujuſdam donationis tabulæ referuntur ex Archivo Capitulari.

In nomine Patris &c. Anni Domini ſunt 1147. temporibus Eugenii Papæ, & Conradi Imperatoris die 3. exeunte menſe Octobris Ind. X. Actum in domum D. Rodulphi vener. Epiſcopi Coraelien. Eccleſiæ S. ac vener. hoſpitali S. Georgii &c. Ideo profiteor ego quidem in Dei nomine domnus Rodulphus vener. Epiſcopus Coraelien. Eccleſiæ donator &c. juſſione atque in vice Lamberti de Ravenna &c. do dono, trado dicto hoſpitali S. Gregorii tres tornaturas terræ &c. Ego D. Rodulphus vener. Epiſcopus Coraelien. Eccleſiæ &c. ſubſcripſi hæc &c.

Ejus memoria protenditur in actis arch. prædicti ad an. 1166. 14. Aprilis: quo eodem anno obiit virtutibus, ac meritis clarus, ita ut in monumentis archivi S. Mariæ in Regula titulo Beati decoratus, ejuſque corpus ibidem humatum inter reliquias prædictæ Eccleſiæ deſcriptum legatur.

XXXII. ARARDUS deinde electus eſt an. 1166. Septennio vixit, ut ex actis in cauſa inter Albertum primum & Canonicos ſupracitatis habetur: ita enim aſſerit vigeſimus ſextus teſtis.

De Epiſcopo Arardo dicit, quod ſeptem annis vixit in Epiſcopatu, & morabatur cum Canonicis in caſtro S. Caſſiani &c.

Quapropter dicendus eſt obiiſſe an. 1173.

XXXIII. HENRICUS II. Arardo ſuffectus eſt 1173. Corpus S. Petri Chryſologi recognitum in eadem arca iterum collocavit, hac addita epigraphe.

Sanctiſſimi Chryſologi Petri Ravennatis.
corpus hic eſt locatum ab Henrico Epiſcopo,
MCLXXIV.

Obiit Henricus an. 1193.

Inter Henricum autem, & Albertum primum interſeri non debet quidam Theodinus, quem Ughellus erronee connumerat inter Epiſcopos Imolenſes; nam, præterquam quod non evitaretur anachroniſmus, ſi iſte diceretur ſucceſſor Henrici, in actis Eccleſiæ, & ſæpè dicto teſtium examine habito anno 1197. a quatuor ex ibidem notatis teſtibus ſuo ſinguli ordine ſuccedentes recenſentur Henricus, & Albertus, quibus iidem teſtes fuerunt Synchroni, nulla facta mentione de Theodino; conſonatque Alberti II. conceſſio Canonicis præſtita, ex qua Albertus primus Henricum excepiſſe aperte conjicitur: nemine refragante, quod in memorato ab Ughello Chronico de eodem habeatur mentio: plura ſi quidem alia apocrypha in illo Manuſcripto eorumdem auctor accumulavit.

XXXIV. ALBERTUS I. renunciatus eſt Epiſcopus an. 1193. quem inter & Canonicos acriter agitata eſt controverſia per aliquot annos, donec a judicibus a Cœleſtino III. anno 1197. delegatis, anno ſequenti definita eſt. Albertus è vivis ereptus eſt exeunte anno 1200.

XXXV. ALBERTUS II. Auxelettus &c.

XXXVI. HIEREMIAS (perperam Hieronymus dicitur ab Ughello) electus 1202. &c.

XXXVII. MAYNARDINUS eligitur an. 1208. Non exceſſit in Præſulatus annum 1249.

XXXVIII. THOMAS ab an. 1249. vixit in Epiſcopatu ad 1269. Unde incongruè ab Ughello alius Thomas Ubaldinus annectitur, cui attribuit acta poſt an. 1259. quo anno ex antiquo Ravennæ Eccleſiæ Kalendario priorem Thomam defunctum aſſerit, cum ibi fortaſſe non 1259. legatur, ſed 1269. Id conſonat iis, quæ refert de priore Thoma ipſemet Ughellus ex Anonymo Auctore Imolenſis Chronicæ: ait enim Anonymus: *Crucifeſſis Fratribus Xenodochium S. Spiritus attribuiſſe, atque æmulorum calumnias adeo ſincera, utraque defenſione diſcuſſiſſe, ac diluiſſe coram Clemente IV. Pontifice, ut apud eumdem magnam collegerit gratiam.* Cum autem ex tabulis appareat conceſſionem antedicti Hoſpitalis factam fuiſſe Fratribus Cruciferis an. 1260. die 2. Martii; & ex annalibus Eccleſiaſticis conſtet Clementem IV. nonniſi an. 1265. ad ſummum Pontificatum evectum, ſatis colligitur Thomam, de quo prædicta referuntur, ultra an. 1259. vitam produxiſſe. Cæterum de Thoma Ubaldino altum ſilentium tenent acta hujus Eccleſiæ, nec de eo ulla fit mentio in tabulariis ſive Epiſcopali, ſive Cathedralis, neque in Catalogo Epiſcoporum impreſſo: ni dicatur Thomam hunc, cujus cognomen in tabulis omittitur, ex familia Ubaldina fuiſſe, atque origine Florentinum.

XXXIX. SINIBALDUS Thomæ ſuffectus, & quidem ante menſem Maii an. 1270. cum 4. Kalendas Maii ejuſdem anni Provinciali Concilio Ravennæ interfuerit. Ejus memoria in actis habetur ad an. 1295.

XL. DIETERIUM præfuiſſe Eccleſiæ Imolenſi circa an. 1296. aperte teſtantur monumenta aſſervata in regeſto Communis Imolen. in codice, in quo deſcripti leguntur cenſus, qui Epiſcopis Immolenſibus ſolvi conſueverant, quorum aliqui perſoluti leguntur procuratori D. Deuterii Epiſcopi Imolæ. Brevi tempore ſediſſe inde arguitur, quod nulla de eo extent acta.

XLI. BENEDICTUS electus an. circiter 1298. Obiit 1299. Habetur autem de illo mentio in teſtamento nobilis, ac potentis viri Machinardi Pagani Faventiæ, & Imolæ imperantis condito an. 1302. cujus authographum Florentiæ in arc. reformationum aſſervatur, in quo *ex ſuis bonis juſſit tradi Epiſcopatui Imolenſi libras mille bonon. debitas pro conſecratione quondam D. Benedicti Epiſcopi Imolenſis.*

XLII. JOANNES &c.

XLIII. Fr. MATTHÆUS &c.

XLIV. RAIMBALDUS &c.

XLV. CAROLUS Alidoxius, Lippi filius, ex archipresbytero S. Mariæ de Seluſtra, & Cathedralis Canonico ad Epiſcopalem ſuæ patriæ cathedram evehitur.

XLVI. LITHUS &c. Epiſcopatui ceſſit an. 1379. defunctus poſtea an. 1382. ut ex actis arch. Epiſc. cod. I. B fol. 86. liquet, die 22. Decembris, in quibus tum proxime fuiſſe Lithum emortuum diſcimus.

XLVII. MARINUS Urbani VI. Camerarius Imolenſi Eccleſiæ præficitur an. 1380. cujus Pontificis authoritate nonnulla oppida, ac bona in ſuam Eccleſiæque poteſtatem vindicavit, quæ Carolus & Georgius Alidoſii occupaverant, quos ad injuriarum, damnorumque compenſationem ſuo Pontifex mandato adegit. Apparent ejuſdem litteræ apoſtolicæ in Epiſcopali tabulario aſſervatæ, quarum tenor eſt.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ven. fratri Marino Epiſcopo Imolenſi Camerario noſtro ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad audientiam noſtram pervenit, quod Carolus, & Georgius de Alidoſiis fratres nonnulla Caſtra, & bona ad Eccleſiam Imolenſem ſpectantia præſumptione temeraria occuparunt, atque detinent indebite occupata in ipſius Eccleſiæ detrimentum, & ſuarum periculum animarum. Nos igitur volentes, ſicut ex debito tenemur paſtoralis officii, indemnitati bus dictæ Eccleſiæ de optimo remedio providere, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus eoſdem Carolum, & Georgium authoritate noſtra Eccleſiaſtica ex officio per te, vel alium, ſeu alios ſub excommunicationis, & aliis pœnis, & ſententiis, de quibus eidem fraternitati videbitur, moveas, ut infra certum peremptorium terminum competentem, quem eis duxeris præfigendum, prout

ad

ad ipſorum quemlibet pertinet, bujuſmodi caſtra, & bona per eos, ut præmittitur, occupata effectualiter reſtituant, ut tenentur, & attemptata per eos in præjudicium dictæ Imolenſis Eccleſiæ in ſtatum priſtinum revocent, ac de injuriis, & damnis ſatisfaciant, ut tenentur, vel in terminum coram vobis perſonaliter compareant, allegaturi cauſam rationabilem, quare ad præmiſſa minime teneantur; quod ſi forſan bujuſmodi monitioni parere contempſerint, & tunc in eos, & eorum quemlibet excommunicationis, & alias pœnas, & ſententias in rebelles, & inobedientes, ac ſacrilegos, & veram Eccleſiaſticarum, & præſertim Romanæ Eccleſiæ terrarum & bonorum occupatores, & detentores tam a jure, quam ab homine inflictas & promulgatas etiam ad privationem, & confiſcationem omnium & ſingulorum bonorum mobilium, & immobilium, & inhabilitationem perſonarum videlicet ad ſucceſſiones, honores, dignitates, & officia authoritate prædicta promulges, aliàs contra eos, & quemlibet ipſorum procedas, prout tibi viſum fuerit expedire, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam authoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis, non obſtante, ſi eidem Carolo, & Georgio, vel quibuſvis aliis, communiter, vel diviſim a ſede apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut ad judicium evocari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum XI. Kal. Septembris anno quarto.

Biennio hic adminiſtratione peracta Tarentinæ Eccleſiæ præficitur XIII. Kal. Maii an. 1382. Clara de eo mentio habetur in Bulla Urbani VI. 13. Kal. Maii pontificatus ejuſdem an. 5. per quam, Marino ad prædictam Eccleſiam translato, aſſumitur ad Imolenſem Guillelmus, ſeu Gulielmus.

XLVIII. GUILLELMUS Alidoſius ſubleCtus eſt, ac Romæ inauguratus an. 1382. XIII. Kal. Maii: ut colligitur ex litteris Urbani VI. quibus ſuper Archipresbyteratu Saluſtræ per electionem Guillelmi ad Epiſcopatum vacante diſponit. Hoc eodem anno peſtilentiæ vi correptus obiit, ut teſtantur tabulæ Matthæi de Strata in arch. epiſc. Cod. lit. B. f. 86. die 22. Decembris ejuſdem anni, in quibus aſſeritur *RR. patres Litbam, & Gulielmum Alidoſios Epiſcopos Imolenſes fuiſſe proximè defunctos*: eamque ſedem vacaſſe adhuc intra an. 1383. inde liquet, quod tunc temporis eidem præerat Vicarius Capituli Fr. Martinus Epiſcopus Laodicenſis.

XLIX. JACOBUS Caraffa Neapolitanus, renunciatur Imolenſis Epiſcopus an. 1383. ex actis arch. Cath. faſc. 9. n. 75. Biennio abſens Eccleſiam adminiſtravit.

L. EMANUEL Fliſcus ſubrogatus fuit an. 1386. Idibus Decembris ex Bulla ejuſdem S. P. Deceſſit 1390 Ex his perſpicuum fit erronee a nonnullis inter Epiſcopos Imolenſes intrudi quemdam Antonium Salam ab an. 1384. ad 1387.

LI. ANTONIUS &c.

LII. JACOBUS &c.

LIII. NICOLAUS &c.

LIV. HERMANNUS &c.

LV. PETRUS Hondedeus electus non an. 1411. ſed 1412. &c.

LVI. Fr. GASPAR, quem ex Sighicella familia ortum tradunt, paſtorale munus ſuſcepiſſe novimus an. 1450. & quidem ante menſem Maii; nam eodem anno 18. Aprilis aliquot bona ab ipſo fuiſſe in emphyteuſim conceſſa conſtat ex arch. Epiſcop &c.

LVII. ANTONIUS obiit anno 1470. poſt cujus obitum Canonici Paulum II. Pontificem ſummum rogaverunt, ut turris Campanariæ Cathedralis fabricæ perficiendę partem redituum Epiſcopalium, dum Epiſcopalis ſedes vacaret, concedere dignaretur, qui pontifex poſtero an. defunctus eſt.

LVIII. Vita functo Antonio eligitur ad Imolenſem Cathedram a Paulo II. JOANNES Datus Imolenſis, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini: ſed ejus immatura mors illius inaugurationi obſtitit: fuit enim tantum electus, atque ante conſecrationem præreptus: quapropter nil mirum ſi paulo poſt defuncto Paulo II. appareat in actis datus a Sixto IV. Georgius ſucceſſor immediatus Antonio, nulla facta Joannis mentionem.

LIX. GEORGIUS de Buchis &c.

LX. JACOBUS Paſſarellus Ceſenas, &c.

LXI. SIMON &c. translatus eſt ad Ariminenſem Eccleſiam an. a Chriſto nato 1311. die 10. Februarii.

LXII. DOMINICUS Simoni ſucceſſit eodem an. 1311. 4. Id Februarii.

LXIII. NICOLAUS &c.

LXIV. HIERONYMUS &c.

LXV. ANASTASIUS &c.

LXVI. VITELLONUS &c.

LXVII. FRANCISCUS &c.

LXVIII. JO. &c.

LXIX. VINCENTIUS &c.

LXX. ALEXANDER &c.

LXXI. JOANNES &c.

LXXII. RODULPHUS &c.

LXXIII. FERDINANDUS

LXXIV. MARIUS electus eſt an. 1644. 16. Kal. Novemb. Poſt 55. menſes renunciavit anno 1646. menſe Februario.

LXXV. &c.

AD LAUDENSES

TOM. IV.

Col. 658. lin. 40. *adde*, Anno 898. memoratur in Synodo Romana Joannis IX. qua acta Stephani VI. contra Formoſum habita reſciſſa ſunt, *apud Mabilonium* Itiner. Italic. tom. 1. par. 2. pag. 87.

AD LEOPOLITANOS, SEU FERETRANOS

TOM. II.

Col 844. lin. 55. *adde*. Et an. 1044. ſynodo Romanæ, quam vide tom. 5. in Gradenſibus.

AD LESINENSES

TOM. VIII.

Col. 310. ad lin. 10 ſcribe in ima pagina ſequentem notulam.

(1) S. Sabinus, cujus corpus inventum eſt in Cathedrali Leſinenſi an. 1597 & inſequenti Neapolim tranſlatum in domum S. Mariæ Annunciatæ, creditur fuiſſe Leſinenſis Epiſcopus. Quo tempore floruerit, ignoratur. Vide Bollandum in actis Ss. Februarii tom. 2. p. 335.

AD LVCENSES

TOM. I.

Col. 796. in ima pagina ultimæ lineæ adnotationis Abbatis Lucentii hæc *adde*.

Quæ-

Quænam verò ſint vetuſta Documenta in archivo Lucenſis Cathedralis adſervata, ex quibus colligi poſſit tranſlationem B. Reguli non à B Joanne, ſed Walprandi ejus anteceſſoris tempore factam, ignoro. Sequentia contrarium omnino evincunt. In documento Tabularii Epiſcopalis Lucen. ✠ C. n. 28. dato an. xiv. Deſiderii, & xi. Adelchis filii ejus 24. Maii Ind. 8. ideſt anno Chriſti 770. Talanus, & Taupertus filii q. Magnifredi offerunt Eccleſiæ S Reguli in Valdo, *ubi ejus corpus requieſcit* etc. Extat in tabulario Canonicorum Lucenſium lit. A. n. 45. inſtrumentum actum in Valdo menſ. Decembri per Rodibertum Notarium anno . . . . . regni Caroli Regis Francorum, & Longobardorum Ind. xiii. ideſt anno Chriſti 775. vel ſi mavis 774. donationis bonorum factæ Eccleſiæ S Reguli martyris Chriſti, *ubi corpus ejus requieſcit in Valdo:* et hæc eadem verba repetuntur in documento ejuſdem tabularii Epiſcopalis * I. n. 55 dato anno quarto Caroli Regis Francorum, & Longobardorum menſe Martio Indict. prima ideſt anno Chriſti 778. ex quibus clare perſpicitur ad dictum ſaltem annum 778. nondum fuiſſe Lucam tranſlatum S. Reguli corpus. Cum autem Walprandi Epiſcopi memoria non excedat annum Chriſti 754 in hujus Eccleſiæ documentis, quomodo ex his poteſt edoceri tranſlationem B. Reguli a Walprando factam? His adde vetuſtiſſimos hujus Eccleſiæ in archivo capitulari exiſtentes Paſſionarios, hymnos, antiphonas, & lectiones officii, quod ſolebat antiquitus recitari in feſto S. Reguli, omnes denique rerum Lucenſium Scriptores, conſtanter convenire in aſſirmanda B Reguli tranſlatione per Joannem Epiſcopum facta: adeout Vaticanæ Mſ. membranæ fides nullatenus vacillare poſſe videatur.

Col. 807. lin. 70. *adde* Franciottus fatetur pro anno 1033. Othonem Epiſcopum inveniri; qui ſi revera tunc ſediſſe probetur, cogemur duos Joannes unum ante, alium poſt Othonem admittere. *Bollandiani in actis Ss. Junii tom. 1. p. 332.*

Col. 827. ad lin. 37. *adde* in ima pagina ſequentem notam.

(1) Id omninò falſum. Siquidem jam diu antea, cum bellorum injuria, & diutina præcipuè obſidione, qua Florentini an. 1430. & 1437. Lucam oppugnarunt, Canonicorum clauſtrum fuiſſet everſum, coacti fuerant Canonici ad paternas domos confugere. Imò conatus eſt Nicolaus eoſdem ad priſtinam vivendi formam redigere conſtitutione, quam veluti delegatus Apoſtolicus edidit an. 1489. ut ex lib. Conſtitut. Capit. Reſurrm. ad Conſtit. 23. & 98. in qua inter alia hæc leguntur: *Cum experientia compertum ſit cultui divino plerumque redundare, quod Canonici, & Sacerdotes juxta Eccleſias commorentur, hinc eſt, quod prædeceſſores noſtri conſultè ſtatuerunt, quod cuique novo Canonico aſſignaretur aliqua Camera in Canonica ad reſidentiam ſuam, & pro illa certam pecuniam exburſaret in Canonicæ reparationem &c. De novo igitur nos auctoritate nobis commiſſa ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes impoſterum Canonici, quacumque auctoritate eos recipi contingat, ſolvere teneantur, & debeant cameras in præſentibus conſtitutionibus taxatas. Addentes quod omnes dictæ pecuniæ in loco tuto cuſtodiantur, & non poſſint amoveri, donec perventum fuerit ad ſummam ducentorum ducatorum: tunc verò ad fabricam bonam, & idoneam detur initium, & adjuvantibus facultatibus operæ dictæ Eccleſiæ &c. ad conſumationem deveniatur &c.*

AD LUCERINOS

T O M. VIII.

Col. 316. poſt lin 48 *adde*.

I. S. BASSUS Epiſcopus Luceriæ primus, & martyr apud Sarnellium in Chronologia Epiſcoporum Sypontinorum pag. 25.

II. S. PARDUS ſecundus Epiſcopus Lucerinus apud eumdem Sarnellium ibid. pag. 26.

AD LUNENSES

T O M. I.

Col. 852. lin. 76. *adde*. Anno 1220. memoria Marzucchi habetur in quodam teſtamento apud Muratorium in Antiquit. Eſtenſ. tom. 1. pag. 357.

AD S. MARCI

T O M. I.

Col. 882. poſt lin. 40. *adde* à capite lineæ.



L. Matthæo Januario Sibiliæ D. BERNARDUS Cavalerius ſucceſſit, patria Neapolitanus, origine autem prænobili Hiſpanus. Pater ei D. Chriſtophorus Patritius civitatis Xeræ in Regno Vandaliæ in Hiſpania Bœtica, Eques ordinis D. Jacobi de Spata, qui cum Ser. D. Joanne de Auſtria anno 1647. ad pacandos perduellium motus claſſis Præfectus Neapolim venit, in quo Regno, & militum Tribunus, & in Capuana civitate armorum fuit, militari vocabulo, Gubernator. Salernitanam, & Aprutinam Provincias cum imperio rexit, demum poſt bellicam per XL. non minus annos in Alemannia, Belgio, & Catalaunia, & Inſubria egregiè navatam operam, cum in ipſa Neapolitana civitate jam eſſet à conſiliis belli, & ſtatus Regiæ Catholicæ Majeſtatis Lucullanæ Arci premio meritis longè impari, præfectus fuit. Quæ Cavaleria gens ſua vetuat in Hiſpaniis nobilitate, crucibus illorum militarium ordinum inſignita, & præclariſſimis muniis honeſtata. Mater verò ejusdem D. Bernardo fuit D. Antonia, patria itidem Neapolitana, ſed genere nobiliſſima Luſitano, videlicet de Acunia Buendiæ Comitum, Valentiæ, Naxeræ, & Huetæ Ducum, cujus D Antoniæ pater, avus, & proavus in Neapolitano Regno à conſiliis belli, & ſtatus Catholicorum Regum, & rei tormentariæ Generales continua ſerie, hæreditario veluti jure, præfecti fuerunt, imò D. Jo. Vaſquius ejus avus Hiſpanis omnibus in Italia copiis cum ſuprema poteſtate præfuit. Quæ de Acunia gens, quam ſuis etiam D. Pelagius immortalibus coronat palmis, ab Luſitaniæ regno in illud Caſtelliæ venit, à quo & iterum in illud Luſitaniæ redliit, in utroque autem, imò in tota ferè Hiſpania, ſemper trabeata faſcibus, ac laureata victoriis, eluctata ſæculorum tabe floruit, & in præſentiarum eadem nobilitatis pompa perenuat. Imò & in Luſitania, cujus ipſa fuit è primis à Mauritana ſervitute vindicibus, ab regali heroide, vulgò *Infanta*,

ſus

ſuis thalamis fœcuuditatem accepit, quam ipſa po-
ſtea Regiis reſtituit, pari ſemper dignatione, ſive
acciperet, ſive reſtitueret. Quem nunc geutem ſa-
cræ Purpuræ ſplendoribus cumulat Emin. Nunous
Targenſis Epiſcopus ſupremus contrà hæreticam
pravitatem in Luſitaniæ Regno quæſitor, cui om-
nigena doctrina, illibati mores, ſingularis comi-
tas, mira in rebus agendis dexteritas, & profuſa
etga omnes beneficentia, non modò ſuæ Nationis,
ſed & aulæ Romanæ, imò & totius Europæ obſe-
quium in dies ſemper, venerationemque conci-
liant. Et hæc de utroque hujus Præſulis ſtipite re-
cenſenda arbitratus ſum, omni prnlixitatis, vel
aſſentationis remoto vitio, ut de infrà narrandis le-
ctorem veluti præmoneant hæc principia. Nata-
lium quippè ſplendor ſemper ad glorioſa facinora
viam ſternit. Parem ergò D. Beruardus ſplendidiſ-
ſimo geneti ſortitus indolem humanioribus litteris
imbutus à teneris vix XIV. anoos natus peculiari
ſummi Pontificis Innocentii XI. indulto, ante le
gitimam ætatem Clericorum Regularium Theati-
norum ordini in Ss. Apoſtolorum adſcriptus Nea-
poli poſt ſolemnem iu eadem æde votorum emiſſio
nem, Philoſophiæ addiſcendæ gratia Pauormum
mittitur, ubi curriculo exacto publicas theſes ſum-
mo illius academiæ plauſu, & Romæ in D. Andreæ
de Valle Theologicas etiam ſubſtinuit dicatas Ray-
naldo tunc Cardinali Ateſtino, ounc Mutinæ Du-
ci, qui ſolemniter centum, & ampliùs aulæ Ro-
manæ Præſulibus, & ferè omnium Religionum
Generalibus, & primis Quirinalis lycæi Cathedra-
ticis, honoris ergo ſtipantibus, interſuit, omni-
bus arguendi data facultate. Philoſophicæ cathe-
dræ Leopoli in Sarmatia aſſignatur, at rigore Bo-
realis regionis exterritus permittitur, vel eamdem
implere Meſſanæ, vel Theologicam, licet in ſuo
ordine nemo regulariter Theologiæ enucleandæ ad-
hibeatur, niſi ſemel priùs per triennium Philoſo-
phiam edocuerit. Ipſe verò cum ſponte, ac præci-
puo flamine, quod dixiſſes evaſiſſe in naturam, ad
concionandi munus ferretur, & præcurreret, non
modo ab huſce duabus, ſed à tribus deinde cathedris
ſe exemit, & præſertim ab illis, & D. Pauli Ma-
joris, & Ss. Apoſtolorum in ſua patria Neapolis.
Annos 21. natum Bononia ſtudiorum Mater primò
eum declamantem ſtupuit, ut poſteà ferè omnia ce-
lebriora Italiæ pulpita. Ipſe Auguſtiſſimus felici-
ter Imperans Carolus VI. Dominici Adventus ann.
1713 & quadrageſimali tempore 1714. adeò luben-
ter eum ſemper audiit, ut Cæſareo diplomate ſuum
perpetuum actualem Concionatorem, & favore
nulli antea impertito Auſtriaci regiminis per totam
Italiam, nec non etiam Romanæ legationis
Theologum dixerit, quibus gratiis numquam ipſe
uſus fuit, Apoſtolicæ vitæ prò animarum ſervitio
amore ſemper illectus. A Theologicis itidem con
ſiliis viventis Mutinæ Ducis Raynaldi I. nec non
S. Officii in eadem civitate Mutinæ reviſor Theo
logus, & Conſultor Genuæ, ut & ſimiliter Con-
ſultor, ac in alma urbe qualificator. Demum tot
meritis petonuſtum nil tale cogitantem, imò & re-
luctantem Clemens XI. Pontifex Maximus motu
proprio infulis ornatum voluit, optione tamen ei
data ſeligendi, D. Marcine, an Neocaſtri. Primas
autem elegit, quod Chriſti vicariam mentem hujus
electioni propenſiorem dignoverit, adeòque copio-
ſius hinc divini famulatus ſtudium, ac incremen
tum ſibi portendi judicaverit. Die 21. Aprilis 1718.
poſſeſſionem iniit ſuæ Eccleſiæ, quæ cum ferè de-
cennium, Paſtore caruiſſet, incultam ſylvam re-
periit, quæ vinea eſſe debebat. Morum relaxa-
tio, quæ quidem, ni divina providentia per ſuum
alumnum miſericorditer adfuiſſet, proh quantam
Chriſtianæ pietatis perniciem paſſura, haud ob-
ſcuris ſeſe prodentibus ſignis prævidebatur, ædium
profanatio, pſalmodiæ nulla curatio, ſpiritualium
rerum venundatio, Eccleſiæ bonorum generalis
uſurpatio, vitium denique diù impunitum, æreum
quodcumque pectus ſtegiſſent, ſed non illud D.

A Bernardi, qui unum Deum præ oculis habens, le-
nitate dociles, conſtantia obduratos aſſeruit. In
Divino reſtituendo cultu primas curas intendit, in
qua obeunda provincia dirè exagitatus fuit, appel-
latione etiam habita ad ſanctam ſedem, ubi tandem
pleniſſimè obtinuit. Cujus gratia deciſionis Grego-
rianum cantum quotidianum in ſua æde principe
voluit, & quemdam quæſtum prò animabus Pur-
gatorii ſcandalum redolentem omninò abolevit. In
eadem æde, & in omnibus paræciis civitatis, &
diœceſeos quoddam pium exercitium, vulgò *della
buona morte*, qualibet feria VI., ut Romæ in Ec
cleſijs Societatis Jeſu, & alibi inſtituit, in quo
ſemper ipſe concionatur, ut etiam per Adventum,
& Quadrageſimam, ac per totum anni curſum quo-
libet die feſto præmiſſa Evangelii paraphraſi ſalu-
berrimas habet Conciones, ac in ſancta viſitatione
idem munus ferè quotidie exercet. In ſua itidem
æde principe devotionem erga feſtum Viſitationis
B. M. V. excitavit à die 2. Julii ad 2. Auguſti, quæ
B vulgò audit, *il Meſe della Madonna della Gratia*, ea
nempè methodo. Auguſtiſſimum altaris Sacra-
mentum publico fidelium cultui exponitur, dum
in odæo canuntur veſperæ, & completorium. Om-
nibus poſteà genua flectentibus prò ſacra meditatio-
ne quædam perutilia, & in primis etiam neceſſaria
themata leguntur, indè Lauretanæ litaniæ cum
nonnullis precibus concinuntur, demum eidem B.
V. omnium ore nuncupatur oblatio, tandemque
ſacerdos cum benedictione auguſtiſſimi Sacramenti
pium, ac verè devotum exercitium coronat. An-
te feſtum Nativitatis, non minùs ejuſdem B. M. V.
quàm ejus filii Domini noſtri Jeſu Chriſti ſolemne
Novenarium inſtituit. Quibus omnibus ſacris ar-
tibus populum priùs omnia, quæ pietatem ſape-
rent, nauſeantem, devotione ſtudet imbuere.
Chriſtianam cathecheſim, quæ in deſuetudinem
jam abjerat, nedum in principe templo ſingulis fe
ſtivis diebus ante veſperas, ac pro temporis oppor-
tunitate, ut ruſticorum commoditati conſulat, an-
C telucanis horis, ſed in omnibus locis, quæ ſancta
viſitatione perluſtrat, ipſe perdocet primus, &
edocendi methodon facillimam jam perſcripſit ty-
pis illicò datam, qua rudiores villici, priùs nomi-
ne tenus fideles Chriſtianis myſteriis quam citiſſi-
mè, & medullitùs erudiuntur. Summam prorſus
indecentiam ſacrarum veſtium, aut vilis materiæ,
aut laceratum, vel malè ſutarum ab omnibus Ec-
cleſiis etiam in ultimis villis omninò voluit exulan-
tem. Suam cathedralem, quæ quidem perampla
eſt, Oloſericis ex integro ſplendidè induit, orna-
mentis etiam pretioſis, lineaque ſupellectili, qui-
bus omnibus jamdiù carebat, inſtruxit. Cum ſe-
minarium ad alendam prò altari juventutem repe-
riſſet extinctum, ejuſque domum vetuſtate fati-
ſcentem, & diſpoſitione incommodam, non me-
diocri impendio refecit, ſtructuraque immutata
magis idoneam reddidit. Alumnorum eo teplevit
numero, quo majoris nulla ibi extat memoria. Pa-
rum tamen fuiſſet refectam, ordine meliori diſpo-
D ſitam, ac exornatam domum Convictoribus repleſ-
ſe, illos, illorumque præceptores propriis alit ſub-
ſtantiis, cum Seminarii cenſus priſcorum admini-
ſtratorum incuria, & uſurpatorum aviditate tenues
prorſus ſint, & valdè exiles. Pietate in primis, ac
bonis artibus per quotidianas meditationes, & Sa-
cramentorum frequentiam, cantu Gregoriano,
humanioribus litteris, nec non morali Theologia
juventus imbuitur. Singulorum progreſſus explo-
rat ipſe, & ſemper improviſus, proficientes, &
ſegnes propoſitis præmiis vel confirmans, vel alli-
ciens. Sacrarum virginum cœnobium in D. Marci
civitate ſub regula S. Claræ vetuſtate collabens,
nullique ſpirituali profectui opportunum, à funda-
mentis excitandum curavit. Omnium locorum pio-
rum diœceſeos accepti, & expenſi libros per decen-
nium antè ſui Præſulatus initium exploravit, undè
quamplurimis abſurdis, & præſertim circà legato-
rum ad pias cauſas executionem ivit obviam, & in-

tre-

trepido pectore uſurpationes bonorum Eccleſiæ etiam à Viris principibus perpetratas detexit , ac reparavit. Pro divini cultus , immunitatis Eccleſiaſticæ, & juſtitiæ tutamine apertiſſimum quinquies, & ultra, vitæ diſcrimen ſubiit.

Erga Euchariſticam dapem venerationem numquam deſinit prolatare, & crebris ipſis expoſitionibus, magna cereorum copia, ſolemnique pompa, & laudibus ejuſdem, quæ ab ipſo etiam populo concinuntur. Cum autem ad infirmos defertur, eadem prorſus ſolemnitate, imò majori, quia ipſam ſemper ſacerdotes hebdomadarii, & ſeminarii convictores ſtipantur, euntes Gregoriano cantu completorii pſalmos, redeuntes hymnum *Te Deum*, ac alios pro gratiarum actione pſalmos concinendo. In cathedrali lectionem Theologiæ Moralis diebus feſtis aſſignavit, cujus ibi nullum anteà extabat exemplum. cum ſuum Canonicorum collegium etſi numeroſum, præbendis tamen Theologali, & Pœnitentiali careat. In quodam ſuæ diœceſis loco novam jam excitat parœciam, ut coloni tres mille, & amplius illic numero, qui in æde illius loci matre, aut numquam, aut rarò convenire ſolent diſtantiam cauſantes, in promptu habeant prò chriſtiana vita instructiones, ſacris interſint, & omni ad æternam ſalutem comparandam ſulcimento fruentur. Pauperum domos omnes perſonaliter viſitavit, eorumque indigentiis omnibus qua ſpiritalibus, quà corporalibus exploratis opportunè conſuluit, & illas, quæ in diem ſemper ſolent emergere, per proprios parochos ſibi quotidiè patere ſatagit ſubitam opem verè pauperum pater omnibus præſtiturus. Eccleſiaſticam curiam ex omni parte reformavit, ſuo nomine adminiſtratur, ut gratis pauperibus pareat. Epiſcopale palatium penè vaſtatum ſinè januis, ſine ſeris, ſine contignationibus non mediocri refecit impendio, & vanitate ſemper procul, Pontificia ſobrietate exornavit. Eum academiæ incurioſorum Roſſani, Arcadum Romæ, nec non illa Florentiæ celeberrima ſolis eximiis Etruſci ſermonis profeſſoribus patens, vulgò *la Cenſca*, ut in ducali D. Felicitatis ad puritſimi hujuſce idiomatis normam concionantem audivit, jamdudum ultro inter ſuos conſcripſere. Prima ſua juventa 1694. Coloniæ typis dedit in 12. librum, cui titulum fecit. *Iſraele in Egitto, overo il Giuſto alla diſcrettione dell' Empio*. Vitam dein vener. F. Bernardini è Calenzana ex ordine Fratrum Reformatorum, vulgò *della Riformella di S. Bonaventura* Bononiæ 1712. in 4. Orationem in inauguratione Franciſci Mariæ Saulii in Genuæ Ducem, Genuæ 1698. in 8. alteram Ceſenæ in *foglio piccolo* pro Purpura collata Neapolitano Archiepiſcopo Franciſco Pignatello, cui titulus: *L' Ozio della Meraviglia*. ac plures alias panegyres. Prò ſodalitate perpetuæ adorationi Euchariſticæ dapis addicta, quam ipſe Mediolani inſtituit, & in pleriſque Italiæ urbibus, ac in ipſa Romani imperii ſede Vienna, quas ſuis quadrageſimalibus concionibus perluſtrarat, libellum concinnavit, qui Mediolani (adeò excrevit ibi ſodalium numerus XLM & amplius) iterum eodem anno 1717. in lucem prodiit typis Joſephi Andolphi Malateſtæ in 12. ſub tit. *Nuova Congregatione ſpirituale intitolata dell' Adoratione perpetua del SS. Sacramento canonicamente eretta nella Chieſa di S. Antonio Abbate de' Chierici Regolari con approvatione del Regnante ſommo Pontefice Clemente XI.* Opus etiam Methodicum deſudavit in quatuor tomos digeſtum inſcriptum. *Regole, Avvertimenti, e Conſigli utiliſſimi per chi comincia non ſolo, mà per chi già trovandoſi in qualunque genere di ſtudio avanzato deſideri in quello maggiormente fondarſi, e ſervir con la lingua, ò con la penna d'iſtruttione à gl' altri*; hujus operis omnigena eruditione referti vix primus in lucem prodiit tomus Bononiæ typis Julii Borzaghi in 4 cujus ſumma cum laude pluries meminere Venetæ litteratorum Ephemerides. Reliqui verò tomi, ut & vita vener. ſervi Dei Em. Joſephi Mariæ Cardinalis de Thomaſio, quam laudat Cl. V. Hieronymus Gigli in ſuo vocabulario Catariniano, & illa pariter vener. D. Eleonoræ de Acunia ejus amitæ, quæ in nobiliſſ. Neapolitano aſceterio ſacrarum Virginum D. Mariæ de Albino ſub D. Benedicti regula Clauſtralibus etiam ſtrictiſſimæ Reformationis virtutum omnium evaſit exemplum, ob molem paſtoralis curæ ſeriùs publici juris erunt. Adſit ei ſponſus Eccleſiæ Chriſtus Dominus, & pro ſua unicè cauſa indefeſsè pugnantem ſuo foveat ſemper auxilio, & quam diutiſſimè ſervet incolumem.

AD MARSICANOS

T O M. VII.

Col. 513. poſt lin. 65. *adde*.

XXIX. MARCOLINUS Marſicanus Epiſcopus florebat anno 1375. quo Procurator monaſterii Monialium S. Thomæ martyris eidem proteſtatur, quod aquam à molendino quodam divertiſſet. Extat documentum in tabulario citati Monaſterii, ut nos certiores reddidit claſ. vir D. Julius Cæſar Potenza Marſicanæ Cathedralis Archidiaconus.

AD MARSORUM EPISCOPOS.

T O M. I.

Col. 888. lin. 25. *adde*. In Concilio verò Romano contra Joannem Rovennatem Archiepiſcopum habito an. 861, vocatur *Leodriſius*.

AD MONTIS CORBINI EPISCOPOS

T O M. VIII.

Col. 326. ad lin. 50. In ima pagina pone ſequentem notam.

(1) Annum, quo S. Albertus obiit, 1037. nobis atque Ughello exhibuit mendoſum vitæ S. Alberti Ecgraphum; & huic quidem totum Epiſcoporum Corvinenſium turbavit ordinem, nobis autem difficultatem haud modicam objecit, cujus ſolutionem priuſquam aggrediamur, oſtendendum eſt evidenter, cum characteribus omnibus in Sancti Alberti vita expreſſis pugnare annum illum. Primus ſit annus conditæ in Monte Corvino civitatis, quem Alexander præſatur fuiſſe à ſuo tempore anno 463. Obiit Alexander ſeptuagenarius an. 1525. natus proinde an. 1455. Epiſcopus creatus dicitur circa an. 1496. vitam autem S. Alberti an. 1499. ſcripſiſſe. Ut igitur, quod tamen minime eſt veroſimile, concedamus, Alexandrum ſcilicet annos 463 conditæ Civitatis ad ſuæ nativitatis annum numeraſſe, nonniſi anno 992. initium illa ſuum habuerit; quomodo igitur Albertus, qui in urbem jam conditam dumtaxat quinquennis venit, potuit anno 1037. præ longo ſenio cæcus obiiſſe? Quod ſi annos illos 463. ad tempus ſcriptæ vitæ ducas (ut fieri debere ſuadet communis hominum loquendi modus, & veriſimilitudo longe maxima) anno dumtaxat 1036. cœperit Mons Corvinus formam habere civitatis.

Alter character convincens Sanctum non eſſe mortuum an. 1033. petitur ab ipſius natalibus è nobili genere Normandorum. Atqui primi ex ea gente quadraginta, qui Hieroſolymitana peregrinatione perfuncti, Salernum applicuerunt, urbem-

que à Sarracenorum obſidione mirabiliter liberando adeo ſibi Guaimerii Principis, Procerumque animos devinxerunt, ut communi conſilio legati mitterentur ad ſuos cum muneribus, quibus gens illa in Italiam adverſus Sarracenos nõ tam invitaretur, quam traheretur; primi, inquam, illi 40. Leone Oſtienſi tunc vivente, atq; id poſt annos fere 16. teſtante, venerunt an. 1003. Effectum autem nullum legatio habuit ante an. 1019. quo Rodulpho Normanno, cum paucis ſuorum e patria ad Papam Benedictum profugo, atque ad Beneventanos directo, altera inſignis victoria obtigit contra Græcos, Italiæ nihilo minus quam fuerant Sarraceni moleſtos: cujus victoriæ fama delata in Galliam, Richardum Comitem permovit, ut maximam Normannorum multitudinem cum conjugibus, liberiſque ad iter paratam, non modo non impediret, ſed etiam impelleret Rudolpho ire in auxilium, ibique novam gentis Coloniam figere eo tempore, quo Albertus (ſi mendoſus non eſſet annus mortis) haud longe ab octogenario eſſe debuiſſet.

Ergo exiſtimo in authographo pro anno mortis ſcriptum fuiſſe litteris numeralibus an. MCXXVII ubi ſomniculoſus quiſpiam pro C elegerit & deſcripſerit X numeroſque ad longum extendens, milleſimum & trigeſimum ſeptimum. Hoc autem poſito ſeriem Corbineoſium Epiſcoporum ſic ordinandam putamus, ut ex iis, quorum nomina habentur, primus ſederit Adeodatus, annoque 1059. interfuerit Concilio Romano Nicolai II. juſſu convocato, ut teſtatur Ughelius, non abſque idoneo, ut arbitramur, argumento, quamvis illud non exprimat. Adeodato mediate, vel immediatè, ſucceſſerit Beatus, Beato Albertus, circa annum decimum conditæ urbis illuc puer cum parente delatus. ſi nonagenario major fuit cum moreretur. S. Alberto Creſcentius homo iniquus, cęco ſeni non tam Coadjutor quam perſecutor, quoad viveret, datus, ideoque eidem non præmortuus (ut ſcribit Ughellus non ſatis expenſis Actorum verbis) ſed parvo admodum ſuperſtes tempore. Quo è vivis ſublato ſucceſſerit Petrus in vita nominatus, & coævus Rogerio Siciliæ regi ab an. 1102. ad 1154. imperanti; coævus etiam Rao Vulturariæ Epiſcopo circa an. 1129 extincto, ſic ut ipſum, quo Raos legitur ſalvatus, miraculum immediate poſt S. Alberti mortem, recenti adhuc ejus meritorum memoria contigerit.

Poſſunt hæc egregiè confirmari ex ætate Petri Beneventani Archiepiſcopi, cujus hortatu Vitam S. Alberti Richardus compoſuit, ut præfatur Alexander. Iſte ſiquidem Petrus (ipſo Ughello approbante & adſtipulante publico, quod Vipera produxit, inſtrumento) Metropolianam ſedem tenebat an. 1148. & (ut idem Ughellus contra Viperam probat auctoritate bullæ ab Anaſtaſio Papa Indictione I. Pontificatus an. IV. datæ ad eumdem Petrum) adhuc in vivis erat an. 1153. ut non potuerit & coævus Richardus ante annos centum ſucceſſiſſe immediate Alberto, quemadmodum ætatum inter ſe conferendarum immemor Ughellus ſcripſit. Adde, quod ſerie Epiſcopali ſic conſtituta, ut Petrum Corvinenſem Epiſcopum Richardus ſecutus ſit, nihil prorſus in tota hac vita futurum ſit, quod aliunde quam in primo auctore Richardo acceperit Alexander, pollicitus in exordio non ſupplementum, ſed ſolum lucidiorem ſtylum. Richardo autem immediatè potuit ſucceſſiſſe Roſridus an. 1179. Concilio Lateranenſi præſens: huic vero Urſus, ac denique an. 1221. Raus quidam a præmemorato Vulturarienſi diverſus: poſt quem reliquo XIII. ſeculo deficit hiulcus Epiſcoporum Corbinenſium catalogus apud Ughellum: neque nos hactenus aliunde comperimus, quos inter Raum atque Rogerium an. 1310. florentem poſſimus collocare. *Papebrochius in Actis SS. Aprilis tom. 1. pag. 434.*

AD MURANOS

TOM. VI.

Col. 845. lin. 75. poſt verbum JACOBUS *adde* de Fuſco.

AD MUTILENSES

TOM. IX.

Col. 159 poſt lin. 47. *adde* à capite.

III. JOANNES *Epiſcopus ſanctæ ſedis Mutilenſis* memoratur in Diplomate donationis variorum bonorum factæ à Riccardo Mutilenſium Comite nobiliſſimo monaſterio Ss. Trinitatis Cavenſi anno Dominicæ Incarnationis 1081. Menſe Majo Indictione quarta, cui Diplomati Epiſcopus ipſe inſcripſit, ut videre licet in authographo, quod ſervatur in Archivo ipſius Cœnobii Armario primo litera H. num. 56. *Pollidorus.*

Col. ead. lin. 53. *adde.*

Fuit Amuris non ſolum Mutilenſis, verùm etiam Caſtellanetenſis Epiſcopus, ut conſtat ex antiqua membrana exarata menſe Decembri, anno ab Incarnatione Domini 1100. quam è laudato Archivo monaſterii Cavenſis indicavimus in addendis ad Catalogum Caſtellanetenſium Antiſtitum.

V. VALCAUSUS Mutilarum Epiſcopus religione, ac pia munificentia clarus anno 1110. menſe Julio varia bona Cavenſi monaſterio largitus eſt: Cujus donationis authographum diploma ſervatur in ipſius cœnobii archivo armario primo litera N. num. 25.

VI. RICCARDUS Mutilenſis item Epiſcopus in Diplomate pro eodem Cavenſi Monaſterio dato anno Dom. 1165. menſe Januario Indictione XIII. ſequentibus verbis ſubſcriptus occurrit. *Ego Riccardus licet peccator, Dei tamen gratia Mutilenſis Eccleſiæ Epiſcopus.* Extat Diploma in ipſius monaſterii archivo armario primo litera E. num. 22. *Pollidorus.*

Col. eadem poſt lin. 57. *adde* à capite.

VIII. JOANNES Mutilenſis Epiſcopus de laudato ſæpenumero Cavenſi cœnobio non uno nomine optimè meritus, pluriès in antiquis cartis archivi ejuſdem monaſterii memoratus, vel ſubſcriptus legitur, præſertim vero in diplomate exarato anno Domini 1226. menſe Januario Indictione XIV. & in altero ſcripto anno 1238. menſe Januario Indictione XI. quæ in armario primo litera E. numer. 30., & 73. ſervantur. Hoc ipſo excurrente Chriſti ſæculo Materanenſem Eccleſiam aliquandiu à Mutularum Epiſcopo rectam fuiſſe ex Romanorum Pontificum literis notatum reliquit Ughellus tomo VII. Italiæ ſacræ de Materanis Epiſcopis, & Archiepiſcopis diſſerens. *Pollidorus.*

Col. 162 lin. 42 *adde.*

In Emortuali libro Neapolitani cœnobii S. Dominici Majoris ordinis fratrum Prædicatorum fol. 216. columna 2. ſic legitur. *Die 29. Septembris 1627. admodum Illuſtris, & Reverendiſſimus frater Seraphinus Rinaldus de Nuceria Ordinis Prædicatorum ſacræ Theologiæ Profeſſor, & Regius Conſiliarius, Epiſcopus Motularum, filius hujus Regii Conventus S. Dominici de Neapoli, literarum ſtudio celebris, & illuſtris, qui bis fuit Regens hujus almi ſtudii S. Dominici de Neapoli, & Publicus Lector in hac alma civitate Neapolis, omnibus carus, & dilectus exiſtens tam Nobilibus, quam aliis, obiit Neapoli, & ſepultus fuit in hoc regio Conventu S. Dominici de Neapoli in ſepultura Fratrum. Et hic poſt aliquot dies celebratæ fuerunt exequiæ à toto Collegio Theologorum Oratione funebri habita à quodam Patre Jeſuita in ejus laudem. Sacramentis Ec-*

cle-

cleſiæ munitus diem clauſit extremum, die, menſe, & anno prædictis. Ejus anima requieſcat in pace: Pollidorus.

AD MUTILENSES

T O M. IX.

Col. 163. lin. 24. *dele*, quæ ſcripſimus de Michaele Dentice, & Petro Maſtrilli, & ſequentia repone.

XXXVI. MICHAEL, cui Franciſcus Dentice Neapolitanus Patritius optimarum artium ſtudiis perabunde imbutus, & matrona è nobiliſſima gente Carrafa genitores fuerunt, cum mira animi propenſione ferretur a teneris erga clericalem vitam, inclyto illi Dei famulo, & luminari maximo Apoſtolicarum miſſionum ſodalitii in æde Principe Neapolitana, & ipſius ædis Canonico Majori Pœnitentiario Annibali Curtone ſe regendum tradidit. Optima quidem electione, quia cum præfatus Annibal domi ſuæ academiam Theologiæ moralis inſtituiſſet, ad quam accedebant quotidie innumeri, non modo ex utroque clero ſæculari, & regulari, ſed etiam ipſi laici, innumeros, ac præſertim juvenes qua pietate, qua ſacris diſciplinis imbuerat. Diebus autem feſtis extra S. Januarii januam in D. Mariæ de miſericordia eos ducebat, quibus, & illis omnibus ex omni ordine, ac gradu, qui illuc convenire conſueverant ipſum audituri, familiarem ex tempore concionem habebat. Peregrinis poſtea ſacerdotibus miniſtrantes, aliiſque pietatis exercitiis in eadem S. domo vacantes ſuo exemplo videre geſtiebat, quos inter primas ſemper obtinuit ipſe Michael, quem idcirco ſuus magiſter Annibal in paucis ſemper dilexerat. Eccleſiaſticæ militiæ nomen dans, Patritiatus luxus, ſæculi commodia, arridentis fortunæ blanditias ſemper abhorrens viliter indui, & veſci uſus fuit, prælaudato ſodalitio miſſionum adſcriptus, cum opus erat per villas excurrere, ad ardua, ac invia quæque loca ipſe primus ſemper incedere, non modo cathecheſin enucleare, rudes ſumma patientia, ac hilaritate inſtruere, ſed ipſis miſſionariis ſuis collegis chriſtiana quam maxima humilitate inſervire, cubilia diſponere, menſam exornare, non modo cibos in platea ipſe emere, præparare, coquere, ſed & omnibus, imo ultimis culinæ fungi miniſteriis velut infimæ conditionis ſervulus. Mortuo Canonico Curtone non alium directorem voluit, niſi defuncto comparem V. P. D. Antonium Torres Congregationis Piorum operariorum, qui ut novi alumni humilitatem exerceret, in eum ſæpè ſæpiùs animadvertebat, ſed reapſe, ut idem P. D. Antonius ſuis intimis teſtatus fuerat, quem ſemper inſontem repererat, morigerum ſemper habuit, adeò ut ſodalitii Presbyterorum ſub titulo puritatis B. Mariæ ſemper Virginis ab ſe tunc eaci tati præfectum Antonium Sanfelicium Majoris Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicum Cardinalem, nunc digniſſimum Neriti antiſtitem, primum, ut vocant, adſiſtentem ipſum Michaelem Dentice, & ſecundum Antonium de Gratia omnibus virtutis numeris abſolutiſſimos dixerit. Non modo primi, quam ſecundi hujuſce ſodalitii muniis vacavit omnibus, ſed in ambobus ſemper ſe velut tyronem, & indoctum, ac inſipientem habuit, cum nihilominus ſuprà nobiliſſimum genus Theologiam medullitus ebibiſſet in collegio maximo Neapolitano Societatis Jeſu, & in utroque etiam jure lauream meruiſſet. Cum Altamutæ una cum Simone Veglini irreprehenſibilis vitæ Sacerdote, qui tandem obiit Tricaricenſi ornatus inſula, Apoſtolicam miſſionem ageret, ab Eminentiſſimo Cardinali Archiepiſcopo Neapolitano Caracciolo in ſua æde principe Canonicatu Presbyterali decoratur, quem nonniſi iterato præcepto ſui directoris Antonii Torres acceptat. Vitam vixit in propria domo, ſtrictioris velut obſervantiæ religioſus anguſto, ac pauperi cubili, papyraceis devotis imaginibus, ac ſigno ligneo Domini noſtri Jeſu Chriſti cruci affixi, nec non aliquot libris pro ſuo Sacerdotali munere ſat, ſuperque contentus. Etiam Canonicus, non modò miſſionibus in patria, ſed etiam extra vacavit. Suo Neapolitano Capitulo, quam ſemper debuit, in omnibus præſtitit operam. Per aſſumptionem Antonii Cardinalis Pignatelli ab Neapolitanæ ad univerſæ Eccleſię regimen ſub nomine Innocentii XII. fuit unus e quatuor ab ſuo Capitulo ad eumdem ſummum Pontificem pro gratulationis perſolvendo munere ablegatus. Sedente autem in Neapolitana cathedra Jacobo æternæ memoriæ Cardinali Cantelmo, ab Rege Hiſpaniarum Carolo II. pro hac mitra nil tale cogitans Apoſtolicæ ſedi præſentatus fuit, cui novo oneri nonniſi ab ſuo Archiepiſcopo coactus humeros ſuppoſuit die 27. Martii 1697. Benigniſſime Romæ exceptus fuit nedum a ſummo Pontifice, qui ejus meritum bene callverat, ſed ab ipſo ſacro Cardinalium Collegio, prævia diu quidem ante ſuarum fama virtutum. Parum autem in ſua vixit Eccleſia, quam ſummo zelo jam rexit, & cujus fundos colendo, cenſum fecit longe uberiorem, defunctus menſe Octobri anni inſequentis. Archiepiſcopi tunc Tarentini ſui Metropolitæ, nunc Neapolitani Franciſci Cardinalis Pignatelli, in paucis ob optimi paſtoris partes charus fuerat, adeo ut ipſius conſuetudine ſummopere delectaretur. Fuit etiam adſcriptus ſodalitio Alborum Neapoli in D. Mariæ de Populo, pro quo mire deſudavit.

XXXVII. PETRUS Paulus Maſtrilli Melinenſis, J. V. D. deinde hanc cathedram conſcendit 26. Novemb. 1703. Præſul pietate, ac ſcientiis omnibus flamine dignis imbutus. Franciſci Verde poſtea Vici Antiſtitis diſcipulus antea fuit. In Animarum ſalute procuranda ſummo zelo, ac pene incredibili vigilantia deſudavit. Pellices, aut ad ſacra aſyla, aut per nuptias gratiæ reſtituebat, pro quibus etiam æri alieno ſe fecit obnoxium. Morientibus, & præcipuè pauperibus ſemper adſtitit; omnibus itaque opportunam ſemper opem tulit, quare Neap. Archiepiſcopus Cantelmus ſummo eum loco ſemper habuit, publicè ſemper collaudavit, & omnibus Sacerdotibus vivum exemplar imitandum ſemper propoſuit, Canonicum tandem, ac majorem Pœnitentiarium ſuæ ædis principis dixit. Apud ipſos Neapolitanos Proreges, ac Regios omnes in omnibus ſubſelliis miniſtros authoritate ac gratia præcelluit. Præſentatus pro hac Eccleſia conſtantiſſime reſpuit; ſed cum ipſi reſponſum fuiſſet, *at vel acceptet, vel ab Hiſpanica exulet Monarchia*; Collum novo ſubdidit jugo. Ut autem ſuam tenuit diœceſim, dira pro ſuæ ſponſæ amore pertulit. Singulari zelo plebem ſibi commiſſam rexit; omnibus diebus feſtis concionabatur, omnibus omnia ſemper fuit, donec tot laboribus, afflictationibus, ac morbis prægravatus ſemper tamen ſui compos, & pro cauſa Domini ſui intrepidus athleta ad cœleſtem gloriam evolavit anno 1714.

AD MUTINENSES

T O M. II.

Col. 100. poſt lin. 25. *adde*. Poſt obitum Leodoindi videtur hanc Eccleſiam occupaſſe Joannes quidam, qui an. 898. in ſynodo Romana Joannis IX. interrogatus; *ſi haberet aliquam proclamationem adverſus Gamenulphum Mutinenſem Epiſcopum, vel ſi repeteret ipſum Eccleſiam, vel non?* reſpondit: *non repeto, neque proclamo ſuper ipſum Gamenulphum Epiſcopum, ſed terra proſtratus veniam, atque miſericordiam peto:* Ex actis apud Mabilonium Iiner. Ital. tom. 1. par. 2 p. 88. atque hinc etiam perſpicitur veram eſſe doctiſſimi Pagii ſententiam, qui contra Baronium, atque Conciliorum Colle-

ctores affirmat dictum Concilium habitum fuiſſe non an. 904 ut cenſent illi, ſed 898. ſiquidem an. 904. jam deceſſerat Gamenulphus, illique in ſede ſucceſſerat Gothiſredua, ut pater ex allatis ab Ughello documentis: oi velimus aſſerere, quod & alii dixerunt, ut notavit Silingatdus, in Catalogo Epiſcoporum Mutinenſium, unum, eumdemque fuiſſe Gamenulphum, atque Gothiſredum, quod tameo non probo.

AD NARNIENSES

T O M. I.

Col. 1013. lin. 21. *adde*. Sed & antea, anno ſcilicet 861. interſuerar Martinns Romano Concilio, cujus acta dedimus tom. 2. in Ravennenſibua.

XVIII. BONOSUS adſuit an. 898. Romano Concilio Joannis IX quo acta Stephani VI. coorra Fotmoſum reſciſſa ſunt. Vide Mabilonium in Itinerar. Italie. tom. 1. par. 2. pag. 88.

Col. 1018. lin. 33. *adde*. Subſeripſit Petrus an. 1317. Indulgentiarum Bullæ conceſſarum à pluribus Epiſcopis, viſitantibua Ecelesiam S. Joannia Evangeliſtæ à S. Humilitate ædificatam apud Bollandianos in Actis Ss. Maii tom. 5. p. 704. B.

AD NEOCASTRENSES

T O M. IX.

Col. 412. lin. 42. & ſeqq. *dele*, quæ ibi ſcripta ſunt de Nicolao Cyrillo, & Jo. Carraſa Epiſcopis, & ſequentia *repone*,

LIV. NICOLAUS Cyrillus, in Herculaoo Neapolitanæ diœceſis uatus, geous vero nobile ex Aquilæ Urbe traxit. A primis annis literis mancipatus io literatorum paleſtra ità ſe geſſit, ut cæteros præcelleret, & magnam ſui expectationem admirarentur omnes. Permenſo ſcientiarum curriculo, tam in Eccleſiaſtica, quam in ſæculari Curia (accepta facultate à Maria Aona Hiſpaniarum Regioa) primi ordinis Advocatus evaſit. Urbem Romam petiir noo ſemel, ut ibi arduas juris quæſtiones exponeret æquè, ac Jura Clientum tueretur, quibua denique adjudicatis victor rediit, ut præ cæteris in celebertima illa veoerabilis Cœnobii S. Martini Neapolis quæſtione; in quo peragendo negocio collegam babuir Eminentiſſimum olim Philippucium, & Procuratorem Eminentiſſimum Ferdinandum Nuzzi. Eminenriſſimus Caracciolus Archiepiſcopus Neapolitanns in difficillimis peragendis negociis Cyrilli opera utebatur: quate variis in ſua Curia munis voluit boneſtatum: tanta erat apud illum juvenis adhuc probara indoles Nicolai. Renunciatus deinde Archiepiſcopus Neapolitanus Antonius Pignatellus, poſtmodum Innocentius Papa XII., qui dum adhuc Booniæ legatus extaret, vulgata jam Nicolai fama, hunc primum Neapolitanæ Eccleſiæ pronunciavit Canonicum. Cum deinde Bononia ad ſuæ diœceſis gubernium migraſſet, eumdem Curiæ Conſultorem, ac S. Officii Advocatum Fiſcalem creavit. Pro conſtituenda, conſtruendaque ſacrarum hiſtotiarum academia, quam Archiepiſcopus Pignatellus in deliciis habebat, optimè omnium cordatotum virorum voto declamavit. Creato demum Antonio Prontifice maximo, Neocaſtrenſi Eccleſiæ ſtatim Nicolaum deſponſavit, qui conſecratus eſt ab Illuſtriſſimo Forrunato Neritoneoſium Epiſcopo in Urbe vices gerenre Idibus Julii 1692. Eccleſiaſtica beneficia, quæ accepto Epiſcopatu Nicolaus retinere non poterat, Pontiſex Dominico Antonio Cyrillo ex fratre nepoti (qui in præſentiarum Epiſcopus colitur Carinolenſis) contulit, magnum amoris teſtimonium. Optimum ſe prætulit Paſtorem Nicolaus,

A verum illius Eccleſiæ Sponſum: multa, quæ Divini cultus uſus poſcebar, ære proprio curavir. Chorum miris modis exornavit: Synodum diœceſanam corrigendis abuſibus aptiſſimam celebravit. Epiſcopalis menſæ redditus multùm auxit plantatis præcipuè 4000. mororum, totidemque olivarum arboribus, atque ſteriles quaſdam, aridaſque terræ partes vineas reddidit optimas. Erga pauperes profuſus, honeſtis præcipuè prognatos parentibus: Duas illius Urbis nobiles puellas, extrema laborantes neceſſitate, in ſacrarum Virginum Monaſterio excipi curavit, dores integras ære ſuo perſolvendo. Eccleſiaſticæ liberratis propugnaror fuit acerrimus: præmia, pœnaſvè 17. annorum ſpatio diœceſim regendo pro cujuſque merito diſpenſavit, ſuoſque diœceſanos tanto amore proſequebatur, ut illam Eccleſiam primam ſponſam haud repudiare voluerit, etſi ſummus Pontifex ultrò, & lubens ad aliam ampliorem Eccleſiam transferre illum cogitaſſet. Quantus fuerit Juriſperitus, ejuſdem quæ-
B ſtionis liber Neapoli typis traditus teſtimonium exhibet ſatis luculentum. Obiit poſt tot exantlatos labores in diœceſi 23. Januarii 1709 ætatis ſuæ anno 70. cujus morte Cathedralis illa Eccleſia ſpolium acquiſivit non mediocre. Quanto verò ejus morte diœceſani mærore aſſlictarentur, quiſque ex eo cognoſcere poterit, quod præfatum D. Dominicum Antonium (qui ibi per dies apud parruum commorabatur) importunè Vicarium Capitularem exoprarent. Is verò ne muneri Conſultoris Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ deeſſet, paucos poſt dies Neapolim rediit maximo ſui deſiderio ibi relicto. Imò Clerus, & populus ille non temerè ſperantes in hoc nepote patruum jam vita functum ob morum affinitatem adipiſci, ſanctiſſimo Patri Clementi XI. ut Neocaſtreoſi Eccleſiæ Dominicum Antonium deſponſare dignaretur, preces quamplurimas porrexerunt, eaſque crebra reiteratione reoovare non ceſſaſſent, niſi Epiſcopum Carinolenſem eumdem conſecratum eſſe præſciviſſent.
C LV. JOANNES Carraſa, Neapolitanus, magnæ nobilitatis, & virturis vir, è Ducibus Mayeræ ex familia Principum Belvederii Cyrillo ſucceſſit. Hic Clericus regularis Theatinus, celeberrimus Prædicator, ad complures honorum gradus inter Cœnobitas promotus eſt, & Romæ in D. Sylveſtri Cœnobio Vice-Præpoſiti munere functus eſt tanta prudentia, ac dexteritate, ut omnibus probatum ſe redderet. Anno 1718 8. Junii à ſummo Pontifice Clemente XI. Epiſcopatu Neocaſtrenſi condecoratus eſt, in qua dignitate parùm vixit, dum Neapoli Auguſto menſe 1719. ex hac vita mortali io ipſo gloriæ curriculo ereptus ad æteroam, ut ſperamus, tranſiit gloriam. Ejus Corpus ſolemni pompa ſepultum eſt in Eccleſia S. Mariæ Montis Carmeli Otæ Olympiæ.

AD NEPESINOS

D

T O M. I.

Col. 1028. lin. 62. *adde* à capite lineæ.

XVIII. REYNERIUS Epiſcopus Nepeſinus interſuit Romanæ ſynodo an. 1019. ut videre eſt tom. 5. in Gradenſibus. Hinc Creſcens ille, cujus ad an. 1042. mentio habetur in regeſto Farſenſi, vel eſt alter à Creſcentio, qui an 1015. ſubſcripſit diplomati pro Eccleſia Fructuarienſi, vel ſi eſt idem, jamdiù munere ſe abdicaverat.

Col. 1029. lin. 13. *adde*. PETRUM fuiſſe hunc Anonymum ſuſpicor ex Necrologio apud Martinellum in Trophæo Crucis pag. 149. in quo hæc habentur. *Menſe Junio die 1. obiit Petrus Epiſcopus Nepeſinus, cujus anima requieſcat in pace.*

AD NERITONENSES

T O M. I.

Col. 1047. lin. 42. *adde*. Sed antequam ad Neritonenſes recenſendos Epiſcopos deveniamus, lubet hic exhibere nonnulla vetera documenta, ad cœnobium Monachorum Neritonenſis ſpectantia, & ex archivo cathedralis Neritonenſis jubente piiſſimo æque ac eruditiſſimo moderno Antiſtite Antonio Sanfelicio deſcripta, ſequentis tenoris.

In nomine ſanctiſſimæ Trinitatis. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſhu Chriſti milleſimo nonageſimo ſecundo, menſe Martio decimæ quintæ Indictionis. En Ego Goffridus omnipotentis Dei favente clementia Inclytus Comes. In remiſſionem meorum Peccaminum, & pro mercede, & ſalute Animæ meæ coram Domno Everbardo Abbate Monaſterii ſanctæ Mariæ de Neritono, Heverardo Priore, & Johanne togaomiaate de Lupo Procuratore, & Notario Curiæ meæ: bona mea voluntate, & ſyncerisſimo deſiderio per hanc Oblationis chartam offero prædictis Omnipotenti Deo, Beatæ Mariæ ſemper Virgini, & præſenti abbati ejus Cœnobii, Poſteris, & Rectoribus ſucceſſuris Terram unam dictam ſancti Nicolai tum pertinentiis ſuis, juxta viam Baccibam a foris prædicta Civitate, quæ eſt juxta Olivetum, & vadit per limitonem ad Territorium incultum, quod communiter dicitur Imbrici, & Terram de Ogerio, quæ eſt juxta prædictam viam. Item Feudum tum Vaſſallis, & poteſtate pertinentiis, & Juribus ſuis, quod dictus Ogerius habuit, in loco Tavelle. Inſuper Tenimentum Dernei, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, quod dicebatur antequam veniret noſtræ Aulæ, Mortizzo. Cujus fines iſtæ ſunt. Ex parte occidentis Vineæ, & olivera: a Noto via parva, quæ exit a via Publica, & ferit in via, quæ venit de ſancto Nicolao; Ab Oriente Olivæ præphati Monaſterii ſanctæ Mariæ de Neritono. A meridie Cortis Aupullaro, qui dicitur de Gallipolini, & iterum vadit ad vineas, & Oliveta, & via communi ejuſdem ſancti Nicolai, quæ eſt in parte Aaſtri, & ferit in Sylva tinta, & vadit in fine Oriæ. Et amodo trado, & conſigno prædictis Venerabilibus Rectoribus præphati, & ſancti monaſterii terram ipſam cum ſuis pertinentiis. Item Tenimentum & Feudum appellatum Lucunianum cum omnibus ſuis benis, quæ infra ſe habet, & continet: cum Introitu, & redditibus, juribus, & vaxallis, pertinentibus, & quomodocunque pertinendis. Et prædicta omnia ad dominandum, tenendum, & poſſidendum: ad arandum, plantandam, & beneficiandum, libere præphatis venerabilibus Rectoribus Monaſteriis prædicti, Poſteriſque ſuiſque ſucceſſoribus, ad regimen, & proficuum gubernium Monaſterii, & Cœnobii prædicti ſanctæ Mariæ de Nerito, abſque alia mea, meorumque Hæredum, & ſucceſſorum contradictione, vel requiſitione. Quia nec mihi, nec alicui Homini ullam portionem, vel fortionem reſervavi. Hanc oblationem quam pro meorum redemptione Peccaminum feci, & ſignavi Chartam, ſicut ſupra legitur. Unde pro confirmatione hujus Oblationis per Librum Regulæ ſancti Benedicti præphato Domino Abbati per manus meae admotæ, & Heverardo reverentiſſimo Priori, adſtante tum eo Anibelmo ſuo Advocato, prædicta omnia, ſicut ſunt affinita, tradidi. Quatenus amodo per cuncta hujus labentis Mundi tempora ſub poteſtate, & Dominatione præphati cœnobii, ejuſque rectorum permaneant; ſicut ſupra declaratum eſt. Inſuper donec vixerint, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, tres, ſcilicet Presbyter Lionata, Baſilius Presbyter, & Sergius ſuus Germanus, erunt ſub veſtra, veſtrorumque poteſtate. Et qualecumque ſervitium mihi uſi fuerint facere, ut faciant vobis amodo, & volo, & mando. Neque quidquam ad meos filios, aliosque Hæredes, & ſucceſſores ex hac oblatione exiſtimamus

A *ad ipſos, & ſuos Hæredes ſpectare. Si quis autem cum detrimento, quod abſit, Animæ ſuæ, oblitione timoris, & Amoris æterni regis hanc noſtram Offertionis, traditionis, & perpetuæ donationis chartam, temerario hauſu bevacuare, ſeu rumpere tempiaverit, obligo eum, & ſuos Hæredes ad ſolvendum vobis, Veſtroque monaſterio, & ſucceſſoribus ſolidos centum, & alios tantos in noſtra Curte regia: Et poſtea charta noſtræ oblationis, traditionis, & donationis ſemper, & in perpetuum in ſua permaneat firmitate. In qua ſubtus, ſignum vivificæ Crucis ego præphatus Comes manu mea feci, atque meo plumbeo ſigillo ſigillare præcepi. Quam ſcribere juſſi Carolum noſtrum Notarium, menſe & Indictione prætitulatis.*

† Signum propriæ, manus mei, qui ſupra Goffridus Inclytus Comes. † Signum propriæ manus meæ SiKelgaicæ Comitiſſæ. † Signum propriæ manus Roberti Cupurſanenſis. † Signum militis Petri Alberedi. † Signum Cantelmi de Longavilla. † B *Signum manus Philippi Militis. † Signum Alemanni. † Signum Roberti. † Signum manus Octavii militis. † Signum Goffredi de Parabola. † Signum Giliberti de Fraimo. † Signum Rogerii Vice Comitis. † locus Plumbei ſigilli pendentis.*

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, anno a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo nonageſimo quarto menſe Januarii ſecundæ Indictionis. En Ego Goffridus Dei gratia inclytus Comes dominator Civitatis Neritoni, una cum Sichelgaica Comitiſſa uxore mea, & cum filiis noſtris Dominis Roberto, & Alexandro, qualiter nos inſpirante Divina Miſericordia pro ſalute, & ſalbatione animæ noſtræ, & Parentum noſtrorum, atque per doctos homines cognovimus, ut omnis homo, qui ad gloriam Paradiſi pervenire deſiderat, de propriis rebus ſuis omnipotenti Deo Creatori ſuo, & in Venerabilibus locis munus offerre debet: hac itaque ratione motus ego præfatus Goffridus Comes cum arduo amore, C *& Syncerisſimo deſiderio bona mea voluntate pro ſubſtentatione venerabilis Monaſterii Neritoni ex meis Tenimentum trado, atque per hoc ſcriptum offero illud Deo, & præfato Monaſterio ſanctæ Mariæ de Neritono, hoc eſt unum Tenimentum, quod dicitur Petri de Vito ſitum in comitatu noſtra Neritoni in Tereitorio Dernei, & habet hos fines ab Oriente ſpeculæ, & limites, ab Occidente fines Oriæ, & feritur in Palude, quæ dicitur Alberetæ, & vadit per limites, & confertur iterum in voris, quæ ſunt ſub turribus, quæ dicuntur Tiſi, cum omnibus ſuis pertinentiis, mobilibus, & ſtabilibus, & in perpetuam maneat ſub poteſtate de prædicto Monaſterio Sanctæ Mariæ, & de ejus Rectore. Unde nec mihi, qui ſupra comes, neque alicui de heredibus meis, neque ad ullum quempiam hominem de iſta offertione noſtra, dico reſecrare partes in futurum requirendum oratione, vel ratione cum ſuperioribus, ſubterioribaſque ſuis, ſive familiæ ſive heredibus ſuis cum omni utilitate Monaſterii ſupradicti Sanctæ Ma-* D *riæ, omnia intra ſe habentis, & adaugeatis, & ſive ad Cives Neritonenſes, quam ad affidatos hominos exteros cum nulla reclamatione perpetuo nec de me, nec de meis hominibus. Accipiente iſtam noſtram offertionem vice ipſius Monaſterii Domno everardo Abbate prælibati Monaſterii adſtante cum eo Epifano Fiſcafio cum Curiæ abocatori, & Procuratore ejuſdem. Qui de his omnibus ſe afferunt defenſores eſſere. Statuo ega, & omnis heres de omni perſona hominum ſi quis auſu temerario contraiverit hæc noſtram offertionem terrarum per aliquod ingenium, vel inveatum racione, ſive rumpore irritaverit, obligo eam componere ebi, tuique Monaſterii Rectores ſolidos quinquaginta, & alios tantum noſtra Regia Curiæ: atque in antea ille hoſtis antiquus ſileat inimicus. Et ad confirmandam, & roborandam iſtam noſtram offertionem, & ſubſcriptionem Chartæ ſubtus Signum vivificæ Crucis ego præfatus Comes manu mea feci, atque no-*

ſtru

ſtro plumbeo ſigillo ſigillare precepi, & ſcribere juſſi Petri manu noſtri Notarii menſe, & indictione prætitulatis.

† Signum propciæ manus mei qui ſupra Goffridus Inclytus Comes.

† Ego Bernardus Alemago Baro Terre Hydronti interfui, & ſubſcripſi.

Ego Judex Petrus dicti Domini Comitis familiaris, & judex interfui, & ſubſcripſi.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Anno ab Incarn. Domini noſtri JKeſu Chriſti milleſimo nonageſimo nono menſe Januario ſeptima Indictione. En Ego Goffridus Dei gratia Inclytus Comes Dominator Civitatis Neritoni una cum Secbelgayca Comitiſſa uxore mea, & cum filiis noſtris Roberto, & Alexandro, qualiter inſpirante nobis Divina Miſericordia, & ſalbatione animæ noſtræ, atque per doctos homines cognobi, ut omnis homo, qui ad gaudia Paradiſi pervenire deſiderat de propriis ſuis rebus omnipotenti Deo creatori ſuo, & in Venerabilibus locis munus offerre debet. Hoc itaque ratione ego præfatus Goffridus Comes cum arduo amore, & benigno deſiderio bona mea voluntate offero primis Deo, & Monaſterio S. Mariæ de Nerito. Hoc eſt enim unum oratorium noſtrum, quod eſt Eccleſia Sanctæ Anaſtaſiæ de Matino cum Putheo, Domibus, Olivis, & omnibus terris ſuis, quæ eſt comitatus noſtri Neritoncaſis. Ut in perpetuum maneat ſub poteſtate de prædicto Monaſterio Sanctæ Mariæ, & de ejus Rectores. Unde nec mihi, quamvis Comes, neque de hæredibus, nec ad nullum quempiam hominem de iſta offertione nullam ibi dico reſervare partes requirendum cum ſubterioribus, ſuperioribuſque ſuis: accipiente iſta noſtra offertione Vice ipſius Monaſterii Domino Everurdo Priori prrphati Monaſterii adſtante cum eo Kypriano Fiſcaſii Curiæ, abbecatori &c. Unde hæc omnia, quæ preleguntur defenſores eſſere, ego, & omnes herędes de omni perſona hominum. Si quis autem Comes proprio auſu hec noſtram offertionem per aliquod ingenium, vel intenta ratione evacuare contraiverit, obligo eum componere tibi, tuiſque ſucceſſoribus ſolidos quinquaginta, & totidem noſtræ Curiæ, ac ſic in antea ille hoſtis vilcat inimicus. Et ad confirmandam iſtam noſtram offertionem, donationem, & conceſſionis Kartam ſubtus ſignum vivifice crucis ego præfatus Comes mea manu feci, atque plumbeo noſtro publico ſigillo ſigillare precepi. Quam & ſcribere juſſi Carolum noſtrum proto Notarii manu menſe & indictione pretitulatis.

† Signum propriæ manus qui ſupca Goffridus Inclytus Comes.

† Conſilius & Maka, & Judex Civitatis Menopolitane

† Co dei Pe tcus

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſhu Chriſti milleſimo nonageſimo nono menſe Januario ſeptima Indictione. En Ego Goffridus Dei gratia Inclytus Comes Dominator Civitatis Neritoni una cum Sichelgayca Comitiſſa Uxore mea, & cum filiis noſtris Domino Roberto, & Alexandro qualiter inſpirante nos Divina Miſericordia, & Salbatione anime noſtre, & Parentum noſtrorum, atque per doctos homines cognobi, ut omnis homo, qui ad gaudia Paradiſi pervenire deſiderat, de propriis rebus ſuis Omnipotenti Creatori ſuo, & in venerabilibus locis munus offerre debet. Per hanc itaque racionem ego prephatus Comes cum arduo amore, & benigno deſiderio bona noſtra voluntate per proprias manus noſtras, concedo, erado, atque per hoc ſcriptum offero primis Deo Omnipotenti, & Monaſterio ſancte Mariæ de Neritono: hoc eſt enim una Eccleſia, que eſt à foris Caſtellum juxta locum Daruei, quæ hocatur ſancti Theodori cum omnibus ſuis pertinentiis, ſtabilibus, & mobilibus. Quam offerui in ſuam dicto Monaſterio, iſtius namque ſint in Domino, ut in perpetuum maneat ſub poteſtate predicti Monaſterii ſanctæ Mariæ, & de ejus Rectores. Unde non mihi quamvis Comiti, neque ad heredibus meis, nec ad nullum quempiam hominem de iſta offertione, nullas ibi dico reſervare partes requirendi, ſed traaſanctibe funditus hec omnia in predicto Monaſterio offerni, avendi, dominandi, & poſſidendi de ſuperioribus, ſubterioribuſque ſuis cum tranſitis, & exitis ſuis, cum omni utilitate Monaſterii, vel uſque ad me publicè, vel cum omnibus infra ſe havitantibus. Inſuper licentiam hobeatis ad offidandos homines extraneos, unde reclamationes non fiont propterea vel de me, nec de meis hominibus: accipiente iſta noſtra offertione vice ipſius Monaſterii Domino Gherardo ſuperiori prefato monaſterio: adſtante cum eo Stephano de Staſi Curie Abotatori &c. Unde hec omnia que prelegi contra deſenſores eſſere ſtatuo ego, & meos heredes de omni perſona hominum. Si quis autem temerario auſu quod abſit hec noſca offercione charte per aliquod ingenium, vel inventum racione evacuare, ſive cumpere tentaverit, obligo eum componere tibi, tuiſque ſucceſſoribus ſolidos quinquaginta, & alios taatos noſtre Regie Curie, atque in antea ille hoſtis ſilcat inimicus. Et ad confirmandam, & roborandam iſtam noſtram offercionem, & ſcriptionis chartam ſubtus ſignum vivifice Crucis ego prefatus Comes mea manu feci, eamque noſtro plumbeo ſigillo ſigillari precepi juſſu Carolum noſtrum Protonarium menſe, & indictione pætitulatis.

† Signum proprie manus mee qui ſupra Goffridus Inclytus Comes.

† Baſilius Judex Civitatis Monopolis.

† Godelpe teſtis ſum.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſhu Chriſti milleſimo centeſimo quarto menſe Februario Indictione duodecima. En Ego Goffridus Dei gratia Inclytus Comes Dominator Civitatis Neritoni una cum Sechelgayca Comitiſſa Uxore mea, & cum filiis noſtris Domino Roberto, & Alexandro, quia inſpirante nos Divina Miſericordia ad ſalutem anime noſtre, & parentum noſtrorum, per doctos homines cognobimus, ut omnis homo, qui ad gaudia Paradiſi pervenire deſiderat, de propriis rebus ſuis Omnipotenti Deo Ceeatori ſuo, & in Venerabilibus locis munus offerre debet. Hac motus catione ego prephatus Goffridus Comes cum arduo amore, & ſyncero deſiderio bona mea voluntate trado, atque per hoc ſcriptum offero primus Deo Omnipotenti, & Monaſterio ſanctæ Mariæ de Neritono, hoc eſt Eccleſiam Sanctiſſime Trinitatis ſitam in Tenimento Neritoni cum omnibus pertinentiis, & bonis ſuis. Item Eccleſiam ſancti Viti cum omnibus domibus, curtibus, Territoriis, & pertinentiis ſuis. Item Eccleſiam S. Nicolai de Verneo cum omnibus ſuis pertinentiis, quæ ſunt tam intra Civitatem noſtram Neritoni prephotam, quam extra conſiſtentibus de variis bonis. Item trado, & conſigno predicto Monaſterio Eccleſiam ſanctæ Mariæ apud, & prope Mejanum appellatam de Stiglianocum omnibus bonis, & rebus ad ipſam pertinentibus. Inſuper omnes ejus homines intus Civitate predicta Neritonis cum manſionibus, cum Tuguriis, cum tercis cultis, & incultis, & cum omnibus, quæ ad eos pertinent. Deindè offerimus Deo jam, dictæque Beate Mariæ omnem noſtram decimam, noſtrorumque militum, qui in eadem Civitate manſerint, conſenſu, & eorum voluntate, atque noſtra, noſtrorumque heredum, ſine alicujus perſone contrarietate. Etiam omni advenienti tempore ſi aliquid inde cauſare, vel contcadere voluerit deſenſores erimus. Unde pro firmitatis cauſa hoc ſcriptum oblationis noſtris propriis manibus ſubtus ſignum ſanctæ, & vivifice Crucis ſignavimus, ac proprio noſtro plumbeo ſigillo ſigillari fecimus. Si quis autem Dei timoris aliquando immemor temerarie contra hoc ire temptaverit, vel infringere preſumpſerit maledictione perpetua Dei Omnipotentis proſternatur, & cum impiis apud Inferos dapnetur. Cunctis autem eamdem juſte ſer-

vantibus petimus gratiam Domini noſtri Jeshu Chriſti, quatenus & hic & in futurum præmia æterne pacis percipiant; & hæc carta noſtræ oblationis ſemper firma permaneat. Quam juſſimus ſcribere Buccasdum Sacesdotem, qui interfuit menſe, & indictione pretitulata.

† *Signum propriæ manus mee qui ſupra Goffridus Inclytus Comes*
† *Robertus infans fecit hoc ſignum*
† *Alexander hoc firmat*
† *Ugo Vice Comes teſtis ſum*
† *Johannes Presbyter teſtis ſum*
† *Umfredus prædicti Domini Comitis Seneſchallus.*

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Anno ſalutiferæ Incarnationis milleſimo centeſimo quindecimo, menſe Martio, Indictione octava; ego Conſtantia Filippi Regis Francorum filia, & quondam Domni Botmundi Antiocheni Principis Uxor pro anima ejuſdem viri mei bonæ memoriæ Boamundi, omniumque noſtrorum Parentum, nec non pro incolumitate mea, filiique mei Boamundi concedo, & in perpetuum dono, & auctorizza Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Neritonenſi, & tibi Domine Abba Triſtaine Johannem Sclavi Piſcatorem de Callipolitana Civitate cum omnibus filiis ſuis, & cum omnibus mobilibus, & ſtabilibus ſibi rectè pertinentibus, quem idem vir inſignis Boamundus olim eidem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Neritonenſi præſentia Ugonis Gualterii Villæ, & aliorum ſuorum Baronum, & militum pro ſalute animæ ſuæ, ſuorumque parentum obtulit, & per fuſtem tradidit. Et ego rurſus eundem prædictum hominem una cum filio meo dono, & per fuſtem trado cum omnibus ſuis ſicut preſcriptum eſt. Pro qua implacitatione fuiſti Domne Abba Triſtaine in curia mea cum Roggerio Abbate ſancti Andreæ Brunduſinę Inſulæ, & eum ſecundum Juſtitiam adoptamus Eccleſiæ, ut petiviſti preſentia Archiepiſcopi Tarenti Domni Raginaldi, & Willielmi Brunduſini Archiepiſcopi, nec non & Andegavenſis Domni Raginaldi, & Callipolitani Domni Baldrici Epiſcoporum, & ſic eum tibi concedimus cum omnibus ſuis, quatenus ea, & tui ſucceſſores illum in perpetuum ad ad opus Eccleſiæ habeatis, abſque omni impedimento, & contrarietate, vel requiſitione mea, meorumque hæredum, & ordinate ſucceſſorum omnium, ſeu cujuslibet perſonæ. Si quis vero temerarie auſu hanc noſtram conceſſionem violare preſumpſerit, vel temptaverit, in primis hodium meum incurrat, & poſtmodum componat in Camera mea, meorumque heredum michi ſolidos centum. Hoc ſcripto meæ conceſſionis omni tempore firmo, & ſtabili permanente, & pro ſecuritate, & defenſione juſſi tibi Domne Abba Triſtaine, hoc ſigillum ſcribi per manum Petracce noſtri notarii, & noſtro ſigillo plumbeo ſigillari menſe, & indictione prædicta.

† *Ego Rainaldus Dei gratia Tarenti Archiepiſcopus ſubſcripſi.*
† *Ego Baldricus Callipolis Epiſcopus ſubſc.*
† *Signum manus Domnę Conſtantiæ Uxoris quondam Domni Boamundi Antiocheni Principis.*
† *Signum manus Domni Boamundi filii Domni Boamundi quondam Antiocheni Principis.*
† *Signum manus Domni Saffredi*
† *Tancredus teſtis*
† *Signum manus Bernardi Militis*
† *Signum manus Petri Gidelmi*
† . . . . . .
† . . . . . .
† *Signum manus Willelmi de Bonevilla*
† *Signum manus Alexandri Camerarii*
† *Signum manus Johannis de ſancto Benedicto*
† *Signum manus Giroldi militis Callipolitani.*

PRÆCEPTUM factum a me Alexandro Dei gratia Comite Cuperſani, & datum tibi Domno Bene-

A

dicto Venerabili Abbati Cœnobii ſanctæ Mariæ Virginis Neritonenſis, & tuo Conventui dicti Cœnobii pro me, meorumque Parentum & fratrum ſalute trado, confirmo, concedo tibi, & prædicto tuo Conventui Eccleſiam ſancti Nicolai apud Cilianum cum Juribus, & pertinentiis ſuis, nec non & Tenimentum, ſeu feudum, quod Cantelmus Rogerii Longavillæ filius prædicto Cœnobio contulit, ſicut cartula veſtra continet. Tali vero ſub titulo, ut amodo in antea omni futuro tempore, Tu, aliique ſucceſſores, atque conventus prædictus libere, & quietè pro veſtrorum uſibus habeatis, ſine contrarietate mea, meorumque hæredum, & ſucceſſorum. Et pro confirmationis hujuſmodi fide, & donationis, & ceſſionis Jurium, & conceſſionis cartam ipſam ſcribere juſſi Martiano meo Curiali Notario; in quibus ſubtus cum ſigillo meo feci propria eam manu munire, & roborare. Datum in Palatio Comitiali Cuperſanenſi menſe Majo anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeshu Chri-

B

ſti milleſimo centeſimo nono decimo Indictione duodecima.

† *Signum Crucis Dopni Alexandri Cuperſani Comitis.*

† *Signum Crucis præmanus Dopni Tancredi filii Cuperſani Comitis.*

In nomine Dei Æterni, & Salvatoris Domini noſtri Jeshu Chriſti. Amen.

Willelmus Divina favente Clementia Rex Siciliæ Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ una cum Domina Margarita Regina matre ſua. Juſtum arbitramur, & congruum loca Divino cultui mancipata particularibus confovere beneficentiæ argumentis, & dicatas Deo Eccleſias amplioribus largitatis effectibus ubique complecti. Quia quodcumque ſacris Templis, & perſonis Deo ſervientibus impenditur, ad noſtri culminis felicitatem putamus accedere. Inde eſt quod cum tu Venerabilis Abbas Friderice hu-

C

militer noſtræ ſerenitudini ſupplicaſti, ut ſanctæ Neritonenſi Eccleſiæ cui Dei gratia præeſſe dignoſceris aliquod Beneficium dignaremus concedere, cujus effectu Perſonæ ejuſdem mancipatæ ſervitio particularibus Privilegiis deinceps perfruantur, eorumque intuitu, & contemplatione attentius, & fidelius Deo famulentur. Nos tuis precibus inclinati pro remedio animarum glorioſiſſimorum anteceſſorum noſtrorum Rogerii Ducis, & Regis avi noſtri, Willelmi bonæ memoriæ Patris noſtri, & noſtrorum propitiatione peccaminum: Tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & Neritonenſi Eccleſiæ in perpetuum facultatem, & omnimodam poteſtatem concedimus affidandi ad ſervitium ipſius Eccleſiæ viginti familias, quæ ad nulla omnimode vectigalia teneantur, quæ nunc de more in noſtro Apuliæ Ducatu, & Civitate Neritoni nobis, & Curiæ Celſitudinis noſtræ perſolvuntur, aut quomodolibet debentur ratione Plateæ, & rerum vendibilium. Præcipimus itaque, ut nullus in antea, te, vel ſucceſſores tuos, vel tuam Eccleſiam au-

D

deat quomodolibet in præmiſſis moleſtare, ſub pœna mille Byzantiorum irremiſſibiliter a Curia noſtra exigenda. In cujus conceſſionis noſtrę indubiam memoriam, & firmitatem perpetuam preſens Privilegium per manus Stefani Notarii noſtri ſcribi juſſimus plumbea Bulla typario impreſſa communitum, & roboratum. Datum in Urbe Felici Panormi per manus Stephani Regii Cancellarii Anno Dominicæ Incarnationis MCLXVI. menſe Novembri Indictione XV. Regni vero Domini Willelmi glorioſiſſimi Regis Siciliæ Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ anno primo feliciter Amen.

Locus † ſigilli pendentis.

In nomine Domini, & Marię. Anno Incarnationis Domini noſtri Jeshu Chriſti milleſimo centeſimo ſeptuageſimo menſe Auguſti Indictione tertia. Regni vero Domini noſtri Willelmi Dei gratia Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Ca-

puæ quarto feliciter Amen. Ego Willelmus Guarreſias ſucceſſur, & hæres feudi, quod fuit olim Pauli de Caniano ducens controverſiam contra te Paganum Venerabilem Abb. ſanctæ Mariæ Neritonis de Eccleſia ſanctæ Paraſceve cum Tenimento, & vineis, quas Dominus Paulus meus ſocerius plantaverat in Terra Rogerii filii Manſi, & eidem veſtræ Eccleſiæ S. Mariæ Neritonis in teſtamento ſuo pro remedio animarum Parentum ſuorum, & ſuæ conceſſerat, noviſſime rogatu Dopne Zanonis de Caniano, & Genitoris prædicti Pauli, & plurimorum bonorum hominum, donationem præfati Pauli Cognati mei, eorumque petitionem juſtam, & rationabilem eſſe conſiderans pro ſalute mea, meorumque, eorum precibus benigne aſſenſum præbui. Et quoniam decet quemque fidelem Chriſtianum Eccleſias augmentare, & modis omnibus manutenere, Divino Spiritu excitatus venimus ad Eccleſiam præfatæ Genitricis Mariæ, & coram ſubſcriptis teſtibus veſtræ Eccleſiæ S. Mariæ Neritonis, & Dopno Pagano Venerabili Abbati ejuſdem Eccleſiæ, ejuſque ſucceſſoribus ſecundum continentiam Teſtamenti, quod de præfata Eccleſia ſanctæ Paraſceve, & Tenimento, & vineis Dopni Pauli, & omnibus ſuis pertinentiis fecerat, nos eamdem donationem in perpetuum concedimus, & penitus confirmamus. Salvis per omnia Juſtitiis Rogerii filii Manſi in feudo ſupradicto. Nos autem, noſtrique heredes, & ſucceſſores etiam defenſores tibi, tuiſque ſucceſſoribus de jam dicta donatione eſſe volumus. Si vero nos, noſtrique heredes, & ſucceſſores, vos, veſtriſque ſucceſſores, & heredes in aliquo ſupradicto contravenerimus pœnæ decem unciarum auri ſubjaceamus. Et hoc ſcriptum firmum, & illibatum perpetuo maneat. Quod nos pro cautela Notarium Guidum de Trano fieri fecimus noſtro rogatu, noſtra manu ſignatum, & idoneorum hominum teſtimonio roboratum: Menſe, & Indictione prætitulatis.

† *Ego Willelmus de Guarreſio, ut ſupra*
† *Ego Gualterius de Roccaforte teſtis ſum*
† *Ego, Nicolaus de Manzano teſtis ſum.*
† *Ego Rogerius Filius Manſi*
† *Ego Robertus de Caniano teſtis ſum*
† *Ego Guido teſtatur, qui Rogerio generatur*
† *σιγνον Χειρὸς. Δομίνικ μαρτυς υπογραψω.*

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quarto menſe Junii Indictione ſeptima Regni vero Domini Willelmi Dei gratia Sereniſſimi Regis anno nono. Ego Manſus filius q. Rogerii filii Manſi Neritonii commorans, declaro præſenti publico ſcripto, quod ſponte, & bona mea voluntate pro ſalute, honore, & exaltatione regalis Coronæ, & pro animabus bonæ memoriæ Domini Regis Rogerii, & Dominæ Reginæ Helbieiae Uxoris ejus, ſalute mea, meorumque, dono, & concedo tibi Dopne Pagane Venerabilis Abbas Monaſterii ſanctæ Mariæ Neritonis, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum decimam omnem, & quicquid Juris, rationis, & poteſtatis habeo in ſancta Paraſceve, & in Terra clauſorata, quæ eſt juxta bona, & Terra olim Dopni Hanonis in noſtro tenimento ſitas in loco, quod dicitur Cardinalis. Quæ omnia Dominus Paulus de Caniano bonæ memoriæ veſtro Monaſterio ſuo Teſtamento conceſſit. Item ego concedo, & dono vobis in perpetuum decimam omnem, Jus, & poteſtatem, quæ habeo in vineis, quæ ſunt Georgii de ſancto Laurentio Civitatis Neritonis, & vineas ſitas in eodem loco Cardinalis inter eamdem clauſuram Vinearum veſtrarum, & vineas Michaelis Muzzonis in plenam, & perpetuam libertatem omnem, omnem decimam, omne Jus, rationem omnem, omnemque Poteſtatem; quæcunque in eis habeo dono, & concedo tibi memorate Abbas, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum; nihil omnino mihi, heredibus, vel ſucceſſoribus meis inde reſervans aliquando, ſed libero, quieto, & franco more ea omnia culta, & inculta, tu, & ſucceſſores tui poſſideatis, & utamini quando, & qualiter volueritis, abſque omni ſervitio, contradictione, & contrarietate mei, meorumque heredum, & ſucceſſorum. Pro conoſcentia vero feudi nobis, & ſucceſſoribus noſtris annualiter in feſto Aſſumptionis B. Mariæ ſervitium gallinarum duarum tu, & ſucceſſores tui perſolvatis. In ſignum autem hujus doni, & conceſſionis recepi à te prædicte Abbas Dopne Pagane tas bonas; Sic te, & ſucceſſores tuos aliis ſtabilito die daturos, tu, & Venerabilis tuus Monachorum Conventus ſub pœna ſex unciarum auri prædicentes; ego vero, & hæredes mei, atque ſucceſſores tibi, tuiſque ſucceſſoribus ſupradictæ conceſſionis, & donationis defenſores erimus ſemper contra omnes homines vos exinde in aliquo moleſtantes. Quod ſi noluerimus prædictis vos moleſtantibus juxta promiſſa in toto obviare; aut ab eis recedere temptaverimus; & ſupradicta omnia modis omnibus non obſervaverimus; ego, meique heredes, & ſucceſſores, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus memoratum pretium ſex unciarum auri in duplum nos ſoluturos promittimus: & nihilominus donatione, & conceſſione iſta illibata, firma, & ſtabili in perpetuum permaneate: Quam noſtro præcepto ſcriptis Venerabilis Joannes Capellanus noſter mea manu ſignatum, & teſtibus idoneis roboratum menſe, & Indictione prætitulatis.

† *Ego Manſus filius Rogerii, qui ut ſupra*
† *Σιγνον Χειρὸς. Γολιέλμος μαρτ. ὑπογράψω.*
† *Ego Rogerius filius ejus teſtis ſum*
† *Ego Andreas de Alberico Bortulus ejus teſtor*
† *Ego Jonathas filius Petri Guidelmi teſtis ſum*
† *Ego Rogerius Badonus teſtis ſum*
† *Ego Jacobus teſtis ſum.*
† *Ego Nicolaus Anglicus mecentor teſtis ſum.*

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Henricus VI. Divina favente clementia Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ. Imperialis noſtræ Celſitudinis muneri ſatisfacere credimus, ſi de noſtris Juribus, & bonis, in Eccleſiarum utilitatem, & commodum Religioſarum perſonarum liberaliter diſponimus. Hinc ut Imperii, & Regni noſtri felicitas piæ largitatis exercitio augeatur, & divinus cultus cum ipſa majus capiat incrementum, tibi Innocenti, Venerabilis Abbas ſanctæ Mariæ de Neritono, tuiſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum concedimus totum Judæam Civitatis Neritoni cum omnibus, & ſingulis Judæis, eorum familiis, bonis, Juribus, & reſponſionibus, ità ut amodo, & in perpetuum ſint, & habeantur de Jure, & Dominio veſtro, & Eccleſiæ Neritoni: & omnia ſervitia, cenſus, contributiones, reſponſiones, Ligia, Gabella, & omne aliud Juris, ſive ſervitii, quod nobis, vel Prædeceſſoribus noſtris, & Hæredibus reſpondere debent, vel conſueverunt, ex nunc in antea, & in perpetuum tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & veſtræ Eccleſiæ integrè, & inviolabiliter ſolvant. Confirmamus etiam tibi, & Eccleſiæ ſupradictæ omnia, & ſingula privilegia, oblationes, conceſſiones, ſivè donationes bonorum, & Jurium quorumcumque, quas uſque ad præſentem diem Chriſtiani Principes & fideles fecerunt vobis, & eidem Eccleſiæ, & præſertim donationes, & conceſſiones Roberti Apuliæ, & Calabriæ Ducis, Goffridi, & Alexandri Comitum Boamundi Principis Antiochení, Rogerii, & Willelmi glorioſum Regum Siciliæ. Imperiali ſimul, & Regio præcipientes Imperio, quod ex nunc in antea nullus homo cujuſcunque ſit gradus, & conditionis audeat vobis in præmiſſis, vel ipſorum aliquem contrariare. Si quis verò, quod abſit, hujus noſtræ perpetuæ Conceſſionis, Donationis, & Confirmationis audax violator extiterit, eum obligamus ad ſolvendum centum ſcifatos auri optimi; pro una medietate Curiæ noſtræ Imperiali, & pro altera medietate memoratæ Eccleſiæ Neritoni applicandos. In quorum rerum certum teſtimonium præſens noſtrum Privilegium per manus ſcriptum noſtrum Prothonotarium ſcribi juſſimus, & majeſtatis noſtræ ſigillo muniri. Præmiſſor. verò teſtes ſunt.

Willelmus Archiepiſcopus Ravennenſis
Matthæus Archiepiſcopus Capuanus
Samarus Archiepiſcopus Tranenſis

Willelmus Archiepiſcopus Tdrontinus
Acto Epiſcopus Aprutinus
Gualterine Epiſcopus Trojanut, & Regni Siciliæ Cancellarius
Bonifacius Marchio Montisferenti
Corrndus Dax Spoleti
Jordanut Comes Bovinenſis
Simon Comes de Spanbeym
Otho de Palumbaria
Petrus de Celano
Otho de Columna
Nicolaus Hortphels
Johannes de Brumonte: & alii quamplures
Signum Domini Henrici Sexti Romanor. Imperatoris Inviċtiſſimi & Regis Siciliæ.

Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis milliſimo rentesimo nonageſimo quinto, Indiċt. XIII. *regnante Henrico VI. Romanorum Imperatore glorioſiſſimo Regni ejus in Theutonia* XXV. *Imperii vero* IV., *& Regni Siciliæ* I. *Datum Barii per manum Alberti Imperialis aulæ Prothonotarii tertio nonas Aprilis Indictione præmiſſa.*

Anno ab Incarnutione Domini noſtri Jesbu Chriſti milleſimo durenteſimo ſeptimo decimo regnante Domino noſtro Friderico inviċtiſſimo Romanorum Rege ſemper Auguſto anno quarto, & regni Siciliæ Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ anno vigeſimo; Comitatus autem noſtri anno quarto, menſe Auguſti Indictionis quintæ. Quia inter cætera Beneficiorum, & Elemoſinarum genera, illa præcipuè prerogativam obtinent Karitatis, quæ de puro corde, & optimo Matri Eccleſiæ devotiſſime conferuntur. Ideo nos Bernardus Gentilis Dei, & Regis gratia Comes Neritinus Capitanus, & Magiſter Juſtitiæ Apuliæ, & Terræ laboris, conſiderantes devotionem, quam gerimus circa Neritonenſem Matrem Eccleſiam, & Dominum Paulum Venerabilem ipſius Eccleſiæ Abbatem Reverendiſſimum in Chriſto Patrem, & conſanguineum noſtrum pro remedio animæ Comitis Simonis Gentilis Patris noſtri, & Rogerii Gentilis fratris noſtri bonæ memoriæ, aliorumque Parentum noſtrorum, pro remiſſione etiam noſtrorum Peccaminum, offerimus, & concedimus eidem matri Eccleſiæ, & præfato Venerabili Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, quartam totius *mortuariæ mortuor.* Neritonis, & omnium Caſalium in Parochia Neritonenſi *exiſtentium, ut de cætera idem Venerabilis Abbas, ejuſque ſucceſſores, & Rectores ipſius Eccleſiæ prædictam quartam mortuariæ mortuorum abſolute, & ſine aliqua contradictione habeant, & obtineant. Statuentes, ut ſiquis auſu temerario contra hanc noſtram Conceſſionem, & oblationem venire preſumpſerit, centum regalium auri de pœna mulċtetur, medietate eidem Eccleſiæ matri, & alia medietate noſtre Curiæ concedenda. Ut autem hæc noſtra conceſſio, & oblatio perpetuum robur, & memoriam obtineat, preſens Privilegium per manus Judicis Matthei de Monopol. fidelis noſtri ſcribi juſſimus, & ſubſcriptione noſtra, & noſtrorum fidelium roboravimus, anno, menſe & Indictione prætitulatis.*

† *Nos Altbeega Dei, & Regis gratia Comitiſſa Neritoni*
† *Ego Berardus Gentilis Dei, & Regis Gratia Comes Nereti Capitaneus, & Magiſter Juſtitiæ Apuliæ, & Terræ laboris ſupradiċta confirmamus.*
† *Nos Robertus Gentilis quod ſuperius dictum eſt confirmamus.*
† *Nos Gualterius Gentilis predicta confirmamus;*
† *Signum propriæ manus Goffridi de lacu*
† *Ego Riccardus Bucrartellus interfui.*
† *Signum propriæ manus Pariſi de Planella Comeſtabilis interf.*
† *Signum manus Beraldi de Tutiluno Caſtellanus interfui.*

† *Nicolaus de Abbate Domini Comitis Seneſcalcus*
† *Ego qui ſupra Judex*
† *Signum manus propriæ Nicolai de Aradeo*
† *Ego Gualterius Notarius teſtis ſum.*

Fridericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ. Cum ex pietatis officio cunctis Dei miniſtris intendamus favores noſtræ benignitatis extendere, laudabilius noſcitur viris Religioſis noſtra cura proviſione impendi. Qui tanto debent a ſæcularibus eſſe curis exempti, quanto magis expedit, ut orationes eorum, quas pro ſalute Chriſtianitatis impendunt, à moleſtiis non debent, nec infeſtis caſibus perturbari. Ex his enim ſacris operibus actus noſtros feliciter decoramus, ſi Religioſis Divinis obſequiis intendentibus ad nos, tanquam ad unicum, & ſingulare refugium occurrentes, manſuetudinis noſtræ gremium eſſeremus: & juſtis eorum ſupplicationibus aures noſtrum culmen benevolas non avertat. Ea propter preces, & ſupplicationes, quas dilectiſſimus in Chriſto Frater Paulus Abbas Monaſterii ſanctæ Mariæ de Nerito, & Fratres ejuſdem lacrymabiliter porrexerunt ex innata Nobis benignitate adtraximus, & eorum deſiderium favorabili proſequentes aſſenſu, prædictum Monaſterium ſanctæ Mariæ de Nerito cum univerſis Bonis ſibi conceſſis, & donatis per condam Goffridum inclytum Comitem, & alios fideles quoslibet Chriſtianos, tam in præfata Civitate contentis, quam alibi per totum regnum noſtrum Siciliæ, & quæ in futurum, dante Domino, per quoſcumque concedentur, & donabuntur, monaſterio ſupradicto ipſique Abbati, & Eccleſiæ ex nunc ea confirmamus, & teneri à modo ipſius monaſterii propria Jura cupimus. Et itidem tàm aquiſita, quàm aquirenda perpetuò illibata ſerventur. Et pro ſalute quoque animarum Patris, & matris noſtrorum recolendæ memoriæ confirmamus venerabili Abbati prædicto, & ſucceſſoribus cuncta bona Feudi ſancti Nicolai ad Ernum, & pertinencias, & vaſſallos. Item tenimentum dictum Petri de Vito: & Feudum ſanctæ Veneris cum pertinentiis ſuis. Et quæ tenet tàm in Nerito, ut ſupra dicitur, quàm extra, & per totum Regnum noſtrum Siciliæ; & ſpecialiter Caſale Tavelli cum Vaſſallis, & Juriſdictionibus ſuis; & quod ipſius Caſalis homines ſocietatem ſemper habeant cum hominibus Neritoni. Nec non Decimos omnes Civitatis Neriti, ſicut à prædicto quondam Comite ſunt conceſſæ. Grangiam quoque ſanctæ Mariæ de Aſtiliano cum tenimentis ſuis, & ipſius terris cultis, & incultis, & cellam ſancti Nicolai de Cilliano prope Nerito, cum terris, Domibus, & Vaſſallis ſuis. Oblationes fidelium, Donationes Comitum, & Baronum: ſeu quæcumque alia, quæ quolibet juſto titulo ipſum Monaſterium tenet, & poſſidet. Et ſi qua poſtea ipſi Monaſterio conceſſa, donata, & oblata fuerint à quibuſcumque Perſonis, & ea noſtræ authoritatis munimine communimus. De ſpeciali quoque gratia monaſterio ipſi, & Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Nerito communicata Vaſſallos, poſſeſſiones, bona, & loca cum pertinentiis ſuis liberamus, & eximimus ab omnibus ſervitiis, & onere quodcumque ſit illud, quæ noſtræ Curiæ, Comitibus, Baronibus, ſeu quibaſcumque perſonis aliis debeantur. Cum monaſterium ipſum cum omnibus bonis, ac rebus ſuis, aquiſitis, vel etiam aquirendis plena, & perpetua velimus libertate potiri. Volentes, ut nullus auſus ſit, dictum monaſterium, Abbatem ejuſdem, ſeu Fratres, & ſucceſſores eorum ſuper his, vel aliquo præmiſſorum detareps aliquatenus moleſtare. Quod ſi aliter quiſquam fecerit, indignationem Celſitudinis noſtræ ſe noverit incurſurum. Ad hujus autem confirmationis noſtræ memoriam, & robur perpetuo valiturum, præſens Privilegium per manus Jacobi de Baadra Notarii, & ſcribæ noſtri ſcribi, & ſigillo Majeſtatis noſtræ juſſimus communiri. Datum Melphiæ anno Dominicæ Incarnationis milleſimo, duceateſimo, vigeſimo ter-

rio, menſe Auguſti, Undecimæ Indictionis, Imperii Domini noſtri Frederici Dei Gratia invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & Glorioſiſſimi Regis Siciliæ anno tertio. Regni verò Siciliæ vigeſimoquinto feliciter Amen † locus magni ſigilli Imperialis pendentis.

In Dei nomine Amen. Anno ſalutiferæ Incarnationis Domini noſtri Jeſhu Chriſti milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo ſedente in Apoſtolica ſede Beati Petri Sanctiſſimo in Chriſto Patre, ac Domino noſtro, Domino Clemente Divina favente Clementia Papa IV. anno ſui Pontificatus tertio, regnante verò in Ydrontina Provincia glorioſiſſimo Domino Carolo Dei gratia Rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, almæ Urbis Senatore, Andegaviæ Provinciæ, & Forcalquerii Comite, Regni ejus anno ſecundo, menſe Octobris, die vigeſima quinta ejuſdem Indictionis undecimæ. Nos Gabriel de firmo Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Clementis ſupradicti Capellanus, atque Notarius præſenti publico ſcripto omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, vel quocumque tempore ſpectare poterit, notum facimus, & teſtamur, qualiter hac die vigeſima quinta menſis Octobris memoratæ Undecimæ Indictionis, cum eſſemus in Apoſtolica viſitatione majoris Eccleſiæ Neritonenſis Ordinis ſancti Benedicti, Reverendiſſimus Pater in Chriſto Dominus Rodulphus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Albanenſis pro ſanctiſſimo Domino noſtro, Domino Clemente ſummo Pontifice, ejuſque ſancta Sede in toto Siciliæ Regno Legatus Apoſtolicus, & Generalis Viſitator Eccleſiar. univerſo preſente Capitulo, & Monachorum Conventu aſſeruit, quod per diligentem inquiſitionem per ſe factam de ſtatu monaſterii, & Eccleſiæ ſupradictæ tàm Monachorum Ordinis ſancti Benedicti, quam aliarum ſecularium Canonicorum in pluribus antiquis Privilegiis, Bullis Apoſtolicis, & aliis ſcripturis, & Documentis ejuſdem majoris Eccleſiæ, & monaſterii ſibi plenè conſtitit, quod eadem Neritonenſis Eccleſia olim antiquis temporibus Cathedralis, & Epiſcopalis extiterat cum propriis Epiſcopis. Et quod poſteà quam facta eſt monaſterium, tam Monachi, quàm inſimul Canonici Regulares fuerunt in eadem: in qua Divina officia latino ritu conjunctim exercebant, & ſacra peragebant miniſteria. Et quia antiqua diſciplina in multis cognoſcitur eſſe collapſa, dixit, quod ſuæ erat intentionis reformare, & reordinare ſecundum exigentiam idem monaſterium, & Canonicorum Conventum, ſeù Collegium, quod ex monachis ſimul, & Canonicis ſecularibus nunc eſt compoſitum; quare ſtatuit, & ordinavit in primis, quod in futurum in eadem majori Eccleſia præter Dignitates, ſit ſervitium viginti tantum perſonarum, quæ ſint Canonici, quorum decem vult, & mandat eſſe monachos Ordinis ſancti Benedicti, & alios decem Canonicos ſeculares: reliquis officiis, & Perſonatibus ejuſdem Eccleſiæ in eodem ſtatu remanentibus per omnia, quemodo nunc ſunt, & fuerunt antea. Ut autem diſtincta, & non confuſa unuſquiſque illorum habeat privatim emolumenta idonea, ordinat Venerabili Domino Abbati, & aſſignari mandat ibidem, decem Canonicales præbendas pro ſecularibus Canonicis ad rationem unciarum quatuor pro unaquaque ſingulis dictis Canonicis ſecularibus diviſim quolibet anno ex bonis Eccleſiæ ſolvendarum. Et quoniam experientia docuit, debitum Eccleſiæ ſervitium ſæpè à Canonicis derelinqui; ideo ne in futurum divinus famulatus aſſiduus deſeratur, mandavit, & inſtituit continuam Canonicorum reſidentiam; præcipiens, ut nullus ex dictis Canonicis de Præbenda, vel Beneficio, aut ab ipſo monaſterio aliquid percipiat, niſi dum in eadem Eccleſia reſidens fuerit, & præſens Divina cum aliis perſolverit officia. Præterea ne confuſio aliqua inter Canonicos oriatur, mandat ut in una parte Chori prædictæ majoris Eccleſiæ monachorum Conventus, in alia verò Canonici Seculares in propriis ſtallis manentes Divina celebrent officia, & horas Canonicas pſallant juxta ritum regulæ ſancti Benedicti hactenus in dicto monaſterio, & Eccleſia ſervari ſolitum. Quod omnia, & ſingula alia bona dictæ Abbatiæ, ſeu Eccleſiæ, demptis decem præbendis Canonicorum Secularium, uſibus Abbatis, & Monachorum univerſaliter, & totaliter cedant: ità quod in eodem omnes Monachi veſcantur refectorio, de communibus bonis veſtiantur, & in eodem Dormitorio conquieſcant. Quod Abbas tàm in Choro, quàm in aliis locis, & ſanctionibus illum locum, & præeminentiam pacifice obtineat, quam ſui Prædeceſſores Abbates, & Prælati majoris Eccleſiæ conſueverunt obtinere. Quod omnes tàm monachi, quam Canonici, obediant reverenter Abbati, qui pro tempore fuerit tanquam proprio ſuperiori, & Prælato. Quod ad electionem novi Abbatis, quæ facienda occurret, vocentur tàm monachi, quàm Canonici, ſicut aſſeritur hactenus fuiſſe conſuetum. Denique quod per Abbatem prædictum, qui pro tempore fuerit, creentur; & inſtituantur tàm monachi, quàm Canonici in prædictis monaſterio, & Eccleſia; & iidem ſubſint, & obediant ipſi Abbati in omnibus tanquam ſuo Prælato. Quæ omnia, & ſingula Statuta, Decreta, & Ordinationes in prædicta ſancta Viſitatione Apoſtolica ſtabilita, & præfixa memoratus Reverendiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Rodulphus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Albanenſis in regno Siciliæ Apoſtolicæ ſedis legatus, & Generalis Eccleſiarum Viſitator ad futuram rei memoriam, & ad eorum, ad quos pertinet, cautelam, nobis qui ſupra Gabrieli Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Capellano, atque notario in publicam formam redigi, & deſcribi mandavit propria manu noſtra ſubſcripta, & ſuo magno ſigillo roborata. In Civitate Neritoni anno, menſe, die, & indictione præmiſſa. Nos Gabriel de firmo Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Capellanus, & notarius, qui ſupra præmiſſa omnia, quibus interfuimus, ſcripſimus.

Locus magni ſigilli Cardinalis Rodulphi.

AD NUCERINOS

TOM. I.

Col. 1065. lin. 66. *adde*. Hic S. Facundinus non fuit Nucerinus Epiſcopus, ſed Tadinenſis, ut in hoc tomo ſupra diximus; proinde expungendus eſt ex hac ſerie; & quarto loco addendus eſt

IV. PRIMÆRIUS Epiſcopus Nucerinus, cui anno 598. ſcribit Magnus Gregorius Epiſtolam 25. libri noni Indict. 2. Menſe Novembri ex editione Monachorum S. Benedicti.

Col. eadem lin. 75. *adde*. Sed & præſens fuit Concilio Romano an. 861. *Ropertus* dictus. Vide ejus Concilii acta in Ravennenſibus tom. 2.

Col. 1066. lin. 32. *adde* in capite lineæ.

XIII. DODO Nucerinus Epiſcopus emergit è Romana ſynodo an. 1029. coacta in cauſa Patriarchæ Gradenſis, quam lege tom. 5. in Gradenſibus.

Col. eadem lin. 44. *adde* à capite lineæ.

XVII. LAURENTIUS Nucerinus Antiſtes anno 1131. apud Bollandianos in Actis Ss. Maii tom. 7. pag. 681.

†

AD

AD OPPIDANOS

TOM. IX.

Col. 417. poſt lin. 50. *adde*, ſequens Oppidenſis civitatis ſtemma.



Col. ead. ad lineæ 37. verba, *Deiparæque Virginis Aſſumptæ*, nota in margine: olim, nunc vero Mariæ Virginis ab Angelo ſalutatæ.

Col. ead. ad lin. 42. verbum *Cimeliarca*, nota in margine: Inchiſarcha, cujus munus erat archivo præſidere Capituli, & Eccleſiæ.

Col. ead. ad lin. 43. verbum *pænitentialis* adde in margine. Proximis hiſce temporibus Præbenda adjuncta eſt Theologalis opera, & induſtria moderni Epiſcopi Perrimezzi.

Col. ead. ad lin. 44. verba cum *minorum gentium &c.* explica in margine: Cum duodecim Sacerdotibus aliis, qui manſionarii vocantur, & quos Epiſcopus Bizantius Fili tranſlatus poſtea ad Eccleſiam Oſtunenſem inſtituit.

Col. ead. ad lin. 47. verba; *unum ſanctimonialium* adde in margine: Erigendum propediem, ſi faxit Deus.

Col. ead. ad lin. 48. verba: *ſodalitates una &c. & aliæ quatuor &c.* corrige in margine: Sodalitates duæ, quarum altera ſub D. Catharinæ nomine, altera ſub D. Franciſci Xaverii congregatur, præter illam antiquiorem, quæ Ss Euchariſtiæ Sacramento aſſociando deſervit, & quæ à moderno Epiſcopo Perrimezzi prævia S. Congregationis Rituum ſententia ad meliorem ordinem redacta eſt. Ab hac plures Virgines nubiles dotantur, quemadmodum aliæ ex redditibus peculiaribus Majoris aræ Deo ſub Annunciationis titulo dedicatæ.

Col. ead. ad lin. 65. verba: *Sunt in agro Terrænovæ &c.* corrige in margine: Sunt in Agro Terrænovæ pagi Reziconum, S. Martini, Leonis, Vatanum, Redicina, Jottinolum, aliique, qui Miletenſis diœceſis gremio continentur; Molochium verò ad Rheginam ſpectat, ad Oppidenſem ſolummodò Galatoni, & Scropherio.

Col. 418. lin. 12. poſt verbum *obeunt*, adde: Adeſt quoque ſanctimonialium Monaſterium ſub regula S. Auguſtini, quam Canonici Regulares profitentur, & ſub titulo S. Mariæ Sanitatis, in quo Mulieres Chriſti Sponſæ ſumma vivunt exemplaritate.

Col. ead. ad lin 16 verba: *in agro autem &c.* corrige in margine. In Agro autem Civitatis Oppidenſis ſunt pagi Unrapodum oppido par, Treſilicum, Meſignadum, Zurgonadum, & Chriſuna jam deſtructa; in agro S. Chriſtinæ pagi ſunt Pedarolum, Paracorio, Scidum, Lubrichi, S. Georgia cum inſigni Collegiata ſub nomine S. Mariæ de Catena, præter Cuzzoponidi jam deſtructum, & cujus Parochialis cura facta eſt habitualis.

Col. ead. ad lin. 19. verba: *in eadem penè diœceſi &c. item ſynopoli &c.* corrige in margine. In eadem pena diœceſi eſt Coſoletum Principatus habens titulum, ubi Cœnobium eſt Capuccinorum, Settizanum oppidum Baronale, & Caſtellacium, cujus Baro eſt Archiepiſcopus Rheginus jam a Rogerio Calabriæ Duce inſtitutus.

A

Col. eadem lin. 55. *adde*. Hic conſecravit Eccleſiam S. Mariæ della Porta in Civitate S. Chriſtinæ poſitam cum multorum Epiſcoporum interventu, & Pyrrhi Ruffo, qui tunc temporis ibidem dominabatur, adſiſtentia.

Col 420. lin. 51. *adde*. Hic Concilio Tridentino interfuit, & poſt reditum Tridento in diœceſi magnificè excepit Gaſparem de Foſſo Archiepiſcopum Rheginum, qui primum Provinciale Concilium in civitate Terrænovæ Oppidenſ. diœceſ. celebravit, in quo etiam interfuit Joannes Antonius Facchinetus tunc Epiſcopus Neocaſtrenſis ſuffraganeus, & poſtmodum Innocentius IX. Pont. Maximus.

Col ead. lin. 2. *adde*. Hic interfuit cum Epiſcopo Bovenſi conſecrationi Metropolitanæ Eccleſiæ

B

Rheginæ Turcarum incurſionibus jampridem devaſtatæ, per Archiepiſcopum Gaſparem de Foſſo Ordinis Minimorum factæ anno 1580. die 31. Januarii.

Col. eadem poſt lin. 12. *adde*. Hic Cathedralem Eccleſiam ad majore altitudinem erexit, & ſculptis laquearlis ornavit. Ejus etiam tempore ædes Monialium Terræ novæ eleganti lacunari ornata eſt, ubi ejus legitur memoria In Cathedrali autem elogium eidem fecit Epiſcopus Perrimezzi, ut & aliis Epiſcopis, qui ejuſdem præcipui benefactores fuerunt, ut infra. Elogium hoc eſt.

Illuſtriſs. & Reverendiſs. D.
D. Andreæ Canuto Epiſcopo Oppidenſi,
Quod templum hoc in altiorem formam erexerit,
Laquearlis ornaverit,
Totum colluſtraverit
An. D. CIↃCICIIII.
F. J. M. Perrimezzi Ord. Minim.
Epiſcopus Oppiden.
M. P.

C

Col. ead. ad lin. 53. verbum Neapolitanus nota in margine; ex Coſoleto Oppiden. Diœceſis.

Col. ead. lin. 16. *adde*.

Antonius Cœſonius fuit a Lugo Imolen. Diœceſis. Die 10. febr. ann. 1610. Petrus Cenardi ab eodem Lugo ejus mandato Eccleſiæ poſſeſſionem cepit. Confraternitatem doctrinæ Chriſtianæ Oppidi inſtituit, Synodum celebravit, & in Cathedrali hoc extat elogium.

Illuſtriſs. & Rever. D.
D. Antonio Cœſonio
Epiſcopo Oppidenſi,
Quod diœceſana coacta ſynodo
Populi mores, cleri diſciplinam, Eccleſiarum cultum
Promoverit,
Eccleſiaſtica vindicata immunitate
Ejuſdem perturbatores coercerit,
Propugnatores elevaverit,
Vitam denique

D

Laboribus, & perturbationibus
Per multa rerum diſcrimina
Variè, mirèque jactatam
Magna probitatis fama
Pretioſa morte coronaverit,
F. J. M. Perrimezzi Ord. Minimorum
Epiſcopus Oppiden.
M. P.

Hic idem Epiſcopus Cœſonius, multa ad Capituli beneficium legata miſſarum, & Anniverſaria inſtituit, quorum commodum etiamnum Capitulum percipit. Defunctus in cathedrali ſepelitur, & in ſuo marmoreo lapide hanc ſibi inſcriptionem incidi voluit.

Tantum illud vos rogo, ut ad Domini altare
Memineritis mei
Antonius Epiſcopus obiit Ann. MDCXXIX.
XIV. Junii.

Quamplures aves illis ſimiles, quæ in ejus gen-

tili-

tilitio ſtemmate videntur, in Cæſonii adventu per hanc urbem pervolarunt, & illæ eædem iu eius obitu iterum huc adveuerunt, quod ferè omnes uon caſu factum intellexerunt.

Col ead. poſt lin. 22. tolle additionem ibi poſitam, & ſequentem uberiorem *repone*.

A D D I T I O.

Collegialem Eccleſiam Terrænovæ erexit, & Canonicorum Collegium inſtituit. Supra ejuſdem Eccleſiæ portam a parte exteriori hæc iegitur epigraphe.

D. O. M.
Digniſſimo Præſuli
Joanni Baptiſtæ Montano Piſaurenſi
Epiſcopo Oppidenſi
Animarum zelatori vigilantiſſ. Maſurum
aſylo tutiſſimo, & libertatis propugnatori
acerrimo, hujus Matricis à fundamentis
in ampliorem formam, nobilioremque re-
ductori, Collegiique in ea inſtituti erectori,
ac protectori beneficentiſſimo.
Canonici grati animi monumentum P.P.
Ab orbe repar. An. MDCIL.

Eamdem Eccleſiam conſecravit, & ſupra portam veteris ſacrarii hæc extat iuſcriptio.

D. O. M.
Decore Conſecrationis inſignivit, qui eam erexit
Joannes Baptiſta Montanus
Epiſcopus Oppiden.
Die XXIV. Octob. MDCLV.

Collegium S. Georgiæ inſtituit, Cathedralem conſecravit, ut ex hoc in ea epitaphio.

D. O. M.
Jo. Baptiſta Montanus Epiſc. Oppidenſis
In honorem Reginæ Cæli ab Angelo annunciatæ
Conſecravit XVII. Kal. Novemb. ab ejus partu
MDCIV.

Bibliothecam in Epiſcopio ad cleri uſum erexit, in qua hæc epigraphe.

D. O. M.
Joannes Baptiſta Montanus Oppiden. Epiſcopus
Eccleſiæ regimini, Cleri diſciplinæ, juſtitiæ cultui
Conſultum volens
Bibliothecam Nunciatæ Virginis perpetuæ cuſtodiæ
Commendavit humillimè MDCXI.

Epiſcopium ampliavit, atque emptis finitimis domibus ad inſulam reduxit. Immunitatem contra Domicellorum conatus acerrimè ſuſtinuit. Turrim Campanariam propè Cathedralem ſundavit, aliaque viſuntur monumenta, quæ pietatem, juſtitiam, fortitudinem præſulis ubique, & quovis tempore prædicant. In Cathedrali legitur hoc nuper ei poſitum elogium.

Illuſtriſſ., & Rever. D.
D. Jo. Baptiſtæ Montano Epiſcopo Oppidenſi,
Quod Epiſcopium ampliaverit,
Turrim campanariam erexerit,
Eccleſias in civitate, & in diœceſi reſtituerit,
Bibliothecam ad Cleri uſum ſuadaverit,
Immunitatem ubique fortiter defenderit,
Fr. Joſeph Maria Perrimezzi Ord. Minim. Epiſc.
Oppiden. M. P.

Mortalitatem explevit anno 1662. & in cathedrali ſepultus fuit ſub hac inſcriptione.

D. O. M.
Hic jacet Angelicæ tubæ ad judicium vocantis
expectare clangorem,
Ubi Angelicæ vocis recolens myſteria
Salvatorem exoro,
Quem judicem formido.
Te ſalvatoris, Te judicis Matrem,
Te reorum interpello patronam,
Ut quem genuiſti filium, experiar
Peccatum tuarum virtute dignatus,
Non judicem
Juſtè ad ignem damnantem æternam,
Sed ſalvatorem

A *Piè regno donantem paterno.*
Jo. Baptiſta Montanus Piſaurenſis
Hujus ſedis Antiſtes indignus
MDCXXXII.
Hic exſpectabo, donec optatio mea veniet
Abiit, & non obiit VI. Id. Maii MDCLXII.

XXXIII. PAULUS Dianus Pariſius, Patritius Rheginus, ab Alexandro VII. ordinatur 12. Martii an. 1663. Marmoream in Cathedrali portam majorem extrui fecit, & ſacrarium ſupellectili auxit. In magna provinciæ, & diœceſeos inopia pauperum pater appellari meruit. cum publicè, & ſecreto quovis tempore immenſas profuderit eleemoſynas. Synodum celebravit anno 1670. menſæ Maii, quam & Romanis typis au. 1671. publici juris fecit. Hominem exuit die 14. Novembr. 1673. & in Cathedrali humatus fuit.

XXXIV. VINCENTIUS Paulo Diano ſucceſſit è Patritia Epidaurienſi Aranea gente, in qua pietate, ac litteris floruit anno 1540. ut reliquos,
B vel in eadem, vel in Martia palæſtra celebres heroas reticeam, Clemens Prædicatorum ordinis clarus Theologus, & in concionibus ad populum eloquens gratioſus, & doctus, qui ſcripſit de laudibus Deiparę Virgiuis ſermones plures, qui cum aliis ejus ſermouibus prodierunt Brixiæ an. 1587. ut ex Biblioth. Prædicatorum Antonii Seuenſis, & ex Mariana Hippolyti Maraccii par. prima litter. C. fol. 287. & 288 Hic itaque Vincentius, Caroli ſenioris J. V. D. filius, Neapoli natus. Clauſtralem etiam vitam elegit, ſed ſub Dom. Benedicti vexillo. In congregatione ergo Caſinenſi ſcientiis omnibus imbutus, cum non adhuc trigeſimum ætatis Anuum ageret, prævio indultu ab Clemeute X. die 19. febr. 1674. hujus Eccleſiæ gubernio præficitur, quam ſumma paſtorali rexit ſollicitudine, pauperiem largis ſubſidiis ſemper juvando, immunitatem ſortiter deſendendo, & contra ejuſdem perturbatores invicte ſemper ſe regendo. Epiſcopales functiones ſacro ſemper decore, &
C Muſico inſuper concentu peregit. Ædem principem exornavit, in qua ejus inſignia viſuntur, ut & pariter in laqueari collegialis Eccleſiæ Terrænovæ, quod ejus opera erectum fuerat. Collegialem ædem S. Georgiæ cuuſecravit. E vivis abiit an. 1693. quando ex præſentatione Caroli II. Hiſpani Monarchæ ad Cephaludenſem iu Sicilia Eccleſiam tranſibat. Vivit nunc ejus Neapoli ex Fratre nepos Carolus Antonius, qui Majorum ſuorum nubitatem adhuc juvenis virtutum ſuarum cumulat ornamentis.

XXXV. Fr. BERNARDINUS Piaſtena, a Fuſcaldo nobili genere clarus, Provinciæ S. Franciſci de Paula citerioris Calabriæ ordiuis Minimorum alumuus, iu quo fuerat Provincialis, Viſitator, Adſiſtens, & Procurator generalis, ac demum motu proprio Alexaodri VIII. Corrector generalis, ad hanc Eccleſiam gubernandam ab Innocentio XII. die 25. Januarii 1694. deſtinatur. Epiſcopium ornavit, auxit, illuſtravit, menſam di-
D tavit, diœceſim exhilaravit, ut ex hoc in Cathedrali elogio.

Illuſt. & Rever. D. F. Bernardino Piaſtena
ex ordine Minimorum Epiſc. Oppidenſi,
quod aris argenteo opere exornatis, Eccle-
ſia pneumatico organo compoſita, ſacrario
alteriori ſupellectili adaucto, Epiſcopium
ligillis, & ſolaciis circumdaverit, men-
ſam prædiis, ac redditibus auxerit, diœ-
ceſim moribus, ac exemplis ædificaverit,
regiminis ſuavitate, eloquii præſtantia,
beneficentiæ ſtudia cunctis prodeſſe curave-
rit, ſola temporis celeritate omnes mœrore
affecerit. F. I. M. Perrimezzi Ord. Minim.
Epiſcopus Oppidenſis confratri, concivi,
affini C. M. M. P.

Ex humanis migravit 16. Febr. an. 1697. ſepultuſque jacet in Cathedrali ſub hac epigraphe.

Hic jacet F. Bernardinus Piaſtena à Fuſ-

tuldo Calaber ord. Minimoram S. Franci-
ſci de Paula Correttor Generalis Apoſtoli-
cus hujus Sedis Epiſcopalis Antiſtes. Obiit
xiv. Kal. Martii Anno O. R. MDCLXX-
XXVII. *Præſulatus vero Ann.* iii.

XXXVI. BISANTIUS Fili, Patritius Altamuranus, ejuſque regalis Eccleſiæ Cantor, die 27. Januarii 1698. hujus Eccleſiæ gubernaculum tractare incœpit, cui antea de menſe Auguſti 1697. præfectus fuerat. Seminarium erexit. Synodum celebravit, ædes pro Epiſcopis propè Collegialem Terrænovæ conſtruxit, Capuccinorum Eccleſiam in Oppidenſi Civitate conſecravit, ut ea hac inſcriptione.

D. O. M.
Devoto Capucciaorum famulatu
In Deiparæ Aſſumptionis honorem
Pro venerationi cultu
Templum hoc v. Id. Maii An. Ss. Jubilæi MDCC.
Pia Biſantii Fili Altamurani Epiſcopi Oppiden.
Conſecravit affectio.

Turrim campanariam propè Cathedralem complevit, aliaque multa ad Eccleſiæ decorem, & ſacrarii ornatum perfecit ea iis, quæ prædeceſſor Plaſtena ad Eccleſiæ ſuæ ſponſæ commodum reliquerat Decem Manſionarios, ſeu Canonicos ſecundarios, instituit ad magnificentius cum Canonicis primariis in choro quavis hebdomada ex tribus, & quaque etiam die, commodiuſque pſallendum. Bibliothecam in Epiſcopio compoſuit, in qua hæc inſcriptio.

Bibliothecam hanc ævo obliteratam
V. J. D. Biſantius Fili Patritius Altamuranus
Epiſcopus Oppiden.
Solerti ſtudio priſtinæ reddidit compoſitioni
An. MDCIIC. *ſui Præſul. A.* I.

Chorum in cathedrali eleganti opere fieri fecit, & ſacram, miraculoſamque imaginem B. Mariæ Virginis ab Angelo ſalutatæ, quæ in ſacello laterali cathedralis Eccleſiæ aſſervabatur, in majorem aram transferri curavit. Hoc legitur in eodem choro Epitaphium.

Biſantius Fili ad hanc cathedram evectus,
Ne quid decoris Eccleſiæ ſponſæ deeſſet,
Ut ebalamum nuptialem ornans adamuſſim
Pſallentium Chorum auguſtius canendam pluſmaec
Enixè curavit MDCCIV.

Supra majorem aram legitur.

D. O. M.
Ave gratia plena.
Hanc cæleſti Nuncio Virginis præventæ
ſacratiſſimam iconem, quæ titularis ſiſtit
Eccleſiæ, ac civitatis patrona fidiſſima,
Biſantius Fili Patritius Altamuranus
hujus ſedis Antiſtes, in nalam Domini,
quam marmoreo concinnavit ornatu, reddidit thaumaturgam. Sic ſiliae matri, ge-
nitrique nati invicem ſibi loca ceſſere an-
no ab ejuſd. Deip. Par. MDCCII. *Annun-*
ciationis ejus celeberrimo die.

Eccleſiæ jura fortiter defendit, perturbatoribus reſtitit, compreſſores diris devovit. In medio Cathedralis hoc in ejus laudem loquitur elogium.

Illuſtr., & Rever. D.
D. Biſantio Fili Epiſcopo Oppidenſi,
Quod Chorum in cathedrali, Seminarium in civitate,
Immunitatem in diœceſi
Reſtituerit, erexerit, vindicaverit,
Turrim campanariam compleverit,
Synodum celebraverit,
F. J. M. Perrimezzi Ord. Minimoram Epiſcopus
Oppidenſis M. P.

Tranſlatus poſtea ad Oliunenſem Eccleſiam anno 1707. ibidem diem ſuum ſupremum obiit anno 1720.

XXXVII. JOSEPH PLACIDUS de Pace, nobili genere Neapolitanus, ac germanus frater Joannis Baptiſtæ, qui obiit præſigni ſanctimoniæ fama Caputaquenſis Antiſtes, a puero a PP. Con-
A gregationis Neapolitani oratorii fuit educatus quare ſpiritu D. Philippi Nerii imbutus, peculiari eum ſemper coluit obſequio, ac mira devotione. Apoſtolicarum miſſionum in æde principe Neapolitana ſodalitio adſcriptus ſummus in eo zelator, ac indefeſſus operarius evaſit. Suam vitam ſemper flocci fecit; corpus inedia, vigilia, cilicio, fereis catenulis, ac ſi prorſus rebelle habuit. Cum optima uteretur valetudine, & charitatis igne flagraret, ut ſuos collegas, aut ſenes, aut malè ſe habentes levaret onere, vel ætati, vel morbis inſenſo, quę noctu conciunculæ haberi ſolent, ſemper ipſe habere, ad miſſiones longinquas accurrere, morientibus adeſſe. Neapoli in fundatione cœnobii puellarum ſub titulu S. Joachim, ut ibi dicitur *à Ponte nuova*, egregiam navavit operam. Fuit etiam generalis, & capitularis Eccleſiæ Caputaquenſis Vicarius. Cum eſſet unus è Pœnitentiariis in æde principe Neapolitana ſacramentum pœnitentię mira ſemper charitate miniſtravit. Hac tandem inſu-
B la ab Clemente XI. die 17. Sept. 1707. honeſtatus, ut ſuo muneri faceret ſatis, nullis umquam pepercit ſudoribus, ac vigiliis, adeò ut etiam febri implicitus a manuum impoſitione minime abſtinuerit. Civitatem ſacris miſſionibus a ſemetipſo exercitis Deo propinquius unitam voluit, Sacrarium commodo, elegantique opere explevit. Nimiis tandem conſumptus laboribus plura, quæ meditabatur ad Dei honorem, & gregis ſibi commiſſi bonum, diœceſi via ſemel viſitata, adimplere non potuit morte præventus Nonis Januarii an. 1709. inter uberrimas diœceſeos lachrymas, quæ in ipſo verè ſuum publicum parentem indoluit. Parentatum ſollemniter ei fuit, & Neapoli etiam a ſuis ſodalitiis, quibus jam juvenis nomen dederat, & quæ ſuarum fama virtutum continuo cumularat; ab illo nempe Apoſtolicarum miſſionum in æde principe Neapolitana, Alborum in D. Mariæ de Populo, D. Michaelis Archangeli in D. Januarii *vulgo S. Gennarello all' olmo*, quem Angelorum principem pe-
C culiarem patronum civitatis, ac Regni Neapolitani renunciandum, argenteamque ejus ſtatuam conflandam, & ſupra omnes ejuſdem urbis januas, ipſius lapideas imagines in protectionis anadema locandas curavit. Eminentiſſimus nunc Beneventanus Archiepiſcopus Urſinus ſuſpiravit amiſſum, in Sipontina quippe difficillima eo tempore diœceſi ipſius opera in omnibus maximo pietatis emolumento uſus fuerat. Vivit nunc tantorum Præſulum Joannis Baptiſtæ Caputaquenſis, & hujus Joſephi Oppidenſis quam dignus Nepos, & ipſe etiam præſul, ſed Sarnenſis Didacus de pace, qui in ſua diœceſi benè procuranda optimos patruos præ viribus ſatagit imitari.

XXXVIII. Fr. JOSEPH MARIA, qui Joſepho de Pace ſuffectus fuit, patrem habuit V. J. D. D. Flavium Perrimezzi, Paulanum Patritium, qui pluries in ſua patria ſuprema jura moderatus fuit, matrem D. Theodoram Ferrari Salvatoris filiam matronam qua genere, qua pietate præſignem.
D Antequam Joſeph Maria religionem Minimorum iniret, Philoſophiam Paulæ, juriſprudentiam Neapoli, in religione poſtmodum Theologiam didicit. In primaria ordinis provincia fuit provincialis Apoſtolicus, in Romano collegio S. Franciſci de Paula ad Montes Lector jubilatus, & ſtudiorum Præfectus, nec non S. Congregationis Indicis Conſultor, & S. Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis qualificator; demum ab Eccleſiis unitis Ravell. & Scalenſi die 26. Februarii 1714. ab Clemente XI. ad hanc transfertur. Qui, & quantus fuerit, ac etiamnum ſit Præſul iſte ex ſequentibus elogiis diſce. In Cathedrali.

Illuſt. & Rever. D.
D. Fr. Joſepho Mariæ Perrimezzi ex ord. Minimorum
S. Congregationis Indicis in Urbe Conſultori,
S. Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis qualificatori,
Jampridem Ravellen. & Scalen.
Modo Oppiden. Epiſcopo,

Quod

Quod Eccleſiam

Aris adjunctis, laqueario refecto, pigmentoque oleario exornaverit, ſacrarium ſacra ſupellectili adauctu, argenteis additis hierothecis Phrygiano ad pontificalia umbella erecta prædivitis, nitentique decore inſigniverit, Epiſcopium ædibus, procætiis, ſolariis, hypetris, cœnaculis, ſacellis ex anguſto fecerit auguſtiſſimum, menſam auctis redditibus, prædiis vindicatis, terris encultis, arboribus diſſeminatis, juribus aſſertis locapletiorem ampliato cenſu reddiderit, diœceſim Eccleſiarum nitore, Clericorum diſciplinu, populi boneſtate, dynaſtarum obedientia, Procerum modeſtiu reformaverit, capitulum Theologali præbenda inſtituta, chori pſalmodia excitata, ſtudiorum frequentia, Academiarum aſſiduitate in celebriorem nominis, vitæque famam elevaverit, Seminarium beneficiis adſcriptis, ſcientiis promotis, legibus datis reſtituerit, firmaverit, decoraverit, Omnes denique Eccleſiaſticu immunitate acriter defenſa, Epiſcopali dignitate acerrimè ſuſtentata, Eccleſiarum reverentiu, feſtorumque obſervantia impigrè cuſtoditis, fortiter, ſuaviterque in officio retinuerit, Dignitates, & Canonici Cath. Eccl. Oppiden. in grati animi teſtimonium M. PP.

In Seminario Civitatia.

Illuſtriſs., & Reverend. Eccl. P. D. D. F. Joſepho Mariæ Perrimezzi, quem Paulu civitas ex primi ordinis Patritiorum genere genuit, Minimorum ordo in primaria Provincia Provincialem Apoſtolicum, ac ſtudiorum Præfectum recepit, alma ejuſdem Ordinis Collegia Romanum, Venetum, Conſentinum ſacræ Theologię Lectorem jubilatum quindecim annorum curriculo retinuerunt, inclytæ Italiæ urbes Roma, Neapolis, Mantua, Verona, Conſentia, Aquila, Theate, Salernum, Oppidum Veruì Dei diſertiſſimum præconem quadrageſimali tempore admiratæ ſunt, Romana aulu Emin. Cardinalis Imperialis Theologum, S. Congregationis Indicis Conſultorem, S. Rom., & univerſalis Inquiſitionis qualificatorem ſuſpexit, præclariſſimæ Academiæ Conciliorum Collegii de propaganda fide, & Ss. Coſmæ, & Damiani de urbe, dogmaticæ in Romana Sapientia hiſtoriæ Eccleſiaſticæ in Aracœli archicœnobio, Arcadum Romæ, Phyſiocriticorum Senis, Conſtantium Conſentiæ, incurioſorum Roſſani, incultorum Montis Alti, infœcundorum Oppidi hinc principem, inde ſocium meruerunt, litteraria Reſpublica vigintiquinque voluminum parentem fęcundiſſimum veneratur, Rebellenſium, & Scalenſium urbes, ac diœceſes Antiſtitem in pervicaces acerrimum, erga pęnitentes pium Eccleſiaſticæ immunitatis vindicem, ſacerdotalis dignitatis propugnatorem in omnibus opere, & ſermone integerrimum ſeptennio retinuiſſe lætantur, Oppidum urbs electa, & diœceſis amplior modò in epiſcopali ſpecula vigilantiſſimum, filiorum Eccleſiæ amantiſſimum, Eccleſiæ hoſtium contemptorem, erga Eccleſias munificum, ergu pauperes pientiſſimum etiamnum habere gloriatur, ut ſodalium labores qua auxilio, qua eloquio, qua amore fovent, ſe, ſuaque omnia in perenne gratitudinis argumentum tamquam reſtauratori, ac tutelari ſuo ſiſtit, affert, conſecrat Seminarium Oppid. annu MDCCXVI.

Eccleſiam Paulani cœnobii, quæ totius ordinis Minimorum mater eſt, & quam ipſemet ſuis ſumptibus plaſtico ornamento expolitam voluit, die
A 31. Decembr. an. 1718. conſecravit, aliam Spetiani magni Conventus, etiam in citerioris Calabriæ provincia ejuſdem ordinis Minimorum præcedenti anno conſecraverat, & utrobique nobilis legitur memoria. Cathedralem quoque poſtquam refecit, innovavit, plaſtico opere ornavit, die 16. Octobr. anno 1719. conſecravit, ubi legitur.

D. O. M.
F. J. M. Perrimezzi ord. Minim. Epiſcopus Oppid. in honorem B. M. V. ab Angelo ſalutatæ conſecravit XVII. Kal. Novemb.
An. MDCCXIX.

Ad Eccleſiaſticorum ingenia excolenda, Academiam in Epiſcopio inſtituit, quam Marianam ſub infœcundorum titulo appellavit, in qua ipſemet habuit Academicas deciſiones, quæ duobus parvis voluminibus Neapoli in lucem prodiere. Epiſcopium expolivit, ampliavit, ornavit, ut non ſolum ſuæ diœceſis, ſed etiam aliarum diœceſum homines ad illud conſpiciendum adveniant, ubi hæc Epigra-
B phe.

F. J. M. Perrimezzi de Paula Ord. Minim.
Epiſcopus Oppidenſis
Epiſcopium
refecit, ampliavit, exornavit
An. MDCCXVIII. Præſul. V. Ordin. XII.

In æde principe reſtauranda, plaſtico opere exornanda, picturis eximiis, nobili ſupellectili, argenteiſque donariis excolenda totus etiam fuit, in qua hæc extat inſcriptio.

D. O. M.
In honorem B. M. V. ab Angelo ſalutatæ
Civ. & Diœc. patronæ
Fr. J. M. Perrimezzi de Paula Ord. Minim.
S. Franciſci de Paula
Epiſcopus Oppiden.
Anno MDCCXIX. Præſul. VI. ordin. XIII.

Congregationes, quas longo temporis intervallo nemo frequentaverat, & Oppidi, & Terrænovæ excitavit felici adeo eventu, ut ſancta æmulatione
C unaquæque a ſuis ſodalibus ſanctiſſime frequentetur. Sub ſuis auſpiciis Eccleſiæ omnes, & in civitate, & Diœceſi renovatæ ſunt, ſic ab Eccleſiarum ſplendore Exteri illas illicò Oppidenſis diœceſis eſſe dignoſcunt. Earundem proventus auxit, feſta promovit, ornamenta etiam argentea facienda curavit. Diſciplinam fortiter, ſuaviterque, & in clero, & in populo ſuſtinuit, & ſuſtinet, ex quo fit, ut nemo in ſua diœceſi Eccleſiaſticus talari veſte non utatur, nemo adſcititiam comam deferat, nemo alearum ludis immiſceatur, populum etiam, & in Eccleſia devotum, & in feſtis obſervantem, & erga Eccleſiaſticos reverentem continet. Eccleſiaſticam immunitatem contra Baronum vim adeo defendit, ut ſive Romæ, ſive alibi ſuæ Eccleſiæ jura defenderit, ſemperque palmam & ubique reportaverit. Juſtitiam colit impenſe, ſive in præmiis diſpenſandis, ſive in pœnis infligendis, eademque, ut in ſuo tribunali litigantibus abſque partium ſtudio ſemper adminiſtretur, prin-
D cipe cura invigilat. Quod pauci ægre ferentes, variis modis Epiſcopum exagitare aggreſſi ſunt, at infelici eventu, cum ipſe laudes ſemper reportaverit, ex quo ipſi opprobria parabantur. Hinc vegetior proſequitur corruptos mores extirpare, eorumque fauctores corrigere, ut omnes ad Domini caulam poſſit aliquando feliciter congregare. Neapoli nomen dederat Ser. SS. Trinitatis Peregrinorum, & Convaleſcentium Archiſodalitio, cujus exercitiis omnibus, ac piis operibus, ſemper ac contigit pro ſuæ diœceſeos negociis illuc accedere, vacat eo principe ſtudio, ut pro iis ſolummodo ſe Neapolim contuliſſe quiſque minime dubitet. Servent diu ſuperi incolumem majora quotidie pro Eccleſiæ ſuæ utilitate, atque ornamento moliri non deſinentem.

AD NERITONENSES

T O M. I.

Col. 1047. lin. 42. *adde*. Sed antequam ad Neritonenſes recenſendos Epiſcopos deveniamus, lubet hic exhibere nonnulla vetera documenta, ad cœnobium Monachorum Neritonenſe ſpectantia, & ex archivo cathedralis Neritonenſis jubente piiſſimo æque ac eruditiſſimo moderno Antiſtite Antonio Sanfelicio deſcripta, ſequentis tenoris.

In nomine ſanctiſſimæ Trinitatis. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſhu Chriſti milliſimo nonageſimo ſecundo, menſe Martio decimæ quintæ Indictionis. En Ego Goffridus omnipotentis Dei favente clementia Inclytus Comes. In remiſſionem meorum Peccaminum, & pro mercede, & ſalute Animæ meæ coram Domno Everbardo Abbate Monaſterii ſanctæ Mariæ de Neritono, Heverardo Priore, & Johanne cognominato de Lupo Procuratore, & Notario Curiæ meæ: bona mea voluntate, & ſynceriſſimo deſiderio per hanc Oblationis chartam offero prædictis Omnipotenti Deo, Beatæ Mariæ ſemper Virgini, & præſenti abbati ejus Cœnobii, Poxteris, & Rectoribus ſucceſſuris Terram unam dictam ſancti Nicolai cum pertinentiis ſuis, juxta viam Buccibam a foris prædicta Civitate, quæ eſt juxta Olivetum, & vadit per limitonem ad Territorium incultum, quod communiter dicitur Imbrici, & Terram de Ogerio, quæ eſt juxta prædictam viam. Item Feudum cum Vaſſallis, & poteſtate pertinentiis, & Juribus ſuis, quod dictus Ogerius habuit, in loco Tavelle. Inſuper Tenimentum Derart, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, quod dicebatur antequam veniret noſtræ Aulæ, Mortizzo. Cujus fines iſtæ ſunt. Ex parte occidentis Vineæ, & oliveta: a Noto via parva, quæ exit a via Publica, & ferit in via, quæ venit de ſancto Nicolao; Ab Oriente Olivæ præphati Monaſterii ſanctæ Mariæ de Neritono. A meridie Curtis Aupullaro, qui dicitur de Gallipolini, & iterum vadit ad vineas, & Oliveta, & via communi ejuſdem ſancti Nicolai, quæ eſt in parte Auſtri, & ferit in Sylva tinta, & vadit in fine Oriæ. Et amodo trado, & conſigno prædictis Venerabilibus Rectoribus præphatis, & ſancti monaſterii terram ipſam cum ſuis pertinentiis. Item Tenimentum & Feudum appellatum Lucuntunum cum omnibus ſuis bonis, quæ infra ſe habet, & continet: cum Introitu, & redditibus, juribus, & vaxollis, pertinentibus, & quomodocunque pertinendis. Et prædicta omnia ad dominandum, tenendum, & poſſidendum: ad arandum, plantandum, & beneficiandum, libere præphatis venerabilibus Rectoribus Monaſterii prædicti, Poxteriſque ſuiſque ſucceſſoribus, ad regimen, & proficuum gubernium Monaſterii, & Cœnobii prædicti ſanctæ Mariæ de Nerito, abſque ulla mora, meorumque Hæredum, & ſucceſſorum contradictione, vel requiſitione. Quia nec mihi, nec alicui Homini ullam portionem, vel fortitudinem reſervavi. Hanc oblationem quam pro meorum redemptione Peccaminum feci, & ſignavi Chartam, ſicut ſupra legitur. Unde pro confirmatione hujus Oblationis per Librum Regulæ ſancti Benedicti præphato Domino Abbati per manus meas admota, & Heverardo reverentiſſimo Priori, adſtante cum eo Anſhelmo ſuo Advocato, prædicta omnia, ſicut ſunt uſſinita, tradidi. Quatenus amodo per cuncta hujus labentis Mundi tempora ſub poteſtate, & Dominatione præphati cœnobii, ejuſque rectorum permaneant; ſicut ſupra declaratum eſt. Inſuper donec vixerint, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, tres, ſcilicet Presbyter Lionata, Baſilius Presbyter, & Sergius ſuus Germanus, erunt ſub veſtra, veſtrorumque poteſtate. Et qualecumque ſervitium mihi uſi fuerint facere, ut faciant vobis amodo, & volo, & mando. Neque quidquam ad meos filios, alioſque Hæredes, & ſucceſſores ex hac oblatione exiſtima- A *mus ad ipſos, & ſuos Hæredes ſpectare. Si quis autem cum detrimento, quod abſit, Animæ ſuæ, oblitione timoris, & Amoris æterni regis hanc noſtram Offertionis, traditionis, & perpetuæ donationis chartam, temerario hauſu revocare, ſeu rumpere temptaverit, obligo eum, & ſuos Hæredes ad ſolvendum vobis, Veſtroque monaſterio, & ſucceſſoribus ſolidos centum, & alios tantos in noſtra Carte regia: Et poſtea charta noſtræ oblationis, traditionis, & donationis ſemper, & in perpetuum in ſua permanent firmitate. In qua ſubtus, ſignum vivificæ Crucis ego præphatus Comes manu mea feci, atque meo plumbeo ſigillo ſigillare præcepi. Quam ſcribere juſſi Carolum noſtrum Notarium, menſe & Indictione prætitulatis.*

† Signum propriæ, manus mei, qui ſupra Goffridus Inclytus Comes. † Signum propriæ manus meæ SiKelgaicæ Comitiſſæ. † Signum propriæ manus Roberti Cuperſanenſis. † Signum militis Petri Alberedi. † Signum Cantelmi de Longavilla. † Si- B *gnum manus Philippi Militis. † Signum Alemanni. † Signum Roberti. † Signum manus Octavii militis. † Signum Goffredi de Parabola. † Signum Gilisberti de Fraino. † Signum Rogerii Vice Comitis. † locus Plumbei ſigilli pendentis.*

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, anno a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo nonageſimo quarto menſe Januarii ſecundæ Indictionis. En Ego Goffridus Dei gratia inclytus Comes dominator Civitatis Neritoni, una cum Sichelgaita Comitiſſa uxore mea, & cum filiis noſtris Domnis Roberto, & Alexandro, qualiter nos inſpirante Divina Miſericordia pro ſalute, & ſalvatione animæ noſtræ, & Parentum noſtrorum, atque per doctos homines cognovimus, ut omnis homo, qui ad gloriam Paradiſi pervenire deſiderat, de propriis rebus ſuis omnipotenti Deo Creatori ſuo, & in Venerabilibus locis manus offerre debet: hac itaque ratione motus ego præfatus Goffridus Comes cum arduo amore, C *& Synceriſſimo deſiderio bona mea voluntate pro ſubſtentatione venerabilis Monaſterii Neritoni ex meis Tenimentum trado, atque per hoc ſcriptum offero illud Deo, & præfato Monaſterio ſanctæ Mariæ de Neritono, hoc eſt unum Tenimentum, quod dicitur Petri de Vito ſitum in comitatu noſtro Neritoni in Territorio Deraet, & habet hos fines ab Oriente ſpeculæ, & limites, ab Occidente fines Oriæ, & fertur in Palude, quæ dicitur Albeertæ, & vadit per limites, & confertur iterum in voris, quæ ſunt ſub curtibus, quæ dicuntur Tiſii, cum omnibus ſuis pertinentiis, mobilibus, & ſtabilibus, & in perpetuum maneat ſub poteſtate de prædicto Monaſterio ſanctæ Mariæ, & de ejus Rectore. Unde nec mihi, qui ſupra comes, neque alicui de heredibus meis, neque ad ullum quempiam hominem de iſta offertione noſtra, dico reſervare partes in futurum requirendum oratione, vel ratione cum ſuperioribus, ſubterioribuſque ſuis, ſive familiæ ſive heredibus ſuis cum omni utilitate Monaſterii ſupradicti Sanctæ Ma-* D *riæ, omnia intra ſe habentis, & adaugentis, & ſive ad Cives Neritonenſes, quam ad affidatos homines enteros cum nulla reclamatione perpetuo nec de me, nec de meis hominibus. Accipiente iſtam noſtram offertionem vice ipſius Monaſterii Domno Everardo Abbate prælibati Monaſterii adſtante cum eo Epifanio Fiſcaſio cum Curiæ advocatori, & Procuratore ejuſdem. Qui de his omnibus ſe aſſerunt defenſores eſſere. Statuo ego, & omnis heres de omni perſona hominum ſi quis auſu temerario contraiverit hæc noſtrum offertionem terrarum per aliquod ingenium, vel inventum ratione, ſive rumpere tentaverit, obligo eum componere ibi, inque Monaſterii Rectores ſolidos quinquaginta, & alios tantam noſtra Regia Curiæ: atque in antea ille hoſtis antiquus ſtrat inimicus. Et ad confirmandam, & roborandam iſtam noſtram offertionem, & ſubſcriptionem Chartæ ſubtus Signum vivificæ Crucis ego præfatus Comes manu mea feci, atque no-*

ſtro

Digitized by Google

ſtro plumbeo ſigillo ſigillare precepi, & ſcribere juſſi Petri manu noſtri Notarii menſe, & indictione prætitulatis.

† Signum propriæ manus mei qui ſupra Goffridus Inclytus Comes.

† Ego Bernardus Alemago Baro Terre Hydronti interfui, & ſubſcripſi.

Ego Judea Petrus dicti Domini Comitis familiaris, & judex interfui, & ſubſcripſi.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Anno ab Incarn. Domini noſtri J Keſu Chriſti milleſimo nonageſimo nono menſe Januario ſeptima Indictione. En Ego Goffridus Dei gratia Inclytus Comes Dominator Civitatis Neritoni una cum Sechelgayca Comitiſſa uxore mea, & cum filiis noſtris Roberto, & Alexandro, qualiter inſpirante nobis Divina Miſericordia, & ſalbatione animæ noſtræ, atque per doctos homines cognobi, ut omnis homo, qui ad gaudia Paradiſi pervraire deſiderat de propriis ſuis rebus omnipotenti Deo creatori ſuo, & in Venerabilibus lotis munus offerre debet. Hac itaque ratione ego præfatus Goffridus Comes cum arduo amore, & benigno deſiderio bona mea voluntate offero primis Deo, & Monaſtrrio S. Mariæ de Nerito. Hoc eſt enim unum oratorium noſtrum, quod eſt Eccleſia Sanctæ Anoſtaſiæ de Matino cum Putheo, Domibas, Olivis, & omnibus terris ſuis, quæ eſt comitatus noſtri Neritonenſis. Ut in perpetuum maneat ſub poteſtate de prædicto Monaſterio Sanctæ Mariæ, & de ejus Rectores. Unde nec mihi, quamvis Comes, neque de hæredibus, nec ad nullum quempiam hominem de iſta offertione nullam ibi dico eeſervare partes requirendum cum ſubterioribus, ſuperioribuſque ſuis: accipiente iſta noſtra offertione Vice ipſius Monaſterii Domino Everardo Priori prephati Monaſterii adſtaate cum eo Kypriano Fiſcoſit Curiæ, abbocatori &c. Unde hæc omnia, quæ preleguntur defenſores eſſere, ego, & omnes heredes de omni perſona hominum. Si quis autem Comes proprio auſu hec noſtram offertionem per aliquod ingenium, vel intenta ratione evacuare contraiverit, obligo eum componere tibi, tuiſque ſucceſſoribus ſolidos quinquaginta, & totidem noſtræ Curiæ, ac ſic in antea ille hoſtis videot inimicus. Ee ad confirmandam iſtam noſtram offertionem, donationem, & conceſſionis Kartam ſubtus ſignum vivifice crucis ego præfatus Comes mea manu feci, atque plumbeo noſtro publico ſigillo ſigillare precepi. Quam & ſcribere juſſi Carolum noſtrum proto Notarii manu menſe & indictione pretitulatis.

† Signum propriæ manus qui ſupra Goffridus Inclytus Comes.

† Conſilius & Maka, & Judex Civitatis Monopolitano

† Co del Pe trus

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jrsbu Chriſti milleſimo nonageſimo nono menſe Januario ſeptima Indictione. En Ego Goffridus Dei gratia Inclytus Comes Dominator Civitatis Neritoni una cum Sichelgayca Comitiſſa Uxore mea, & cum filiis noſtris Domino Roberto, & Alexandro qualiter inſpirante nos Divina Miſericordia, & Salbatione anime noſtre, & Parentum noſtrorum, atque per doctos homines cognobi, ut omnis homo, qui ad gaudia Paradiſi pervenire deſiderat, de propriis rebus ſuis Omnipotenti Creatori ſuo, & in venerabilibus lotis munus offerre debet. Per hanc itaque racionem ego prephatus Comes cum ardao amore, & benigno deſiderio bona noſtra voluntate per proprias manus noſtras, concedo, trado, atqoe per hoc ſeriptum offero primis Dro Omnipotenti, & Monaſterio ſancte Mariæ de Neritono: hoc eſt enim una Eccleſia, que eſt à foris Caſtellum junta lotum Darnei, quæ hotatur ſancti Theodori cum omnibus ſuis pertinentiis, ſtabilibus, & mobilibus. Quam offerui in ſuam dicto Monaſterio, iſtius namqoe ſint in Domino, ut in perpetuum maneat ſub poteſtate prrdicti Monaſterii ſanctæ Mariæ, & de ejus Rectores. Uade non mihi qoamvis Comiti, neque ad heredibus meis, nec ad nullum quempiam hominem de iſta offertione, nullas ibi dico reſervare partes requirendi, ſed tranſanctibe funditus hec omnia in predicto Monaſterio offerui, avendi, dominandi, & poſſidendi deſuperioribus, ſubterioribuſque ſuis cum tranſitis, & exitis ſuis, cum omni utilitate Monaſterii, vel uſque ad me poblicè, vel cum omnibus infra ſo havitantibus. Inſuper licentiam habeatis ad affidandos homines extraneos, unde reclamationes non ſiant propterea vel de me, nec de meis hominibus: accipiente iſta noſtra offrrtione vice ipſius Monaſterii Domino Gherardo ſuperiori prefato monaſterio: adſtante cum eo Stephano de Staſi Curie Abocatori &c. Unde hec omnia que prelegi contra defenſores eſſere ſtatuo ego, & meos heredes dr omni perſona hominum. Si quis autem temerario auſu quod abſit hec noſtra offercione charto per aliquod ingenium, vel inventum racione evacuare, ſive eumpere tentaverit, obligo eum componere tibi, tuiſque ſucceſſoribus ſolidos quinquaginta, & altos tantos noſtre Regie Curie, atque in antea ille hoſtis ſileat inimicus. Et ad confirmandam, & roborandam iſtam noſtram offercionem, & ſcriptionis chartam ſubtus ſignum vivifice Crucis ego prefatus Comes mea manu feci, eamque noſtro plumbeo ſigillo ſigillari precepi juſſu Carolum noſtrum Protonarium menſe, & indictione pætitulatis.

† Signum proprie manus mee qui ſupra Goffridus Inclytus Comes.

† Baſilius Judex Civitatis Monopolis.

† Godelpe teſtis ſum.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatie. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jesbu Chriſti milleſimo centeſimo quarto menſe Februario Indictione duodecima. En Ego Goffridus Dei gratia Inclytus Comeo Dominator Civitatès Neritoni una cum Sechelgayca Comitiſſo Unore mea, & cum filiis noſtris Domino Roberto, & Alexandro, quia inſpirante nos Divina Miſericordia ad ſalutem anime noſtre, & parentum noſtrorum, per doctos homines cognobimus, ut omnis homo, qui ad goudia Paradiſi pervenire deſiderat, dr propriis rebus ſuis Omnipotenti Deo Creatori ſuo, & in Venerabilibus lotis munus offerre debes. Hac motus ratione ego prephatus Goffridus Comes cum arduo amore, & ſyncero deſiderio bona mea voluntate trado, atque per hoc ſeriptum offero primus Deo Omnipotenti, & Monaſterio ſanctæ Mariæ de Neritono, hot eſt Eccleſiam Sanctiſſime Trinitatis ſitam in Tenimento Neritoni cum omnibus pertinentiis, & bonis ſuis. Item Ecclrſiam ſancti Viti cum omnibus domibus, curtibus, Territoriis, & pertinentiis ſuio. Item Eccleſiam S. Nicolai de Verneo cum omnibus ſuis pertinentiis, qoæ ſunt tam intra Civitatem noſtram Neritoni prephasam, quam entra conſiſtrntibus do variis bonis. Item trado, & conſigno predicto Monaſterio Eccleſiam ſanctæ Mariæ apud, & prope Mejanum appellatam de Stiglianocum omnibus bonis, & rebus ad ipſam pertinentibus. Inſuper omnes ejus homines intus Civitate predicta Neritonis cum manſionibus, cum Taguetis, cum terris cultis, & incultis, & cum omnibus, quæ ad eos pertinent. Deindè offerimus Deo jam, dictæque Beate Mariæ omnem noſtram decimam, noſtrorumque militum, qui in eadem Civitate manſerint, conſenſu, & eorum voluntate, atque noſtra, noſtrorumque heredum, ſine alicujus perſone contrarietate. Etiam omni advenienti tempore ſi aliquid inde cauſare, vel contendere voluerie defrnſores erimus. Unde pro firmitatis cauſa hoc ſeriptum oblationis noſtris propriis manibus ſubtus ſignum ſanctæ, & vivifice Crucis ſignavimus, ac proprio noſtro plumbeo ſigillo ſigillari fecimus. Si quis autem Dei timoris aliquando immemor temerarie contra hoc ire temptaverie, vel infringere preſumpſerie maledictione perprtua Dei Omnipotentis proſternatur, & cum impiis apud Inferos dapnetue. Cunctis autem eamdem juſte ſer-

vantibus petimus gratiam Domini noſtri Jeſbu Chriſti, quatenus & hic & in futurum præmia æterne pacis percipiant; & hæc carta noſtræ oblacionis ſemper firma permaneat. Quam juſſimus ſcribere Buccardum Sacerdotem, qui interfuit menſe, & indictione pretitulata.

† Signum propriæ manus mee qui ſupea Goffridus Inclytus Comes
† Robertus tafaas feci hoc ſignum
† Alexander hoc firmat
† Ugo Vice Comes teſtis ſum
† Johannes Presbyter teſtis ſum
† Umfredus peædicti Domini Comitis Seneſchallus.

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Anno ſalutiferæ Incarnationis milleſimo centeſimo quintodecimo, menſe Martio, Indictione octava; ego Conſtantia Filippi Regis Francorum filia, & quomdam Domni Boemundi Antiocheni Principis Uxor pro anima ejuſdem viri mei bonæ memoriæ Boamundi, omniumque noſtrorum Parentum, nec non pro incolumitate mea, filiique mei Boamundi concedo, & in perpetuum dono, & auctorizzo Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Neritonenſi, & tibi Domine Abba Triſtaine Johannem Sclavi Piſcatorem de Callipolitana Civitate cum omnibus filiis ſuis, & cum omnibus mobilibus, & ſtabilibus ſibi rectè pertinentibus, quem idem vir inſignis Boomundus olim eidem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Neritonenſi præſentia Ugonis Gualterii Villæ, & aliorum ſuorum Baronum, & militum pro ſalute animæ ſuæ, ſuorumque porentum obtulit, & per fuſtem tradidit. Et ego rurſus eundem peædictum hominem una cum filio meo dono, & per fuſtem trado cum omnibus ſuis ſicus preſcriptum eſt. Pro qua im placitatione fuiſti Domne Abba Triſtaine in curia mea cum Roggerio Abbate ſancti Andreæ Brundufinę Inſulæ, & eum ſecundum Juſtitiam adopeamus Eccleſiæ, ut petiviſti preſentia Archiepiſcopi Tarenti Domni Raginaldi, & Willelmi Brunduſini Archiepiſcopi, nec non & Andegavenſis Domni Raginaldi, & Callipolitani Domni Baldrici Epiſcopeum, & ſic eum tibi concedimus cum omnibus ſuis, quatenus ea, & tui ſucceſſores illum in perpetuum ad ad opus Eccleſiæ habeotis, abſque omni impedimento, & contrarietate, vel requiſitione mea, meorumque hæredum, & ordinote ſucceſſorum omnium, ſeu cujuslibet perſonæ. Si quis vero temerario auſu hanc noſtram conceſſionem violare preſumpſerit, vel temptaverit, in primis hodium meum incurrat, & poſtmodum componat in Camera mea, meorumque heredum michi ſoli doe ceatum. Hoc ſeripto meæ conceſſionis omni tempore firmo, & ſtabili permanente, & pro ſecuritate, & defenſione juſſi ſibi Domne Abba Triſtaine, hoc ſigillum ſcribi per manum Petracce noſtri notarii, & noſtro ſigillo plumbeo ſigillari menſe, & indictione prædicta.

† Ego Rainaldus Dei gratia Tarenti Archiepiſcopus ſubſcripſi.
† Ego Baldricus Callipolis Epiſcopus ſubſc.
† Signum manus Domnę Conſtantiæ Uxoris quondam Domni Boamundi Antiocheni Principis.
† Signum manus Domni Boamundi filii Domni Boamundi quondam Antiocheni Principis.
† Signum manus Domni Soffredi
† Tanceredus teſte
† Signum manus Bernardi Militis
† Signum manus Petri Gidelmi
† . . . . . .
† . . . . . .
† Signum manus Willelmi de Bonevilla
† Signum manus Alexandri Camerarii
† Signum manus Johannis de ſancto Benedicto
† Signum manus Giroldi militis Callipolitani.

PRÆCEPTUM factum a me Alexandro Dei gratia Comite Cuperſani, & datum tibi Domno Bene-

A dicto Venerabili Abbati Cænobii ſanctæ Mariæ Virginis Neritonenſis, & tuo Conventui dicti Cænobii pro me, meorumque Parentum & fratrum ſalute trado, confirmo, concedo tibi, & prædicto tuo Conventui Eccleſiam ſancti Nicolai apud Cillanum cum Juribus, & pertinentiis ſuis, nec non & Tenimentum, ſeu feudum, quod Cantelmus Rogerii Longavillæ filius prædicto Cænobio contulit, ſicut cartula veſtra continet. Tali vero ſub titulo, ut amodo in antea omni futuro tempore, Tu, aliique ſucceſſores, atque conventus prædictus libere, & quietè pro veſtrorum uſibus habeatis, ſine contrarietate mea, meorumque hæredum, & ſucceſſorum. Et pro confirmationis hujoſmodi fide, & donationis, & ceſſionis Jurium, & conceſſionis cartam ipſam ſcribere juſſi Marsiano meo Curiali Notario; in quibus ſubtus cum ſigillo meo feci propria eam manu munire, & roborare. Datum in Palatio Comitiali Cuperſanenſi menſe Majo anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſbu Chri-
B ſti milleſimo centeſimo nono decimo Indictione duodecima.

† Signum Crucis Dopni Alexandri Cuperſani Comitis.
† Signum Crucis præmanus Dopni Tancredi filii Cuperſani Comitis.

In nomine Dei Æterni, & Salvatoris Domini noſtri Jeſbu Chriſti. Amen.

Willelmus Divina favente Clementia Rex Siciliæ Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ una cum Domina Margarita Regina matre ſua. Juſtum arbitramur, & congruum loca Divino cultui mancipata particularibus confovere beneficentiæ argumentis, & dicatae Deo Eccleſias amplioribus largitatis effectibus ubique complecti. Quia quodcumque ſacris Templis, & perſonis Deo ſervientibus impenditur, ad noſtri culminis felicitatem putamus accedere. Inde eſt quod cum tu Venerabilis Abbas Friderice hu-
C militer noſtræ ſerenitudini ſupplicaſti, ut ſanctæ Neritonenſi Eccleſiæ cui Dei gratia præeſſe dignoſceris aliquod Beneficium dignaremus concedere, cujus effectu Perſonæ ejuſdem mancipatæ ſervitio particularibus Privilegiis deinceps perfruantur, eorumque intuitu, & contemplatione attentius, & fidelius Deo famulentur. Nos tuis precibus inclinati pro remedio animarum glorioſiſſimorum anteceſſorum noſtrorum Rogerii Ducis, & Regis avi noſtri, Willelmi bonæ memoriæ Patris noſtri, & noſtrorum propitiatione peccaminum: Tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & Neritonenſi Eccleſiæ in perpetuum facultatem, & omnimodam poteſtatem concedimus affidandi ad ſervitium ipſius Eccleſiæ viginti familias, quæ ad nulla omnimode vectigalia teneantur, quæ nunc de more in noſtro Apuliæ Ducatu, & Civitate Neritonii nobis, & Curiæ Celſitudinis noſtræ perſolvuntur, aut quomodolibet debentur ratione Plateæ, & rerum vendibilium. Præcipimus itaque, ut nullus in antea, te, vel ſucceſſores tuos, vel tuam Eccleſiam au-
D deat quomodolibet in præmiſſis moleſtare, ſub pæna mille Byzantiorum irremiſſibiliter a Curia noſtra exigenda. In cujus conceſſionis noſtrę indubiam memoriam, & firmitatem perpetuam preſens Privilegium per manus Stefani Notarii noſtri ſcribi juſſimus plumbea Bulla typario impreſſa communitum, & roboratum. Datum in Urbe Felici Panormi per manus Stephani Regii Cancellarii Anno Dominicæ Incarnationis MCLXVI. menſe Novembri Indictione XV. Regni vero Domini Willelmi glorioſiſſimi Regis Siciliæ Ducatus Apulię, & Principatus Capuæ anno primo feliciter Amen.

Locus † ſigilli pendentis.

In nomine Domini, & Marię. Anno Incarnationis Domini noſtri Jeſbu Chriſti milleſimo centeſimo ſeptuageſimo menſe Auguſti Indictione tertia. Regni vero Domini noſtri Willelmi Dei gratia Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Ca-

puæ

puæ quartofeliciter Amen. Ego Willelmus Guarreſius ſucceſſor, & hæres fendi, quod fuit olim Pauli de Cantano ducens controverſiam contra te Raganum Venerabilem Abb. ſanctæ Mariæ Neritonis de Eccleſia ſanctæ Paraſceve cum Tenimento, & vineis, quas Dominus Paulus meus ſororius plantaverat in Terra Rogerii filii Manſi, & eidem veſtræ Eccleſiæ S. Mariæ Neritonis in teſtamento ſuo pro remedio animarum Parentum ſuorum, & ſuæ conceſſerat, noviſſime rogatu Dopni Zaaonis de Cantana, & Genitoris prædicti Pauli, & plurimorum bonorum hominum, donationem prefati Pauli Cognati mei, eorumque petitionem juſtam, & rationabilem eſſe conſiderans pro ſalute mea, meorumque, eorum precibus benigne aſſenſum prebui. Et quoniam decet quemque fidelem Chriſtianum Eccleſias augumentare, & modis omnibus manutenere, Divino Spiritu excitatus venimus ad Eccleſiam præfate Genitricis Marie, & coram ſubſcriptis teſtibus veſtræ Eccleſiæ S. Mariæ Neritonis, & Dopno Pagano Venerabili Abbati ejuſdem Eccleſiæ, ejuſque ſucceſſoribus ſecundum continentiam Teſtamenti, quod de prefata Eccleſia ſancte Paraſceve, & Tenimento, & vineis Dopni Pauli, & omnibus ſuis pertinentiis fecerat, nos eamdem donationem in perpetuum concedimus, & penitus confirmamus. Salvis per omnia Juſtitiis Rogerii filii Manſi in feudo ſupradicto. Nos autem, noſtrique heredes, & ſucceſſores etiam defenſores tibi, tuiſque ſucceſſoribus de jam dicta donatione eſſe volumus. Si vero nos, noſtrique heredes, & ſucceſſores, vos, veſtriſque ſucceſſores, & heredes in aliquo ſupradicto contravenerimus pœnæ decem unciarum auri ſubjaceamus. Et hoc ſcriptum firmum, & illibatum perpetuo maneat. Quod nos pro cautela Notarium Guidum de Trano fieri fecimus noſtro rogatu, noſtra manu ſignatum, & idoneorum hominum teſtimonio roboratum: Menſe, & Indictione prætitulatis.

† *Ego Wiclilelmus de Guarreſio, ac firmo*
† *Ego Gualterius de Roccaforte teſtis ſum*
† *Ego, Nicolaus de Manzano teſtis ſum.*
† *Ego Rogerius Filius Manſi*
† *Ego Robertus de Cantano teſtis ſum*
† *Ego Guido teſtatur, quo Rogerio generatur*
† σιγνυ Χειρὸς. Δομίναι μαρτυς υπογραφω.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimacenteſimo ſeptuageſimo quarto menſe Junii Indictione ſeptima Regni vero Domini Willelmi Dei gratia Sereniſſimi Regis anno nono. Ego Manſus filius q. Rogerii filii Manſi Neritoni commorans, declaro preſenti publico ſcripto, quod ſponte, & bona mea voluntate pro ſalute, honore, & exaltatione regalis Coronæ, & pro animabus bonæ memoriæ Domini Regis Rogerii, & Dominæ Reginæ Helbisiae Uxoris ejus, ſalute mea, meorumque, dono, & concedo tibi Dopne Pagani Venerabilis Abbas Monaſterii ſanctæ Mariæ Neritonis, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum decimam omnem, & quicquid Juris, rationis, & poteſtatis habeo in ſancta Paraſceve, & in Terra clauſorata, quæ eſt junta bona, & Terra olim Dopni Hamonis in noſtro tenimento ſitas in loco, quod dicitur Cardinalis. Quæ omnia Dominus Paulus de Cantano bonæ memoriæ veſtro Monaſterio ſuo Teſtamento conceſſit. Item ego concedo, & dono vobis in perpetuum decimam omnem, Jus, & poteſtatem, quæ habeo in vineis, quæ ſunt Georgii de ſancto Laurentio Civitatis Neritonis, & vineas ſitas in eodem loco Cardinalis inter eandem clauſuram Vinearum veſtrarum, & vineas Michaelis Muzzonis in plenam, & perpetuam libertatem omnem, omnem decimam, omne Jus, rationem omnem, omnemque Poteſtatem; quæcunque in eis habeo dono, & concedo tibi memorate Abbas, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum; nihil omnino mihi, heredibus, vel ſucceſſoribus meis inde reſervans aliquanda, ſed libero, quieto, & franco more ea omnia culta, & inculta, tu, & ſucceſſores tui poſſideatis, & utamini quando, & qualiter volueritis, abſque omni ſervitio, contradictione, & contrarietate mei, meorumque heredum, &

A *ſucceſſorum. Pro conoſcentia vero feudi nobis, & ſucceſſoribus noſtris annualiter in feſto Aſſumptionis B. Mariæ ſervitium gallinarum duarum tu, & ſucceſſores tui perſolvatis. In ſignum autem hujus doni, & conceſſionis recepi à te prædicte Abbas Dopne Pagane eas bonas; Sic te, & ſucceſſores tuos ab iſto ſtabilito die daturos, tu, & Venerabilis tuus Monachorum Conventus ſub pœna ſex unciarum auri prædicentes; ego vero, & heredes mei, atque ſucceſſores tibi, tuiſque ſucceſſoribus ſupradictæ conceſſionis, & donationis defenſores erimus ſemper contra omnes homines vos exinde in aliquo moleſtantes. Quod ſi noluerimus prædictis vos moleſtantibus juxta promiſſa in toto obviare; aut ab eis recedere temptaverimus; & ſupradicta omnia modis omnibus non obſervaverimus; ego, meique heredes, & ſucceſſores, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus memoratum pretium ſex unciarum auri in duplum nos ſoluturos promittimus: & nihilominus donatione, & conceſſione iſta illibata, firma, & ſtabili in perpetuum* B *permanente: Quam noſtro præceptu ſcriptis Venerabilis Joannes Capellanus noſter mea manu ſignatum, & teſtibus idoneis roboratum menſe, & Indictione prætitulatis.*

† *Ego Manſus filius Rogerii, qui ut ſupra*
† Σιγνον Χειρὸς. Γυλίελμος μαρτ. ὑπογραφω.
† *Ego Rogerius filius ejus teſtis ſum*
† *Ego Andreas de Alberico Borinius ejus teſtor*
† *Ego Jonathas filius Peeti Guidelmi teſtis ſum*
† *Ego Rogerius Badonus teſtis ſum*
† *Ego Jacobus teſtis ſum.*
† *Ego Nicolaus Anglitus mercator teſtis ſum.*

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Henricus VI. Divina favente clementia Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ. Imperiali noſtræ Celſitudinis muneri ſatisfacere credimus, ſi de noſtris Juribus, & bonis, in Eccleſiarum utilitatem, & commodum Religioſarum perſonarum liberaliter diſponimus. Hinc ut Imperii, & Regni noſtri felicitas piæ largitatis exercitio augeatur, & divinus cultus C *cum ipſa majus capiat incrementum, tibi Innocenti, Venerabilis Abbas ſanctæ Mariæ de Neritono, tuiſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum concedimus totam Judæam Civitatis Neritoni cum omnibus, & ſingulis Judæis, eorum familiis, bonis, Juribus, & reſponſionibus, ità ut amodo, & in perpetuum ſint, & habeantur de Jure, & Dominio veſtro, & Eccleſiæ Neritoni: & omnia ſervitia, cenſus, contributiones, reſponſiones, Ligia, Gabella, & omne aliud Juris, ſive ſervitii, quod nobis, vel Prædeceſſoribus noſtris, & Hæredibus reſpondere debent, vel conſueverunt, ex nunc in antea, & in perpetuum tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & veſtræ Eccleſiæ integre, & inviolabiliter ſolvant. Confirmamus etiam tibi, & Eccleſiæ ſupradictæ omnia, & ſingula privilegia, oblationes, conceſſiones, ſivè donationes bonorum, & Jurium quorumcumque, quas uſque ad præſentem diem Chriſtiani Principes & fideles fecerunt vobis, & eidem Eccleſiæ, & præſertim donationes, & conceſſionee* D *Roberti Apuliæ, & Calabriæ Ducis, Goffridi, & Alexandri Comitum Boamundi Principis Antiocheni, Rogerii, & Willelmi glorioſum Regum Siciliæ. Imperiali ſimul, & Regio præcipientes Imperio, quod ex nunc in antea nullus homo cujuſcunque ſit gradus, & conditionis audeat vobis in præmiſſis, vel ipſorum aliquem contrariare. Si quis verò, quod abſit, hujus noſtræ perpetuæ Conceſſionis, Donationis, & Confirmationis auſu violator extiterit, eum obligamus ad ſolvendum centum ſcifatos auri optimi; pro una medietate Curiæ noſtræ Imperialis, & pro altera medietate memoratæ Eccleſiæ Neritoni applicandos. In quorum verum certum teſtimonium præſens noſtrum Privilegium per infra ſcriptum noſtrum Prothonotarium ſcribi juſſimus, & majeſtatis noſtræ ſigillo muniri. Præmiſſor. verò teſtes ſunt.*

Willelmus Archiepiſcopus Ravennenſis
Matthæus Archiepiſcopus Capuanus
Samarus Archiepiſcopus Tranenſis

Willelmus Archiepiſcopus Tdrontinus
Acto Epiſcopus Aprutinus
Gualterius Epiſcopus Trojanus, & Regni Siciliæ Cancellarius
Bonifacius Marchio Montisferrati
Corradus Dux Spoleti
Jordanus Comes Bovinenſis
Simon Comes de Spanheym
Otho de Palumbaria
Petrus de Celano
Otho de Columna
Nicolaus Hortphels
Johannes de Brumonte: & alii quamplures
Signum Domini Henrici Sexti Romanorum Imperatoris Invictiſſimi & Regis Siciliæ.

Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo quinto, Indict. XIII. regnante Henrico VI. Romanorum Imperatore glorioſiſſimo Regni ejus in Theutonia XXV. Imperii vero IV., & Regni Siciliæ I. Datum Barii per manum Alberti Imperialis aulæ Prothonotarii tertio nonas Aprilis Indictione præmiſſa.

Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ducenteſimo ſeptimo decimo regnante Domino noſtro Friderico invictiſſimo Romanorum Rege ſemper Auguſto anno quarto, & regni Siciliæ Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ anno vigeſimo; Comitatus autem noſtri anno quarto, menſe Auguſti Indictionis quintæ. Quia inter cætera Beneficiorum, & Elemoſinarum genera, illa præcipuè prerogativam obtinent Karitatis, quæ de puro corde, & optime Matri Eccleſiæ devotiſſime conferuntur. Ideo nos Bernardus Gentilis Dei, & Regis gratia Comes Neritinus Capitaneus, & Magiſter Juſtitiæ Apuliæ, & Terræ laboris, conſiderantes devotionem, quam gerimus circa Neritonenſem Matrem Eccleſiam, & Dominum Paulum Venerabilem ipſius Eccleſiæ Abbatem Reverendiſſimum in Chriſto Patrem, & conſanguineum noſtrum pro remedio animæ Comitis Simonis Gentilis Patris noſtri, & Rogerii Gentilis fratris noſtri bonæ memoriæ, aliorumque Parentum noſtrorum, pro remiſſione etiam noſtrorum Peccaminum, offerimus, & concedimus eidem matri Eccleſiæ, & præfato Venerabili Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, quartam totius *mortuariæ mortuor.* Neritonis, & omnium Caſalium in Parochia Neritonenſi *exiſtentium, ut de cætero idem Venerabilis Abbas, ejuſque ſucceſſores, & Rectores ipſius Eccleſiæ prædictam quartam mortuariæ mortuorum abſolute, & ſine aliqua contradictione habeant, & obtineant. Statuentes, ut ſi quis auſu temerario contra hanc noſtram Conceſſionem, & oblationem venire preſumpſerit, centum regalium auri de pœna mulctetur, medietate eidem Eccleſiæ matri, & alia medietate noſtræ Curiæ concedenda. Ut autem hæc noſtra conceſſio, & oblatio perpetuum robur, & memoriam obtineant, preſens Privilegium per manus Judicis Matthei de Monopol. fidelis noſtri ſcribi juſſimus, & ſubſcriptione noſtra, & noſtrorum fidelium roboravimus, anno, menſe & Indictione prætitulatis.*

† *Nos Altberga Dei, & Regis gratia Comitiſſa Neritoni*
† *Ego Berardus Gentilis Dei, & Regis Gratia Comes Nereti Capitaneus, & Magiſter Juſtitiæ Apuliæ, & Terræ laboris ſupradicta confirmamus.*
† *Nos Robertus Gentilis quod ſuperius dictum eſt confirmamus.*
† *Nos Gualterius Gentilis prodicta confirmamus;*
† *Signum propriæ manus Goffridi de lucu*
† *Ego Riccardus Buccarellus interfui.*
† *Signum propriæ manus Pariſi de Planella Comeſtabilis interf.*
† *Signum manus Beraldi de Tutiluno Caſtellanus interfui.*
† *Nicolaus de Abbate Domini Comitis Seneſcalcus*
† *Ego qui ſupra Judex*
† *Signum manus propriæ Nicolai de Arndeo*
† *Ego Gualterius Notarius teſtis ſum.*

Fridericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ. Cum ex pietatis officio cunctis Dei miniſtris intendamus favores noſtræ benignitatis extendere, laudabilius noſcitur viris Religioſis noſtra curam proviſionis impendi. Qui tanto debent a ſæcularibus eſſe curis exempti, quanto magis expedit, ut orationes eorum, quas pro ſalute Chriſtianitatis impendunt, à moleſtiis non debeat, nec infeſtis caſibus perturbari. Ex his enim ſacris operibus actus noſtros feliciter decoramus, ſi Religioſis Divinis obſequiis intendentibus ad nos, tanquam ad unicum, & ſingulare refugium accurrentes, manſuetudinis noſtræ gremium referemus: & juſtis eorum ſupplicationibus aures noſtrum culmen benevolas non avertat. Ea propter preces, & ſupplicationes, quas dilectiſſimus in Chriſto Frater Paulus Abbas Monaſterii ſanctæ Mariæ de Nerito, & Fratres ejuſdem lacrymabiliter porrexerunt ex innata Nobis benignitate adtraximus, & eorum deſiderium favorabili proſequentes aſſenſu, prædictum Monaſterium ſanctæ Mariæ de Nerito cum univerſis Bonis ſibi conceſſis, & donatis per condam Goffridum inclytum Comitem, & alios fideles quoslibet Chriſtianos, tam in præfata Civitate contentis, quam alibi per totum regnum noſtrum Siciliæ, & quæ in futurum, dante Domino, per quoſcumque concedentur, & donabuntur, monaſterio ſupradicto ipſique Abbati, & Eccleſiæ ex nunc in confirmamus, & teneri àmodo ipſius monaſterii propria Jura cupimus. Et itidem tàm aquiſita, quàm aquirenda perpetuò illibata ſerventur. Et pro ſalute quoque animarum Patris, & matris noſtrorum recolendæ memoriæ confirmamus venerabili Abbati prædicto, & ſucceſſoribus cuncta bona Feudi ſancti Nicolai ad Erneum, & pertinentias, & vaſſallos. Item tenimentum dictum Petri de Vito: & Feudum ſanctæ Veneris cum pertinentiis ſuis. Et quæ tenet tàm in Nerito, ut ſupra dicitur, quàm extra, & per totum Regnum noſtrum Siciliæ; & ſpecialiter Caſale Tavelli cum Vaſſallis, & Juriſdictionibus ſuis; & quod ipſius Caſalis homines ſocietatem ſemper habeant cum hominibus Neritoni. Nec non Decimas omnes Civitatis Neriti, ſicut à prædicto quondam Comite ſunt conceſſæ. Grangiam quoque ſanctæ Mariæ de Aſtiliano cum tenimentis ſuis, & ipſius terris cultis, & incultis, & cellam ſancti Nicolai de Cilliano prope Nerito, cum terris, Domibus, & Vaſſallis ſuis. Oblationes fidelium, Donationes Comitum, & Baronum: ſeu quæcumque alia, quæ quolibet juſto titulo ipſum Monaſterium tenet, & poſſidet. Et ſi qua poſtea ipſi Monaſterio conceſſa, donata, & oblata fuerint à quibuſcumque Perſonis, & ea noſtræ authoritatis munimine communimus. De ſpeciali quoque gratia monaſterio ipſi, & Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Nerito communicata Vaſſallos, poſſeſſiones, bona, & loca cum pertinentiis ſuis liberamus, & eximimus ab omnibus ſervitiis, & onere quodcumque ſit illud, quæ noſtræ Curiæ, Comitibus, Baronibus, ſeu quibuſcumque perſonis aliis debeantur. Cum monaſterium ipſum cum omnibus bonis, ac rebus ſuis, aquiſitis, vel etiam aquirendis plena, & perpetua velimus libertate potiri. Volentes, ut nullus auſus ſit, dictum monaſterium, Abbatem ejuſdem, ſeu Fratres, & ſucceſſores eorum ſuper his, vel aliquo præmiſſorum deinceps aliquatenus moleſtare. Quod ſi aliter quiſquam fecerit, indignationem Celſitudinis noſtræ ſe noverit incurſurum. Ad hujus autem confirmationis noſtræ memoriam, & robur perpetuo valiturum, præſens Privilegium per manus Jacobi de Bandra Notarii, & ſcribæ noſtri ſcribi, & ſigillo Majeſtatis noſtræ juſſimus communiri. Datum Melphiæ anno Dominicæ Incarnationis milleſimo, ducenteſimo, vigeſimo ter-

tio, menſe Auguſti, Undecimæ Indictionis, Imperii Domini noſtri Frederici Dei Gratia invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & Glorioſiſſimi Regis Siciliæ anno tertio. Regni verò Siciliæ vigeſimoquinto feliciter Amen † locus magni ſigilli Imperialis pendentis.

In Dei nomine Amen. Anno ſalutiferæ Incarnationis Domini noſtri Jeshu Chriſti milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſrptimo ſedente in Apoſtolica ſede Beati Petri Sanctiſſimo in Chriſto Patre, ac Domino noſtro, Domino Clemente Divina favente Clementia Papa IV. anno ſui Pontificatus tertio, regnante verò in Tdrontina Provincia glorioſiſſimo Domino Carolo Dei gratia Rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, almæ Urbis Senatore, Andegaviæ Provinciæ, & Forcaloquerii Comite, Regni ejus. anno ſecundo, menſe Octobris, die vigeſima quinta ejuſdem Indictionis undecimæ. Nos Gabriol de firmo Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Clementis ſupradicti Capellanus, atque Notarius præſenti publico ſcripto omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, vel quocumque tempore ſpectare poterit, notum facimus, & teſtamur, qualiter hac die vigeſima quinta menſis Octobris memoratæ Undecimæ Indictionis, cum eſſemus in Apoſtolica viſitatione majoris Eccleſiæ Neritonenſis Ordinis ſancti Benedicti, Revereadiſſimus Pater in Chriſto Dominus Rodulphus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Albanenſis pro ſanctiſſimo Domino noſtro, Domino Clemente ſummo Pontifice, ejuſque ſancta Sede in toto Siciliæ Regno Legatus Apoſtolicus, & Generalis Viſitator Eccleſiar. univerſo preſente Capitulo, & Monachorum Conventu aſſeruit, quod per diligenrem inquiſitionem per ſe factam de ſtatu monaſterii, & Eccleſiæ ſupradictæ tàm Monachorum Ordinis ſancti Benedicti, quam aliorum ſecularium Canonicorum in pluribus antiquis Privilegiis, Bullis Apoſtolicis, & aliis ſcripturis, & Documentis ejuſdem majoris Eccleſiæ, & monaſterii ſibi plenè conſtitit, quod eadem Neritonenſis Eccleſia olim antiquis temporibus Cathedralis, & Epiſcopalis extiterat cum propriis Epiſcopis. Et quod poſteà quam facta eſt monaſterium, tam Monachi, quàm inſimul Canonici Regulares fuerunt in eadem: in qua Divina officia latino ritu coajunctime xorcebant, & ſacra peragebane miniſteria. Et quia antiqua diſciplina in multis cognoſcitur eſſe collapſa, dinit, quod ſuæ erat intentionis reformare, & reordinare ſecundum enigentiam idem monaſterium, & Canonicorum Conventum, ſeù Collegium, quod ex monnebis ſimul, & Canonicis ſecularibus nunc eſt compoſitum; quare ſtatuit, & ordinavit in primis, quod in futurum in eadem majori Eccleſia præter Dignitates, ſit ſervitium viginti tantum perſonarum, quæ ſint Canonici, quorum decem vult, & mandat eſſe monachos Ordinis ſancti Benedicti, & alios decem Canonicos ſeculares: reliquis officiis, & Perſonatibus ejuſdem Eccleſiæ in eodem ſtatu remanentibus per omnia, quomodo nunc ſunt, & fuerunt antea. Ut autem diſtincta, & non confuſa unuſquiſque illorum habeat privatim emolumenta idonea, ordinat Venerabili Domino Abbati, & aſſignari mandat ibidem, decem Canonicales præbendas pro ſecularibus Canonicis ad rationem unciarum quatuor pro unaquaque ſingulis dictis Canonicis ſecularibus diviſim quolibet anno ex bonis Eccleſiæ ſolvendorum. Et quoniam experientia docuit, debitum Eccleſiæ ſervitium ſape à Canonicis derelinqui; ideo ne in futurum divinus famulatus aſſiduus deſeratur, mandavit, & inſtituit continuam Canonicorum reſidentiam; præcipiens, ut nullus ex dictis Canonicis de Præbenda, vel Beneficio, aut ab ipſo monaſterio aliquid percipiat, niſi dum in eadem Eccleſio reſidens fuerit, & præſens Divina cum aliis perſolverit officia. Prætercn ne confuſio aliqua inter Canonicos oriatur, mandat ut in una parte Chori prædictæ majoris Eccleſiæ monachorum Conventus, in alia verò Canonici Seculares in propriis ſtallis manentes Divina celebrent officia, & horas Canonicas pſallant juxta ritum regulæ ſancti Benedicti hactenus in dicto monaſterio, & Eccleſia ſervari ſolitum. Quod omnia, & ſingula alia bona dictæ Abbatiæ, ſeu Eccleſiæ, demptis decem præbendis Canonicorum Secularium, uſibus Abbatis, & Monachorum univerſaliter, & totaliter cedant: ità quod in eodem omnes Monachi veſcantur refectorio, de communibus bonis veſtiantur, & in eodem Dormitorio conquieſcant. Quod Abbas tàm in Choro, quàm in aliis locis, & functionibus illum locum, & præbeminentiam pacifice obtineat, quam ſui Prædeceſſores Abbates, & Prælati majoris Eccleſiæ conſueverunt obtinere. Quod omnes tàm monachi, quam Canonici, obediant reverenter Abbati, qui pro tempore fuerit tanquam proprio ſuperiori, & Prælato. Quod ad electionem novi Abbatis, quæ facienda occurret, vocentur tàm monachi, quàm Canonici, ſicut aſſeritur hactenus fuiſſe conſuetum. Denique quod per Abbatem prædictum, qui pro tempore fuerit, creentur; & inſtituantur tàm monachi, quàm Canonici in prædictis monaſterio, & Eccleſia; & iidem ſubſint, & obedient ipſi Abbati in omnibus tanquam ſuo Prælato. Quæ omnia, & ſingula Statuta, Decreta, & Ordinationes in prædicta ſancta Viſitatione Apoſtolica ſtabilita, & præfixa memoratus Reverendiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Redulphus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Albanenſis in regno Siciliæ Apoſtolicæ ſedis legatus, & Generalis Eccleſiarum Viſitator ad futurom rei memoriam, & ad eorum, ad quos pertinet, cautelam, nobis qui ſupra Gobriele Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Capellano, atque notario in publicam formam redigi, & deſcribi mandavit propria manu noſtra ſubſcripta, & ſuo magno ſigillo roborata. In Civitate Neritoni anno, menſe, die, & indictione præmiſſa. Nos Gabriel de firmo Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Capellanus, & notarius, qui ſupra præmiſſa omnia, quibus interfuimus, ſcripſimus.

Locus magni ſigilli Cardinalis Rodulphi.

AD NUCERINOS

TOM. I.

Col. 1065. lin. 66. *adde*. Hic S. Facundinus non fuit Nucerinus Epiſcopus, ſed Tadinenſis, ut in hoc tomo ſupra diximus; proinde expungendus eſt ex hac ſerie; & quarto loco addendus eſt

IV. PRIMÆRIUS Epiſcopus Nucerinus, cui anno 598. ſcribit Magnus Gregorius Epiſtolam 25. libri noni Indict. 2. Menſe Novembri ex editione Monachorum S. Benedicti.

Col. eadem lin. 75. *adde*. Sed & præſens fuit Concilio Romano an. 861. *Ropertus* dictus. Vide ejus Concilii acta in Ravennenſibus tom 2.

Col. 1066. lin. 32. *adde* in capite lineæ.

XIII. DODO Nucerinus Epiſcopus emergit è Romana ſynodo an. 1029. coacta in cauſa Patriarchæ Gradenſis, quam lege tom 5. in Gradenſibus.

Col. eadem lin. 44. *adde* à capite lineæ.

XVII. LAURENTIUS Nucerinus Antiſtes anno 1531. apud Bollandianos in Actis Ss. Maii tom. 7. pag. 681.

†

AD OPPIDANOS

T O M. IX.

Col. 417. poſt lin. 50. *adde*, ſequens Oppidenſis civitatis ſtemma.



Col. ead. ad lineæ 37. verba, *Deiparæque Virginis Aſſumptæ*, nota in margine: olim, nunc vero Mariæ Virginis ab Angelo ſalutatæ.

Col. ead. ad lin. 42. verbum *Cimeliarca*, nota in margine: Inchiſarcha, cujus munus erat archivo præſidere Capituli, & Eccleſiæ.

Col. ead. ad lin. 43. verbum *pœnitentialis* adde in margine. Proximis hiſce temporibus Præbenda adjuncta eſt Theologalis opera, & induſtria moderni Epiſcopi Perrimezzi.

Col. ead. ad lin. 44. verba cum *minorum gentium &c.* explica in margine: Cum duodecim Sacerdotibus aliis, qui manſionarii vocantur, & quos Epiſcopus Bizantius Fili translatus poſtea ad Eccleſiam Oſtunenſem inſtituit.

Col. ead. ad lin. 47. verba; *unam ſanctimonialium* adde in margine: Erigendum propediem, ſi faxit Deus.

Col ead. ad lin. 48. verba: *ſodalitates una &c. & aliæ quatuor &c.* corrige in margine: Sodalitates duæ, quarum altera ſub D. Catharinæ nomine, altera ſub D. Franciſci Xaverii congregatur, præter illam antiquiorem, quæ Ss Euchariſtiæ Sacramento aſſociando deſervit, & quæ à moderno Epiſcopo Perrimezzi prævia S. Congregationis Rituum ſententia ad meliorem ordinem redacta eſt. Ab hac plures Virgines nubiles dotantur, quemadmodum aliæ ex redditibus peculiaribus Majoris aræ Deo ſub Annunciationis titulo dedicatæ.

Col. ead. ad lin. 65. verba: *Sunt in agro Terræ novæ &c.* corrige in margine: Sunt in Agro Terræ novæ pagi Reziconum, S. Martini, Leonis, Vatanum, Radicina, Jotrinolum, aliique, qui Miletenſis diœceſis gremio continentur; Molochium verò ad Rheginam ſpectat, ad Oppidenſem ſolummodò Galatoni, & Scropherio.

Col. 418. lin. 12. poſt verbum *obeunt*, adde: Adeſt quoque ſanctimonialium Monaſterium ſub regula S. Auguſtini, quam Canonici Regulares profitentur, & ſub titulo S. Mariæ Sanitatis, in quo Mulieres Chriſti Sponſæ ſumma vivunt exemplaritate.

Col. ead. ad lin 16 verba: *in agro autem &c.* corrige in margine. In Agro autem Civitatis Oppidenſis ſunt pagi Unrapodum oppido par, Treſilicum, Meſignadum, Zurgonadum, & Chriſona jam deſtructa; in agro S. Chriſtinæ pagi ſunt Pedarolum, Paracorio, Scidum, Lubrichi, S. Georgia cum inſigni Collegiata ſub nomine S. Mariæ de Catena, præter Cuzzoponidi jam deſtructum, & cujus Parochialis cura facta eſt habitualis.

Col. ead. ad lin. 19. verba: *in eadem penè diœceſi &c. item ſynopoli &c.* corrige in margine. In eadem pene diœceſi eſt Coſoletum Principatus habens titulum, ubi Cœnobium eſt Capuccinorum, Settizanum oppidum Baronale, & Caſtellacium, cujus Baro eſt Archiepiſcopus Rheginus jam a Rogerio Calabriæ Duce inſtitutus.

Col. eadem lin. 55. *adde*. Hic conſecravit Eccleſiam S. Mariæ della Porta in Civitate S. Chriſtinæ poſitam cum multorum Epiſcoporum interventu, & Pyrrhi Ruffo, qui tunc temporis ibidem dominabatur, adſiſtentia.

Col 420. lin. 51. *adde*. Hic Concilio Tridentino interfuit, & poſt reditum Tridento in diœceſi magnificè excepit Gaſparem de Foſſo Archiepiſcopum Rheginum, qui primum Provinciale Concilium in civitate Terræ novæ Oppidenſ. diœceſ. celebravit, in quo etiam interfuit Joannes Antonius Facchinetus tunc Epiſcopus Neocaſtrenſis ſuffraganeus, & poſtmodum Innocentius IX. Pont. Maximus.

Col ead. lin. 2. *adde*. Hic interſuit cum Epiſcopo Bovenſi conſecrationi Metropolitanæ Eccleſiæ Rheginæ Turcarum incurſionibus jam pridem devaſtatæ, per Archiepiſcopum Gaſparem de Foſſo Ordinis Minimorum factæ anno 1580. die 31. Januarii.

Col. eadem poſt lin. 12. *adde*. Hic Cathedralem Eccleſiam ad majore altitudinem erexit, & ſculptis laquearis ornavit. Ejus etiam tempore ædes Monialium Terræ novæ eleganti lacunari ornata eſt, ubi ejus legitur memoria. In Cathedrali autem elogium eidem fecit Epiſcopus Perrimezzi, ut & aliis Epiſcopis, qui ejuſdem præcipui benefactores fuerunt, ut infra. Elogium hoc eſt.

Illuſtriſs. & Reverendiſs. D.
D. Andreæ Canuto Epiſcopo Oppidenſi,
Quod templum hoc in altiorem formam erexerit,
Laquearis ornaverit,
Totum colluſtraverit
An. D. CIƆCICIIII.
F. J. M. Perrimezzi Ord. Minim.
Epiſcopus Oppiden.
M. P.

Col. ead. ad lin. 53. verbum Neapolitanus nota in margine; ex Coſoleto Oppiden. Diœceſis.

Col. ead. lin. 76. *adde*.

Antonius Cœſonius fuit a Lugo Imolen. Diœceſis. Die 10. febr. ann. 1610. Petrus Cenardi ab eodem Lugo ejus mandato Eccleſiæ poſſeſſionem cepit. Confraternitatem doctrinæ Chriſtianæ Oppidi inſtituit, Synodum celebravit, & in Cathedrali hoc extat elogium.

Illuſtriſs. & Rever. D.
D. Antonio Cœſonio
Epiſcopo Oppidenſi,
Quod diœceſana coacta ſynodo
Populi mores, cleri diſciplinam, Eccleſiarum cultum
Promoverit,
Eccleſiaſtica vindicata immunitate
Ejuſdem perturbatores coercerit,
Propugnatores elevaverit,
Vitam denique
Laboribus, & perturbationibus
Per multa rerum diſcrimina
Varie, mirèque jactatam
Magna probitatis fama
Pretioſa morte coronaverit,
F. J. M. Perrimezzi Ord. Minimorum
Epiſcopus Oppiden.
M. P.

Hic idem Epiſcopus Cœſonius, multa ad Capituli beneficium legata miſſarum, & Anniverſaria inſtituit, quorum commodum etiamnum Capitulum percipit. Defunctus in cathedrali ſepelitur, & in ſuo marmoreo lapide hanc ſibi inſcriptionem incidi voluit.

Tantum illud vos rogo, ut ad Domini altare
Memineritis mei
Antonius Epiſcopus obiit Ann. MDCXXIX.
XIV. Junii.

Quamplures aves illis ſimiles, quæ in ejus gen-

tili-

tilitio ſtemmate videntur, in Cœſonii adventu per hanc urbem pervolarunt, & illæ eædem io ejus obi tu iterum huc advenerunt, quod ferè omnes non caſu factum intellexerunt.

Col ead. poſt lin. 22. tolle additionem ibi poſitam, & ſequentem uberiorem *repone*.

A D D I T I O.

Collegialem Eccleſiam Terrænovæ erexit, & Canonicorum Collegium inſtituit. Supra ejuſdem Eccleſiæ portam a parte exteriori hæc legitur epigraphe.

D. O. M.
Dignissimo Præſuli
Joanni Baptiſtæ Montano Piſaurenſi
Epiſcopo Oppidenſi
Animarum zelatori vigilantiſſ. Muſaeum
aſylo tutiſſimo, & libertatis propugnatori
acerrimo, hujus Matricis à fundamentis
in ampliorem formam, nobilioremque reductori, Collegiique in ea inſtituti erectori,
ac protectori beneficentiſſimo.
Canonici grati animi monumentum P.P.
Ab orbe repar. An. MDCIL.

Eamdem Eccleſiam conſecravit,& ſupra portam veteris ſacrarii hæc extat iuſcripiio.

D. O. M.
Decore Conſecrationis inſignivit, qui eum erexit
Joannes Baptiſta Montanus
Epiſcopus Oppiden.
Die XXIV. Octob. MDCLV.

Collegium S. Georgiæ inſtituit, Cathedralem conſecravit, ut ex hoc in ea epitaphio.

D. O. M.
Jo. Baptiſta Montanus Epiſc. Oppidenſis
In honorem Reginæ Cœli ab Angelo annunciatæ
Conſecravit XVII. Kal. Novemb. ab ejus partu
MDCIV.

Bibliothecam in Epiſcopio ad cleri uſum erexit, in qua hæc epigraphe.

D. O. M.
Joannes Baptiſta Montanus Oppiden. Epiſcopus
Eccleſiæ regimini, Cleri diſciplinæ, juſtitiæ cultui
Conſultum volens
Bibliothecam Nunciatæ Virginis perpetuæ cuſtodiæ
Commendavit humillimè MDCXI.

Epiſcopium ampliavit, atque emptis finitimis domibus ad inſulam reduxit. Immunitatem contra Domicellorum conatus acerrimè ſuſtinuit. Turrim Campanariam propè Cathedralem fundavit, aliaque viſuntur monumenta, quæ pietatem, juſtitiam, fortitudinem præſulis ubique, & quovis tempore prædicant. In Cathedrali legitur hoc nuper ei poſitum elogium.

Illuſtriſs., & Rever. D.
D. Jo. Baptiſtæ Montano Epiſcopo Oppidenſi,
Quod Epiſcopium ampliaverit,
Turrim campanariam erexerit,
Eccleſias in civitate, & in diœceſi reſtituerit,
Bibliothecam ad Cleri uſum fundaverit,
Immunitatem ubique fortiter defenderit,
Fr. Joſeph Maria Perrimezzi Ord. Minim. Epiſc.
Oppiden. M. P.

Mortalitatem explevit anno 1662. & in cathedrali ſepultus fuit ſub hac inſcriptione.

D. O. M.
Hic lubri Angelicæ tubæ ad judicium vocantis
expectare clangorem,
Ubi Angelicæ vocis recolens myſteria
Salvatorem enoro,
Quem judicem formido.
Te ſalvatoris, Te judicis Matrem,
Te reorum interpello patronam,
Ut quem genuiſti filium, experiar
Peccum tuarum virtute dignatus,
Non judicem
Juſtè ad ignem damnantem æternum,
Sed ſalvatorem

A *Piè regno donantem paterno.*
Jo. Baptiſta Montanus Piſaurenſis
Hujus ſedis Antiſtes indignus
MDCXXXII.
Hic expectabo, donec optatio mea veniet
Abiit, & non obiit VI. Id. Maii MDCLXII.

XXXIII. PAULUS Dianus Pariſius, Patritius Rheginus, ab Alexandro VII. ordinatur 12. Martii an. 1663. Marmoream in Cathedrali portam majorem extrui fecit, & ſacrarium ſupellectili auxit. In magna provinciæ, & diœceſeos inopia pauperum pater appellari meruit, cum publicè, & ſecreto quovis tempore immenſas profuderit eleemoſynas. Synodum celebravit anno 1670 menſæ Maii, quam & Romanis typis an. 1671. publici juris fecit. Hominem exuit die 14. Novembr. 1673. & in Cathedrali humatus fuit.

XXXIV. VINCENTIUS Paulo Diano ſucceſſit è Patritia Epidaurienſi Aranea gente, in qua pietate, ac litteris floruit anno 1540. ut reliquos,
B vel in eadem, vel in Martia palæſtra celebres heroas reticeam, Clemens Prædicatorum ordinis clarus Theologus, & in concionibus ad populum eloquens gratioſus, & doctus, qui ſcripſit de laudibus Deiparæ Virginis ſermones plures, qui cum aliis ejus ſermonibus prodierunt Brixiæ an. 1587. ut ex Biblioth. Prædicatorum Antonii Senenſis, & ex Mariana Hippolyti Maraccii par. prima litter. C. fol. 287. & 288. Hic itaque Vincentius, Caroli ſenioris J. V. D. filius, Neapoli natus, Clauſtralem etiam vitam elegit, ſed ſub Dom. Benedicti vexillo. In congregatione ergo Caſinenſi ſcientiis omnibus imbutus, cum non adhuc trigeſimum ætatis Annum ageret, prævio indulto ab Clemente X. die 19. febr. 1674. hujus Eccleſiæ gubernio præficitur, quam ſumma paſtorali rexit ſollicitudine, pauperem largis ſubſidiis ſemper juvando, immunitatem fortiter defendendo, & contra ejuſdem perturbatores invicte ſemper ſe regendo. Epiſcopales functiones ſacro ſemper decore, &
C Muſico inſuper concentu peregit. Ædem principem exornavit, in qua ejus inſignia viſuntur, ut & pariter in laqueari collegialis Eccleſiæ Terrænovæ, quod ejus opera erectum fuerat. Collegialem ædem S. Georgiæ conſecravit. E vivis abiit an. 1693. quando ex præſentatione Caroli II. Hiſpani Monarchæ ad Cephaludenſem in Sicilia Eccleſiam tranſibat. Vivit nunc ejus Neapoli ex Fratre nepos Carolus Antonius, qui Majorum ſuorum nobilitatem adhuc juvenis virtutum ſuarum cumulat ornamentis.

XXXV. Fr. BERNARDINUS Plaſtena, a Fuſcaldo nobili genere clarus, Provinciæ S. Franciſci de Paula citerioris Calabriæ ordinis Minimorum alumnus, in quo fuerat Provincialis, Viſitator, Adſiſtens, & Procurator generalis, ac demum motu proprio Alexandri VIII. Corrector generalis, ad hanc Eccleſiam gubernandam ab Innocentio XII die 25. Januarii 1694. deſtinatur. Epiſcopium ornavit, auxit, illuſtravit, menſam di-
D tavit, diœceſim exhilaravit, ut ex hoc in Cathedrali elogio.

Illuſt. & Rever. D. F. Bernardino Plaſtena
ex ordine Minimorum Epiſc. Oppidenſi,
quod aris argenteo opere exornatis, Eccleſia pneumatico organo compoſita, ſacrario ulteriori ſupellectili adaucto, Epiſcopium ligellis, & ſolariis circumduxerit, menſam prædiis, ac redditibus auxerit, diœceſim moribus, ac exemplis ædificaverit, regiminis ſuavitate, eloquii præſtantia, beneficentiæ ſtudio cunctis prodeſſe curaverit, ſola temporis celeritate omnes mœrore affecerit. F. I. M. Perrimezzi Ord. Minim.
Epiſcopus Oppidenſis ex fratri, concivi,
affinis C. M. M. P.

Ex humanis migravit 16. Febr. an. 1697. ſepultuſque jacet in Cathedrali ſub hac epigraphe.

Hic jacet F. Bernardinus Plaſtena à Fuſ-

culdo

enldo Calaber ord. Minimorum S. Francisci de Paula Corrector Generalis Apoſtolicus hujus Sedis Epiſcopalis Antiſtes. Obiit xi v. Kal. Martii Anno O. R. MDCLXX-XXVII. Præſulatus vero Ann. iii.

XXXVI. BISANTIUS Fili, Patritius Altamuranus, ejuſque regalis Eccleſiæ Cantor, die 27. Januarii 1698. hujus Eccleſiæ gubernaculum tractare incœpit, cui antea de menſe Auguſti 1697. præfectus fuerat. Seminarium erexit. Synodum celebravit. ædes pro Epiſcopis propè Collegialem Terrænovæ conſtruxit, Capuccinorum Eccleſiam in Oppidenſi Civitate conſecravit, ut ex hac inſcriptione.

D. O. M.
Devoto Capuccinorum famulatu
In Deiparæ Aſſumptionis honorem
Pro venerationi cultu
Templum hoc v. Id. Maii An. St. Jubilæi MDCC.
Pia Biſantii Fili Altamurani Epiſcopi Oppiden.
Conſecravit affectio.

Turrim campanariam propè Cathedralem complevit, aliaque multa ad Eccleſiæ decorem, & ſacrarii ornatum perfecit ex iis, quæ prædeceſſor Plaitena ad Eccleſiæ ſuæ ſponſæ commodum reliquerat. Decem Manſionarios, ſeu Canonicos ſecundarios, Inſtituit ad magnificentius cum Canonicis primariis in choro quavis hebdomada ex tribus, & quaque etiam die, commodiuſque pſallendum. Bibliothecam in Epiſcopio compoſuit, in qua hæc inſcriptio.

Bibliothecam hanc ævo obliteratam
V. J. D. Biſantius Fili Patritius Altamuranus
Epiſcopus Oppiden.
Solerti ſtudio priſtinæ reddidit compoſitioni
An. MDCIIC. *ſui Præſul. A. I.*

Chorum in cathedrali eleganti opere fieri ſecit, & ſacram, miraculoſamque imaginem B. Mariæ Virginis ab Angelo ſalutatæ, quæ in ſacello laterali cathedralis Eccleſiæ aſſervabatur, in majorem aram transferri curavit. Hoc legitur in eodem choro Epitaphium.

Biſantius Fili ad hanc cathedram evectus,
Ne quid decoris Eccleſiæ ſponſæ deeſſet,
Ut thalamum nuptialem ornans adamuſſim
Pſallentium Chorum auguſtius canendum plaſmavit
Enixè curavit MDCCIV.

Supra majorem aram legitur.

D. O. M.
Ave gratia plena.
Hanc cœleſti Nuncio Virginis præventæ ſacratiſſimam iconem, quæ titularis ſiſtit Eccleſiæ, ac civitatis patrona fidiſſima, Biſantius Fili Patritius Altamuranus hujus ſedis Antiſtes, in aulam Domini, quam marmoreo concinnavit ornatu, reddidit thaumaturgam. Sic filius matri, genitrixque nato invicem ſibi loca ceſſere anno ab ejuſd. Deip. Par. MDCCII. *Annunciationis ejus celeberrime die.*

Eccleſiæ jura fortiter defendit, perturbatoribus reſtitit, compreſſores diris devovit. In medio Cathedralis hoc in ejus laudem loquitur elogium.

Illuſtr., & Revre. D.
D. Biſantio Fili Epiſcopo Oppidenſi,
Quod Chorum in cathedrali, Seminarium in civitate,
Immunitatem in diœceſi
Reſtituerit, erexerit, vindicaverit,
Turrim campanariam compleverit,
Synodum celebraverit,
F. J. M. Perrimezzi Ord. Minimorum Epiſcopus
Oppidenſis M. P.

Tranſlatus poſtea ad Oſtunenſem Eccleſiam anno 1707. ibidem diem ſuum ſupremum obiit anno 1720.

XXXVII. JOSEPH PLACIDUS de Pace, nobili genere Neapolitanus, ac germanus frater Joannis Baptiſtæ, qui obiit præſigni ſanctimoniæ fama Caputaquenſis Antiſtes, a pueris PP. Con-

A gregationis Neapolitani oratorii fuit educatus quare ſpiritu D. Philippi Nerii imbutus, peculiari eum ſemper coluit obſequio, ac mira devotione. Apoſtolicarum miſſionum in æde principe Neapolitana ſodalitio adſcriptus ſummus in eo zelator, ac indefeſſus operarius evaſit. Suam vitam ſemper flocci fecit; corpus Inedia, vigilia, cilicio, ferreis catenulis, ac ſi prorſus rebelle habuit. Cum optima uteretur valetudine, & charitatis igne flagraret, ut ſuos collegas, aut ſenes, aut malè ſe habentes levaret onere, vel ætati, vel morbis inſenſo, quę noctu conciunculæ haberi ſolent, ſemper ipſe habere, ad miſſiones longinquas accurrere, morientibus adeſſe. Neapoli in fundatione cœnobii puellarum ſub titulo S. Joachim, ut ibi dicitur *à Ponte nuovo*, egregiam navavit operam. Fuit etiam generalis, & capitularis Eccleſiæ Caputaquenſis Vicarius. Cum eſſet unus è Pęnitentiariis in æde principe Neapolitana ſacramentum pœnitentię mira ſemper charitate miniſtravit. Hac tandem inſu-

B la ab Clemente XI. die 17. Sept. 1707. honeſtatus, ut ſuo muneri faceret ſatis, nullis nunquam pepercit ſudoribus, ac vigiliis, adeò ut etiam febri implicitus a manuum impoſitione minime abſtinuerit. Civitatem ſacris miſſionibus a ſemetipſo exercitis Deo propinquius unitam voluit, Sacrarium commodo, elegantique opere explevit. Nimiis tandem conſumptus laboribus plura, quæ meditabatur ad Dei honorem, & gregis ſibi commiſſi bonum, diœceſi vix ſemel viſitata, adimplere non potuit morte præventus Nonis Januarii an. 1709. inter uberrimas diœceſeos lachrymas, quæ in ipſo verè ſuum publicum parentem indoluit. Parentatum ſollemniter ei fuit, & Neapoli etiam a ſuis ſodalitiis, quibus jam juvenis nomen dederat, & quæ ſuarum fama virtutum continuo cumularat; ab illo nempe Apoſtolicarum miſſionum in æde principe Neapolitana, Alborum in D. Mariæ de Populo, D. Michaelis Archangeli in D. Januarii *vulgo S. Gennarello all' olmo*, quem Angelorum principem pe-

C culiarem patronum civitatis, ac Regni Neapolitani renunciandum, argenteamque ejus ſtatuam conflandam, & ſupra omnes ejuſdem urbis januas, ipſius lapideas imagines in protectionis anadema locandas curavit. Eminentiſſimus nunc Beneventanus Archiepiſcopus Urſinus ſuſpiravit amiſſum, in Sipontina quippe difficillima eo tempore diœceſi ipſius opera in omnibus maximo pietatis emolumento uſus fuerat. Vivit nunc tantorum Præſulum Joannis Baptiſtæ Caputaquenſis, & hujus Joſephi Oppidenſis quam dignus Nepos, & ipſe etiam præſul, ſed Sarnenſis Didacus de pace, qui in ſua diœceſi benè procuranda optimos patruos præ viribus ſatagit imitari.

XXXVIII. Fr. JOSEPH MARIA, qui Joſepho de Pace ſuffectus fuit, patrem habuit V. J. D. D. Flavium Perrimezzi, Paulanum Patritium, qui pluries in ſua patria ſuprema jura moderatus fuit, matrem D. Theodoram Ferrari Salvatoris filiam matronam qua genere, qua pietate præſignem.

D Antequam Joſeph Maria religionem Minimorum iniret, Philoſophiam Paulæ, juriſprudentiam Neapoli, in religione poſtmodum Theologiam didicit. In primaria ordinis provincia fuit provincialis Apoſtolicus, in Romano collegio S. Franciſci de Paula ad Montes Lector jubilatus, & ſtudiorum Præfectus, nec non S. Congregationis Indicis Conſultor, & S. Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis qualificator; demum ab Eccleſiis unitis Ravell. & Scalenſi die 26. Februarii 1714. ab Clemente XI. ad hanc traſfertur. Qui, & quantus fuerit, ac etiamnum ſit Præſul iſte ex ſequentibus elogiis diſce. In Cathedrali.

Illuſt. & Rever. D.
D. Fr. Joſepho Mariæ Perrimezzi ex ord. Minimorum
S. Congregationis Indicis in Urbe Conſultori,
S. Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis qualificatori,
Jampridem Rabellen. & Scalen.
Modo Oppiden. Epiſcopo,

Quod

Quod Eccleſiam
Aris adjunctis, laqueario refecto, pigmentoque oleario exornaverit, ſacrarium ſacra ſupellectili adaucta, argenteis additis hierothecis Phrygiano ad pontificalia umbella erecta prædivitis, atteatique decore inſignaverit, Epiſcopium ædibus, procætiis, ſolariis, hypetris, cœnaculis, ſacellis ex anguſto ſecerit auguſtiſſimum, menſam auctis redditibus, prædiis vindicatis, terris excultis, arboribus diſſeminatis, juribus aſſertis locupletiorem ampliato cenſu reddiderit, diœceſim Eccleſiarum nitore, Clericorum diſciplina, populi honeſtate, dynaſtarum obedientia, Procerum modeſtia reformaverit, capitulum Theologali præbenda inſtituta, chori pſalmodia excitata, ſtudiorum frequentia, Academiarum aſſiduitate in celebriorem nominis, vitæque famam elevaverit, Seminarium beneficiis adſcriptis, ſcientiis promotis, legibus datis reſtituerit, firmaverit, decoraverit, Omnes denique Eccleſiaſtica immunitate acriter defenſa, Epiſcopali dignitate acerrimè ſuſtentata, Eccleſiarum reverentia, feſtorumque obſervantia impigrè cuſtoditis, fortiter, ſuaviterque in officio retinuerit, Dignitates, & Canonici Cath. Eccl. Oppidan. in grati animi teſtimonium M. PP.

In Seminario Civitatis.

Illuſtriſſ., & Reverend. Eccl. P. D. D. F. Joſepho Mariæ Perrimezzi, quem Paula civitas ex primi ordinis Patritiorum genere genuit, Minimorum ordo in primaria Provincia Provincialem Apoſtolicum, ac ſtudiorum Præfectum recepit, alma ejuſdem Ordinis Collegia Romanum, Venetum, Conſentinum ſacræ Theologiæ Lectorem jubilatum quindecim annorum curriculo retinuerant, inclytæ Italiæ urbes Roma, Neapolis, Mantua, Verona, Conſentia, Aquila, Thrate, Salernum, Oppidum Verbi Dei diſertiſſimum præconem quadrageſimali tempore admiratæ ſunt, Romana aula Emin. Cardinalis Imperialis Theologum, S. Congregationis Indicis Conſultorem, S. Rom., & univerſalis Inquiſitionis qualificatorem ſuſpexit, præclariſſimæ Academiæ Conciliorum Collegii de propaganda fide, & Ss. Coſmæ, & Damiani de urbe, dogmaticæ in Romana Sapientia hiſtoriæ Eccleſiaſticæ in Aracœli archicœnobio, Arcadum Romæ, Phyſiocriticorum Senis, Conſtantium Conſentiæ, incurioſorum Roſſani, incultorum Montis Alti, infœcundorum Oppidi hinc principem, inde ſocium meruerunt, litteraria Reſpublica viginti-quinque voluminum parentem fœcundiſſimum veneratur, Rebellenſium, & Scalenſium urbes, ac diœceſes Antiſtitem in pervicaces acerrimum, erga pœnitentes pium Eccleſiaſticæ immunitatis vindicem, ſacerdotalis dignitatis propugnatorem in omnibus opere, & ſermone integerrimum ſeptennio retinuiſſe lætantur, Oppidum urbs electa, & diœceſis amplior modò in epiſcopali ſpecula vigilantiſſimum, filiorum Eccleſiæ amantiſſimum, Eccleſiæ hoſtium contemptorem, erga Eccleſias munificum, erga pauperes pientiſſimum etiamnum habere gloriatur, at ſodalium labores qua auxilio, qua eloquio, qua amore foveat, ſe, ſuaque omnia in perenne gratitudinis argumentum tamquam reſtauratori, ac tutelari ſuo ſiſtit, offert, conſecrat Seminarium Oppid. anno MDCCXVI.

Eccleſiam Paulani cœnobii, quæ totius ordinis Minimorum mater eſt, & quam ipſemet ſuis ſumptibus plaſtico ornamento expolitam voluit, die

A 31. Decembr. an. 1718. conſecravit, aliam Spetiani magni Conventus, etiam in citerioris Calabriæ provincia ejuſdem ordinis Minimorum præcedenti anno conſecraverat, & utrobique nobilis legitur memoria. Cathedralem quoque poſtquam refecit, innovavit, plaſtico opere ornavit, die 16. Octobr. anno 1719. conſecravit, ubi legitur.

D. O. M.
F. J. M. Perrimezzi ord. Minim. Epiſcopus Oppid. in honorem B. M. V. ab Angelo ſalutatæ conſecravit XVII. Kal. Novemb.
An. MDCCXIX.

Ad Eccleſiaſticorum ingenia excolenda, Academiam in Epiſcopio inſtituit, quam Marianam ſub infœcundorum titulo appellavit, in qua ipſemet habuit Academicas deciſiones, quæ duobus parvis voluminibus Neapoli in lucem prodiere. Epiſcopium expolivit, ampliavit, ornavit, ut non ſolum ſuæ diœceſis, ſed etiam aliarum diœceſum homines ad illud conſpiciendum adveniant, ubi hæc Epigra-

B phe.

F. J. M. Perrimezzi de Paula Ord. Minim.
Epiſcopus Oppidenſis
Epiſcopium
refecit, ampliavit, exornavit
An. MDCCXVIII. Præſul. V. Ordin. XII.

In æde principe reſtauranda, plaſtico opere exornanda, picturis eximiis, nobili ſupellectili, argenteiſque donariis excolenda tutus etiam fuit, in qua hæc extat inſcriptio.

D. O. M.
In honorem B. M. V. ab Angelo ſalutatæ
Civ. & Diœc. patronæ
Fr. J. M. Perrimezzi de Paula Ord. Minim.
S. Franciſci de Paula
Epiſcopus Oppiden.
Anno MDCCXIX. Præſul. VI. ordin. XIII.

Congregationes, quas longo temporis intervallo nemo frequentaverat, & Oppidi, & Terrænovæ excitavit felici adeo eventu, ut ſancta æmulatione

C unaquæque a ſuis ſodalibus exactiſſime frequentetur. Sub ſuis auſpiciis Eccleſiæ omnes, & in civitate, & Diœceſi renovatæ ſunt, ſic ab Eccleſiarum ſplendore Exteri illas illicò Oppidenſis diœceſis eſſe dignoſcunt. Earundem proventus auxit, feſta promovit, ornamenta etiam argentea facienda curavit. Diſciplinam fortiter, ſuaviterque, & in clero, & in populo ſuſtinuit, & ſuſtinet, ex quo fit, ut nemo in ſua diœceſi Eccleſiaſtica talari veſte non utatur, nemo adſcititiam comam deferat, nemo alearum ludis immiſceatur, populum etiam, & in Eccleſia devotum, & in feſtis obſervantem, & erga Eccleſiaſticos reverentem continet. Eccleſiaſticam immunitatem contra Baronum vim adeo defendit, ut ſive Romæ, ſive alibi ſuæ Eccleſiæ jura defenderit, ſemperque palmam & ubique reportaverit. Juſtitiam colit impenſe, ſive in præmiis diſpenſandis, ſive in pœnis infligendis, eademque, ut in ſuo tribunali litigantibus abſque partium ſtudio ſemper adminiſtretur, prin-

D cipe cura invigilat. Quod pauci ægre ferentes, variis modis Epiſcopum exagitare aggreſſi ſunt, at infelici eventu, cum ipſe laudes ſemper reportaverit, ex quo ipſi opprobria parabantur. Hinc vegetior proſequitur corruptos mores extirpare, eorumque fautores corrigere, ut omnes ad Domini caulam poſſit aliquando feliciter congregare. Neapoli nomen dederat Ser. SS. Trinitatis Peregrinorum, & Convaleſcentium Archiſodalitio, cujus exercitiis omnibus, ac piis operibus, ſemper ac contigit pro ſuæ diœceſeos negociis illuc accedere, vacat eo principe ſtudio, ut pro iis ſolummodo ſe Neapolim contuliſſe quiſque minime dubitet. Servent diu ſuperi incolumem majora quotidie pro Eccleſiæ ſuæ utilitate, atque ornamento moliri non deſinentem.

AD ORTONENSES

T O M. VI.

Col. 773. lin. 32. poſt verbum *commiſſa*, *adde*. CALUMNIOSUS Epiſcopus Hortonæ memoratur ad eodem Gregorio Ep. 20. lib. 11. edit. Monach. ad Scholaiticum defenſorem, qua ei jubet, ut Calumnioſo Epiſcopo inopi, ultra datam condumam, vineolam locet, eidem Epiſcopium reſtituat, non ablatis inde, quæ deceſſor Epiſcopus pater ſuus acquiſierit. Ipſi tandem legati partem tradat. E qua Epiſtola alter Ortonenſis Epiſcopus eiicitur Calumnioſi prædeceſſor, & pater Gregorii ſcholaſtici, qui juxta var. lect. Vaticani codicis in eadem Epiſtola Blandinus dicitur. Gregorii Epiſtola data eſt an. 601.

AD OSTIENSES

T O M. I.

Col. 58. lin. 37. a capite lineæ *adde*.

XXXII. BENEDICTUS Oſtienſis Epiſcopus memoratur in Synodo Romana ad favorem Patriarchæ Gradenſis coacta an. 1044. ut in Gradẽſibus t. 5.

AD PAPIENSES

T O M. I.

Col. 1088. ad lineæ 13 verba illa *anni* 966. *adde* in ima pagina ſequentem notulam.

(1) Vivebat adhuc Liteſredus anno 967. ex documento relato a Mabilonio apud Muratorium in Antiquitat Eſtenſibus tom. 1. pag. 146.

Col. eadem lin. 46. *adde* a capite lineæ.

LIV. RAYNALDUS Ticinenſis Epiſcopus teſtis legitur in Diplomate Imperatoris Othonis an. 977. dato, quod vide apud Ughellum tom. 4. in Bobienſibus col. 973. & apud Muratorium in Antiquitatibus Eſtenſibus tom. 1. pag. 196. De eo item Campius in hiſt. Placent tom. 1. pag. 275.

Col. eadem lin 77. *adde* a capite lineæ.

LVIII. PETRUS *Pabienſis* Epiſcopus ſubſcripſit Bullæ Benedicti VIII. an. 1013. apud Marcam in Marca Hiſpanica.

Col. 1089. lin. 1. *adde*. Sed & ante Raynaldus an. 1014. die 7. Maii Papiæ interfuit judicato Henrici I. Imperatoris ad favorem Euphraſiæ Abbatiſſæ S. Felicis ex documento apud Muratorium in Antiquitatibus Eſtenſibus tom. 1. pag. 110.

AD PARENTINOS

T O M. V.

Col. 398. poſt lin. 38. *adde*.

Ego Paſſivus Epiſc. temporibus meis propria manu ſſ.

Col. 399. lin. 21. *adde*. Paſinus iſte, ſeu ut ibi ſcribitur, Paſſivus, revera poſt Autonium ſubſcripſit Euphraſii decreto, ut licet videre in hoc eodem documento deſcripto in Codice n. 18. hujus archivi Parentini (quem munere illuſtriſſimi moderni Epiſcopi Petri de Graſſis poſt editum jam hoc volumen mihi licuit pervolvere) licet omiſſus ſit per deſcriptoris incuriam in documento relato à Thomaſino.

Col. eadem. in nota imæ paginæ lin. 10. pro *Leonis* lege *Joannis*.

Col. 400. lin. 19. *adde*, quæ deſinit documento,

A prout habetur in Codice 18. archivi Parentini. *Conſecrata fuit ſupradicta Eccleſia anno Dom. 961. die 8. Madii tempore D. Othonis primi Roman. Imperatoris.*

Col. 401. ex præfatu Codice corrige menda documenti Rodoaldi Aquilejenſis Patriarchæ hoc modo.

lin. 38. pro *ſpecialia* lege *ſecularia*.

lin. 40. ſupple lacunam, & ita lege verba ſequentia: *quemdam noſtrum Epiſcopatum*.

lin. 50. pro *qaedam noſtraqae* lege *quamdam terram, quæ*.

lin. 52. pro *primæ* lege *pertinet*.

lin. 55. pro *noſtram* lege *terram*.

Col. 402. lin. 8. pro *Parentinæ* lege *Petenen.*

Col. eadem lin. 48. *adde*. Prima Sigimbuldi memoria non habetur ad an. 1005. ut deceptus Ughellus ex nota marginali ad mox referendum documentum Codicis præſati inepte ab indocto adpoſita docet; ſed ad an. 1014. quo menſe No-

B vembri jam currebat Indictio documenti XIII. licet cum Indictione non conveniat annus undecimus regni in Italia Henrici ſecundi. Documentum vero, quo Sidimpuldus, ut vocatur, Epiſcopus Parentinus donat Eccleſiæ ſuæ Capitulo Piſcariam quamdam reſervata ſibi quarta parte, & naxis ſex, tale eſt ex citato Parentini archivi Codice, à quo etiam reliqua, quæ hic ſubiiciemus, deſumpta ſunt.

In nomine Domini Dei æterni. Imperante D. noſtro Henrico a Deo coronato magnifico atque ſanctiſſimo Imperatore noſtro, anno autem imperii ejus in Dei autem omnipotentis nomine hic in Italia 11. die n. menſis Novembris Indict. XIII. *Chriſto regente omnia. Cum creaſſet Deus hominem in principio mundi, ut homo per creaturam cognoſceret Creatorem, per viſibilia inviſibilem cerneret, & adoraret, ad quam comparationem B. Joannes locutus dicens de reſurrectione, & diverſas glorias coram manifeſtavit dicens: Stella differt a ſtella in gloria; ita & reſurrectio mortuorum. Ergo homo ſi voluerit, &*

C *per creaturam poterit agnoſcere Creatorem, & ſecundum voluntatem Dei vivere, & converſari & in hoc ſeculo divitiis mundi perfrui, & in futuro vitam eternam. Sed inimicus & adverſarius veritatis, qui eſt diabolus, cum videret hominem, quia & in hoc ſeculo divitem conſtituit illum Deus, & in futuro vitam eternam præparavit, invidia ductus ſuaſionibus nequiſſimis decepit illum, ut derelicto Deo idola adoraret. Miſericors deus non deſpexit hominem, ſed venit in hunc mundum, corpus ſuſcepit propter noſtram ſalutem, & mortuus eſt pro peccatis noſtris, & per mortem ſuam deſtraxit diabolum, qui mortis habebat imperium, & liberavit nos de ſervitute inimici, & credentes in eum ad perpetuam addunit libertatem, ſed etiam poſtmodum qui fideliter credunt, & precepta ejus cuſtodiunt, filii Dei adoptantur, & fratres, & coheredes Chriſti cognominantur. Itaſcil. & D. Sidimpaldus gratia Dei Preſul previdens literarum docmata atque nutrimenta ſecundum legem exiſtere poſſe videretur, vocatis ſa-*

D *cerdotibus ſuis atque diaconibus atque totius ordinis cepit veteris ac novi teſtamenti predicari, quomodo ad ſe venientibus, & nobis ſuadentibus ac petentibus presbyteris, & Diaconibus ſubvenit ſibi pietas Domini: quacum inſtructi eſſent omnes miſericordia Epiſcopi, inde etiam Cantores in Eccleſia ſtatuit, atque lectores, qui tempore ſacrificii quotidianos pſalmos cum melodia canerent, atque animos populi circumſtantis ad honorem Celeſtium non ſolum ſublimitate verborum, ſed etiam ſuavitate ſonoram, que dicebantur, erigerent. Tunc divina miſericordia repletus D. Sidimpaldus Epiſcopus pro divino amore & perpetua pace, & ad honorem S. Matris Eccleſie Parent. & S. Mauri Sacerdotis, & martyris Epiſcopi, & pro bona voluntate mea, concedo omnibus noſtris Sacerdotibus atque diaconibus cum directo advocato noſtro Walerame concedimus & largimur piſcariam, quam ipſi laboraverunt, & edificaverunt intra muros civitatis prope Eccleſiam S. An-*

dree,

Digitized by Google

dree, ut ſic in perpetuum, ut amodo in antea non habeat ullus noſter ſucceſſor, neque princeps, neque dux, ſeu & Comes, vel quelibet perſona hominum dictam poteſtatem tollere, neque forciari ſine eorum beuivolentia. Et hoc ſtatutum eſt inter nos, ut debeamus mittere in ipſam piſcaciam d. Preſuli noſtro naſſas VI. tantum cum noſtra libeca voluntate; & nos, noſtrique ſucceſſores ſiaem ponimus da Serle de Ripas, que ſunt ſupra mare, & per fontanam, & pee palum de Rogias uſque in ſinem broili noſtri. Et ſi cluſionem facere deberetis per ſalvaee ad nos talem honorem, ſicut ad noſtros anteceſſores feciſtis, hoc eſt quartum piſcem. Conſiderantes hoc quod Dominus dicit: Paſtor bonus animam ſuam dat peo ovibus ſuis, quia tempus peopitiationis advenit, in qua cunctis me petentibus & pie merentibus cegni celeſtis . . . . . . ut ſicut, nos gloriamur de bono patre, ita & Deus gloeietue de ſuo ſilio. Propheta ſpiritu ſancto eepletus ex . . . . . . hujus Eccleſie clamavit dicens: Dominus paſcit me & nihil mihi deerit, & pro noſtro bono paſtore, omnique tempore preces Domino effundeee cogitemus, & nos, & noſtri ſucceſſores ex quocumque tempore qui contra hanc noſtee donationis cartulam iee tentaverit, aut pro aliquovis ingenio rumpere, vel revocare, ſeu contradicere, aut faſciaee voluerit, & qui hoc facere preſumpſerit, incidat in iram Dei omnipotentis Patris, & filii, & ſpiritus ſancti; & cum Juda traditore noſtri Domini Chriſti ſit damnatus in inferne, & vivos digluttiat eos terra, ſicut digluttivit Dathan & Abiron, propter maledictionem Moiſi, & inſuper ſit compoſiturus auri optimi libras decem, quod pena eſt ad ſolvendum, & hec noſtro donationis caetula in ſua permaneat firmitate. Actum in civitate Parentina anno & die & Imperatore & menſe & Indictione ſupraſcripta. In Chriſti nomine feliciter.

† Signum manus D. Silgimbuldo Epiſcopo cum advocato ſuo Waltrame, qui hanc cartulam donationis ſcribere rogaverat, & ad omnia cui & relectum eſt. Signum manus Wecili Vicecomitis tt. Signum manus Huiniterio tt. Signum manus Waltrame filio Aldrgardi tt. Signum manus Stablo filio Kadooni tt. Signum manus Rodaldo tt.

Ego Adam Archidiaconus & notarius Civitatis Parentine manu propria ſcripſi & complevi.

Ulterior Sgimbuldi memoria habetur in eodem Codice ad an. 1017 in inſtrumento quodam Concordiæ inter ipſum Epiſcopum, & Colonos S. Salvatoris ſuper cenſu ſolvendo, & obligationibus Epiſcopo Parentino faciendis, cujus initium tale eſt: *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti regnante D. n. Henrico piiſſimo, atque ſereniſſ. Imperatore à Deo coronato, anno autem imperii ejus VII. Indictione XV. die verò octava M. Auguſti Chriſto regente omnia. Et quoniam nos, qui habitamus, & qui habitantium erunt in vico S. Salvatoris facimus vobis ſecuritatem D. & ſanctiſſ. Sigimbuldo de Parentina Civitate Epiſcopo &c.*

Col. 403. poſt lin. 37. *adde*.

Parentinus erat Epiſcopus Andreas anno jam 990. quo deſinita fuit lis inter ipſum & Bertam quamdam, ut teſtatur ſequens judicatum.

In nomine Domini Dei æterni. Regnante D. N. Othone juniore magnifico, atque Sereniſſ. rege anno regni ejus in Dei omnipotentis nomine 8. die vero 5. intrante menſe Octobris per curſum de indictione IV. Chriſtoque regente omnia. Dum reſediſſet D. Hueribent Hiſtrienſium Comes ad colloquium in loco, ubi vocabulum eſt Teajectum S. Andreæ juxta mare: ibique adeeant D. Andeeas S. Parentinæ Eccleſiæ Epiſcopus, atque Petrus S. Tergeſtinæ Eccleſiæ Epiſcopus, nec non Joannes S. novæ Civitatis Eccleſiæ Epiſcopus, omnes namque ſeniores ad rectas juſtitias terminandas, vel deliberandas: in ipſo verò colloquio adfuerunt Scavini Joannes de Pago Locopoſito Scavinus, Andreas Scavinus, Odeelitus Scaviane, Leo Scavinus civitatis Paren. Germini Locopoſitus & Scavinus, Benedictus Scavinus, Antonius Scavinus, Petrus Scavinus civitatis Juſtinopolit. Vernerius Scavinus civitatis Tergeſt. Wido Scavinus, Juſtus Scavinus, Vernerius Scavinus civitatis novæ, Joannes Scavinus, Venerius Scavinus de caſtro Pirani, & alii plures, & non modica turba populi, & illorum omnium præſentia adveniens D. Andreas venerab. Parentinus Epiſcopus inſimul cum Alberico advocato ſuo: tunc dixit ipſe Albericus advocatus Eccleſiæ S. Mauri. Domine Comes, & vos ſeniores Epiſcopi, ſeu judices, ſi vobis placet, legem volumus haberr de Bertha uxore quæ fuit beatæ recordationis Cadolaai, inſimul cum filio ſuo Almerico de monte uno, qui eſt ante vicum, qui nominatur Roſarium, ubi certiſſime vineæ eſſe videntur, unde ſemper ad predictam Parentinam Eccleſiam S. Mauri, & ſeniorum Epiſcoporum, qui antea per multorum annorum tempera fuerunt uſque domno atque ſeniori noſtro Andrea Epiſcopo, per omnem annum ſicut antiquitus fecerunt, ita & in antea, ſimilique modo per veram rectitudinem atque legem ſemper glandaticum porcorum & herbarias pecorum exinde habere debent. Sed tantummodo iſta jam predicta Bertha cum filio ſuo Almerico ad præfatam Eccleſiam ſuumque rectum nobis contradicunt, & iterum contradicunt. Ad hanc interrogationem tunc veniens ipſa Bertha cum filio ſuo Almerico inſimul cum Benedicto advocato ſuo de civitate Juſtinopoli in preſentia ipſorum ſeniorum, & dixit ipſe Benedictus, quod certe Deo non placuiſſet, neque voluiſſet, quod ex parte illorum nullam iniquitatem, neque contrariam ad ipſam ſanctam, & ſupradictam Eccleſiam Beati Mauri, ſeu ad ſuos Epiſcopos factum habuiſſet, quod per legem emendare ipſi debuiſſent; niſi tantum quod nos recordamur, & iſta negare non poſſumus, quæ vidimus & ſcimus, quod beate recordationis Olmannus in vita ſua, & poſt ipſum Carolus filius ſuus, dum viveret, & ambo, & nos poſt illos, qui plus minus per triginta annos & amplius tenere vidimus medietatem unam in ipſo monte, qui ſupradictus eſt, tantum, & tertiam partem glandatici porcorum, ſeu tertiam partem herbarie pecorum. Poſt hec vero juſſit ipſe Wverbent Comes, ut judices judicarent; & judicaverunt, quod ipſa Bertha per ſe jurare debuiſſet ſecundum quod ſuus advocatus Benedictus dixerat, quod per 30. annos & amplius inter Olmannum & Cadolum filium ſuum in vita ipſorum, & iſtorum, atque inter ambos matrem, & filium poſt illos tenere viſi fuiſſent tantum medietatem unam de jam dicto monte, ubi eſt vinea; de aliis vero terris nihil, niſi tantum de ſola medietate una de ipſo monte inſimul cum ſua quarta quo de medietate ipſa exinde per annum exire debet de vino, ſeu & tertia parte de glandatico porcorum, & tertiam partem de herbaria pecorum, plus vero nihil non de terris, neque de iſtis rebus inter nos aliquam rationem habuimus, niſi tantum quam ſupradiximus de medietate una de monte inſimul cum ſua quarta, & ipſam partem de glandatico porcorum, & herbaria pecorum, ſicut ſuperius legitur. Et ipſa Bertha poſt ſuum ſacramentum coram omnibus firmavit ſicut per legem atque judicium certe facere debuit, & predictam medietatem unam de monte inſimul cum ſua quarta, & tertia parte de glandatico porcorum, ſimul & tertia parte de herbaria pecorum in ſuam perpetuam hereditatem atque poſſeſſionem, & ſuorum heredum veram eſſe defenſavit; & ſic inter illos omnes deſiniti ſunt contentiones, ut ex illa die de hac re, & deinceps uſque in perpetuum nulla contentio ſeu inquiſitio inter illos & eos, qui poſt ipſos venturi ſunt, nullo modo fieri debeat per ullum ingenium. Tunc ipſe D. Weribent Comes juſſit, ut de hoc placito ſeu deſinitione dijudicati cartulam fieri debere; quod ita factum eſt, ut ipſi, qui ibi fuerunt, recordentur, & illi qui ibi non fuerunt, per annorum curricula rationem detineant. Ambas vero dijudicati cartulas uno tenore conſcriptas unam apud vos Bertha, & Almericum filium tuum dimiſſam, aliam vero vobis D. Andrea Epiſcopo in archivo S. Mauri Martyris credimus eſſe retentum.

A *Actum vero ad Trajectum S. Andreæ anno Domin. Incarn. 994. D. vero Octhonis ſereniſs. regis anno 8. Indict. ut ſupra ſcripta in Chriſti nomine feliciter. Amen.*

Ego Acio de Aquilegia interfui. Ego Gualtramus frates D. Andsee Epiſcopi intesfui. Ego Joannes advocatus Eccleſiæ S. Thome interfui. Ego Joannes de civitate Paren. intesfui. Ego Bonifacius feater ipſius Joannis interfui. Ego Waltramus de duobus caſtellis interfui. Ego Olmaunus, & Andreas fsatres de civitate Polen. interfuimus. Ego Aldesus de caſtro S. Georgii interfui. Ego Vinderius de civitate Paren. interfui. Ego Waltramus filius Helegardi interfui. Ego Andseas Gaſtaldo de caſtro Montaboni interfui. Similiter & alii multi interfuesunt, quorum nomina pee diem dicere longum eſt, ſed iu quantum poſſumus, nomina illorum breviter perſtrinximus.

B *† Ego Hyno diaconus & notarius Paentine civitatis per juſſionem D. Weribentj comitis, ſeu Vicedomini diacoui & tabilionis, in hac dijudicati cartula omnia ſicut ſuperius leguntue, manu vero mea ſeripſi, complevi, atque firmavi.*

Col. eadem. lin. 43. *adde.* Anno 1030. donavit Engelmarus cœnobio S. Michaelis de Leino Monaſterium S. Caſſiani intra muros Parentii; quam donationem deinde ratam habuere nonnulli Engelmaei ſucceſſores, ut colligitur ex hoc documento.

Nutu Dei eterni eegnante Domno Chonrado Romanorum Imperatore anno quarto regni ejus die vero VII. menſis Auguſti Ind. XIII. Chriſto gubernanteque omnia. Ego quidem domnus Engelmarus S. Parentinæ Eccleſiæ Antiſtes hunc erumnoſam hujus ſeculi vitam conſiderans fragilem eſſe atque caducam, magis celeſtia amare cupiens, quam terrenis frui, dum aliquod facere volui, domino auxiliante, pre quod non eſſem dignus excidi vel mitti in ignem, ſciens ex Dominico ore proceſſiſſe: omnis arbor, que non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur; ideoque S. Michaelem Archangelum auxiliatorem mei habere volui ſciens illum magni meriti eſſe apud Dominum. Tradens tradidi cenobio S. Archangeli Michaelis, quod prope civitatem Polenſem conſiſtit, cum avocatore meo Vualtramo, Johanni Abbati, omnibuſque ejus ſucceſſoribus Monaſterium S. Martyris Caſſiani ſitum & fondatum infra muros civitatis Parentine cum omnibus ſuis pertinentiis, ſcilicet cum domibus, vineis, ortis, pratis, ac cum omnibus finis, que ſunt in contrata montis Petroſi ſcilicet inter viam Sclavam, per quam itur Piſinum caſtrum, in viam per quam itur ad caſtrum S. Laurentii, que ſunt fiſcalia prediKe Eccleſie noſtre, ideſt nobis medietatem cenſi, ac etiam cum omnibus paſcuis tam animalium, quam porcorum, & cum ſylvis & glondaticum earum, ac capulum & omnibus redditibus juribus predicto Monaſterio pertinentibus. Que omnia concedimus & domus vobis domno Johanni Abbate S. Michaelis predicti & Monacis veſtris orantibus & intercedentibus pro nobis, & animobus noſtrerum anteceſſorum Epiſcoporum reddendo Epiſcopo noſtro ſcilicet in ſolemnitate ſanctiſſimi Mauri martyris patroni noſtri quinque arietes triennes pingues, & non genitalia habentes; quinque etiam honorabiles panes habetes, modios factuale albe quinque cum quinque modiis electi vini. Preterea ſupradictam benedictionem Monaſteeio S. Michaelis conceſſimus, ut fsatres mundi ſervitio ibi commoeantes neceſſaria habere queant, atque pro fidelibus defunctis dominum aſſidue exerare poſſint. Si vero quocumque tempore ego domnus Engelmarus ſupsanominatus Epiſcopus, vel aliquis in Eccleſia ordinatus, aut laicus, ſive magna parvaque perſona contra hanc noſtre tsaditionis cartulam ire temptaverit, vel per aliquod pravum ingenium qualicumque modo infringere, ſeu moleſtare preſumpſerit, monaſterium S. Michaelis de ſupra nominata quam ſibi dedimus benedictione, in die extremi examinis, & etiam anathematis maledictionem conſequatur eternam cum eis, qui dixerunt filio Dei: eecede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus, atque cum Juda, qui filium virginis pretio vendidit, maledictionem Eccleſiæ Dei conſequatuo eternam. Et ut omnibus omnis turbatio auferatur, nos hanc cartulam fieri juſſimus. Egomet omnes meos ſucceſſores rogo, ut hanc cartulam noſtre traditionis affirment, & auxiliaterem S. Michaelem apud Deum ſentiant.

Ego Domnus Engilmarus Epiſcopus hanc cartulam una cum avocatore meo fieri juſſimus, atque fratres noſtros & fideles mei aſtantes teſtes de hac re eſſe rogavi. Signum manus Conſtantini filii Ecili comitis ss. Signum manus Vincentii tt. Signum manus Ripaldi locopoſiti tt. Signum m. Ediverii de civitate Polenſi tt. Signum m. Benecarii de duobus Caſtellis tt. Signum m. Stali filii Catulonis tt. Actum in curia Parentina anno & die & Impesatere vel indictione ſupra ſeripta feliciter.

Ego Johannes tabellio de civitate Parent. rogatus ſcripſi, complevi, atque firmavi.

Ego Arpus Epiſcopus S. Parent. Eccleſiæ hanc cartulam firmovi.

Ego Urſus Epiſcopus hanc castam firmavi.

Ego Carolus Parentinus Epiſcopus hanc cartulam fismavi.

Ego Paganue Epiſcopus Parentinue hanc cartulam firmavi.

Ego Geronſus Parentinus Epiſcopue hane cartulam firmavi.

Ego Vincentius Paeentinue Epiſcopus hanc cartulom firmavi.

Anno vero 1040 cum quo tamen non concordant anni Regni Heneici, nec indictio in documento deſceipta, definita fuit ab ipſo Henrico eege controveeſia, quæ vertebarur inter ipſum Engelmarum, & Abbatem Monaſterii S. Michaelis de Lemos ſuper decimas territorii ejuſdem Monaſterii, ſequenti judicato.

C *In nomine Dei eterni amen. Anno Domin. Incarn. 1040. eegni D. Henrici feliciſs. regis anno 6. Indict. X. die 15. menſis Septembris. Cum quedam queſtio verteretur inter D. Hengulmarum Epiſc. Parent. civitatis ex una parte, ex altera parte D. Johannem Abbatem Monaſterii S. Mariæ Visginis, & S. Michaelis Archangeli de Lemo: quæſtio talis erat inter illos, quod D. Epiſcopus volebat habere decimam de territorio dicti Monaſterii, & D. Epiſcopus preeepit omnibus hominibus his, qui laborant territorium ſupraſcriptum, ut portarent decimam in Epiſcopali palatio, & ipſi noluerunt eam portare, nec dare; & talem excuſationem habebant dicendo: D. Abbas nobis precepit, ut deberemus portare decimam in monaſterio ſupraſcripto ſub pœna dupli. Iſta, & alia multa verba fuerunt inter illos; proptee talem queſtionem dictus Abbas comparuit cum ſuis juribus coram D. Azicha, & dixit ei: Dominus Epiſcopus fecit nobis moleſtare omnes homines, qui laborant noſtrum territorium, quod tu nobis dediſti, petit ad ipſos decimam. Et D. Azicha teſpondit. Eamus*

D *omnes ad noſtrum regem. Per hec omnia comparuerunt omnes coram D. Henrico feliciſſimo rege, & talem queſtionem narraverunt ei. Et Rex cum audiſſet eos, fecit ſibi multos ſeniores convocare in palatio ſuo ad conſilium, & ibi fuerunt congregati 568. ſeniores. Et eex coram omnibus vocavit D. Epiſcopum, & D. Johannem, & D. Azicham; & ipſi venerunt coram rege cum multis, qui erant in ſocietate eosum. D. Azicha viva voce dixit D. Regi, & omnibus, qui erant cum eo: Ego dedi unum territorium ad honoeem Dei Monaſterio S. Marie Virg. & S. Michaelis Archangeli D. Johanni Abbati, & reliquis fratribus ibidem congregatis ſuper altitudine ripe Sinus, qui dicitur Lemo: & omnia inſtrumenta, ſi vobis placet, facite ipſa legere: & fecerunt ipſa legere coram omnibus. Cum lecta fuerunt inſtrumenta, dixit D. Azicha coram omnibus: D. Epiſcopus fecit mihi injuriam, quia petiit decimam a pauperibus Chriſti. Ego dedi dictum territorium, ut poſſint fratres ſupraſcri-*

pium

ptum Monaſterium habitare, & pauperes recipere. Ad hec D. Epiſcopus reſpondit: omnes decime debent eſſe Epiſcopi, & Capituli ſui. Hec omnia D. Rex intellexit cum ſuis ſenioribus, & fecit conſilium, & in illo conſilio omnes viva voce dixerant: Decimas debeant habere fratres de ſuo territorio, qui habitant in dicto Monaſterio. Incipit enim a Monte Calbo, & vadit per ſigna ſicut intra in ſupraſcriptis inſtrumentis D. Azicbe, & matris ſue Vilpurge. Et D. Henricus ita dixit ſupradicto D. Epiſcopo. Vade in pace, & noli nos contriſtare. Nos volumus decimas dare, quas tu petis, ſupraſcripto Monaſterio: & hoc habemus per exemplum, quod per totam provinciam Iſtrienſem Monaſteria S. Benedicti poſſident ſuum territorium cum decimis, & omnes fructas, qui in eo poſſint haberi. Etiam nos volumus omnes cum conſilio noſtro, quod omnes homines, qui laborant ſupraſcriptum territorium, debeant portare decimam D. Johanni Abbati ſupraſcr. Monaſterii & ſuorum fratrum, cunctorumque ipſorum ſuccedentium, & poſſint ipſas decimas habere, gaudere, & omnem ſuam voluntatem facere ſine contradictione alicujus perſone ſub pena librarum decem auri medietatem ſolven. Camere regis, medietatem vero injuriam paſſo. Poſt hec D. Epiſcopus fecit pacem cum D. Azicha, & D. Azicha dedit D. Epiſcopo, & ſuo Capitulo unum territorium ſubtus montem Sablonaram verſus Occidentem; ſicut continetur in ſuo inſtrumento: & D. Epiſcopus promiſit cum ſuis Clericis D. Azicbe, quod nunquam petet decimam in territoriis ſupraſcripti Monaſterii. ANATHEMA RAMATA.

Col. 404. lin. 61. *adde*. Poſt annum 1158. (ſiquidem nonniſi anno inſequenti Alexander Apoſtolicam conſcendit cathedram) Ubertus ad ſex annos remiſit quartam fructuum menſæ Epiſcopali provenientium ex territorio Eccleſiæ S. Thomæ, ut ex iis redditibus reficeretur dicta Eccleſia præ nimia antiquitate quaſi conſumpta, & in ruinam poſita. En documentum.

In nomine Dei eterni Amen. Anno Domini 1158. die vceoxi. exeunte Decembrio tempore D. Alexandri Pape, & piiſſimi Federici Romanorum Imperatoris Actum in civitate Parentia in Eccleſia S. Thome Apoſtoli, qui eſt in ſolemnitate ejuſdem S. Thome preſentibus clero & toto populo Parentino ibi in ſolemni miſſa congregato Dom. & venerab. Ubertus S. Eccleſie Parentine Antiſtes videns & conſiderans Eccleſiam dicti S. Thome Apoſtoli pre nimia antiquitate quaſi conſumptam, & in ruinam poſitam fecit ſecuritatis cartulam presb. Albino magiſtro Scolarum, D. Rocio Antiquiori, Omodeo caſtaldioni de dicta civitate Parentina, & magiſtro Vvalteramo Muratorio civibus de Parentio de toto territorio dicte Eccleſie S. Thome, & cum omnibus redditibus quartarum frumenti & de vino, & de paſtuis de ipſo venientibus, & exeuntibus. Confines dicti terettorii hi ſunt, ab Oriente eſt mons illuſtriſſime domine Elice, a ſeptentrionale eſt via, que vadit de civitate Parent. Montonom: a meridiano via ſclavica, que vadit Pocianum, ab occaſu Eccleſia S. Marie de Monte: & predicta conceſſit ſuperius nominatim hinc ad ſex annos ut aptoent, & bene reſtaurent dictam Eccleſiam S. Thome ſub pena CCCC. librarum Veronenſium.

Ego Adam diaconus & tabellio de civitate Parentina ſcripſi, & roboravi.

Col 405. poſt lin. 67. *adde*.

Sed & anno 1174. quo Federicus Petenenſis Epiſcopus Odolrici Aquilejenſis Patriarchæ ſubdelegatus illi adjudicavit litem inter ipſum, & Abbates S. Petri de Sylva, & S. Michaelis de Lemo vertentem, ut hoc edocet documentum.

Anno Dominice Incarn. 1174. Ind. VII. Petrus Parentinus Epiſcopus querimoniam oppoſuit coram Odelrico Aquilejen. Eccleſiæ venerab. Patriarcha, & Apoſt. ſedis Legato de Abbate S. Petri de Sylva, & Abbate S. Michaelis de Lemino. Propoſuit quippe Epiſcopus, quod conſecrationes Eccleſiarum, & altarium, atque Abbatum prædictorum locorum, ordinationes etiam Clericorum, ſive Monachorum ſuorum ad jus Parentine Eccleſiæ pertinerent: quod eadem Monaſteria debent annuatim perſolvere ſibi porcum unius anni in nativit. Domini, & in paſcha majori duos agnos, & in feſto S. Mauri arietem unius anni, & in carnis levamine unam ſpatulam porci. Et cum ſepe ſepius querendo inſtaret, tandem Patriarcha juſtitie acquieſcens cauſam iſtam Federico Petenenſi Epiſcopo definiendam commiſit, & eum ſuum Vicarium in negotio illo conſtituit, precipiens ut allegationibus utriuſq; partis examinatis juſtam dictaret cauſe ſententiam. Itaq; Peten. Epiſcopus utriſq; partibus convocatis in Eccleſia Parentina, cum Parent. Epiſcopus perſcripta capitula querimonie propoſuiſſet, & Abbates contra inficiarentur dicentes Monaſteria ſua ea, que petebantur, nunquam exolviſſe, produxit Parent. Epiſcopus ad confirmationem cauſe ſue tres legitimos teſtes, & idoneos, ſcil. Albinum archipresbyterum, Adalramum Archidiaconum, & Rantulfum presbyterum, ac cuſtodem predicte Parent. Eccleſie, qui tactis ſacroſanctis Evangeliis juraverunt ea, que petebantur ab Epiſcopo, ipſis videntibus pred. Monaſteria perſolviſſe, & quidquid Epiſcopus in cauſa illa requirebat, juris eſſe Parentine Eccleſie, & illud jus a 40. retro annis tenuiſſe. Diligenter ergo cognitis utriuſque partis allegationibus quia Parentini Epiſcopi firmis rationibus & convenientibus teſtibus fuerat approbata, Petenen. Epiſcopus Vicarius Patriarche multorum conſilio ſtatuit, & firma ſententia dictante juſticia promulgavit: ut unaſquiſque prædictorum Abbatum ſingulis annis ſupradicta omnia, quæ ab Epiſcopo petebantur, perſolveret Parent. Eccleſie, & quidquid Epiſcopus in cauſa illa poſtulabat, in integrum obtineret. Data vero ſententia jubente eodem Vicario præd. Abbates vadiaverunt Epiſcopo ad judicatam ſibi rationem in preſentia totius cleri Parentini Epiſcopatus, & Ugonis S. Barbare Abbatis, & Lamberti presbiteri, & Bernardi presb. de Rubino, & plebani de duobus Caſtellis, & plebani de Montona, & presb. Manardi de Aquilegia, & aliorum multorum.

Federici ſententiam ratam habuit biennio poſt Odolricus ſequenti documento.

In nomine Domini noſtri & Salvatoris Jeſu Chriſti Amen. Nos quidem Odelricus Dei gratia S. Aquilegien. Eccleſie Patriarcha Apoſtol. ſedis Legatus notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod cum venerab. frater noſter Epiſcopus Parentinus Petrus querimoniam nobis deponeret, quod venerabiles fratres noſtri S. Petri de Sylva & de Lemo Abbates exenia, que ei annuatim perſolvere debeant videl. quiſque in Nativitate Dom. porcum unius anni, & in paſcha majori duos agnos, & in feſto Sancti Mauri arietem unius anni, & in carnis levamine unam ſpatulam porci, ei detinerent; nos tamdem cauſam venerab. fratri noſtro Friderico Peten. Epiſcopo veſtram cognoſcendam, & terminandam commiſimus; qui cum mandatum noſtrum executioni mandaſſet in virtute obedientie a nobis quomodo in eadem cauſa proceſſerit interrogatus preſentibus tribus noſtris aſſeruit: quod partes certo loco & die ante ſuam preſentiam collocavit, & cauſam hinc inde diligenter examinavit: aſſeruit etiam quod Parentinus Epiſcopus jam dictam querimoniam depoſuit, & tres legitimos teſtes Albinum Archipresb. & Adalramum Archidiac. & Rantolfum presb. & cuſtodem Parentine Eccleſie induxit, qui ſupra ſacroſancta Evangelia juraverunt, quod predicta Monaſteria noſtra ſupraſcripta Exenia Parent. Eccleſiæ a 40. annis retro perſolverant. Petenen. itaque Epiſcopus, qui in hac cauſa vicem noſtram agebat, auditis hinc inde que partes allegaverant, talem dictavit ſententiam, ut unuſquiſque prædictorum Abbatum memorata exenia Parent. Epiſcopo, & Eccleſiæ ipſius perſolvant. Hæc igitur per ipſum cognoſcentes, ſententiam, quam rationabiliter tulit, auctoritate S. Aquilegien. Eccleſie hac noſtra confirmamus, & confirmatam in perpetuam eſſe volumus his preſentibus Vernardo

Tergeſtino, & pred. Friderico Peten. Epiſcopis, Johanne Æmonen. Epiſcopo electo, Romulo Aquileg. Magiſ. Schol. Turpino Tergeſt. Archidiac. Capellanis Reginhardo, Papone, & aliis quampluribus. Actum eſt feliciter apud fluvium Arſam in Iſtria an. Dom. 1176. Ind. 9. Ego Chonradus D. Patriarche Capellanus ex mandato ipſius hanc cartam ſcripſi & dedi.

Col. eadem, lin. 73. *adde*.

Fulcherii memoria frequens eſt in ſæpe citato Codice Parentini archivi. Et primo anno 1200. habetur compoſitio, & ſententia Peregrini Patriarchæ Aquilejenſis electi à partibus arbitri ſuper feudum D. Richardæ de Montona præſente, & partes compoſitas inveſtiente D. Fulcherio Parentino Epiſcopo, in hunc modum.

Anno Domini MCC. Ind. III. die vero VII. intrante Octobri tatiuitate Auſtria in palatio Patriarchali in præſentia Peponis Peten. Epiſcopi, Vigandi S. Odolrici præpoſiti, Bernardi D. Patriarche Capellani, Elie nepotis Epiſcopi Parent. aliorumque multorum. Cum D. Albertus comes de Viſelberch ex una parte, & D. Vido de Mugla cum Leonardo de caſtro Vallis ex altera ſuper facto feudi, quod D. Ricarda de Montona habuerat, & tenuerat ab Eccleſia Parent. compromiſerunt in D. Pelegrinum Patriarcham Aquilejen. tamquam judicem, arbitrum, & compoſitorem amicabilem omnem queſtionem, quam inter ſe habuerant diſfiniendam ſub pena mille marcharum argenti; quam queſtionem jamdiu dictus D. Patriarcha audierat, & examinaverat, talem dedit ſententiam ſic dicens. In nomine Patris, & filii, & Spiritus S. Nos Peregrinus Dei gratia Patriarcha Aquilegien. judex, arbiter, & compoſitor inter D. Alpertum Comitem de Viſelberch ex una parte, & Vidonem de Mogla cum Leonardo de caſtro vallis ex altera ſuper facto queſtionis feudi D. Richarde de Moatoaa, quod tenuerat ab Eccleſia Parent. dicit quod D. Fulcerius Parent. Epiſcopus, qui ibi preſens erat & conſentiens, inveſtiret medietatem dicti feudi integraliter predicto D. Comiti Alperto, & aliam vero medietatem predictis Vidoni & Leonardo: quod feudum ſic diviſum eſt inter eos. Dictus D. Comes recepit a dicto D. F. Parent. Epiſcopo in feudum pro parte ſua villam de Roſario cum monte & lama de Lino cum decimis, nemoribus, paſcuis, & omnibus pertinentiis ſuis temporalibus: item decimam caſtri Montone infra muros ejuſdem, & omnia molendina in palude Montone excepto illo de valle Todenara, & illo de Medio, quod ſerviebat carie D. Ricarde; item decimam de villa Vulſe, & totam proprietatem terrarum dicte D. Richarde, que habuerat in confinio caſtri Montone. Alia vero medietas dicti feudi ſic diviſa fuit inter predictum Vidonem, & Leonardum. Recepit predictus Vido in feudum a dicto D. F. Epiſcopo Parent. pro parte ſua caſtrum Nigrignani, molendinum de Batiſſano, decimam de Ratigego, molendinum de Medio, quod dicitur de Curte in palude Montone, & XII. naſas in piſcariis de Lemos. Recepit ſecundario dictus Leonardus de Valle pro parte ſua in feudum a d. D. F. Parent. Epiſcopo decimam in Montona, & de toto veniendo & tendo inferius dicti montis Montone uſque ad Eccleſiam S. Viti; item molendinum de valle Todena in dicta palude Montone, & XXIIII. Naſas in piſcariis de Lemo, & XIIII. decimationes in duobus caſtellis. Et de omnibus predictis dictus D. Comes per ſe, & pred. Vido & Leonardus, juraverunt fidelitatem dicto D. F. Epiſcopo Parent. tanquam domino ſuo; que omnia ſupraſcripta precepit dictus D. Patriarcha judex debite obſervari ſub pena indicta mille marcharum argenti, medietas dicte pene noſtre camere perſolvatur; reliqua vero medietas Parent. Epiſcopo, & parti obſervanti dictum arbitrium perſolvatur: que ſententia, & arbitrium ratum & firmum permaneat.

Ego Villelmus S. palatii notarius interfui rogatus & de mandato dicti D. Patriarche & partium ſcripſi.

Protenditur deinde ad an. 1217. quo die x. intrante Madio Fulcherius Epiſcopus Parentinus inveſtivit in feudum D. Balduinum Signolum de Venetiis de una valle ſita in terra Mugla S. Petri de Sorna & Mugla de Zano ad ædificandum Salinas &c. In ſententia Volſcheri Patriarchæ Aquilejenſis an. 1213. die VII. exeunte Septembri lata, qua decernitur, quod Feudatarii Epiſcopatus Parentini nullum jus habeant in advocatia Urſajæ, mentio fit Joannis Parentini Epiſcopi Fulcherii anteceſſoris, ob cujus obitum orta erat lis.

Col. 406. lin. 6. *adde*. Sed & multo ante, anno ſcilicet 1219. quo, dum adhuc eſſet Parentinus Electus, ſcripſit memoriale omnium civium Parentinorum ab Eccleſia Parentina *finitas* habentium, quod legitur in ſæpe cito Parentini archivi Codice. Anno verò 1222. Euphraſii decretum vetuſtate conſumptum deſcribi curavit, decem Canonicorum onmerum in ſua Eccleſia definivit, pluraque iiſdem largitus eſt, ut habetur ex ſequenti documento.

In nomine Patris, & filii, & Spiritus S. amen. Nos quidem Adalper divina providentia Parentinus Epiſcopus licet indignus notum fieri cupimus tam preſentibus quam futuris, quod videntes, conſiderantes, & diligenter adtendentes privilegium pie recordationis Eufraſii predeceſſoris noſtri, & aliorum predeceſſorum noſtrorum vetuſtate conſumptum, ne Eccleſia Parentina, vel ipſum Capitulum Parentinum in poſterum ſuo jure vel dignitate privaretur, auxiliante Domino, ipſum privilegium bona fide renovari fecimus, & ut habetur in ipſo, ita continebatur in illo. In nomine &c. (ſequitur Euphraſii decretum prout ſupra relatum eſt.) *Inſuper nos quidem dei gratia Adelper Parentinus Epiſcopus ad honorem Dei, & beate Marie Virginis, & b. Mauri martyris, & aliorum ſanctorum, & ad petitionem Capituli Parentini, & conſilio, & voluntate mag. Philippi Apoſt. ſedis ſublegati ſtatuimus, & ordinavimus, quod in Eccleſia Parent. debeat eſſe decem prebendarii tantum, nec numerus prebendariorum augeatur, vel minuatur; ſed ſi quis ex fratribus obierit, alius loco ipſius eligatur, & ſubſtituatur. Volumus etiam, & precipimus diſtricte, quod Canonici Parentini debeant reſidere in Eccleſia Parent. & ſervire prebendas ſuas, & habere eas quiete, & pacifice. Iterato, prout in iſto privilegio habetur, confirmamus ipſis Canonicis Parentinis omnes decimas de omnibus habitatoribus Parentine Civitatis ubique terras vel vineas laborent. Inſuper volumus diſponimus, & ordinamus, & confirmamus, quod pred. Canonici Parent. habeant decimas de omni Territorio Parent. tam de vineis quam de agriculturis. Iterato modo volumus, & precipimus, quod ſi Canonicus Parent. obierit a feſto S. Michaelis uſque ad aliud feſtum, tertia pars illius prebende ad reſtitutionem Eccleſie detur; due partes conſilio capituli detur pro anima ſua. Et ſi quis auſu temerario contra hanc mee inſtitutionis ordinationem vellet venire, vel infringere, vel corrumpere, maledictionem Dei omnipotentis, & b. Marie Virginis, & BB. Apoſtolorum Petri & Pauli, & b. Mauri martyris, & aliorum ſanctorum incurrat, & pene excommunicationis ſubjaceat, & cum Dathan, Abiron porcionem obtineat, & componat auri libras x. quinque Capitulo Parentino, & quinque Epiſcopo Parent. qui pro tempore fuerit. Et ut preſens privilegium robur ſue firmitatis obtineat, ipſi privilegio apponi fecimus ſigillum noſtrum. Iterato volumus, & precipimus, quod Archadius nil diſponat cum Capitulo Parentino.*

Nos quidem Bertoldus Dei gratia S. Aquileg. Eccleſie Patriarcha, nec non Iſtrie atque Carniole Marchio, ad petitionem Eccleſie Parent. privilegium ipſius Capituli confirmamus, & in ſignum noſtre confirmationis ipſum privilegium noſtro ſigillo ſigillari juſſimus. Actum in Civitate Parent. feliciter tempore quo Fridericus puer Romanorum Imperator regnabat an. Dom. 1222. Ind. x. die VII. exeunte menſe Januarii. Preſentes fuerunt Diaconus Johannes archipresb. Parent. Diaconus Dominicus cuſtos, Helias

ejus

ejus Eccleſie Canaaicus & magiſlee Scolaram, & alii qaamplares.

Vivebat adhuc aono 1240. die 18. exeunte Januanuario, quo Eccieſiam Joannia de Prato contulit Hoſpitali S. Joannis de ultra mare.

Col. eadem lin. 7. *adde*. Electus nuncopatur in duplici documento ejuſdem Codicis anno 1243. exarato. Pro ſuæ Eccleſiæ juribus viriliter decertarit cum Commnni Parentino, & controverſias tandem diremit Bertholdus Patriarcha Aquilegenſis lata ſententia anoo 1246. die 12. intrante Martio, præſentibus Volrico Epiſcopo Tergeſtino, & Vilielmo Epiſcopo Polenſi.

Col. eadem lin. 8. *adde*. Sedebat in Parentina cathedra an. 1249. die 12. exeunte Decembri, quo Vacelus Lupus civis Juſtinopolitanus, & Parentinæ Eccleſiæ feudatarius fidelitatis juramentum eidem præſtitit. Vivebat adhuc anno 1254. die quarto exeunte Septembri, quo Albinus, & Cadulus de Vidoto ſe daturos eidem impoſterum promiſerunt annuatim quartas ſecundum conſuetudioem terræ, ſcripto in hanc rem ioſtrumeoto.

Col. 407. in fine *adde*.

Prima Othonis memoria in præſato Codice occurrit ad an. 1256. die nltimo exenote Aprili, quo Conradum q. Fabiani in feudum quoddam immiſit. Defunctus eſt anno 1279. ut aſſeritur in documento anoi 1283. Vacabat autem hæc Eccleſia adhuc anno 1281. cujus die x1. intrante Julio Thomaſinus filius q. D. Bonfaoti de Valle *præſentavit ſe ad ſedem pontificalem petens inveſtituram ſuoram feudorum, & allegavit Parentinæ Eccleſiæ, quæ vacat per mortem D. Othonis, quod non præjudicet juri ſuo.* Ex documento præſati Codicis.

Col. 409 lin. 8. *adde*. Bonifacius ſedebat jam in hoc throno anno 1282. quo die 4. intrante Decembri renuit iovestire Michaelem de Tragurio, quia exciderat à feudo ob pignorationem de ipſo factam. Hic à primo ſui Præſulatus exordio plura perpeſſus eſt à civibus Parentinis & Patriarcha Aquilejenſi, unde relicta ſede compulſus eſt an. 1283. ad Apoſtolicam ſedem confugere, ſummique Pontificis opem implorare. In vivis adhuc agebat an. 1305. 7. Novemb. quo Hippolytus Archidiaconus Pareotinus omoia bona ſua Bonifacio Epiſcopo ægrotanti, & Eccleſiæ Parentinæ largiter donavit, atque hanc donationem Bonifacio pejus ſe habenti repetito inſtrumento iteravit eodem anno die 15. Decembris. Nec diù ſuperſtes fuit Epiſcopus, ſiquidem anno 1306. 2. Septemb Rogerius Canonicus, & Æconomus Eccleſiæ Parentinæ (è quo colligitur tunc vacaſſe ſedem) exegit modium frumenti à ſingulis Urſariæ ſocularibus tribui ſolitum Parentino Epiſcopatui. Eamdem exactionem repetiit idem Æconomus Eccleſia Paſtore vacante, ut loquitur documentum, anoo inſequeoti 1307. die 19. intrante Decembri.

Col eadem lin 12 *adde*. Gratiadeus ordinis antea Carmelitarum Frater, erat Parentinus Epiſcopus an. 1309 cujus die 28 Septemb inivit poſſeſſionem corporalem unius Vineæ io Caſtagnolo, & duorum ſediminum, unîuſque domus in Urſaria. Ultima hujus Epiſcopi memoria habetur in lib. 2. regeſt. Parentinæ Eccleſiæ ad an. 1357 die 5. Jaouarii.

Col. eadem lin. 13. poſt *Bononienſis*, *adde*, Ordinis Prædicatorum.

Col. eadem. lin. 39. poſt *Venetus*, *adde*, Ordinis Carmelitarum.

AD PARMENSES

TOM. II.

Col. 163. poſt lin. 18. *adde*. Henricus an. 1021. die 6 Decembris interfuit Veronæ ſeotentiæ ab Henrico I. Imperatore ad favorem Monaſterii S. Zenoois latæ apud Muratorium io Antiqu. Eſtenſ. tom. 1. pag. 129.

AD PATAVINOS

TOM. II.

Col. 420. ad lio. 16. verba: *anno* 1403. nota io margine: 1405. cujus anni menſe Septembri Patavinm à Venetis captum fuit.

Col. 428 ad not. 3. pro Ind. XVI. *repone* Ind. XII.

Col. 429. ad lio 14 verba *an.* 871. nota in margine. Vivebat adhuc an. 874.

AD PERUSINOS

TOM. I.

Col. 1160. lin. 11. *adde*. Memoria Andreæ habetur pariter ad an. 1044 in ſynodo Romana, quam lege tom. 5. io Gradeoſibus.

AD PETENENSES

TOM. V.

Col. 471. poſt lin. 30. *adde*.

VI. FRIDERICUS Petenenſis Epiſcopus teſtis interfuit an. 1174. io charta ſupra in Parentiois relata.

Col. eadem lin. 38. *adde*. Ejus memoria in documentis Parentini regeſti extenditur ad ao. 1200. 1203. & 1213

VIII. OTHO Peteneoſis Antiſtes emergit ex ſequenti documento io lib. 1. regeſt. Eccleſiæ Parentinæ deſcripto.

In nomine Dei eterni. Anno Domini 1257. Ind. XV. die 15. intrante Januario preſentibus dominis Villelmo Polenſi, & Ottone Petenenſe Epiſcopis, Rugerino electo Ceneten. Bonagerio Præpoſito S. Odolrici, Nicolao de Lupico, Romano de Renzach, Henrico de Golpurch, Henrico ſcriba D. Dominici plebani de Heborſam, & aliis teſtibus rogatis. Ibique D. Otto Dei gratia Parentinus Epiſcopus interrogavit D. Meinardum comitem Goritie per fidelitatem, quam ſibi fecerat, ſi de voluntate ipſius procederet violentia, quam faciebant ei D. Vodolricus de Reyſemberch, & Arturcus de Parentino occaſione advocatie in caſtra Orſarii: & idem D. Comes Meinardus reſpondit ſe nullum jus habere in dicto Caſtro Orſarii, vel ejus conſilio, nec aliquis pro ipſo. Actum Pole in Eccleſia S. Marie de Conaeto feliciter. Ego Urſus S. Aquileg. ſedis Patriarche notarius hic interfui, & rogatus ſcripſi, & ſigno meo &c.

AD PISTORIENSES

TOM. III.

Col. 311. ad lio. 1. *adde* in ima pagina ſequentem ootam.

(1) Quæ de hoc Franciſco Galigario Epiſcopo Piſtorienſi narrat hîc Ughellus, à veritate longe aliena ſunt. Epiſcopus, qui Cardinali Puccio coadjutor adhibitus eſt, illique demortuo ſucceſſit, fuit PETRUS FRANCISCUS è nobili Florentina à Gagliano familia. Ortum habuit anno 1484. die 20 Julii Philippo, & Alexandra Soderini parentibus. Uxorem duxit Franciſcam Bernardini Corſini, ex eaque duas filias ſuſcepit: ac defuncta deinde uxore, habitum Clericalem induit, & Coadjutor mox, tum Epiſcopus effectus eſt. Extincta modò eſt hæc familia a Gagliano. Clypeus

Digitized by Google

etiam qui hic profertur ab Ughello , non eſt hujus familiæ .

AD POLENSES

TOM. V.

Col. 480 *dele* in margine n. XXIII. ſiquidem Literæ Innocentii datæ fuerunt Willelmo ſupramemorato, cujus memoria in documentis Parentinis extenditur ad an. 1257. ut ex charta ſupra relata in addit. ad Petenenſes Epiſcopos.

AD POLYMNIANENSES

TOM. VII.

Col. 754. poſt lin. 33. *adde* à capite lineæ.

VIII. PROCESSUS Polymnianenſis Epiſcopus cum Sanmaro Tranenſi Archiepiſcopo , & Joanne Viterbienſi ac Tuſcanenſi , judex Delegatus Apoſtolicæ ſedis in cauſa decimarum, aliorumque jurium inter Callipolitanum Epiſcopum, & Neritinum Abbatem vertente ſententiam tulit in favorem Neritini Abbatis circa an. 1195. quod colligitur ex Cœleſtini III. diplomatibus an. 1194 & 1195. datis in Neritino archivo exiſtentibus, ut in Callipolitanis tom. 9. col. 101. diximus.

AD POPULONIENSES
ET
MASSANOS

TOM. III.

Col. 709. lin. 62. *adde*. Anno verò 1037. interfuit Concilio Romano , quo Andreas Peruſinus Epiſcopus cedit omni jure ſuo in monaſterium S. Petri.

Col. 733. in fine *adde* .

LXXVI. EUSEBIUS Ciani , Monachus Camaldulenſis, Profeſſus Monaſterii S Mariæ Angelorum Florentiæ, ibidemque Philoſophiæ primum, deinde S Theologiæ Lector, inter Florentini Collegii Theologos laureatus die 8. Aprilis 1717. ad Epiſcopatum Maſſæ, & Populonii an. 1719. ſubvectus eſt die 8. Octobris Romæ ordinatus ab ipſomet ſummo Pontifice Clemente XI. Is nobili famil a Senis progenitus, patre ſcilicet Julio Ciani J. U. D. & Patritio Senenſi , ac matre Agnete Borgognini ſorore Joſeph Mariæ Epiſcopi Montis Elcini, an. 1681. in lucem editus eſt. Diœceſim ſuam ſtatim viſitare aggreſſus eſt, ut oves ſuas de viſu cognoſceret , earumque neceſſitatibus ſubveniret. Mira ſuavitate, ac gravitate morum omnibus charus gregi ſibi commiſſo tum doctr næ , tum integritatis ſuæ exemplis, utinam longo tempore præfulgeat.

AD PORTUENSES

TOM. I.

Col. 114 lin. 37. à capite lineæ *adde*.

XXI. SYLVESTER Portuenſis interfuit ſynodo Romanæ Joannis Papæ IX. in qua acta Stephani VI. contra Formoſum reſciſſa ſunt an. 898. Vide fragmentum dictæ ſynodi apud Mabilonium Itiner. Ital. tom. 1. par. 2. pag 86.

Col. eadem. lin. 52. *adde*. Subſcripſit pariter an. 969. litteris Joannis XIII. ut tom. 8. in Beneventanis.

Col. 120. lin. 23. *adde*. Vivebat adhuc Benedictus an. 1029. quo interfuit ſynodo Romanæ, quam retulimus tom. 5. in Gradenſibus.

Col. eadem. lin. 38. pro Hardusinum lege Harduinum , & *adde*. Interfuit etiam Joannes ſynodo Romanæ an. 1044. quam vide tom. 5. in Gradenſibus.

AD POTENTINOS

TOM. VII.

Col. 133. lin. 46 *expunge* ex hac ſede FAUSTINUM , qui fuit Epiſcopus Potentinus in Piceno.

Col. 140. lin. 5. poſt verbum JACOBUS adde *de Fuſco*.

AD PRÆNESTINOS

TOM. I.

Col. 195. lin. 64. *adde*. Interfuit Joannes anno 1044. ſynodo Romanæ , quam vide tom. 5. in Gradenſibus.

Col. 196. lin. 11. *adde*. A' nonnullis hic Bruno dicitur patria Licinianenſis, nunc Luciniani ad Clanas in Etruria , & è familia Dyna.

Col. eadem lin. 27. *adde*. Ubertum prodiiſſe è præclariſſima familia de Carniuate, hodie Belmonti Ariminenſi teſtatur ipſemet Ughellus tom. 2. Creſcentius de familiis , aliique.

AD PRATENSES

TOM. III.

Col. 331. lin. 44. pro *ad an.* 1139. repone: ad an. circiter 1145.

Col. 332. poſt lin. 35. *adde*.

VI. UBALDUS ab an. 1145. ad an. 1152.

Col. eadem. lin. 36. *lege*: Ubertus huic Eccleſiæ præſidebat an. 1174. cui &c.

AD RAVELLENSES

TOM. I.

Col. 1191. ad lineæ 45. illa verba *Ordinis Carthuſiani*, *adde* in ima pagina.

(1) Carthuſienſem aſſeri hunc Franciſcum lapſus eſt Amanuenſis apud Ughelium. Etenim Acta Conſiſtorialia ibi citata Carmelitam eum exprimunt, & S. Theologiæ Magiſtrum, non Carthuſienſem. Sed & Speculum ejuſdem ordinis P. V. de viris illuſtribus n. 3215. Carmelitis eundem ſolidè accenſet, prolata filiatione in conventu Neapolitano, & egregio ſui periculo in facultatibus ſpeculativis facto, quo divinæ ſcientiæ magiſterium promeruerat. *Morotius in Theatro Cartuſienſis ordinis. p. 65.*

AD RAVENNATES

TOM. II.

Col. 360. lin. 44. *adde*. Adfuit Arnaldus anno 1014 die 7. Maii judicio Henrici II. Imper. ad favorem Euphratæ Abbatiſſæ S. Felicis ex documento apud Muratorium in Antiquit. Eſtenſ. tom. 1. pag. 110.

Col.

Col. 373. lin. 3. *adde*. Girardus vivebat adhuc an. 1186. ut ea monumento conſecrationis Eccleſiæ S. Iuliani de Lepida apud Ughellum ipſum tom. 5. in Veronenſibus ſub Riprando Epiſcopo.

AD REATINOS

TOM. I.

Col. 1197. lin. 21. *adde*. Interſuit an. 861. Concilio Romano, cujus acta dedimus tom. 2. in Ravennenſibus.

Col. 1201. ad lineæ 64. verba illa *à Rogero Siciliæ rege*. In ima pagina *adde*.

(r) Rex Rogerius, qui an. 1129. regnare cœpit. non ultra annum 1150. prorogavit vitam: quo mortuo, & ſeptimo deſolationis anno necdum elapſo cœpta eſt civitas reſtaurari: neutrum proinde poteſt ad Adenulphi Epiſcopatum pertinere. *Papebrochius in Actis SS. Aprilis tom. 2. pag. 536.*

AD ROSSANENSES

TOM. IX.

Col. 314. lin. 17. dele, quæ ſcripſimus de ſex ultimis Roſſanenſibus Epiſcopis, & ſequentia *repone*.

LVII. ANGELUS de Nuce, nobilis genere in civitate Maſſæ Lubrenſis, Carolo Spinulæ ſucceſſit. Adoleſcens Benedictinæ familiæ in monte Caſino anno 1622. nomen dedit, ubi pietate, ac litteris omnibus brevi imbutus ob miram ingenii velocitatem prius quodammodo magiſter fuit, quam diſcipulus. Non modo ſuæ congregationis Caſinenſis Cathedras omnes implevit. ſed etiam extra Clauſtra illas celebriorum univerſitatum, & præcipuè Archigymnaſii Romani, in quo ſummo cunctorum ordinum plauſu Scholaſticam docuit Theologiam. Abbas renunciatus illuſtriores ſui ordinis Abbatias ſua procuratione fecit auguſtiores, illam quoque Montis Caſini, qua exornatus anno 1657. Synodo celebrata anno ſequenti 1658. ſalutaribus ſanctionibus referta ſuo priſtino nitori reſtituit, criminali etiam poteſtate incredibili prorſus labore, & non mediocri impendio recuperata. Chronicon Caſinenſe Leonis Oſtienſis mendis omnibus expurgagatum, ac erudititſſimis commentariis illuſtratum typis editum Pariſiis 1668. Clemente IX. obtulit, quod munus litterarum fautor Pontifex adeo gratanter accepit, ut ſi diutius in Petri cathedra ſediſſet, ſacra eum purpura honeſtaſſet. Interea loci Epiſcoporum Examinatorem, & conſultorem congregationis Indicis eum dixit, & cum oblatam Callienſem Mitram reſpuiſſet, hanc Roſſanenſem ab Clemente X. anno 1671. die 18. Januarii coactus fuit accipere. Cathedrale templum primo ingreſſu viſitavit, inde diœceſim, quarum acta viſitationum perbelle conſcripta in tabulario hujus Archiepiſcopalis curiæ aſſervantur. Die 3. Novembris ejuſdem anni 1671. Synodum habuit diœceſanam, qua Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & moribus laicorum conſuluit. Suo nobiliſſimo indulgens genio beneficiis, qua ſpiritualibus, qua temporalibus plebem ſibi commiſſam cumulavit, merentium omnem ſemper habuit rationem, immerentes Chriſtiana caritate ſuos etiam fecit. Prædivite ſupellectili ſponſam ſuam donavit. Prò novo conventu patrum Prædicatorum ſolemniter primum lapidem jecit. Cum eſſet ſcientiarum promotor, & litterarum fautor maximus academiam Incurioſorum Roſſani fovit, pro cujus congreſſibus Oratorium in B. M. V. ab Angelo Annunciatæ induiſit, quæ nunc Academia clariſſimo, & æterno per univerſum orbem vernat nomine ſtudio, & opera Hyacinthi Gimma, non modo utriuſque juris, & Theologiæ laurea exornati, ſed omnigena eruditione exculti, & reconditis litteris perpoliti. Cum autem ipſius Archiepiſcopi univerſalis ſcientia, morum ſuavitas, & reliquæ animi dotes aulæ Romanæ venerationem æque, & deſiderium ſui incredibile conciliaſſent, & præcipuè Cardinalis Franciſci Barberini S. R. E. Vice Cancellarii, qui ſuum Theologum eum dixerat, & ægerrimè ejuſdem tulerat abſentiam, poſt quatuor annos coactus fuit, ut laudato Eminentiſſimo morem gereret, Romam repetere, a qua ut numquam diſcederet, voluit idem Purpuratus a procuratione Roſſanenſis gregis exolutum. Quo liber onere dies ſuos in alma urbe duxit, donec ab illa omnium gentium in toto orbe patria, annis, non minus quam gloria peronuſtus die 8. Julii 1691. ad cœleſtem patriam evolavit eo clarior quia non indutus purpura quam bene meruerat, & qua eum induere in animo habuerant tres ſummi Pontifices Clemens IX., & X., & Innocentius XI., cujus juſſu anno 1682. ſcripſerat adverſus Regalia Franciæ, vulgo *le Regalie*, eo jurium robure, ut e quotquot de eadem re prodierant doctiſſimæ elucubrationes, ſua ab omnibus potior, & ab ipſo Innocentio XI. habita fuerit prufundior. Summo eum loco ſemper habuit omnis aula Romana, & præcipuè Eminentiſſimi de Lugo, Sforria Pallavicinus, de Aguirre, Albanus poſtea Clemens XI. omnes penitiſſimæ ſapientiæ coryphæi. Chriſtina Alexandra Svecorum Regina adeo eum magnifecit, ut inter fundatores ſuæ regiæ Academiæ ſcientiis omnibus ornatiſſimos ipſum etiam voluerit, qua occaſione variæ ſuæ diſſertationes manuſcriptæ aſſervantur in bibliotheca Othoboniana. Præſul fuit omnibus virtutis numeris abſolutiſſimus, matutinas horas in perſolvendo divino penſo, ſacris operando, aliiſque chriſtianæ pietatis exercitiis indulgendo, ſemper Deo ſacraverat, reliquum diei, non modo pro ſuis muniis, ſed etiam pro litteraria palæſtra conſumebat ea felici temporis œconomia, ut Deo, ſibi, ac proximo impensè ſemper vacaverit; quem vitæ laudatiſſimum tenorem à prima ſuſceptum adoleſcentia uſque ad decrepitam ætatem ſervavit. Præſignis fuit in ipſo obſervantia Benedictini inſtituti: in apice Archiepiſcopalis dignitatis numquam ſui Monaſtici ſtatus fuit oblitus, & Apoſtolicæ paupertatis, quam ſemper principe ſtudio adamaverat, etiam eum in ſuo ordine Abbatias, & reliqua præcipua lucroſa impleret munia. Pauperes quia ſemper ſovit, pro ipſis ſemper ipſe pauperrimus evaſit. Archiepiſcopus renunciatus pro expeditione Bullarum amicorum opem implorare coactus fuit. Egenis omnibus etiam in ultima ætate ſemper erogavit, quod ſibi nonagenario, & variis infirmitatibus preſſo, nec etiam parce ſufficere poterat, imo perſæpè etiam pro ipſis multa tulit incommoda, etiam ſæpiſſime eſuriendo. Tandem defunctus, nonniſi ære conlato aliquot Cardinalium, qui eum in paucis dilexerant, potuit terræ mandari. Supra reliquas autem dotes, quæ ipſius animum vere nobilitarunt, illa permicuit Deſpotici Principatus in ipſam ſpem dignitatum etiam primarum, quæ cum licet ſæpius areſceret, at ſæpiſſime reviviſceret, & mirè prorſus inoleſceret, numquam tamen tranquillitatem ejus animi perturbare potuit, promptus accipere quod ſuo merito debebatur, & hilaritatem numquam ponere, ſi digna ſuis laboribus, & ſudoribus corona communibus Europæ votis ſemper ei deſiderata differretur, prout ſemper imperſcrutabili Dei judicio dilata fuit, æterna ei ſolummodo reſervata. Plurima reliquit opera inedita, prælo tamen omnia digniſſima, quorum alia in ſuo archicœnobio Caſinenſi, alia apud N. Baronium Patritium Soranum, alia in bibliotheca, ut diximus, Othoboniana, & alia in ſua peculiari Clementis XI. æviternæ memoriæ Pontificis. Quæ vero primas obtinent ſunt. *Diſſertatio de Monachatu, & profeſſione S. Thomæ Aquinatis, priuſquam Prædicatorum Caſtra ingrederetur, in S. Archicœnobio montis Caſini &c. Cenſura*

ſuper quatuor Propoſitiones Cleri Gallicani an. 1682. Commentaria in S. Theologiam & Philoſophiam, Diſſertatio de Caroli magni effigie extante in Codice Bibliorum aſſervato in Archivio s. Pauli de Urbe. Amænioribus etiam litteris excultus fuit, quibus animum ſeverioribus diſciplinis, & gravioribus curis preſſum quandoq; levabat. Joannes Mabilonius, Jo. Ciampinus, Virginius Alviſet, pleriq; alii primę notę authores, non modo ipſius in ſuis operibus meminerunt, ſed etiam ſummis laudibus ſunt proſecuti. Joannes Marius Creſcimbeni Patritius Maceratenſis Canonicus S. Mariæ in Coſmedin in alma urbe omnibus ſcientiis ornatiſſimus tanti etiam viri vitam peculiariter perſcripſit, quam in T. 1. vitarum Arcadum illuſtrium habes fol. 13. ad 27.

LVIII. Fr. HIERONYMUS Orſaja, ex oppido S. Joannis ad Pyrthum, ex ordine Minimorum D. Franciſci de Paula, non modo Theologia, ſed quacumq; etiam ſcientia excultus, & Conſultor Congregationis Indicis, ex reſignatione Archiepiſcopi Angeli de Nuce hanc Eccleſiam anno 1676. die 24. Februarii ſuſcepit regendam, quam ſumma navitate piocutavit, & cujus ſacrarium omnibus veſtibus etiam pretioſis pro Epiſcopo ſollemniter operante, & calice magni ponderis, ac mira arte expreſſo donavit. Mortalitatem explevit die 13. Julii 1683. legatis ſuo Capitulo CC. Aureis pro tot ſacris, & uno, ut æditui vocant, Anniverſario in remedium animæ ſuæ perſolvendis. Pluta de eo vide in libro inſcripto: Abbatia S. Joanois ad Pyrthum p. 134. & 135.

LIX. Hieronymo Orſajæ HIERONYMUS alter ſuffectus eſt, ſed cognomine Compagnone, V. J. D. & majoris Eccleſiæ Averſanæ Archidiaconus die 5. Februarii 1685. Ad plures abiit die prima Novembris 1687. ſepultus fuit in Cathedrali in ſacello SS. Roſarii, CC. item aureis legatis ſuo Capitulo pro aliquot ſacrificiis.

LX. ANDREAS de Roſſi, gentis origine è comitibus S. Secundi, Neapoli tamen e Ducibus *de le Serre* filius Ducis Franciſci, & Lucretiæ Caracciolæ, quæ poſtea obiit Princeps Leporani, clericus Regularis Theatinus, inſignis Theologus, & concionator, per fere omnes in ſuo ordine gradus ad hanc cathedram pervenit die 31. Maii 1688. Ut erat vitæ ſanctimonia conſpicuus Dei honorem, ac ſervitium, & Eccleſiaſticam immunitatem, nec non Dei domorum in terris, quæ ſunt Eccleſiæ, nitorem zelavit acerrime. Omnia ſacella in ſua æde principe ad recentem architectonicæ normam opere tectorio paria fecit, ac diſpoſuit, picturis exornavit, & in ala majori ipſius ædis imagines XII. Apoſtolorum affabrè depictas voluit. Sacellum ſimile illi, quod pro Euchariſtico pane archipræſul Jacobus Carraſa excitarat, & ipſe a fundamentis condidit, cui titulum fecit animarum Purgatorii, in quarum beneficium confraternitatem pariter inſtituit eiſdem integre conſulentem. Erga pauperes omnes vere miſericors, non modo publicis, ſed clandeſtinis eos continuo juvare ſubſidiis, induere, cibum quotidie ad ipſos immittere, & meliori ferculo ſe quotidie pro iiſdem private, infirmis non modo ſtipe pro cujuſque indigentia, ſed etiam peculiaribus eſculentis cujuſque infirmitati congruis ſuccurrere. In ſua patria Neapoli, ad quam ſe duxerat, medicam opem pro ſua hydrope periclitaturus, in domo ſui ordinis, cui D. Maria Advocata titulum facit, die 30. Octobris 1696. religioſe animam exhalavit, & ibidem depoſitus fuit, donec ejus oſſa huc transferrentur humanda in Cathedrali in ſacello Animarum Purgatorii, & in ſepulchro pauperibus ab ipſo Præſule de Roſſi aſſignato; ut ipſemet ſupremis tabulis caverat, quibus etiam voluit, ut ſui peculiares redditus in commodum Capituli cederent, ut divina pſalmodia in ſuo nitore hac nova adjectione perennaret, quia diſtributiones quotidianæ ante exiles admodum, ac tenues erant. Capitulum Roſſanenſe tanto ſuo benefactori lugubri machina, funebri, ut numquam antea pompa, ac oratione in ejus laudem recitata a Rev. P. Iſidoro de Conſentia ex ordine PP. Minimorum ſolemniter juſta perſolvit, & verè grati animi ergo ſemel in hebdomada in ara B. Mariæ Virginis Acheropytæ pro eo cum cantu ſacrificat.

LXI. Andreæ de Roſſi die 14. Auguſti 1697. ANDREAS alter ſuffectus fuit, cognomine vero Diodati, patria Monopolitanus, Congregationis Caſinenſis, cujus omnia ſemper obierat laudatiſſime munera. Varios in Eccleſiaſticis abuſus delevit, ſua jura inviolata ſemper ſervavit, neminem umquam licet ultimæ conditionis paſſus fuit oppreſſum, imo pauperum cauſas ſemper illis divitum, ac potentium prætulit. Paupertatem porrò mire ſemper ſovit. Nemo, qui ejus opem vel prò ſpirituali, vel pro temporali bono imploravit, ab ſe mœſtus receſſit. Omnes in eo, ſemper quidquid rogabant, invenerunt, nihil ſibi voluit occultum, omnia revelata, ac patentia, ut omnibus præſto eſſet ſemper, ſemperque opportunus. Synodum habuit valdè ſalutarem. In æde principe tria ſacella de novo condidit opere tectorio in ſuis teſtudinibus exornata, & auro etiam cælata cum ſuis aris electiſſimo marmore concinnatis, quarum primam SS. Crucifixo, alteram D. Benedicto, tertiam denique D. Andreæ dicatas voluit. Aram maximam variis pretioſis lapillis cum ſuis terminis anaglyphis conflavit. Diaconicum ſuis cancellis concluſum cum ſuis foribus ex aurichalco, pavimentum marmore, Odæum octo tabulis præcipuas B. M. Virginis actiones exprimentibus, laqueare ambarum alarum opere lineographicè expreſſo, auroque etiam cælato nobilitavit. Novum Fontem baptiſmalem prænobili cœlo exſculptum voluit, univerſam denique ædem in omnibus ſuis partibus marmore, auro, picturis perpolivit, venuſtavit. Pro ara maxima crucem vere præaltam cum ſigno Jeſu Chriſti ipſi affixo, ſex candelabra congruæ celſitudinis, & ſex vaſa cum ſuis floreis ramis, ſex brachia, in quibus incluſa coluntur Sanctorum Lipſana ex perfecto argento pondo non minus librarum CCCC. ſex item candelabra pro ara B. Mariæ Virginis Acheropytæ, pro ſeipſo pontificaliter agente, pro ſua Epiſcopali ſede, & pro Canonicis veſtes damaſcenas oloſericas cum ſuis fimbriis aureis compoſuit. Epiſcopale palatium reſtauravit, & novis additis ædificiis magnificum, & vere capax voluit. In prædiis menſæ colendis nulli umquam pepercit impendio. Nemus oleaſtrorum expurgavit, collucavit, & inſitum, imo novis oleis plantatum voluit. Officinas condidit opportunas cum omnibus pro exprimendo oleo inſtrumentis. In omnibus hiſce ſupra enunciatis operibus XL. & amplius aureorum M. erogavit. Supremis tabulis archicœnobio Montis Caſini quatuor candelabra, gutturnium, & pollubrum ex argento, & VIII. aureorum M. ut & fere XIV. item M. ſuo Capitulo legavit. Sacrario ſuæ cathedralis calicem miro effictum opere, gutturnium, pelvim, ac bina vaſa omnia ex argento, caſulas quatuor acu phrygia pictas, auro, argentoque ſumptuoſe intextas, albas ſacrificas è ſubtiliſſimo linteo duas. E pretio, quod è ſua domeſtica ſupellectili divendita erueretur, aulæa e damaſcena veſte purpurea in ſuæ cathedralis ornatum confici juſſit, prout ſede vacante impendio non minus ducatorum bis mille, & quincentum executioni demandatum fuit. Septem Capellanias, ut æditui vocant, inſtituit, ut quotidiè pro Animæ ſuæ remedio in tribus, a ſe, ut ante dictum fuit, excitatis ſacellis, in quibus continuo lampades ardeant, ſacrificaretur: dotem conſtituit, ut quotannis recurrente ſui obitus die ſibi ſolemniter parentaretur, & quotannis etiam D. Benedicti feſtum celebraretur cum ceris in omnibus ſacellis cathedralis eo die ardentibus. Capitulo, & omnibus domibus Regularium quamdam auri legavit ſummam, ut pro ſe omnes ſui obitus die ſacris operarentur. Suorum aulicorum, domeſticorum, familiarium omnium animo vere generoſo meminit; meminit etiam & pau-

pe-

perum, quibus ſupra ultima ſubſidia ſtipem aſſignavit, ut ſuum cadaver ad ſepulturam deducerent. Mathuſalem ætate digniſſimus Præſul e ſtadio mortalitatis exceſſit nonagenarius die 7. Auguſti 1713. Humatus fuit, prout ipſe mandarat, in ſui patriarchæ D. Benedicti ſacello, in quo nunc extat ejus marmorea effigies.

LXII. FRANCISCUS Maria e nobiliſſima Neapolitana gente Muſcettula, Ignatii Meliti Ducis prudentia, integritate, conſilio, magnaque in rebus gerendis dexteritate imbuti, ita ut ſibi injuncta munera ſingulari ſui nominis laude ſemper impleverit, & Prudentiæ Cancellottæ Patritiæ Romanæ e Lauri Marchionibus filius, Archiepiſcopo Diodati ſucceſſit. Eam ſortitus fuerat Neapoli Franciſcus Maria educationem, ob quam ferè omnes ſui velut in tyrocinio pietatis probati elauſtris ſe devovere. Primogenitus Caſimirus ſub D. Ignatii vexillo V. V P P. Pauli Segneri, & Jo. Petri Pinamontis ſocius Apoſtolicis miſſionibus etiam apud Hæreticos vacavit, & impræſentiarum concionandi munus maximo animarum exercet emolumento. Ipſe Franciſcus Maria D. Cajetani militiam juravit. Tres Benedictinum inſtitutum amplexi fuere, unus in Congregatione Caſinenſi conſummatus in brevi explevit tempora multa, reliqui duo in Olivetana, quorum alter nomine Marcellus jam Abbas, & alter Julius per fere omnes gradus ad Abbatiam jam tendit. Quatuor germanæ ſorores, Chriſtina, & Claudia in regali D. Claræ aſceterio, Maria Magdalena, & Tereſia Maria in illo, cui titulum dat auguſtiſſimum altaris Sacramentum, cœleſti arridere per omnia ſponſo principe ſtudiu ſatagunt. Vix reliqui tres ultimi natu in ſæculo remanſerunt, quorum alter Horatius Meliti Dux vir Victoriæ de Carpineo nobiliſſimæ perinde, ac piſſimæ matronæ Romanæ, neptis cl. mem. Cardinalis Gaſparis de Carpineo inclytum genus propagat, & fere omnia publica munera, quæ Patricii implere ſolent, ſummo cunctorum ordinum plauſu adhuc juvenis exercuit, quamplurimis adſcriptus ſodalitiis, illorum ſtadiis deſudavit omnibus, & præcipue SS. Trinitatis peregrinorum, & Convaleſcentium, cui etiam ſuus genitor nomen dederat; Dominicus magnæ Curiæ Vicariæ prius integerrimus judex, dein in D. Claræ, ut Neapoli dicitur, Senatu meritiſſimus regius Conſiliarius adhuc juvenis pie, & religioſe, ac ſi prorſus clauſtralis fuiſſet, quando in animo habebat togam ponere, & alicui regulari inſtituto ſe mancipare, ex humanis migravit. Poſtremus omnium Nicolaus liberalibus diſciplinis, & piorum operum floret exercitio. Et hoc de prole ſolummodo Ignatii Muſcettolæ, nam ſi de univerſa familia ſermo eſſet habendus, dubitatur adhuc, an toga, an ſagus, an pietas in ea primas obtineant. Hæc obiter non abs re viſum ſummis quidem labris guſtaſſe, ut pateat e gente, non modo primariæ nobilitatis, ſed chriſtianis omnibus prædita virtutibus prodiiſſe Franciſcum Mariam. Vix itaque adoleſcens Clericus Theatinus evaſit, non nomine tenus, ſed re, adeo ut a ſuis ſuperioribus pro exemplari religioſæ obſervantiæ ſemper tyronibus fuerit oblatus. Optimus Philoſophus, inſignis Theologus, & celeber concionator variis muneris intra, & extra ſuam religionem laudatiſſime ſemper functus fuit: extra nimirum, plurimarum in urbe Congregationum Conſultor fuit, & examinator Synodalis Eminentiſſimi Cardinalis Vicarii. Ab Clemente XI. a quo in paucis ſuæ virtutis ergo dilectus erat, nil tale cogitans, imò & invitus, & reluctans hac Roſſanenſi infula, quam XXI. annos retro oblatam ob ſuam humilitatem reſpuerat, decoratur 6. Decembr. 1717. Poſſeſſione inita hujus Eccleſiæ die 5. Februarii 1718. diœceſim, quæ ob quatuor annorum ſedis vacantiam a ſuo nitore deciderat, primo ingreſſu perpolivit. Paupertatem impenſe fovit, ac fovet, immunitatem qua perſonarum, qua locorum acertime tuetur. Deus optimus Maximus quam diutiſ-

A ſime ſervet incolumem. Hoc uno ſtat voto Roſſanenſis mitræ felicitas.

A D SABINENSES

T O M. I.

Col. 159. lin. 39. a capite lineæ *adde*.

XIX. DODO, cujus memoria habetur in Chartario Farfenſi in hunc modum: *Dodo Epiſcopus S. Romanæ Eccleſiæ dedit libras quinque pro rebus poſt mortem, ideſt Eccleſiam S. Mariæ, cum caſamento ipſo Caſſiano. Actum menſe Octobri temporibus Benedicti VIII.* videtur fuiſſe Sabinenſis Epiſcopus doctiſſimo Mabilonio Itiner. Ital. tom. 1. par 1. p. 147. Epiſcopi vero Romani Pontificis ſuffraganei, ut idem notat, vocabantur *urbis*, ſeu *S. Romanæ Eccleſiæ*, vel etiam *Romani* Epiſcopi.

B Col. 160. lin. 30. *adde*. Subſcripſit item Ubaldus privilegio monaſterio S. Dionyſii ab Alexandro II. an. 1066. conceſſo.

A D SALERNITANOS

T O M. VII.

Col. 444 lin. ult. & col. 445. pro iis, quæ breviter ſcripta ſunt de quinque Salernitanis Archiepiſcopis, ſequentia, ſi placet, uberiora repone.

C



XCI. JOHANNES de Torres, Romanus, ex Hiſpania oriundus, quondam Ludovici de Torres Melacitano quadrageſimi ſeptimi Archiepiſcopi Salernitani abnepos, Fabritii Cardinalis Sabelli nepos, ac Coſmi Cardinalis Torres ex fratre nepos liberalibus in Romana Curia diſciplinis eruditus, ac inter illius Prælatos adſcitus, utriuſque Signaturæ Referendarii, aliaque laudabiliter munia obivit. Andrianopolitani ſubinde Archiepiſcopi titulo inſignitus, ad Poloniæ Regem Apoſtolicus Nuncius mittitur, eandem tali pacto, quam Coſmus ipſe ejus patruus, diverſo tamen exitu, ad purpuræ apicem aſſequendum viam aggreſſus. Nam plures poſt annos ex frigidis Polonicis Regionibus ad Salernitanam Eccleſiam, qua Fabritius ipſe Cardinalis Sabellus ad hoc ſe abdicaverat, annuente Philippo IV. Catholico Rege, ab Alexandro Papa VII. revocatus evehitur anno 1658. Præſulatus ſui exordio ad Civitatis, & diœceſis Eccleſiaſticorum mores reformandos, Eccleſiæ nitorem augendum, pietatem, divinumque cultum promovendum totus incumbens, plura, ac maxima in diœceſana Synodo per ipſum habita, ac typis mandata, prudenter, ſanctiſſimeque ſancivit. Aram

ma-

majorem ſuperioris baſilicæ ingentibus cruce, ac ſex Candelabris ex ſuſo argento, proprio ære ditavit, ut ex ipſius inſignibus in poſteriori cujuslibet eorum parte inciſis, quæ circum inſignia nomen inſuper ipſiusmet Johannis Archiepiſcopi legitur inſcriptum. Piures adhuc ſuperſunt pretioſæ ſacræ veſtes in Cathedrali Eccleſia, ejuſdem Antiſtitis munificentiam teſtantes, quas vox eſt eum ex ipſa advexiſſe Polonia. Et dum majora de tanto Præſule ſperabantur, adverſante Salernitanis fortuna, vix completo Præſulatus luſtro è vivis ereptus, ſpes omnes civibus præcidens, eorum conceptum gaudium in luctum commutavit. Obiit enim Salerni anno reparatæ ſalutis 1663. condignoque honore fuit in ſuperiori Cathedralis baſilica tumulatus. Ejus tamen ad præſens nullum extat monumentum.



XCII. GREGORIUS Carraſa, Patritius Neapolitanus, avitas domus ſuæ delicias, opeſque ſpernens, ſub nuperrime Divi Cajetani Thienei approbato ſodalitio militare conſtituit. Inter illius Clericos adſcriptus, Philoſophiæ, ac Theologiæ curriculis perlaudabiliter expletis, ſacras literas ad animi non tantum ſui ornatum, morumque temperantiam, ſed & ad publicam populorum utilitatem apprehendit, cum percelebris concionatoris laude claruerit. Hinc per eximios Religionis gradus, ad generalem demum illius Præpoſituram merito elatus, eo in munere omnium benevolentiam plauſuſque adeo promeruit, ut, poſtulante Philippo IV Hiſpaniarum Rege, ab Alexandro Papa VII. ad Caſſanenſem fuerit promotus Eccleſiam, a qua tamen, exigentibus ejus meritis, ad Salernitanam, ipſomet flagitante Rege, anno 1664. Alexander ipſe Papa VII. tranſtulit ſedem. Quam ut primum conſcendit, ſuam pro Cleri morum honeſtate vigilantiam, Eccleſiaſticæ libertatis, Divini Cultus. Eccleſiæque decoris enixum ſtudium, ac in pauperes liberalitatem claris argumentis teſtari non omiſit. Diœceſana namque coacta Synodo, piures in ea leges pietati, ac ſubditorum utilitati conſonas publicavit. Atque ut omnes ſervandarum legum methodum edoceret, aſſiduam ſcilicet mortis cogitationem, cui præcipua vis ineſt homines a legum ipſarum tranſgreſſione, & contemptu cohibendi, ac tranſgreſſores, contemptoreſq; ad earum obſervantiam edocendi, ſuum ipſe publice propoſuit exemplum, nam an. 1668. & ſic ſeptimo ante ſuum obitum anno marmoreum ſibi morituro monumentum eleganti opere perficiendum curavit, ſuamque illi ſuperimponendam e marmore effigiem, in pariete a cornu Evangelii Altaris, ſub quo honorifice aſſervatur, & colitur corpus Beati Gregorii Papæ VII., ſiti in ſuperiori Baſilica, cum ſequenti inſcriptione.

D. O. M.
Gregorius Carraſa Archiepiſcopus Salernitanus
A *Cui libertas Eccleſiaſtica cordi fuit,*
Hic
Mortuus jacere deligit vivus,
Ubi
Gregorius VII. Pont. Max. libertatis ejuſdem
vigil aſſiduus,
Deque hoc Canonicorum Collegio optimè meritus
Excubat adhuc licet cubet,
ætatis ſuæ anno LXXX. menſe IV.
ſalutis MDLXVIII.
Inſcribi voluit.

Ad Cathedralis vero Eccleſiæ ornatum, ſuggeſtum è marmore, marmoreis quatuor ſuffultum columnis, in ſuperiori baſilica e regione Archiepiſcopalis ſedis, concione elaboratum, elevandum conſtruendumque ære proprio curavit, primuſque conſcendit die Sanctiſſimæ Deiparæ in Cœlum aſſumptæ (cujus aſſumptionis glorioſo titulo ſuperior ipſa Baſilica decoratur) laudes ejuſdem diſſerturus, ſic legentibus teſtante lapide ſupra ipſius ſuggeſti
B jannam inhærente, ſequentibus verbis.

Ut templo decus adderet Gregorius Carrafa,
Suggeſtum hunc è marmore erigi juſſit,
Qui eundem ut authorem, ſic primum habuiſſe
gloriatur verbi Præconem ipſo Virginis
Aſſumptæ in Cœlum die anno 1669.

Aræ majori ejuſdem ſuperioris Baſilicæ duas alias adjunxit laterales: unam a cornu Epiſtolæ juxta ſecretarium in honorem ſancti Cajetani, nuper tunc inter Divos relati: alteram a cornu Evangelii prope ſacriſtiam in honorem B. Andreæ Abellinenſis, quem, dum in vivis agebat, cognovit, & coluit. In utraque pictas appoſuit tabulas, utramque deauravit, & de omnibus ad Sacrum conficiendum utenſilibus providit, & ad perenne teſtimonium duas incidi fecit aureis literis in nigro marmore, quod dicunt del Paragone, inſcriptiones, unam utrique a cornu Epiſtolę alto in loco collocandam, in quibus hæc leguntur.

A cornu Epiſtolæ Altaris S. Cajetani.

C *D. O. M.*
Cajetano Tieneo
Inter Divos nuper relato
Clericorum Regularium
Quàm percelebri Inſtitutori,
Optimo Parenti, & Patrono
D. Gregorius Carrafa
Tam inclytæ, ac piæ Religionis
Generalis jam Præpoſitus,
Caſſanenſis poſtea Epiſcopus
Nunc Salernitanæ Urbis Præſul
Sacellum hoc
ob plura accepta beneficia
Dicavit
Anno ſalutis Dominicæ M. DCLXXI.

A cornu Epiſtolæ Altaris B. Andreæ Abellinenſis.

D. O. M.
Andrea Abellinenſi
Aram hanc
D *Gregorius Carrafa*
Salernitanus Antiſtes extruxit,
Ne communi Parenti Cajetano
Sanctus deficeret Collega,
Et ut cui vivo obſequia præſtitit
Mortui veneraretur memoriam,
Anno Domini M. DCLXXI.

Binis ipſis altaribus ſex centum ducatorum capitale, in, ſic dictis, arrendamentis ſalis Aprutini implicatum, in dotem aſſignavit, ex quorum annuis redditibus tot voluit miſſas ſingulis annis ad rationem granorum quindecim pro qualibet a Canonicis celebrari: alio etiam dato ad ſuæ Animæ ſuffragandum Capitale ducatorum tercentum ſexaginta, cujus fructus quotannis in Anniverſarium diem ſui obitus, & in tot miſſas ad rationem unius tareni pro quantitate reddituum, erogari præcepit. Animarum Purgantium, quarum erat maximus Commiſerator, ad ſuffragium inſtituit,

ut

A ut ſingulis menſibus feria ſecunda poſt tertiam Dominicam in Cathedrali Eccleſia ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum exponeretur, & inſimul recitarentur litaniæ. Organum temporis vetuſtate, ac edacitate corroſum, & ad indecentem formam redactum, ad meliorem, politamque reſtituit, auroque celavit. In abrupto, qui erat, aſcenſu a viis ad majorem Eccleſiæ Cathedralis Jannam, quam vocant, Leonum, binas adverſas, ſed in earum ſummitate ante ipſam Januam in unum coeuntes, elevavit latas, commodsſque ſcalas ex fabrica, quarum Istera, ad viam proſpicientia, columnelliis vulgo Balauſtri e marmore albo fabre inciſis vallavit. Scalam quoque, quæ ad Archiepiſcopalis Palatii Oecum, vulgo ſala, præbet aſcenſum, marmoreis integris gradibus conſtravit. E proſpectu inſuper Januæ majoris d. Palatii a parte interiori fontem, qui ſtatim ingredientibus videndum ſe offert, ad ornatum addidit atrii. Quanta autem fuerit ejus in pauperes liberalitas, vel ex eo deprehendi B valet, quod in adoleſcentia ſua affluentes domeſticas facultates expedito pede calcavit, ut ſoli Deo, relictis etiam conſanguineis, adhæreret: vel ex teſtimonio nonnullorum gravium civium adhuc viventium, qui eum cognoverunt, dicentium quod pauperes verum eum habebant patrem, ad ipſumque confidenter in eorum neceſſitatibus, opem poſtulaturi accedentes, ſemper voti compotes recedebant, divitias tali pacto, quas ex fuæ Eccleſiæ redditibus poterat congregare, inibi recondeos, quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit; ab illa enim via, quam tenuit adoleſcens, jam ſenex factus non recedens, mundanas ſpernendo opes, eaſque inexplicabili animi hilaritate veris ſuis conſanguineis, nempe pauperibus elargiendo. Quæ hilaris in pauperes ejus largitas, ſicut & morum ſuavitas, illum omnibus cujuſcumque generis Civibus ita charum reddidere, ut Neſtorianos ei annos ab omnipotenti Deo jugiter precarentur. Tandem plenus dierum, & meritorum in ſenectute bona C Salerni in Domino quievit maximo cum civium mærore. In tumulo, quem ſibi vivens in Cathedrali Eccleſia conſtruxit, perhoneſto fuit funere repoſitus, ac in terra in marmorea tabula D. Joſeph Aurilia ejus nepos ad perrennem tanti præſulis gloriam ſequens incidi juſſit epitaphium.

D. O. M.
Gregorio Carrafæ
Tum Caſſanenſi, tum Salernitana
Infula claro
In æde Divi Fregorii ſeptimi
Homini Congrua, & virtuti,
Inter Clericos Regulares Generali
Inter Theologos Scriptores eximio
Animi liberalitate omnibus charo,
Dum viveret,
Omnium fletu digno
Dum moritur
Ex Gurrello Mareſcallo
Qui primus fuit Carrafæ ſanguinis author
D *Ex Garrello Aurilia Regni Prothonotario*
Joſeph Aurilia Nepos Amantiſſimus
Poſuit
Obiit Salerni die XXIII. Februarii
Anno Dom MDCLXXV.

XCIII. ALPHONSUS in Hiſpania ex Illuſtriſſima familia Alvarez Ollorio natus, Duci Aſtorga olim Neapolitano Proregi ſanguine junctus, ab adoleſcentia primum ſub arctiori S. Thereſiæ inſtituto tyrocinium exorſus, cum ex gracili corporis habitu illius regulæ aſperitatibus ac perpetuæ ſignanter a carnibus abſtinentiæ ferendis impar eſſet, ad Carmelitarum poſtea Calceatorum ordinem tranſivit, ibique ſub auſpiciis B. Mariæ de monte Carmelo impiger militare cœpit. Sacris literis, ac Theologicæ facultati ſedulam adeo navavit operam, ut brevi temporis curſu illas eo uſque calleret, ut Salmaticenſi in Lyceo publicus lector deſtinatus, hujuſcemodi munus magno omnium plauſu



incohaverit, ac majori fuerit proſequutus: donec poſtulante Carolo II. Catholico Rege prius Brunduſinæ præficitur, deinde ad Salernitanam, eodem inſtante Rege, anno 1676. ab Innocentio Papa XI. transfertur Eccleſiam, cujus in ſpecula vix conſtitutus, cum multa Archiepiſcopalis menſæ bona occupata compererit, acerrimus contra occupatores extitit vindicator, quammaximas ad id etiam expenſas obeundo, pro litium ſubſtentatione, quæ ad ejus uſque mortem perdurarunt in tribunalibus Neapolitanis, cum inter uſurpatores ipſos præpotentes eſſent hujus Regni Magnates. Ad tuendam autem Eccleſiaſticam Immunitatem non minorem habuit zelum, & ardorem; præſenti namque adeo animo fuit, ut pluries propriam exponere vitam non trepidarit. Quæ per graves litium curæ, licet ejus ſemper animum intentum tenerent, & integros fere ſuos Eccleſiaſticos redditus quotannis abſorberent, illum tamen non avertebant, quin & Cleri diſciplinæ, & ad meliorem frugem invigilaret jugiter reductioni, ac inſimul pietatis exerceret opera. Inter quæ unum, perenneque illud eſt, quod Salerni diſcalceatam S. Thereſiæ familiam, licet Calceatorum Carmelitarum aliis foret, in extructo juxta maris litus Monaſterio extra eam Civitatis Januam, quam vulgo dicunt *della Catena*, plantavit, eique Eccleſiam S. Mariæ de Porto ſalvo, aliaque multa donavit. Quod quidem Religioſorum cœnobium ex plurimis poſtea fidelium eleemoſynis novo templo adjuncto, ad perfectam, pervenuſtamque modo formam videtur redactum. Ab illa, quam Salernitani Cives de tanto eorum Præſule conceperant ſpem, ipſum ſcilicet longè majora pro Eccleſiæ utilitate, & decore peracturum, non multo poſt cecidere; aſſidua namque ſollicitudinum mole, quam a ſui præſulatus initio, magno animi, corporiſque labore ſuſtinuit & recogitatione præcipue, quod vehementes ejus conatus, ingenteſque expenſæ parum illucuſque profuiſſent ad vindicanda inſignia Salernitanæ Eccleſiæ bona è manibus præpotentibus illorum detentricibus, apoplexi percuſſus, inhabilis ad Epiſcopalia munia plures annos in lecto decubuit. Erecto tamen ſemper extitit animo, ſtrenuumque ſe, vel jacens, exhibuit commiſſæ ſibi Eccleſiæ Salernitanæ defenſorem, quouſque anno 1688. die 28 menſis Octobris morte correptus certamine ceſſit. Benemerito de Salernitana Eccleſia Antiſtiti Salernitani Canonici, cæterique cives condigne illi Eccleſiaſticis ſuffragiis, iſti flentibus parentarunt. Corpus ad Eccleſiam S. Tereſiæ ſtatim tranſlatum jacet in tumulo, in quo an. 1718. occaſione reductionis illius templi ad elegantem formam admodum R. P. Nicolaus Addierna Prior ejus cœnobii, qui eidem Antiſtiti Alphonſo, dum viveret, ſuit intima amicitia, teneroque amore conjunctus, marmor apponi fecit cum ſequenti Epitaphio.

A

D. O. M.
Ubi tumulantur Tereſiæ filii,
Hic requieſcunt oſſa
q. Ill. D. Alphonſi Alvarez Oſſorio,
Qui ex Filiana Meiote
Pro merito virtutis, Nobilitatis, & ſcientiæ
Ad Paſtorale Salernitanam evectus,
Dum in vita
Fundationem hanc excolere, & promovere
Fuit theſaurus ſuus,
Ideò in morte
Non eſt paſſus alibi eſſe cor ſuum.
Excalceata ergo familia,
Templum hoc ab ipſo conceſſum conciunnando
Pro gratitudinis monumento
Appenit Anno Dom. MDCCXVIII.
Quos Amor conjunxit, cinis non ſeparet.

B



C

XCIV. HIERONYMUS Paſſarellus, Catacii in ulterioribus Calabris nobili genere ortus, poſt exactam Neapoli adoleſcentiam, inter illius civitatis Nunciaturæ miniſtros cooptatus, Auditoris Cavalcantis munere ſunctus fuit, in eoque ſedis Apoſtolicæ gratiam promeritus, Iſernienſi infula decoratur; cujus Eccleſiæ regimini cum aliquot præfuiſſet annos, nonnullis ſubinde inter ipſum, ac Vaſti Marchionem, Iſerniæ Baronem, obortis ſimultatibus, ab Innocentio Papa XI. Romam accerſitus, pluribus ibi annis retinetur. Interim in benevolentiam Marchionis de Carpio tunc Catholici apud ſanctam ſedem oratoris irrepſit, aſſiduiſque illam obſequiis adeo colens, ut brevi integre ſibi conciliaverit, ſatis præſentiens quantum utilitatis valeret inde reportare. Nec eum ſefellit eventus. Dum enim in Marchionis prædicti intimis eſſet, Salernitana vacavit Eccleſia per mortem ſupradicti fr. Alphonſi Alvarez Oſſorio; Unde ipſe Marchio ad dandum eidem benemerenti Hieronymo Epiſcopo Iſernienſi ſui grati animi teſtimonium, obtinuit a Catholico Rege Carolo II. ut illum in Salernitanum Archiepiſcopum a ſancta ſede poſtularet: cujus tamen Regiæ poſtulationis fuit a Romana Curia retardata exequutio uſque ad electionem Alexandri Papæ VIII. ſucceſſoris prædicti Innocentii XI. imo uſque ad annum 1690. quo ineunte Paſtorali Salernitanæ Eccleſiæ Curæ præficitur, eamque adorſus, ad nonum tantum uſque menſem ex ſuperveniente morte adminiſtravit, & vix ſumptus, quos in diuturna Romæ permanentia fecerat, potuit integre retrahere. Peracuto enim morbo in Caſali veteris Caven. Diœceſis, a Salernitana civitate millibus circiter paſſibus diſtante, occubuit die 22. menſis Novembris ejuſdem anni 1690. & ſtatim ad Cathedralem ſuam Eccleſiam ejus cadaver translatum, conſueto in ea funere fuit humatum.




XCV. Fr. MARCUM de Oſtos, Hiſpanum, ex regali S. Mariæ de Mercede redemptionis Captivorum familia, in qua morum probitate, ac ſcientiis claruit, in Salmaticenſi univerſitate laurea inſignitum, Innocentius Papa XII. annuens poſtulationibus Catholici Regis Caroli II. anno 1692. ad Salernitanam erexit Eccleſiam: cui cum præſidere incœpiſſet rigidum ſe Eccleſiaſticæ diſciplinæ, quam in civitate, & diœceſi ex frequentibus, longiſque vacationibus invenit labefactatam, reparatorem oſtendit, & in Eccleſiaſticos, quos non ſpectatæ vitæ, rudes, ignaroſque repetiit, contracto, in bonos vero, excultoſque compoſito fuit ſupercilio. Et quia numeroſum adinvenit Clerum, ſed plerumque ignorantem, paucos ipſe propterea, ſed probatorum morum, ac ſcientiis, & præcipue Eccleſiaſticis inſtructos, in civitate, ac diœceſi creavit. Ad deguſtandam enim ordinandorum, ſicut & Confeſſariorum idoneitatem, quorum mores ſecreta, cauta, attentaque perquiſitione pius ſcrutabatur, rigoroſo ipſemet examine tentabat, unde fiebat, quod ad ſacros approbati per eum ordines, pluſquam habiles, alio non reiterato examine, ad curam forent Animarum; volebatque ordinandos ſub ejus oculis in Archiepiſcopali palatio ſpiritualibus per decem dies vacare exercitiis juxta mentem S. m. Innocentii XI. quibus ipſe quotidie intereſſet; talique pacto Cleri decus, & formam ubique reſtituebat. Conſervatorium Puellarum ſub titulo S. Catharinæ Senenſis, in humili, anguſto, ac neglecto civitatis loco erectum, ad latiorem, nobilioremque tranſtulit, propriique ſui ordinis, nempe S. Mariæ de Mercede redemptionis Captivorum, veſtibus, ac titulo decoravit, multiſque munificentiæ, pietatiſque ſuæ donis ampliavit. Munificentior quoque erga illud fuiſſet, ni alieno gravatus ære, pervetuſtiſſimi, ac undique ruinam minantis Archiepiſcopi reſtauratione, & partim reædificatione magis gravaretur, in quo vaſti licet ambitus, ſufficientia tamen, & apta haud exiſtebant cubicula, in quibus poſſent Antiſtites pro tempore cum ejus familia inhabitare. Excitatis itaque a fundamentis in iis partibus, quæ ad occaſum vergunt, & ſeptemtrionem, novis muris, aliiſque refectis, Oecum vulgo *Sala*, quod in longitudinem quinquaginta duorum protendebatur paſſuum, ad viginti quatuor contraxit, & in reliquis viginti & octo paſſibus binos extruxit nobiles Procoetones, & Pinacothecam oblongam, eiſque tria ad meridiem lateralia adjecit cubicula, quorum unum pro ejus Cubiculario, alterum pro famulis, & tertium ſibi inhabitandum deſignavit. Ab alio autem latere, quod ad Cathedralem Eccleſiam, nempe ad ſeptemtrionem aſpectum habet, hypethrum, vulgo *loggia ſcoperta*, elevavit longitudinis paſſuum triginta duorum, latitudinis vero quatuor cum dimidio, in cujus extremitate inter muros in-

D

geſſit

geſſit humum, multoſque diverſatum ſpecierum flores ad delicias plantari curavit, ita ut proſpicientibus a via penſilis videatur hortus. Superiorem autem utrinſque Procoetonis, ſicut & Pinacothecæ, propriique cubiculi contignationem picturis honeſtavit, & circum circa juxta ipſam contignationem, ſuæ Religionis ſanctorum fecit ſparſim imagines colorari. In utroque Procoetone unam ad hypethrum ipſum januam fores habentem ex ligno, & vitro aperuit, in Pinacotheca autem quinque conſimiles, quarum una ad ſeptemtrionem, tres ad Occaſum, & quinta ad meridiem præbent aſpectum. Totidem ſuperius cubicula vulgo *mezzanini*, elevavit, quæ tamen, quia ſolo, humilique cooperiuntur tecto, non habitabilia, ſed dumtaxat ad comeſtibilia, utenſilia, aliaque hujuſmodi conſervandum, cuſtodiendumque ſunt apta. Oecum verò ad auguſtam formam redegit, nam in ſuperna contignatione omnium Epiſcoporum, Archiepiſcoporumque imagines temporum ordine diſtribuit; & cum ſufficiens haud eſſet ad id ipſa contignatio, reliquas fecit uſque ad ſuam incluſive in pariete verſus Septemtrionem depingi. Appoſuit autem & illas ſanctorum ſex Epiſcoporum, qui omnium primi Salernitanam rexerunt Eccleſiam, juxta ipſam contignationem, nempe in pariete ad Orientem illa S. Bonoſii primi Epiſcopi: in pariete ad meridiem illas Sanctorum Grammatii, & Veri ſecundi, & tertii Epiſcoporum: in pariete ad occaſum S. Euſterii quarti Epiſcopi: & in pariete demum ad Septemtrionem illas ſanctorum Gaudioſi, & Valentini quinti, & ſexti Epiſcoporum. In eodemmet pariete ad orientem Regia Caroli II. Hiſpaniarum regis magnæ longitudinis, ac latitudinis inſignia fecit expingi. Sex aperuit in dicto Oeco feneſtras vitreis foribus, muro fixis, munitas, pluribus a pavimento pedibus altas, tres nempe in meridionali muro, totidemque in ſeptemtrionali. Capellam inſuper ſecretarii tempore deturpatam, omnique ex parte deformatam, conſtructo inibi novo altari cum icone B. Mariæ de mercede, aliiſque factis reſtaurationibus exornavit. His itaque in una tantum vaſti palatii parte completis, omnia ad ædificandam Eccleſiam conſilia vertit, at ex mortis ſuperventu retardata. Secundam namque aggreſſus diœceſis viſitationem, contra tamen Amicorum, Phyſicorumque ſententiam ex periculoſa tunc temporis aeris mutatione, menſe Novembris anni 1695. in Terra S. Georgei ex febri cum corporis ſolutione decubuit, & ad domum Donati Antonii Leone ejus Amici in Caſali Calvanici ſtatus ſancti Severini voluit transferri, ubi ingraveſcente morbo omnibus munitus ſacramentis, obdormivit in Domino die 19. dicti menſis, & anni, non ſine permagno bonorum dolore. Cadaver Salernum advectum debito fuit honore tumulatum in angulo baſilicæ ſuperioris, reponendum tamen ante chori aditum, ut ex ejus teſtamentaria diſpoſitione, cui de anno 1720. data fuit exequutio juſſu, ac pietate fr. Bonaventuræ Poerii ſucceſſoris, qui collecta illius cum cineribus oſſa & in nova lignea capſula incluſa, ante dicti chori aditum fecit recondi, ſuperimponique fecit marmoream inſcriptionem, quæ priori in angulo monumento jacebat appoſita, cujus hæc ſunt verba.

Hic
Jacet corpus fr. D. Marci d'Oſſos Hiſpani
Archiepiſcopi Salernitani
Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis
Captivorum,
Cui
Eccleſiæ libertas, ac Cleri decor
Tantæ fuit Curæ, ut
Cunctis acclamatiſſimus vixerit,
Omniumque fletu dignus deceſſerit
ætatis ſuæ annorum LII. XIII. Kal. Decembris
MDCXCV.
At
Omnium nitor virtutum, ſcientiarum exemplar,
Paſtorumque forma
Plurimis in Religione, & extra
Decoratus officiis,
Suæque Eccleſiæ Benefactor,
Ejuſque archiepiſcopalis Palatii molitor,
Excubat adhuc licèt cubet.
P. fr. Bartholomæus de Artigliano
Gratitudinis ergò poſuit.



XCVI. BONAVENTURA &c.

AD SALPENSES

T O M. VII.

Col. 917 lin. 48. *Pardum* recenſuimus inter Salpenſes Epiſcopos, cum fuerit Arpenſis in Apulia, hinc proinde expungendum.

Col. ead. poſt lin. 53. *adde*.

III. PROFICUUS Salpinæ Eccleſiæ Epiſcopus legitur in decreto Gelaſii Papæ apud Harduinum Conciliorum tom. 2.

IV. PELAGIUS Salpenſis Epiſcopus an. 493. interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Andreæ de Barulo. De eo in vita S. Sabini Epiſcopi Canuſini apud Bollandum ad diem 9. Februarii.

AD SASSENATENSES

T O M. II.

Col. 656. lin. 51. *adde*. Vivebat adhuc Ubertus anno 1044. quo interfuit Romanæ Synodo, quam vide tom. 5. in Gradenſibus.

AD SENOGALLIENSES

T O M. II.

Col. 867. poſt lin. 70. *adde*.

XV. ATTO Senogallenſis Epiſcopus anno 996. in documento apud Muratorium in Antiqu. Eſtenſ. tom. 1. p. 187.

AD SIGNINOS

T O M. I.

Col. 1235. lin. 67. *adde*. Anno 861. interfuerat Joannes Concilio Romano, ut tomo 2. in Ravennenſibus videre licet.

AD SPOLETANOS

T O M. I.

Col. 1258. lin. 6. *adde*. Anno 861. interfuit Concilio Romano ea ejus actis tom. 2. in Ravennenſibus rel.ta.

Col. eadem, lin. 44. *adde*: ſobſcripſit etiam Bullæ de Primatu Trevirenſi ejuſdem Leonis IX. datæ lo Synodo Lateranenſi an. 1049. Id. Aprilis.

Col. 1260. lin 67. *adde*: ſed & ante an. 1066. ſubſcripſerat Andreas privilegio conceſſo Eccleſiæ S. Dionyſii ab Alexandro II. in Concilio Lateranenſi.

AD SUANENSES

T O M. III.

Col. 734. lin. 19. *dele* additionem ibi poſitam, & hanc uberiorem, varioremque, *repone*.

Suana, ex vetuſtis Tuſciæ Civitatibus, in fundo oræ maritimæ, a Senarum Civitate ſexaginta milliaribus diſtans, ſita eſt; aeris inclementia inſalubris, olim ſeptem millibus referta Civium; nunc deſolata, centum ſexaginta tres una cum advenis hyberno tempore, aeſtivo verò, viginti quinque ad ſummum enumerat, quorum vultus colori ceræ punicæ non ſunt abſimiles, inter quos quinque uxorati abſque liberis, nationis Græcę, ex brachio Maynæ, qui tamen ritu vivunt latino. Extat in Civitate Eccleſia Cathedralis SS. Apoſtolis Petro, & Paulo dicata, & uti ſuffraganea à S. Me. Pio PP. II. electa, Senarum Archiepiſcopum recognoſcit in Metropolitanum. Unica tantum adeſt Dignitas poſt Pontificalem, Præpoſitura nuncupata, cui animarum cura eſt adnexa, & novem adnumerantur Canonici, qui ex immemorabili conſuetudine diebus feſtis tantum divinis interſunt Officiis. Præfatæ præbendæ liberæ ſunt collationis, tribus exceptis, una ſub devotione S. Gregorii PP. VII. de jure patronatus Congregationis D. Petri in Eccleſia Metropolitana Senen alia ſub devotione S. Jo. Baptiſtæ de jure patronatus Confraternitatis ſub eadem invocationa Civitatis Suanæ, altera ſub titulo SS. Petri Apoſtolorum Principis, Michaelis Archangeli, & Caroli, ad nominationem communitatis ejuſdem Civitatis. Redditus harum præbendarum dempta Præpoſitura, quæ ſummam ſcutorum centum monetæ Romanæ, & Canonicatus S. Gregorii VII. ſcutorum triginta ſimilium non excedunt, ſcuta viginti non attingunt, ob laboratorum penuriam, & ideo fundi præbendarum fere omnes nemoroſi ſunt, & inculti. Præbenda Pœnitentiariæ ibi non eſt erecta, & difficile poterit erigi, niſi data vacatione Canonicatus S. Gregorii, qui eſt pinguior, ſancta Sede Apoſtolica ſic imperante, & de jure patronatus Eccleſiaſticorum. Præter Curam Cathedralis, aliæ duæ ſunt in Civitate; una ſub invocatione S. Mamiliani Archiepiſcopi Panormitani, in cujus Eccleſia curata ejuſdem Sancti Sacrum corpus integrum, in decenti, & æque nobili urna aſſervatur, & colitur; altera ſub devotione Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis Mariæ, quorum redditus ſunt circiter ſcuta viginti, liberæ collationis; & utraqua in præbendas Canonicales ab Anteceſſore. auctoritate ordinaria, fuit erecta

A de an. 1700. & diſpenſati fuere curati ab onere in eorum reſpective Eccleſiis Venerabile aſſervandi. In Eccleſia Cathedrali adſunt fons baptiſmalis, ſacrarium ſufficienter inſtructum, & ad Pontificalia exercenda decentiſſimis ſacris ſupellectilibus, ac jocalibus, ex ſpoliis Epiſcoporum proviſum, Organum, Turris cum Campanis, ac Cœmeterium; ibique cum magna Cleri, ac populi veneratione cuſtoditur Brachium dexterum S. Gregorii PP. VII. Civitatis, & Diœceſis Patroni principi in theca argentea ad inſtar brachii a Cl. me. Eminentiſſ. D. Cardinali Metello Bichio, olim d. Civitatis Epiſcopo, elargitum. Juxta Cathedralem extat Palatium Epiſcopale, quod Deo dante reparatione non indiget, cum quotannis reficiatur. Seminarium primitus Scantiani de anno 1700. arectum; anno 1704. translatum fuit Pitilianum, ubi ab immemorabili conſueverunt habitare Suanenſes Epiſcopi; (nunc vero Palatium extructum, longa à Pitiliano quarta parte milliarii, anno 1680. ſumptibus bo. B me. R. P. D. Petri Mariæ de Bichis Suanæ Epiſcopi, emptis vineis & terris menſæ Epiſcopali donatis inhabitant, & potiuntur) qua Terra ad duo circiter milliaria Civitas diſtat. Aluntur in ſeminario Convictores numero denario, aliquando majori, in domo admodum pro ſeminario commoda, eidem ad uſum conceſſa a Regali munificentia Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ, cum aliis bonis ſtabilibus vineatis, olivatis, & laborativis. Oppida viginti tria enumerat Diœceſis intra ambitum centum, & nonaginta milliarium, in quadraginta ſex partita Parochias, numerum decem, & ſeptem millium quingentorum octoginta duorum Renatorum computantes (exceptis bis centum Judęis) quorum vocabula hic recenſentur, videlicet. *Pitilianum*, *Soranum*, *Scantianum*, *Portus Herculis*, *Planum Caſtanearium*, *Pitinam*, *Proceſſum*, *Mons Amerunus*, *Arx Albinea*, *Mons Orgiarius*, *Pirniam*, *Malleanum*, *Mons Jani*, *Talamon*, *Cana*, *Cotonam*, *Semproniaaum*, Rocchette *quondam Tutii*, *Saturnia*, *Caſtrum* C *Aggaræ*, *Sylvena*, *Caſtrum Ofleris*, *Mons-Aureus*; quorum quatuor, nempe Pitilianum, Soranum. Scantianum, Portus Herculis Collegiatis Eccleſiis decorantur; unica vero in unaquaque Collegiata eſt Dignitas Archipresbyteralis, cum ſeptem Canonicis, dempta Scantiani, quæ nuncupatur Præpoſitura, quibus dignitatibus animarum cura eſt adnexa. Redditus harum Præbendarum (Dignitatibus exceptis, quarum fructus ſcuta centum non excedunt) quinquaginta m. Rom. ſimilia vix attingunt. Pleræque iſtarum ſunt de Jurepatronatus Sereniſſ. Magni Ducis Etruriæ, hoc eſt in Comitatibus Pitiliani, Sorani, & Scantiani, aliæ verò partim liberæ collationis, partim ad præſentationem laicorum eſſe fuerunt adinventæ. Regularium Monaſteria in Diœceſi ſunt ſeptem; prope Pitilianum Minorum Obſervantium, & Minorum Conventualium (quod eſt ſuppreſſum;) in loco Scantiani Minorum Obſervantium Reformatorum; juxta Comitatum S. Floræ, in diſtrictu tamen D Diœceſis Suanæ, aliud Reformatorum Obſervantium SS. Trinitatis nuncupatum, cujus Guardianus curam Animarum, in numero ſupra biſcentum exercet: Minorum Obſervantium alterum prope Craſſetum, cui pariter juncta eſt Cura Animarum, quas dirigit Guardianus pro tempore, aliud extra mœnia Plani Caſtanearii Minorum Conventualium S. Franciſci, quod alit duodecim Patres, cum debita obſervantia viventes; ultimum hujus Ordinis in oppido Proceſſi ſitum eſt. Beneficia Eccleſiaſtica ſimplicia in Diœceſi centum quinquaginta novem adnumerantur, aliqua liberæ collationis, pleraque de jurepatronatus laicorum, nullum viginti quinque ducatos auri de Camera excedens. Duo ſupra viginti in Diœceſi Hoſpitalia colliguntur, pro peregrinis & infirmis excipiendis dotata, quæ ſubjacent laicorum gubernio, illis Onani, & Proſeni exceptis. Confraternitates laicorum, quorum fratres habitum pœnitentiæ inducunt, ſunt

quin-

quinquaginta quinque; licet quamplures aliæ dicto habitu non utantur, & tamen in eorum Oratoriis devotionis officia confratres exercent. Numerantur in Diœceſi quatuor Montes Pietatis, demptis iis, qui laico gubernio ſubſunt, cum fundo plurium rubiorum frumenti, quod ad neceſſitatem incolarum mutuatur, & a Parochis locorum, ubi ſunt erecti, adminiſtrantur. Eccleſiæ Cluſina, Graſſetana, Pientina, Ilcinenſis. Civitatis Plebis, Montis Faliſci, Urbiſveteris, Aquipendii, Abbatialis nullius (olim Menſæ Suanæ) SS. Vincentiis, & Anaſtaſii Orbitelli, S. Salvatoris apud Montem Tuniatum, Diœceſim Suanenſem conterminant. Gubernium habet & ditionem in Diœceſi Suanæ S. Sedes Apoſtolica, Cæſarea Imperatoris Majeſtas, Sereniſſ. Magnus Dux Etruriæ, aliique D. D. temporales Feudatarii.

AD SURRENTINOS

TOM. VI.

Col. 598 lin. 46. *adde*. Vivebat adhuc an. 598. menſe Novembri, cui ſcribit M. Gregorius regeſt. lib. 9. Epiſt. 25. Ind. *2*.

AD SUTRINOS

TOM. I.

Col. 1274. lin. 34. *adde*. Item an. 861. in Concilio Romano. Vide tom. 2. in Ravennenſibus.

Col. eadem lin. 41. *adde*. Et an. 969. in Concilio Romano. Vide Ughellum t. 8. in Beneventanis.

AD SILVÆ CANDIDÆ

TOM. I.

Col. 107. ad lin. octavæ verba *Indictione ſupraſcripta VI.* in fine paginæ *adde* ſequentem notam.

(1) Imo ſecunda, computando Indictiones more tunc Romanis adhuc uſitato, auſpicantibus illas a Kal. Septemb. Et is error librario ſexta pro ſecunda tranſcribenti imputari poteſt. *Bollandiani ad tom. 1. Junii pag.* 98. Verum cur potius relicta Indictione ſexta toties in Diplomate repetita non dicitur datum hoc diploma anno Chriſti 1037 vel 1038. Obſtat, inquies, annus obitus Petri, qui ex Epitaphio dicitur defunctus an. 1035. ſed ego potius arbitrarer dictum Epitaphii annum 1035. eſſe corruptum ab inſcito deſcriptore; neque Petri mortem accidiſſe ante an. 1038 & ſic Petrum, qui Petro dicitur hic ab Ughello ſucceſſiſſe, unum, eumdemque eſſe. Id etiam urget Benedictus, qui S. Fallaritanæ & Caſtellanæ Epiſcopus ſubſcripſit diplomati. Nam Creſcentius Fallarenſis Epiſcopus habetur ab an. 1015. ad an. 1036. vel 37. & propterea eidem ſucceſſiſſe nequit Benedictus nonniſi an. 1037. Vide quæ diximus in hoc X. tomo in Fallarenſibus.

Col eadem lin. 65. *adde*. Anno 1044. interfuit Creſcentius Romanæ Synodo, ut tom. 5. in Gradenſibus.

AD TARENTINOS

TOM. IX.

Col. 121. ad lin. 1. in ima pagina *adde* hanc notam.

(1) Non hac ætate, ſed ſexto circiter ineunte Eccleſiæ ſæculo S. Cataldum Tarentinæ Eccleſiæ præfuiſſe Epiſcopum, præter alios ingenii acrimonia, & eruditione claros, pluribus argumentis oſtendit vir eruditus Cataldus Antonius Caſſinellus Metropolitanæ Eccleſiæ Tarentinæ Canonicus libro primo de Vita, & monumentis S. Cataldi Tarentinorum Epiſcopi capite primo. Eum uno prorſus ore Scriptores univerſi, & ſacræ tabulæ *Confeſſorem* appellant. Et tamen S. Cataldi *Epiſcopi, & Martyris* in Japygia, & Neapolis Regno præcipua veneratione culti, paſſim in antiquis Monumentis occurrit mentio. Pauca nunc e multis in medium afferam, ut liberum cuique ſit conjicere, num unus, idemque Tarentinus Epiſcopus, qui Confeſſoris titulo inſignitus colitur, an alius longè diverſus ipſius Tarentinæ, vel alterius urbis Pontifex is ſit, qui martyris titulo, & honore a Majoribus ornatus eſt. In publico, ut vocant, Inſtrumento an Dom. 1108. menſe Februario Indictione prima Neriti conſcripto, quod Teſtamentum nobilis viri Rogerii de Caniano complectitur, & in Epiſcopali ipſius urbis archivo ſervatur Authographum, inter cætera legimus. *Et pro dictæ animæ ſuæ ſuffragio, & in remiſſionem ſuorum peccaminum reliuquit, & donat Eccleſiæ, & hoſpitali ſancti Salvatoris domum unam cum ſuo Caſili, & Puteo, & horto ad ſubſtentacionem, & uſum Pauperum. Quæ domus ſita eſt in Pittacio ſancti Mauri Protomartyris, juxta ipſius Monaſterium, juxta Eccleſiam ſancti Cataldi Epiſcopi, & Martyris, in via quæ ferit ad majorem Eccleſiam, & juxta forum, quod dicitur de Calliopole.* Illuſtre Archivum Cavenſis monaſterii plures quoque veteres ſuppeditat chartas ſervatas in arca obſignata num. LXXXIII. quæ idipſum oſtendunt. Inſtrumentum conſcriptum anno Domini 1161. menſe Septembri Indictione decima. *Intra quam medietatem prædictus Joannes Neapolitanus Eccleſiam ad honorem Beati Cataldi Martyris, atque Pontificis à novo fundamine ipſe conſtructam habere dixit.* In alio inſtrumento publico exarato anno Domini 1168. menſe Martio, Indictione prima *Ipſe autem Centurio monachus pro parte ſancti monaſterii Cavæ, & ſicut ipſi Joanni placuit ſponte pro convenientia per hanc Chartulam tradidit ipſi Centurioni pro parte ſancti monaſterii ſanctiſſimæ Trinitatis Cavæ integram terram cum arbuſto, & pomis, intra quam Eccleſiam Beati Cataldi martyris, atque Pontificis ipſe Joannes ſe à novo fundamine conſtruxiſſe dixit.* In alia membrana conſcripta eodem anno menſe Decembri, Indictione ſecunda. *Intra quam Eccleſiam ad honorem Beati Cataldi martyris, atque Pontificis noviter conſtructam: &c.* Pollidorus.

Col. 130. poſt lin. 26. *adde*.

XXV. BELEGARDUS, qui anno Chriſti 1126. memoratur in Diplomate Boemundi Antiochiæ, atque Tarenti Principis mox recenſito ab ipſomet Ughello. Porro Raynaldum a Belegardo alium fuiſſe ex eodem liquet Diplomate, quod apponendum eſt poſt Gualterium, ut temporum ordini rite reſpondeat. *Polledorus*.

Col. 142. ad lin. 38. & 39. *adde* in ima pagina hanc notam.

(1) JOANNEM hunc Ciacconius, aliique Authores ex Comitibus Taleacotii, quod eſt oppidum Aprutii e ruinis veterum oppidorum Marſorum excitatum, teſte Volaterrano, prope lacum Fucinum, faciunt; Auguſtinus autem Oldoinus in continuatione operis Ciacconiani vult é familia de Ponte, ſive de Pontibus, patriamque dat oppidum Curiſcumeli in Aprutio, quod diſtat a Taleacotio octo ferme millia paſſuum. Domus adhuc in eo extat hujuſce Cardinalis, in qua pluribus in locis tum coloribus expreſſa, tum ſaxo inciſa ipſius gentilitia inſignia viſuntur. Nepotem Cardinalis hic habuit Joannem Baptiſtam de Pontibus Epiſcopum Bituntinum, cujus inſignia in eadem domo extant, & ſunt illa eadem, quæ geſſerat Joannes patruus, qui unicam ex familia neptem hæredem inſtituit, ac nuptui dedit cuidam adoleſcentulo familiæ Vetulorum nobilis in ea Provincia, ut ex monumentis antiquis apud eoſdem Vetulos hæredes rami familiæ de Pontibus excerpſit laudatus Oldoinus. Nos

tamen utramque ſententiam concilliamus , quia utraque a veritate nec hilum diſtat , ſola ob oculos genealogica hiſtorica familiæ de Ponte a P. Hieronymo de S. Anna Carmelita excalceato exornata. In ea quippe Romana , ac poſtea Neapolitana nobiliſſima gente de Ponte , ſive de Pontibus, non modo quiſquis Gheldriæ Principes , Marelicæ cum ſupremo imperio Dominos , alioſque propè innumeros dynaſtas offendet , ſed & inſuper Comites Taleacotii , ſub quorum poteſtate erat etiam ipſum oppidum Curiſcumelis , in quo hic Cardinalis Joannes cunas fuerat ſortitus. Sic reapſe e Comitibus Taleacotii fuit,& ex gente de Pontibus: è qua ſtirpe per inclytos proceres ſemper feudorum Dominos , trabeatos ſemper faſcibus, ac laureatos victoriis, qui ſuam ſtipendiariam meruere ſemper habere gloriam , ſupereſt Neapoli clariſſimus heros D. Joſephus III. Flumarentium Dux , Dominus Caſtri vulgo *della Baronia* , oppidi D. Nicolai ad Ripam, Aquaræ &c. vir D. Franciſcæ Violantis Spinellæ nobiliſſimæ item Matronæ è principibus S. Georgii, Marchionibus boni Albergi &c. majorum ſuorum decora propriis ſuarum virtutum cumulans ornamentis.

Col. 143. ad lin. 25. *adde* in ima pag. hanc notam.

(1) Non anno 1485. ſed Calendis Septembris anni 1484 id accidit: ut conſtat ex Literis Joannis Aragonei S. R. E. Cardinalis ſcriptis menſe Majo anni ſequentis, quæ leguntur ſol. 74. tomi V. Regeſti Epiſtolarum ejuſdem Cardinalis ſervati in Archivo Cavenſi. Joannem Baptiſtam præcipuis laudibus extulit L. Joannes Scoppa in Epiſtola nuncupatoria Libri primi Collectanearum , in qua *Poetam lepidum , atque facundum, gravem, & copioſum* appellat: ſcripſiſſe quoque eum commemorat in fine capitis 35. *Opus de Comete oppido torſum , atque omunctum, & priſcis Poematibus merito comparandum Carmine Eroico*. Pollidorus.

AD TARVISINOS

TOM. V.

Col. 487. lin. ultima dele illa verba: *quæ a Capitulo ſuppreſſione duorum Canonicatuum ſuat erectæ* , & eorum loco ſcribe : *quarum quatuor an. 1232. ſuppreſſione Archidiaconatus , aliæ quatuor ſuppreſſione quatuor Canonicatuum præt. an. 1537. erectæ ſunt atque &c.*

Col. 488. lin. 10 dele *ad Romanum Pontificem*, & ſcribe. *ad Capitulum pleno jure*.

Col. 488. lin. 63. *dele* & à Conventualibus reguntur: & *ſcribe*: & hæc à Conventualibus regitur: ambo tamen cathedralem recognoſcunt.

Col. 489. in fine lin. 8. *adde*. Mons quoque pietatis an. circiter 1496. erectus , ut neceſſitatibus populi Tarviſini ſatisfieret , ſublata Judæorum ſacra ſœneratione , qui tunc etiam civitate expulſi ſunt , & Principis decreto in perpetuum proſcripti. Indigentibus urbis non ſolum , & pagorum , ſed extraneis etiam ſert opem , adeout per annos ſingulos 40. ducatorum Venetorum millia diſtrahantur : computatis verò pecuniis , quæ ibi aliquo titulo in dies cuſtodiendæ traduntur , centum circiter millia ; uſque enim ad repetitam reſtitutionem in egenorum commodum cedunt. Clericorum &c.

Col. 500. lin. 56. pro *hanc* lege *hoc*.

Col. ead. lin. 19. pro *pretenatæ* lege *pretaxatæ*.

Col. 502. lin. 55. pro *legali* lege *regali*.

Col. 503. lin. 3. pro *Iainesburg* lege *Iaokesburg*.

Col. ead. lin. 44. pro *etiam in* lege *etiamſi*.

Col. 506. lin. 25. pro *Acedolfo* lege *Aredolfo*.

Col. ead. lin. 29. pro *Tenguardus* lege *Teuprandus*.

Col. ead. lin. 32. pro *Serzo* lege *Teuzo*.

Col. 509. lin. 46. pro *Nativitate* lege *antiane*.

Col. ead. lin. 51. pro *ſeu* lege *nec*.

Col. ead. lin. 53. pro *ejus* lege *ejuſque*.

Col. ead. lin. 66. pro *ſumptum* lege *ſcriptum*.

Col. 513. lin. 33. pro *Antonii* lege *Anaoaie*.

Col. ead. lin. 39. pro *Chabrie* lege *Chorbire*.

Col. 517. lin. 51. pro *Zunæ* lege *Fuſcæ*.

Col. ead. lin. 55. pro *Tarriana* lege *Turriana*.

Col. eadem lin. 64 poſt verbum *Auctorem* adde a cap. lineæ.

XXVIII. ODORICUS Tarviſinus Epiſcopus florebat an. 1107. quo Præſule eodem anno 1107. Joannes Grunonus &c.

Col. 518. l. 46. poſt inſtrumento *adde* ex archivo Capitulari deſumpto.

Col. 550. lin. 54. *adde* ex archivo capitulari.

Col. 551. lin. 31. *adde* ex authographo archivi Epiſcopalis.

Col. 524. lin. 17. ſic ſcribe: Comes de Lenceburch , Wido comes de Blandrado &c.

Col. ead. lin. 46. pro *ſuprapoſitam* lege *ſupraſcriptam*.

Col. ead. lin. 65. *adde* ex libro AC. archivi Epiſcopalis pag. 50.

Col. 525. lin. 19. pro *Montamarii* lege *Montanarii*.

Col. 526. lin. 3. pro *Viſcario* lege *Viſenico*.

Col. ead. lin. 6. *adde* , & mulendinorum , Eccleſiam S. Mariæ de Fontanis cum pertinentiis ſuis , terram &c.

Col. ead lin. 21. pro *Severu* lege *Secaram*.

Col. ead. lin. 39. pro *Cemoſia* lege *Cervaria*.

Col. ead. lin. 41. pro *Diveron* lege *Fiveron*.

Col. ead lin. 57. pro *Lovo* lege *Laao*.

Col. 531. lin. 55. poſt verbum *pagina* adde: ex lib. AC: archivi Epiſcop. pag. 72. terg. deſumpta.

Col. 532. lin. 61. pro *Sincera* lege *Simcon*.

Col. ead. lin. 64. pro *Certo* lege *Ceno*.

Col. ead. lin. 74. pro *Epiſcopalis* lege *Capitularis*.

Col. 533. lin. 2. *adde*: apud eoſdem exiſtens.

Col. ead. lin. 59. pro *Paduano* lege *Paderno*.

Col. 536. lin 1. pro *Walpertus* lege *Walfredus*.

Col. ead. lin. 23. *adde*: ex lib. AC. archivi Epiſcop. pag 72.

Col. 539. lin. 1. *ſupple* lacunam ſcribendo bannum.

Col. ead. lin. 43. pro *covertis* lege *crucatie*.

Col. 544 lin. 2. *adde*: deſumpta ex libro AC. arch. Epiſcop pag. 23. tergo.

Col. 547. lin. 52. *adde*: ex lib. archivi Epiſcop. pag 61.

Col. ead lin. 38. pro *Civitatis* lege *Poteſtatis*.

Col. 548. lin. 24. *adde*: quæ extant in archivo Capitulari.

Col. ead. lin. 76. *adde* ibidem repertum.

Col. 549. lin. 52. *adde*: ex lib. AC. archivi Epiſcop. pag. 21.

Col. 561 lin 55. pro *Nicolaum* lege *Jacobum*.

Col. 568. lin. 27. dele , *quorum nonnulla* uſque *Dum* Romæ : & hæc *repone* : quæ omnia typis mandari juſſit ex teſtamento , ſed hæredum incuria dormitant adhuc , & quamplurima authographa circumferuntur , inter quæ principem locum tenent XXII. libri *Promiſcuorum* nuncupati , quorum poſteriori morte præventus ſummam non impoſuit manum , & à Julio ejus filio habemus XXII. fragmenta extare , quæ adhuc nobis latent. Antiqua præterea civitatis Tarviſii , & territorii monumenta collegit , explicavitque , qui liber nuper à nobis inventus , mutilus tamen : nec altero libro ea omiſit , quæ aut ab amicis excepit , aut forte fortuna ad manus venere . Nonnullæ ejuſdem lucubrationes jam ſunt deperditæ , inter quæ S. Hieronymi vita , cui titulus : Vita Stridonenſis. Dum Romæ &c.

Col. 570. lin. 23. *adde* Fallitur hic Ughellus ; ex lib. enim collationum archivi Epiſcop conſtat hanc Eccleſiam adminiſtraſſe ad annum uſque 1564. 12. Septembris ; & ſequentis Georgii Cornelii acta legentibus occurrunt data 18. Octob. ejuſdem anni 1564. Quare indubitanter dicendum eſt ad hunc uſque annum Franciſci Piſani adminiſtrationem perduraſſe.

AD TELESINOS

T O M. VIII.

Col. 368. poſt lin. 23. *adde*.

I. MENNAS Epiſcopus Teleſinus legitur ſubſcripens in ſaeultate teſtandi conceſſa à M. Gregorio Probo S. Andreæ Abbati in Synodo Romana anno 600. M. Novembri.

Col. ead. lin. 24 pro 1105. *lege* 1075.

AD TERGESTINOS

T O M. V.

Col. 577. lin. 59. *adde* a eapite lineæ.

VI. PETRUS florebat Tergeſtinus Epiſcopus an. 990. cnjus memoria habetur in judicato, quod retulimus ſupra in addendis ad Parentinos.

Col. eadem lin. 45. *adde* à capite lineæ.

X. HORTACIUS Tribuno Memo Abbati S. Georgii Venetiarum anno 1114. nonnulia bona donavit cum Eccleſia SS. Martyrum in eivitate Tergeſtina: iterumque alia bona eidem ſuiſſe impertitum legitur in alia donatione apud Ughellum tom. 5. col. 1204.

Col. 579 lin. 9. *adde* a eapite lineæ.

XXI. VOLRICUS Tergeſtinus Epiſcopus præſens adſuit anno 1246. ſententiæ cuidam Patriarchæ Aquilejenſis in ſavorem Epiſcopi Parentini. Documentum legitur in primo libro regeſt. Eccleſiæ Parentinæ.

AD TERRACINENSES

T O M. I.

Col. 1291. lin. 20. *adde* a capite lineæ.

XVII JOANNES *Terracinus* interſuit an. 861. Romano Concilio, ut videre eſt tom. 2. in Ravennenſibus.

AD TIBURTINOS

T O M. I.

Col. 1304. lin. 48. *adde* a capite lineæ.

XIII. LEO Tiburtinus ſedit in Concilio Romano anno 861. Vide tom. 2. in Ravennenſibus.

AD TIPHERNATES

T O M. I.

Col. 1319. lin. 4. *adde* a capite lineæ.

IX. RODERICUS *Caſtello Felicitatis* Epiſcopus interfuit anno 861. Romano Concilio, eujus acta vide in Ravennenſibus tom. 2.

AD TRICARICENSES

T O M. VII.

Col. 148. lin. 67. *adde*. In fine Actorum S. Vitalis Abbatis apud Bolandum in Actis SS. Martii tom. 2. col. 25. hæc ſequntur. *Facta eſt autem hæc de Græco in Latinum tranſlatio an. Dom. Incarn. 1194. M. Julii 12. Ind. Pontificatus SS. Roberti*
A *ven. Tricaricen. Epiſcopi anno 19. &c.* Creatus ergo Robertus an. 1175. aut ſequente: nec diu poſt annum 1194. vitam protraxit ex Henrieo ſequenti.

AD TRIVENTINOS

T O M. I.

Col. 1328. lin. 17. *adde*. Sed & ante an. 861. interſuerat Romano Concilio, quod vide tom. 2. in Ravennenſibus.

Col. 1335 ſed lin. 32. in margine pro *Moriconas* ſcribe *Moriconda*.

Col. 1333. lin. 42. *adde* ſequens epitaphium.

D. O. M.
Fr. Joannes à Cruce Toletanus
Ord. Fratrum de Obſervantia
Provinciæ Caſtillæ filius, Epi-
B *ſcopus Triventinus, quem*
præſentibus, ſutueis flecti neſcia
mors immatura ante conſecrationem
extinxit. Obiit die XX. menſis Martii
An. Dom. MDCLIII.
Hic expectat Reſurrectionem.

Col. ead lin. 64. pro 1648. *lege* 1684. Et in fine *adde*. Anno 1715 die 10. Menſis Januarii mortalitatem laudatiſſime explevit. Suum capitulum ſolemniter ei parentavit, ſepultuſque fuit in ſua Cathedrali in ſacello ſeptem doloribus B. M. V. dicato in cornu Evangelii ſub marmoreo tumulo cum ejus etiam imagine, & inſcriptione.

XLII. ALPHONSUS Mariconda, Monachus Benedictinus, in ſæculo Andreas, Thomæ Neapolitani patritii Marzani Ducis, & Joannæ Laudatæ Cajetanæ patritiæ filius, humanioribus litteris ad miraculum eruditus religioſam vitam in regali Neapolitano Cœnobio SS. Severini, & Soſii amplexus fuit, in quo Philoſophiæ, ac Geome-
C triæ, Theologiæ autem in alma urbe dedit operam. Triennium Philoſophiam Neapoli, ut etiam Florentiæ, ubi pariter Theologiam, & jus Canonicum fuit interpretatus; ejuſque opera in ſuo bene procurando grege Archiepiſcopus Florentinus fuit uſus, Examinatorem in ſua curia ipſum dicens facultate etiam data ſæcularium ſacramentales Confeſſiones excipiendi. In regia Neapolitana Univerſitate primariam poſtea Theologiæ cathedram XIV. non minus annos implevit, & etiam pœnitentiæ ſacramentum publice omnibus miniſtravit. Fuit etiam in ſua religione decanus, & cum eſſet à teneris pietati addictus, ut in ea ſemper magis, atque magis ferveret, venerabili ſodalitio Sacerdotum in collegio maximo Neapolitano ſocietatis Jeſu nomen dedit. Ex præſentatione auguſtiſſimi Caroli VI. anno 1717. in Epiſcopum Triventinum præconizatus die 12. Julii, ſacratus die 18. poſſeſſionem iniit ſuæ Eccleſiæ die 27. pervigilio Sanctorum Martyrum Nazarii, Cel-
D ſi, & Victoris tutelarium civitatis, & Diœceſis per V. J. D. D. Nazarium Colaneri ejuſdem Eccleſiæ Cantorem, & tunc vicarium capitularem, quem mox ſuum etiam generalem dixit. Et die 28. ejuſdem menſis, cathedræ obedientiam pro novo Præſule præſtitere omnes parochi, curati, & beneficiati univerſæ Diœceſis. Solemniter ſuam ſponſam adiit die 21. Novembris ejuſdem anni, & ante portam majorem civitatis, ubi ſacris veſtibus pontificaliter indutus fuit, D. Dominicus Brindeſi ejuſdem ædis principis Canonicus eruditam, & perelegantem gratulationis ergo Latinam orationem habuit, ut & alteram in eadem æde a ſuggeſto recitavit D Joannes Claudius Bologneſe nunc ejuſdem ædis Canonicus, ambo exemplares ſacerdotes, & ſcientiis omnibus flamine dignis imbuti. Vaſtam ſuam diœceſim illico ſumma navitate perluſtravit omnem, cathedralem ſacra ſupellectili etiam pretioſa inſtruxit, ejuſque frontem exornavit. Epiſ-

A copale palatium refecit, & religioſa modeſtia perpolivit. In pluribus ſuæ diœceſis locis ſodalitia ſacerdotum ſub eadem inſtitutione illius, cujus ſupra meminimus, aut jamdiu excitata nunc ferè extincta reſtituit, aut quæ numquam fuere, de novo excitavit. Synodum habuit diœceſanam die 26. Julii 1721. valde ſalutarem, & pro erectione Seminarii nervos omnes intendit in crediti ſibi populi commodo ſemper invigilans, quo ſe minime degenerem probat ab gentili ſuo Julio Cæſare Mariconda antea majoris Eccleſiæ Neapolitanæ Canonico, Archiepiſcopi Neapolitani Hannibalis de Capua Theologo, & tandem hujus Triventinæ Eccleſiæ laudatiſſimo Antiſtite. Ipſius veſtigiis inhærere itidem ſtudet in Sereniſſimo Neapolitano Archiſodalitio SS. Trinitatis Peregrinorum, & Convaleſcentium ejuſdem Julii Cæſaris potiſſimum opera Neapoli anni 1579. excitati, & Romano ejuſdem inſtitutionis illico aggregati. Semper enim ac ipſi neceſſe eſt pro ſuæ diœceſis negociis Neapolim accedere, ad illud ſe confert, illiuſque exercitiis vacat in omnibus, B ut & in illo ſacerdotum in laudato collegio Maximo Soc. Jeſu. Soſpitet eum quam diutiſſime Deus ad majora ſemper tendentem, & quem vitæ probitas, ſingularis doctrina, & mira in rebus agendis dexteritas ſat, ſuperque commendant, etiam ſenecta ſemper vegetem, ſemperque ſui compotem ſuis cumulet donis, atque felicitet.

AD TRIVICANOS

TOM. VIII.

Col. 380. poſt lin. 14. *adde*, ſi lubet, ſequentia.

ADDITIO.

Ex eminenti ſitu Trivicanæ Civitatis fallitur Ughellus aſſerendo, C quod poſita ſit in monte inacceſſo, dum dictum Trivicanum iter peragitur rhedis, & quadrigis, quibus ipſa Civitas ſita in planitie exiſtente ſupra ipſum præcelſum montem circumitur, & perambulatur; Mons enim, & ſi longè elevatus, nullam redolet aſperitatem, quia ejus altitudo paulatim incipit à flumine Calore duodecimo ab eadem urbe milliario. Exaggeratur Cœli frigiditas, ſed licet Civitas ipſa ſit ſupra montem poſita, tamen quia proſpectum habet ad Apuliæ planitiem, & ad mare Hadriaticum, nec alius Apenninus illi circumſtat, illam non habet inclementiam, quam ex ſituatione Alienigenæ credunt. Et inde fit, quod undique liber ſit oculus ad Regiones etiam longinquas inſpiciendas, ita quod ex Trivico, & forſan non alibi, conſpiciuntur, vel integre, vel ſaltem pro parte octo ex duodecim Provinciis Regni Neapolitani. Urbs ipſa ſuis cincta muris cum tribus portis totidem Turribus cuſtodiæ mandatis, quarum portarum præcipua ſeptentrionem verſus eſt elegantis, D ac nobilis ſtructuræ, ſuum habebat Caſtrum, ſeu Fortillitium lateritii operis ad Auſtrum Civitatis in magis elevato ſitu, quod vulgò fertur conſtructum ab antiquis Regibus Neapolitanis, in præſens temporis injuria una cum dictis turribus, & murorum parte deſolatum. Vetuſtam Civitas amittere cœpit populi, divitiarum, & ædificiorum majeſtatem, cum ex peſtilentiarum, & terræmotuum calamitatibus, ut demonſtrant Civitatis amplitudo, ædificiorumque ruinæ, tum ex mutatione in alia opportuniora loca viæ conſularis olim Appiæ, nunc viæ Regiæ nuncupatæ factæ Regia auctoritate decimoſexto Chriſti ſæculo, quæ montem Trivicanum interſecabat Apuliam verſus, & non parum commercii, necnon hominum, bonorum, & pecuniæ affluentiam illi conferebat. Cæterum ager Trivicanus longe, lateq; patens, & Appulæ Regioni adjacens abundat frumento, aliiſque frugibus, vino, fructibus, venationibus, optimis paſcuis, ac lacticiniis, aquiſque ſalubribus, ſuper quibus, & præſertim ſuper illis ſcaturientibus propè Civitatem ad plagam occidentalem ſcripſit Ferrus Trivicanus in tract. de Podagra. Ad eamdem plagam propè Civitatem aderat monaſterium Congregationis Benedictinæ Montis Virginis, poſtea auctoritate S. M. Innocentii X. ejuſque Bullæ, quæ incipit *Inſtaurandæ*, ſuppreſſum. Hæc quoad Civitatem. Quo vero ad Eccleſiam, quæ ſubcorpus, ſeù aliam Eccleſiam ſubterraneam una cum ſuo altari, ſeu ſacello habet, dignitates, & Canonici Cathedralis ſupra Cottas, ſeu ſuperpelliceas utuntur prò inſignibus Mozzettis violacei coloris in omnibus uniformibus illis Epiſcoporum. Habent redditus ducatorum centum circiter monetæ Neapolitanæ pro quolibet, præter Archidiaconum, & Archipresbyterum, qui habent præbendas diſtinctas, ultra redditus cum Canonicis communes. Capitulum dictæ Cathedralis ab immemorabili tempore habet jus, & reperitur in pacifica poſſeſſione eligendi Canonicos ad Canonicatus, & præbendas vacantes ceſſantibus reſervationibus Apoſtolicis, eoſque nominandi, & præſentandi Epiſcopo, qui illos confirmat, deſuperque expedit Bullas. Quod etiam ſervatur in nonnullis aliis beneficiis, in quibus eodem jure, & poſſeſſione potitur prælaudatum Capitulum Eccleſiæ Trivicanæ; quod probatum, & manifeſtum remanet primo ex Bulla f. m. Julii Papæ III. expedita anno 1550. quam hic damus ad futuram rei mem.

Julius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, Capitulo Eccleſiæ Vicanæ ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum, vigor æquitatis, atque ordo exigit rationis, ut id per ſollecitudinem noſtri officii ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, libertates, & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive per privilegia, vel alia indulta vobis, vel eidem Eccleſiæ conceſſa, nec non libertates, immunitates, & exemptiones ſæcularium, & exemptiones à Regibus, & Principibus, ac aliis Chriſti fidelibus vobis, & dictæ Eccleſiæ rationabiliter indultas, ſpecialiter auctoritatem præſentandi ordinario loci, & eligendi perſonas idoneas ad primiceriatum, nec non Canonicatum, & præbendas dictæ Eccleſiæ, & beneficium Eccleſiaſticum, Abbatiam Cariſii nuncupatum Vicanæ Civitatis, vel dictorum illorum vacatione tam reſignatione, quam mortis cauſſa pro tempore occurrente, in quorum poſſeſſione à tanto tempore citra, de cujus memoria hominum non exiſtit in contrarium, vigore privilegiorum apoſtolicorum immemorabili tempore citra obſervatorum, & quibus non eſt hactenus huc uſque, ut aſſeritur, in aliquo derogatum, fore dignoſcimini, ea omnia, & ſingula, ſicuti illa juſtè poſſidentur, & quietè, vobis, & Eccleſiæ veſtræ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli vero hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, & communionis infringere, vel auſu temerario contraire; ſi quis autem attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Domini 1550. nono menſis Junii, Pontificatus noſtri anno primo.

Secundò ex ſententia in vim ſpecialis delegationis S. Pii V emanatæ ab Epiſcopo Arianenſi anno 1571. menſe Auguſti, ubi præſupponitur dictum jus Capituli, neque revocatur in dubium, ſed ſuper aliis hinc inde prætenſis ſententia profertur, cujus tenorem hic etiam per extenſum adjungimus.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti amen; anno à nativitate ipſius 1571. Pontificatus Ss. in Chriſto patris, & D. noſtri D. Pii divina providentia Papæ V. an. ejus ſexto feliciter amen; die vero decimo tertio menſis Octobris decimæ quintæ Ind. in Civitate

Arirui, & in ædibus Ren. D. Vicarii Civitatis ejuſdem in mei Joannis Andreæ Pap. Arianen. regia, & Apoſtolica auctoritatibus Notarii, & ipſius Epiſcopalis Curiæ actuarii, & infraſcriptorum teſtium præſentia, præſeas, & perſonaliter conſtitutus egrejus Notarius Valerius Trotonicus Arianen. legitimus Procurator Rev. Capituli, & Canonicorum Civitatis Trivici, aſſerens, qualiter vertente lite, & cauſa inter dictos ſuos principales ex una, & Rever. Epiſcopum Trivicanum ex altera, ſuper quibuſdam nonnullis gravaminibus per ipſum Rever. illatis, & differentia ſportularum ſolvendarum actuariis ejuſdem Epiſcopalis Trivicanæ Curiæ, & aliis, prout ex actis latiùs apparet, unde à gravaminibus ipſis, & omnibus aliis prædictis fuit appellatum ad S. ſedem Apoſtolicam, à qua mediante reſcripto papali fuit cauſa ipſa cum annexis, & connexis commiſſa, & delegata Rever. Epiſcopo Arianen. Judice per eandem S. ſedem Apoſtolicam delegato, qui in cauſa ipſa procedens ſervatis ſervandis, dicta gravamina, & tabulam ſportularum reformavit; & moderavit, mediante ſententia deſuper lata per eundem Rever. Epiſcopum Bonatum de Laurentiis Commiſſarium ad id ſpecialiter ut ſupra deputatum, & valuè intereſſe ipſius, & dictorum ejus Reverendiſſimorum principalium de dicta ſententia, & omnibus in ea contentis habere tranſumptum publicum ad futuram rei memoriam, & ſuorum principalium cautelas, & certitudinem, requiſivit nos propterea ſumma cum inſtantia, ut dictam ſententiam gravaminum, & ſportularum perquirere deberemus inter acta dictæ Epiſcopalis Curiæ, ipſaque inventa in publicam formam redigere, & tranſumptare deberemus, & eidem autenticam, roboratam, & fidem facientem, ut decet, aſſignare, cujus quidem requiſitioni, & precibus nobis factis coram teſtibus infraſcriptis, annuentes & devotè parentes, & maximè conſiderantes dictum egregium Procuratorem juſta petere, & juſta petenti non eſt denegandus, imò tribuendus aſſenſus, & præſertim in his, quæ honeſtatem ſapiunt, & requirunt, & quia officium noſtrum publicum eſt, & illud nemini denegare poſſumus, nec debemus. Volentes propterea ad prædicta procedere, perquiſivimus nonnulla acta proceſſus dictæ Curiæ, & inter alios invenimus in quodam proceſſu fabricato inter dictum Rever. Trivicanum Capitulum, & Rever. Epiſcopum Civitatis ejuſdem coram ipſo Rever. Epiſcopo Arianen. Commiſſario per ſanctam ſedem Apoſtolicam ſpecialiter ad id deputato quandam ſententiam, & Tabulam reformatum de ſportulis actuariorum Epiſcopalis Curiæ Trivicanæ prolatam per dictum Rever. Arianen. Epiſcopus, & Commiſſarium Apoſtolicum tenoris, & continentiæ ſubſequentis, videl. Nos Bonatus de Laurentiis V. I. D. de Civitate Aſculi Apuleæ Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia, & ex nominatione, & electione Seren. Regis Catholici Epiſcopus Ariani Commiſſarius Apoſtolicus ſpecialiter deputatus per Ss. D. noſtrum D. Pium Papam V. mediante brevi Apoſtolico ſub annulo piſcatoris ſub data Romæ apud S. Petrum die decimonono Septembris 1570. pontificatus ſui anno quinto feliciter amen; in cauſa, & cauſis vertentibus inter Rever. D. Hyeronimum Politium Epiſcopum Trivicanum ex una, & Rever. Capitulum, & ſuos Canonicos Cathedralis ſuæ Eccleſiæ Trivicanæ ex altera, ultra electionem nedum Canonicorum, ac perſonatus Primicerii dictæ ſuæ Carhedralis Eccleſiæ, quæ non inficiantur, ſed ſuper electione ab ipſo Rever. Capitulo prætenſa ſuper nonnullis extra dictam ſuam Cathedralem, & præciſe ſuper electione Abbatiæ S. Joannis Baptiſtæ terræ Cariſii ſuæ diœceſis Trivicanæ, nec non ſuper gravaminibus nonnullis a prædictis Canonicis prætenſis num. ſex ſuper diverſis particularitatibus in proceſſu coram Nobis fabricato deductis, & cum ſervatis ſervandis in cauſis prædictis fuiſſet à Nobis qui ſupra proceſſum, ac conſiderantes ante publicationem dicti proceſſus totam vim litis circa prædictam electionem Abbatiæ terræ Cariſii ex alterutra

A parte prætenſam verſari, & prætenſa gravamina parvi momenti fuiſſe, & de facili cum conſenſu ambarum partium potuiſſe, ac poſſe accomodari, & concordari ambas partes, propterea duximus coram nobis fraternaliter, & paternaliter convocari per privatas noſtras literas, ad quas, ambabus prædictis partibus conſentientibus, hodie die decimoquinta præſentis menſis Junii tam Rever. Epiſcopus Trivicanus una cum magnificis ſuis advocatis, & nonnullis aliis Archipresbyteris, Abbatibus, & Primiceriis ſuæ diœceſis, quam magnificus V. Illuſt. D. Proſper Cavotus, Concivis dictæ Civitatis Trivici nomine, & pro parte omnium Canonicorum, ac totius Capituli dictæ Cathedralis Eccleſiæ Trivicanæ mediantibus literis authenticis, ac ſigillo dicti Rev. Capituli cum ampla poteſtate in, & ſuper dictis gravaminibus ſeipſos cum dicto Rev. concordandi, ut obedientes ſubditi, & filii ſpirituales dicti eorum Rev. Pontificis unanimiter, & pari voto nobis, ac noſtræ deciſioni, compoſitioni, moderationi, & declaratio-

B ni omnium, & ſingulorum prædictorum ſex capitum gravaminum prætenſorum ſe ſubmiſerunt, & ſtare, & acquieſcere promiſerunt. Nos autem cupientes rem gratam Deo optimo Maximo, ac ſacrificium facere, pacem inter prædictum Rever. Epiſcopum Trivicanum, & ſuos Canonicos reintegrare, parcereque eorum ſumptibus, laboribus, & expenſis, auditiſque tam prædictis magnificis Advocatis dicti Rever. in jure, & in facto, quam ipſius magnifici D. Proſperi nomine quo ſupra totius dicti Rev. Capituli, devenimus ad hanc declarationem tam cauſarum à prædicto Capitulo, & Canonicis prætenſarum, ideſt, de victu, veſtitu, nivenda, prandiis, & commeſſationibus, declaramus attenta qualitate utriuſque ad prætenſa prandia, & indamenta Rever. Epiſcopum non teneri, ſed quiſque Canonicorum, ac reliquorum de ſuo, & ſuis redditibus tam Canonicatuum, quam patrimonialium provideat, & alii inferiores ſuis muneribus, ac immunitatibus a jure permiſſis honeſto artificio, ac ſpiritualibus ſervitiis vi-

C ctum quærant, & ſibi provideant, cum commeſſationes aliter inter Epiſcopum, & Canonicos hodie non conveniant, nec ulterius Rev. Epiſcopum teneri, niſi in die dedicationis Cathedralis Eccleſiæ, ac Synodi ſingulis annis de menſe Auguſti faciendæ, celebrandæ, ac conveniendæ juxta antiquum ſolitum dictæ ſuæ Cathedralis Eccleſiæ, & Civitatis, quo die Rever. ipſe teneatur ad refectionem, & prandium tam Canonicorum prædictorum, quàm aliarum dignitatum ſuæ diœceſis ad dictam ſynodum convenientium, & accedere debentium, & ad alias commeſſationes, & prandia non teneri, reſervatis nihilominus omnibus aliis immunitatibus, ac privilegiis dicti Rev. ſui Capituli jam reſervatis in primo ingreſſu ſui Epiſcopatus prædicti. Item quoad primum gravamen dicimus, quod teneatur ipſe Rev. Epiſcopus deputare ſibi Vicarium generalem in Civitate Trivici pro dictis Canonicis, & pro tota diœceſi, in qua diœceſi, & ſingulis terris poſſit ad ſui libitum Vicarium foraneum conſtituere, & deputare,

D ſuprema tamen poteſtate, & juriſdictione in præmiſſis, & eorum ſingulis ipſi Rever. ſemper ſalva. Quo verò ad ſecundum gravamen ſportularum viſa prius per nos tam tabula actorum Rever. Curiæ Metropolitanæ Beneventi, quam Cathedralis noſtræ Eccleſiæ Arianen., ac etiam prætenſa tabula dicti Rev. Trivicani, ac Curiæ ſecularis dictæ Civitatis, reformavimus, & moderavimus in ſingulis actis ſcribendis, notandis, & providendis quales, quot, ſeu quantas ſportulas teneantur ipſi Canonici, & alii de diœceſi perſolvere, prout per noſtrum actuarium infraſcriptum particulariter annotari, taxari, & inſcribi fecimus, noſtraque propria manu, & ſigillo communivimus, ut nec aliud, nec aliter exigi, aut gravari poſſent, nec valeant. Quò verò ad tertium de viſitatione in ſingulis annis ab ipſo Rever. facienda, dicimus, quod pro una die dictæ viſitationis faciendæ in Civitate Trivicana teneantur dicti Rev. Canonici, & Capitulum refectionem, & pran-

dium

A *dium ipſi Rev., & ſuæ Comitivæ honorifice facere, quoad invicem inter ſe prandia, ipſa vemittane tam dictæ ſynodi, quam viſitationis, & unuſquiſque domum ſuam habeat ad manducandum, & bibcadum, & in publico non confuadantur, ſalvo tamen jure juxta ſacros canones ipſi Rev. diœceſim ſuam viſitandi, & procurandi. Quò vero ad quartum de ſportulis, ſeu medietate fructuum cujuſque beneficii, & Canonicatus pro ipſa bulla aſſigaanda exigendis, ſtanteque etiam conſuetudine ſupra decem ſolidos exigendi, ſtanteque neceſſitate fabricæ dictæ ſuæ Cathedralis Eccleſiæ, ac Epiſcopalis Palatii, ad quas commodè Rever. ipſe, ut deret, ſubvenire non valet, taxavimus prædictas bullas cujuslibet beneficii, & Canonicatus ſummam viginti ducatorum excedentie, concurrenti ſimiliter communi conſenſu ambarum partium ad ſolutionem ducatorum decem ipſi Rever. Epiſcopo, vel ejus Oeconomo perſolvendorum, ac convertendorum in reparationem, & fabricam dictæ ſuæ Cathedralis Eccleſiæ, & Epiſcopalis Palatii, vel aliorum piorum locorum arbitrio ipſius Rever. ſed quoad ordinationem non poſſit credi*

B *à tanto Rever. Epiſcopo aliquid ſolutionis, vel pagamenti prætendi. Quoad quintum de gravamine prætenſæ gallinæ cum ratione honorantiæ veriſimiliter à ſubditis ſuo Prælato in feſtivitatibus Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ejus Ss. Reſurrectionis omnes canonicos, & ſuos ſubditos reverenter teneri, data tamen electione ipſis ſuis ſubditis, & canonicis vel gallinam, vel carolenum præſentare, vel perſolvere. Quo vero ad ſextum, & ultimum gravamen cum ſatis honeſtè, & ſanctè in primo capite petitionum ipſius Rev. Capituli fuerit proviſum, & declaratum, non convenir aliud ulterius repetore, reiterare, vel declarare, & ita authoritatibus quibus ſupra pro concordia, pace, & unione ſupradictorum Rev. Epiſcopi, Rev. Canonicorum, & Capituli Trivicani, dicimus, declaramus, ſtatuimus, & taxamus, prout in ſingulis Capitibus ut ſupra non ſolummodo prædicta; ſed omni alio meliori &c. reſervata tamen cauſa electionis Abbatiæ terræ Chariſi*

C *tam à prædictis Rev. Canonicis, quam ab ipſo Rev. prætenſæ, ut ſervatis ſervandis pro decoro Juſtitiæ, ac juxta ſupradictum breve Apoſtolicum ſuæ ſanctitatis debeat procedi taliter quod neutri partium locus juſtæ querelæ remaneat. Rogantes tam prædictum Rev. quam dictos Rev. Canonicos, ut in celebratione ſuarum ſanctarum miſſarum orent Deum pro ipſo judice commiſſario, & in talibus pro eorum bono pacis mediatore, compoſitore, & loco judicis decidente, declarante, & ſententiante in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti amen. Idem qui ſupra Epiſcopus Ariani, & Commiſſarius Apoſtolicus. Lectum, latum &c. præſens decretum ſub die decimoquarto menſis Auguſti 1571. Ariani Curia ſedente ad hunc actum præſentibus pro teſtibus venerabilibus D. Fabio Hippolyto, D. Loyſio Rubeo, D. Joanne Franciſco Fimdone, & aliis &c. notarius Joannes Andreas Pap. Actuarius. Tabula actorum, & ſportularum Curiæ Epiſcopalis Civitatis Trivici*

1128. Indict. ſexta Godeſridus, & Rayoaldus Comites Ceccani, quam plorima oppida ceperuot, homines caſtri Frabr. . . . & Sopini reddiderunt ſe Guidoni, & Joanni. Mortuo Duce Guilielmo Papa cum exercitu rediit Beneventum.

1129. Indict. ſeptima Bipæ cremstus eſt.

1130. Indict. octava, Ionocentius Secundus ſedit ann treſdecim, menſ. ſeptem, dieb 7. Obiit Honorius Papa, & diviſa eſt Eccleſia. Alii ordinaverunt Innoceotium Papam, atqoe alii Anacletum. Obiit Placidus Epiſcopus Ferentinenſis, & electus eſt Dominus Gilus, ſacratus ab Anacleto.

1131. Indict. nona, Obiit Gotteſridus Comes; hoc anoo fecit Rogerius per tarram ſuam clamare Rex.

1132. Indict. decima, Sol viſus eſt habere circulum, ut arcus.

1133. Indict. undecima, Rex Lotharius venit Romam cum Innocentio Papa, & ab eo coronatus receſſit. Sol obſcuratus eſt, & terræmotus graudis.

1135. Indict. decimatertia, Rex Rogerius incendit Averſam, & tulit terram Comitis Raynaldi, & Unſridi, & obſedit Neapolim.

1137. Indict. decimaquinta, Innoceutius Papa venit cum Eleutherio Rege, & ceperunt totam terram uſque Varim, & ordinaverunt Raynonem Comitem Ducem, & reverſi ſunt. Tunc Rex pugnavit cum Duce, & perdidit. Cooradus imperavit annis quindecim.

1138. Indict. prima, Obiit Anacletus. Depoſitus eſt Dominus G ſus Epiſcopus Ferentini, & electus eſt Epiſcopus Tranſmundus Signinus. Kalend. Octob. fuit ventus validus, ita quod multa ædificia, & arbores proſtravit. Innocentius excommunicavit Regem Rogerium cum omnibus ſuis fautoribus, & Gulielmum filium. Tunc Papa, & Præfectus, & Dux Robertus cum multis venientes apud ſanctum Germanum, & incendentes omuia, veniunt Gallutium, ibi captus eſt Papa cum multis, & facta eſt redemptio tacenda.

1139. Indict. ſecunda, Innocentius Papa congregavit ſynodum in Roma, & damnavit psrtem Anacleti. Menſe Junii venit Papa cum Romanis ad expugnandum Regem Siciliæ, & incenſa ſunt a Romanis Falvaterra, & Inſula, & S. Angelus in Tudicis. Et cum eſſet Galluciuni, captus eſt Papa a Rege Rogerio cum multis; facta tregua cum Rege revertus eſt Romam.

1140. Indict. tertia, venit Rex Siciliæ, & filii ejus menſe Julio, ceperunt Soram, Arcem, & uſque Ceperanum.

1141. Indict. qaarta, hoc anno factus eſt Diaconus 8. Kalend Martii hebdomada in xl. in Eccleſia s. Joannis de Ciccano.

1142. Indict. quinta, Luna 13. obſcurata eſt 2. id. Februarii.

1143. Indict. ſexta Cœleſtinos Secundus, menſ. quin-

qninque, dieb. quatuordecim; hoc anno cecidit turtis Arenaria, 4. Kalend. Febr. & obſcurata eſt Luna 14. in 4. non. Febr. incipiente nocte per tres horas. Obiit Landalphus de s. Joanne 4. non. Septembris. Obiit Innocentius Papa 4. id. Septemb. Guido Cardinalis in Papam Cœleſtinum ordinatur. Rex Siciliæ venit Arcim, & miſit in ſuo jure. Obiit Godefridus filius Domini Landulphi 16. Kalend. Novembris, & filii Regis ceperunt totam terram Marſorum.

1144. Ind. ſeptima; Lucius Secundus ſedit menſ. undecim, dieb. ſeptem. Obiit Landulphus Puſanus undecimo Kalend. Aprilis faria ſexta. Vanit Rex Siciliæ iu menſe Junio Ceperanum, & Dux filius ejus intravit in terram s. Petri, & cepit eam.

1145. Indict. octava, Eugenius Tertius ſedit ann. 8. menſ. 4. dieb. 20. & ceſſavit dieb a.

1146. Ind. nona. Obiit Petrus Abbas s. Clementis 14. Kal. Aprilis in Paraſcevem, & intravit Leo Abbas 16. Kalend. Julii. Romani venerunt ſuper Tiburim, & multos ex eis decollaverunt.

1147. Ind. decima, Papa perrexit ultra montes.

1148. Ind. undecima, 11. Kalend. Aprilis interfectus eſt Tranſmundus Ferentinos in Vinculum. Dedicata eſt Eccleſia ſancti Clamentis a duobus Epiſcopis 14. Kalend. Septemb. Feria quinta Michael Epiſcopus Aletrinus benedixit altare majus, quod eſt deſuper. Leo Epiſcopus Vetulanus benedixit altare ſancti Stephani, quod eſt in confeſſione. Poſtea Ferentinati elegerunt Ubaldum Epiſcopum, qui fuit Pratenſis.

1149. Ind. duodecima Ceccanus crematus eſt id. Sept. Feria tertis Rex Franciæ revertitur a tranſmarinis partibus. Cum eſſet Florentini, Gregorius Fummonenſis ivit inviſere eum, & captus eſt a Papa, & abſtulit ei Fummonem.

1150. Ind. decimatertia, Eugenius Papa Florentinum venit infra menſ. Octob. & multos Archiepiſcopos, & Epiſcopos ordinavit. Tetracina capta eſt 6. Kal. Decembris.

1151. Indict. decimaquarta, hoc anno Bartholomæus presbyter ejectus eſt de Eccleſia ſancti Clementis 4. non. Februarii die Sabbati, perdidit omnia ſua, & officium, ſed receptus eſt 7. idus Julii feria ſecunda. Eugenius Papa ivit Caſtrum, & dedicavit ibi Eccleſiam ſanctæ Crucis, 10. Maji, & 6. Kal. Novembris dedicavit Eccleſiam Caſæmarii, & reverſus eſt Segnim.

1152. Ind. decimaquinta, Eugenius Papa reverſus eſt Romam octavo idus Septemb. Exiit Leo Abbas, & electus eſt Landulphus Abbas 12. Kalend. Octob. die Sabbati quatuor tempora: ipſo die in ipſa Eccleſia Sancti Clementis ordinatus eſt Subdiaconus, & converſus. Fridericus Imperator imperavit ann. 38. qui exceſſit alios in malum contra Eccleſiam.

1153. Indictione prima, Anaſtaſius Quartus ſedit ann. 1. menſ. quatuor, diebus vigintiquinque. Obiit Ptolomæus Tuſculanus 5 Kal. Martii. Obiit Landulphus Comes Ceccani 3. id. Aprilis Sabbato in Palmis. Obiit Eugenius Papa non. Julii Tiburim. Deportatus eſt Romam, ſepultus in Eccleſia ſancti Petri. Conradus Epiſcopus Savinenſis conſenſu omnium eligitur in Papam Anaſtaſium. Scalona capta eſt a Chriſtianis 14. Kal. Septembris.

1154. Indictione ſecunda, 13. Kal. Julii venit fulgur de Cœlo in valle, quæ eſt ſubtus Eccleſiam ſancti Clementis, & occidit ibi Joannem presbyterum, & Petrum, & Benedictum, & Mariam die Sabbati. Obiit Anaſtaſius Papa tertio non. Decemb. Albanenſis Epiſcopus eligitur in Papam Hadrianum. Hadrianus ſedit ann. quinq; menſ. 8. dieb. vigintiſeptem.

1155. Indictione tertia, hoc anno Cancellarius Guilielmi Regis Siciliæ cum maxima gente infra menſem Maji venit Ceperanum, & in tertio Kal. Junii crematum eſt. In Kal. Junii in terra s. Petri, & ivit ad montem ſancti Joannis, & ibi 3. non. Junii cremavit Caſtrum Babuci. Poſtea venit Fruſinonem, & cremavit Tuderiam, & ſic reverſi ſunt. Deinde venit Rex Romam, & coronatus eſt a Papa Hadriano in feſtivitate S. Petri, & reverſus eſt Spoleti, & cremavit illum, & reverſus eſt in terram ſuam. Et duodecima Kal. Septemb. Maributellus cremavit arcem. Poſtea venit Apoſtolicus cum Cardinalibus in 7. id. Octobris ad Civitatem Soranam, & dedicavit ibi Eccleſiam s. Mariæ. Et Dominus Apoſtolicus una cum Principe recepit Capuam, & aliam terram, & in feſtivitate s. Martini crematus eſt Pophe.

1156. Hic venit Fridericus Romam, & accepit coronam apud ſanctum Petrum ab Hadriano Papa.

1156. Indict. quarta. Hoc ſiquidem anno Guilielmus Rex Siciliæ pugnavit cū Græco apud Brundoſium, & devicit eum, dehinc venit Barim, & deſtruxit eum, & fecit ex eo villas. Inter hæc Robertus Princeps fugit, & captus eſt a Comite Richardo cum ſuo filio, & filia in Trajectu, & datus eſt in manu prædicti Regis. Deinde venit Beneventum, ubi erat Hadrianus Papa cum Comite Roberto de Rotellu, & cum Comite Andrea, & cum multis aliis, & ejecit eos inde, & fecit finem cum Domino Papa, & fecit ei jurandum, & Dominus Papa conceſſit ei totam terram, quam in ſe tenebat. Menſe Madio Simon Soranos interfectus eſt a ſuis hominibus; filius ejus Simon fecit vindictam pro eo, fecit cremare, & prædare totam Civitatem. Poſt hæc aſcendit in arcem Surelle, & rebellavit ſe Regi. Tunc Rex fecit obſidere eam per totum annum, & eo amplius, & non potuit eam acquirere, & Papa reverſus eſt Romam.

1157. Indictione quinta, hoc anno Gregorius Comes Ceccani acquiſivit Carpinetam in octava ſanctæ Mariæ menſ. Novemb Venit Comes Andreas cum Romanis, & Græcis, & aliis multis. Acquiſivit totam terram Fundanam, & cremavit Trajectum. Pro vindicta Principis acquiſivit terram ſancti Benedicti. Poſt hæc intravit Cominum, & cremavit portam, & Campuri, & perrexit uſque Atinum, & reverſus ad Aquinum.

1158. Indictione ſexta, hoc anno in feſtivitate Innocentum, feria quarta poſt Epiphaniam perrexit Comes Andreas ſuper Civitatem S. Germani, & pugnavit cum militibus Regis, & devicit eos, apprehendit ea illis pluſquam ducentos, & omnia ſpolia eorum, alii fugerunt ad Monaſterium ſancti Benedicti, & Comes miſit Civitatem in ſuo jure, & aſcendit in montem, & poſſedit Monaſterium uſq; in feſto quadraginta Mart. dimiſit omnem terram, & ivit Anconam, deinde ivit ad Imperatorem, qui obſidebat Mediolanum. In hoc anno in feſto ſancti Bartholomæi Ciccanenſes pugnaverunt inter ſe miles Landi de Valle de Montone, & miles Jonathæ Tuſculanæ, qui perdidit alio die. Rogerius Abbas ſanctæ Mariæ obiit.

1159. Indictione ſeptima, hoc anno Papa Hadrianus venit Anagnim, & ibi defunctus eſt Kal. Septemb. feria tertia, & diviſa eſt Eccleſia. Omnes Cardinales elegerunt Cancellarium in Papam Alexandrum. Guido de Crema, & Raymundus, & Epiſcopus Tuſculanus elegerunt Octavianum Cardinalem in Papam Victorium, & ſacratus eſt Pharphum, & Alexander prius ſacratus eſt Nimpha. Hoc anno crematus eſt Piperrius, & Fummone. Ubaldus Epiſcopus Ferentinus ivit cum Vicario ad Imperatorem.

1160. Indict. octava, in hoc anno Fridericus Imperator deſtruxit Cremam, & totam fecit cremare, & poſſedit Placentiam, & Mediolanum.

1160. Indict. octava, Alexander Tertius ſedit annis vigintiuno, duobus diebus minus, & ceſſit die ſeptima. Hic venit Anagnim, & acquiſivit totam Campaniam, & miſit in ſuo jure. Hoc anno ordinavit Flaimundum Monachum de Monaſterio Caſæmarii in Verulana Eccleſia, 6. nonas Octob. ordinavit Rodulphum presbyterum, & conſecravit eum Epiſcopum in Ferentinenſi Eccleſia. In eodem menſe accepit filiam Comitis Berardi de Albe Andreas Comes Comitum in conjugio; prædictus Berardus reddit Comiti Andreæ pecuniam, ex qua recupe-

cupe-

cuperavit terram ſuam. Inſuper & dedit ipſi totum Dominium terræ ſuæ, & ivit in Cominum, & ſpoliavit Schlavos. Et poſtea perrexerunt in terram ſancti Vincentii, & cremaverunt plures villas. Sex die intrante menſe Madio apparuerunt tres Soles. Id. Octob. fuit terræ motus magnus. Hoc anno Epiſcopus Narniæ ivit per Epiſcopatum Ferentinenſem, & chriſmavit pueros.

1161. Indictione nona, hoc anno 17. Kal. Febr. in aurora fuit ingens terræ motus. Comes Robertus intravit terram uſque Tarentum. Comes Andreas relicta terra ivit Conſtantinopolim, & multi Comites conjunxerunt ſe Comiti Roberto.

1165. Indict. decima, in menſe Martio Imperator Henricus accepit Mediolanum.

1162. Indictione decima, Alexander Papa ivit in Francia. Et menſe Martio venit Rex Guilielmus Siciliæ, & vicit Comitiſſam, Lathementium, & cepit Tabernam, & multi Comites amiſſis terris fugerunt, quos perſecutus eſt exercitus Regis uſque Abrutium, cui præerat Richardus Iſajæ, & Rex venit in colle Aponis, & conſtituit milites in montem Caſinum in cuſtodiam. Et miſit comitem Lauri cum exercitu, & ceperunt montem Archanum, & uxorem Comitis Richardi, & multos, qui ibi inventi ſunt. Comes Gregorius Ceccani obiit, & Epiſcopus Landulphus de Sora obiit in Arpinum.

1163. Indict. undecima, hoc anno 3. non. Jan. ventus evertit domos, & arbores quamplurimas.

1164. Indictione dundecima, hoc anno Victor Papa obiit menſ. Aprilis apud Lucam Civitatem, & elegerunt Dominum Guidonem Cardinalem in Papam Paſchalem. Eodem anno Eccleſia ſanctæ Mariæ de charitate ab Alatrinis, & a Fruſinonibus cremata eſt, & ibi multi ſervientes Regi Siciliæ mortui ſunt, & combuſti.

1165. Indict. decimatertia Chriſtianus Cancellarius, & Comes Gotheolinus ceperunt Maritimam, & Campaniam præter Anagniam, quam devaſtaverunt, & incenderunt Ciſternam, & Caſtrum, & fecerunt jurare totam terram ad fidelitatem Paſchalis, & Imperatoris, & ſic redierunt in Tuſciam. Poſt everſionem illorum Comes Gilibertus, & Richardus de Gaja venerunt cum exercitu Regis Siciliæ, & intraverunt in Campaniam, & Verulani ſe reddiderunt, poſtea poſſederunt cum Romanis Aletrum, Ciccanum, & Arenariam, & non potuerunt illam capere. Et ſic intraverunt in vallem ſancti Laurentii, & incenderunt Caſtrum ſancti Stephani, & Preſſei, & unuſquiſque poſtea rediit ad propria. Hoc autem anno Ripe, Turrice, & Caſtrum ſancti Laurentii, & Inſula cremata ſunt, & Alexander Papa reverſus eſt Romam.

1166. Indict. decimaquarta, Guilielmus Rex obiit menſ. Madio, & filius ejus Guilielmus ſucceſſit in Regnum, cum matre ſua Margarita Regina. Et eo anno obiit Raynaldus Caſinenſis Abbas, & Dominus Theodinus de Scarpa electus eſt in Abbatem. Comes Andreas intravit terram Regis Siciliæ cum Comite Richardo, & obſederunt Paſtinam, & non potuerunt eam capere. Tunc perrexerunt ad Picam, & incenderunt eam, & ceperunt Itrum, & Trajectum, & reverſi ſunt Ceccanum, & milites Regis incenderunt Trajectum.

1167. Indictione decimaquinta, hoc anno 7. Kal. Januarii Arenaria incenſa eſt: hoc anno menſ. Madio Cancellarius Imperatoris Friderici venit ſuper Romanos cum grandi exercitu, & pugnavit cum eis 3. Kal. Junii, in qua pugna fuerunt mortui de Romanis ſex millia, & capti multa millia. Deinde prædictus Cancellarius devaſtavit, & obſedit Romam. Ipſo menſe Simon de Sorella devenit hominem Regis Siciliæ, cui conceſſa eſt tunc Sorella, & Sora, & Peſclum Sodolum, & Broccum. Deinde juſſit reædificare Soram, ceperunt omnes homines, qui fuerunt ex ea ibidem reverſi. Imperator Fridericus venit Romam, & obſedit eam. Papa autem Alexander ob merum Imperatoris per flumen Tiberis exivit de Roma, & ivit Beneventum. Romani autem cum vidiſſent impetum Imperatoris non poſſe ſe ſufferre, fecerunt illi fidelitatem, & dederunt illi obſides præter majores, qui erant in munitionibus ſuis. Poſt hæc Imperator diſceſſit a Roma cum omni exercitu ſuo, quia æſtas erat fervida, plurimi de ejus exercitu infirmabantur, & tot moriebantur, quod aliquis vix enumerare poſſet, ita ut cum paucis redierit in Alemanniam. In hoc anno pluit ab octavo Kal. Auguſti ſæpius uſque in quinto id. Novembris, & poſtea non pluit uſque in 13. Kalend. Februarii, & flabat ventus Aquilo, eratque frigus tam forte, ut ſata non naſcerentur, & ſtagna coagulabantur, etiam Lacus Fucini pene totus ita glacie coopertus fuit, ut ſuper eum in alteram partem homo tranſire poſſet. Hoc anno Epiſcopatus Soræ conceſſus eſt Conrado, qui fuerat Archiepiſcopus Maguntinæ Civitatis.

1168. Indictione prima, menſe Aprili, Romani cum Cancellario Imperatoris, & cum Præfecto Romæ perrexerunt ſuper Civitatem Albanenſem, & deſtruxerunt illam a fundamentis, & non ſinebant illam reædificare. Prædictus Conradus Archiepiſcopus voluit introire in Campaniam cum exercitu Alexandri Papæ, ut ſubjugaret illam, ſed non valuit, quia Comites de Ceccano reſiſtebant ei fortiter. Hoc anno fuit fervida æſtas, & non pluit, ideo ſata non impleverunt in plurimis locis. Menſe Septembris, die vigeſima obiit in hæreſim Paſchaſius Papa, & pars ejus elegit electum de Albanis in Papam Calixtum.

1169. Indictione ſecunda, menſe Febr. Adinulphus de Arpino obiit apud Ceccanum; menſe Martio Comes Robertus de Loretello profectus eſt in Siciliam facere concordiam cum Rege. Obiit Guido de Ceccano Comes non. Kal. Octob.

1170. Indictione tertia, menſe Martio, die 15. Kal. Aprilis venit Alexander Papa Verulas, ordinavit ibi Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, & alios ordines. Hoc autem anno miſit Imperator Conſtantinopolitanus Nepotem ſuam cum Epiſcopis Græcis, & cum Comitibus, & cum multis militibus, & cum magna pecunia ad Alexandrum Papam, ut daret eam in conjugio Odoni Frajapanis de Roma, qui apud Verulas eam conjugavit, & tunc ipſe Odon cum ea reverſus eſt Romam. Poſtea prædictus Papa Alexander fecit fabricare Eccleſiam apud Verulas ex ſua pecunia pro elephantioſis, in qua obtulit multa dona. Quinto id. Martii Papa Alexander venit ad Eccleſiam ſancti Petri de Canneto, & profectus eſt ad Verulas. Septimo id. Madii tam vehemens fuit terræ motus, quod pleroſque muros Civitatis deſtruxit, quod etiam per ſe ſonaverunt campanæ decem diebus; ſtante menſe Madio pars Ripæ arſit.

1172. Indictione quinta, Alexander Papa fecit finem cum Romanis, qui deſtruxerunt muros Civitatis Tuſculanæ menſe Novemb.

1173. Menſe Novembris, Alexander Papa venit Signias 6. Kal. Februarii, & dedit Eccleſiam ſancti Paterniani cum omnibus pertinentiis ſuis Templariis octo die intrante menſe Febr. & in æſtivo tempore Sulforaco radicitus tota ſiccavit.

1174. Indict. ſexta, 16. Kalend. April. Mons s. Joannis arſit 16. Kal. Septemb. fuit tam ventus validus, & innumeras domos, & arbores a radicibus diruit, & in Inſula Ponti Sollarati arſit menſe Auguſto.

1176. Indict. octava, 12. Kal. Novemb. venit Cancellarius imperatoris ad Anagniam ad Papam Alexandrum. octavo idus Decembris ibat Papa ad Venetiam, Cancellarius Imperatoris Teuthonicorum venit ſuper Cellas, & eas obſedit. Comites verò Regni Siciliæ cum ingenti exercitu inſurrexerunt in eum, & gens quidem Alemannorum fuit ſuper eos, & pleroſque cepit, atque fugam verterunt 6. id. Martii.

1177. Nono Kalendas Auguſti, venit Imperator ad Papam Alexandrum ad Venetias, & receptus honorificè à Papa juravit Imperator ad Papam Ale-

xan-

xandrum, & reverſus eſt Anagniam. Rex Guilielmus filiam Regis Angliæ in conjugio recepit menſe Decemb.

1178. hoc anno, 4. Kal. Septemb. Joannes Strumi Tnſculaoum venit, & Alexandro Papæ ſatisfecit, pœnitentiam egit, circa eum permanſit, 3. Kalend. Octob. quidam de ſecta Schiſmatica inito conſilio Landum Sltinum elegerunt in Papam Innocentium, ab eiſdem eſt conſecratus. 4. idus Madii. Ibat Papa Romam cum Cardinalibus, & Epiſcopis, quem receperunt Romani honorificè. Id Septemb. Sol obſcuratus eſt.

1179. Alexander Papa Romæ in Eccleſia Lateranenſi univerſale fecit concilium, totius orbis ferè congregatis Archiepiſcopis. Epiſcopis, Abbatibus, militibus, in quo de Eccleſiæ Dei ſtatu, & augmento compendioſe tractavit, imitatus ſanctorum Patrum decreta, & exempla, quæ per univerſum Mundum noviter ſunt diffuſa, & honorificè à quibuſdam recepta. Et maaima aquarum inundatio extitit. 14 Kalendas Septembris Luna obſeurata eſt.

1180. Tiber fluvius nimium inundavit, & multas domos ſubvertit, & ſerpentes innumeros dnxit in inundatione. Unde Romæ maxima mors extitit, & per totam Campaniam. Inſuper in Eccleſia ſanctæ Mariæ Rotundæ tanta aqua ex abyſſo emanavit, quæ non poterat minus, niſi conamine Dei, & bonorum virorum, ac mulierum eapulſa fuit inde aqua. Menſ. Jan. eodem anno Pſeudo Lando Sitlnus ſalſo Papa dictus, captus ab Alexandro Papa, & illaqueatus eſt, & apud caveam cum complicibus ſuis in exilium ductus eſt. Eodem anno non. Octob. Eccleſia S. Joannis de Ceccano peccatis exigentibus tota combuſta eſt cum ſua Parochia.

1181. Tertio die intrante menſ. Septembris, Alexander Papa obiit. Et communicato omnium Cardinalium conſilio Ubaldus Oſtien. Epiſcopus, apud Vilitrias in Papam ab omnibus diligenter ordinatur Lucius.

1182. Indictione decimaquarta, obit Landulphus Comes Ceccani decimoſeptimo Kalendas Junii, die Dominico. In menſe Novembris caſtrum reddiderunt filii Landulphi de Ceccano Papæ Lucio.

1183. indictione decimaquinta, Kalend. Februarii, Rex Guilielmus apud ſanctum Germanum venit. Septimo Kalendas Junii à corpore puellæ visibiliter in Eccleſia de Canneto B. Petrus dœmonium expulit. Romani venerunt ſuper Tuſculanum Kalendas Julii, ut eam caperent, ſed minimè potuerunt. interea Cancellarius cum magno exercitu Alemannorum venit apud Tuſculanum, & Romanos ibi non invenit, ſed remanſit ibi cum exercitu, & cepit valde infeſtare Romam, & deprædare. Tandem menſe Aug. ibi mortuus eſt, & ſepultus.

1184. Indictione prima. Hoc anno menſis Aprilis venerunt Romani ſuper Tuſculanum, & vaſtaverunt fortiter Tuſculanum decimotertio Kalendas Maii incederant Pallanum, & Ferronem Peneſtrum, & ſic Romani reverſi ſunt. Poſtea Dominus Papa ivit in Lombardiam, & miſit Comitem Bertoldum Legatum Imperatoris Frederici pro defenſione Tuſculanæ, & ad recolligendam Roccam de Papa, quam ipſe callide, & doloſe expugnavit, & eam capere potuit, tamen de beſtiis Rom. ſæpe ſæpius prædam capiebat.

1185 Indict. ſecunda, hoc anno Guilielmus Rex Siciliæ fecit ſtolium maximum per mare, & terram; ſuper ſtolium maris ordinavit Capitaneum Comitem Tancredum; ſuper ſtolium terræ fecit capitaneos Comitem Alduinum, & Comitem Richardum de Cerra, & mandavit eos omnes in Romaniam ad acquirendum Imperium Conſtantinopolitanum. Totum ſtolium intravit in mare tertio idus Junii. in Feſto Joannis Baptiſtæ ceperunt Durazzi. In feſto ſancti Bartholomæi adepti ſunt Saloniciam cum multis Civitatibus, & caſtellis, & Roccis de Romania, jurantes fidelitatem Regis Siciliæ. Tandem exercitus Imperatoris Iſaac, ſuper quem exercitum erat conſtitutus quidam Princeps, qui dicebatur Granatus, obvians eis, cum verbis pacificis dicens, quod ultra procedere non poterant, tamen ſi vellent ad propria reverti promiſit eis ſecuritatem, & dedit firmam pacem, ipſi tamen acceperunt ſecuritatem, & verſa vice pacem promittentes comites Regis Siciliæ in feſto ſancti Leonardi à Græcis decepti ſunt, & Conſtantinopolim in captione callide ducti ſunt. Sed imperator cognita rei veritate, ſecuritatem conſiderans, & pacem à Græcis non obſervatam Latinis, condoluit valde, & erubuit, & ſic demum omnes deliberavit, & unuſquiſque ſupervivens reverſus eſt ad patriam.

1186. Indictione tertia, hoc anno ſurrexit quædam ſecta in Regno Siciliæ de vanis hominibus, qui faciebant ſe nominare Vendicoſos, & mala omnia, quæ facere poterant, non in die, ſed in nocte faciebant. Ad ultimum Adinalphus de Ponte Corvo, qui fuerat Magiſter, & princeps hujus ſectæ, ſententia Regali judicatus, ſuſpenſus eſt, & multi alii ferro ardenti ſignati ſunt. Et quidam presbyter nomine Sinnorritto depoſitus eſt ab Aquinenſe Epiſcopo; plangens Epiſcopus, & ferè omnes homines Sancti Germani promittentes, & volentes eum redimere, ut non deponeretur, ſed non potuerunt. Octavo idus Decembris venerunt Romani in Campaniam, incenderunt Montem longum, & deprædati ſunt ſylvam mollem, & ſic reverſi ſunt Romam. Urbanus Tertius ſedit ann. 1. menſ. decem, & dieb. 25 Hoc anno ante Aſcenſionis Dominicæ feſtum, 6. feria, & Sabbato, & Dominico die mare ubicunq; probatum eſt, inventum eſt dulce Hoc anno venit Rex Henricus filius Friderici Imperatoris, & ſubjugavit ſibi totam Campaniam præter Fammonem, & Caſtrum Ferentinum obſedit per novem dies, & ivit ſuper Guarcinum; ibi commiſſum eſt bellum inter Teutonicum militem, & Latinum hominem nomine Malpenza, & ſuperatus eſt miles Teutonicus à milite Latino; vidente, & aſtante Rege cum toto exercitu in circuitu. Quidam Comes nomine Henricus Roccisburgæ de fidelibus Regis, diſcedens à Rege cum magna parte exercitus Regis fregit ſecuritatem Babuco, & Terræ Puſanæ, & abſtulit omnem robbam, & animalia omnia, quæ in Babuco, & in Terra Puſana invenit. Et Rex habuerat fodrum ab ipſis Caſtellis, hoſpitatus eſt in pede Caſtri per novem dies, omnibus tam Eccleſiis, quam Caſtellis per circuitum omnia mala, quæ inferre & facere potuit, fecit. Ceperanum reddidit Richardus Reberi. Peccatis exigentibus capta eſt Terra Hieroſolymitana à Sarracenis.

1187. Indictione quarta, Gregorius Octavus ſedit menſe uno, diebus viginti ſeptem. Hoc anno Lanterius Mediolanenſis miles erat Ballivus per totam Campaniam, & tenebat in ſua poteſtate Roccam de Lariano, & Caſtrum. Cognita morte Urbani Papæ & ſui Patrui, Mediolanum redire volente, ad notitiam Domini Jordani Abbatis Foſſæ novæ pervenit. Unde ipſa Dominus Jordanus conſiderans, ne ad curiam Romanam de ſupradictis Roccis eveniret perdendæ impedimentum, convenit ipſum Lanterium amicabili pacto, & dedit ei lib. pro vend. Poſtea Dominus Jordanus præcepit prædictas Roccas in ſua cura, & conſervavit integras, & aſſignavit Clementi Papæ.

1188. Indictione quinta. Hoc anno Clemens III. ſedit annis tribus, menſibus tribus, diebus viginti ſeptem. Dominus Jordanus Abbas Foſſæ novæ iv. Id. Martii ordinatus eſt Diaconus Cardinalis, iv. Non. Aprilis conſecratus eſt Presbyter Cardinalis tit. Paſtoris ſanctæ Pudentianæ. Menſe Junii miſſus eſt in Legatione Alemanniæ. viii. Idus Novembris Mabilia filia Landulphi da Ceccano data eſt in uxorem Comiti Jacobo de Tricario. v. Id. Novembris combuſta eſt Tecciena à populo Ferentino.

1189. Indictione ſexta. Hoc anno Dominus Jordanus Cardinalis reverſus eſt de Legatione Alamanniæ, & applicuit Ceccanum in vigilia ſancti Petri xi. Kal. Julii. Et Imperator Fridericus in Feſto ſancti Georgii cœpit ire ultra mare cum maximo exer-

Nun timet, inſlatur, inſanit, glorificatur.
Hunc qui ſublimat, qui ditat ducit ad ima.
Nobilis iſtorum mala vir ſed tanta luporum
Atterit & fraudem quibus offers Aprile laudem.
Mille centum bis primo cum quibus anno
Per vim Francorum Capuæ, Terræque laborum
Eſt data magna ſalus, eſt ubi multa palus.
Teutonicorum brammæ Diopuldum vicit ad amnem
Aguellæ pontis Francis Gaalterias ortus,
Hiſque dis duo venit victoria cœlo
De Junii menſe quo multos vulnerat enſe.
Ad Cavios victi fugiunt Caſtriſque relictis.
His Aquilæ, Fundi Comes & Richardus in undis
Effugiens latum cupieat redire Tractum.
Vocpetit Cœlum: Socii remeats Calenum,
Nemo tantorum valet ictus ferre virorum.
Fortes inſiluat quos ſpero vincere vincunt.
Annus idem Domini fuerat ſed pugna ſecunda.
Victus ab hoſte fuit primo Diopaldus ad undam
Pontis Catiaarum prope Barulum Sulpia Salum.
Fulſerat undena lux Francis illa ſerena,
Octubrii menſis ubi Chriſtus pugnat & enſis,
Apuliæ molles Comitis fugat ille cohortes
Per quem Scifridus octo lavitaſis iniquas
Cetera cunctorum ſua lugent & ſociorum.
Venit ad hæc latus Veneris tertium ac Petrus
Auri nummorum quem copia ſolum equorum
Interfectorum neſcimus nomina quorum.
Corpora rure jacent omnibus illa patent.
Laudem ſublimem fers Apulo, atque Latine
Regi cunctorum qui tranit ad ora luporum.
Et nos per Francos facit amodo vivere Francos.
Annus erat quartus Domini cum mille ducentis
Quando ſumma Diopuldus in arce retentus
Fur lupus inviſas laqueper Lodoicum
Hanc dacet & Iani lucem prima veneraci,
Qua fuit impulſus, cui tam plus extitit uſus
Quatenus hunc ante qui ſe conjunxerat aſtris,
Quem rota ſublimat, eadem deduxit ad ima.
Cujus opus geſſit, hinc munue vite apreſcit.
Triſtitiam triſti Dominus modo duplicat iſti.
Nil faciendo moræ Conradus tunc cito Soræ
Cuſtodum fraude Roccam ſuſcepit & artem.
Gaudeat & caveat nec nimium paveat.
Sunt quia diviſi conſortes ad mala niſi.
De domibus Regno veteri de Turre memento.
Tertius annus erat Domini cum mille ducentis
Quando Salerni Gualterius ille receptus,
Urbis per ſtultum medium fugat & Diopuldum.
Proſpera menſis erat lux Francis & duodena
Quam decet à Regni venerari gente Novembri,
Quintus & annus erat Domini cum mille ducentis,
Et fuit undena Iunii lux in prima menſis
His octava datur, judicio quæ renovatur,
Cum Comes eſt Brenna Sarni devictus ad amnem
Stultitia caſu nec Marte dolo ſuperatus.
Multos Francorum dolor angit, & Italicorum.
Eſt Runcevallis ſimilis devictio Sarni.
Quando Nepos Magni Caroli fortiſſimus armis
In campo victus Ganulus cum prodidit ipſum,
Qui revocare tuba Dominum ſocioſque refutat.
Heu regale genus, jubar & decus omne quiritum.
Heu genus Oppoſitum vitiis virtute politum!
Quo cito ſic cecidit multorum gloria, virtus?
Multis Apuliæ caput eſt a corde receſſum.
Et datur ut culmo viridi ſedeat Diopulda,
Qui nunquam novit quæ ſit natura leonis
Indulgere quia cujus ſcit nobilis ira.
Parcere proſtratis hic novit & humiliatis.
Culmus, ideſt, mundus, auriga Deus, rota currus,
Quos ſi quando volet ditat, terit, & levat ore.

1193. Indictione decima. Hoc anno Dominus Cœleſtinus Papa miſit Dominum Ægidium Diaconum Cardinalem Anagoiæ Panormum; retulit Imperatricem Conſtantiam, quam Salernitani dederant Regi Tancredo, & honorificè duxit eam Romam, & ſic Dominus Papa honorificè remandavit eam cum ſuis expendiis Imperatori in Alemanniam.

1194. Indictione undecima. Hoc anno Imperator præparato magno ſtolio per mare miſit in Siciliam, & ipſe cum magno exercitu per terram veniens Oct. Kal. Sept. Campaniam applicavit, & eam totam foderavit, & data ſecuritate & pace totius Campaniæ fecit Babucum expoliare, & deprædari. Poſtea ivit Salernum, & fecit magnam partem murorum diruere, & omnes homines, quos ad manus potuit habere, captivavit, & totam Civitatem expoliavit pro vindicta uxoris ſuæ, quam dederat Regi Tancredo, & ſic tranſivit in Siciliam.

Menſe Decembris cum multis falſis promiſſionibus recepit Panormum, & palatium, & cum multis fallaciis, & deceptionibus, & Sacramentis abſtraxit Regem Rogerium de Caſtro Catabellocte, ubi ipſe ſecuré, & abundanter in divitiis, & in cibaliis permanebat.

1195. Indictione duodecima. Hoc anno Imperator Henricus per Sacramenta decepit Regem, & omnes Comites, & poſuit eos in vinculis, & in ergaſtulis, & omne aurum, & argentum, quod de Regno ad manus habere potuit, congregavit, & per terras, & per mare in Alemanniam miſit, & ipſe per terram reverſus eſt in Alemanniam, deducens ſecum ligatos Regem, & Comites, & quamplurimos alios in captivitatem.

1196. Indictione decimatertia. Hoc anno gratia & miſericordia Dei Omnipotentis tempore Domini Joannis de Ceccano Eccleſia ſanctæ Mariæ Fluminis honorificè dedicata eſt & conſecrata. Ad quam conſecrationem fuit tamquam pater Dominus Jordanus presbyter Cardinalis, & Dominus Berardus Ferentinus Epiſcopus, Dominus Joannes Anagninus Epiſcopus, Dominus Petrus Signinus Epiſcopus, Dominus Oddo Verulanus Epiſcopus, Dominus Taddæus Alatrinus Epiſcopus, Dominus Tedelgarius Tarracinenſis Epiſcopus. Officium ſicut inceptum eſt Nono Kal. Auguſti poſt cœnam convenientibus Epiſcopis cum Domino Cardinali, & cum maxima multitudine Clericorum, & Laicorum, tam Campaniæ, quàm Maritimæ, & aliarum Provinciarum ad Eccleſiam ſanctæ Mariæ Fluminis ordinata eſt proceſſio, in qua proceſſione fuerunt ſeptem paria focularum accenſa, viginti thuribula argentea cum igne, & aromatibus, quatuor Evangeliſtaria argentea, duodecim Cruces argenteæ, & quatuor cagæ cum Reliquiis, quas Reliquias deportaverunt ad quatuor papiliones, qui permanebant in Canapinis extra circuitum Eccleſiæ, cantantes ℟. *Hæc eſt vera fraternitas*, & in unoquoque papilione ſeptem lampades erant ardentes, & ſic in papilionibus vigilatæ, & cuſtoditæ ſunt Reliquiæ à Clericis cantantibus, & laudantibus, & benedicentibus Dominum, & undique cantus, & laus laicorum virorum, & mulierum per totam noctem non defecit.

Octavo Kalendas Auguſti, facto mane convenientibus Epiſcopis, & congregatis cum Domino Cardinale ſecundum rationem conſuetudinis primo loco conſecraverunt corpus Eccleſiæ Beatæ Mariæ ſemper Virginis. Deinde reparantes proceſſionem, euntes ad papiliones tulerunt inde Reliquias, & portaverunt eas in Eccleſia ſanctæ Mariæ, precibus omnium Epiſcoporum. Dominus Cardinalis locutus eſt tam bene, & ſubtiliter, quod omnes qui heri & nudius tertius eum agnoverant, incredibili admiratione mirati ſunt. Nondum finito ſermone ecce Dominus Joannes de Ceccano, qui graviter infirmabatur in domo ſua, advenit ſanus intus in Eccleſiam, quod videntes omnes homines, pro maximo miraculo recipientes, & quaſi per mediam horam ſtupendo cum ingenti voce gratiarum, laudaverunt, & benedixerunt Dominum, qui vivit & regnat in Cœlis. Sermone finito altare majus, quod eſt in medio Eccleſiæ ſanctæ Mariæ ſitum conſecratum eſt per manus Domini Berardi Venerabilis Ferentinatis Epiſcopi aſſiſtentibus, & cooperantibus ei Domino Jordano Venerabili Cardinali S. R. E. & Domino Joanne Venerabili Anagnino Epiſcopo ad honorem Dei Omnipotentis Patris, & Filii,

& Spi-

& Spiritus ſancti, & glorioſiſſimæ Virginis Mariæ Matris Domini noſtri Jeſu Chriſti. De Reliquiis iſtis, de ligno Domini. De veſtimento Beatæ Mariæ, Petri Apoſtoli, Jacobi Apoſtoli, Marci Evangeliſtæ, Laurentii Martyris, Sebaſtiani & Sociorum ejus, ſanctorum Innocentum, Marii, Marthæ, Aodifax, & Abacuc, Stephani Papæ, de lapide ſancti Stephani Pruthomartyris, Chriſanthi, & Dariæ, & Sociorum ejus, Eventii & Alexandri, Cæſarii Martyris, Aureliæ, Superantiæ, de veſtimento ſancti Thomæ Cantuarienſis Epiſcopi. Ipſo die, & ipſa hora conſecratum eſt Altare ſancti Pauli, quod eſt ſitum in porticu prædictæ Eccleſiæ per manus Domini Oddonis Venerabilis Verulani Epiſcopi. De Reliquiis iſtis: Marcelliani, Mauritii Martyris, Naboris Martyris Abundii, Nerei, de ſanguine Beatæ Lucillæ, Secundinæ Virginis. Eo die, & eadem hora Altare ſancti Quirici, quod eſt ſitum in alio porticu ſæpè nominatæ Eccleſiæ conſecratum eſt per manus Domini Thaddæi Venerabilis Alatrini Epiſcopi. De Reliquiis iſtis: De ligno Domini, de petra Sepulchri, Sebaſtiani, quadraginta Martyrum, ſanctæ Barbaræ. Ipſo die, & ipſa hora Eccleſia Beati Matthæi Apoſtoli, quæ eſt juxta ſæpè dictam Eccleſiam cum Altare conſecrata eſt per manus Domini Petri Venerabilis Epiſcopi Signini, aſſiſtente, & cooperante ei Domino Tedelgario Venerabili Tarracinenſi Epiſcopo. De Reliquiis iſtis: De veſtimento Virginis Mariæ, Philippi & Jacobi, Marci & Marcelliani, Chriſanthi & Dariæ, Concordii martyris, & aliorum Sanctorum, quorum nomina Deus novit. Expletis Divinis officiis reverſus eſt unuſquiſque Epiſcopus ad propria hoſpitia. Dominus Cardinalis reverſus eſt ad Curiam. In apparatu ciborum, centum panes, ſex urnæ vini, una vacca, duo porci, duo caſtrati, ſex gallinæ, quindecim pulli, unus anſer, media libra piperis, & cinnamumi, & ſofferanæ. Dominus Epiſcopus Anagninus ad Eccleſiam ſancti Joanois, nonaginta panes, quinque urnæ vini, una vacca, unus porcus, quatuor gallinæ, decem pulli, unus anſer, novem qua . . . de annuna, unum par bacilinm, duæ tuallæ, una libra de cera pro candelis, & duæ pro faculis. Dominus Epiſcopus Alatrinus tantundem ad Eccleſiam ſancti Petri. Dominus Epiſcopus Verulanus tantundem ad Eccleſiam ſancti Quotiani. Dominus Epiſcopus Tarracinenſis ad Eccleſiam ſancti Nicolai quinquaginta panes, duæ urnæ vini, media vacca, medius porcus, duæ gallinæ, ſex pulli, unus anſer, tres unciæ piperis, & cinnamumi, tres qua . . . annonæ, duo bacili, duæ tuallæ, una libra de cera pro candelis, duæ pro faculis. Dominus Epiſcopus Sigoinus tantundem ad domum Stephani de Natoni. Magiſter Joannes Ferentinus, unus porcus, viginti panes, una urna vini, tres pulli, una qua . . . de annona, una uncia piperis ad domum Joannis Gagetani. Omnes Eccleſiæ de Ceccanu ſecundum quantitatem habuerunt panem, & carnem. Dominus Berardus Epiſcopus Ferentinas remanſit ad Eccleſiam ſanctæ Mariæ propter Ferentinates, quibus volebat dare expenſas, & dedit omnibus illis, qui recipere voluerunt, & corpus Eccleſiæ tantis hominibus dedit cibaria, ut illi qui ſcribere vellet faſtidium generaret, ſed gratia Dei nullus venit eo tempore pro cibariis, qui vacuus recederet.

Finita conſecratione Eccleſiarum. & Altarium, primam oblationem quæ ibi oblata fuit, Dominus Cardinalis obtulit, & manibus ſuis poſuit ſuper majus ſæpè nominatum Altare, ſuum paratum pretioſum, videlicet, bonum amictum friſatum, bonum camiſium friſatum, bonum cingulum friſatum, pulchram ſtolam cum manuale, optimam Tunicam cum dalmatica, & planetam friſatam cum tali friſo, quod Dominus Cardinalis emerat in Colonia pro novem marcis de argento, optimam tirallam friſatam ſuper Altare, pulchra ſandalia cum caligis, bonum faldeſtorum. Secundam oblationem Dominus Joannes de Ceccano obtulit, videlicet chartam libertatis, quam ipſe manibus ſuis ſuper ſæpè nominatum Altare poſuit taliter ſcriptam.

In nomine Domini. Anno Dominicæ Incarnationis M. C. nonageſimo ſexto. Pontificatus Domini Cœleſtini III. Papæ anno ſexto indict. xiv. Menſe Iulii, die xxiv. Hac die Ego Joannes de Ceccano in præſentia Domini Iordani Cardinalis ſanctæ Pudentianæ chariſſimi patris mei, & Venerabilium Epiſcoporum, Berardi Ferentinatis, Petri Signini, Joannis Anagnini, Thaddæi Alatrini, & Oddonis Verulani, Tedelgarii Tarracinenſis, & multorum hominum totius Campaniæ, & Maritimæ, tam Clericorum, quàm etiam laicorum, inductus amore divino, & pro redemptione animæ meæ, atque meorum parentum præteritorum, præſentium, & futurorum, concedo Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Flumine, & Domino Landulpho dilecto Abbati ejuſdem Eccleſiæ, & univerſæ familiæ ejus, tam Clericis, quàm etiam laicis præſentibus, & futuris plenam, & perpetuam libertatem, abrenuntiando dare malo uſui & omnibus exactionibus; & ſi quis pro quocunque crimine commiſſo ad Eccleſiam iſtam confugerit, nec ego, nec ſucceſſores mei per me, vel per miniſtros meos, ei dum ibidem fuerit, nec violentiam aliquam, nec injuriam inferemus, niſi in mortem meam, meorum hæredum, vel in proditione Caſtrorum meorum, vel in combuſtione Caſtrorum ipſorum fuerit machinatus. De ordinatione Clericorum, & deſtitutione me nullatenus intromittam. Si verò Clericus, aut laicus ejuſdem Eccleſiæ in aliquo offenderit, Abbas cum Clericis in eorum Capitulo coget ipſum ad juſtitiam exhibendam, ſalvo jure patronatus. De conſilio igitur communi Domini Iordani Cardinalis, & omnium Epiſcoporum, & conſenſu Domini Joannis de Ceccano inſtitutum eſt, ut quicunque contra hanc conceſſionem fecerit, vinculo anathematis innodetur, & partem cum Datham, & Abiron habeat. Ad majorem itaque cautelam, ne quod factum eſt, diuturnitate temporis in oblivionem veniat, presbytero Benedicto dilecto Notario noſtro id ſcribere mandavimus, & cartham ipſam fecimus ſigilli noſtri munimine inſigniri.

1197. Hoc ipſo anno Henricus Imperator egreſſus Alemanniam pridie Kal. Decemb. advenit Ferentinum, & per ſeptem dies ibi moratus cum pace, & æquitate, poſtea ivit Capuam, & invento ibi Comite Richardo de Cerra in ergaſtulis fecit eum judicare, & per pedes ad caudam equi ligare, & per lutum omnium platearum Capuæ fecit deducere: & juſſit eum poſt hoc per pedes appendi, & tam diu in patibulo manſit appenſus, quouſque Imperator mortuus eſt. Poſt Nativitatem Domini Henricus Imperator egreſſus Capuam, ivit in Siciliam. xvii. Kal. Febr. Cœleſtinus obiit. Eodem die Lotherius Diaconus Cardinalis electus; vii. Kal. Martii conſecratus eſt in Innocentium III. Papam.

1198. Hoc anno Henricus Imperator obiit in Sicilia. Philippus, & Oddo electi Reges in Alemannia. Hoc anno Mercoaldus, & Diopuldus, & Conradus Sorelle congregato magno exercitu Teutonicorum ceperunt ſanctum Germanum, & deprædaverunt, & omnes homines, & mulieres fugientes ad montem Caſinum, quos capere potuerunt, in vinculis tenuerunt, & vendiderunt, & Monaſterium obſiderunt per octo dies. Adveniente nocte feſti ſancti Mauri, Dominus miſit ſuper eos tantam tempeſtatem ventorum, & aquarum, quod diruit omnes papiliones, & fugientes ad ſanctum Germanum multi mortui ſunt per viam. Populus, qui erat intra Monaſterium egreſſus mane, videns miraculum, quod factum fuerat, deferens gratias Deo remiſerunt papiliones, & omnia, quæ ibi invenere. Et Teutonici ultra non fuerunt auſi ibi aſcendere, ſed caſtodiebant vias, ne innumerabilis populus virorum, mulierum, parvulorum ſancti Germani, & Abbatiæ fugere poſſet. Sciebant inopiam panis ibi eſſe, ſed Abbas Roffridus, & Magiſter Gerardus Cardinalis cum conſilio multorum nobilium armatorum, qui ibi erant pro defenſione Mo-

na-

naſterii dederunt ccc. uncias auri Mercoaldo, & ſic reliquit ſanctum Germanum valde vaſtatum, & cum toto exercitu ivit in Siciliam; quot & quanta mala ibi fecit, & ſucceſſores ſui, magis generaret faſtidium triſtitiæ, quam affectum lætitiæ. Secundo Kal. Decembris venit Diopuldus in Campaniam cum exercitu, & cepit Ripas, & Turricem, & ſedit ibi per tres hebdomadas, & deprædavit, & vaſtavit quantum potuit ipſa tantummodo Caſtelia.

1199 Hoc anno venit Comes Gualterius Francigena, menſe Junii ingreſſus Regnum ivit Capuam. Diopuldus cum Comite Fundano, & cum magno exercitu ivit ſuper Capuam ad capiendum Comitem Gualterium. Comes Gualterius cum parvo ſuo comitatu, 4. idus Junii egreſſus foras confidens in miſericordia Dei ivit ſuper Diopuldum, & expulit eum, & fugavit de caſtris, multis interfectis, & captis. Videntes Capuani tantum miraculum valde obſtupuerunt, & laudaverunt Deum. Cum Comes Gualterius omnia caſtra videret vacua de hominibus, plena magna ſupellectile, & animalibus; primo loco milites omnes, quos habebat captos miſit in cuſtodiam Tianum. Poſtea de caſtris, & equis pro ſuo velle, & gratia dedit benedictionem Capuanis. Alio die omnes mortuos, qui jacebant per campos, fecit eos ſepelire in magnum vallum. Diopuldus, Sifridus & Oddo Lavienſis, & alii quampiures in Apuliam fugientes eodem anno, & tempore vires, & animum reſumentes, & viriliter conſortantes, cœperunt congregare exercitum, & præparare ſe ad pugnam campeſtrem in territorio Barlettæ prope pontem Cannarum. Quod audiens Comes Gualterius, ſimiliter congregavit exercitum cum Domino Roffrido Abbate Caſinenſi, & cum Magiſtro Rogerio Apuliæ Cardinali, ivit ſuper exercitum Diopuldi paratus ad bellum; adveniente fine menſis Octob. Comes Gualterius cœpit pugnare fortiſſime Diopuldum, & exercitum ejus, in qua pugna Diopuldus devictus, & fugatus, captus eſt Sifridus, & Oddo Lavienſis, & quampluresalii parvi, & magni. Tanta ſtrages mortuorum ibi facta eſt, quæ præ multitudine numerata non fuit. Et ſic Comes Gualterius in Campo Dei miſericordia victor exiſtit.

In nomine Domini, Amen.

Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo duceteſimo primo, indictione quarta, Pontificatus Domini Innocentii Tertii Papæ, anno ejus quarto, Kalend. Maii. Hac die, in præſentia nobiliſſimi viri Domini Joannis de Ceccano ante portam ſanctæ Mariæ Fluminis. Ego Robertus quondam filius Domini Raynaldi comitis miles, & habitator Ceccani vendo tibi presbytero Landulpho, & Abbati ſanctæ Mariæ Fluminis de Ceccano, & tuis ſucceſſoribus in ſempiternum unam terram, quæ eſt in territorio Ceccani, in loco, qui dicitur Campus amici pro vi. libris proven. & ſi plus valet dono ipſi Eccleſiæ præſcriptæ pro anima mea, & parentum meorum, cujus latera ſunt hæc, à primo, ſecundo, & tertio latere terra Benedicti Joannis Papæ, à quarto latere via publica, & promitto me ipſam terram defendere ab omni homine, qui calumniam facere vellet jam dictæ Eccleſiæ: & ſi non defendero obligo me, meoſque hæredes in pœna duplum, & pœna ſoluta venditio firma permaneat. Hujus venditionis hi ſunt rogati teſtes.

Benedictus de Land.
Magiſter Spinelius.
Magiſter Raynon.
Petrus de Viguerin.
Magiſter Raynulphus.

Anno Domini Milleſimo ducenteſimo primo, indict. quarta, Pontificatus Domini Innocentii III. Papæ anno ejus quarto, menſe Auguſti, die vigeſimaſecunda. Quoniam humana natura imbecillis, & debilis eſt, quæ ab hominibus aguntur de facili diuturnitate temporis oblivioni mandantur, ideo in legibus, & conſuetudinibus introductum eſt, ut ſcribeerentur. Ego Joannes de Ceccano propria, & ſpontanea mea bona voluntate vendo, & dono in perpetuum tibi Domino Landulpho Abbati Venerabili ſanctæ Mariæ de Flumine de Ceccano, duas petias terræ in territorio Ceccani, unam in loco, qui dicitur campus amici, cujus latera ſunt hæc; à primo latere terra Roffridi de Marina, à ſecundo via publica, à tertio latere terra de Landulpho de Suffin, à quarto flumen. Alia vero terra in loco, qui dicitur Coſa, à primo latere terra ſancti Clementis, & terra ſancti Nicolai, à ſecundo latere Coſa, à tertio latere terra Domini Beraldi, & terra Girardi, a quarto latere via publica, pro qua donatione recipio unum molendinum in territorio Ceccano, in loco, qui dicitur Vadum in locatione in vita mea, à te jam dicto Abbate, & ſociis tuis, presbytero Helia, presbytero Nicolao Capella, presbytero magiſtri Ioachim. presbytero B. de Alberto Diacono, Chriſtophoro Diacono, Nicolao, Subdiacono Guidone, clerico Iacobo, & clerico Adinulpho. Tali ſiquidem conditione prædictum debeo molendinum tenere, & habere in vita mea, quod poſt mortem meam totum integrum revertatur molendinum Eccleſiæ ſanctæ Mariæ cum ferramentis, & petris, quæ tunc temporis fuerunt. Et ſi aliquis forte quod non credo litem aliquam, vel calumniam Eccleſiæ jam dictæ inferre attentaverit, do tibi, tuiſque ſucceſſoribus plenam poteſtatem eos ſub vinculo anathematis innodare. Ad majorem igitur cautelam præcepi presbytero Benedicto notario meo, ut hoc totum in ſcriptis redigeret, & ſigilli mei munimine roboraret.

Hi ſunt vocati teſtes.

Dominus Joannes domini D. D.
Dominus Traſmundus Sarracenus.
Dominus Siginulfus.
Dominus Joannes domini Rodulphi.
Dominus Philippus domini Rainaldi.

In nomine Domini Amen.

Anno Dominicæ Incarnationis 1202. Ind. 5. Pontificatus domini Innocentii Tertii Papæ anno ejus quinto menſe Aprili die 25. Joannes de Ceccano dilecto cellerario ſuo Noe ſalutem, & amorem. Volentes diligere Eccleſiam S. Mariæ Fluminis de Ceccano, & in veneratione ejuſdem Eccleſiæ Abbatem dominum Landulphum, & ejus ſocios habere, atque in juſtis petitionibus tuis te in hac parte audire, admittimus preces tuas, atque damus tibi licentiam vendendi terram, quam tu habes in territorio Ceccano in loco, qui dicitur Pariti; ſecundum quod petiſti. Ego Noe nullo me prohibente, neque vim faciente, ſed propria ſpontaneaque mea bona voluntate vendo tibi domino Landulpho Abbati S. Mariæ de Flumine prædictam terram & tuis ſucceſſoribus, in prædicto territorio, & loco Ceccano pro viginti ſolidis, & ſi plus valet dono ipſi Eccleſiæ in perpetuum, cujus latera ſunt hæc: à primo latere terra Transmundi de Aczo, à ſecundo latere terra domini Simonis de Mauro, à tertio, & quarto latere via publica.

Hi ſunt teſtes.

Dominus Siginulfus.
Dominus Philippus domini Rainaldi.
Dominus Guido domini Rainaldi clericus.

1200. Terræmotus grandis.

1202. Indictione quinta. Hoc anno tertio Kalendas Januarii fuit nimia tempeſtas ventorum, quæ arbores eradicavit innumeras, ædificia diruit, domos evertit, atque everſione domorum, & alliſione ſua plurimos interemit. Hic annus ab omnibus dictus eſt annus famis. Menſura grani de Ceccano aſſidue vendebatur pro ſedecim ſolidis proven. & hæc inopia frumenti fuit per totam Lombardiam, & Tuſciam, Romaniam, & Campaniam, per regnum Apuliæ, & terræ laboris.

1203. Indictione ſexta undecimo Kalendas Februarii Berardus Epiſcopus Ferentinus obiit; nonas Maji indignatione Romanorum dominus Papa venit Ferentinum, undecima Kalendas Junii fecit ibi, & conſecravit dominum Albertum Longium canonicum Anagninum Epiſcopum de Ferentino.

1204. Indictione ſeptima. Hoc anno ſeptimo Kalendas Februarii Conradus comes Sorrelle genere

Teotonicus venit Babucum nocte cum moltitudine armatorum, & per ſcalas, qoas ſecum derulerant, aſcendentes introgreſſi ſunt nemine ſentiente; expergefacti tandem ad quorundam ſuorum clamores Babucani, & ſe invicem cohortantes, divino nutu expulerunt omnes. Atque interſectis ex eis amplius ſexaginta vulneratiſque nonnullis inanes ac vacuos remiſerunt.

1206. Indictione nona, ſeptimo Kalend. Martii dominus Jordanus presbyter Cardinalis ſanctæ Pudentianæ obiit; ſecuodo idus Maji, dominus Papa Innocentios Ferentinum venit, & ab Eccleſiis ſodorum recipere noluit dicens, quia oltra modum Eccleſiæ gravarentur: ondecimo Kaleodas Junii Stephanus diaconus ſancti Heliæ de Ceccano factos eſt camerarius domini Papæ.

1208. Indict. ondecima, decimoquinto Kalendas Martii anno decimo domini Innocentii Papæ Tertii Sorella capta eſt; & nonas Jannarii Sora tradita eſt, & a Teutonicorum tyrannide liberata. Factum eſt hoc per domini Papæ Innocentii Tertii ſollers ſtudium, & laborem in manu camerarii ſui domini Stephani Germani ſui Richardi domini Cardinalis Petri de Saſſo Rectoris campaniæ. Sora aotem tulta eſt per Abbatem Caſinenſem Roffridum, & Malgerium Sorellum, & quoſdam alios. Duravit hoc Teutonicorum jugum graviſſimum decem & ſeptem annis, per quos tota regio multiſarie, multiſque modis afflicta eſt, & depauperata perpluſimum. Celebrato feſto Aſcenſionis Domini Innocentios Papa Tertius egreſſus Roma venit Anagniam; decimo ſexto Kalendas Julii egreſſus Anagniam invenit dominum Joannem de Ceccano cum 50. militibus pulcherrimè prçparatis ad Maprum ad conducendum, & iudendum coram domino Papa uſque ad ſontem caſtri Juliani, ubi ioventus eſt clerus totius terræ domini Joannis de Ceccano, paratus ad proceſſionem uſque intro caſtrum Julianı. Ante januam Eccleſiæ dominus Albertus Ferentinus Epiſcopus cum clericis de Ceccano honorificè paratis, & indutis veſtibus Eccleſiaſticis recepit dominum Papam, cantando reſponſorium. Tua eſt potentia. Finita Apoſtolica benedictione, unuſquiſque rediit ad propria hoſpitia, clerici de Ceccano redierunt ad papilionem extra caſtrum, ubi honorificè, & abundanter pro ſuo velle in platea, in pane, & vino, & parvis, 10 vaccis, 10 caſtratis, in porcellis, in gallinis, in anſeribus, in pipere, in cinnamomo, in ſoffrania, in cera, in hordeo, & berba. Poſt nnoam uſque in hora cœnæ cum ſuis militibus dominus Joannes de Ceccano in præſentia domini Papæ jocavit buburbando. Feria tertia alio die dominus Papa ivit Pipernum, & comedit ibi, & dormivit; & dominus Joannes de Ceccano cum toto comitatu ſuo ſimiliter Piperoum ivit. Ad auram poſt meridiem dominus Papa cum omnibus ivit ad monaſterium Foſſæ novæ, ſollemniter cum proceſſione receptus, in refectorio cum conventu cœnavit. In ſero ioventi ſunt ducentum equi ad hordeum, paleam, & herbam. Feria quarta ciarente die Dominus Papa dedicavit altare majus eccleſiæ novæ prædicti monaſterii. Eadem hora, & in ipſo loco dominus Richardus frater domini Papæ factus eſt Comes Soræ, & exaltatus, & buccina vociferatus per Prothonotarium a domino Federico Rege Siciliæ pro hoc delegatum. Et per totum diem ibi dominus Papa moratus eſt cum conventu Monachorum uſque ad portam Monaſterii cum proceſſione celebre conductus, ivit ad caſtrum ſancti Laurentii; die, & nocte permanſit ibi. Feria quarta adveniente ivit caſtrum, & die, & nocte ibi pernoctavit. Sabbato tranſivit ad Ceperanum, die & nocte permanſit ibi. Dominico die proximante, à clero totius Abbatiæ Caſinenſis ſollemniter in ſanctum Germanum dominus Papa receptus eſt, & ibi permanſit uſque in ſeptimo Kalendas Auguſti. Præter quod feſtum beati Joannis Baptiſtæ, ſancti Petri Apoſtoli, & ſancti Jacobi Apoſtoli celebravit ad montem Caſinum. Septimo Kalendas Auguſti dominus Papa ivit Soram, & ibi recepit Eccleſiam ſanctæ Mariæ Fluminis de Ceccano ſub ſui protectione, & beati Petri Apoſtoli, & memoriales litteras ſuo ſigillo ſignatas in hunc modum fieri præcepit.

INNOCENTIUS EPISCOPUS,
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Abbati, & clericis S. Mariæ de Fluminae de Ceccano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota, quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Ea propter, dilecti in domino filii, veſtris juſtis precibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, & Eccleſiam ſanctæ Mariæ de flumine, in qua divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis tam eccleſiaſticis, quam mundanis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis dante Domino poteritis adipiſci, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem ſancti Stephani, & ſanctæ Mariæ Eccleſias cum omnibus tenimentis, & pertinentiis ſuis, foreſtam juxta Eccleſiam ſancti Stephani, & de capite pontis de prato, & de tineis molendina, vineas juxta Eccleſiam ipſam, & aliam quam emiſtis in loco, qui appellatur Marana, redditus, decimas, oblationes, homines, hortos, & poſſeſſiones alias ad veſtram Eccleſiam pertinentes, ſicut hactenus juſtè, ac pacificè poſſidetis, vobis, & per vos eidem Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, libertates quoque, & immunitates, nec non & exemptiones ſæcularium exactionum à dilecto filio nobili viro Joanne de Ceccano, tam piè, quam providè vobis, & Eccleſiæ veſtræ conceſſas, ſicut in ejuſdem nobilis autentico perſpeximus contineri, entas habemus, & eas perpetuis temporibus illibatas decernimus permanere, cujus tenorem de verbo ad verbum præſenti paginæ duximus inſerendum: In Nomine Domini. Anno Domin. Incarn. milleſimo centeſimo nonageſimo ſexto. Pontif. domini Cæleſtini III. Papę anno ſexto indictione decimaquarta menſe Iulii die vigeſimaquarta. Hac die ego Joannes de Ceccano in præſentia domini Jordani Cardinalis ſanctæ Pudentianæ chariſſimi patrui mei, & venerabilium Epiſcoporum Berardi Ferentinatis, Petri Signini, & Joannis Anagnini, Thaddæi Alatrini, & Oddonis Verulani, & Tedelgarii Tarracinenſis, & multorum hominum totius Campaniæ, & maritimæ tam clericorum, quàm etiam laicorum. Inductus amore divino, & pro redemptione animæ meæ atque meorum parentum, præteritorum, præſentium, & futurorum, concedo Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de flumine, & domino Landolpho dilecto Abbati ejuſdem Eccleſiæ, & univerſæ familiæ ejus, tam clericis, quàm etiam laicis præſentibus, & futuris plenam, & perpetuam libertatem, abrenuntiando datæ malo uſui, & omnibus exactionibus; & ſi quis pro quocumque crimine commiſſo ad Eccleſiam iſtam confugerit, nec ego, nec ſucceſſores mei, per me vel per miniſtros meos, et dum ibidem fuerit, violentiam aliquam, nec injuriam inferemus, niſi in mortem meam, meorum hæredum, vel in proditione caſtrorum meorum, vel in combuſtione ipſorum caſtrorum fuerit machinatus. De ordinatione clericorum, & deſtitutione me nullatenus intromittam. Si verò clericus, aut laicus ejuſdem Eccleſiæ in aliquo offenderit, Abbas cum clericis in eorum capitulo cogent ipſum ad juſtitiam exhibendam ſalvo jure patronatus. De conſilio igitur communi domini Jordani Cardinalis, & omnium Epiſcoporum, & conſenſu domini Joannis de Ceccano inſtitutum eſt, ut quicunque contra hanc conceſſionem fecerit, vinculo anathematis innodetur, & partem cum Datan, & Abiron habeat. Ad majorem itaque cautelam, ne quod factum eſt diuturnitate temporis in oblivionem veniat, presbytero Benedicto dilecto notario noſtro id ſcribere mandavimus, & chartam ipſam fecimus ſigilli noſtri munimine inſigniri. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis, & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, in-

di-

dignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Soræ decima quarta Kalendas Septembris Pontificatus noſtri anno undecimo.

Audita ſama, & cognita rei veritate dominus Papa de morte Philippi dicti Regis Alemanniæ, condoluit miſeriæ morti ejus, eo quod ita ſubito ſub papilione in lecto nudus jacens per manus cujuſdam fidelis ſui, qui dicebatur ſalſus grave mortuus eſt. Eadem hora conſtituit duos legatos, videlicet dominum Hugulinum Oſtienſem Epiſcopum, & dominum Leonem Branceleonis presbyterum Cardinalem Sanctæ Crucis, & miſit eos in Alemanniam ad conducendum Oddonem regem Romæ pro accipienda ibi Imperiali corona. Undecima Kalendas Octobris dominus Papa egreſſus Sora venit ad monaſterium Caſæmarii, & pernoctavit ibi. Alio die valde mane dominus Papa ivit Ferentinum, & manſit ibi per menſem, & ab Epiſcopo Alberto noluit recipere fodorum, dicens: Ego ſcio ſtatum Eccleſiarum, Epiſcopi autem ſi tot, & tantis vicibus quantis ego Ferentinum venio, à vobis ſodorum recipere veliem, Eccleſiæ veſtræ ultra modum gravarentur, ob hæc recipere nolo. Dominus Papa reverſus eſt Romam, & hiemavit Roma.

1209. Indictione duodecima adveniente tempore æſtatis, poſt Aſcenſionem Domini Papa Innocentius ivit Viterbium, aliquando viſitans vicinas terras, tamen Viterbium revertebatur, & tamdiu ibi ſterit quouſque advenit Oddo Rex cum magno, & inuſitato exercitu. Dominus Papa pro ſua voluntate cum Oddone Rege multa locutus, reverſus eſt Romam, & Rex Oddo poſt eum cum exercitu. Quinto Kalendas Octobris dominus Papa in Eccleſia ſancti Petri honorificè coronavit prædictum Oddonem Imperiali corona. Celebrato ſacrificio coronationis dominus Papa volens reverti Romam non poterat propter innumerabiles armatos equites Teutonicos, qui manebant extra januam ſancti Petri, uſque in portam Romæ pontis ſancti Petri Oddo coronatus Imp. veſtitus imperialibus veſtimentis ſacratis, mitratus, & coronatus ivit cum domino Papa uſque ad portam Romæ, & dominus Papa ibi eum benedixit, licentiavit, & rogavit eum, ut alio die adveniente recederet à territorio Romano; quod ipſe minime fecit, ſed deficiente Romano ſodoro, & advenientes in caſtris pani, & vini inopia, volens, nolens receſſit à Roma; & ab ipſo tempore Oddo Imperator pejurando cœpit habere irrita, & vacua omnia præcepta Domini Papæ, & infeſtare, & minuere omnia jura Eccleſiæ; ſed quia Dei judicio exercitus ejus fame conſequente decreſcebat quotidie, ferocitatem animi ſui non poterat perficere. Unde dominus Papa cœpit eum monere per Archiepiſcopum Piſanum, & alios Epiſcopos, & Abbates, ut recederet ab iniquitate, & infeſtatione Eccleſiæ, quod facere contempſit, & recognoſceret Deum, & viveret ſecundum legem Dei omnipotentis, & rationem, & juſtitiam, & obedientiam Eccleſiæ obſervaret, & perficeret, quæ jurejurando promiſerat. Omnia vilipendens facere recuſavit, tandem dominus Papa eum excommunicavit. Per Lombardiam, & per Tuſciam Oddo dictus Imperator hyemavit.

In nomine Domini Amen.

Anno Domini 1209. Pontificatus domini Innocentii Tertii Papæ anno ejus duodecimo menſe Martii die octava. Hac die ego magiſter Rainulfus nullo me prohibente aut vim faciente, ſed propria ſpontaneaque mea bona voluntate trado, & vendo tibi domino Landulpho venerabili Abbati ſanctæ Mariæ de Flumine, & ſociis tuis omnibus veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum pro jam dicta Eccleſia, id eſt, vineam unam poſitam in territorio Ceccano in via ſancti Stephani; propter quod accepi à vobis tres libras pro vent. conceſſa mihi licentia à domino Joanne comite Ceccano. Et ſi ego, vel mei hæredes vobis veſtriſque ſucceſſoribus litem aliquam intulerimus, & ab omni homine eam non defenderimus, obligo me, meoſque hæredes vo-

A *bis veſtriſque ſucceſſoribus in pœna dupli, & venditio hæc firma permaneat. Et ego Joannes comes Ceccani inductus utriuſque partis precibus, & pro redemptione peccatorum meorum concedo, & confirmo hanc venditionem hujus vineæ fieri, quæ his lateribus terminatur. A primo latere eſt via publica, à ſecundo latere eſt vinea Petri Verſagranum, à tertio eſt terra Semmacocæ, à quarto eſt vinea magiſtri Billonis. Ad majorem itaque cautelam præcepi presbytero Benedicto dilecto notario meo, ut hoc in ſcriptis redigat, & mei ſigilli impreſſione conſignet.*

Hi ſunt rogati teſtes.

Magiſter Spinellus teſtis.

Magiſter Amatacius teſtis.

Amato Joannis Bovis teſtis.

In nomine Domini Amen.

Anno Dominicæ Incarnationis 1209. Pontificatus domini Innocentii Tertii Papæ anno duodecimo menſe Novembris die tertia. Hac die ego Bar... moli nepotis nullo me cogente, aut vim inferente, ſed proprio motu, & mera voluntate atque tributa mihi poteſtate B *à domino Joanne comite Ceccani, trado, & vendo tibi irrevocabiliter, & in perpetuum domino Landulpo venerabili Abbati ſanctæ Mariæ de Flumine, & ſociis tuis omnibus veſtriſque ſucceſſoribus, id eſt, vineam unam poſitam in territorio Ceccano, quæ his terminatur lateribus. A primo latere eſt rivus balnei, à ſecundo eſt vinea Baronis Gaudibilis, & terra Joannis Saraceni, à tertio eſt terra Raynaldi Mucidi, & vinea Rachelis, à quarto eſt vinea Petri Majoris. Propter quod accepi pretium à vobis quatuor libras pro vent. & dimid. & quod plus valet do vobis pro Eccleſia pro redemptione peccatorum meorum. Et ſi ego vel mei heredes vobis veſtriſque ſucceſſoribus litem aliquam intulerimus, & eam ab omni homine non defendemus: obligo me, meoſque hæredes vobis veſtriſque ſucceſſoribus in pœna dupli, & venditio hæc firma permaneat. Et ego Joannes Dei gratia comes Ceccani inductus utriuſque partis precibus, & pro redemptione meorum peccatorum, concedo, & confir-* C *mo hanc venditionem hujus vineæ fieri. Ad majorem itaque confirmationem, præcepi presbytero Benedicto, dilecto notario meo, ut hoc in ſcriptis redigat, & mei ſigilli impreſſione conſignet.*

Hi ſunt rogati teſtes.

Magiſter Jacobus S. Heliæ teſtis.

Guido clericus Ferentinas teſtis.

Robertus domini Raynaldi teſtis.

In nomine Domini Amen.

Anno Dominicæ Incarnationis 1209. Pontificatus domini Innocentii Tertii Papæ anno ejus duodecimo Kalendas Maji. Hac die conſecratum eſt altare Eccleſiæ beati Jacobi Apoſtoli, quæ poſita eſt juxta pontem Ceccanum, per manus domini Alberti venerabilis Epiſcopi, Ferentini. De reliquiis Sanctorum Apoſtolorum Philippi, & Jacobi, ſancti Stephani Prothomartyris, ſancti Nicolai confeſſoris, ſancti Blaſii martyris, ſanctæ Barbaræ virginis, & ſanctorum martyrum Chryſanthi, & Dariæ, & ſociorum ejus, Eleutherii Epiſcopi, & martyris, Ambr. martyris, Pon- D *tiani martyris, Marcellini, & Petri, & aliquorum, quorum nomina Deus novit. Et ego Albertus de Dei miſericordia confiſus, & meritis glorioſæ Virginis Mariæ, & Beatorum Apoſtolorum, & Sanctorum martyrum Joannis, & Pauli, atque Ambr... & omnium Sanctorum, omnibus, qui ad prænominatam Eccleſiam in hujus conſecrationis die cum devotione, & reverentia venerint ad rogandum Deum pro remiſſione peccatorum, de injuncta ſibi pœnitentia quadraginta dies, & quartam partem venialium relaxamus per Chriſtum Dominum noſtrum. Et hanc cartam noſtri ſigilli munimine confirmamus.*

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno ejus 1209. Pontificatus Domini Innocentii III. Papæ anno ejus xii. menſe Auguſti die iv. Quoniam humana natura debilis eſt & infirma, ideò introductum eſt, & ſapienter proviſum, ut ea, quæ inter homines contrahuntur, in ſcriptis redigantur, ne oblivioni perpetuo tradantur. Ego Joannes de Ceccano propria, ſpon-

taneaque mea bona voluntate, nullo me cogente, aut vim faciente, pro redemptione animæ meæ irrevocabiliter trado, & dono in perpetuum Eccleſiæ ſancti Jacobi Capellulæ ſanctæ Mariæ de Flumine, & Domino Landulpho Venerabili Abbati ejuſdem loci, & ſociis ejus quendam hominem meum Joannem Bonum nomine, cum toto tenimento ſuo mobilibus, & immobilibus ſuis, & omnibus ad eum pertinentibus exceptata mihi meiſque hæredibus hac conditione, ut quando colligere faciam majorem datam, ab ipſo Joanne Bono competens quæratur adjutorium, ita quod non ſit gravatus. Facta eſt itaque talis donatio in præſentia Joannis Abbatis ſancti Clementis, Beraldi Abbatis ſancti Angeli de Catume, & Georgii ſancti Heliæ Capellani, & in præſentia Philippi de Raynaldo, Philippi Domini Heliæ, & Samſonis militum, & hi omnes vocati ſunt teſtes. Ad majorem quoque cautelam, & corroborationem facti mandavi Presbytero Benedicto, dilecto Notario meo, ut hæc in ſuis ſcriptis redigeret, & mei ſigilli impreſſione conſignet. A

Anno Dominicæ Incarnationis 1209. Pontificatus Domini Innocentii III. Papæ anno ejus xii. menſe Decembris die vi. Joannes de Ceccano dilecto familiari ſuo Rabeli & Joanni filio ejus ſalutem, & amorem. Volentes diligere Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Flumine, & in veneratione ejuſdem Abbatem Dominum Landulphum, & ejus ſocios habere, atque in juſtis petitionibus tuis te in hac parte audire; admittimus preces tuas, atque damus tibi licentiam vendendi vineam, quam tu habes ad rivum balnei, ſecundum quod petiſti. Et ego Rabel nulla vi coactus, ſed propria ſpontaneaque mea bona voluntate, & filii mei Joannis, trado, & vendo tibi Domino Landulpho, tuiſque ſucceſſoribus pro Eccleſia ſanctę Marię de Flumine vineam unam in tereitorio Ceccano in loco qui dicitur Rivus balnei, cujus latera ſunt hæc. A primo latere vinea Petri Majoris, à ſecundo latere vinea præſcripta Eccleſię, à tertio latere terra Rainaldi de Sergia, à quarto latere terra Roſę de peſa. B

Hi ſunt vocati teſtes.

Petrus de Guerea,

Benedictus de Rainon, &

Creſcentius Monaſterialis. C

1210. Oddo dictus Imperator per Tuſciam æſtivo tempore permanens menſe Novembris prohibitus à Domino Papa, & excommunicatus conſilio Domini Perci Comitis de Celan. & conſilio Diopuldi ingreſſus eſt Regnum Apuliæ. Celebrato feſto ſancti Martini ſuper Soram tota terra uſque Capuã redacta eſt in ſuo imperio; & citius quàm potuit ivit ſuper Averſam, & obſedit eam uſque ad Nativitatem Domini, non valens eam capere reverſus eſt Capuam, & hyemavit ibi, faciendo machinas ad capiendas Civitates, quæ nolebant venire ad ſuam fidelitatem.

1211. Adveniente tempore æſtate tota Apulia, & terra Laboris, & maxima pars Calabriæ devenerant ad fidelitatem Oddonis dicti Imperatoris. Interim Nuntii Alemanniæ venerunt ad Oddonem dictum Imperatorem, qui dixerunt ei totam Alemanniam rebellatam fore. Et omnes Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Duces, Principes, Comites, & omnes Barones Alemanniæ elegerunt Fridericum Regem Siciliæ in Imperatorem; & mandaverunt in Sicilia Nuncios, qui conducerent dictum Fridericum ſalvum, & incolumem ad recipiendum Imperium in Alemannia. Quo audito prædictus Oddo Imperator congregavit Comites Apuliæ, & terræ Laboris, confirmavit cum eis pacem, & ſuam bonam voluntatem. Tactus dolore cordis intrinſecus reverſus eſt in Alemanniam, inſidiando qualiter jam dictum Fredericum Regem Siciliæ capere poſſet ſi auſus foret arripere iter, vel per mare, vel per terrã. D

1212. Fredericus Rex Siciliæ ſola miſericordia Dei vocatus in Alemannia electus Imperator, arripiens iter eundi in Alemanniam xvi. Kal. Aprilis, quod fuit Sabbato Palmarum, applicavit Beneventum, ibique honorificè receptus, & . . . . .
manſit per menſem . . . . ivit
Romam, quem Dominus Papa Innocentius . .
. . . . & benignè ſuſcipiens cum ma-
xima. . . . . . omnes expenſas in Civitate, &
extra . . . . . as auri dedit & omnia neceſſaria
. . . . . galeis uſque Genuam . . . . . .
. . & licentiavit & commendavit . . . . . .
rerum quæ pervenient . . . . Papien-
cum al . . . . cum ditan-
tes . . . . ſalvum. .
. . . . . niam . . . . .
. . . incredibile haberetur . . .
. . .

1213. Dominus Innocentius III. Papa cum fratribus ſuis Cardinalibus conſtituit, & ordinavit Concilium, & miſit litteras per omne ſeculum, ut omnes qui debebant intereſſe concilio, in tertio anno, in menſe Novembri parati eſſent Romæ.

1215. Tempore Domini Innocentii III. Papæ anno ejus octavo decimo, Menſe Novembri. Iii. Idus Novemb. Papa Innocentius primò aſcendit in thalamum, & celebrata oratione, & benedictione ſuper conventum ſic exorſus eſt, dicens: Deſiderio deſideravi hoc Paſcha manducare vobiſcum antequam moriar &c. Interfuerunt huic concilio cccc. xii. Epiſcopi. Primates autem, & Metropolitani lxxi. exceptis Patriarchis. Abbates verò, & Priores ultra octingenti; exceptis omnibus Nuntiis Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum abſentium; necnon Regum, & Principum. Initiatum, & completum eſt hoc concilium in Eccleſia Salvatoris Romæ, quæ Conſtantiniana vocatur.

1216. Decimo Kal. Junii tempore Domini Innocentii III. Papæ, venit Comes Rogerius de Aquila cum exercitu ſuo in territorio Ceccano, devaſtavit ſegetes ſanctæ Mariæ fluminis, & incendit ei unam molam, & duas molas ſancti Clementis, & ſic rediendo hoſpitatus eſt in territorio Caſtri. Alio die cępit reverti Fundum, & Dominus Joannes de Ceccano inſecutus eſt eum, invenit eum in territorio Caſtri Vallis Vurſæ, prævaluit ſuper eum, fugatus eſt Comes, & Dominus Joannes cepit de exercitu ſuo Robertum de Aquila patruum Comitis cum ſeptuaginta militibus electis & aliis hominibus: præda animalium fuit . . . . .
beſtiis alia præda robba fuit infinita, & Comes .
. . . . ſic fugiendo uſque
Fundum cum reliquis . . . . . .
. . . . . Domini Joannis de Cec-
cano non detulit ſecum . . . . .
. . . . . Domini Joannis de Cec-
cano in campo re . . . . . .
. . . ntes, & exultantes de tanta .
. . . .
Perufinam Civitatem . . . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

III. Idus Auguſti conſecratus eſt. Pridie Kal. Setembris reverſus eſt apud Romam ad ſanctum Petrum. Pridie Non Septembris receptus eſt in Eccleſia Lateranenſi cum tanto gaudio & veneratione, gloria, & jucunditate, quod omnes videntes dixerunt, quod nullus de prædeceſſoribus ſuis in receptione ſimilis ei fuiſſet.

XI. Kal. Auguſti die Sabbati Caſtrum Morol. per fortiam Domini Joannis de Ceccano captum eſt & combuſtum. Captus eſt ibi Oddo Novellus Columna cum undecim ſuis militibus, & ſoror ejus Mabilia cum quadam filia ſua ducti ſunt in captionem apud Ceccanum. Peccatis exigentibus de Caſtro Morol. cccc. xxiv. capita tam virorum, quàm mulierum, tam ſenum, quam parvulorum combuſta ſunt. Omnes autem reliqui milites, & laici redacti ſunt ſub poteſtate, & fidelitate Domini Joannis de Ceccano Sacramento. Dominus Thomas de Supinon dolens, & triſtans dereliquit Campaniam Comitis Rogerii de Aquila, & dedit Domino Joanni de Ceccano mille libras proven. & fecit ſe fidelem

cum

cum Sacramento in ſempiternum Domino Joanni de Ceccano, & dedit ei filium ſuum obſidem ad fidelitatem, & veritatem conſervandam. Dominus Joannes de Ceccano primo loco reddidit Domino Thomæ uxorem ſuam cum filiis. Dominum Oddonem de Columna cum ſuis militibus dedit in poteſtate Domini Joannis Cardinalis de Columna.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei,
Dilectis filiis Abbati, & Clericis ſanctæ Mariæ de Flumine de Ceccano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota, quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis precibus grato concurrentes aſſenſu, ad exemplar felicis memoriæ Innocentii Papæ prædeceſſoris noſtri perſonas veſtras, & Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Flumine, in qua Divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis tam eccleſiaſticis, quàm mundanis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem ſancti Stephani, & ſancti Quirici Eccleſias cum omnibus tenimentis, & pertinentiis ſuis. Foreſtam juxta Eccleſiam ſancti Stephani, & de capite pontis, de prato, & de tineis molendina, vineas, reditus, decimas, oblationes, homines, hortos, cannapinas, & poſſeſſiones alias ad veſtram Eccleſiam pertinentes, ſicut ea omnia juſtè, ac pacificè poſſidetis, vobis, & per vos eidem Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Libertates quoque, & immunitates necnon & exemptiones ſecularium exactionum à dilecto filio nobili viro Joanne de Ceccano tam piè, quàm providè vobis & Eccleſiæ veſtræ conceſſas ſicut in authentico ejuſdem nobilis perſpeximus contineri, ratas habemus, & eas perpetuis temporibus illibatas decernimus permanere, cujus tenorem de verbo ad verbum præſenti paginæ duximus inſerendum.

In Nomine Domini. Anno Dominicæ Incarnationis 1196. Pontificatus Domini Cæleſtini III. Papæ anno vi. indictione xiv. menſe Julii die xxiv. Hac die ego Joannes de Ceccano in præſentia Domini Jordani Cardinalis ſanctæ Pudentianæ chariſſimi patrui mei, & Venerabilium Epiſcoporum Berardi Ferentini, Petri Signini, & Joannis Anagnini, Thaddei Alatrini, & Oddonis Verulani, & Tedelgarii Tarracinenſis, & multorum hominum totius Campaniæ, & maritimæ, tam Clericorum, quam etiam laicorum. Inductus amore Divino pro redemptione animæ meæ, atque meorum parentum præteritorum, præſentium, & futurorum, concedo Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Flumine, & Domino Landulpho dilecto Abbati ejuſdem Eccleſiæ, & univerſæ familiæ ejus tum Clericis, quam laicis, præſentibus, & futuris perpetuam libertatem, abrenuntiando datæ, malo uſui, & omnibus exactionibus. Et ſi quis pro quocunque crimine commiſſo ad Eccleſiam confugerit, nec ego, nec ſucceſſores mei per me, vel per miniſtros meos ei, dum ibidem fuerit, violentiam aliquam vel injuriam inferemus, niſi in mortem meam, vel meorum hæredum, vel in proditionem Caſtrorum meorum, vel in combuſtionem ipſorum caſtrorum fuerit machinatus. De ordinatione clericorum, & de inſtitutione me nullatenus intromittam. Si verò clericus, aut Laicus ejuſdem Eccleſiæ in aliquo offenderit, Abbas cum clericis in eorum Capitulo cogat ipſum ad juſtitiam exhibendam, ſalvo jure patronatus. De conſilio igitur communi Domini Jordani Card. & omnium Epiſcoporum, & conſenſu Domini Joan. de Ceccano inſtitutum eſt, ut quicunque contra hanc conceſſionem fecerit vinculo anathematis innodetur, & partem cum Dathan, & Abiron habeat. Ad majorem itaque cautelam, ne quod factum eſt diuturnitate temporis in oblivionem veniat, presbytero Benedicto dilecto Notario noſtro id ſcribere mandavimus, & chartam ipſam fecimus ſigilli noſtri munimine inſigniri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis, & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani 13. Kal. Octob. Pontificatus noſtri anno primo.

1217. Menſe Aprili quidam Comes Francigena, nomine Petrus de Altiſula à Græcis vocatus, & electus in Imperatorem Conſtantinopolitanum, applicuit Romam cum uxore, & filiis, & alio comitatu. Honorificè à Domino Papa Honorio, & à clero, & a cuncto populo Romano eſt receptus. Quinto idus prædicti menſis in Eccleſia S. Laurentii foris murum cum magna gloria, & decore coronatus eſt à ſummo Pontifice cum uxore ſua. Poſtea Dominus Papa dedit ei conductorem itineris, & defenſorem Dominum Joannem de Columna presbyterum Cardinalem, tit. S. Praxedis incipientes iter, tranſierunt mare euntes per Imperium Romaniæ gaudentes . . . poteſtas Imperii Romaniæ . . . invitavit prædictum Imperatorem, ut dignaretur ire per terram ſuam promittens ei omnes expenſas uſque in Civitatem Conſtantinopolitanam eundem inſidians, & decipiens Imperatorem cum Imperatrice, & Domino Cardinale ingreſſi ſunt terram prædictæ poteſtatis, quæ poteſtas . . . apud nos dicitur comminio, nomine Theodorus, qui poſtquam recepit Imperatorem, & Dominum Cardinalem voluit eos occidere. Sed reſponſum eſt ei ab amicis, & fidelibus dicentibus Si illos occideris, ſemper habebis guerram ab Imperio, & à ſummo Pontifice, & tu, & hæredes tui ſi ſervaveris eos vivos non erit qui te debellet. Poſuit eos audacter in cuſtodiam, & conſtrictè cuſtodivit eos in logaſtulos Imperatrice nolente declinare à recto itinere perrexit ſalva, & gaudens in Conſtantinopolim, & tanquam Domina, & Imperatrix recepta dominabatur.

Id. Maii Dominus Papa Honorius egreſſus Romà venit Anagniam. Pridie non. Julii dedicata eſt Eccleſia ſancti Petri de Villa Magna per manus ſummi Pontificis Domini Honorii. Decimo quarto Kalend. Auguſti Dominus Papa venit Ferentinum. Octavo id. Septembris Dominus Papa Honorius ivit Aletrum. Decimo ſeptimo Kalend. Octobris dedicata eſt Eccleſia Caſæmarii honorifice per manus Domini Papæ Honorii, ubi fuit ipſe cum omnibus Cardinalibus, Notariis, & cum tota curia ſua. Interfuerunt huic dedicationi duo Archiepiſcopi Hiſpanenſes, undecim Epiſcopi. Per gratiam Jeſu Chriſti tanta fuit ibi abundantia ciborum in pane, & vino, in piſcibus, in caſeo, & in ovis, quod omnes ſine murmuratione plenariæ receperunt cibaria in ſero, & in mane, pluſquam mille equi inventi ſunt ad annonam; tot & tanti equitantes adhæſerunt Domino Joanni de Ceccano, quod in Caſtris ejus ultra cccc. equi adnumerati ſunt.

Sexto non. Octobris Dominus Papa reverſus eſt Romam.

Hoc anno tanta multitudo Chriſtianorum coadunata eſt in Hieroſolymitanis partibus in campo ſuper Acre, quod volentes numerare, numerati ſunt ultra viginti millia equitantes, alia turba non poterat præ multitudine numerari: per bonam exiſtimationem dictum fuit, quod pluſquam cc. millia peditum erant. Peccatis exigentibus in . . populo Chriſtiano tanta inopia panis advenit, quod unus parvus panis vendebatur duodecim denarijs. De communi igitur conſilio Domini Patriarchæ, & aliorum, qui præerant populo, præceptum eſt omnibus pauperibus, ut redirent ad propria . . . in menſe Septembris tot, & tanti fuerunt, quod naves eos reducentes fuerunt 66. per bonam æſtimationem communiter dicebatur ab omnibus præter corpora mortuorum cruce ſignatorum in eundo, & redeundo ſupra centum millia fuere . . . .

In nomine Domini. Amen.

Infraſcriptæ ſunt conſtitutiones, ac antiquæ, & approbatæ conſuetudines, à tempore cujus in contrarium memoria non exiſtit, habitæ, & ordinatæ inter majorem Eccleſiam Ferentinam, & Reverendam Eccleſiam S. Mariæ in Fiumine de Ceccano.

In primis, quod ipſa Eccleſia S. Mariæ, ſeu Abbas, & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ pro parte, & nomine ipſius tenentur tempore Viſitationis faciendæ, prout conſuetum eſt, per Reverendum in Chriſto patrem, & Dominum, Dominum Epiſcopum cum competenti familia ſi ſibi placuerit, in eadem Eccleſia, & ejus domibus præfatæ Eccleſiæ ſumptibus, & expenſis, ſecundum quod facultates ſupradictæ Eccleſiæ patiuntur, in comeſtibilibus, & potabilibus recolligere, & ſibi humiliter, & devotè nihilominus miniſtrare.

A

Item, quod dum eidem Domino Epiſcopo cum prædicta ſua competenti familia placuerit in prælibata Eccleſia, & ejus prædictis domibus laudabiliter commorari. Item comeſtibilia, & potabilia ſibi exœniata, vel præſentata, intrare debent ad uſum communem Domini Epiſcopi memorati, ejuſque familiæ ſupradictæ, nec non Abbatis, & Capituli prædictorum in Cellarium Eccleſiæ ſupradictæ.

Item quod prætitulata Eccleſia debet ſua libertate, & immunitate gaudere, nec ad aliquid aliud aſtringi niſi ad quartam partem duntaxat decimæ, & commutationem; aliis vero franchitiis, libertatibus, & immunitatibus ſuis ſucceſſuris perdurare debet ſecundum tenorem, & formam Papalium privilegiorum.

∴ *Finis Chronicon Foſſæ novæ.* ∴

BREVE CHRONICON
ATINENSIS ECCLESIÆ.

Ex Ughel. It. tomo primo.

Authoribus Anonymis duobus Atinatenſibus ex Codice perantiquo m. ſ. Monaſterii Foſſænovæ ab anno primo Julii Cæſaris, ad annum uſque noſtræ ſalutis M.CCC.LV. Accedit donationis monumentum Leonis Epiſcopi Atinatis, Clericis ſuis conceſſum ann. MLVI. nunc primum in lucem editum.

ROmanorum primus Julius Cæſar regnavit an. 4. menſ. 10.

Quarto anno ejus Romæ tres Soles exorti ſunt, & bos locutus eſt ſruſtra ſe urgeri, non enim ſrumenta, ſed homines brevi tempore defecturos.

Octavianus regnavit ann. 57. menſ. 6.

Tertio anno Imperii ejus Transtyberim, oleum terræ erupit fluxitque toto die, & in decimo anno ejus Regnorum & ſacerdotium Judæorum deſtructum eſt, & quadrageſimo ſecundo anno Jeſus Chriſtus Dominus noſter in Bethelem naſcitur, & in quadrageſimo ſexto anno Herodes univerſos parvulos juſſit interfici.

Tiberius regnavit ann. 24.

Quintodecimo anno ejus Joannes filius Zachariæ in deſerto juxta Jordanum fluvium prædicat Chriſtum. Initium prædicationis anno decimo ſexto. Chriſtus crucifigitur anno Tiberii decimo octavo. Solis facta defectio, & terræmotus ingens fuit per totum urbem.

Cajus regnavit ann. 15. menſ. 10.

Tertio anno ejus in toto orbe Romano figuræ, & imagines Cæſaris ſunt conſecratæ.

Claudius regnavit ann. 13. men. 8. d. 18.

Secundo anno ejus Petrus Apoſtolus, cum primus Antiochenam Eccleſiam fundaſſet, Romam mittitur, ibique Evangelium prædicans vigintiquinque annis ejuſdem Urbis Epiſcopus perſeverat. Sed inter eundum, ad Atinenſem ſe contulit Civitatem, hoſpitatuſque eſt in domo cujuſdam nobilis, & præclariſſimi viri Palatianus nomine juxta templum Jovis prope portam majorem, ubi nunc eſt Eccleſia ipſius Apoſtoli; cujus domus parietes uſque hodie integri permanent ob memoriam tanti Hoſpitis, & Principis. In quo loco minuit ſibi ſanguinem idem Apoſtolus, & barbam raſit. Invenit autem in eadem domo Galilæum quendam, vitam in peregrinatione ducentem, Marcus nomine, à quo genus, patriamque requirens, Hebræum ſe eſſe aſſeruit in Galilæis finibus ortus. Quem Apoſtolus futurum Chriſti diſcipulum intuens, Apoſtolicis verbis eum inſtruere cœpit, qui ejus ſuſcipiens monita, & lavacrum ſuſcepit baptiſmi. At Apoſtolus cœptum peragere cupiens iter, eundem Marcum, novum diſcipulum Romam ſecum adduxit, ibique in fide Chriſti perfectè inſtruens eum, ad olim quam deſeruerat civitatem, Pontificatus infulis decoratum, remiſit illum, dans in mandatis Evangelium Chriſti inibi prædicare. Cumque prædictus vir ſanctus ab Urbe Roma fuiſſet egreſſus, officium ſuſcipiens prædicandi, miraculorum ſigna illum comitari cœperunt. Appropinquans autem ad mœnia civitatis prædictæ ſtationem fixit in Villa, quæ Septa Jani vocabatur non longè à Civitate, in qua idolum aureum, & argenteum ejuſdem colebatur Jani. Habebat quoque eadem Villa portas ſeptem, quia undique muris erat vallata; in quo idolo Sanctus dum inſufflaſſet, mox illud Divina potentia redegit in

A pulverem. Alio a die Urbe ingreſſus Atinam, ad illud quod quondam habuerat hoſpitium, rediit. Cujus Palatiani uxore defuncta, prædicatione viri Dei converſus eſt ad Dominum una cum quampluribus aliis. Templum denique, quod Jovis dicebatur juxta domum ſuam habuerat octavo anno poſt paſſionem Apoſtoli in ejus conſecravit honorem. In qua nimirum Eccleſia ſeptem presbyteros, totidemque Diaconos ordinavit. Prædictus quoque vir Palatianus omnes poſſeſſiones, & facultates ſuas eidem Eccleſiæ conferens, in ſecreta confeſſione Domino ſpiritum reddidit, & ſepultus eſt juxta eandem Eccleſiam in introitu ejus. Sedit autem prædictus Pontifex ann. 20. menſ. 5. diebus 13. In quo ſpatio quinque millia, & eo amplius hominum ad fidem Chriſti convertit uſque ad tempora Domitiani perſeverans, præſidente in ſede Apoſtolica Beato Clemente ſummo, & univerſali Papa.

Nero regnavit ann. 13. menſ. 8. dieb. 28.

Ultimo anno ejus Romæ Petrus, & Paulus ab

B eo ſunt interfecti.

Poſt Petrum verò primus Romanam Eccleſiam tenuit Linus ann. 11. menſ. 3. d. 13.

Prima perſecutio.

Veſpaſianus regnavit ann. 8. menſ. 11. d. 22.

Secundo anno ejus Titus filius ejus cepit Judæam, & Hieroſolymis ſubverſis, ſexcenta millia virorum interfecit.

Titus regnavit ann. 2. menſ. 5.

Primo anno ejus Mons Veſuvius eructavit incendium.

Domitianus regnavit ann. 15. menſ. 5.

Quinto anno ejus conſtruxit Templum Romæ ſine lignorum admiſtione, & quartodecimo anno Jo: Apoſtolus in exilium mittitur in inſula Pathmos.

Romanæ Eccleſiæ præfuit Cletus ann. duodecim, menſ. 5. d. 15.

Sub hujus temporibus paſſus eſt Beatiſſ. Marcus Atinenſis Epiſcopus diſcipulus B. Petri Apoſtoli, a

C Maximo Præſide totius Campaniæ, anno poſt paſſionem Domini ſexageſimo tertio, 4. Kal. Maii. Qui præſes dum famam ſanctiſſimi Præſulis percepiſſet, miſſa apparitione, coram ſe ſanctum exhiberi præcepit. Quem cum à fide Chriſti nequaquam divellere poſſet, poſt macerationem carceris & famis inopiam, verberibus etiam, & flammis adhibitis, in amphiteatrum ejuſdem Urbis Tribunal ſibi parari conſtituit. Qui ut erat nequiſſimus, & ad peragendum ſcelus promptus, & avidus coram univerſis Civibus, in ejus capite duos juſſit clavos infigi: quorum unum in fronte, alterum in ejus corona infixerunt. Demum verò cum duobus presbyteris, cum quibus coram Judice fuerat præſentatus, ductus eſt extra Urbem, in campeſtri loco juxta monumentum, quod vocatur Imperiale: ibique capita eorum à corporibus recidentes, ea inhumata reliquerunt. Fideles autem, qui intra Urbem abſconſi degebant, noctu pergentes, Corpus B. Martyris ſeparatim a capite poſuerant: alia verò duo in uno condiderunt

ſe-

ſepulcro: & ſic ubi poſita ſunt permanſerunt uſque ad tempora B. Sylveſtri Papæ, præſidente in ſede Atinenſi Maximo Epiſcopo, Imperaote verò Conſtantino Imperatore.

Secunda Perſecutio.

Romanæ Eccleſiæ præſuit Clemens annis 9. menſ. 2. dieb. 10.

Hic ſecundo anno Pontificatus ſui ordinavit in Civitate Atinenſi Fulgentium Epiſcopum, qui ſedit ann. 31. menſ. 7. dieb. 28. Iſte ſepelivit corpora SS. Nicandri, & Marci juxta corpus Chriſti Martyris Marci conſtitueus ſibi parvum habiraculum. Hujus etiam cura fuit ſtudioſius recondere corpus B. Marci martyris, & ſeparatim caput à corpore ponere. Obiit autem tertio Kal. Octobris, & poſitus eſt juxta Eccleſiam B. Petri Apoſtoli.

Nerva regnavit ann. 1. menſ. 4. Eodem anno Senatus decrevit, ut omnia, quæ Domitianus ſtatuerat, in irritum deducerentur.

Romanæ Eccleſiæ præſuit Anacletns annis 12. menſ. 1. dieb. 11. Ultimo anno Pontificatus ordinavit in Civitate Atinenſi Hilarium Epiſcopum, qui ſedit ann. 27. dieb. 4. Obiit octavo Idus Decembris, & poſitus eſt juxta Eccleſiam B. Petri à Septentrionali parte.

Trajanus regnavit an. 19. menſ. 7. Septimo anno hujus Romæ Aurea Domus incendio conflagravit.

Romanæ Eccleſiæ præfuit Evariſtus ann. 13. menſ. 7. dieb. 2. poſt quem

Alexander ann. 10. menſ. 7. dieb. 2.

Tertia Perſecutio.

Adrianus regnavit annis 21. Primo anno hujus Judæos cepit contra Romanos rebellantes.

Romanæ Eccleſiæ præfnit Xyſtus ann. 10. menſ. 3. dieb. 21. Primo anno pontificatus ſui ordinavit in Civitate Atina Urbannm Epiſcopum, qui ſedit annis 28. dieb. 20. al. d. 15. Obiit autem ſecundo Kal. Martii, & ſepultus prope Eccleſiam B. Petri.

Sub hujus temporibus Adrianus Imperator Atinam veniens remplum Dianæ continuo fecit in eo loco, ubi Balnea dicebatur Imperialia, non longè ab Amphitheatro contra meridianam plagam, ſubtus viam aquædnctus.

Theleſphorus ſedit annis 11. menſibus 3. diebus 22.

Antoninus regnavit ann. 22. menſ. 7. dieb. 26.

Romanæ Eccleſiæ præfuit Hyginus ann. 4. menſib. 3. dieb. 8.

Poſt hunc Anicetus ann. 8. meoſ. 3. dieb. 3. Septimo anno Pontificatus ſui ordinavit in Civitate Atina Lociſi Epiſcopū, qui ſedit ann. 31. menſ. 4. d. 8.

Quo præſidente præcepta Antonioi imperaroris ad coercendam Civitatem Atinam directa ſunt. Dedicatum in eadem Urbe Palatium in eo loco, ubi nunc dicitur Palatium Antonini in monte juxta arcem ejuſdem Civitatis.

Romanæ Eccleſiæ præfuit Pius ann. 11. menſib. 4. d. 21.

Romanæ Eccleſiæ præfuit Sother ann. 9. menſib. 4. d. 20.

Eleutherius ſedit ann. 15. menſib. 7. dieb. 5. Anno ſexto Pootificatus ſui urdinavit in Civitate Atina Salomonem Epiſcupum, qui ſedit ano. 36. menſ. 10. dieb. 25.

Hic cum eſſet natione Romanus, facundius cæteris præſulibus apicem ſui Præſulatus tenebat. Compoſuit autem geſta Sanctorum Martyrum Nicandri, & Marciani, & Marci Præſulis; Paſicratis quoque, & Dariæ, ſuper quorum corpora parvum conſtruxit templum, & erexit à latere. Fecit & Eccleſiam in honorem ejuſdem Paſicratis, & Dariæ, in eo loco, ubi Hurrea vocantur, in quadam villa, quæ erat ibidem. Unde uſque hodie dicitur locus ille, mutato nomine Broila. Prædictus itaque Pontifex die noctuque juxta eadem corpora pſalmis, & orationibus vacans, Domino ſpiritum reddidit Kal. Auguſti, & ſepultus eſt ibi ante januam ipſius domus.

Victor ſedit ann. 10. menſ. 11. d. 10.

Zephyrinus ſedit ann. 16. menſ: 1. d. 10.

Sub Antonini Garacallæ imperatoris temporibus dedicatum eſt in Atina Forum ejuſdem Antonini, non longè ab amphitheatro, magnis lapidibus, & politis marmoribus: juxta quod forum ſitum eſt, & templum Saturni, ante cujus fores aquæductus diſtenditur variis operibus inſignitum, habens Idola ſeptem, & ſeptem abſidas, in quibus poſita erant. Conſtructum eſt etiam ibi & ſepulchrum ejuſdem Saturni variis & diverſis marmoribus ornatum, in quo ejus oſſa poſita ſunt, miſſa in quodam æreo loculo in modum reticulæ factum. Quod templum, & forum gentilium ritu dedicatum eſt 10. Kal. Junii imperante Severo & Antonino.

Caliſtus ſedit ann. 5. menſ. 11. dieb. 10. Hic autem primo anno ſui Pootificatus ordinavit in Civitate Atina Dimitrium Epiſcopum, qui ſedit ann. 31. al. 38. menſ. 5. dieb. 19. Sed ſenectute gravatus, oculorum lumine caruit annis 26. Sepultus eſt autem in Cœmeterio prædeceſſorum ſuorum io Eccleſia B. Petri.

Urbanus. Anterus. Pontianus. Ultimo anno Pontificatus ſui ordinavit in Civitate Atina Carum Epiſcopum; qui ſedit ann. 22 menſ. 3. dieb. 22. Qui cum orationi cum quibuſdam fidelibus vacaret juxta corpus B. Marci pro quodam dæmoniaco, inruentibus paganis, ipſum interfecerunt: cujus ſanguis in dæmoniacum proſiliens, illico mundatus eſt. Sepultus eſt autem ibidem tertio Kalendas Maii.

Fabianus. Cornelius. Lucius. Stephanus. Primo anno Pontificatus ſui ordinavit in Civitate Atina Vigilantium Epiſcopum, qui ſedit ann. 20. al. 21. menſ. 7. dieb. 26. Hic autem toto vitæ ſuæ tempore in Eccleſia deorſum apud Martyres manſit jejuniis, & orationibus vacans. Sepultus eſt autem ibi 4 Kal. Junii.

Xyſtus: Dionyſius: Felix: Eutychianus: Gajus. Secundo anno Pontificatus ſui ordinavit in Civitate Atina Prudentium Epiſcopum, qui ſedit ann. 25. al. 30. menſ. 2. dieb 5. Hic cum quodam die Idolum Junonis, quod erat in templo, quod ſitum eſt juxta Thermas Antonianas, evertere vellet, tentus à Paganis occiditur. Cujus corpus ante ipſum Templum inhumatum relinquentes diebus tribus à Chriſtianis rapitur, & in Eccleſia Beati Petri humatur ipſo die Kal. Aprilis.

Marcellinus; Marcellus: Euſebius: Melchiades. Ultimo anno ſui Pontificatus ordinavit in Civitate Atina Maximum Epiſcopum, qui ſedit annis 30. al. 25. menſ 5. dieb. 10. In hujus temporibus conſtructa eſt Eccleſia in honorem B. Mariæ ſemper Virginis, & B Marci martyris, & Pontificis in eo loco, ubi dicitur Pes Silicis, juxta monumentum, quod vocatur imperiale circa viam, quæ dicitur Monumentorum, eo, quod hinc inde plena ſit monumentis, magnis lapidibus, diverſis marmoribus, & excelſis columnis in longitudine pedes centum ſexaginta tres, in latitudine pedes quadraginta duo habens in gyro murum excelſis lapidibus: in qua poſuit corpus prædicti martyris Marci ſubtus altare majore, in quodam ſepulcro marmoreo, cum lapideo titulo nomen Chriſti martyrem intimante. Poſuit & caput ejus ſeparatim a corpore in vaſculo vitreo ſimul cum clavis, in angulo ipſius Baſilicæ ab occidentali parte. Poſuit & juxta idem corpus Venerabilium Epiſcoporum corpora prædeceſſorum ſuorum. Fecit in gyro Domos ad ſuſceptionem hoſpitum: Fecit & domos ad utilitatem Clericorum ſuorum. Conſtruxit quoque Eccleſiam in honorem ſancti Nicandri martyris in pede montis, ubi nunc eſt Caſtrum Vitalbi. Obiit autem 8. Kal. Maii, & ſepultus eſt Eccleſia ſua.

Conſtantinus Imperator cum totam Scythiam Romano ſubjugaſſet Imperio in ſuo reditu in Urbe Atina Templum Saturni conſtrui juſſet, ubi & corpus ejuſdem Saturni humatum reperit in tumulo marmoreo; Sacerdotes cujus primatum cenſuit habere.

Julius Papa. Primo anno ſui Pontificatus ordi-

navit in Civitate Atina Eugenium Epiſcopum, qui ſedit ann. 31. menſib. 9. dieb. 16. Sub hujus temporibus conſtructa eſt arca, ubi requieſcunt corpora SS. Nicandri, & Marciani juxta majorem Eccleſiam, à parte Septentrionali, quam texit plumbo: ſic manſit tempore multo: ab intus verò arcam Porphireticis, & variis lapidibus veſtivit, portiſque ferreis, æneiſque fortiter clauſit illam. Poſuit & ſupra fornicem arcæ oſſa quorundam Sanctorum, quorum nomina ignotantur. Poſuit & in veſtibulo arcæ oſſa Paſicratis martyris, in ingreſſu illius Baſilicæ. Fecit & in circuitu murum lapidibus magnis ad munitionem ejus, in modum circuli. Venerabatur autem . . . . . locus ille honore congruo & frequentatione aſſidua, quia virtus de illo exibat, & ſanabat multos. Obiit autem decimo Kal. Februarii, & ſepultus eſt in eodem loco.

Liberius. Damaſus. Duodecimo anno Pontificatus ſui ordinavit in Civitate Atina Romanum Epiſcopum, qui ſedit ann. 41. menſ. 10 dieb. 26. uſque ad tempora Arcadii Imperatoris perſeverans, cujus gladio necatus eſt, in prædicta Eccleſia B. Marci martyris in ſuburbio ejuſdem Urbis ſita, 7. Idus Septembris. Iſte ſiquidem Romanus martyr mortuus eſt ab exercitu Arcadii Imperatoris in prædicta Eccleſia ſanctæ Mariæ, quæ nunc Eccleſia ſancti Bartholomæi Apoſtoli dicitur, quæ ſita eſt in loco, qui dicitur Pes Silicis, ubi & B. Marcus recepit martyrium, & per multa tempora quievit, & hic etiam erat Epiſcopatus, quæ quoque Eccleſia in ejus honorem, & B. Mariæ dedicata eſt à ſuptadicto Maximo.

Arcadius prædictus Imperator cum filium ſuum ad regendam, & dominandam Civitatem Atinam miſiſſet agentibus nuptiis cujuſdam præclaræ virginis, in quibus nobiliores, & pulchriores totius Urbis convenerant, contigit ipſum Imperatoris filium intereſſe, qui inter ipſa gaudia nuptiarum quandam nobiliſſimam, & pulcherrimam conſpiciens puellam, ejus amori adustus in concupiſcentiam prædictæ virginis vehementer exarſit. Quam adhibitis nunciis ad concubitum ſuum, quandoque blanditiis, quandoque minis, quandoque muneribus curavit allicere. Sed virgo verba pro verbis reddens immobilis permanebat. Verum labor improbus omnia vincit. Invenit prædictus filius Imperatoris artem, qua artem deluderet. Finxit ſeſe infirmari, & gravibus doloribus cruciati, miſſo autem nuncio, prædictam puellam ad ſe venire præcepit, quæ cum ejus cubiculum ingreſſa fuiſſet, eam ad ſuum cœpit coarctare concubitum. At illa pro viribus retinens ipſe ſuis viribus virginem oppreſſit. Cujus ſceleris famam dum parentes ipſius mulieris comperiſſent, ad domum Imperatoris irruentes Imperatoris filium interfecerunt. Quod cum Imperator audiiſſet, paravit exercitum valde terribilem, & expugnavit Civitatem Atinenſem ſeptennio, quam cum minime capere poſſet, rediit Romam. At Imperator paciſcens cum Atinenſibus, poſt tempus omnes nobiles, & nobiliores ejuſdem Civitatis ad ſe venire mandavit; qui cum coram eo præſentati fuiſſent, omnes interficere juſſit; equos autem eorum, & arma aliis militibus præcepit donari, & eos coram exercitu ſuo præire conſtituit; ipſe verò ſequebatur cum multitudine ſua. Appropinquantes itaque milites prænominati ad Urbem Atinam (quia erant induti veſtimentis ſuorum, & ſedebant equos eorum) aditum intrandi Civitatem datum eſt eis. Quam cum fuiſſent ingreſſi, omnes, quos inveniebant, trucidabant. Imperator autem, nec mora ſupervenit, qui mortem filii ſui morte crudeliſſima vindicavit, in qua cæde mortuus eſt Epiſcopus ejuſdem Urbis Romanus nomine, ſimul cum Clero ſuo. Cives ſiquidem partim gladio corruentes, partim fuga evaſerunt, quoſdam verò duxere captivos, quorum hæreditas ad alienos devenit, & domos eorum ad extraneos. Imperator verò deputatis foſſoribus omnia mœnia, & muros Civitatis pariter dirui fecit. Habebat autem Civitas in gyro muros, tres portas cum viis ſuis, & turribus tres, porterulas ſeptem; magna autem porta dicebatur aurea, in qua erat Idolum Herculis, quod oportebat ab omnibus introeuntibus adorari. Hæc eſt porta, quæ eſt juxta templum Jovis, ubi nunc eſt Eccleſia ſancti Petri in vico majore, ſub qua ductus aquæ influebat. Alia porta erat ab Orientali parte Civitatis in via, quæ dicitur Balnearia, quæ erat etiam ab utraque parte murata, & deſuper cooperta. Tertia autem porta erat à parte meridiana, in via, quæ dicitur . . . juxta quam Lapis eſt Imperatoris, & multæ aliæ hiſtoriæ in lapidibus ibi cernuntur. Habebat etiam Amphiteatrum Romano opere conſtructum; habebat etiam templum Saturni, templum Dianæ, templum Jovis, & templum Junonis, Forum Antonini, Thermas Antonianas, & Balnea Imperialia. Civitas verò ad ſolum redacta multis temporibus manſit inculta.

Papa Anaſtaſius, Innocentius, Bonifacius, Cœleſtinus, Xiſtus, Leo Primus. Tempore Leonis majoris Imperatoris Atinenſes cives poſt deſtructionem, quam fecerat Arcadius Imperator, revertentes reædificaverunt eandem Civitatem, & muris fortiſſimis vallantes ipſam binas munitiones inibi conſtruxerunt, quarum una in monte iuxta palatium Antonini, altera verò in colle, qui nunc collis turris dicitur, ſita eſt. In ea verò, quæ ſurſum eſt, Eccleſiam S. Mariæ ædificarunt, in qua Epiſcopus ejuſdem urbis temporibus belli morari conſueverat. In illa autem deorſum Conſules, & Duces bellorum inhabitabant. Fecerunt & Eccleſiam ſanctæ Mariæ, quæ parva dicitur, juxta forum Antonini.

Tertio anno Pontificatus Hilarius Papa ordinavit in Civitate Atina Bonifacium Epiſcopum, qui ſedit ann. 34. menſ. 6. d. 9. In hujus autem temporibus Epiſcopium ejuſdem urbis reædificatum eſt eo opere, quouſque hodie cernitur, ibique cum clero ſuo pſalmis, & orationibus vacans quievit in Domino 7. Kal. Maii, & ſepultus eſt in eadem Eccleſia.

Papa Simplicius, Felix. Quo tempore Avianus Eremita ſuper Eufratem fluvium oratione podagras curari. . . .

Gelaſius, Anaſtaſius, Symmachus. Decimo anno hujus Pontificatus ordinavit in civitatem Atinam Vindemium Epiſcopum, qui ſedit ann. 18. menſ. 9. d. 6 Hic autem cum per aliquantulum temporis in Eccleſia ſanctæ Mariæ, quæ in Arce eſt, moratus fuiſſet, Oratorium ibi conſtruxit ſancti Onuphrii, in quo loco ob infeſtationem bellorum permanens quievit in Domino 4. id. Octob. & ſepultus eſt in eodem loco.

Pelagius Papa ordinavit in Civitate Atina Felicem Epiſcopum, qui ſedit ann. 30. d. 19. Iſte conſtruxit Eccleſiam ſanctæ Mariæ, quæ parva dicitur, & mortuus eſt Martyr à Duce Beneventano, deſtructa etiam civitate, & Eccleſia majore.

Poſt tempora verò reparata eſt civitas, & ordinatus eſt in Epiſcopatu ſuo in Eccleſia ſancti Sylveſtri, quæ ſub ejus tempore dedicata eſt, Gaudentius, vel ſicut alius Catalogus animadvertit, poſtea venit Dux Beneventanus, & deſtruxit civitatem Atinam poſt deſtructionem Arcadii Imperatoris. Poſt hæc reconciliaverunt civitatem Pinnenſes, & Furconenſes. Ipſi autem inierunt, & rogaverunt Papam Honorium, ut illis ſecundum conſuetudinem civitatis daret Epiſcopum: & Honorius Papa ordinavit in Eccleſia ſancti Sylveſtri Gaudentium.

Gaudentius Epiſcopus ſedit ann. 15. menſ. 3. ſub quo fabricata eſt Eccleſia ſancti Laurentii, ſancti Blaſij, & ſancti Stephani, quæ nunc Eccleſia ſanctæ S. Crucis dicitur, juxta Amphitheatrum ejuſdem urbis.

Succeſſu temporis Carolus Magnus Imperator conceſſit privilegium, cujus ſumma eſt.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Incipit præceptum Sedis Atinenſis, quod fecit Karolus Imperator, filius Pipini, anno quo venit Romam, ac junxit ad B. Petrum Ducatum Spoleta-

nnm, & Beneventanum, qni & dictnseſt Patricius Romæ. Prima fine hujus pręcepti Viride, poſtea Alicetum fluvium, qui dicitur Carum, Muntem Ferruginm, Panrana, Lapis Aiſedeue, Rivum Scuruſi nbi naſcitur Rapidu, Lacu Benecuſa, fluvium Berdarum, rivnm Vereclara, & fluvium Melſa.

Benedictus Papa ordinavit in prędicta Eccleſia Galdulphum Epiſcopum. qui ſedir ann. 33. Tempore Aligerni Abbatis Caſinanſis decimo octavo anno, Joannes 19. Papą de Roma profectus, venit Capuam, & rogatus a Pandulpho Principe, tunc primum in eadem Civitate Archiepiſcopum conſtituit, conſecrato ibi Joanne fratre ęjuſdem Principis Archiepiſcopo. Cui eriam tradidit cum mnltis aliis Civitatibus Epiſçopatum Atinenſem, & ordinatus eſt in eodem Epiſcopatu ab Adenulſo Capuano Epiſcopo, Leo Epiſcopus, qni vixit in Epiſcopatu annis vigintiocto. Hujus rempore à civibus conſtructa eſt Eccleſia ſanctę Mariæ in Templo Saturni; hujus etiam tempore inventum eſt corpus Chriſti Martyris Marci, qnod latuerat in Epiſcopio Atineoſi ſub altare majore, quod poſtea dedicavit in honorem ſancti Bartholomæi juxta corpota SS. Nicandri, & Marciani.

Quintodecimo anno Pontificatus Domini Leonis Epiſcopi, religioſus Comes D. Oderiſius ad hunc locum veniens, obtulit in ſacroſanctum altare per chartulam donationis molendinum unum.

D. Comes Raynaldus obtulit terram, quæ fuit Benedicti Texitorii, ideſt quinque petias terræ, & alii alia multa.

Cnm enim reſideret religioſiſſimus vir, & Deo amabilis Leo ſanctæ ſedis Atinenſis Epiſcopus, quæ ab ipſo fuerat condita, atqne benedicta, nec non & reſtaurata de rebus, quæ tunc habere videbatur, in eadem Eccleſia conſtruxit cameras, in qnibus ipſe, & ſui ſucceſſores habitarent juxta majorem Eccleſiam ab occidentali parte, fecit totam domum ubi nunc eſt cella vinaria; fecit & dormitorium Canonicorum; fecit & refectorium ad ntilitatem fratrum, fecit & coquinam cum piſtrino, & palatium ad ſuſceptionem nobilium virornm. Super hæc autem libros plurimos eidem Eccleſiæ conierens, quod ſuper fluvium credimus nominare; pallia, & ornamenta non pauca ad ornatum Eccleſiæ ſtudnit conquirere; fecit Ciborium ſuper altare majore, quod verſibus curavit ornare in circuitu ipſius laboris. Poſuit & coronnlam deauratam ſuper ipſum altare, & tres Iconas ſimiliter deauratas ad honorem Sanctiſſimæ Trinitatis Fecit & Coronulam in medio Chori, & aliam coronam æream habens in gyro turres dnodecim, in quibus duodecim ſculpti eraut Apoſtoli, quam cateuis ferreis ſuſpendit coram Crucibus in medio Eccleſię. Fecit & duos trabes ferreos, unum in Choro, & alium extra Chorum, ad appendendas candelas, fecit & Campanarium in janua Eccleſiæ à ſeptenrrionali plaga.

Tempore Victoris Papæ Secundi facta eſt congregatio Atinenſis in Eccleſia S. Mariæ.

Tempore Henrici Imperatoris urdinatus eſt Epiſcopus Atinenſis Palumbns, quo præſidente conſtructa eſt Eccleſia ſancti Augeli in Perclo, juxra Balnea in collibus Melſi, quam etiam ipſe dedicavit 2. non. Julii. Hanc liquidem Eccleſiam quidam ſacerdos Teuto nomine condidit, cum totam poſſeſſionem ſuam in circuitu adjacentem tradidiſſet, per cartniam donationis ſupra boc ſacroſanctum altare eandem Eccleſiam obtulit, atqne ſe ipſum in hoc loco ad ſerviendum Deo tradidir.

Alio quoque tempore eo præſidente Pontifice Salomon quidam concivis noſter cum filiis ſuis tradiderunt totam partem ſuam, quam habebant de Eccleſia ſancti Mauri ſita prope Mellarinum in hoc venerabili loco. Ita fecit & Aldo filius Petri presbyteri de parte noſtra, quam habebat lo ſupradicta Eccleſia in manu venerabilis Paiumbi Epiſcopi.

Sedit autem ipſe Palumbus Epiſcopus ann. 15. & ſepultus eſt juxta Eccleſiam majorem à Septenrrionali parte, prope januam ipſins Baſilicæ, quæ ibidem conſiſtit.

Eodeſuncto ſucceſſit Joannes Epiſcopus, qni ſedit ann. 12. Hic autem venerabilis Epiſcopus ampliavir muros majoris Eccleſiæ, & eam depingere fecit, Hiſtoriam veteris, ac novi teſtameuti cernentibus demonſtrans. Fecit & cruces magnas deauratas, & poſuit eas ex utraque parte extra Chorum. Fecit & domum, quæ nunc horreum dicitur, quæ eſt ſupra portas ipſius Monaſterii. Diruit etiam altaria duo, quæ erant in porticibus ipſius Eccleſiæ, in abſidis, ubi quondam idola ſteteraut, in quarum una, quæ eſt à parte meridiana, poſitum eſt corpus B. Martini Confeſſnris, & Eremitæ in ſepalchro marmoreo, cujus vita ſatis claruit actibus, ſicuț in geſtis ipſius legitur, & ejus oſſa quotidie manifeſtant. In altera vero, quę eſt à parte ſeptentrionali, conſtituit ſontem ad benedicendum in Sabbato ſancto. Obiit autem Joannes Epiſcopus, 2. id. Septembris, & poſitus eſt in porticu ipſius Eccleſiæ à parte meridionali.

Anno Domini MCLV. Alberiens Prępoſitus tertio die Martii fuit amotus à Præpoſitura; ſe ſcribebat in patentibus literis ſuis; Dei gratia, & Abbatis Caſinenſis, à quo Præpoſitus eligebatur Atineuſis.

Anno Domini MCCII. Otto Imperator Regnum Ingrediens Siculorum ſultus auxilio Diupuldi Comitis Acerrarum, quem Idem Imperaror Ducem fecerat Spoleti, & Comitis Perri Celani totam Apuliam cepir, & Terram Laboris, tradentibus ſe ſibi omnibus Comitibus, & Baronibns Regni præter Comitem Ricardum Fundanum. At Innocentius Papa Tertius Imperatorem, & ſequaces hac de cauſa eſcommunicavit, & multas civitates, ac terras Regui officio divino privavit.

Anno Domini MCCCXLIX. nono Septemb. fuit magnus, & terribilis terręmotus, itaut non remanſerit lapis ſuper lapidem, & percuſſit viros, & mulieres ſiue numero.

Anno Domini MCCCLV. Præpoſitus Eccleſiæ Atinenſis Matrhias de Salomone fecit fundsmenta Eccleſiæ ſanctę Marię Atinenſis ſubtns terram palmos vigioti.

Anno Domini MCCCLVI. quinto die Jan. apparuerunt tres ſoles in Cœlo, & duraverunt per horam unam.

In nomioe Domini noſtri Jeſu Chriſti, anno ab Incarnatione ejus Milleſimo quinquageſimo ſexto: menſe Julio, indict. 8. reſidente in Urbe Roma ſnmmo, & univerſa i Pontifice Domino Papa Victore, & imperanre Domino Conrado piiſſimo Imperatore, & Capuanam Eccleſiam gubernante Domiuo Adenulſo Archiepiſcopo. Nos Leo, divina gratia diſpenſante, Eccl. Atinenſis Epiſcopus, recto conſiderationis oculo, ea quæ ad utilitatem Eccleſiæ pertinent intuendo, ut Eccleſiaſticus ordo juſte, & pie in domo Domini vivere valear, ordinantes in mente ſtatnimus, ut Atinenſes Clerici ad Eccl. S. Mariæ ſpontè, & voluntariè pariter convenirent, & divinum ſervitium unanimiter Domino exhiberent, hoc noſtræ voluntatis arbitrinm placuit, & ipſe, à qno omne bonum proce dit, hoc ſua clemeotia tribuir, & conceſſit. Qnoniam ipſe, qui bonam voluntatem largitur, præbet & operationis pium effectnm. Convocatis igitur nniverſis Clericis una cum Domino Lando Illnſtriſſimo Comite, & noſtro advocato Bernardo pariter cum omni populo civitatis noſtræ, voluntatis arbitrium diſſeruimus, & propoſirum in mente conceptum illis omnibus viva voce aperire curavimus, ut nihil in domo Domini abſque digno conſilio fiat, quia ſcriprum eſt: omnia fac cum conſilio, & poſt factnm non pœnitebis. Patefacto denique conſilio dignum, & juſtum viſum eſt nniverſis, ne clerici per diverſa vagantes, & ſæculares curas, atque ſollicitudines ſemper gerentes in divino ſe famulatu exercere prout condecet minime poſſet. Proinde Clerici conſilio habiro quidam ex ipſis non inviti,

neque coacti ad Eccleſiæ ſervitium gratuito pectore, & ſyucera voluotate ſe coutulerunt, videlicet Theoro, Angelus, Joannes, Almuudus, Aibertus, Joannes, Leo, Benedictus, Petrus, & Joaones presbyteri, & Benedictus Archidiaconus, & Gregorius, Marcos Primicerii, Dominicus, & Atinus. Hi omnes rationabile obſequium Domiuo repræſeutaotes, ut ambularent in Domo Domini cum conſenſu, ad Altare ſanctæ Dei Genitricis ſeſe cum omnibus ſuis rebus humiliter obtulerunt. His ita peractis memoratus Comes omni popolo ſibi adjuncto una cum prædictis Clericis ſupplices nobis preces depoſuerunt, attentius exorahtes, ut tam illi, qui ſe jam ad Eccleſiæ gremium contuleraot, quam & poſteri, qui eorum fuerant veſtigia ſecuturi, noſtra diſcuſarent: quorum preces benigno pietatis iutuitu attendentes dignum eos duximas exaudirl, unde accepto, & deliberato conſilio eidem ſanctæ Dei Genitricis Eccleſiæ omnibus Canouicis ſicut præſeutibus. ita etiam & ſubſequentibos concedimus, atque douamus Eccleſiam ſancti Laurentii, ſancti Marciani, ſancti Blaſii, ſancti Sylveſtri, ſancti Petri, ſancti Stephani, & omnes Eccleſias, quas iu finibus Atioæ Civitatis conſtrui poſſuot, ſcilicet cum decimis, primitiis, & oblationibus vivorum & mortuorum. Præterea ad honurem ſanctæ Dei Genitricis, & ob reverentiam corporis Beatiſſimi Martyris Marci hujus Civitatis Antiſtitis concedimos vobis veſtriſque ſucceſſoribus omoium veſtrarum Eccleſiarum ordinationes, pariter & canonicas ſanctiooes. Coucedimus iuſuper vobis, ut quoties nos, vel noſtros ſucceſſores abſeotes fuerimus, ex noſtræ authoritatis officio poteſtatis plenitudinem habeatis, ut Epiſcopali jure Clericorum judicium iu veſtro Capitulo obtineatis, & de univerſis criminalibus, videlicet de matrimoniis diſſolvendis, vel conjuogendis, & de oppreſſionibus canonicè judicandi. Et ut hujus noſtræ paginæ inſtrumentum ſicut & à nobis, ita etiam à ſucceſſoribus noſtris firmum, & illibatum in perpetuom conſervetur, obligamus nos, & poſteros noſtros Curiæ centum libras auri componere, & hoc ſimili modo eodemque tenore inviolabiliter conſervetur. Quod ſi quis hujus noſtræ conſtitutionis decretum aliqua ratione auſu temerario iofringere, vel removere tentaverit, ex parte Dei omnipotentis, & B. Mariæ ſemper Virginis, Beatique Michaelis Archangeli, & ex parte Sanctorum Apoſtolorum Perri, & Pauli, & omniom Apoſtolorum, & B. Marci Martyris omniumque Sanctorum perpetuò eum anathematis vinculo innodamus, ut io die judicii nou reſurgat in dextera parte coronaudus, ſed cum Juda Domini traditore, & cum Dathan, & Abiron, quos terra vivos abſorbuit, ſuam ſedem accipiat. Amen. Fiat. Fiat.

Hoc ego Benedictus Notarius per juſſionem ſupradicti Venerabilis Epiſcopi ſcripſi. Actum Atinæ feliciter.

Leo Dei gratia Epiſcopus ſcripſi.
Ego Lando gratia Dei Comes.
Ego Petrus Adoni Judex.
Petrus Joanni Sergii Judex.
Ego Juborie teſtis ſum.

Hactenus Leonis Epiſcopi documentum.

Atina, ſeu Atiuum nobilis olim Civitas in Volſcis juxta Pontinas paludes, poſt Fabrateria verſus Itrum. Tarracina habet eam à ſiniſtris. Inter Colonias Romanas numeratur à Frontino; Atiua potcos, Virg. 7. Æneid. Meminit ejuſdem Cicero pro Cn. Planco, Silius, Servius, Pompuuius Sabinus, Plinius, Petrus Marſus ad Silii Italici, Leander, aliique. A ſancto Marco Petri Apoſtolorum Principis diſcipulo, primo Epiſcopo decorata, nunc oppidum eſt non admodum frequens. Epiſcopalis dignitas ſuppreſſa dicitur Innocentii III. temporibus, loco Epiſcopi iu ea Eccleſia Præpoſitus ſucceſſit ſanctæ Sedi immediatè ſubjectus; liberam dignitatem ſubſtinuit olim Præpoſitus contra Sorauum Epiſcopum ſub Innocentio VI. ex ſententia delegati Apoſtolici ano. 1354. Augoſto Menſe. Acta ſancti Marci Epiſcopi Atinatis & Martyris ſcripſit Adenulphus Archiepiſcopus Capuauus, qui auno 1044. Leonem Atinatem Epiſcopum couſecravit; quo Præſule ejuſdem Martyris Lipſana inventa fuere; unde Adenulphus (ut Michael Monachus in Capuauo ſauctuario teſtatur) officium ejuſdem ſancti verſibus Leoninis compoſuit, Eccleſiæqae Atinenſi recitandum tradidit. De Marco Martyrolog. Roman. 28. Aprilis. Baronius in notis ad eundem, de quo Petrus Bibliothec. Caſinen. in lib. de viris Illuſtr. cap. 15. & cap. 43.

Finis Chronici Atinenſis.

Ex Ughelli tomo ſecundo.

ALPHANI
PRIMI SALERNITANI ARCHIEPISCOPI
GREGORII VII. PONT. MAX. COÆTANEI

Carmina, aliaque pauca, in quibus multa ad ſacram Hiſtoriam pertinentia annotantur. Quorum exemplar ex vetuſto manuſcripto Codice literis Longobardicis exarato, Bibliothecæ Caſinenſis haud unius opera petitum, nunc primum publico donatur commodo.

VERSUS.

Alphani Salernitani Archiepiſcopi ad Pandulphum Epiſcopum Marſicanum, quos fecit ejus rogatu in laudem Beatæ Sabinæ illuſtriſſimæ Martyris, in cujus honorem Epiſcopatus ipſius eſt Eccleſia conſecrata.

PRæſul amande magis multo quam credis amari,
Aſpice compoſitum mente verentis opus.
Non ſecus ac potui, fuerant quæ juſſa peregi,
Dulcius ut referunt carmina, proſa metrum.
Vox tua me monuit, pariterque monendo rogavit
Laudes Sabinæ martyris ut canerem.
Forte quidem volui carmen vitare laboris
Obice, ſed timui diſplicuiſſe tibi.
Velle tuum novi, quod nondum poſſet amoris
Exiguo ſolvi crimine jam didici.
Non ego ſic adeo ſum mente munitus, ut ultro
Expers pertulerim muneris eſſe tui.
Res in amicitia nimis hæc laudabilis extat
Apta quidem fieri quælibet unanimi.
Barbarus eſt miſere, qui vixerit hoc ſine more
In medio Getici cui placet eſſe ſoli
Lætus ſpe veniæ tantum mihi, poſtulo, præbe
Juſſis quod fuerim tardior ante tuis.
Maxima res erat, atque meis non viribus apta,
Ardua dactylicis pangere geſta metris.
Rite tamen feci tibi quod veneranter adhæſi,
Suſtulit opprobrium vox tua nempe meum.
Ordine pro vario numeroſis legibus hymnos,
Reſpice compoſitos non ſine mole duos.
Verſibus antiphonæ binis ſunt penè notatæ
Membra quod octo tenent jure duæ pariles.
Et ſunt ter ſeptem ſicut mos exigit eſſe
Priſcus, & eſt natis conſona quæque ſuis:
Inde tibi reſtant ter reſponſoria terna
Sicut ter in his novies ter ſine labe pedes.
Conſcripſi tandem pede liber martyris artes,
Obſequio fuit hic res aliena mihi.
Profuerat ſtudium Cypriani ſæpe relectum
Optime quo fertur ſcribere martyribus.
Ardet in antiquis, ut ſtella retrograda libris,
Lumine in Eccleſiæ dat ſpeciale fide,
Fas ibi rhetoricis fuit ejus floribus uti,
Atque coloratis ludere ſæpe jocis.
Nunc licet, ut licite ſcribentibus, atque licebit,
Uſus & hic morem legis habere ſolet.
Solvi non poterit res hæc rationibus ullis,
Si non ſolvuntur cætera jura ſimul.

A Arbiter hæc ſapiens tantum diſcernere debes,
Lætitiæ poterunt ſi tibi ferre locum.
Eſto quod eſſe velis, mihi non mea cauſa nocebit;
Reſtat & hic fidæ pignus amicitiæ.
Nec timeo verbis aliorum rite refelli,
Judice dum fuero te fruiturus ego.
Tu mihi cordis apes fugiunt quibus antra Cyclope,
Ac tua non pariter pungere tela valent.
Non ego confertum virtutum munere pectus
Vidi ſic penitus, ut patet eſſe tuum.
Solus amara ſapis dulcedine nobilitatis,
Auxiliumque ſatis ferre tuis famulis.
Rurſus & iſta tui facient rata ſcripta propinqui,
Cum quibus ut ſpero te duce tutus ero.
His ego pro muro jam laſſus ab hoſtibus utor,
In quibus eſſe nihil vita dedit vitii.
Eſſe tui memores non ceſſant nocte, dieque
Pro te conveniunt ſæpius ante Deum.
Iοſtat Oderiſius lachrymis, precibus Theodinus,
Sed Transmundus agit hoc quod uterque facit.
B Cognoſco reliquos ſed ut his artibus aptos
Ore canunt ſolis vocibus, atque notis.
Proſit & hæc iſtis bonitas, quæ profuit illis,
Ut ſtudeant pariter proſpice ſolicite.
Sed tamen, ut poſſum, quos dixi prædito prorſus
Semper dum fuero, quos amo, quos timeo,
Accipe quæ potui tibi præmia ferre roganti;
Levia ſunt, placidis ſed tamen apta locis.
Ut merces tanti non ſis mihi caſſa laboris,
Tu fac implores Martyris hujus opes.
Et ſuper hæc rogito Pandulphi vota memento
More pii patris digna juvare tui.
Integra ſit pueri bonitas tibi grata Leonis,
Nec tibi diſpliceat, hunc, ut ameris, ama.
Ut tibi quo ſemper te diligat, atque libenter
Obſequium poſſit ſolvere ſæpe tibi.
Mente ſatis miti devotus in ordine vivit,
In quo perficitur cunctipotentis opus.
Nunc tibi ſint ſatis hæc, valeas, veſtrumq; meumq;
Nomina quæſitum carminis ora ferunt.
C

HYMNUS EJUSDEM

In laudem S. Sabinæ.

PRæbe Chriſte canentibus
Munus lætitia Martyris, ut tuæ
Sabinæ ſacra præmia
Promantur pariter vocibus, & lyra.
Claris orta parentibus,
Pollens eximii conjugio viri
Præſtanti ſacie nimis,
Morum plena ſatis, dives opum ſuit.
Hanc virgo monitis ſuis
Seraphim probe fecerat idola
Toto corde relinquere,
Factorique ſuo credere concite.
Sprevit jura potentium,
Durum non timuit ſupplicii genur,
Sed præbens gladio caput
Centenæ merito frugis adit gradum.
Sic in morte ſemel ſuos
Abſcondens oculos ſemper ovans videt,
Solis perpetui jubar
Nunquam deficiens hujus erit dies.
Felix orbe potentior,
Quæ cœlum recipit ſanguine pro ſuo,
Cui merces paradiſus eſt,
Vitæ deliciis moribus affluens.
Illic purpureus roſæ
Flos, & nardus ineſt, vernat amaranthus,
Floret cum violis crocus,
Spirant thura, thymus, lilia, balſamum.
Hymnos angelici chori,
Condignum reſonant carmen Apoſtoli,
Pſallunt quam bene Martyres,
Et plectro ſeriunt tympana Virgines.
Salva ſancta perenniter
Horum quæ medio pſallis in agmine,
De quo jam ſpecialiter
Marſorum petimus munera reſpice.
Locus æterni, ſalus, honor,
Virtus, imperium, lux ſine termino
Rex regum tibi Chriſte ſit,
Et cum Patre Deo, Spiritui ſacro. Amen.

Item alius Hymnus in laudibus ipſius,

AD Patris decus optimi
Cordis vocibus intimi
Sabinæ celebres chori
Laudes pangite martyris.
Cœli ſcandit ad arduum
Sanctorum vice martyrum.
Et Regis ſibi filium
Junxit fœdere Virginum.
In cujus diademate,
Gemmæ more hyacinthinæ
Summis pro meritis nitet,
Quæ Chriſti meruit fide.
Cœleſtis ſibi dignitas,
Divo ſanguinis indita
Novit ſolvere præmia
Metæ temporis inſcia.
Ejus gloria circulos
Semper præterit annuos,
Quæ tanto fit amatior
Eſt quanto pretioſior.
Mundi deliciæ tetrum
Mortis poſſideant locum,
Cujus ſupplicii genus
Vitæ ſit dare præmium.
Ora pro famulis tuis
Martyr germine nobilis
Multo nobilior magis
Sacri ſœnore ſanguinis.
Moles diſſipe criminis
Finem poſce periculis,
Et mortis ſebre languidis,

A Da munus valetudinis.
Noſtris inſere mentibus
Chriſto reddere debitum,
Ne nos ſortia judicum
Perdant jura potentium.
Præſta conditor optime,
Qui cum Patre Deus manes
Cum ſancto quoque Flamine,
Qui regnas ſine termine.
Amen.

In Sancti Mauri Abbatis Metrum Sapphicum.

Hendecaſyllab.

QUid tuo nobis potius placere
In die debet, tibi quam decoris,
Fortius niti precibus, vel hymnis,
Optime Maure?
Tu ſacris quondam puer inſtitutis
B Mſximum vitæ ſtudium perennis,
Unde præclaris rutilas triumphis,
Hic didiciſti.
Es memor quantæ fidei fuiſti,
Cum tuos mollis tulit unda greſſus
Excito curſu Placidum proſundo
Fonte levaſti.
Illud eſt inter tua ſigna valde
Dulcius nobis, quod, & hac in arce
Languido greſſum, ſimul & loquelam
Reſtituiſti.
Hic viam longe poſitus videbas
Palliis ſtratam, ſacibus coruſcam,
Quam Pater cœlum Benedictus olim
Noſter adivit.
uod tibi quondam fieri petebas
Lege ſub qua nos modo regulari
Graviter vivens prece da perenne
Vivere nobis,
I ſe Fundator placidæ quietis,
C Hujus hoc tecum faciat rogamus,
Nam quod optamus, bene ſi velitis;
Ferre poteſtis.
Velle det vobis pietatis auctor
Rex Deus, cum quo ſine fine regnet
Filius compar, ſed & utriuſque
Spiritus almus. Amen.

Item ejuſdem Metrum.

GAudere fratres nos hodie decet,
Et quæque cordis triſtia ſpernere
Summa beati lætitia viri,
His, cujus odas pangimus organis.
Hæc illa lux eſt qua ſubiit polum
Mauri ſolutus corpore ſpiritus;
Sic regis acta militia ſui
Tantæ quietis præmia pertulit.
Cœleſtis aulæ factus œconomus,
Præſtat benigne digna petentibus,
Qui noſtra ſumpto mox ſibi munere
D Illuſtret almo pectora lumine.
Hic Arderadi membra miſerrime
Colliſa caſu protinus integre
Sanavit olim, cum ſua ſeculo
Fulgebat omni mens ſimul, & caro.
Fracto medelam de pede Sergio,
Lumenque cæco præbuerat Lino
Senſu carente ſuſtulit a nece,
Ejuſque vixit mortuus ad precem.
O Maure felix quæſumus utere,
Quo jam ſolebas, & modo plenitur
Noſcat Caſini dulce ſolum tibi,
Quid tanta poſſit gloria quam civis.
Fac quo rogatur nunc tua charitas,
Nam juris hoc dat legibus æquitas
Debere quemquam pro patria mori
Tu vive, ſed nos vivere fac tibi.
Quatuor ultimi deſiderantur verſiculi, & Hymni concluſio.

In S. Matthæi Apoſtoli.

APoſtolorum nobili victoria,
Et retributa pro labore gloria
Cœli, ſolique læta ſit reſpublica,
Ut ſumma laudum conferent præconia
Quibus decora mater eſt Eccleſia.
Hic eſt Senatus, Rege qui cum gloriæ
Die ſupremo præſidebit arbiter
Ad judicandum omne ſemen Iſrael,
Cujus poteſtas novit altas claudere
Seras, iterumque clave linguæ pandere.
In hoc beato principum collegio
Matthæus almo gloriatur præmio,
Qui mox relicto merito negotio
Chriſtum ſecutus ejus a primordio
Humanitatem ſcripſit omnibus prior.
Auriga currus primus eſt mirabilis,
Servat Phiſonis & figuram fluminis,
Evangeliſtis cui datur præ cæteris
Formam ſupremæ ferre pulchritudinis;
Nam ſolus ex his eſt homo notabilis.
Trina refulget dignitate munerum,
Refert ut omne concinendo ſeculum,
Evangeliſta, martyr, & Apoſtolus.
Quod tale nulli de ſuis conſortibus
Videtur unquam contigiſſe præmium.
Gentes propinquo ſolis uſtas climate,
Intuſque tinctas criminum fuligine,
Ne mortis atra vergerent caligine,
Nitere fecit mente, dum fideliter
Signis, & almo liberavit famine.
Matthæe grates debitas Apoſtole
Digne tuorum civium jam ſuſcipe,
Quos fac ab omni eſſe tutos crimine,
Ut ſe futuro ſentiant examine
Tali patrono paruiſſe ſtrenue.
Sit Trinitati ſumma laus, & gloria,
Salus, honorque perpes, & potentia
Simplex, & una gen. . . . æternitas,
Et quam creata confitentur omnia,
Per cuncta ſemper ſeculorum ſecula.
Amen.

Item alius ejuſdem.

LÆtare mater, parturis quæ filios,
Fœcunda Ugo ſemper, & puriſſimos
Quos lympha partus edit, atque ſpiritus,
Tibi per omnes motiones temporum.
Primum ſalutis tam ſacro myſterio
Apoſtolorum fulgis ex collegio,
Nites & ejus inclyto certamine,
Cui dat triumphos laudis mundus hac die.
Eſt hæc Matthæi nobilis feſtivitas
Modos ſonantes dulce die Eccleſia
Lyras, ut omnes fiſtulas, & tympana
Præcellat a te cantilena condita.
Utaris idem fac tuis Apoſtole
Loco Magiſtri, voxque ſi quid diſſoni
Sonat canente plebe, claro dogmate
Tibi decenter at placet ſic corrige.
Tu prava quorumdam dęmonum ludibria
Magis peracta clarius detexeras,
Qui damna mortis pertulere peſſima,
Quibus latenter tot reos effecerant.
Utraque lapſam morte Regis anicum
Oratione ſuſcitaſti filium.
Poſt hæc tyrannum dum refutas Irtacum
Hoc martyr aſtra ſcandis, hinc Apoſtolus.
Evangeliſta glorioſe numerum
Acceptione dedita, jam quæſumus
Cœleſte Regnum impetra fidelibus,
Quorum videris hoſpes eſſe ſedulus.
Cum Patre præſtet hoc ſuperuus Filius
A Sanctus, ſimulque pariliſque Spiritus,
Quibus ſit omnis laus, honorque debitus
Perpes poteſtas abſque fine temporum. Amen.

Alius ejuſdem.

ADeſto ſancte Spiritus
Nobis tuas canentibus
Laudes in hac Apoſtoli
Feſtivitate nobili.
Quem pro lucri cupidine
Foro vacante ſedule,
Ex publicano protinus
Facis replens Apoſtolus,
Hic languidis pectoribus
Peruſtione criminum
Verbis medelam præbuit
A te ſibi jam creditis.
Lavit ſacro baptiſmate
Regem ſimul cum conjuge,
B Quorum potenter filium
Reſuſcitavit mortuum.
Sermone juſto nuptias
Confuderat tyrannicas,
Pro quo decorus laurea
Martyr polum tranſcenderat.
Concede jam Paraclite,
Ut nos in iſto tempore
Poſſimus omnes libere
Ejus triampho vivere.
Tuæ refertur gratiæ
Noſtræ quod idem patriæ
Civis, paterque dicitur,
Quod & patenter creditur.
Summo Parenti gloria,
Et Filio victoria,
Tibique laus ſit debita
Per ſeculorum ſecula. Amen.

C *In ſanctorum Martyrum Fortunati, Gaii, & Anthes.*

SAnctis martyribus laus, bonor, & decus
Qui cœli Domino ſanguine proprio,
Sacrati ſuperæ militiæ vicem
Invicta retinent fide.
Conflictus validos ferre viriliter,
Hoſtiles cuneos frangere fortiter,
Certavere ſui corporis obice,
Ut poſt funera viverent.
In regis poſiti nunc diademate
Stellarum potius lumine præfulgent;
Donativa ſuis militibus dedit
Chriſtus Filius hæc Dei.
Ex quorum numero ſunt quibus optime
Gaudet plebs hodie cantica promere,
Plebs laudi; noſtra piæ tanta velut decet
Hujus lumina patriæ.
Fortunate tuir atere proſperis
Rebus cum meritis cui nota nominis
D Concordat pariter, noſque tua prece
Da gaudere perenniter.
Et tu Gaie bonis moribus annue
Nobis aſſidue corda retundere,
Et quod nunc petimus, ſumere poſtea
Nos feliciter adjuva.
Anthes perpetuo lumine ſplendide
His & par merito jure nec ultime
Communem Dominum fac totiens roges
Pro nobis, quoties potes.
Hoc nobis Deitas Rex tua conferat
Diſcordem numeris, congeriem ligans
Ut tecum ſtabili pace per omnia
Vivamus tibi ſecula. Amen.

Item alius de eiſdem.

SAlve dies tuotibus
Noſtris dicata laudibus
Inſignis, & virtutibus

Sum-

Summis decora Martyrum.
Qui rite temporalibus
Dum ſempiterna prȩferunt
Mucronis ictu concite
Chriſti probantur milites .
Sunt mira quæ poſt tranſitum
His contigiſſe creditur.
Aves eorum corpora
Cuſtodiebant ſplendida .
Obſeſſa dire patria,
Et pene morti tradita ,
Manſit repente libera
Horum quidem victoria .
Secura jam concivibus
Sancti Salerne dulcius
Præbe tuis victoribus
Laudis novæ præconium
Hi ſunt quibus ſæpiſſime
Te gratulari condecet ,
Quorum putaris munere
Metu repreſſo vivere.
Hoſtes tibi viſibiles
Pellat, & iovifibiles ;
Augmenta pacis præbeaot ,
Summæque vitæ præmia.
Summo Parenti gloria ,
Natoque ſit victoria ,
Et Flamini laus debita
Per ſecnlorum ſecula . Amen.

De ſancto Nicolao.

REx Regum , Dens omnium,
Sanctorum decus , & gloria , qui duces
Sacræ militiæ novis
Semper muneribus perſpicuos facis .
Ornas & diademate
Regni perpetuo quo pariter frui
Tecum vixiſſe tempore
Ante principii conſtitit ut diem .
Adſunt unde celebria
Horum ſeſta piis laudibus annua
Cum mundus ſua præmia
Per dimenſa ſui climata prædicat.
Te poſcentibus aonue
Uti dulciſonis cantibus
Nicolaus adit ſydera fulgidus

. .

In quarta puer hic ſemel ,
Et ſeata feria ſuxerat ubera ,
Quod mirabile prandium
Contractum minime te ſine creditur.
Tranſactis puerilibus
Annis Eccleſiæ limina ſæpius
Obſervans patrimonii
Hæredem fieri te voluit ſui .
Auro noo modico viri
Sedat pauperiem, quam patitur miſer
Stupro germine nobiles
Tres à ſe genitas tradere Virgines .
Hoc Myrea Metropolis
Digna promeruit præſule pro ſui
Quem divina fidelibus
Vox audita tuis ſignat Epiſcopum .
Compulſus precibus matis
Compreſſit citius grande periculum,
Et ponto prope ſubrutos
Tranquillo penitus reſtituit loco .
Nautis oil minuit , datum
Aoguſto ſancis in tempore triticum,
Sed per juge biennium
Cunctis hoc fuerat copia civibus.
Hoſtis fraudibus obvians
Verſuti pelago vas oleum ferens .
Effundi jubet ocyus
Quod combuſſit aquæ materiam diu.
Poſt pœna capitis reos
Tres a morte viros eripit impiger, .
Cujus oamque potentiæ

A Et clauſæ biſores ſponte ſua pateot ,
In ſomnis modo Cæſarem,
Exarchumque modo territat acriter,
Et valde poſitus procul
Pellit parta trium funera principum .
Nicolae ſalutifer
Et tutor ſamulis eſto perenniter
Cunctis te celebrantibus
Hoc feſto placidis cum tibi laudibus.
Te mirabiliter colit,
Laudat, magnificat Græcia nobilis;
Immo totius orbis hæc
Gaudet meta tibi muneta ſolvere .
Mundi Roma caput tuis
Æqualem celebrat ſemper Apoſtolis,
Cujus crebra juvamina
Non multisprecibus quærit,& imperrat.
Quis non duceret hunc diem
Feſtum plus reliquis, cum genitoribus
Natus reddit ab hoſtibus
B Raptos ad varii ſervitii jugum .
Ponti multiplices ſinus
Obſervaos facili cum prece poſceris.
Tempeſtatibus horridis
Submerſis miſeros navibus eripis .

In eadem ſanctȩ Chriſtinȩ .

VIrgo dicata Deo nobis Chriſtina faveto ,
Sit decus , atque quies omnibus iſta dies.
Plebs bene docta nimis tibi landibus inſtat amicis ,
Poſſit ut auxilio tuta manere tuo.
Tu patriæ legis mores oihil eſſe fateris ,
Ut doceas comites , quæ ſit habenda fides.
Idola confringis , præſectum dogmate vincis ,
Eſſe Deum credens , qui ſuper aſtra ſedet .
Flagra , rotam , gladios primum depellis acutos ,
Poſt pelago merſam te dedit unda foras .
Sed pater infidus miſer occidit hoſtis iniquus ,
Ipſe quidem periit , te Deus eripuit .
C Frangitur olla ſatis conſerta liquoribus atris ,
Aurea deluſi ſolis imago ruit .
Hoc male turba ferens ad judicis intonat ædes ,
Fit rens in cauſa cenſor & ipſe tua .
Tradiderat diri flammis tua membra camioi ,
Quæ tamen , ut voluit , perdere noo potuit .
Occubuit Marſus Serpentum morſibus aptus , .
Nomine ſed Domini reſtitit incolumis .
Inde cares lingua , truncaris utraque mamilla ,
Inficeris jaculis , ſic celer aſtra peris .
Ergo doce Virgo cœleſti docta magiſtro ,
Quid tua plebs faciat quo civis ut veniat .

In eadem .

INtemerata fide noſtræ ſuccurre ruinæ ,
Ipſe dedit vires, cujus amore viges .
Tu patre contempto Regi conjuncta ſuperno ,
Jurgia derides, verbera nulla times.
Et quia te Chriſtus Salvator poſſidet intus,
D Ira, furor, gladius oil valet exterius .
Juſſa ducum ſpernis, temnis præcepta parentis,
Sic ſervat ſpoolam Rex in agone ſuam.
Æſtuat Urbanus , fremit Idion , & Julianus .
Arma pudicitiæ quis ſuperare poteſt? (dis,
Sed quia mente colis Chriſtum , quem nomine pro-
In fragili ſexu fortis ineſt animus .
Cœlitus igniti ſtigeſcit flamma camiol .
Virgineum corpus non retinet pelagus .
Non rota , non ferrum, non ſpicula mille furentum
Immutant animum Virgo beata tuum .
Virgineis precibus juvenis de morte reſurgens
Ætherei Regis ſubditur imperiis .
Quid Juliane facis? quid cenſor inique moraris?
Victus es , ut video, pectore fœmineo.
Perfice quod reſtat, tempta quod durius extat .
Non ceſſet feritas, non vacet impietas .
Aufer adhuc linguam,miſer auſer utrâq.mamillam;
Sed ſi ooo loquitur, mente Deo fruitur,

Nos tibi commiſſos Chriſtiana piiſſima virgo
Protege perpetuis, poſcimus, auxiliis:
Affluat in nobis æterni munus amoris,
Quam colis, ad patriam grex tuus, ut veniat.

In eandem.

VIrgo ſidereis ardua ſedibus
Te Chriſtiana tuis inſere plebibus,
Ut poſsint placido nunc tibi pectore
Laudis munia ſolvere.
Tu patris rutilo ſplendida germine,
Sed multo melius moribus & fide,
Dum caſtu reſugis corpore ſæculum
Acquiris comitem Deum.
Cujus juſſa probis actibus exequens,
Quem ſævis ducibus prodere non times,
Contemptis valido pectore ſurtius
Pœnarum genus horridum.
Quæ, vei quanta quibus prælia geſſeris.
Ignis cum gladiis, ſuſtibus, & rotis,
Vinclis, verberibus, cumque ferocibus
Telorum probat ictibus.
Jam ſuprema poli quæ penetras loca,
Nobis ut pateant, hoc prece ſac tua.
Et ſemper memorum, ſi memoraberis,
Felix eſſe memor velia.
Sic nobis Deitas Rex ıua conferat,
Diſcordem numeris conger.em ligans,
Ut ſecum ſtabili pace per omnia
Vivamus tibi ſæcula.

In eandem

FOntem perennis gratiæ
Præbe, quod es, Jeſu pie,
In laude tantæ virginis
Pro te paratis ſervulis.
Hæc namque primum nomine,
Poſt ıe notarat dogmate,
Sic Sponſa ſponſi gloria
Apte frui decreverat.
Eaoia pompas ſæculi
Te forma quæſivit boni,
Qem fixa telis horridis
Laudare nunquam deſiit.
Nunc grata carpens gramina
Inter roſarum germina
Gemmis micantem ſulgidia
Geſtat coronam luminis.
Vere perauctis fructibus
Semen reduxit centuplum,
Cum rite fuſo ſanguine
Talis tibi lux parta eſt.
Per ſæculorum ſæcula
Patri ſupremo gloria,
Virtus tibi ſit Filio,
Cum Spiritu Paraclito.

De S. Petra Apoſtolo.

ALma dies rutilat toro celeberrima mundo,
Sanguine quam proprio Petrus decoravit in ævum.
Ardua purpureis tinguntur templa triumphis.
Laus manet æqualis numero librara duali,
Ecce ratis pleno confertur concita velo,
Credula falcato jam bellua carpitur hamo.
Auxiliare tuis pater Archiapoſtole ſervis.
Noſque Deo caute ſinuoſis retibus affer.
Imperio Chriſti dum rete, ratemque relinquis,
Claviger in cœlis, terris piſcator haberis.
Eſſe Deum credis, quem miſcet turba prophetis.
Unde manes clarus Petre princeps Eccleſiarum.
Fallitur incautus te tanto milite Malchus.
Cum piger immiſſum ferientis ſuſtulit ictum.
Tu quoq; reſpondes, cum vos genus arguit omne,
Impetus iſte meri non eſt, vel ſermo Jobelis.
Poſcit opes claudus, nec habet, quia defuit aurum,

A Nomine ſed Chriſti greſſum illi reſtituiſti.
Ut Simon abſcedit deſunctus vivere cœpit.
Fit ſua nil virtus; ſtat Simun Simone victus:
Pervulat ille miſer, cœlos ſe dicit adire,
Altius unde cadit ſibi deficientibus alis.
Peſtiſer eatinctum poſtquam Nero cernit amicũ,
Te cruce dando mori, cœleſtibus adderis oris.
Jam cape Romanum conſul, Cæſarq Senatum.
Ecce tibi cunctus ſervit ſub ſidere mundus.
Omnibus humanus ſamulis ſis Petre rogamus,
Atque potens noſtri, totique ſalutiſer orbi,
O Deus æterni Genitor clariſſime verbi,
Da meritis Petri nos ſcandere mœnia Cœli.

De ſancto Benedicto.

AUreo ſolis radio perenuis
Hac die totus decoratur orbis,
Ut ſuis felix Benedicto feſtis
Clarior adſit.
Bella mirandis opulenta factis,
B Signa virtutum ſpeciale munus
Regulæ, præbent ſibi ſempiterno
Tempore laudes.
Claret ætatis teneris ab annis
Moribus quibus vitam ordinaſti
Cum voluptati dederis nec ulli
Intima Cordis.
Deditur tanto prius id triumpho.
Vas quidem fractum muliebre damnum,
Quod puer ſanum prece lacrymuſa
Reſtituiſti.
Exhibens ſanctum celer inſtitutum
Arctius ſummis ſtudiis relictis,
Rebus & patris fugis, & ſalubri
Velle bearis.
Foveras antro tua membra parvo
Menſibus verſis novies quaternis,
Quo manens nullis hominum, ſed uni
Notus haberis.
Grata divino tibi feſta nutu
C Conferunt paſtum latitans videris,
Fama fit, vulnus perit omne mentis
Vulnere carnis.
Hinc cujus ſignum vitreum veneni
Poculum frangit, vaga mens ſugatur
Virgulæ tactu, fluit è cavato
Marmore lympha.
Inſilit ferrum capulo reverſum.
Mollis humanos regis unda paſſus,
Qua tuam raptus Placidus melotem
Cernere fertur.
Karus horrendam tulit ales eſcam,
Fles nimis ſontis nece motus hoſtis;
E loco cedens ſolito petiſti
Liris amœna.
Lubricus ſtrata ſurit anguis ata,
Aggravat pondus, ſtrepit igne ſalſo.
Sed nihil contra valet inchoatum
Ferre laborem.
Membra collapſo laterata muro
D Sana redduntur, patulo probantur
Fratribus ſurtim male facta, Regis
Panditur actus.
Noxa libantem necat, & ruina
Sedis electæ patet, obtinentur
Spiritus, rapto latitare vino
Cernitur hydrus.
Objicis fratri quod inane fecit.
Inſpicis mentem penitus rebellem.
Copiam prodis, gravidiſque ſomno
Conſulis index.
Perfidos tellus procul egit artus.
Siſtit errantem draco, ceſſit ulcus
Regium nummi ſubiere, ſugit
Horrida peſtis.
Quod cadit vitrum patet eſſe ſalvum.
Vaſa producunt oleum, Chelydras
Pellitur dextra, manumque loca
Viſio ſolvit.

Red-

A Reddito vitæ puero, ſubire
Cœlicas ſedes animam ſororis,
Et velut ſolis radio ſub uno
Omnia cernis.
Scandis ardenti ſacer orbe præſul.
In via cœlnm ſacibus coruſca,
Quando ter ternis tribus & Kalendis
Iuſtat Aprilis.
Te canit lætus chorus Angelornm
Patriarcharumque, & Apoſtolorum,
Et Prophetarum meritis ab omni
Parte beatum.
Ut ſit hujus plebs memor iſta laudis,
Hic ames dici pater, hanc decenter
Si doces, laute reſove, polumque
Scandere præbe.
Chriſte devoti pretium laboris,
Couſer iſtius prece nos juvari,
Cujus exemplo peritura ſœdi
Liquimus orbis.
B Hymuus hic noſter Benedicte princeps,
Sic tibi ſemper placidus, tuorum
Qui ſalus es, lux, decus & perennis
Laus monachorum.
Meta cœleſtis pretioſa Regis
Te ſacit veris celebrem trophæis.
Unde nos ſemper petimus frequentes
Nocte, dieque.
Doxa ſublimi maneat Parenti.
Ejus & ſacro diadema Nato.
Et tibi virtus utriuſque compar
Spiritus alme.

Sequens Hymnus ejuſdem Auctoris

Senariolis conſtans, de virtute humilitatis, ſuperbiæque vitio tractare videtur, qui quidem eſt ſatis elegans, ſed in eo pangendo, more comicorum, multa utitur pedum licentia. Dolet autem mihi reperiſſe in eo quaſdam dictiones vitio ſcriptoris corruptas, quas corrigere nequivi.

C GAudete juſti, mites, & pacifici,
Et omnes recti corde gloriamini,
Semper manentis poſſeſſores bravii.
Filii Dei, conſpectores Domini.
Sic ordo ſacri teſtatur eloquii.
Iu nobis quidem ſanctus ille jugiter
Spiritus pietatis, ſapieotiæ
Et intellectus, timoris, ſcientiæ
Conſilii, fortitudinis reſider,
Largiter ſatis nnumquemque imbuens.
Inenarranda Domini eſt pieras,
Qui tantnm corda diligit humilia,
Ut ea repleus ſeptiformi gratia
Spiritus ſui condat habitacula,
Cujus eſt ſructus gaudium, pax, caritas.
Steruit elata, ſundit arrogantia.
Brachio ſuo conterit præluſtria.
Sic quondam ſumma redimitum gloria,
D Pro ſola tantum angelnm ſuperbia
Felicitate repnlit perpetua.
Qui tam ſormoſus, & decorus extitit,
Ut nihil intra Paradiſnm Domini
Æquari poſſet ejus pulchritudini.
Piatani, cedri vertex ac abietis
Frondibus ejus non ſuit æquabilis.
Similitudinis Dei ſignaculum
Erat decorus ſpecie prænimius.
Cujus in veſte fulſerat carbunculus,
Sapphirus, jaſpis, ſalius, chryſolithus,
Smaragdus, onyx, berillus, topazius.
Infelix homo, quid, cum ſuperbierit,
Elatiouis crimioe paſſurus ſit,
Si juſtus judex veniam non tribuit,
Cui claritatis tantæ lumeu intulit,
Ut rite cunctis præſerreutnr Angelis.
Sed ſelix ille, quem res iſtæ poſſident,
Meus bona, pectns pnrum, vita iuuocens,
Cujus In cœlo merces orbe major eſt,
Et nomen ille magnus liber continet,
Quem ante tempus ſcripſerat omnipotens.
Illic divinæ pietatis munere
Vosoderis...tudine,...tras mudule.
Conſcriptis vitæ fulgitis charactere.
Apoſtolorum chorus hinc, & martyres,
Et confeſſores exultant, ac virgines,
Poſtquam finita ſtatione ſeculi,
Vos ſcriptos idem antiquus citaverit
Cœlornm regni claviger mox aperit.
Regis æterni Virgo mater excipit,
Et ſtatim choris ſociat angelicis.
Sanctorum omnis coucinit exercitus.
Jubal eſt primus in choro canentium.
Pulſat Maria ſoror Aron tympanum.
Rex autem David perſonat pſalterium.
Et Benedictus regulare præmium,
Cernit inſignes legis ſuæ dogmate,
Inter ignitos, & condenſos lapides
Nitore miro coruſcare pariter
Miratur opus, & laudat artificem.
Inde ſcholarem rimatur originem.
Accedit Maurus, Honoratus, Placidus,
Et Conſtantinus, Fauſtus, & Simplicius.
Beato Patri omnes ita reſerunt.
Quos ſic miraris ex Caſino prodeunt.
Nos expolivit noſter Deſiderius
Cui pater almus grates ſert innnmeras,
Eique digna præmia pronunciat.
Auctorem rerum omnium expoſtulat,
Ut in ſuperna Angelorum gloria
Sibi cum illo coogaudere liceat.
Inter hæc vobis Seraphin micantia
Sanctus, & ſanctus. ſanctus proclamantia
Inæſtimanda conſerunt tripudia,
Canere jubent canticorum cantica,
Ut illa qnater triginta ſex millia.
Citharizantes cantico virgineo
Decenter agno pſallitis purpureo.
Laudatis eum in choro, & tympano,
Cantatis ei in chordis & organo,
Cœli terræque jubilatis Domino.
Cujus effecti gloriæ participes,
Jam precor ſitis mei ſemper memores.
Sic enm mihi facite placabilem,
Ut me digoetur ſupetis conjungere,
Unde vos poſſim vel louge reſpicere.

De Caſino monte.

MOns bone ſalveris pacis dator, atque quietis,
Qui facilis regni via crederis eſſe ſuperni.
Tu lapides illos ſervas in pectore fixos,
Aula quibus cœli conſtructa notatur haberi.
Quanta tibi bone Chriſte ſua
Factus imagine debet homo,
Vis animi penetrare nequit,
Lingua retexere nec poterit
Ullius arte magiſterii.
Rhetoris interit officinm,
Finis & ars ſtudioſa perit,
Nec ſua dogmata philoſophos
Plus ſatis ingenioſa juvant,
Se quibus omnia ſcire putant.
Creditor hæc numerare vales,
Quem data præmia nulla latent.
Tu lucra ſolus & exigere,
Cedere qni ſacis Imperio,
Quidquid habetur in orbe ſuo.
Hiſque tua pietate ſibi
Contuleras potiora nimis.
Nam ſaceres ut in arce poli
Hunc tibi participem fieri,
Paſſus es in cruce ſponte mori:
Illius inſuper ad decus eſt,
Forma tibi quia carnis ineſt,
Qua rutilas Patris in ſolio
Edite Virgine jure novo,

Et Deus omnipotens, & homo
Civibus hactenns hæc ſuperia
Vilis erat ſpecies hominis,
Nunc quod babent hominem dominum
Hanc venerantar, & obſeqnium
Commoditata pia ttibuunt.
Graviter hos, ſimul nt maneant
Perpetua quoque pace ligas
Unde poliqne, ſoi-que tua
Una videtur, & eſt patria,
Res ubi pnblica tanta micat.
Lege ſed bæc poſita fruitur
Infima pars, nt in alterius
Gaudia tranſeat, immo ſuum
Sumere jam valeat bravium,
Perdiderat, quod Adæ vitium.
Præterito vitiato modo
Nnlla manet ſine labe caro,
Crimine labitut aſſiduo:
Rurſus, & ipſe refugit homo.
Sic habet ex fide merito.
Pœna modo datur ex ſcelere,
Gratia redditur ex opere,
Nempe bono neque militiæ
Splendida quiſque poteſt aliter
Te Duce ſigna movere tuæ.
Dantibus his operam ſtudiis
Vivere das operam multiplici.
Cumqne nec omnibus una ſatis
Regula ſit tamen officii
Hujus erunt habiles meritis.
Virginibus, viduiſque, viris,
Conjugibus, ſimul atque ſacris
Ordinibus patet aula poli.
Pius operantibus ac monachis
Notior hæc ſolet eſſe magis.
Ecce Caſinus abundat eis,
Mons venerabilis aula Dei.
Mons Syon altera Dnx fidei.
Mons, ubi jnra Deus populo.
Scsipta ſuo tribuit digito.
Tu ſapientia ſumma Patris,
Qui dubio ſine cuncta ſapis.
Da facies, ut amœna loci
Hujus, ut eſt, referatur eo,
Quod tibi complaceat, ſtudio.
Scire volentibus hoc animus
Fert modo dicere, nam reliquum
In bonitate tua remanet,
Qui ſamulantibus hic merita
Multiplici pietate paras.
Italiæ jacet in gremio
Montibus obſita planities;
Pampinus hanc viridis decorat.
Eſt nemoroſa parum, ſed aquis,
Fluctibus & variis celebris,
Rebns in omnibus hæc locuples
Indigenis, ſed & hoſpitibus
Eſt locupletior, hinc etenim
Eſt iter Urbis Apoſtolicæ,
Totius orbis adbuc Dominæ.
Collibus ejus oliva decens,
Cedrus, & alra cypreſſus ineſt.
Cætera partibus arboreæ
In ſua lyris amœna ruens,
Et rigat, atque rigando ſovet.
Mons ibi Caſini nomen habens
Omnibus eminet, ipſe quidem
Pectore mœnia priſca nimis
Pertulit, in quibus ara fuit,
Qua perhibetur Apollo coli.
Hic patet ante monaſterinm
Conſtituit Benedictua, habens
Pignora luminis ætherei,
Plebs qnibus inſcia dæmonicis
Eriperetur ab opprobriis.
Sed Patris omnipotentis idem
Judicio rnit, eximie
Poſtquam refulſis, & hinc cecidit.

A Inde domus renovata diu
Manſit in his quoque temporibus,
Qnod bene condita non fuerat
Caſibus agnita ſigna dabat.
Poſtrema pars hujus hymni deſideratur.

Cantus in laudem beatæ Margaritæ virginis, & Martyris.

SI ſua vaniloquo tnmefactns carmine mandns
Facta refert, num noſtra manus torpere vale bit,
Ne pulſet cum voce lyram, dum cœlica narrat?
Ergo age vox omnis, quæ cantat verba choreis
Vana cadat, ludos omnes proſcribat inanes
Noſtra Chelys, ſed diva ferat. De civibus ora
Antiochena olim magni prodaxit in orbem
Fœminei generis tntilans jubar. Illa meretur
Baptiſmo mundata Dei non eſſe parenti
Chara, ſed hinc Patri piacuit magis illa ſuperno,
Pnlchraque cœlicolas traxit nimis, atqne caducos
B Margarita oculos; inhoneſto lumine præſes
Inſpicit oblatam quærens mulcere puellam;
Dumque negat calido ore fidem ſecura fatetur.
Ille minis mollem credens impingere mentem,
Invenit in tenera pectus latitare virile
Virgine, non poterat tenebroſo carceris antro
Vincere. Non virgis carnem ferientibns, unde
Sanguinei cutrunt rivi, nec pectore traxit
More puellarum ſuſpiria: jungitur illis
Ungula quæ laceret denudans oſſaqne pandat
Viſcera plus poterat fortis ſufferre malorum,
Quam manus inferret mentem miſerata manētem.
Clauditur in tenebris, radius quos pellit ab alto.
Hoſtis adeſt ſpecie, & vaſti terrore Draconis
Mollitur, victuſque fugit, ſed ad altera tendit
Inveterata doli figmenta, ac vincitur inde,
Dum pede virgineo collum calcatur inane,
Nec licuit repeti ſine nntn virgin s umbras.
Ducta dehinc conſtans dum ſpernit ſacra Deorum,
Jungitur exurens lateri pro vulnere lampas.
C Sed caro dum patitur, mens prorſus ad alta levatur,
Cumque ligata datur dolio ſua vulnera rumpi
Senſit, ob hoc populi voceſque ad ſidera tolli.
Confeſſique Deum cœlorum munera ſumunt.
Denique ne populus in Chriſtum crederet omnis
Ad loca ſanguinei juſſa eſt certaminis ire,
Emiſſæque precis poſt ſacra oblata feritnr,
Et earo dum jacuit, mens ejus in ętbera fertur.
Explicit cantus beatæ Margatitæ.

Incipit Ode in laudem ſanctæ Urſulæ.

FUlgor aſpectns placuit virorum
Viribus, mentis decor at ſupernis
Urſuiæ turmis, metito potentis
Nobilis ortus.
Luctibus patris tulit hæc juvamen
Non timens regis furias caduci
Nixa virtnti Domini potentis,
Virgo pudica.
Quæritnr ſponſo, trahit illa ſponſum,
D Dumque ſe profert ſocias requirit,
Aggregat feſto celeres miniſtros
Læta fututo.
Jnngitnr ſacræ comitum cobortis
Sanctior cieri celebris caterva,
Advenit patrum cupidus coronæ
Fulgidus ordo.
Summus oblatum decus, & reſignat
Paſtor, haud damni pavidus minoris
Dedicans Chriſto cnmites lavacro
Virginis almæ.
Irruit cultro terus interemptor,
Agminis ſacri madidus cruore.
Spiritus cœlo ſnbeunt apetto,
Oſſa colonis.
Ergo pulſantes Dominum rogate,
Parva quo virtus meritis juvetur
Noſtra ſub magnis laqueis malorum,
Undique cincta.

Can-

Cantus in laudem S. Catharinę Virginis.

PUlchra nimis nullum cupiens admittere ſponsū,
Quem non perfecti compleret forma decoris,
Omnia qui noſſet, quærens virtute potentem,
Et qui præcipua foret ex pietate benignus,
Virgo pudica Dei martyr Catharina quod optat,
Obtinet, illecebras dum carnis abhorret iniquas.
Dumque refutat opes, dum vsnos ſpernit honores,
Ictibus objicitur, victrix per ſingula fulget.
Auxilio ſtabilita Dei mortalibus audax
Reſtirit inſidiis, promiſſa nec aſpera curans.
Doctaque non timuit confundere pectora doctrix,
Nec verita in tenera ſufferre flagella juventa
Altior imperio, dum carcere clauditur atro
Nulla fames ſanctam potuit percellere mentem,
Dante Deo famulæ, quæ ſunt accommoda vitæ,
Viſitat ancillam Dominus, Reginaque clauſam.
Nec tenebras patitur, dum lux diffunditur intus.
Conſcia congreditur famulorum turba, fidemque
Suſcipiens spro quæſivit tempore palmam.
Nec potuere rotæ conſtantia vota rotare.
Nec metuit mortem portans ex morte coronam.
Sanguineas vulnus dum mittere debuit undas,
Lac dedit, egregio corpuſque dedere ſepulchro
Turba ſupernorum, guttas funditque ſalubres.

Ode in laudem ejuſdem Virginis.

MUlta nos cogit bonitas puellæ
Cantico laudes agitare noſtro.
Pauca dum ſpernit, ſibi quæ parentes
Liquerant, multis opibus fovetur.
Sceptra dum Regis fragilis reliquit,
Alta dotavit juvenem corona.
Plurima fulſit Catharina forma,
Sed magis pulchram numeroſa virtus
Reddidit, ſummi meruitque patris
Unico jungi ſpecioſa nato.
Ejus amplexu cupiens foveri,
Terras quod poſſet dare, non cupivit
Proſperum quidquam, mala nec refugit.
Unde nec Præſul potuit minaci
Pectus illius removere vultu.
Ejus & ſprevit placitis favere.
Monſtrat arguto rationis acta,
Quæ fidem luſtrent ſenibus togatis.
Vicit, & victis placuit ſubeſſe,
Fine dum vitam ſubeunt carentem.
Carnifex ferro lacerat tenellam,
Forte ſed pectus nequiit ferire.
Carceris tetra latuit caverna,
Splendor aſt ſummi patuit decoris.
Et lucrum Chriſto parat in caterva.
Jam novum pondus cecidit rotarum.
Ante ſe ſacrum tulit & manipulum.
Juſſa ſed tandem caput amputari
Supplices Chriſto rogitat favendos.
Vulnus illatum laticem dat album.
Cœlicæ turbæ ſepelivit oſſa
Purítas manant oleum ſalubre.

Alia Ode in ipſius laudem.

LAudes non pigeat prompſiſſe cantibus
Quas virgo meruit, nec meritis pares
Candor virgineus præcipuus nitor,
Quo fulſit ſapiens, & ſtabilis valor,
Extolli titulis jure petunt novis
Virtutum numerus, quo viguit brevi
Hoc vitæ ſpacio ſuo fragili ſtatu.
Extollens Catharinę niveum decus.
Quod non dilacerent plurima commoda.
Non tollat ſpecies, divitiis cadat
Sexus fœminei libera portio,
Grandis ſub teneræ viſa ſcientia
Arcano invenis multa ſcientibus
Dum profert fidei myſtica dogmata,

A Non infert aliquid conſcia concio,
Victricis retinens lumina fulgidæ,
Perdenteſque animas inveniunt eas.
Excellentibus fragili robur in arbore
Experta eſt regimen, quæ tenuit manus.
Dum pulſat precibus, dum furiis minax
Carnem dilacerans ſub tenebris locat,
Ut demptis dapibus præcipitet neci.
Splendor, ſed famulę gaudia congregat,
Ut carnem foveant, pabula præparat.
Verbum fructificat, germina colligit.
Fortis terribiles non timuit rotas,
Et mortem patitur, ne ſubeat necem.
Et lac conſequitur vulnera candidum.
Montanoque locaut vertice funera
Dextræ cœlicolum, quis refluit liquor
Reddens debilibus membra valentia.

Loquitur Virgo Maria ad Jeſum natum.

B HAs mundi tenebras noſter bene veneris Infans
Viſere, qui lato diffundis lumina cælo.
Fili mi, filique Dei, novus accola ſalve.
Sed quis, quo properas compar genitoris? ab alto
Proſiliens quo nate venis? qui rata polorum
Reples, tellus ſinus hic mage complacet artus,
Concludi num forte venis, qui fine carebas,
Qui ſtans cuncta movens veniſti in carne moveri
Qui geris in dextra mundanæ pondera molis,
Ancillæ, tremulique ſenis portabere palma?
Cujus cœlicolæ paſcuntur munere, parvas,
Quas tamen impleſti, placuit tibi ſuggere mammas?
Quem ſuperi cecinere chori, quod ante beati
Exultant animi veniſti emittere luctus?
Engejam a noſtros ſubeas mi nare lacertos.
Parva geret magnum genitrix, fragiliſq; potentem,
Factorem geſtabit opus, nubeſque decorem.
Aſtat inops ancilla tibi, quæ mollia parva
Mēbra tegat panno, non hic domus inclyta ſamptus
Apparat, ancillæ deſunt, ignavique miniſtri,
C Cumque furit Boreas, non igne, aut pelle fovebo.
En tenerum patere loculo deponere corpus,
En tibi pro lecto præſepe inſternitur amplo,
Qualia nate legis, tali tibi more parabo.

Ad laudem ſanctæ Luciæ virginis, & martyris.

QUi cœlo quondam ſtatuiſti lumina terris
Spargere, de tenebras pellentis munere lucis,
Nocte licet preſſos nubes nos pallida condat,
Lucida gaudemus tamen hic quandoque tueri.
Clara quidam fidei geſtant ſub agmine Virgo
Lumina, nos docuit conſtanti lucida bello
Siſtere, dum precibus Dominum viciſſe Tonantem
Viſa quoque eſt morbo præſtans ſuffragia matris.
Multa parat dæmon, vis carnis, prælia mundus.
Docta ferit jaculo latitantem nubibus hoſtem,
Luce micans fidei carnis molimina vincit,
Dum ſe terricolæ facibus non jungit amantis,
Quæ potiora quidem cœleſtis fœdere ſponſi?
D Quem fovet in minima diffundens munera membra
Fortior inſurgit mundus pro Marte ſecundus.
Inde ſiniſter adeſt & verbo, & verbere turgens,
Nulla poteſt animum fragilis ſub carne virilem
Frangere vis clauſum, de cujus robore traxit
Robora mortalis moles, nam ſiſtere viſa eſt.
Multimodis hominum conatibus acta, bonumque
Ad loca perdendi, ut traheretur fœda pudoris.
Incenſas ſuperat flammas, nec vulnera mortis
Expavit, ſacraque chariſmate fota reliquit
Membra quidem terræ, ſed ſpiritus æthera ſcandit:
Hic tua lucifero reſplendet culmine ſedes.
Hic ſacer implexus tibi porrigit oſcula ſponſus,
Huc quoque nos tua vota trahant, lucida Virgo.
Explicit de ſancta Lucia.

Incipit Ode in honorem Innocentum.

CAndentem ſegetis novæ
Miremur cumulum chorus,

Qui fauces teneras agant
Coram principe canticis.
Gaudet primipilus recens
Ductor mittere prævios.
Lætatur paribus puer
Florum primitias legens
Hic gaudet titulis loqui,
Quos prorſus dabat inſcius
Ætas, & ſine crimine.
Sic dignis canitur prior.
Inſtas Innocuum tonat,
Si linguæ officio carent,
Clamat ſanguineus rubor.
Occiſi reſonant decus,
Quod vivi nequeunt loqui.
Quid vis tigride durior?
Quid ſævis carnibus canis
Pejor? quid ſociis vacas?
Pignus cœlicolum putas
Infundis manibus premi?
Sed fruſtra tumeat furor,
Et te magnificum puer,
Materna ubera ſubbibens.
Vincat, te fugiens domet.

Explicit de Innocentibus.

Incipit de ſancta Agnete virgine, & martyre.

SI tibi difficile fortaſſe videtur habere,
Quæ fortis potuere viri, quæ virgo pigebit,
Amplecti potuit, quæ nomine dicitur Agnes?
Quam non naturæ fortem perfecit origo,
Nec tulit expertam prudentia temporis ampli.
Forma decens extra, ſed forma decentior intra.
Hinc oculis hominum placuit, ſed abunde ſupernis.
Egregii redolens per ſingula germinis actus,
Quæ ſibi ſacra fides dederat ſperanda colebat.
Huic quoque propoſito tali ſe robore junxit.
Neu blandum quicquam, nec durum vertere mentem
Poſſet, ceu nihil mortalia cuncta putantem.
Quæ mulier, vel forte magis robuſta virago
Tale genus belli ſuperet, ſi forma decora,
Si tener ætatis fluxus, ſi munera quiſquam
Plurima protulerit, ſi nobilis adſit amator?
Iſta tamen ſuperans, illata flagella timebit.
Hæc ſimul hanc juvenem cinxerunt commoda ſacrã
Organa non vitii, ſed quæ virtutis habebat,
Utque magis teneræ virtus occulta puellæ
Creſceret, & pavidas igniret ad ardua mentes.
Præparat inſidias præfecti natus iniquas.
Carnis amator, eam, ſua ne connubia ſpernat,
Exhortans, placiduſque illi ſua munera profert.
Eſt mihi, virgo refert, melior te ſponſus, amans me.
Eſca necis diſcede procul, ſceleriſque miniſter.
Hujus virtuti quæcunque potentia cedit.
Sidereuſque decor ſpeciei culmen adorat.
Apta quidem facies, hilarique affecta nitore
Voce pia dulcis, cui ſermo neſcius iræ,
Non aſper miſetis, mœroris mens ſedet expers.
Unde nec exterior facies ſua turbida viſa eſt.
Candor ineſt, fulgenſque decor, ſpecieſque ruboris,
Egregium facit hunc genitor, quam profit imago.
Et regale genus, animi quoque plurima virtus.
Perpetuas contrectat opes ſitibunda potentes
Corda fovere, quibus prorſus tollatur egeſtas.
Huic mihi dilecto placui, connubia ſecum
Contraxi nullo penitus mutanda valore.
Aureus & digitum circumdat circulus, ut ſim
Sponſa fidelis ei, quo ſim redimita, benignus
Plurima dona dedit, facies ornata cruore eſt,
Complexumque tulit gemmarum lumine ſertum,
Excellenſque genus veſtis, ne forte viderer
Tanto diſſimilis ſponſo, nec digna decoris
Admitti thalamum, præ cunctis quos mihi legi.
Sicque mihi adjunxit ſe, ego ſic quoque copulor illi.
Neu me blanda trahant, neu frangat grando minarũ
Ecce hoſtis ſi bella paret, certamine victrix
Fulgebo, teneros ſi nudet turpiter artus,
A Cæſaries me denſa reget pro veſte decenti.
Si quoque proſtibuli tenebris intacta locabor,
Angelicæ tutela manus mea membra juvabit.
Si locus infamis, Domino mea vota dicabunt.
Si tenebroſa loci facies, perfuſa recenti
Lumine fulgebit melius, veſtiſque feretur.
Liberta ſua male mihi ſi traſmittat ephebos,
Hinc, ſua ſi ſapient bene corda, redire licebit
Illæſos, ſed non veritus divina peribit.
Quem tamen effuſi ſpeto concedere votis,
Qui ſibi me junxit ſpeciali munere, Chriſtum.
Cujus cantabit titulos de morte reſurgens.
Hinc rabies exorta malos ſævire miniſtros
Compellet, datus alter erit, qui cœpta ſequatur.
Illaque qui in cinerem convertat membra parabit.
Hæc injecta rogum, diviſaque flamma quieſciet,
Utque meo tandem conjungar in æthere ſponſo,
Gutture transfigar, ſed mens ad celſa volabit.

In eandem.

B IGne divini radians amoris
Corporis ſexum ſuperavit Agnes,
Et ſuper carnem potuere carnis
Clauſtra pudicæ.
Cogitur ſtupris maculanda vulgi,
Nuda famoſum ſubeat lupanar,
Angelus caſtæ pudibunda ſervat
Membra puellæ.
Candidi cœlo veniunt amictus,
Clarus obſcœnis Dominus refulget
Splendor, & gratos ſuperant odorea
Fornicis arcus.
Perdidit vitæ juvenis decorem
Auſus intactum violare corpus,
Virgo ſed veræ revocat ſaluti
Funus acerbum.
Flamma, divino dominante nutu,
Friget æſtivos imitata rores,
Virginis corpus Domino dicatum
Juſſa cremare.
C Mixta ſacrato moriens cruore
Lactis effudit nivei fluenta,
Quam ferus lictor lateri profundum
Condidit enſem.
Spiritum celſæ capiunt cohortes
Candidum, & cœli ſuper aſtra tollunt,
Jungitur ſponſi thalamis pudica
Sponſa beatis.
Diva nunc noſtræ miſerere ſortis,
Et tuum quiſquis celebrat trophæum,
Impetret ſibi veniam reatus,
Atque ſalutem.
Redde pacatum populo precanti
Principem cœli, Dominumque terræ,
Donet ut pacem pius, & quietæ
Tempora vitæ.
Laudibus mitem celebremus Agnum,
Caſta quem ſponſum ſibi legit Agnes,
Aſtra qui cœli moderatur, atque
Cuncta gubernat,

D

In eandem.

ARdet intactæ faciem puellæ
Præſidis natus, ſtabilis ſed illa
Tale reſponſum juveni pudico
Retulit ore.
Quid meos fruſtra thalamos requiris,
Pabulum mortis, laqueuſque vitæ?
Turpis obſcœni procul hinc recede
Criminis auctor.
Dona, quæ jactas pretioſa dives,
Pauperis mentem moveant puellæ.
Dignior ſponſus meliora multo
Munera præſtat.
Clarior Luna, radiiſque Solis,
Cuncta cui parent elementa mundi,
Se mihi ſponſum dedit, & perennem
Sydera dotem.

Jamque complexu frnimur pndico,
Jam caro carni ſociata gaudet,
Jam ſacet ſangnis faciem nitenti
Mnrice tinxit.
Quare mortales periture formas:
Cœlitns noſtri placuere vuitus,
Vivet in terris amor iſte, celſis
Vivet in aſtria.
Virgn nec mirnm videatur alma,
Cuncta ſi ſprevit momumenta mortis,
Quæ pium vitæ Dominum perennis
Semper amavir.
Ad tuas Agnes rogitamus aras,
Flagret in noſtris amor iſte fibris
Comprimens blandę ſtimnlos juventę
Flamine ſancto.
Ure laſcivas hominum mednllas,
Tntusnt dnlces fugiat procellas
Spiritus mundi, domitaque victor
Carne triumphet.
Virginnm laudent pia vota Regem,
Quem decet ſacrę genus omne laudis,
Cujus in trino veneramur unum
Numine numen.

Sermo ad Cleram in laudem Vincentii Martyris.

HActenns almorum referentes facta virornm
Tegmine proſarū veſtivimus, aſt nova patres
Ac fratres placuere magis, veterata tuari
Non placet, ipſa cibos renovari menſa requirit.
Vos igitur namque hnc vos traxit cauſa cibornm,
Non quos corpus amat, guſtum præbete recentem,
Qnodque dabit Dominus læto portabimus ore.
Utque magis poſſit refoveri veſtra voluntas,
Ad Domini Matrem ſolito properemus honore.
Quod portemns ei, docuit nos Angelus olim.
Auxilium poſt quam de cœlo ſumpſimus, inde
Conſortata vigent & corda, & lingua loqnentis,
Ut noſtis, reverenda cohors fratreſque patreſque,
Vita ſub hoc lapſu decurrens militat omnis.
Ergo hoſtes ſuperare vacat, quod aptius ardor
Mentis agat, quando promittitur inde corona,
Quanta eſt celſorum conſcendere regna polorum.
Namque hic mortifero vita eſt exempta pavore,
Nullaque, qnæ frangant, obſtant adverſa, ſalutem
Hic animam divns ſitibundam paſcit abyſſus,
Hic quoque largifluis exundat copia donis.
Hic, qni conſliterit, ſupremo effertur honnre,
Hic quæ non ceſſat, circundat gloria dignum.
Non murmur, non rumor ibi quæ fœdera rumpant.
Si qua poteſt penſare animns, vel ſi qua loqnentis
Lingua poteſt fari, ſi lumina cernere quicquam,
Iſtis nunc conferre vnles? de talibus audax
Verba dabis? numquid meritorum gaudia tentes?
Qui voler hæc, fiat valido certamine victor.
Vincenti dabitur Sertum, dulcedoqne mannæ.
Quæris amica? prins inimicos vince furentes.
Tres ſiqnidem nobis objectos nnvimus hoſtes.
Tres hi lethiferis impngnant pectnra telis,
Nec ceſſant laſſare virum, niſi colla ſub ipſis
Dejiciat, fractoque manus det robore victas.
O quantos latitans proſtravit carnis iniquus
Pulſator, qnantns detraxit ad infima mnndns.
Quantos prædo vorax tenebrarnm truſit ad ima.
Hi primos traxere patres ad funera prima.
Horum prima fuit prnles proſtrata neſando
Vulnere, qno victus periit Sodomita ruinæ
Sulphureæ adjectus, quornm almns decidit ictu
Pſalmographus, ſoboleſq; nitens, quo plurima, jamq;
Turba cadit, qnis namq; orbem ſine vninere linquit?
O nimium felix, qui tantos propulit ictus:
Hunc laudes, titulique notent, hunc fulva corona
Si quis adeſt talis, noſtro ſermone notetur.
Ignoſcat tamen egregio ſi non ſit honore
Compar, cui tamen hic dulceſcat cantus in aurem,
Si modicus, libeatque graves ad ſumma levari
Audiſtis reverenda phalanx, quem laude decoret
Sancta parens hymnos, pſalmos, reſponſaq; cantans.

A Hunc quoque carminibns noſtris deſcribere fas eſt.
Hic ex occiduo generatus climate victor
Prodiit, atque illi nomen Vincentius extat:
Hinc nitidus juvenem cinxit decor, altior intra,
Splendor erat, quo ſumma potens, atqne ima tueri.
Quem mage virtutum fecerunt agmina clarum.
Obſequiiſque Dei non mnndi membra ſubegit.
Hic poſtquam campo tot vinci pectora videt,
Et pavidos fugitare duces, atque hoſtibns ultro
Cedere projectis a ſeſe protinus armis,
Infremuit, validumqne tulit ſub corde dolorem.
Ulciſcique cupit, pudet hoſtes ferre trinmphum.
Nec tamen, ut præceps ſe opponere tentat inermen,
Feſtinus petit arma dari, geſtuque minaci
Bella parat, gaudent ſtantes hinc inde ſorores,
Nec paſſæ externum circnmdare militis artus
Officinm vnluere ſuis hunc cingere dextris,
Ecce, inqnit, ſcutum, velo fuſcata ſerenam
Prima ſoror faciem, fidei qnam nomine dicunt.
Hoc te, ne landant, quæ ſunt infeſta, juvabit.
B Altera quæ capiti galeam ſuccurreret, affert.
Quæ ſperat ſecreta Dei, ceiſamque ſalutem,
Tertia dat totum qnæ poſſit cingere corpus
Loricam multi quam nectunt ordine cycli:
Hæc eſt, quæ innnmeras jnngit dilectio mentis.
Quarta dedit ſtabilem juſti veſtita decore
Thoracem, femorique tulit, qui congruat enſem.
Virgo pudica ſuo geſtans cognata pudori
Tegmina texta dedit, telum Prudentia triplex.
Sacraqne lex pugilem forti præmunit in arcu,
Unde queat validis hoſtes penetrare ſagittis.
Cruribus aptatur quam protulit ocrea duplex
Virgo humilis, pedibuſque dedit calcaria binis.
Hinc amor, inde timor, domitum qui ſubſit habenis
Sobrietas ſternebat eqnum. Patientia ſellam
Attulit. Aurato præfulgens tegmine tandem,
Quod Rex contulerat, adverſus quæritat hoſtes,
Et vincens exit quo vinceret, inde ſuperbæ
Stant acies, ſtat & ipſe micans cœleſtibus armis.
Prima aciem juxta movit caro, nulla minatur
C Vulnera, non torvos demonſtrat in agmine vnltus,
Lubrica ſed placidi ſpeciem mentitur amoris.
Oſcula lethifero dans inviſcata veneno,
Arridenſque patat fletum cantanſque dolorem.
Pulchra affert oculis animam prædantibus aures,
Dulciſonis pulſare modis molitur inertem.
Hinc reddens animum, nares demulcet odore
Multimodo, guſtumqne trahit varia arte ſaporum,
Inque cibis firmenta novat, dans mollia tactum
Allicit, hinc miſeram confundens crimine mentem.
O te felicem, quæ tantos viceris hoſtes!
Hanc ubi perſenſit juvenis clam ſiſtere bellum,
Non tulit ingennos ſecum miſcere lacertos,
Blanditiaſque pugil dedignans ſprevit iniquas.
Sic fugiens vicit, nam ſic fugiſſe decornm eſt.
Calcibus urget equnm, rigidaſque imponit habenas.
Mundns adeſt contra, trinnmq; præordinat agmen.
Errorum præcedit nnus, nam dira tyrannis
Arbitrata Deum, quod fictos fictile ſculpſit,
Spicula falſidico lethalia ſparſerat ore
D Ictibus opponit clypeum, vicitque ſuperbum.
Ecce aliud pugili vincendum opponitur agmen,
Vanus amor, quo pulchra domns, quove uxor amatur
Qno ſoboles dulcis, quo pulchrum quæritur aurum,
Iſtaqne cœleſti miles ſuperabat amore.
Obujns interea robuſtam impingere mentem,
Ipſe timor ſecli tentabat, caſſide fortes,
Reppulit impulſus, dum nulla inſenſa malorum
Vis potuit mentem proſternere militis almi.
Ille, inqnit, manda Pater inclyte, verba tyranno
Opponam. Jubet ille libens, quæ verba tyranne
Infelix, quæ verba refers? cur ſacra negari
Noſtra jubes? me me credis paveſcere vultum,
Terroreſque putas animnm pulſare minaces?
Plus te torquebo ſi torqueas, ipſaque pœnas
Ultrix pœna dabit, ferietque, quam trahit arcu,
Taliter infeſtum miles ſuperaverat hoſtem,
Cum procul indignas, armatas marte catervas,
Stare jubet quondam de cœli culmine jactus,

Inſidiaſque parat, ſraudes petiere priores.
Inſultans tenſo, ſed cavit vulnera relo,
Chriſtifer athleta, nec Martis ſerre ſurorem
Disjectæ potuere acies, fugit omnis in umbras,
Aſpectumque pavet pugilis, telumque caterva.
Inde cruentorum trux illi opponitur agmen
Carnificum, gens hæc ſequitur vexilla tyranni.
His tormentorum varia committitur arte
In juvenem ſævire ſcrum, cupit omnibus unus
Opponi, celerem ſellæque innixus agebat
Quadrupedem geminis idem calcaribus urgens,
Immotuſque ſuos ad vulnera concitat hoſtes.
Turba ferit pugilem, & feriens magis inde ſerimur.
Plus ſiqoidem validus poterat tolerare malorum,
Quam manos inferret Chriſti ſucceuſus amore,
Quemve putant vinci, ſublatus ad æthera vincit.
Obviat alticulis circundatus undique turmis
Princeps, quipugilem quondam fulciverat armis,
Qui bello fulgere dedit, manibuſque juvamen
Attulit, æterno concludens munere palmam.
Nos trahat huc ſpeculum, nos inſtruat iſta virilis
Nobilitas animi. Viſus ſufferre laborem eſt
Ingentem, ſuccedit ei præſtantior illa
Longa quies, vitam dum perdere creditur illi,
Vita manet nullius quam poſſit claudere finis.
Parva pugil dum tecta abicit, datur alta ſupernæ
Aula domus, fragili quia ſuſtulit in vite plagas,
Pectinibus, flagriſque rogi, ſeu carceris antro,
Inſuperis recipit ſuperaotia munera victor.
Tranſiit opprobrium, tranſacta eſt pœna, laborque,
Sed non caſura modo gaudet in æthere palma.
Hujus cara phalanx, validis ſi innitimur armis,
Sectari ſi geſta juvat, ſi compare greſſu
Hoſtiles in marte manus ſuperare placetque,
Qui pugili, & palmam dedit ille, & noſtra juvabit
Pectora, proſtrato donans ex hoſte decorem.
Impetret hoc fuſa nobis prece victor ab alto.

Explicit de ſancto Vincentio martyre.

Incipit Oda excitativa militibus Chriſti.

QUid ſtas? ocio quid pugil hæres?
Belli moveat fervidus horror.
Quod ſi retrahat frivola virtus,
En auxilium dextera Chriſti
Præſtat fragiles portans humeros.
Intende ducis quam cape formam.
Exemplar erit vita proborum.
Dabitur forti fulva corona.
Prudentia te protegat ante,
Et juſtitia poſtera purges
Ac ne tumeas, temne ſecunda.
Lævam retine robore fortis.
Summi capias juſſa magiſtri.
Servant fragilem, ſi bene ſervas.
Sermone ſacro ſternitur hoſtis.
Enſem capias hunc tibi tutum,
Nec te ſubigi crux ſinet hoſti.
Hac qui ſteterit, non timet illum.
Tegitur miles, votaque fundens
Moyſes populum protegit orans.
Scutum fidei ſuſcipe fervens,
Ictus poteris tollere victor,
Spes det galeam, quæ caput obdit.
Cape loricam membra tegentem,
Quam juſtitiæ dextra propinet.
Juvat & multum cingere lumbos.
Caligis pacis ſubdere talos.
Hoſtis latitans his cadet armis.

Item oratio, ſeu confeſſio Metrica.

PRiſca lavans proprio mundi delicta cruore
Chriſte tibi dignas fac mea verba preces.
Id quibus obtineam ſolus potis ipſe docere,
Nam nego, quæ bona ſunt te niſi dante dari.
Principio non nila malo poſſunt bona gigni,
Sunt quia principio te generata bono.
Ergo boni quidquid mea lingua referre valebit
A Pro certo credam te tribuiſſe mihi.
Os ego Davidico patulum ſermone tenebo,
Illud tu repleas polliciti memorans.
Tu fons es vivus, tu fons plus Sole ſerenus,
Quem quicunque bibit non aliunde ſitit,
Mane tuum tenebris nox non interpolat ullis.
Quiſquis in hoc ierit non ruiturus erit,
Hūc mihi da fontem, da lumen, & hoc mihi poſt hæc
Quod peto quin habeam non dubitare licet.
Cur ego me miſerum tantum confidere de te
Debeo, qui tantis criminibus teneor.
Debeo Rex pie, debeo, tu caro, victima, cenſus,
Factus es, exitio liber ut eſſet homo.
Mors tua vita fuit cunctorum, vitaq; vita,
Quam diverſæ res eſſe probant idem.
Hoc hominis meritum, non, ſed tua gratia fecit,
Quæ confidendi jus mihi ſemper erit.
De te dum fuero confidere non dubitabo,
Quod quicunque tuo fervet amore facit.
Arſit piſcator hoc. & publicanus amore,
B Cum ſubito merces ſprevit hic, ille ratem,
Hinc eſt pro minimis redemptio maxima dono,
Claviger hic cœli, legifer ille Dei.
Arſit amore tuo, qui te ſuſcepit ovanter
Hoſpitio princeps, arſit amore tuo.
Arſit amore tuo cujus nec in Iſrael eſſe
Æqua fides potuit, arſit amore tuo.
Arſit amore tuo, quæ ſæpe repulſa ſalutem
Obtinuit prolis, arſit amore tuo.
Arſit amore tuo, cujus tua fimbria fluxum
Sanguineum ſtatuit, arſit amore tuo
Arſit amore tuo, tua quæ veſtigia terſit
Crine, lavans lachrymis, arſit amore tuo.
Nemo ſed ex illis arſit, niſi cum voluiſti.
Si vis hoc & ego munere dignus ero,
Sive fides fuerit, ſive ſpes, aut amor idem,
Quidquid eos juvit, gratia dico fuit.
Gratia dico dedit bona ſi mortalibus ægris,
Vera quidem data ſunt, gratia dico dedit.
Non fuit æger homo poſtquam male credula pomo
C Fregerat Eva virum quam ſuperarat hydrus.
Vixit homo miſere poſtquam ſe limine vitæ
Mortis in hoc miſerum ſe tulit hoſpitium.
Id ſine labe fuit, ſed tabes ſordida rupit.
Mundus ab oppoſito nomen habere putem.
Mundus erat mundus, mundus cum munda creares;
Immundus cœpit ſordibus eſſe hominis.
Ille vir, ille nocens qui ſacra cupidine ductus
Jura novo primus fregit in orbe fuit.
Principium litis fuit, exemplumque furoris,
Qui prius humano ſanguine ſparſit humum.
Sed licet hic ſanguis pœnas indixerit orbi
Grande ſacramenti prætitulavit opus.
Scilicet è lateris ſtillavit vulnere ſanguis,
Qui pepulit pœnas, lavit & omne nefas.
O pia latronis vox hujus digna cruoris,
Cui dedit ad vitam ſanguinis unda viam.
Hoc etenim valido conſperſus membra liquore
Ethereo poſuit primus in axe pedem.
Principibus veſtras hic dixit tollite portas,
D Et pateant Domino cœlica regna ſuo.
Unde novum genus hoc, & gloria tanta triumphi,
Uti pro pœna proque ſalute cruce.
Cur inopinus amor duci pro crimine juſti
Audet in ore Dei tale memento mei.
Non ne tuæ Deus eſt hæc immutatio dextræ.
Fit tuus hoc verbo ſignifer, ante latro.
Sic quoque vermiculo delicta ſimillima rubro
Alba velut nivel lana coloris erunt.
Hæc enim bibulis ſi connumerentur arenis,
Deleri ſubito te miſerante puto.
Credere ſic docuit, cujus centeſima pronis
Ad reliquas humeris perdita fertur ovis.
Credere ſic docuit meretrix, quo munda receſſit
Omnibus hæc vitiis plena Maria fuit.
Credere ſic docuit qui flentes crimina lavit
Præcipue Petrum quando negavit eum.
Eſſe tibi tanti pietas me ſumma rogarem,
Sed maris admiſſis cedit arena meis.

At-

Attamen hoc pacto, quo ſe David ipſe rogabo,
Judex par paribus jus ſcio juſte dabis.
O bone mi Jeſu dementia quanta videtur
Hoc dare me cuiquam ne David eſſe parem.
Sed quid agam toto cum nil ſit prorſus in orbe,
Cui poſſit ſceleris par mundus eſſe mei.
Quotidie pecco, momentis omnibus erro,
Utque canis vomitum ſæpe relambo meum.
Prætereo vitiis lethalibus omne ereatam
Conſiliis ſpes eſt, qui mihi præſtet abeſt,
Quid faciam, quid agam, quo me pater optime, vertã
Ultimus ecce dies ille tremendus adeſt.
Quid faciam quid agam, cum non qui liberet adſit,
Dum ſua facts nocens nemo negare poteſt.
Quid faciam, quid agam cum tanti judicis ira,
Omnes perpetuo damnet in igne reos.
Tu mihi quid faciam, tu conſule conſiliſtor
Unice, qui veniæ totus haberis iter.
Tu mihi quid faciam, tu dic, qui condita quæque
A te ſunt, facere nulla fuiſſe potes.
Tu mihi quid faciam tu dic, qui fluminis undam
Aſtra, ſolum, pelagus, unde laventur habes.
Deſidioſe puer, quantum tibi prava voluptas,
Temporis eripuit, cum primo ſemper ab ævo,
Uſque ſenectutem, tantis impune vacares
Deliciis, quando tenuis propriuſque ſalutem
Languor erat, ſola ruinis medicina paratis
Abſque labore uti poterat, nunc viribus ipſis
Eſt opus. Iſta quidem jam non ſunt ulcera ſolum
Mollibus unguentis credenda, nec apta tumori.
Auxilium valido præſtabit ſpongia morbo.
Expedit indulgere tibi tam rebus acerbis,
Et frænare voluptatem. Lætiſſima traxit
Hactenus ad culpam caro, nec re afflicta reducat
Ad veniam conſtanter age, pro viribus iſta
Aſſidue vigila, noctesque, dieſque labora
Omne ſcelus populare manu. Sitientibus hauſtum,
Tegmina da nudis, ſed & eſurientibus eſcam.
Ablue te lachrymis, emunda fletibus, omni
Evacua mentem vitio, virtutibus imple.
Sint moderata tibi jejunia, lectio jugis,
Pſalmodia frequens, oratio ſedula, nullum
Te moveat, vel ſolvat onus, metire laborem
Pollicitis, operam mercede, brevemque triumphis
Pugnam perpetuis. Minus eſt quodcumque laboras
Præmia ſi ſpectes, non ut nitentis ad alta
Aſcenſus facilis, ſudorem denique quantum
Perpetitur qui conatur juga ſumma ſubire.
Tu quid ut in cœlum vadas? te maxima merces
Vita beata manet, tantum fac jura ſequaris
Præſignata tibi, ſemper reminiſcere, nullum
Te moveat, vel ſolvat onus: non miles habetur
Dura reformidans, marcet cum deſide virtus.
O bone mi Domine, ſpes mea, lux mea Chriſte,
Qui vigor eſt verbis, qui medicina tuis.
Hactenus in pœnas me lapſum culpa petebat,
Nunc eſt cum pœnis culpa remiſſa meis.
Languor heri valido fregit mea membra dolore,
Sana ſed hæc hodie ſunt pietatis ope.
Sero fui ſcopulis colliſus, & omnibus undis,
Mane mihi potior litore portus adeſt.
Omnibus affirmo falli veraciter illos,
Qui veniam lapſis ſæpius eſſe negant.
Qui dare te veniam lapſis poſt mille negarit
Non poſſit veniam lapſus habere ſemel.
Qui dare te veniam ſcelerum poſt millia credit
Millia poſt ſcelerum nulla negetur ei
Es totus pietas, es & indulgentia totus,
Totus pax, totus gratia, totus amor.
Tam leve quis dat onus, mandatum mite, fidele
Conſilium, munus fertile, ſuave jugum.
Mitibus iſta quidem ſunt levia, dura ſuperbis
Semper, & ignaris eſt labor iſte gravis.
Quam ſuper imponis ſit ſarcina magna laboris,
Me modo delicti ſarcina nulla gravet.
Me juſſis expono tuis, maris alta ſecabo,
Tu ne retrorſum dent mea vela, fave.
Ut nihil impediat me prorſus ab orbe tuere,
Quo ruit illa tuis factus homo manibus.

A Tranſactis enim pluſquam ſex millibus annis
Pugnat inhumanum hic ſine fine genus.
Inſidias doctus, fraudes, arteſque nocendi,
Eſtque magiſterium noſſe nocere ſuum.
Ille vetuſtatis didicit quæcumque per uſum,
Fert & ubi virtus non ruitura manet.
Nonne Job impetiit maledictis, cæde, ruinis,
Vulneribus flueret totus ut in ſaniem?
Et niſi tunc animas tantum ſervare juberes
Perderet hunc intus ut ſua quæque foris.
Unde tibi genus eſt natalis, & unde ſecundus
Magnum conſtat ei ſuccubuiſſe David.
Sed tamen, ut flevit, fletu ſcelus omne peremit,
Unde ruit victus, victor eo rediit.
Illa Salomonem ſua nec ſapientia juvit,
Nec ſummis opibus regius auctus honor,
Quem penitus ſtravit conſuetis fraudibus hoſtis;
Cauſa quod iſte ruit improba flamma fuit.
O quotiens ſtudiis à te paſtore malignis
Perderet ut captas ſollicitavit oves.
B O quotiens animas, quas curia celſa manebat,
Tartareas uſque præcipitavit aquas.
O ſi nunc tellus, aer, mare, tunc quod olympus
Poſſet ut infernus ſolus haberet eum.
Sulphureos lapides in quem jaculeris, & ignes
Impia Leviathan mittere tela veta.
Hujus & infeſtant capitis nequiſſima membra,
Sed confringe caput, membra repente cadunt.
Jam dedice puer puerilia verba, tuiſque
Pone modum nugis; tua vota ſilentia longa
Poſcunt: fac ſileas; nullum dabit emolumentum
Copia dicendi rerum jactura tuarum.
Regis habes animum, nec ab hoſtibus ut violeris.
Momento pateris, tibi jus, quodcumque licere,
In te nobis, hoc amor efficit, hoc optatur,
Ille tui nimius. Quid enim mirabile ducis
Edere prava malos; inferre maligna malignos?
Eſt ne navi quidquam, ſi callidus inſidiatur,
Hoſtis proſequitur, nocet adverſarius? an non
Filius offendit, ſervus delinquit, amicus
C Labitur? humana pravos, & perfidioſos
Fert natura: licet metuas, patiaris oportet,
Quod metuis pugnare, tibi pugnare neceſſe eſt.
Felices hæc pugna citat, miſeroſque perurget.
Aggreditur Reges, & vulgus inane laceſſit.
Exceptum nullum patitur, victoria litem
Hanc dirimet, ſedabit & hunc ſuprema furorem.
Ne timeas, ne formides, ne forte, quod abſit,
Deſperes, poteris, poteris reparare ſalutem
Sæpe reſiſtendo. Quo miſſile quodque repellas,
Robur habes fidei: tenebrarum damna paveſcit
Lucis filius, aut nocturna pericula, cujus
Eſt pater ipſe dies, an ſigna minantia, cujus
Eſt dux invictus. Confide, juvabo, nec eſſe
Plaſma meum dubites, manuum factura mearum,
Quem tanto pretio, quem tanta merce redemi.
Num patiar perimi? quid enim deſcenſus, & ortus,
Eſurieſque, ſitis, laceſſere, flere, pavere,
Quid colaphi, ſputa, ſpinæ, quid arundo, flagella,
Quid crux, quid clavi, quid acetum, ſongia, & fel,
D Lancea, mors, tumulus, deſcenſus ad ima, vel ipſum
Profuerat redimi? dum ſpectas iſta, timere nolis
Tanta tibi longe providimus arma. . . .
Hæc ubi confidas, hæc hoſtis ſigna veretur,
Hæc timet, hæc refugit, vires his denique ſenſit
Fractas eſſe ſuas, enervis hic, invaliduſque
Eſt, ſed ob innumeros nervoſo poplite caſus
Diſca frequens ejus callum durabile duxit.
Cumq; cadens alitur, nequit, & de cruore laborat,
Deque genu pugnat, nullum quod debilitatus
Exerat eſt robur. Levis hæc, ſed ſedula lis eſt,
At lis membrorum licet hac de lite ſit orta,
Et licet ad finem lis utraque rendat iniquum;
Scilicet ut mentes humanas diſſipet, inſtat.
Divinæ mentis ratio tamen una duabus
Vincendis non eſt, aliam patientia frangit,
Vis aliam, dignam illa dabit poſt prælia palmam;
Hęc cœli regnum. Gaudent hæ bella ſupernæ
Virtutes, gaudent vates, gaudent patriarchæ

Iſta ſenatus apoſtolicus lætatur, & hæc ſunt
Dulcis martyribus, tales & læta triumphos
Spectat virginitas, exultant rebus in iſtis
Felices animæ, mihi ſunt hæc grata corona,
Quas ego præ meritis victoribus ipſe rependo,
Confirment animum conſtanter ad omne ferendum.
Me genus humanum patrium cognoſcat habere,
Atq; ſeverum animum, cui complacet ire frequenter
Ad ſtudia prolem, feriatis nulla diebus
Otia concedi, ſudorem ſæpius illis
Excuti, & interdum lachrymas, nec ſervat in umbra,
Nec fovet in gremio, triſtari, flerique, patique.
Grandia perpetitur, per tędia pinguia languent.
Quolibet hæc motu fuerint agitata laboris
Deficiunt onere proprio, nullum feret ictum
Proſperitas illæſa. Quis & non otia pœnam
Strenuus æſtimat? ingentes induſtrius omnis
Res gerit, ut faciles niſi cum majore recuſat
Vel pace componi; nam vincere digna paratum,
Vinci nec laus eſt, nec gloria. Fortis ab illo
Cum quo luctatur ſecurus poſcit in ipſum
Viribus eniti totis, at læta feriri,
Cædi, vexati, patitur, niſi par reperitur.
Pluribus objicitur, tum quid patientia poſſit,
Polleat & quantum, clareſcit. Sic faciendum
Eſſe bonis perpende viris. An forte vereris,
Quos tibi conſpicuos dat imago ſola bonorum,
Quorum ſunt animi veluti per ſomnia longa,
Vanaque deluſi, quos ebore mundus & auro
Compſit & argento. Tu pro felicibus illos
Aſpicis, at ſi qua lateant ſpeculabere, non qua
Occurrunt, miſeros, fœdos, turpeſque videbis
More ſuæ fabricæ cultos extrinſecus. Iſta
Proſperitas ſtabilis non eſt, ſed vitrea, cruſta,
Et tenuis. Dum ſtare licet, propriumque videri
Ad votum, rutilant, cum quod diſturbet & illos
Detegat, occurrit, mox apparent alieno
Quæ fuerint ſordes tunc ſub ſplendore latentes.
Do bona certa bonis, quo plus verſaveris illa.
Undique, & in ſpecies meliora forinſecus illi
Non fulgent, introrſus enim bona ſemper eorum
Sunt obverſa, bonis non proſperitatis egere,
Proſperitas eſt nil modo deridere potentes,
Atque probare potes miſeros, quorum gravis ira
Puſillis animo terrores inſidioſis
Intentat ſtudiis lethalis tela pharetræ,
Nequitiæque manus, necis actus, impietatis
Arma, mali facies ſunt materiæ cruciatus.
Quos lædit odiſſe juvat, faciuntque nocentes
Quos nocuere timent & ſe quibus eſſe timori
Summa patent, hi felices quotiens jacuere
Illorum ante pedes, quos faſtu ſæpe ſuperbo
A pedibus pepulere ſuis, quotiens & in iſtos
Felices aliis quibus invidere parata
Pœna redundavit, quotiens qui ſæpe negavit,
Ipſe petit veniam. Felix eſt jure putandus
Invidioſus quem torquet felicior ello.
Sint felices, dic ubi ſunt quos noveris alta
Sede triumphantes populis dare jura ſubactis?
Olla fuere vitri, confracta eſt, grando liquata eſt,
Fluminea bullæ ruptæ ſunt, umbra receſſit,
Fumus præteriit, nubes diſparuit. Hæc ſunt,
Quæ metuis, hæc ſunt; non vis pugnare, recede.
At regione times aliena vivere pauper:
Et quis tam pauper vivit, quam naſcitur? His te
Eripe delitiis, te rebus, & eripe mundi,
Quæ quanto fugies tanto mihi propter adhætes.
Chriſte Deus vitæ veræ fabricator & almæ
Chriſte Deus pulchri conditor, atque boni,
Chriſte Deus, per quem quod non eſt redit ad eſſe
Atque quod eſt factum creditur ex nihilo,
Chriſte, malum qui non ullum facis, & facis eſſe
Peſſima ne fiant, & bona perveniant,
Chriſte malum nihilum, qui confugientibus ad te,
Qui vere bonus es ea ratione probas,
Chriſte Deus, per quem ſunt & cum parte ſiniſtra
Omnia perfecta, condita pulchra bona,
Chriſte Deus, quē quiſquis amare poteſt, amat, illud
Sive ſit ignorans, ſive ſciens quod amat,

A Chriſte Pater clemens, cui verum non niſi mundos
Noſcere perfectum, & reperire placet,
Chriſte ſator veri, per quem ſunt omnia vera,
Et per quem ſapiunt omnia quæ ſapiunt,
Chriſte Pater clemens perfectaq; ſummaq; vita,
Quo vivit ſummo vivere quidquid habet,
Chriſte Deus, cujus totius machina mundi
Eſt regnum, qui non ſenſus obire poteſt,
Chriſte Deus, cujus de regno venit in iſta
Lex enim regnat, juſtitiæque vigor.
Chriſte pater clemens, a quo divertere labi eſt,
In quem converti ſurgere. Prædico te,
Chriſte Deus clemens, a quo diſcedere mors eſt,
Et in quem regredi vita, manere ſalus.
Chriſte Deus niſi deceptus, quod nemo relinquit,
Quem niſi præmonitus quærere nemo valet,
Chriſte pater clemens, quem non niſi purificatus,
Non niſi mundatus invenit, invoco te.
Chriſte pater clemens, ad quem contendere, amare,
Et quem conſpicere, eſt illud habere quod eſt,
B Chriſte, fides cui nos vera excitat, erigit & ſpes,
Jungit amor, per quem vincimus omne malum,
Chriſte pater clemens, qui nos miſerando reducis
Ad te, qui vera janua, vita, via es,
Chriſte Deus proprio qui nos dignaris honore,
Quique cohæredes nos facis eſſe tuos.
Pax mea, laus mea, ſpes mea, res mea, lux mea Chri-
Glorifico, veneror te, benedico, colo. (ſte
Te ſolum lætor, te ſolum gaudeo, ſolum
Amplector, cupio, diligo, quæro, ſequor.
Omnia ſi fierent rutilantia ſydera linguæ,
Hoc & arena maris, ſemen & omne ſoli.
Hoc enim guttæ pluviales, litoris undæ,
Cunctaque quæ nullus dinumerat numerus,
Non tibi pro meritis laudes perſolvere poſſent,
Immeritum tanti quod tibi Chriſte facis,
Verba mihi pietas pietatis plena dediſti;
Ad te, qua veniam, ſunt ea verba, via.
Dum te non potero, potero tua verba videre,
Verba Dei verbum viſa videre dabunt.
C Verba novo tua ſunt mellis condita ſapore,
Quem ſemel imbuerint, nil niſi dulce ſapit.
Sermo novo tuus eſt perfuſus aromate vitæ,
Vita cadaveribus cujus odore redit.
Hunc ſine te nullus potuit ſentire ſaporem
Uſus, & hoc ſine te nullus odore fuit.
Tu novus es cordis, quem fundis in ora liquorem,
Tuque quod in mentes fundis, aroma novum,
In me, quod fuerat, ſapor hic excluſit amarum,
Et quod fœtebat, hic procul egit odor.
Ergo tua vitiis longe virtute repulſis,
Ne repetant, templo tu Deus hoc reſide.
Tu Deus hoc reſide, defende forinſecus, intus
Cuſtodi, domus hæc ut tibi tota vacet.
Dum moror in terris, habilem me fac tibi regni,
Poſt habitatorem, participemque tui.
Et quoniam prius es, quoniam pietatis amore
Protegis humanum compatiendo genus,
Archiapoſtolici, qui culmine fulget honoris
Protege Gregorium, ſcis quod amare Petrum.
D Septimus in numero vigilantum munera ſeptem
Poſſideat ſemper Flaminis illa tui.
Cum populo reges in pace faveto fideles,
Poſſit, ut Eccleſiæ tuta manere quies.
Deprecor Agnetis Reginæ fac memoreris,
Quæ Regum Regi, ſeque, ſuumque dedit.
Te deſiderii memorem pater optime patris,
Tu deſideriis ſemper adeſto ſuis.
Lumina luminibus totum quibus aſpicis orbem
Cerne ſuo ſtudio quanta Caſinus habet.
Cerne domicilium Benedicti, contulit omne
Hoc decus ad laudem nominis ipſe tui.
Cerne domicilium, quod te cuſtode regatur;
Agmina jus ſanctum cerne profeſſa tuum.
Hæc benedic, illoque ſacro perfunde liquore,
Quem Patris, atque tuus Spiritus almus habet.
Cerne ſacerdotes, levitas cerne, miniſtros
Eccleſiæ reliquos, vulgus & omne ſuum,
Omnes conveniunt, & noctibus, atque diebus

Ho-

Horis, momeotis te ſine fioe canont.
Chriſtns pro manibus, Chriſtus pro lnmine, Chriſtus.
Pro labiis, Chriſtus pro lare cordis habent.
Redde vicem vicibus, meritum meritiſque repende.
Mutua mejoris ſunt tibi danda modo.
Quos dilecta tois manibus plantata decores
Vinee producit, tu lege Chriſte botros.
Non ſit amara, nocens non extera vitis io illa,
Ut rapiat ſructus hinc aliena manus.
Hanc Pater, henc Dominus jogis cuſtodia ſervet,
Sint & ei ſępes ſpes, amor, atque fides.
Atque cum Cherubim munimina ſunt Paradiſi,
Undique romphęa flammea vallet ea.

Ad Giſulfum Principem Salernitaaam.

URbana potius nobilitate
Pro eerto nihil eſt ſola, quod actus
Munitos probat, & cuncta refellit,
Quæ prodit levitas, maxime Princeps. B
Quidquid nempe probi poſſidet orbis,
Hoc totum probitas fecerat Urbis,
Quam ſervare domi, militiæque
Decrevit ſtabili iure ſenatus.
Tu virtute animi corporis, & vi
Aoguſtos ſequeris, nulle Catonis
Te vincit gravitas, ſolus haberis
Ex mundi domiois rite ſuperſtes.
Quis jam frondiſera tempora lauro
Miles te religat dignius uſquam.
Si Carthaginis hie victor adeſſet
Conſul ſponte tibi cederet ipſe.
Tarpejæ ſolitæ cetnere rupes
Victrices Aquilas, protinus omni
Pulſa mœſtitia, Cæſaris acta
Gaudent præſide te poſſe novari.
Gallos namque duces colla ligatos
Aotiquo gravibus more catenis,
Nec vidiſſe juvet, oi videant nunc
Hos a te reprimi Marte tecenti. C
Paulos, & Fabios, Cornelioſque,
Gracchos, Fabricios, Roma Locullos,
Te viſo memorat, hiſque decenti,
Quem virtute parem monſtrat, & armis.
Hæc mucrone tuo frangere Pyrrhi
Jem feſtinat opes, Annibaliſque
Fortunas veteres, atque furores,
Ut ſtringat ſolitis legibus orbem.

Ad Guidonem fratrem principis Salernitani.

COgnita cauſa mei fortiſſime Guido vigoris
Sume licet modicum carminis hujus opus.
Non fero divitias, amor eſt, cui nullos habendi
Des niſi quæ lerga munera digoa manu.
Fama tuos perhibet conſtanter ubique triomphos,
Quos mea oon patitur diſſimulare lyta.
Qui genus a regum contraxit ſtirpe, probaris
Guaiotarii magni filius eſſe ducis.
Hujus in impetio, quæ nunc eſt parca Selernos, D
Præcipua Latii ditior utbe fu t.
Lucanns, Beneventanus, Calaber, Capuaous,
Apulns huic bello quiſque ſubactus erat.
Principium lyris foit, urbs & regia finis?
Non tamen hoc uti ſufficiebat ei.
Extulit hanc Babylon peregtiois rebus, & auro
Sphæra quibus ſolis accidit ampla locis.
Æmula Romanæ oimium Carthago ſalutis
Plurima pro pacis fœdere dona dedit.
Thentonici Reges donati ſæpe fuere
Magnificeque ſui ponderibus pretii.
Tum medicinali tanum florebat in arte
Poſſet ut hic oullus languot habere locum,
Sed poſtquam patriæ Pater & tuus ante ſuorum
Ora propioquorum confoditur gladiis,
Quidquid habere prius fuerat hæc vira decoris,
Momento periit fumus, & umbra fuit.
Nam velut una lues pecorum ſolet omnibus agmen,
Aere corrupto debilitare modis,
Sic gens Gallorum numetoſa clade Salerni
Principe deſuncto perculit omne ſolum.
Non ſine divino nutu fortaſſe fiebat,
Viribus ut fieret fortior ipſa tuis.
Denique bis novies juvenis tua nobilis ætas
Solis, ut anfractus verterat & reditus.
Totus in arma ruis, neque te niſi congrua bellis
Præmia delectant, militiæque loci.
Impetus, ira, furor, labor, impatientia, virtus,
Motibus his etiam ptoaima ſi qna manent.
Haſta, micans galea, clypeus, lorica, phatetta,
Suotque tuæ ſonipes, arcus, & enſis opes,
Quis modo Phillirides velut ante docetur Achilli
Inſtrumenta tibi luxoriæ tribuit.
Vir citharam taotus forti pulſabat inanem,
Quam ſenſurus erat Hector & ipſe manu.
Non adeo potuit tantum diverſa voluotas
A ſemel incœpta te prohibere via.
Publica continuo quam vera labore tueri
Vivere non præſtat, vel tatione ſeni.
Hoc animo ſedet, intetdumque ſit utile quamvis
Privatis ſtudium oon adhibere placet.
Omnibus armorum quæſitis rebus ad uſum
Hoſtilem verſus ſigna moves aciem.
Sunt in Lucana portus regione Velini,
Qui Britianorum vallis amœoa jacet,
Hanc quoniam longe fuerat ditiſſima rerum
Subdiderat penitos gens inimica ſibi.
Hic tua præcipue patuit quod dextera poſſet;
Hoſtibus hæc duris magna roina fuit,
Quorum turba tuo numeroſior agmine multo,
Et tibi non miles ſtrenuus omnis erat.
Parva manet ſocios laus in certamine tanto;
Eſt diuturna nimis glotia cuncta tibi.
Iovisi intet tot ſicut leo millia ſolus,
Et perdit ſontes cæde repente viros.
Occidit hic jaculo, flatus huic cuſpis ademit,
Obrutus & telis pluribus ille petit.
Non clypei, oon loricæ munimina corpus,
Cuſtodire valent, quod ſemel enſe feris.
Quælibet loſidiis non eſt tibi cuta gerendis;
Omnia vis audet, frens tibi nulla placet.
Vi pereunt plures, fugit & poſt turbe ſuperſtes,
Et data victoti ſont bona cuncta tibi.
Quid meruit laudis, cui tantus ceſſerat hoſtis
Hactenus iovictus, qui modo victus adeſt.
Majus onus cœptæ fuit, & præſumptio pugnæ,
Sed vitium virtus, palma repellit onus.
Nunc teſidens alta pale caſtri victor in aula
Tædia jam patriæ unde fugentur habes.
Spem modo feciſti, qnod poſſint cætera vinci,
Et ſubdi quod non credo iniſſe ſuum.
Siciliæ tellus Arabum miratur acetvum,
Qnos tuus ipſe dedit enſis, & haſta neci.
Gentibus & validis timor, & nova cauſa timoris
Ut fuerat Macedo meximus ille puer.
Fac igitur vincas quodcumqoe repugnet, & inſtat
Civibus, & perimas quæque nociva putas.
Laus, & honos equitum Guido te nobilis uſus
Armorum faciet Cæſaris eſſe parem.
Jam prius augoſto dederat tua curia nomen;
Nos quoque debemus hoc tibi nomen eques.
Quam cuperem poſſes poteris puto Cæſar ut orbem.
Conſtantinopolis ſubdere regna tibi.
Tempora Cæſarium quantum tua poſceret aurum
Sceptra maous, humeros purpura, gemma pedes.
To ſatis a Parthis euferres concitus armis
Pignora Græcorum quanta pudoris habent.
Quos neque peſtiferæ ſervarent tela pharetræ,
Nec punctus rapidi grandia curſus equi.
Jamque vale, ſed ab his rebus deſiſtere noli.
Evigilet ſtudium Græca trophæa tuum.

Ad Goffrit Epiſcopum Averſanam.

GOſfrit Pontificum lætitiæ peous,
Perlongus valeas uſque tibi mala
Poſſiot nulla nocere.

Numquam livor edax, ira, ſuperbia,
Fædavere tuum pectus à moribus
Et virtute repletum.
Nulli namque magis quam tibi caritas
Se prodit meritis cujas ab impetu
Es liber vitiorum.
Nemo te cupidum dixit Epiſcopum,
Nec dicet penitus, præſul avarus es
Dum ſit vita ſuperſtes.
Sic vitæ placidus moribus undique
Suſpicis, veluti quam rutilum ligat
Aurum Sardina gemma.
Reſplendes pario marmore purius,
Effulges roſeo ſole micantius.
Quam ſis cerne decorus.
Extra ſic renitens pulchrior intus es:
Sed neutra ſpecie cuilibet imparem
Te vel dicere fas eſt.
Tu lux Eccleſiæ, cui modo præſides,
Tu cleri decus & præſidium tuæ
Plebis, ſpeſque vigorque.
Averſum ſtudiis philoſophos tuis
In tantum reliquos vincis, ut optimis
Diſpar non ſis Athenis.
In quo condita ſunt organa te duce,
Quæ plus Threicii ſiſtere mobiles
Poſſunt vocibus amnes.
Grates Parthenope dirige Galliæ,
Ejus muneribus læta quod obtines
Tantum, taleque lumen.
Cœleſtis patriæ Paulus œconomus
Te ſalvet precibus gloria Præſulum,
Et conſervet in ævum.

Ad Atthonem Epiſcopum Theatinum

MUlta promittis, tibi quæ nocere
Rite debebunt, neque te ſolutus
Proteget riſus, nec honor juvabit
Præſulis, Attho.
Sacra mendacem canonum ſtatuta
Præſulem damnant, vetat atque vulgus
Legis in contractibus approbando
Dicere quidquam.
De tuo lectas grege ſponte vaccas
Sex mihi mirabile ſorte munus,
Tunc inauditum quod erat, Caſino
Teſte dediſti.
Namque ſex harum velut intimatas
Prima cum Nino Babylonis altos
Condidit muros, Cataclyſmus illa
Senſit in arca,
Omnium linguis avium ſecunda
Te loqui plane docuit, beatus
Si tuis ſcires mondo ſic Latina
Reddere verba.
Artium ſeptem ſtudiis & omni
Pene doctrina fuerat perita,
Teque Timeum ſocio Platonis
Tertia ſcripſit.
Quarta qua felix recrearis aurum
Semper a cauda tibi ſuſſlat aptam,
Nec ſuis cœlum niſi te levarit
Cornibus ibis.
Semiveſtitum genuit cuculla
Quinta cauſarum comitem tuarum
Pontium, cum quo ſine ſine mendax
Totus haberis.
Febribus te ſexta tuetur atris.
Floribus lætis ſpeciebus; herbis
His tuo ſit ſtomacho ſalubris
Potio truci.
Si potes noli mihi Præſul Attho
Ultro mentiri, cole ſic amicum
Ut decet fidum, tibi mox nec ulla
Cauſa nocebit.

A

Ad Tranſmundum Puerum Scholaſticum

TRanſmundum metrica laude ſorores
Dignum dulce melos fingere doctæ
Ut vos voce quidem vultis acuta
Vel Phœbi cithara dicite dulci.
Hic Ariſtotelis philoſophiæ
Verſutas hæreſes, atque Platonis
Faſtus eloquii menſe per annum
Uno pene ſtudens arte refutat.
Qua non Attica dat vincere norma
Sed Zetina palus, noxia ſemper
Crudis cardiacis, ictericiſque
Et ſplenis vitio vindice paſſis.
Deridet ſtudium ſæpe decenne,
At quando libet hoc monte relicto
Lætus tendit eo tempore veris
Cauſa tam citius multa ſciendi.
Fertur cordetenus ſic homilias
Quadraginta legens ſcire ſed illic
B Nam poſt tot reditus muneris hujus
Expers prorſus adeſt, ut pote pridem.
Verſus tam bene ſcit Virgilianos,
Diſcens a puero quam bene novit,
Quos irata libros igne Sibylla,
Combuſſit quod eos renuit emptor.
Tales grammaticos mittit Aternus.
Hic oblivio ſic juxta peroſi
Amoris, philoſophos præbet inertes.
Felices quibus hæc cognita non eſt.
Si Tranſmunde mihi credis amice
His uti ſtudiis deſine tandem.
Fac cures monachi ſcire profeſſum
Ut vere ſapiens eſſe puter
Ad Guillelmum Monachum Gra matticum.
Sæpe te riſu puer affluenti
Nocte poſt cœnam memini Guillelme
Quam modo laudas nimis improbare
Rem monachorum.
Non ſit effectus quod in his voluntas
C Ullius, ſaltem neque pro tuenda
Lege naturæ ſine inſtituta
Voce prioris.
Veſte quod pulla referant volucrem,
Cui frui lymphis totiens negatur
In ſua lactens quotiens manebit
Arbore ficus.
Divites tantum merito beatos
Eſſe narrabas, quibus hic ad uſum
Factus humanum ſine mole præſtat
Omnia mundus.
Ipſe de quorum numero fuiſti,
Cui tot averſæ ſtudiis ad acutum
Oppidum cenſus dedit atque dulcis
Culmen honoris.
Per tui ſummum capitis vigorem,
Perque tantorum comitum cohortem,
Dic quid ob cauſæ profitens ſubiſti
Quod reprobaras.
Nec ſatis penſi nec honoris ulla
D Dignitas tandem miſeris catervis
Liberaſſet me, niſi tutus iſto
Jure fuiſſem.
Mundus hic vincit laqueis amicos
Cum quibus voto meliore luſit
Atque momento ſpoliat ſub uno
Rebus opimis.
Hoc in antiquis puto lectitari
Fabulis, quod ſi patienter audis
Congrua certe ratione factum
Ipſe probabis.
Plus lupis ſævis vitioſa vulpes
Beluis ut Rex etiam marinis
Nave per pontum fieret Leoni
Conſuluit ire.
Inde Beluarum vaga multitudo
Pro ſuo quæque officio carinam
Omne naucleri ſubitura juſſum
Et ducis implet.

Flan-

A Flante veuto per pelagus levatis
Navis it velis, ſed ut eſt in altum
Ducta, mox ſrendens oimis eſurire
Beſtia cępit.
Urſus immaoe cadit ante, poſthunc
Cętetos mactat, velut exigebat
In dies ventris jugis appetitus
Ingluvieſque.
Sola jam Vulpes ſibi cum leone
Deſpicit puguam ſote, ſeque multum
Arguit tatde placiti laboris
Conſiliique.
Tum ſecus litus prope ſunerata
Miile cervorum quibus in regenda
Puppe ſors eſſer, titubante jurat
Fraude videre.
At leo deſcendere ſævos iilam
Imperat. hos ducere fortiori
Quo valet cutſu; caritura morte
Paroit ultro.
B Cumque ſe rupem ſupereminentem
Ferret, ejus noo comes, inquit, optem
Eſſe Naucleri, ſera cujus extaot
Prandia nautæ.
Sic tuos mundus perimit ſequaces,
Cujus omnino metuenda dona.
Dedicant Regis vice purpuratos
Pauperiei
Sponte nunc coram vacuos latrone
Si volo ſaltus per iohoſpitales
Canto ſecure, rota me nec hujus
Atra revolvet.
Non mihi marſupia plena oummis,
Non honor deſunt epulęque Regum,
Dum cetes detur ſimol & caleoo
Plena dieta.

Ad Ildebraadam Archidiaconum.

QUaota gloria publicam
C Rem tuentibus indita
Sæpe jam ſuerit, tuam
Ildebrande ſcieotiam
Hic latere putavimus.
Et putamus. Idem ſacta
Et Latium reſert via,
Illud & Capitoiii
Culmen eximium throous
Pollens imperii docet.
Sed quid iſtios ardui
Te laboris & invidiæ
Fraudis aut piget, aut pudet?
Id bonis eteuim viris
Plos peſte ſubita nocet.
Virus invidiæ latens
Rebus in miſeris ſuam
Ponit iovaletudinem,
Hiſque non aliis oecem
Et pericula couſert.
Sed ut invidearis, et
D Non ut invideas, decet
Te peritia quam probi
Et boni fecit onice
Compotem meriti ſui.
Omne judicio tuo
Jus favet, ſine quo mihi
Nemu propoſiti mei
Vel ſavoris inediam
Pręmiumve poteſt dare.
Cordis eximius vigor
Vitæ nobilis optimas
Res ſecuta probant quidem
Juris iogenium modo
Cujus artibus oteris.
Ex quibos caput urbiom
Roma juſtior, & prope
Totus orbis, eas timet
Sæva barbaries adhuc
Clara ſtemmata regio,

A His & Archiapoſtoli
Fervido gladio Petri
Frange robur, & impetus
Illius vetus ut jugom
Uſque ſentiat uitimum.
Quanta vis anathematis!
Quidquid & Marius prius
Quodque Juiius egerant
Maxima nece militum,
Voce tu modica ſacis.
Roma qoid Scipionibus
Cæteriſque Quiritibus
Debuit mage, quam tibi
Cojus eſt ſtudiis ſuæ
Nacta via potentiæ.
Qui probe quoniam ſatis
Multa contuleraot bona
Patriæ, prohibentur et
Pacé petpetua frui,
Lucis, & regionibus
B Te quidem potioribus.
Præditom meritis manet
Glorioſa perenniter
Vita, civibus ut tuis
Compareris Apoſtolis.

Ad Stephanam Cardinalem Epitaphiam.

STephane qualis in æde Petri, quantuſque Sacerdos
Extiteris, novit Gallia cum Latio.
Edidit hæc, & uutrivit, timuit. Hoc amavit
Hoc te dilexit, compſit, & auxit idem.
Jodicio cauouum noras terrere nocentes,
Et ſine lege reos iegibus erigere.
Nobilitas, gravitas, probitas, & mentis acumen,
Et virtus animi magna fuere tibi.
Quioque manere .... cum ſol deberet: Inorna
Clauſos es hac. Requiem det tibi Chriſtus.
Amen.

C

Epitaphium Athonis Epiſcopi Theatini.

PRæſulis Athonis tumulaſti membra Caſini
Marſia cui triboit juxta priora tuis.
Iſtius unde domo mauavit origo parentum,
Regibus à Gallis iinea ducta docet
Principibus Marſis ſatus eſt de ſtirpe Quiritum;
Maue cum ſedis Thetis honore dedit.
Iſte nam Genetrix operum tibi virgo locavit,
Monſtrat ut Eccieſiæ jura iaborque ſuæ.
Unus amicorum qualis cum meliores
Marſia vel Thetis novit habere fuit.
Aote dies ſeptem quam ſol in piſcibos eſſet
Annos trigiota natus, & octo ſuit.

Leonis Romanoram nobiliſſimi Epitaphium ſcriptum ab Alphano Archiepiſcopo Salernitano.

D HOc jacet in tumolo Leo vir per cuncta fidelis,
Sedis Apoſtolicæ tempore quo viguit
Romæ oatus, opom dives, probus, & ſatis alto
Saoguine materno nobilitatus erat.
Prudens & ſapiens, & cœlo peue ſub omni
Aguitus & celebris ſemper in urbe manens,
Virgo ter ſenis ſuerat cum ſole diebus.
Quando ſuum vitæ fioierat ſpaciom.

Sermo Alphani ſuper Evangelium.

Iu Evangelium cum traoſiret Jeſus per civitatem ſuam: vidit hominem ſedeotem in thelonio Matthæum oomioe: & ait illi: Sequere me, &c.

Sermo Domini primi Alphani Archiepiſcopi.

EVangelica lectio, quæ nunc auribus veſtris inſonuit, dilectiſſimi, velut inſignis inter cætera Dominicæ eruditionis oracula mærentem peccatorum conſcientiam recreat: tabeſcentes animos erigit, puſillanimitatis, & diffidentiæ frigus excludit, & ad concipiendam ſpem veniæ dejectum io alta ſuſpendit. Quis enim de ſcelerum ſuorum quaorumlibet immanium enormitate diffidat, cum audiat beatum Matthæum venalis lucri quæſtibus inhiantem nonmodo repente vocatum, ſed ad obtinenda præcipua duo miniſteria curiæ cęleſtis adſcitum. Nimirum ut Apoſtolici Senatus conſcenderet apicem, & inter ſocios Evangeliſtas io eo, quod primus eſt, privilegii ſuſciperet dignitatem, quod utrumque munus nulli prorſus alii collatum eſt, niſi Matthæo tantummodo, & Joanni. Et quoniam Joannes Dei gratia dicitur, Matthæus etiam donatus interpretatur, dum uterque geminæ dignitatis dona promeruit, ut ioquam profecto gratia doni cœleſtis ioſulſit, ſed ut impleretur illa ſententia, qua dicitur: Ubi abundavit iniquitas, ſuperabundavit gratia. Matthæus quoniam ſcribendi in Evangelica veritate fecit originem, ducis, ac præceptoris inter cæteros Evangeliſtas poſſidet claritatem, cui nimirum aptiſſime congruit illa ſententia, qua dicitur fideliſſimus, & omni acceptione dignus, quoniam Chriſtus Jeſus venit in hunc mundum peccatores ſalvos facere, quorum primus ego ſum, ut in me primum oſtenderet omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri ſunt illi io vitam æternam. Unde factum eſt, ſicut nunc Evangelica narravit hiſtoria, ut eodiſcumbeote in domo ejuſdem Matthæi multi publicani, & peccatores venientes diſcumberent cum Jeſu, & diſcipulis ejus. Quos. n. ſcelerum ſuorum mordax conſcientia a Redemptoris acceſſu arceſcere poterat, hos Matthæi familiare cum domino contubernium, ut accederent, provocabat. Et dum ad pietatis fontem propinquum conſpiciunt publicanum, felici jam audacia præſumentes ipſum fontem non adire dubitant cum reliquis peccatoribus publicanis. De qua nimirum publica communione fontis æterni per Prophetam dicitur: In illa die erit fons patens domus David, habitantibus in Hieruſalem, in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ. Fons opertus, ac occultus eſt unigenitus Patris inviſibilis Deus, fons vero patens eſt idem Deus incarnatus, qui fons patens recte domus David dicitur, quia Redemptor noſter ad nos veniſſe ex David genere non dubitatur. Hunc profecto miſericordiæ fontem tuo Phariſaica ſuperbia paras obſtruere, dum ſitientes, & aridos ab ejus acceſſu niteris elato ſupercilio prohibere: hic per os Iſaiæ tibi promittebatur hauſtus cum dicebat: effundam enim aquam ſuperficientem, & fluenta ſuper aridam, effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem ſuper ſtirpem tuam, & germinabunt inter herbas, quaſi ſalices juxta præterfluentes aquas. Hic iterum promittebatur, cum & alibi diceret: & eris quaſi hortus irriguus: & ſicut fons aquarum, cui non deficient aquæ. Sed tu in faſtum tumidæ elationis impudenter erecta, & de falſæ juſtitiæ ſingularitate lenocinanter inflata gratis expoſitum ſalutis æternæ fontem contumaciter deſpicis, & vivifica ſuperni fontis fluenta faſtidis. Accedens enim ad diſcipulos domini tumens, & arrogans Phariſææ peſtiferæ ſuperbiæ virus, quod in pectore tuo erat, effundis, & elationis venenum, quam tumida mente conceperas, prærapidi, ac male ſpumantis oris ſpiramine exuſtlas. Quare inquiens cum publicanis, & peccatoribus manducat magiſter veſter. Idcirco plane cum talibus comedit, ut de publicanis juſtos, de peccatoribus ſanctos, de criminoſis reddat Apoſtolos. Vocat enim peccatores, ut eos propria virtute juſtificans efficiat innocentes. Sic nimirum ſic alibi, dum bona tua Phariſæe in templo conſtitutus arroganter enumeras, & alterum publicanum te præferendo condemnas: & ille de reatus ſui barathro ad promerendam veniam juſtificatus aſcendit: & tu a falſæ juſtitiæ tuæ culmine ante omnipotentis Dei oculos infeliciter corruiſti. Hoc itaque modo dum de fucato vacuæ juſtitiæ veſtræ nitore præſumis, & cæteros de ſuis exceſſibus judicabiles ſubmorderis, & juſtitia veſtra per elationem in peccatum vertitur, & illorum perpetrata nequitia ad obtinendam veniam per humilitatis gratiam reparatur, unde & per prophetam dicitur: & erit deſertum in Chermel, & Chermel in ſaltum reputabitur.

Paſſio S. Chriſtinę virginis, & martyris ab Alphano Archiepiſcopo Salernitano ſcripta
Prologus.

IN claro, & exornato triumpho Chriſtinæ nobiliſſimæ virginis dicere exiſtimavimus aliquid, & ex admirandis ejus actibus poſteritatis memorię tradere, atque id potiſſimum proſequi, quod adhuc in tenero adoleſcentiæ flore cum pertinaciſſimis Chriſtianæ profeſſionis inſectatoribus pro æterni Regis amore certando perpeſſa eſt. Honor quippe Dei eſſe perpenditur cum hæc referuntur; laudes martyribus exhibentur, & animæ bellatorum ad feſtiva prælia diligentius incitantur. Certiſſimum eſt enim in humanis dimicationibus feroces animos militum ſubito bellorum timore, vel fragore fortuito exterritos deficientes molleſcere, ut potius cogantur fugere, quam arma corripere: at ubi fortiſſimorum veteres victorias, gloriam, decus, libertatem, præterea ſua quoque clariſſima facta meminerint, ex ignavis ſtrenuiſſimi, & ferociores ſubito alterati lo confertiſſimorum hoſtium cohortes inſiliunt. Ita quidem in certaminis agone divini cum libidinis tyrannidem immaniſſimis cruciatibus, & illecebroſis dæmonum immiſſionibus dimicaturi nutaverint, glorioſiſſimas ſibi martyrum paſſiones, & coronas perpetuas poſt victoriam proponentes, maxima ſpe triumphi decertare nituntur. Sic & ipſi poſt felices conflictus gaudii quæſiti adipiſcuntur æterna. Dumque laborum ſuorum meritis in æterni cubiculi tribunal inthronizantur, Angelorum comites, amici Dei omnipotentis effecti per triclinia aurora radiantia, & amœniſſimos campos roſis vernantes, liliis albeſcentes, violis purpurizantes, pro diſtributionis quoque titulo indeficiente ætate ſpatiantur, omnia ſunt quieti ſtaturæ opportuna, omnia delectabili viriditate recentia, quibus in pace fruuntur optata. Hæc ſunt itaque præmia, quæ timidos fieri fortes inſtigant, hæcque inſtructiſſimos milites divini prælii bellatores dextris ſuis victorias portare compellunt.

Explicit prologus.

Incipit vita, & paſſio,

IGitur Chriſtina glorioſiſſima virgo, gente Patritia Aniciorum exorta, in puerilibus admodum annis veterum philoſophorum argumentis edocta, io ratione dicendi exercitata, poetarum uſa carminibus, poſſe ſubtiliter diſputare, civiliter agere, metro ludere præ cunctis comitibus videbatur. Aſt ubi talibus diſciplinis eſt plenius erudita, ineunte adoleſcentia, in qua nimirum maxima extat dubietas, quibus quiſque velit vivendi ſtudiis implicari, deliberatione habita cum duas cerneret vias, unam voluptatis, alteram vero virtutis, illam denique, quæ honeſtatis, decoris, ac pudicitiæ eſt, cura ferventi ingreditur. Erat enim hæc puella non ſolum generis, ingeniique nobilitate fortunata, ſed & pretioſiſſimæ pulchritudinis ſpecie decorata, ob quam multi eam in matrimonium juvenes petiere. Quibus tamquam ſemper adverſus tædas jugalis amoris, connubiique illecebras perhorrebat. Pater vero ejus Urbanus nomine, nolens deeſſe tam laudabili voto filiæ, ratus eam veſtali inſtinctu perpetua velle virginitate frui, hortatur uti cum duodecim ancillis diutina ſibi familiaritate conjunctis more

te majorum ſuorum, quorum beneficia plurima in Romana republica eſſent, diis immortalibus debita abſque ulla procraſtinatione perſolvat. At viſa tametſi de exhiben. diis cæremoniis patris ſanctione concutitur, tamen quia penes eumdem ſi adverſaretur cogendi poteſtas erat. ita ſicut cenſuerat, ſimulato animu promiſſionem facit. Erat autem turris miræ altitudinis miræque ſtructuræ. His obſequiis deſtinata clauditur hic Chriſtina cum collactaneis acuratiſſimis veſtibus, & ornamentis præcipuis decoratis, quibus Urbanus in maudatis dat, ut ſacrificiorum ritum magnifice doceant, ſimulque ſacrorum numinum majeſtatem acuratiſſimis dictis extollant; & minatur pœnam capitis niſi decretis ſuis paruerint. Stabant antem in ea pyramide a parte occidentis, ſtatuæ Jovis, & Apollinis, utræque ex auro puriſſimo fuſiles. Cumque famulæ dominici mandati memores ſtatuunt, ut ex condicto ſacrificent, proſternentes ſe ad pulvinaria, offerre thura, hortantur Dominam, ut eadem faciat: at illa recuſat; rogant, & abnegat, affirmat ſe palam Chriſti ſponſam eſſe, & ideo manufactis ſimulacris ſupplicare in perpetuum non debere: ad hanc denique vocem comites obſtrepunt, veſtes, quibus induebantur, repente diſcindunt, & ſeſe manibus lacerantes his in puellam clamoribus invehuntur. Dic age ſacrilega, cujus fiducia in hanc declinas inſaniam? unde tam reticendum nefas ore polluto evomis peritura? Quæ te res ad tantam obſcœnitatem impulit? non forma, non genus non diviriæ deerant, huccine Urbani patris viræ peracta ſtudia evaſere? Ergo ne eò miſeriarum perducitur, ut quam ipſe primo ad honorem Deorum immortalium, inde ſenatus plebis, populique Romani artium liberalium diſciplinis inſtrui voluit, per te potiſſimum clariſſimi generis ſui infamiam, & perniciem ſortiatur! Qui & ſi nihil ſęvi criminis alias videatur in patria commiſiſſe, tamen quod te talem educaverit filiam, merito ſſime cenſebitur inter maximi reos facinoris. Ad hoc itaq; obſtinato animo dulciſſima connubia execraris? & illuſtriſſimorum juvenum amplexus; quibus nihil ne conjicitur quidem dulcius, reformidas, ut homini perdito virginitatis tuæ inſignia perdas? Et numina, quibus, ſi optares uſui maximo fores, ad tui pœnam exitii perhorreſcas. An te latet quia ex quo tantæ calamitatis portentum urbem irrepſit, Romani Imperii ſtatus externarum gentium præliis laceſſitus imminuitur, variiſque calamitatibus mancipatur? Exhibe ergo dum vales gratum Diis obſequium, ne ad iram ulterius provocatis Auguſtalis ſententiæ motu immaturam mortem experiaris. Ad hæc cum alia maledicta adderent: Quæſo, inquit Chriſtina, quorſum hæc corruptionis evadit temeritas? Bacchamini multum in Dominam, reſipiſcite in hoc, quippe ut noſcitis Minerva nihil docet. Servata diſputantium conſuetudine alternis ad comprobandam rei veritatem obtemperando doctorum teſtimonio procedamus. Et illæ, ſi potes, inquiunt, tu prior quid cenſes agendum aggredere. At puella ut erat oratorum ſtudiis accenſa, ita ſibi eas affectare benevolentiæ locis primo conata eſt. Meminiſtis ſociæ quanta in proſperis, & adverſis utrorumque communicatur erga vos exitium, quod etiam neque animo, neque corpore a vobis abſuerim. Sæpius ego mecum propoſueram, uti poſt patris, matriſque extrema, totius patrimonii ſummam, famam tamen intelligere meam, cæterum uſum, & procurationem ejus penes vos eſſe, a vos mihi parentum, vos affinium loco ducere. Præterea hæc, quæ præ manibus ſunt, monilia, dextrocheria, annulos præfulgentibus gemmis mirabiliter inſignitos, veſtes purpureas, & auro puriſſimo redimitas, omniaque, quibus regiæ proles mirifice adornantur, eadem mihi, & vobis fore imperavi. Spem, fortunam, dominationem, conſilii mei ſummã arbitratui veſtro commiſi, atque ideo, quod fides veſtra admodum mihi opportuna jam dudum ſpectata fuerat. Si quid horum forte inficiamini, re ipſa in propatulo conſtitura convincam. At comites plura dicere cupientem, talibus aggreſſionibus appetunt. Facilius clavem de manu divellere valebis Herculea, quam nos a cunabuiis devote numinibus ſacra ſolventes, tuis ferventibus in arte Rhetorica ſtudiis Chriſtianæ ſectæ abſque promiſſa diſceptatione adjungere. Tantum ſi in Deorum divinitate aliquo modo hæſitas, ſit a Jove principium, quod ſi omnipotentem non eſſe poetarum, vel Philoſophorum teſtimoniis comprobaveris, quandoquidem tum de cæteris reticendum eſt, tuis jam aſſertionibus nos aſſentire amota dubitatione videbis; ſin autem hoc aſſerere forte nequiveris, æquitatis ratiocinatio præſtat, ut pari modo Deorum noſtrorum una nobiſcum ſubdaris imperio. Sapientiſſima virgo reſpondit Sit juxta veſtram ſententiam; rem, quam modo dictura ſum, puto corde tenetis; ſed in auctoris ſententiam pedibus ire ad præſens faſtiditis. In illo namque libello Apuleji, qui de Deo ſacratis titulatur, in quo propter incredibilem copiam ſuavitatemq; dicendi ſæpe, & multum ſtudere ſolebamus, non ſolum de impotentia Juppiter, verum etiam de commiſſis ad poſſe ſceleribus apertius inflammatur. Nam cum iſte vellet omnipotens ſummæ poteſtatis gloria Cretentium regno potiretur, ſic enim ibi accepimus, Aſcribatis filio magna vi, multoque labore oppugnatus, dum reſiſtere nequit, ſolio expulſus abſcedit. Et quia ludibrio a ſuis complicibus habebatur, diu ſua indagatione incertus tamen habitis auſpiciis ſeſe Impireum injecit: diis ſacrificia exhibuit, eoſque poſtulat ſibi opitulari, quibus ſuffragantibus, hoſtis devincitur, & ita Juppiter extitit laureatus. Plane ut reor mecum acuminatis eum de Impoſſibilitate ſatius poſſe notari, qui regnum, quod ſuo juri vendicaverat, bellis aperte convinctis, hoſti reliquit, & qui eum cum quo manus conferre ſolus erubuit, aut certe timuit, auxiliis alienis, quem fletibus obtinuit interficit. Et paulo poſt idem Apulejus de inceſtuoſis ejus facinoribus ita orditur. Expergiſcimini pulcherrimæ matrum familias, Liberi quidem patris ferię menſe ſequenti ſubintraut, certe viciſſim Illius ſimulacrum per rura, per compita, immo per urbem . . . .

. . . . Marcus etiam Varro quid de hac cui ſupplicatis, Veſta in digeſtis ſuis affixerit, ſatis loquutibus pater. Veſta, inquit, quæ nuperrime virginitatis privilegio gloriabatur, Jovis adulterio inceſtata, cum de ejus corruptione quęſtio vereretur. corruptionis ſuę inſtinctu cribrum de aqua implevit Tiberis, & quia non perfluit facti abſtulit controverſiam. O delirum caput, o hominem totius ſceleris fece pollutum, o execrabile, & omni opprobrium deformitate monſtrum! violentiam non ſponte perpeſſus hujuſmodi ceſſit: filiæ pudorem rapuit, Agenoream prolem tauri imagine deluſit, omne etiam, quod ſibi collibuit, ſcelus admiſit, & divinitatis ſibi majeſtatem opinione impia uſurpare non puduit. Ecce quali quantoque Deo arcem etiam capitolinam Romani obſervandam ſe commendaſſe gaudebant; ſed ubi inviſarum gentium poteſtati urbs tota nocte intempeſta dedita eſt; illud certe clariſſimi imperii domicilium eſſet cum eodem cuſtodem captum niſi vigiles anſeres Jove incautius dormiente arcis cuſtodes excitaſſent. Unde mirum eſt tam cordatos homines in hujuſcemodi poſtmodum culturis decipi potuiſſe. Sed quia jam de illuſtrium virorum teſtimoniis, de impotentia, ac turpitudine Jovis propoſita ratio mihi videtur ad unguem perducta, vos ſi quid ad hæc opponendum putatis, ut dicta confirmaturæ obiicite. Et illę, evidentiſſime inquiunt, rationis judicio a divinitate temere affectata noſter tigrellus excluditur, nos autem nihil opponimus, ſolum poſthac quid divinitatis de Chriſto autumas, nobis a te poſcimus luculentiſſime explanari. Chriſtina dixit: Satis probe ſuperſtitionis errore ſupploſo, omnipotentis Dei divinitatem exquiritis, ut quę a feſcenninis errorum tenebris mente obductæ cęcutitis veri luminis, qui Chriſtus eſt, æternaliter reſplendeatis. Exhibere itaque animos ad ea, quæ flagitatis, & me ſimpliciter perorantem

diligenter attendite. Dominus Jeſus Chriſtus, de
cujus divinitate me famulam ſuam ſcienter inquiri-
tis, verus Deus eſt ante mundi originem, ex Deo
vero genitus, per quem omnia facta ſunt, non ado-
ptivus, nec ſantaſticus, ſed conſubſtantialis, &
coeſſentialis Patri omnipotenti unigenitus filius.
Qui poſt multa a condito mundo annorum curricu-
la, non coactus, ſed ſua, & patris voluntate ad li-
berandum genus humanum, originali vinculo irre-
titum, quod primi parentis culpa diabolico inſtiu
ctu contracta, ab illa Angelorum felicitate perpe-
tua in barathrum æternæ mortis inciderat, de cœ-
lis in uterum Virginis venit, & quem cœli ambitus,
orbiſque totius capacitas capere nequit, anguſto
utero Virgo pertulit. Ex qua carne noſtræ morta-
litatis indutus, perfectus Deus, & homo pericli-
tanti mundo ſe præbuit; ab hominibus quidem vi-
ſus; & cum hominibus converſatus, peccatorum,
& publicanorum amicus, & pauperum piſcatorum
comes effectus, de quibus fecit Apoſtolos, quos
conſtituit patriarchas, præcones veritatis, Judices
ſeculi. Et ut vobis, quod prædico, melius innoteſcat,
hunc ad cujus veſtigia ſupplicandi gratia ex toto or-
be concurritur, Piſcatorem quondam hamo par-
voque reti contentum Principem mundi, & cœli
clavigerum adornavit. Talibus utique miniſtris
majeſtatis ſuę ſecreta aperuit, & eoſdem ſua præ-
dicatione docuit humanitatem, dæmonum exorbi-
tatam illecebris in creatoris ſui gratiam revocare;
& ut fides exhiberetur dictis, virtus, quæ divini-
tatis clareſceret, leproſos mundavit, paralyticos
curavit, cæcos illuminavit, mortuos ſuſcitavit.
Poſtremo ne ſolum hoc ad libertatis noſtræ parvi
penderetur auxilium, ſpontaneum crucis aſſumpſit
patibulum; moritur vitæ Dominus; mundi gloria
tumulatur; terra concutitur, ſol obſcuratur, le-
gem non ſervant elementa naturę, quorum Domi-
nus eſt crucifixus. Claudebatur in ſepulcro caro, &
divinitatis ſuæ potentia frangebat clauſtra inferni.
Concurrunt ad eum populi, tot ſæculorum ſpatiis
continua morte damnati. Adeſt primus parens ter-
rigenum, & primordii ſui agnoſcit indicium; obſe-
crant unanimiter creatorem ſuum, atque ad ſe ex-
cuſandos prævaricationis oſtendunt principium.
Motus interea Dominus ęternis vinculis humani
generis alligat inimicum, & eos, quos voluit ſe-
cum deducens ad corpus rediit, ac tertia jam die,
ſicut diſcipulis ſuis prædixerat, ſurrexit. Poſt qua-
draginta vero dies ad cœlos, unde venerat cum, cor-
pore manifeſtiſſime rediit. Comprobat hoc certiſſi-
me intemerata ſanctorum Apoſtolorum auctoritas,
qui veritatis amore felici morte damnati ſunt. Te-
ſtantur id & glorioſiſſimi martyres, qui inter equu-
leos, flammaſque victores, creatorem omnium re-
rum prædicare non metuunt. Hi autem dum hæc
aſtruunt, animos audientium ad cœleſtia regna com-
pellunt, & hanc, quæ tantum dicitur vita, penitus
contemnentes, aliam ignaram mortis, & quæ fi-
niri non novit, acquirunt. Ad quam procul dubio
ſi volueritis, & vos dulciſſimæ comites ire poteritis.
Et illæ, volumus modo, divinitatis potentiam om-
nes valde miramur, ſed maxime de tali, tantoque
pietatis genere obſtupeſcimus, inenarrabilis, ut no-
bis videtur, extat hæc pietas, ac totius mundi fabri-
cæ noſtro quidem judicio incomparabilis. Age er-
go, & quod tibi ad tantum gaudium obtinendum
Chriſtiana profeſſio expetit, ſecura nobis ſine mo-
ra exequere. At Chriſtina prudentiſſima virgo tan-
ti tripudii hilaritate perfuſa ad ſimulacrorum ima-
gines citiſſimo ſe curſu proripuit, & virgula, quam
manu geſtabat, Jovem primitus feriens, experire in
me, ait, ſi quas habes vires, teque ſi potes ab illata ti-
bi injuria conſueto more ulciſcere. Cumque hoc al-
ternando unicuique inferret opprobrium, omnia ſi-
mul arripiens in unum coacervavit, ſeque cum il
lis proxima videlicet nocte parvorum adminiculo
reſticulorum per feneſtram dimiſit, Chriſtianis la-
tentibus quicquid erat exhibuit, atque per manus
eorum egenis erogando diſtribuit. His itaque per-

A actis, greſſus unde tulerat retulit, & comitibus,
quæ geſſerat, ordine intimavit. Interea dum res
taliter agereretur, magna militum ſtipante caterva, eo
quod urbis præfecturam agebat Urbanus, advenit,
feſtus enim apud eos dies tunc agebatur. Dumque
in Apollinis ſtipitem intenderet, ut ei, ad quem ve-
nerat, thura incenderet, ſimulacrum nullum videt;
magnaq; diu admiratione attonitus primum decen-
ter filiam, ubi eſſent, interrogat. Ad quem Chriſti-
na: Pro culmine honoris tui unigenitum filium Dei
ſemper colui, & pro valetudine totius reipublicæ
Chriſtum, qui in cœlis eſt, adoravi, cujus inſtin-
ctu, cujuſque fiducia pernicioſiſſimum eſſe exiſti-
mans ſceleratiſſimis, & miſerrimis homuncionibus
divinitatis majeſtatem adſcribere, atque eorum ſup-
plicando ſimulacris, creatorem omnium rerum of-
fendere, ſtatui ea manibus meis confringere, & quic-
quid inerat argenti vel auri pauperibus erogare: id-
que nocte tranſacta peractum eſt. Urbanus autem
ad hæc nullo modo aſſenſum præbere poterat, quod
B oſtii obſeratione, & excelſæ turris altitudine ad eam
hominibus negabatur ingreſſus. Cumque ſecum
plurima volveret, & præ nimio dolore obſtinata
per domum mente incederet, caſu feneſtræ incum-
bens, videt repente reſticulos, quibus abinde hu-
juſmodi facti conſerebatur fidea. Tunc immenſa
accenſus ira, & ultra quam parentibus conveniat in
liberos ſæviens, alapis, & calcibus mitiſſimam
prolem aggreditur. Suggerebant autem milites cir-
cumſtantes, uti eam paterne afficeret, & ſuaſoriis
inſinuationibus, quid in re eſſet exquireret, ſimula-
te addentes non eſſe veriſimile fœminam, tam ſo-
lertem, tamque in Romanis legibus eruditam ejuſ-
modi patri voluiſſe inferre injuriam, unde jure ci-
vili teſtamento paterno exhæres merito ſcriberetur,
ſicque rebus privata hæreditariis improvide, aut
voluntarie ſibi obeſſe videretur. Beata Chriſtina re-
ſpondit, ſi hoc leges conſtituunt, hoc volunt, ad
hoc ſpectant, ut omnes, qui opprobria patribus in-
gerunt, eorum poſſeſſione priventur, veſtra ſen-
C tentia jure plectemini, qui a veſtro Creatore divi-
ſit, qui ad ſimilitudinem ſuam creavit, dæmoni-
bus vos ultroneos exhibetis. Ego vero ejus hæredi-
tatem jure obtineo, in qua mihi cohæres Chriſtus eſt,
concives Angeli, conſortes Apoſtoli, conſocii
martyres, amici confeſſores, affines Virgines, ubi
nullus mihi ſubrogabitur hæres, nullus prætor po-
terit bonorum poſſeſſionem adimere, nullus aude-
bit exactor penſitatione vexari fiſcali. Urbanus
dixit ad hæc: Reſipiſce temeraria, & ab intentio-
ne nefaria animum averte, afferto Deos, quos ab-
ſcondiſti, & libato eis, alioquin in membris tuis
tanta pœnarum genera experieris, quanta te in alie-
nis ſolum vidiſſe terreris. Beata Chriſtina reſpon-
dit: Deos tuos deſine ulterius Urbane perquirere,
cum quid de eis laudabiliter geſtum ſit recognoveris,
tam male animatus, atque immemor ſui, ut in pre-
tioſiſſimo metallorum nitore dæmonum imagines
cælatas patiatur, & non qua poteſt celeritate tam
nefanda monſtra eliminet. Urbanus dixit. Ergo
D ne fortiſſimi Jovis imaginem auream deleſti? Beata
Chriſtina reſpondit: Ego totam maſſam tali pol-
lutione dedecoratam in fruſta diſtribui, ne & ea .
. . Jovis effigiem inſenſatam deleverim. Mox
Urbanus incredibili furore correptus, extendite
eam pronam inquit militibus, & atrociter fuſtibus
caſtigetur, ut animadvertatur quanto exitio digna
ſit, quæ Deos immortales atroci injuria violaverit.
His juſſis duodecim, qui viciſſim parerent electi,
illico divino examine retroactis veſtigiis, quaſi paſ-
ſibus ſenis vicino parieti adhæſerunt, ut profecto
tyrannus agnoſceret milites a puellari cæde expul-
ſos viribus alienis ceſſiſſe. Tunc beata Chriſtina
hac valde admiratione ſecura ait: agnoſcis pœnas
tuas inefficaces Urbane, perpendis milites quanta
in me poſſunt uti crudelitate, occurrant Dii, &
quia pro ſe certantibus nequeunt ſuppeditare auxi-
lium, ipſi ſibi opitulentur, experiantur in me, ſi
quam habeant divinitatis potentiam, quia eis non

parvum intuli dedecus, quos dictis confutando contempſi, contemnendo deluſi, deludendo confregi, quibus oculos erui, quibus ora neſanda obſtruxi, quibus pedes fugaces abſcidi, brachia ſregi, ſine actu membra comminui. Audiens hoc Urbanus nimio mœrore confuſus ſerreis vinculis colla delicata conſtringit, & in inferiori parte carceris loco quodam ſubterraneo clauſit, ac ſe inde domum proripiens, ibique furibundus ſecum multa revolvens, quod inſperatæ rei malus eventus incurrerat, conjugi triſtitiæ cauſam poſcenti rem aperit, filiam Chriſtianam effectam multis aſtantibus patefecit. Fit amicorum repente conventus, & matronarum maximus undique curſus: concrepat domus diverſis dolorum turbata generibus, virorum ac mulierum, amicorum, & ſamiliæ repleta lamentis. Dum hæc apud eos geruntur, beatiſſima Chriſtina aliquantiſper orationi incubuit, obſecrans, uti ei Dominus contra diabolicas acies impenetrabile ſcutum fidei conſerat. Oratione autem facta, ſubito cum exilliret, ante oculos ejus juvenis ſplendidiſſimus igneo ſplendore circumfuſus apparuit, cui hæc dixit: Miſit me dominus Jeſus Chriſtus, cujus te famulam toto corde confeſſa es, ut ſim tibi æternæ ſalutis galea, & impenetrabilior ab omni immiſſione lorica; & hæc dicens, panem, quem ſecum detulerat obtulit, eique ut comederet imperavit. Deinde brevi peracto ſpatio, ecce mater muliebri ſragilitate remiſſior, ſparſis crinibus, veſte diſciſſa, luto, cœnoque volutata ad ejus quippe calamitatis locum advenit, filiamque catenis innexam ferreis conſpexit. Hinc irremediabilis cruciatus, hinc incomparabilis luctus, hinc dolor oritur inauditus confluitur ex urbe tota ad tam exitiale ſpectaculum, quid agat miſeranda anus, quo ſe vertat incerta eſt. Appellare filiam incipit, ſed intercipit anhelitus vocem, quid velit ignorat, quicquid ſactura videtur, diſplicet; videt in gyro diſpoſitas ſedere matronas, & unamquamque nominans appellat, rogat, obſecrat, obteſtatur, uti materna pietate motæ filiam ſibi unicam reddant. Adeunt itaque illæ beatiſſimam Chriſtinam, & verbis eam ſuaſoriis taliter occupant. Repugnant Chriſtina virtuti, ſcientiæque, quam de te opinabamur, vincula, quibus innecteris, ut & cernimus tuum exornatiſſimum ſtudium nobilitate tua indigna obſcœnitate ſœdaſti: videtur de te congrue dici vulgare illud proverbium, quanto altior gloria poſt triumphum, tanto inferior ignominia poſt ruinam. Unde tibi tam ferreum pectus? an te feræ genuere tigrides, gorgonei aluere parentes? ſolam namque hominis exterius indutam figuram, intus portentoſam deprehenderis gerere feritatem, dum quæ te genuit matrem tu magni cauſa doloris ſacis eſſe oſtentui. Placetne eam tantis incitatam furiis circumſpectantium oculis ludibrio haberi? Quod ſi aliis, quæ multæ ſunt cauſæ, vel blanditiis, quibus te puſiolam fovit, convenit moveare. Per caput hoc ſpecioſiſſ. perque corpus omni ſormitate decorum te deprecamur, ab hac impietate deſiſtere, & matri jam periclitanti remedium conſolationis afferre. Quibus beata Chriſtina paucis reſpondit: breviter, ac copioſe de obſequiis parentibus exhibendis peroraſtis, meque impietatis in matrem arguiſtis, quæque dicenda verborum, ac ſententiarum coloribus arte mihi non incognita diſtinguentes. Cæterum divinæ leges ſanciunt, quod quicumque dilexerit patrem, aut matrem, aut fratres, aut ſorores, aut filios pluſquam Deum, Deo dignus non ſit. Qua de re conſequitur, ut pietas, quam in matrem habendam ſuadetis, impiam in Dominum facit famulam, atque ita hoc pietatis genus, vera intuentibus cenſetur impietas. Poſtquam vero animum ejus mutare nullo modo queunt: domum cum matre redeunt multiplicibus aucta doloribus. Deinde ubi Urbanus ex iis, qui interfuerant, filiam ſibi non conſenſuram accepit, reminiſcitur Fulvii cujuſdam ſenatoris filii, quem retractum ex itinere qui cum Catilina conjuraverat pater ne-

A cari juſſit, & maximo præfecturæ ſuæ monimento fore exiſtimans, ſi id conſimiliter faceret, juſſit eam uis exhiberi conſpectibus. Ducitur autem Chriſtina ſanctiſſ. ferreis nexibus illigata ante oculos ſpectantium quid rei hujuſmodi ſtatueret exitus: clamor undique grandis attollitur contra ſalutem reipub. innocentem videri abſque legali diſcuſſione damnari. At ſimul ut ventum ad tyranni aſpectum taliesmille allocutione aggreſſus eſt: Longe melius Chriſtina ageres, ſi ſaluti tuæ, qua tibi nil debet videri utilius, meditando conſuleres. Non eſſe mihi videtur jure, temerario animo mortem appetere, bono, & utili modis omnib. repugnare, B. Chriſtina reſpondit, non omne, quod tibi videtur ita eſſe neceſſe eſt. Alioquin tuus, quem colis Juppiter, Deus eſſet, quem nego, inque hac ſententia mori honeſtum duco. Urbanus dixit: Duo ſunt quæ te velim mihi oſtendere, unum Jovem Deum non eſſe, alterum, tibi mori honeſtum, quæ maniſeſtiſſime peto ut doceas. B. Chriſtina reſpondit.
B Quicunque ſani capitis eſſe perpenditur, nullum alium Deum eſſe intelligit, niſi qui omnia fecit. Urbanus dixit: hoc nullus vivens ignorat. B. Chriſt. dixit: Conſtat ergo omnia feciſſe Jovem, ſi Deus eſt, Urbanus dixit: liquido patet. B. Chriſtina dixit: ſi omnia fecit, aliquid abſque eo nullatenus fieri potuit; at Saturnus, qui illum genuit, fieri abſque eo potuit, non ergo Juppiter omnia fecit. Deum igitur non eſſe Jovem maniſeſtiſſ. ratione colligitur. Ecce habes, quod quæſiſti; confitearis oportet, quod ſine contradictione tua neceſſario concluſum eſt. Alterum vero, quod ſimiliter oſtendi tibi poſtulanti evidentiſſ. ratione monſtrabo, ſique refellere non vales, veraciſſime prolata iis præſentibus maniſeſtaveris. Urbanus dixit: non eſt in poſt quæſita ſcienda digreſſio, ubi prioris quæſtionis argumenta poſſit pars diverſa reprehendere, prioribus itaque inſiſtens paucorum commutatione verborum, quod in me torſiſtis, in te retorquendo rationem tuam redarguam. Dic ergo, Crucifixus tuus,
C quem unigenitum Filium Dei eſſe prædicas, Deus eſt, omnia fecit, ſi omnia fecit, nihil fieri abſque eo potuit, ſed genitor ſuus, quem ipſe non fecit, fieri, abſque eo potuerit, & ita omnia non feciſſe, Deumque non eſſe pari demonſtratione convinceris. B. Chriſtina reſpondit: Deum Creatorem eſſe intelligis, an creaturam? Urban. reſpondit creatorem. B. Chriſt. reſpondit: Creatorem omnium creaturarum, an aliquarum? Urb. reſpondit omnium. B. Chriſt. reſpondit, ſi cum Deus creatura non eſt, creator eſt omnium creaturarum, cum pater & filius Deus ſit, nec pater creator eſt filii, nec filius creator eſt patris. Ita quidem unigenitum Fil. Dei omnia non feciſſe, quod patrem ſuum non fecerit, atque ideo non eſſe Deum, videris omni ſemota ambiguitate mentitus: liquet ergo unigenitum Dei Patris omnipotentis Fil. & Deum eſſe, & cuncta creaſſe, licet patrem ſuum non fecerit. Urban. dixit: omnia hæc convenientius de Saturno, & Jove dicta ſumuntur, qui-
D bus omnia, quæ facta ſunt, obediunt, quibus etiam diſponentibus cuncta a principio gubernantur. B. Chriſt. reſpondit: ſalleris Præfecte, erras Judex perite, dicis eorum diſpoſitione a principio omnia gubernari, ante quos, & multa millia hominum fuiſſe, & tempora plurima extitiſſe compertum eſt, ut poetæ narrant, probantque Philoſophi. Diſce eos homines fuiſſe non deos, inceſtuoſos, homicidas: propterea in tartara retruſi, te, & alios cultores ſuos perpetuis ignibus ſecum expectant arſuros. Tunc Urb. impietatis furiis exagitatus, juſſit afferri rotam, & gladios acutiſſ. ſuperaptari, & ignem copioſum ſubter accendi. Cumque ex tyranni decreto B. Chriſt. tanto crudelitatis generi incurvaretur, dum rota revolvitur, corpus ejus pretioſiſſimum ſcinditur, & exuritur. Tunc tyrannus cum ſautoribus ſuis ei inſultans ait; conſtans eſto Chriſtina, noli pertimeſcere pro Crucifixo hoc ſuſtinens, qui noluit cum potuit de cruce

de-

deſcendere. B. Chriſt. reſpondit, nunc miſer infelix
auſculta, quanto ſunt humiliora, quæ pro me paſ-
ſus eſt, tanto illi plus debeo, & cum omnia in me
tormentorum genera conſummaveris, Crucifixum
laudabo, mihi autem abſit gloriari niſi in cruce D.
N. Jeſu Chriſti, in qua de hoſtibus triumpho, quam
adverſantibus cunctis obiicio. Hæc illa proſequente
rota everſa eſt, & contrivit circumſtantium maxi-
mam infidelium partem. Præfectus illico ingenti
terrore attonitus, dimiſit conventum, & carcera-
libus illam cuſtodiis mancipari præcepit. Ingreſſa
autem B. Chriſt. obſcuriſſ. carceris locum, Ange-
lus ei domini quaſi ſol meridianus apparuit, & dixit
ad eam: miſit me D. Jeſus Chriſtus, pro cujus amo-
re gravia paſſa es, ut membris tuis conſeram ſanita-
tem. Et cum hæc diceret, ita ſolidata ſunt omnia
vulnera ejus, ut nullum in eis ſignum inciſionis re-
maneret. Nocte autem ſubſequente Urban. opti-
mum factu credens, iterum illius animum dulci
colloquio, & blanditiis ad Deorum culturam revo-
B care, fecit eam ſuis obtutibus præſentare; cumque
ab ea nullum penitus potuiſſet extorquere reſpon-
ſum, immenſis eam alligatam ponderib. pelagi flu-
ctib. deſtinavit; ſed cum eam in medio mari nautæ
præcipitè darent, Angelicis adjuvata ſuffragiis ala-
cris ad litus delata eſt. Urban. interea arreptus a
dæmonio expiravit. Poſt non multum vero tempo-
ris, cum iniquiſſimus Idion Urbani loco præfectus
eligeretur, B. Chriſt a perſecutoribus coarctatur,
& Solis ſimulacro ſacrificare compellitur. Quibus
cum conſentire nollet, perditiſſ. Judici præſenta-
tur; ad quam ſæviens Præfectus dixit: Tu ne es
Chriſtina, quæ omnipotentes Deos noſtros ſæpius
philoſophando deludis? B. Chriſt reſp. juſtum eſt
ne in nullo obviat rationi, ut quæ merito contemen-
da ſunt deludantur, & quæ vana ſunt pro nullis pe-
nitus habeantur. Vos vero non Deos, ſed dæmo-
nes, non cœlicolas, ſed homines impuros, & fla-
gitiorum immanitate in inferno damnatos in metal-
licis ſimulacris adoratis. Præfectus his verbis com-
C motus extemplo juſſit eam fuſtibus cædi, ac dein-
de vas æneum ad inſtar cunæ figuratum ſub magna
celeritate afferri, quod milites ex præfecti imperio,
oleo, pice, reſina, & ſulfure repleverе, & ad
ignem ut calefacta liqueſcerent poſuere, cumque
ex nimio calore comixta ferveſcerent, Præfectus di-
xit: unum tibi e duobus, ò puella, elige, aut Deo co
litura incende, aut corpus tuum tam delectabili rore
perfunde. B. Chriſtina ſignum ſibi glorioſiſſimæ
crucis impreſſum, & ſe in oliam ferventem citiſſi-
mo curſu projecit. Mox cuna diſrumpitur, & quic-
quid in ea fuerat foras per ſciſſuras deducitur: bea-
ta quidem Chriſtina incolumis perſeverans erigi-
tur. Præfectus illico indignatus fecit eam nudam
torqueri, & raſo capite ad templum Solis perduci.
Erat autem in medio templi tribunal argenteis pa-
rietibus in ſublime erectum, cujus faſtigia ebore niti-
diſſimo tegebantur, in quo aurea Solis imago mi-
cantibus è cæſarie radiis coruſcabat, quæ quaſi ſtel-
larum repetendo Zodiacum curſu citiſſimo fereba-
D tur. Signa quippe ſex a dextris, totidemque a ſini-
ſtris occidere, & exurgere alternatim bina quæque
ſibi ex adverſo obſiſtentia videbantur, ibi horæ, ibi
dies, ibi menſes, ibi annuis ſuis ſpatiis circumi-
bant; aureus axis erat, radiorum argenteus ordo,
per juge chryſoliti fulgebant ordine ducti. Ad hoc
ſpectaculum B. Chriſtina adducitur, data a præfe-
cto ſententia, ut ſi Deo Soli ſacrificare renuiſſet,
ſtatim gladio interiret. B. igitur Chriſtina illico po-
poſcit ſilentium, & erectis ad ſidera manibus ora-
tione Dominum hujuſcemodi deprecata eſt. Rex
invictiſſime, pater omnipotens, Deus immenſe,
qui rudem, & indigeſtam materiem in quatuor ele-
menta conformans perfectis partibus perfectam
mundi conſtitutionem mirabiliter operatus es, qui-
que in ipſa mundi genitura Angelum immoderatæ
ſuperbiæ ſedem ſibi aquilonem contra voluntatem
tuam ipſo tantummodo motu animi uſurpantem, de
ſummo cœli faſtigio ejeciſti, concede mihi famulæ

A tuæ, ut ex hoc Solis ſimulacro, in quo idem peſſimus
ludificator habitat, & hoc opus mechanicum, &
ipſo artifice patratum comminuat, & ita cognoſcat
omnis hic ſenatus cum populo tibi omnium creatori
univerſam ex debito obedire creaturam. Et cum hæc
dixiſſet, ecce ignitus dæmon apparuit, qui totū illud
mechanicum magicumq; opus confringens, maximā
metalli partem in præfectum projecit, indeque ejus
feriens colla illico interfecit. His ita peractis Julia-
nus judex juſſit B. Chriſtinam teneri, & in camino
æſtuantis incendii concremari. Milites vero iniqui
crudeliſſimi principis iniqua mandata ſunt protinus
executi. Cumque ſanctiſſima Virgo eſſet in forna-
ce trium horarum ſpatio, exiſtimans tyrannus eſſe
conſumptam, ignem amoveri fecit. Tunc vox dul-
cis pſallentium de eam no repente inſonuit, ac in-
ter Angelorum choros virginis Chriſtinæ facer vul-
tur effulſit. Matronæ quidem, quæ illuc ſpecta-
tum venerant, attonitæ ſuper his, quæ viderant,
credidere. Julianus vero hæc audiens vehementi
B indignatione commotus juſſit illam præſentię exhi-
beri, cui & dixit: Tædet nos, o puella, injuriarum,
quas nobis, & Diis noſtris nemine tibi reſiſtente,
aut ulciſcente ſatis multas intuliſti: ergo nobis da-
bis pœnas, adverſus quas magicæ artes minime prę-
valebunt: & ſtatim, ut juſſum fuerat, unus de ma-
gorum collegio, qui ea tempeſtate in arte deteſtabi-
li Romæ celeberrimus habebatur, duos dracones in
medium detulit, quos in famulam Chriſti, ut ab eis
abſorberetur, immiſit. Mox B. Chriſtina ſignum eis
ſalutis oppoſuit, qui divino examine revoluti ma-
gum arripuerunt, & ſub momento ante totius con-
ventus faciem peremere. Cenſore itaq; cum omni co-
mitatu ſuo obſtupeſcente B. Chriſtina ad locum, ubi
defunctus jacebat, acceſſit, & cunctis audientibus ait:
in nomine Domini mei Jeſu Chriſti, qui crucifixus
eſt, ſurge miſer, ut perpendat omnis hæc turba,
quia ipſe eſt verus Deus vivens, & regnans in ſecu-
la ſeculorum. Ad hanc vocem cadaver recepto ſpi-
ritu videntibus cunctis erigitur, aſſerens, & prædi-
C cans quod non ſit alius Deus niſi quem Chriſtina
prædicat, Dominus Jeſus Chriſtus. Dracones in-
terea abſque ulla hominum læſione unde profecti
ſunt revertuntur. Julianus igitur timens fieri in ple-
be tumultus, & magis ſeditionis terrores effugiens,
quam rationi ſatisfaciens juſſit ei mammillas, &
linguam abſcindi: deinde fecit illam in hippodro-
mum duci, & tamdiu ſagittarum jaculationibus in-
figi, quouſque ſpiritum exhalavit. Eſt autem paſ-
ſio invictæ martyris Chriſtinæ, nono Kal. aug Julia-
no terminata. Cur inſenſate furis Urbane? Cur
Idion æſtuas perditiſſime? Ad quid truculentiſſime
niteris Juliane? excogitate nova, & prioribus gra-
viora ſupplicia, multiplicare verbera, accumula-
te pœnas. At quid juvat ſævire in carnem, quam
ultronea obtulit lacerandam? & animam, quam
voluit ſervare, non delere? Diſcite tandem miſeri,
diſcite illius gaudium, & ſic veſtrum ſpectate inte-
ritum. Ecce jam ſpecioſiſſima virgo poſt fuſtes, &
vincula, poſt ignem, & rotam, poſt torturas, &
D verbera, poſt cunam, & tonſuras, poſt trunca-
tiones, & jacula, ad æterni regis thalamum An-
gelicis manibus aſportatur. Vos è contrario dum
ad Elyſios campos tenditis, arietem Acheronti
porrigitis, tamen malorum veſtrorum pondere preſ-
ſam cymbam ſtygialis palus abſorbuit, ingens Cer-
berus devoravit. Majore, quam queat dici, pœna
plectemini, qui in crucifixum credere contempſi-
ſtis. Sed tu, ò devotiſſima ſponſa filii Dei, amica Pa-
tris omnipotentis, jam habes, quod voluiſti, jam
obtines, quod rogaſti, jam frueris inenarrabili lu-
cis gaudio, intra ardua divinę majeſtatis ſecreta ver-
ſaris, ubi familiarius Deo gaudens, cubantem in
meridie ſponſum juncta adoleſcentulæ reperiſti.
Nunc per amœna convallium purpurei ceſpitis car-
pis florentes violas, colligis immarceſcibiles roſas,
metis mardoſtaceas ſpicas. Tu modo ſecus aquarum
decurſus, & vitrei fontis marginem ſedes, leni epi-
thalamia murmure concinis. Tu inter virgineos

cho-

ehoros regio diademate illuſtrata refulges. Tu ſolio Chriſti aſſides facta regni æterni particeps. Salve perenniter, puellare decus, pudor virgineus, virtutis exemplum. Salve perenniter, quę tuos ſpecioſos artus perpetuæ pudicitiæ devoviſti. Salve perenniter, quæ totius libidinis neſcia templum te ſancti Spiritus dediſti. Salve perenniter, quę amplas porticus, & ingentia fundorum ſpatia fugiens, ſuſcipiens hæreditatem Dei, facta es cohæres Chriſti. Salve perenniter, quæ tanta exaggerata ſuppliciis, patrias leges repudiaſti, & ad crucis vexillum toto deſiderio evolaſti. Salve perenniter, quæ principum juſſa contemnēs pro veritatis teſtimonio crudeli morte damnata es. Salve perenniter, quæ cęli jam ſublimata faſtigio digna es filio Dei ſponſo, & Domino. Et quia nos patendi voto tibi fideles conſpicis, audi quod petimus, attende, quod per te obtinere deſideramus, impetra nobis quoq; promiſſæ vitę ſupernę felicitatem, ad quam aſcendere ſine tuo juvamine minime confidimus peccatis noſtris ita merentibus. Tu ergo apud Creatorem omnium delictorum noſtrorum poſce veniam, ut cognitor pius commiſſis ignoſcens nobis famulis multa noſtris digna meritis non infligat, & dum in hujus vitæ fragilis brevi tempore degimus, nos ditioni tuæ ſubje- A ctos protege, conſerva, benedic, defende, guberna, ac tuis noſtras fac mentes laudibus aptas. Ecce Virgo beata nos glorioſi triumphi tui geſta narravimus, & magni laboris copioſam mercedem paucis ſignificavimus. Tu ſi quid minus quam decuit, ſi quid aliter, ac oportuit, dictum eſt, parce benigna, virgo ignoſce pia. Igitur, fratres beatiſſimi, quia beatæ Chriſtinæ triumphalem diem celebri ſolemnitate deſerimus, nobis, quod poſſumus, de ejus virtutibus vendicemus, ut tanto erga nos ipſa ſe benevolentius habeat, quanto illam aſſequi ſtudeat animoſitas noſtra ferventius. Ad hoc namque Dominus fœminei nobis ſexus exempla propoſuit, ut virilis animi robur, quod prave vivendo amiſimus, ſaltem mulierum virtute provocati recto gradiendo tramite reſumamus, & ſic beatorum laboribus ſociati per Jacob ſcalam conſcendere illuc, ubi dominus Jeſus Chriſtus reſidet valeamus, qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivit, & regnat Deus in ſecula ſeculorum. Amen. *Scripſit Alphanus alias ſan-* B *ctorum vitas, quæ extant apud Laurentium Surium jam typis excuſas.*

Explicit paſſio S. Chriſtinæ:

∴ *Finis Paſſionis S. Chriſtinæ.* ∴

Ex Ughelli tomo tertio.

GESTA TRIUMPHALIA PER PISANOS FACTA.

De captione Hieruſalem, & Civitatis Majoricarum, & aliarum Civitatum.

Ex vetuſto codice M.S. pergameno Benedicti Leolii Piſani, cujus exemplar, cura, & diligentia Viviani Epiſcopi Inſulani viri eruditiſſimi exſcriptum eſt.

AD memoriam habendam curę fuit nobis ea ſcribere, quæ Deus omnipotens per Piſanum populum dignatas eſt efficere. Anno igitur Dominicæ incarnationis milleſimo nonageſimo nono Eccleſiæ Romanæ præſidente D. Papa Urbano II. Piſanus populus in navibus centum viginti ad liberandam Jeruſalem de manibus paganorum profectus eſt, quorum rector, & ductor Daibertus Piſanæ Urbis Archiepiſcopus extitit, qui poſtea Jeroſolymis factus Patriarcha remanſit. Proficiſcendo vero Leucatam, & Ceſaloniam urbes fortiſſimas expugnantes expoliaverunt, quoniam Jeroſolymitanum iter impedire conſueverant. In eodem autem itinere Piſanus exercitus Maidam urbem fortiſſimam cepit, & Laudociam cum Boamundo, & Gibellum cum ipſo, & Raymundo comite S. Ægidii obſedit. Inde igitur digreſſi venerunt Jeroſolymam, quæ anno milleſimo centeſimo a Chriſtianis capta fuit. & retenta fuit; ibique Piſani morantes per aliquantum temporis, & inopem urbem reædificantes ad propria regreſſi ſunt. Sed priuſquam Chriſtiani ad liberandam Jeruſalem terra vel mari proficiſcerentur, contigit ut adeo hæc ſigna pręmonſtrarentur, videlicet ut cęlum ſtellas velut aquam plueret, & ſignum comatæ ſtellæ ſuos ignes monſtraret, & cęlum in parte ſeptentrionali velut ardere omnibus appareret. Terreſtris autem Chriſtianorum exercitus cum ad liberandam Jeruſalem proficiſceretur, grandia, & innumera contra paganos iniit certamina: quibus triumphatis, & devictis omnibus Chriſti milites Nicęam, & Antiochiam, etiam Lanceam, quæ Domini latus perforaverat, in Eccleſia B. Petri invenerunt, quam Raymundo comiti S. Ægidii velut Chriſtiani exercitus ſignifero commendaverunt. Ipſius autem Chriſtiani exercitus duces & principes extiterunt, Epiſcopus ſanctæ Mariæ de Podio, vir prudens, & fortiſſimus, quamplurimis ſui ordinis ſibi cohærentibus, & prædictus comes Raymundus cum Boamundo, & Tancredo comitibus, & Robertus Freſeione inclytus comes Flandriæ, ſimul etiam comes Stephanus fortiſſimus, præterea Euſtatius, & Gottefredus atque Balduinus nobiliſſimi Comites, & bellatores inclyti; quorum unus nomine Gottefredus, Rex Jeroſolymia per Dei gratiam electus eſt ab omnibus. Cui ſucceſſit frater ejus Balduinus, Chriſti miles ſtrenuiſſimus, cujus ingenio, & virtute Paganorum urbes captæ ſunt quamplurimæ, & quamplurea factæ ſunt ſibi tributariæ.

Anno vero Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo duodecimo Rex Henricus IV. cum ingenti exercitu venit in Italiam in Longobardiam, non vi ſed frande deſtruendo urbem Novariam, irem & in Tuſcia civitatem Aretinam. Multis autem promiſſis præmiſſis obſidibus Domino PP. Paſchali II. ſibique factis etiam apud Sutrium in pręſentia Cardinalium multis ſecuritatibus ad gradus Eccleſiæ B. Petri Apoſtolorum principis ab ipſo PP. &

A omni Romano clero, & populo magnifice recipitur, & Papali oſculo ſatis honoratus, cum ipſo Eccleſiam ingreditur. Nolens autem prædictus Rex, quæ ſacramentis firmaverat ad effectum ducere, non dubitavit Dominum ſuum Paſchalem Papam tradere, & indecentiſſime capere; quem Papalibus in Romanorum nobilium non eſt veritus turpiter per diverſa loca deducere, multiſque injuriis illatis eum non timuit afficere. Tandem vero ut Cardinales, & Romanos cives de manibus prædictus Papa poſſet eripere, interpoſita, & promiſſa pace placuit ſibi de ipſa captura cum omnibus evadere.

Præterea anno milleſimo centeſimo decimo quarto, præſidente D. P. Paſchale II. divinus ignis Piſanorum civium animos, & aliorum Tuſciæ urbium populos contra Majoricam accendit ipſius enim inſulæ Rex imo tyrannus crudelis, & peſſimus licet Eunuchus nomine Nazaredech innumeram Chriſtianorum multitudinem in vinculis, & carceribus captivam longo tempore cruciaverat. Quapropter

B Piſanus exercitus in trecentis navibus ad Chriſtianos liberandos in die S. Sixti de Arni faucibus exivit, & cum in Sardiniam deveniſſet, totus exercitus ad portum Capalbi applicuit. Quo in loco fere omnibus diſcordantibus ad pacem reductis, ducatus marini itineris Pedotis committitur, quorum ſigna omnis exercitus contra Majoricam conſequitur. Sed illis tandem in Pelagus aberrantibus, & rectum iter ignorantibus, dimiſſa Majorica diviſi, & diſperſi in partes Barchinonæ tandem ad portum S. Felicis de Gerunda convenerunt. In hujus igitur exercitus adventu tota provincia maximo extollitur gaudio, & exclamat ſe cum Piſanis velle fieri participem Majoricæ triumphi. Quare Piſano exercitui Raymundus Barchinonæ Palatinus comes, & ejuſdem civitatis Pontifex, & Comes Ampuri. & Aymericus Narboneuſis. & Guillelmus Petulani Montis, Raymundus quoque de Balſo, cum maxima ſuorum equitum, & peditum multitudine unanimiter, & feſtinanter ſe ſociarunt,

C & ad portum de Salo ſimul applicuerunt, ubi diu demorantes, & frequenter contra Majoricam ire tentantes ventis contrariis mare turbantibus iter ſępe inceptum perficere non potuerunt. Quare Barchinonę hyemare propoſuerunt, qui de portu Salo Barchinonam regredientes, multarum navium in littore Barchinonæ ſunt perpeſſi naufragium. Inde igitur aliis Piſam inibi hyemantibus, atque rates ruptas reficientibus de virtute divina factum eſt, ut & qui Piſam redierant, & qui Barchinonæ remanſerant, in natalitio die ſancti Joannis Baptiſtæ ad portum Salo convenirent, & iidem contra Majoricam iter optatum cum Petro Piſanorum Archiepiſcopo, atque cum Boſone Cardinali Romanæ ſedis legato, & prædictis principibus aura proſpera flante aggrederentur. Sed divina diſponente gratia prius ad Inſulam Eviſam applicuerunt. In ipſa enim inſula erat ejuſdem nominis civitas in arduo ſita, muris,

tut-

turribus excelſis, vallo, foſſa, locis paludeſtribus mari undique munita, præter hæc antem armis innumeris, beilatoribus fortiſſimis elata ſervebat. Quapropter ſpem nobis omnem poſſe capi repellebat. Quæ tamen per menſem obſeſſa faciente Dei omnipotentis potentia, cum immani Saracenorum interfectione capta eſt illa in S. Laurentii feſto, urbs crudelis, & fortiſſima Ejus itaque mœnibus undique dirutis, ejuſque Caſſaro deſtructo, ſuiſque ſpoliis oneratis navibus, cum ejuſdem urbis Guido peſſimo, & impiiſſimo catenis adſtricto, in feſto ſancti Bartholomæi Apoſtoli ad inſulam Majoricam divina diſpenſatione applicuerunt. Altera ergo die communi colloquio habito, & ſapienti conſilio inito, ut de parte Orientis urbem populoſam, & mœnibus, & antemuralibus, maximiſque foſſatis circumdatam ſapienter, atque viriliter aggrederentur. Tertia vero die ad urbem appropinquantes fortiſſimum cum Saracenis inierunt prælium, & eos perſequendo, & plures interficiendo intra mœnia gentem illam peſſimam reduxerunt.

B In eadem itaque die juxta urbem caſtrametati ſunt, unde frequenter a paganis ad certamen provocati, freqnenter eos perſequendo, & quamplurimos occidendo, in nrbem viriliter recludebant. Compoſitis autem ab ingenioſis Piſanorum artificibus Manganis, Gattis, atque ligneis caſtellis, urbem fortiter expugnabant, & cum his machinis urbis mœnia, & mœnium turres potentiſſime rumpebant. Facta tamen maxima murorum, & turrium ruina Piſanos urbem ingredi non ſinebant, quia maxima in fortium Saracenorum, atque ligneis caſtellis intus habitis, eis immaniſſime reſiſtebatur, ſicque factum eſt, ut Chriſtianorum caſtellis a paganorum Manganis quamplurimis confractis, & ab urbis mœnibus Chriſtianorum virtute delongatis, Saraceni Manganis ſe tuendo muros reficerent, & Chriſtianorum exercitum vix timerent. Sed quoniam Dominus ſuos ultra poſſe tentari non patitur, paganorum ruinis, & inſulrationi reſumptis viribus, & reformatis Chriſtianis omnibus ſapientiſſime reſiſtitur.

C Alii namq; Chriſtianorum hyeme imminente domos ligneas ædificare, alii caſtella lignea duo alia perficere, atq; duo priora reficere indeſinenter laborabãt, atq; alii Chriſtianorum inſulam terra, mariq; circuire, & bonis omnibus expoliare, totumq; exercitum victualibus ſuſtẽtare accuratiſſime inſiſtebant. Omnibus itaque Chriſtianorum machinis perfecte conſtructis confeſtim cum his omnibus inſtrumentis ad urbis mœnia acceditur, ibique Chriſtianorum caſtella contraponuntur ligneis caſtellis Saracenoram: factum eſt ut de ingenio Piſanorum ignis pennatius de caſtello Chriſtianorum per antennam porrigeretur in caſtellum, & comburitur, & divina virtute faciente, & interceſſione B. Mariæ Virginis interveniente, cujus Purificatio tunc erat celebris Chriſtiano populo, ignis ab ipſo, quod comburebatur caſtello, ad aliud ejuſdem urbis caſtellum divinitus transfertur, & ſimiliter comburitur. Unde Piſani cives totus Chriſtianus exercitus nimis alacres effecti, & Deo, &

D beatæ Mariæ Virgini laudes magnificas reddentes ſua caſtella muro novæ urbis quem ruperant propinquiora faciunt, atque octavo idus februarii novam urbem præliando capiunt, facta multa Saracenorum ſtrage. Præſumentes igitur de Domini virtute ſua caſtella domos frangendo, per urbem captam magnificæ urbi veteri, quæ turribus, & muris, & foſſis erat circumdata, propinqua reddiderunt, & Manganis ſimiliter ad urbem factis vicinis cum machinis, & totis viribus urbem expugnare, & muros frangere fortiter cœperunt. Tandem autem factum eſt, ut conventus, & pacti conſilia comitis Barchinonenſis, & Saracenorum Regis de Domini inſpiratione, & Piſanorum Archiepiſcopi, & Romani legati, Eccleſiæque Piſanæ canonicorum probitate, atque prudentia diſſiparentur, & penitus fierent irrita. Cum enim Archiepiſcopus, & Romanus legatus cum clero, & Barchinonenſi comite, aliiſque principibus ad prædicta conſilia audienda

A convenilſent, Petrus Albithonis nobilis Piſanus miles armatus celer advenit, & Piſanos urbem expugnare acclamans conventum diremit, cleroque, atque aliis, qui convenerant ad bellum feſtinantibus, prædictus comes triſtis remanſit, & quia ſuo conſilio creditum non fuerat, ſe præliaturum negavit, ſuoſque pugnare prohibuit, Sed divina potentia providens fervorem Piſanorum, & volens miſereri miſeriæ captivorum, urbem magnificam in ſolemnitate cathedræ Apoſtolorum Principis per manus Piſanorum civium capi conceſſit, multis millibus Saracenorum utriuſque ſexus interfectis, atque plurimis in captione retentis, ibique Saracenorum theſaurorum maximas copias invenientes, & eas quique recolligentes ad carcerem perveniunt captivorum, & inde eos extrahentes, maximis cum fletibus diſſolvunt vincula, & catenas eorum. Poſt multa vero gaudia, quæ in Deo habuerunt, de captivorum pro quibus venerant abſolutione ad tertiam civitatem, quæ Regis Mortadæ fuerat, veniunt, &

B eam murum rumpendo, & portas ferreas frangendo capiunt, quarto nonas martii, capta ibi Regis Mortadæ ſorore cum filiis, & filiabus, & nepotibus, cum maxima copia auri, & argenti atque palliorum. Sed quoniam ipſa in captivos eis teſtantibus, omnemque Chriſtianum illuc pervenientem miſericordiſſima fuerat, cum ſua progenie eſt reddita libertati, factumque eſt ut ipſa in Inſula Majoricæ remanente filia ſua regina cum fratre ſuoque filio cum Piſano exercitu Piſam ſponte veniret, ibique abrenuntians paganiſmo Chriſtianum nomen cum ſuo parvulo filio ſuſcepit. Quarta vero civitatula, quæ circa regiam Sudam, quæ Caſſarum dicitur, erat conſtructa per manus Piſanorum capta eſt, ſexto idus martii. Præter Caſſarum autem duæ remanſerunt turres, de quibus contra Chriſtianos pugnabant quamplurimi Saracenorum fortiſſimi bellatores, quod Piſani ſufferre nolentes ignem in unam turrium ſubmiſerunt, & eam capiendo alios effugaverunt, & qui remanſerant Saraceni contra quos

C expugnandos unus Piſanorum fortis, & audaciſſimus, per ſcalam aſcendit, & ei altero Chriſtianorum ſuccurrente, qui de intus aſcenderat, quinque Saracenos interficientes: conſpiciente, & admirante toto Chriſtianorum exercitu turrim obtinuerunt quartodecimo Kalendas Aprilis. Videns igitur Rex Burabe, quem Saraceni defuncto Rege Nazaredec ſibi dominum fecerant, ſolum Caſſarum remanſiſſe, & diffidens, & deſperans ſe Piſanorum fortitudini, & ingeniis poſſe reſiſtere per marinum fugam cum paucis Saracenorum, & regiis theſauris tentavit evadere. Sed ſicut Deo placuerat, Piſanorum cuſtodias non potuit fallere. Ingrediens etenim in naviculam a Piſanis illico captus eſt, & in vinculis detentus, Tandem in gloriam Piſanorum Piſam captivus ductus eſt. Audita itaque Majoricani Regis captura, Chriſtianus exercitus exultans, & Deum laudans, caſtella duo, & magana conducit ad Caſſarum. Juxta quod erant barbacanæ magnæ latitudinis, & profundæ altitudinis, quas lignis

D impleverunt, & caſtella ſuperduxerunt. Ex caſtellis ergo ſupereminentibus Caſſari magnis turribus Chriſtiani contra fortiſſimos Saracenorum recollectos in Caſſaro acriter inſtare cœperunt, & fortiter eos expugnantes de ſuis caſtellis pontem ſuper Caſſarum poſuerunt. De caſtellis autem, & de ponte Chriſtiani contra Saracenos certantes, multitudine Chriſtianorum eos pariter cum Maganis affligente, per pontem Piſani tranſeunt in Caſſarum alios Saracenorum interficiendo, atque alios in præcipitium mittendo, pluresque intra Caſſarum perſequendo. Vexillum itaque Piſani exercitus ſuper Caſſarum elevatur, & de Saracenis, & munitionibus habita, & conſummata victoria ab omni exercitu Deum glorificando acclamatur. Ipſius autem Caſſari captio, & tanti laboris, & certaminis conſummatio peracta eſt tertio nonas Aprilis. Intrant ergo Piſani cives in Caſſarum, & regias domos, & cameras plenas inveniunt, innumera

mul-

A multitudine utriuſque ſexus nobilium Saracenorum, quorum alios præcipirando interficiunt, & quamplurimos in vinculis ponentes captivos ad propria ducunt. Quantos autem regios theſauros in palliis,& auro,& argento,atq; regiis pretioſis veſtibus, aliiſque innumeris ſpoliis inibi reperunt, deſcribi difficile eſt ; quorum magna pars proptet custodum incuriam ibidem combuita eſt; inventis ibi ſuper hæc argenteis crucibus atque divinis libris . aliiſque Eccleſiaſticis ornamentis, quæ ipſi peſſimi Saraceni depredari ſuerant per provinciam, & alias Chriſtianorum regiones. Deſtructo itaque Caſſaro, omnique Majoricæ munitione in ruinam data Piſani cives campum facinnt, & deſtructæ urbis grandia, & innumera ſpolia inter ſe dividunt, præordinatis, & conſtitutis Eccleſiæ Piſanæ maximis, & pretioſis muneribus in palliis, & veſtibus, & vaſis argenteis, & eburneis quamplnribus atque cryſtallinis, adjunctis ſupet hoc regalium ornamentorum inſignibus. His itaque peractis omnibus Piſani cives,
B & totus exercitus captis ſpoliis naves onerant, & in eas intrantes cum omni proſperitate ad ſua loca remeant. Habitus eſt autem Majoricæ triumphus, & Chriſtiani exercitus glorioſus regreſſus.

Anno Dominicæ incarnarionis milleſimo centeſimo decimo ſexto præſidente in urbe Roma beatæ memoriæ PP. Paſchale II. qui vixit in Papatu annos decem, & octo, menſes quinque, dies ſex, migravir antem ad Dominum anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo decimo octavo. Cui ſucceſſit venerabilis Papa Gelaſius Secundus, qui veniens Piſam, Piſanam Eccleſiam conſecravit, & eam metropolitanam conſtituens, Corſicanos Epiſcopos Archiepiſcopo conſecrando ſubmiſit.

Anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo nonodecimo, ſexto Kalendas octob. Ab urbe autem Piſana recedens a Piſanis per mare uſque ad Maſſiliam honorifice perductus eſt. Inde vero Cluniacam perveniens ibidem migravit ad Dominum. Vixir antem in honore, & dignitate Papali annum
C unum dies quatuor. Cui ſucceſſit Viennenſis Archiepiſcopus a Romanis Epiſcopis, & Cardinalibus, & ab aliis Eccleſiaſtici ordinis quampluribus in Papam Calliſtum Secundum Cluniaci electus. Poſt diſceſſum autem venerabilis Papæ Gelaſii, Petrus Piſanorum Archiepiſcopus cum Petro Cardinali Eccleſiæ Romanæ legato, & cum Eccleſiæ Piſanæ Canonicis, atque cum Ildebrando Judice, & Piſanorum tunc conſule aliiſque Piſanis civibus in Corſicam ivit, ibique honorifice receptus in conſpectu Cleri, & populi Corſicani Maravenſem electum, & ipſius Eccleſiam conſecravit, aliorumque Corſicæ Pontificum obedientiam, & fidelitatem recepit.

Anno Dominicæ incatnationis milleſimo centeſimo decimo nono. Poſt eorum igitur honorabilem reditum velox ſama Tuſciam, & Longobardiam continuo replevit, reſonans Eccleſiam Piſanam Metropolitanam dignitatem aſſecutam in Corſicam iviſſe, ibique Epiſcoporum, & Eccleſiarum cele-
D brata conſecratione, & Epiſcoporum fidelitatibus receptis Epiſcopos, & Corſicæ Eccleſias per Gelaſii Romani Pontificis conceſſionem ſuo juri ſubdidiſſe. Unde factum eſt, ut invidia diaboli ſuper alterius bonis ſemper dolens atque mœrens, immaniſſime bruta corda Januenſium inflaret, & eorum ora ſuperbiſſima peſſime fœdaret. Audientes namque Eccleſiam Piſanam tanto honore exaltatam, & glorioſiorem habitam, velut amentes effecti contra Piſanos fremebant illico feraliter, & dentibus frendebant dicentes, ſicut homines inſanientes, urbem Piſanam in tantum honorem non eſſe ſublimandam, & ei ſatis ſufficere ſi patrum ſuorum honore contenti ſuerint. His autem fatuis rumoribus Piſanorum ſapientes auditum præbere nolebant, cogitantes Januenſem Populum ſapientum jute atque moderamine regi, & conduci. Sed de judicio Dei factum eſt, ut eorum exigentibus meritis Januenſium veſania ducem, & comitem haberet fatuitatem, &

inſaniam. Nam quoniam Deus, & Eccleſia Romana de proprio jure Romani Pontificis digne ac magnifice ſublimaverat Eccleſiam Piſanam, Januenſes livore peſſimo aſperſi, & omni ſenſu perdito amentes effecti Piſanis amicitię vinculum frangere vilipendunt, atque ſacramenta pacis diu ad invicem habitæ frangere nullatenus renuunt. Cum enim Piſanorum negotiatores ſecure, & ex antiqua conſuetudine ad ſua negotia navigarent, Januenſes ſine offenſa vel occaſione, nulla rationabili, ſola ſuria invecti, de inſidiis exeuntes, velut piratæ nequiſſimi, in via Sardiniæ cum ſuis galeis eos aggrediuntur, & Piſanos inermes capiendo pecuniam omnem deprædantur, naves alias ſecum ad propria reducendo. His igitur auditis Piſani cives turbantur, & ſuos negotiatores ab Januenſibus ſine offenſa deprædatos eſſe valde mirantur. Piſanorum autem ſapientes juxta inimicorum ſtultitiam, & inauditam ſuperbiam ſe ulciſci nolentes, nuntios ſuos nobiles, & peritos Januam dirigunt, Januenſibus denuntiaturos urbem Piſanam eis velle ſatisfacere, ſi qua unquam accidiſſet offenſa, & quæ injuſte Januenſes abſtulerant, Piſanis placere recipere, & amicitiæ vinculum refirmare, paciſque fœdera reſtituere. Sed hæc inſanis mentibus Januenſium audiens veſania dedignata eſt ulla reſpondere pacifica; imo ſupradictis inferre pejora minatur. Cum autem Piſani cives tam frequentibus nuntiis, quam pacificis litteris factam ſibi prædam, & pacem expoſcerent, nec ea conſequi ullatenus valerent, brevi temporis ſpatio navalem præparant exercitum. Navigantes itaque contra Januam comburendo, & incendendo, inventaſque naves ſubmergendo, & Marcham fortiſſime devaſtant. Cumque omnium votum eſſet in urbem tendere & eam diſperdere, factus eſt ventus contrarius Piſanos reducens ad Veneris portum. Hæc igitur Januenſium populus audiens, ad Veneris portum navigat, cumque Piſanorum galeæ de cuſtodia Januenſium galeas proſpicerent, una ex decem, quæ fuerant in cuſtodiis, velociter renuntiat Piſanorum exercitui Januenſes appropinquaſſe. Novem autem galeæ, quæ in cuſtodia remanſerant, feſtinanter, & audaciſſime omnes Januenſium galeas aggredientes viriliter eos uſque ad triginta millia proſequuntur reliquo Piſanorum exercitu unanimiter ſubſequente. Sed vento eis obviante contrario de Januenſibus dilata eſt victoria. Piſanis igitur ad prædictum portum redeuntibus, & propter dulcis aquæ inopiam longius a caſtro ſe ponentibus, Januenſes cum magno apparatu navium ad eundem portum ſub caſtri tutela noctu perveniunt, Piſani vero recognoſcentes omnem Januenſium manum ad portus Veneris caſtrum conveniſſe, ſatis alacres efficiuntur, ſperantes equidem a Deo ſuorum hoſtium, & caſtri victoriam obtinere. Cum itaque in ſolemni die ſancti Sixti milleſimo centeſimo vigeſimo, à Piſano populo Miſſarum officia celebrarentur, quatuor Januenſium galeæ de portu exeunt, & parvas naviculas Piſanis pueris plenas ad bella videnda euntibus capere feſtinant. Hoc autem Piſanis prævidentibus, & auxilium eis parare volentibus, Januenſes omnes de portu progrediuntur, & in mare amplum proficiſcuntur. Videns ergo Piſanus exercitus Januenſes volentes bella experere, unanimiter atque velociter præparatur contra eos contendere. Ad eos itaque Piſani appropinquantes, magnis viribus in eos decertant, perſequuntur autem Januenſem exercitum, & eorum naves capiunt, & alias ſubmergunt, & ſuos hoſtes quamplurimos in naves Piſanas projiciunt, præter quos velox fuga ad ſui caſtri tutelam reduxit ſatis opportunam. Januenſium igitur quampluribus ſubmerſis, multiſque interſectis, & ſine ulla Piſanorum, quod mirabile fuit, læſione, felici de Januenſibus habito triumpho Piſanus exercitus laudem, & gloriam reddit omnipotenti Deo, qui tantam victoriam conceſſit Piſano populo, &c.

CHRO-

CHRONICON PISANUM
SEU
FRAGMENTUM

Auctoris incerti ab anno DCLXXXVIII. uſque ad ann. MCXXXVI. eodem membraneo codice Benedicti Leoli.

DCLXXX. VIII. Pipinus ſenior regnare cœpit.
Dcc. xli. Carolus filius Pipini regnare cœpit.
Dcc. li. Carolo defuncto Carolus, & Pipinus regnare cœperunt inſimul.
Dcc. lvi. Carolus Magnus Romam perrexit.
Dcc. lxviii. Pipinus Rex defunctus eſt viii. Kalend. Octob.
Dccc. x. Pipinus Rex Italiæ defunctus eſt.
Dccc. xiiii. v. Kalen. Febr. Carolus Imperator defunctus eſt. Lodovicus filius regnare cœpit.
Dccc. lv. Lotharius Imperator obiit iiii. Kal. Octobris.
Dccc. ixvii. Ludovicus Imperator intravit in regionem Beneventinam.
Dccc. lxxi. Exierunt Agareni de Bari per Francos iii. non. Febr.
Dccc. lxxv. Ludovicus Imperator Romanorum filius Lotharii Imperatoris obiit.
Dcccc. xv. Etiam Græci de Benevento per Francos exierunt.
Dcccc. xvii. Exierunt Saraceni de Gariliano.
Dcccc. xxii. Intraverunt Ungari in Italiam menſe Febr.
Dcccc. xxxvi. Deprędata eſt Apulia a gente Græcorum v. Kal. Martii.
Dcccc. xxxvii. Intraverunt Ungari in Capoa.
Dcccc. xxxviiii. Eclipſis ſolis facta eſt xiiii. Kal. Aug. vi. feria in vi. hora diei uſque in ultimas partes terræ.
Dcccc. l. Beringarius cum Alberto filio ſuo regnare cœpit.
Dcccc. lxviiii. Fuerunt Piſani in Calabria.
Dcccc. lxxiii. Otho magnus Imperator obiit.
Dcccc lxxxiii. Otho Secundus obiit.
M. i. Ugo Marchio de Tuſcia obiit.
M i. Otho Tertius obiit v. Kal. Febr.
M. iiii. Fecerunt bellum Piſani cum Lucenſibus in aqua longa, & vicerunt illos.
M. v. Fuit Capta Piſa à Saracenis.
M. vi. Fecerunt Piſani bellum cum Saracenis ad regium regnum, & gratia Dei vicerunt illos in die S. Sixti.
M. xii. Stolus de Hiſpania venit Piſam & deſtruxit eam.
M. xvi. Fecerunt Piſani, & Januenſes Bellum cum Mugeto, & vicerunt illum.
M. xvii. Fuit Mugetus reverſus in Sardiniam, & cœpit civitatem ædificare ibi, atque homines vivos in cruce murare; tunc Piſani, & Januenſes illuc venere, & ille propter pavorem eorum fugit in Africam; Piſani vero, & Januenſes reverſi ſunt, in quo inſurrexerunt Januenſes in Piſanos, & Piſani vicerunt illos.
M. xxii. Obſedit Henricus Imperator Trojam.
M. xxv. Henricus Imperator obiit.
M axvii. Conradus cœpit regnare in Italia.
M. xxx. In nativitate Domini Piſa exuſta eſt.
M. xxav. Piſani fecerunt ſtolum in Aphrica ad civitatem Bonam, gratia Dei vicerunt illam.
M. xxxix. Conradus Imperator obiit.
M. liiii. Bonifacius marchio obiit pridie nonas Maii.
M. lv. Fuit bellum inter Piſanos, & Lucenſes ad Vaccule. Piſani vero vicerunt illos.

M. lxv. Piſani profecti fuerunt Panonniam, gratia Dei vicerunt illos in die S. Agapiti.
M. lxvi. Venerunt Januenſes cum ſtolo ad fauces Arni.
M. lxx. Gottefredus Dux, & marchio obiit.
M. lxxii. Iverunt Piſani ad Portum Dalfini, & fuerunt in gravi periculo judicio Dei, non hominis.
M. lxxvii. Guido Piſanus Epiſcopus, Papienſis genere obiit vi. idus Aprilis. iiii Kal. maii Comitiſſa Beatrix eodem anno obiit.
M. lxxviii. Januenſis ſtolus uſque ad fauces Arni occulte devenit, tunc ſtrenui Piſani in eos ſurrexerunt, & fugaverunt illos uſque ad Venerem portum, hoc factum eſt in die S. Caſſiani.
M. lxxviiii. Januenſis populus per latrocinium ad Vadenſe caſtrum devenit. Tunc Piſani ad Rapallum viriliter perrexerunt, & caſtrum igne ſuccenderunt, & plurimos eorum gladio interfecerunt viros, ac mulieres manibus poſt tergum ligatis captivos tripudianter perduxerunt. Tunc hoc triumpho revertentibus Januenſibus obviaverunt, & pene uſque ad domos eorum fortiter illos inſugaverunt. hoc fuit iii. id. maii.
M. lxxx. Landulphus Piſanus Epiſcopus Mediolanenſis genere obiit viii. Kal. Novemb.
M. lxxxvi Girardus genere Piſanus ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus viii. idus maii. obiit, & eodem anno valida fames, maxima mortalitas fuit ferè per totam Italiam, vendebatur enim ſextarius tritici v. ſol.
M. iaxaviii. Fecerunt Piſani, & Januenſes ſtolum in Africa, & ceperunt duas munitiſſimas civitates, Dalmatiam, & Sibiliam in die S. Sixti, in quo Bello Ugo Vicecomes filius Ugonis Vicecomitis mortuus eſt. Ex quibus civitatibus Saracenis ſerenmuibus interſectis, maximam prædam auri, & argenti, palliorum & ornamentorum abſtraxerunt. De qua præda theſauros Piſanæ Eccleſiæ, & diverſis ornamentis mirabiliter amplificaverunt, & Eccleſiam B Sixti in curte veteri ædificaverunt.
M. c. Hieruſalem à Chtiſtianis capta eſt xvlii. Kal. Auguſti.
M. ixxxxviiii. Concremata eſt pene tota Kinſica vi. non. Julii, & ſtolus Piſanus in Hierusalem ivit cum navibus centum viginti; de quo ſtolo Daibertus ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopus fuit ductor, & dominus, qui tunc temporis in Hieruſalem Patriarcha remanſit.
M. ci. Tota Kinſica exuſta eſt, de quo igne flante vento pene ſere porta concremata eſt iii. nonas julii.
M. cvi. Daibertus venerabilis Eccleſiæ Piſanæ Archiepiſcopus poſtea per gratiam Dei Patriarcha Hieroſolymitanus in civitate Meſſana obiit in pace xvii. Kal. Julii.
M. cxvi. Comitiſſa Mathilda obiit.
M. cxx. Petrus Ven. Piſanorum Archiepiſcopus obiit.
M. cxxii. Atho Piſanus Archiepiſcopus obiit.
M. caaxii. Roggerius Ven. Piſanorum Archiepiſcopus, & Vulterrenſis Eccleſiæ præſul obiit.
M. cxxxvi. Fecerunt Piſani ſtolum mirabilem hominum multitudinem continentem contra Rogerium Siciliæ comitem, qui faciebat ſe vocari in tota terra ſua Regem Italiæ. Hic inquam exercitus Piſanorum cepit Amalfiam cum civitatibus unum ſepoſitis quatuor: ſed civitatibus captis, de conſilio eorundem captivorum factum eſt ut irent obſidere arcem quæ dicitur Leſracte, ubi magna parte Piſani exercitus exiſtente venit exercitus militum, & peditum præfati comitis, & fugavit exercitum Piſanorum qui erat ibi. Horum tamen alii ſalvi remearunt, alii in via capti, & occiſi, alii ab ipſis militibus detenti fuerunt. Poſt biennium quoque fecerunt iidem Piſani exercitum non modicum contra eumdem comitem, & ceperunt eaſdem civitates Amalfiam, Rivellum, Aſcani Scalam, & Scalectam, & multo magis

expoliaverunt eas quamprimum, quibus triumphatis venerunt Salernum, & coegerunt eum ad deditionem. Exiſtentibus domino PP. Innocentio, & Imperatore Lothar. in partibus eiſdem. Doloſe tamen agebat Imperator cum Piſanis, unde ipſi turbati fœdus injerunt cum præfato comite Siciliæ, &c.

ANNALES RERUM PISANORUM

Ab Anno Chriſti DCCCCLXXI. uſque ad ann. M. CLXXVI.

Exſcripti ex veteri codice M.S. viri Clariſſimi Caroli Strozzæ Thomæ filii Patritii Florentini.

Ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum.

CUm venerabilis Pater Dominus Hugo de Piſis, Dei gratia, Nicoſienſis Archiepiſcopus in Romana curia tempore Domini Clementis Papæ IV. pro jure, & libertate ſuæ Eccleſiæ conſervandis adeſſet, inter alia ſcire cupiens veritatem adventus B. Petri Apoſtoli de Antiochia ad Urbem, in quo loco applicuerit primo citra mare; cum de hoc fere ab omnibus ignoretur; comperto per quos veritas ſciri poterat, fecit inquiri a Theſaurariis domini Papæ in Theſaurario ſive ſecreta ipſius domini, dicti negotii veritatem. Et ſic quendam librum repererunt qui dicitur Pantheon, id eſt totum continens, & vere totum univerſum, namque vetus, & novum teſtamentum connectit. Et a principio mundi Patriarcharum, Prophetarum, Regum, principum, virorum illuſtrium, doctorum, & auctorum Eccleſiaſticorum; quos auctores libri etiam ſecuti fuerant, ſcilicet: Euſebium, Clementem Papam, primum Dionyſium Areopagitam, Origenem, Hieronymum, Auguſtinum, Joſephum. Oroſium, Hegeſippum, Strabum, & Hienium, & Solinum de mirabilibus, & Svetonium de vita imperatorum, & alios multos, etiam Perſarum, Aſſyriorum, Græcorum, magni Aleaandri, Romanorum Imperatorum genealogia, proceſſus, & fines, omnium mutationes temporum & provinciarum, uſque ad tempora domini Papæ Gregorii Octavi, & Friderici Romanorum Imperatoris primi, chronicam Romanorum Pontificum, & Imperatorum contemporaneorum ipſorum à tempore Chriſti uſque ad dictum tempus. Inter alia ſiquidem multa, quæ continentur in eodem libro, qui Pantheon appellatur, inventum eſt in trigeſima prima parte in rubrica de conſecrationibus Altarium circa medium, ſic ſcriptum.

Beatus Petrus Apoſtolus primum altare lapideum in Italia erexit, ſtatim cum transfretavit circa littora Piſanorum, ubi hodie dicitur Eccleſia s. Petri ad gradus; quam Eccleſiam poſtea conſecravit Papa Clemens primus; qui dum altare marmoreum ibi chriſmate illiniret, tunc de ipſius PP. naribus aliquæ guttæ ſanguinis diſtillaverunt ſuper ipſam altaris menſam marmoream; ille ſanguis in eodem marmore uſque hodie ita recens apparet, ſicut hodie nobis videntibus ibi cecidiſſet; & habetur in magna veneratione. Hanc ſcripturam ſupradictus dominus Archiepiſcopus exemplavit, & exemplatam ſecum detulit ſui ſigilli munimine in teſtimonium roboratam anno S. D. M. CCLXVII. menſe Januarii.

Simon Petrus filius Joannis frater Andreæ, ortus vico Bethſaida Provinciæ Galilææ, quæ eſt juxta ſtagnum Geneſareth, cujus prima vocatio Bariona. Legis directâ generatione Petrus in Chriſto Eccleſiæ fundamentum eſt Cephas corporis Chriſti, & principatus, & caput eſt. Simon Joannis virginitatis generatio incorrupta eſt, qui dum acta Joannem habeant tertius juxta oraculum, eligitur primus, nec immerito, quia Apoſtolorum princeps eſt a confeſſione Filii Dei primus, & diſcipulus Paſtoris humani generis, Eccleſiæ clavicularius regni, amator Domini, atque negator, confitendo laudatus, præſumendo elatus, negando lapſus, lacrymando purificatus, paſſione coronatus, cujus nomen ex opere datur, titulus ex merito poteſtatis imponitur. Hic in Galatia, Ponto, Cappadocia, Bithynia, Aſia, atque Italia eum prædicavit, atque harum virtutum ſignum effulſit, pendulo greſſu, pede nudo mare calcavit: præteriens, umbra ſua mortuos animavit, claudi priſtinum reiteravit officium; paralytici ſinida membra in proprium reformavit ſtatum: in Eccleſia defunctam viduam ſuſcitavit: Ananiam, & Saphiram reos perfidiæ mortis animadverſione damnavit. Simonem etiam magicis artibus cœlum aereum aſcendentem ad terram deliſit. Hic poſtquam Antiochenam ſundavit Eccleſiam ſub claudio Cæſare, contra Simonem magum Romam domino ſibi jubente, perrexit, ſed divina cooperante gratia devenit Piſas, prius tamen in Arni flumine, & quando hiems imminebat ibi hiemare diſpoſuit; in quo loco cum per menſes moram feciſſet, ad gradus maris Eccleſiam conſtruxit, quæ poſtea in ejus nomine a Clemente ipſo eſt dedicata. Deinde multis comitantibus diſcipulis ſcilicet Marte, Apollinare, Martiale, & B. Dionyſio, aliiſque quampluribus, Romam perrexit, ibique prædicans, eum xxv. annis ejuſdem urbis tenuit Pontificatum. Sexto autem, & trigeſimo anno poſt paſſionem domini a Nerone Cæſare in urbe Romana deorſum capite, ut ipſe voluit, crucifixus eſt. Sicque poſt Apoſtolicum meritum etiam martyrio coronatus eſt, commendans diſcipulis Eccleſiam, quam Piſis fundaverat, ut continuis obſequiis eam viſitarent. Sepultus eſt Romæ in Vaticano ſecus viam triumphalem tertio lapide ab Urbe ad orientalem plagam.

A. D. Dccccl xxi. Piſani fuerunt in Calabria.

A. D. M. iv. Piſani vicerunt Lucenſes in aqua longa.

A. D. M. v. Fuit capta Piſa à Saracenis.

A. D. M. vi. Piſani devicerunt Saracenos ad Regium die ſancti Sixti.

A. D. M. xii. Stolus Saracenorum de Spania venit Piſas & deſtruxit eas.

A. D. M. xvi. Piſani, & Januenſes devicerunt Sardiniam.

A. D. M. xvii. Rex Mugertus, & Saraceni revicerunt Sardiniam. Et eodem anno Piſani, & Januenſes recuperaverunt eam. Et cum Piſani, & Januenſes in Turritano judicata eſſent, Januenſes voluerunt Piſanos de Sardinia expellere, & ſibi Sardiniam retinere. Sed quamvis ipſi bellum inciperent, tamen devicti a Piſanis fuerunt. Itaque eo anno Piſani de tota Sardinia Januenſes expulerunt.

A. D. Mxxx. Piſa combuſta eſt, die Nativitatis Domini.

A. D. Mxxxv. Piſani fecerunt ſtolum maximum, & vicerunt civitatem dictam Bonam, & coronam Regis Imperatori dederunt.

A. D. M. lv. Piſani poſt grande bellum, devicerunt Lucanos prope Lucam in loco dicto Vauhule.

A. D. M. lxiii. Iverunt Panuremium, & fractis catenis portus, civitatem ipſam ceperunt, ibique ſex naves ditiſſimas ceperunt, Saracenis plurimis interſectis, & comburentes naves quinque, unam Piſas duxerunt, mirabili theſauro plenam; de quo theſauro eodem anno majorem Piſanam Eccleſiam incœperunt. Et ſequenti anno magnus terræmotus fuit.

A. D. M. lxxvii. Comitiſſa Beatrix obiit, 4. Kal. Maji, & in magnifica tumba apud majorem Eccle-

ſiam Piſis honorifice ſepulta eſt, ob cujus reverentiam comitiſſa Mathilda ejus filia, quo obiit A. D. 1116. Eccleſiam Piſanam, in Tuſcia & Lombardia dotavit poſſeſſionibus plurimis, & honoribus regalibus ſatis plene.

A. D. M. lxxviii. Piſani & Januenſes guerram habentes, invicem ſibi damna plurima contulerunt.

A. D. M. lxxxviii. Piſani, & Januenſes ſimul ſtolum fecerunt in Africam, & ceperunt duas munitiſſimas civitates, ſcilicet Almadiam, & Sabiliam die ſancti Sixti; ex quibus civitatibus, Saracenis fere omnibus interfectis, maximam prædam auri, argenti, palliorum, & æramentorum abſtraxerunt; de qua præda, theſauros Piſanæ Eccleſiæ in diverſis ornamentis amplificaverunt, & Eccleſiam s. Sixti in curia veteri ædificaverunt.

A. D. M. c. Hieruſalem, & Cæſarea à Chriſtianis capta eſt, 18. Kal. Aug. cujus victoriæ Piſanus Populus fuit & caput, & cauſa. Nam juſſu Papæ Urbani II. Ubertus Piſanę urbis Archiepiſcopus extitit ductor, & rector exercitus Piſanorum, ſcilicet 120. navium. Qui Ubertus factus in Hieroſolyma Patriarcha remanſit. Et poſtea ceperunt civitatem Siſtri. Et poſtea in reditu ceperunt multas civitates Græcorum. Unde Imperator Calonianus ſuum legatum Piſas miſit, & Piſanis domos, & Eccleſias dedit. Proficiſcendo vero Lucatam, & Cephaloniam urbes fortiſſimas (quia iter Hieroſolymitanum impedire ſolebant) expugnaverunt, & expoliaverunt. Piſanus etiam tunc populus, Maidam urbem fortiſſimam cepit & Laudociam, & Gibellum obſedit. Eodem anno Hinthica quaſi cremata eſt.

A. D. M. ci. Tota Hinthica exuſta eſt; de quo igne, vento flante, pene tota foris portum combuſta eſt, 3. non. Jul.

A. D. M. cv. Reincepta eſt lis inter Piſanos, & Lucenſes.

A. D. M. cvii. Rex Henricus cum magno exercitu in Italiam, & Piſas venit, & fecit pacem inter Piſanos, & Lucenſes, in qua guerra Piſani devicerunt Lucanos tribus vicibus in campo, & caſtellum de Ripa fracta recuperaverunt, & Ripam, unde lis fuit, retinuerunt.

A. D. M. cxiv. Piſanus Populus, juſſu domini Papæ Paſchalis, perrexit Majoricam cum 300 diverſorum nominum navibus, & die s. Sixti de Arno exivit immenſo ploratu ſenum, parvulorum, & mulierum. Et devenientes prius ad Inſulam Luiſam, civitatem fortiſſimam ſitam dictam ſimiliter Luiſam, per menſem obſederunt, & pluribus, & damnoſis hinc inde commiſſis prœliis eam ceperunt, & mirabili Saracenorum multitudine detruncata, ſcilicet die s. Laurentii. Et poſtea die s. Bartholomæi ad Inſulam Majoricæ applicuerunt, & eam per ſex menſes obſederunt: & tandem uſque per totum menſem Aprilis eam devicerunt, & ultra quinquaginta Saracenorum millia occiderunt: & Chriſtianos ibi captos per diverſa tempora ipſo die de carceribus liberaverunt, qui numero inventi ſunt triginta millia: ante tamen quam Piſani ad Luiſam devenirent, quando eam ceperunt, in littore Barchinonæ, paſſi ſunt navium multarum naufragium. Sed quis enumerare poſſit diſpendia, pericula, & mortes, quæ Piſani paſſi ſunt ibi. In ipſo quippe itinere per 26. menſes ſteterunt; & tantam exaltationem victoriæ reduxerunt, quod obliti ſunt totaliter omnium copioſam pœnam dolorum.

A. D. M. cxix. Gelaſius Secundus PP. In retributione tanti doni, quod Piſani Romanæ Eccleſiæ, & toti mundo de Majoricana victoria fecerant, Piſas venit, & conſecravit majorem novam Eccleſiam Piſanorum, ac conceſſit Archieſcopatum civitati Piſanæ, & dedit, quia uſque tunc tantum Epiſcopus erat. Et nota quod Papa, quando Piſani iverunt Majoricam, ſuis manibus Piſanis dedit vexillum vermileum. Unde extunc Piſana civitas vermilio utitur ubique vexillo.

A. D. M. cxix. Januenſes invidia moti de honore, & de tanta temporali, & ſpirituali exaltatione Piſanorum, guerram ſubito incœperunt, damna Piſanis quæ poterant inſerentes. Unde Deo & glorioſa ejus matre Maria propitiantibus anno ſequenti ſcilicet M. cxx. die S. Sixti in portu Veneris, Januenſes vicerunt.

A. D. M. cxxii. Januenſes irati de prædicta victoria, quam Piſani de ſe habuerunt, ad fauces Arni cum Galeis 22. venerunt. Et tunc Piſani apud majorem Eccleſiam erant cum Papa Calliſto II qui conſecrabat quædam Altaria; & ſic Deo volente accidit, quod Piſani illuc iverunt, Januenſes fugaverunt, & galeas ſex ex ipſis ceperunt. Unde & Altarium conſecrationem Januenſium protervia exaltavit, & Piſanorum honorem.

A. D. M. cxxiv. Incœpta eſt lis à Piſanis contra Regem Siciliæ nomine Rogerium, Inimicum Eccleſiæ Romanæ.

A. D. M. cxxxv. Tertio Kalen. Jun. Piſis eſt celebratum generale concilium per Papam Innocentium, & alios Prælatos Sæculi. In quo concilio Ingilbertus de Marchia Tuſciæ inveſtitus eſt, qui poſtea defenſus eſt a Piſanis, & à Lucanis ubique offenſus, & apud Ficechium ab ipſis Lucanis anno ſubſequenti devictus in campo, & Piſam fugiens lacrymaſque plures effundens à Piſanis vindicatus eſt.

A. D. M. cxxxvi. De mandato ſummi Pontificis, Piſani 46. galeas armaverunt, & in Siciliam transfretaverunt, & pugnando, & præliando audaciter, civitates Amalfi, Atrani, Ravelli, Scalæ, & Scatella majorem, & minorem ceperunt, ſed cum tertia die poſt prædictam victoriam Piſanorum pars obſideret fractos caſtri Rivelli cum ædificiis, & gattis, Rogerius ſupraſcriptus, qui apud Salernum tunc erat cum ſeptem millibus militum & 60. Galeis, & multo alio populo, Piſanos obſidentes prædictum caſtrum devicit, & fugavit uſque ad mare, & ex eis decies 94. cepit. Poſt dies autem 23. devaſtata Yſchia majori ſicut Piſas, Piſani vi. idus Septembris reverſi ſunt.

A. D. M. xxxviii. Iterum fecerunt ſtolum contra ſupraſcriptum Rogerium, & devicerunt: ſibique tributarias fecerunt civitates Amalfi, Trani, Scalę, Scatellæ, & fractæ Rocchę, & Pugerulæ, & totum Amalfitanum Ducatum, ipſoſque jurare fecerunt, & tunc Domino Papæ Innocentio, & Imperatori Lotario obedire ut Dominis. contra prędictum Rogerium. Poſtmodum Piſani nono Kal. Auguſti Salernum iverunt, ipſumque per 15. dies obſeſſum habuerunt. Et ſic poſt hoc Rogerius prædictus cum Piſanis pacem fecit, & reverſus felix ſtolus Piſanorum 13. Kal. Octob.

A. D. M. cxliv. Incœpta eſt guerra inter Piſanos, & Lucenſes. Nam Piſani propter injuriam de caſtello Agiuolfi eis à Lucanis illatam (fecerunt enim Lucenſes exercitum contra ipſum Caſtrum quod erat Piſanorum ab anno Domini 1128.) & propter injuriam ſimiliter de ſtrata Francorum, & Arni caſtellum de Urui à filio Suffredi acquiſierunt, ipſumque per annos ſex viriliter tenuerunt. Quamvis Lucenſes ipſum annuatim acriter obſederunt. Poſt ſextum quidem annum idem caſtrum a nepotibus ſupraſcripti Suffredi rehabuerunt, datis eis lib. Lucan. monetæ 10. ipſumque funditus diruerunt. Ante tamen quam ipſum caſtrum rehaberent, quando ipſum annuatim obſidebant, Piſani diſtrictum Lucanum quaſi undique concremabant; & tunc ceperunt Piſani caſtellum de inſula pedulis cum 300. civibus Lucanis, de quibus poſtea Piſani rehabuerunt 20. ſuos carceratos, qui erant Lucę, ad quod caſtrum vincendum Piſani fuerunt, cum quinquaginta navibus, & ſchaphis, & cum 12. manghanis ordinatis plactis. Cujus caſtri habitio fuit an. Domini 1148. non. Kal. Aprilis. Et in die Lunæ ſancto cum carceratis cum ſpoliis exercitus dedit Piſanis. Tunc etiam Piſani ſub anno Domini 1149. ſtantibus Lucenſibus à Piſtorienſibus ad obſidionem dicti caſtri de Uruo, devicerunt caſtrum de Monte di caſtello, & ſancti Gervaſii, & omnia alia caſtra de Vallehere tunc habuerunt; & in feſto ſancti Matthæi per magnum

prius præhabitum prælium, caſtrum de Pianuſoli devicerunt, ipſumque diruentes funditus, homines Piſas, & ſpolia cum gaudio reduxerunt. Et in ſumma dicendo vivaciſſima,& damnoſiſſima, antequam Lucenſes vinum recuperarant, & continua guerra fuit; & quamvis utrique plurima inde damna ſubierint Piſani tamen gaviſi ſunt, quia in vindictam hoc fecerunt de caſtello Aghinolfi.

A. D. M. cl. Lucenſes apud flumen Caſcinæ à Piſanis capti fuerunt, & magna pars eorum mortua.

A. D. M. cli. Tempore domini Eugenii Papæ Piſani, Romani firmaverunt pacem cum Piſanis.

A. D. M. cliii. Fundatus eſt primus gradus Eccleſiæ ſancti Joannis Baptiſtæ Conecto Conecta & Henrico Caſtellano operariis exiſtentibus. Qui Conectus in Sardiniam pluries ivit, & reduxit de ſancta Reparata columnas.

A. D. M. cliii. Duodecimo Kal. Novembris de nocte major pars Hinthicæ combuſta fuit. Eodem anno fuit omnium victualium magna cariſtia. Eugenius Papa natione Piſanus ſedit annis 7. menſib 4. dieb. 20. Hujus tempore ſenatus renovatur in alma Urbe.

A. D. M. clv. Fredericus Imperator die ſancti Michaëlis fuit in Roncalia, & m ſit pro nuntiis omnium civitatum Imperii, & ſic ipſo anno Tortonam obſedit, devicit, & deſtruxit. Et ſequenti anno in menſe Junii Romam venit, & coronam Imperii ab Adriano recepit: & præliatus eſt in porticu ſancti Petri cum Romanis: ubi eos devicit, occidit, & in flumine multos demerſit, & plures vinculis mancipavit. Exinde civitatem Spoletinam devicit, & regratians multum Piſanis qui cum eo fuerant. De menſe Septembris in Alemanniam eſt reverſus.

A. D. M. clvi. Guillelmus Rex Siciliæ in magnam infirmitatem cadens per tres menſes. Itaque cum mortuus à Regnicolis crederetur, totum regnum perdidit, ſed liberatus in tribus menſibus, revicit totam Siciliæ inſulam. Poſtea in menſe maji cum magno exercitu ivit Apuliam, quam Barones tenebant. Inter quos barones erat dominus Robertus princeps Capuanus. Qui barones Apuliam recuperaverunt contra ipſum regem Guillelmum cum auxilio Conſtantinopolitani imperatoris, qui eis miſerat galeas 30 hominibus & theſauro bene armatas. Et ſic ipſe Rex Guillelmus ipſos Barones devicit, & recuperavit Apuliam, & deſtruxit Barim, & Robertum Principem ſupraſcriptum cepit. Unde victoriam de tota complevit Apulia in menſibus maji & junii triumphanter. Eodem anno in conſulatu Conecti in menſe Julio, & Auguſto Piſani fecerunt barbacanas circa civitatem, & Hinthicam, & muraverunt a turre, ubi poſuerunt leonem marmoreum uſque ad turrem ſuper pontem Amaris. In ſubſequenti vero anno menſibus Februario, & Martio, & Aprili, circuierunt undique Civitatem caſtellis, & turribus ligneis, Batiſchis, pro timore Frederici Regis Romam venientis.

A D. M. clvii. In conſulatu ejuſdem Conecti à menſe aprilis incipientes, Piſani uſque ad ſanctum Zenonem muraverunt civitatem, & uſque ad portam Calciſanam, & fecerunt foveam a Monte Piſano uſque Piſas, & omnia civitatis negotia ipſo anno viriliter tractaverunt, & ex tunc annuatim muſaverunt civitatem.

A. D. M. clvii. Sexto Kalen. aprilis, natus eſt puer in comitatu Bononię in Veneris die ſancto cum barba, & dentibus, & piloſus totus. Eodem anno prid. Kal. Aug. cecidit grando maxima ſuper terram Bononiæ, omnia deſtruens, homines & pecudes interfecit; quæ grando fuit varii grani, quadrata, rotunda, & cornuta in magnitudine ovi. Eodem anno facta eſt turris Melorie.

A. D. M. clviii. Supradictus Conectus conſul in portu Maguuli duas turres fecit, & fontem ad ſanctum Stephanum pro navigantium utilitate conſtruxit. Sed ipſæ duæ turres non fuerunt completæ uſque ad 1165.

A. D. M. clix. Piſanis combuſtæ turres a domo, & via Guidonis q. Tedierl uſque ad turres Petri abbithonis, & omnes ceciderunt. Ubi mortui ſunt Simon de Perlaſcio, Henricus Uguccionis de Villano, Vecchius Bonacceli qui tunc erat proviſor, & alii: unde de mandato conſulum omnia balatoria juxta Arnum deſtructa ſunt.

A.D.M. lviv. Guillelmus Rex Siciliæ à Kal. Aprilis uſque ad Kal.octob. magnum fecit ſtolum 140. galearum, & 24. dermonum, qui dermones portaverunt 400. milites. Quem ſtolum miſit prædictus Rex de menſe Jun. ad Imperatorem Conſtantinopolitanum, & pervenit Negropontem, ibique invenit ſtolum imperatoris, ipſumque devicit & cepit, & etiam cepit ipſam civitatem de Negroponte, eamque deſtruxit, & ſtolum Imperatoris combuſſit. Mox etiam civitatem Alinito cepit, & ſanctum Jacobum cum turre Piſanorum, & ipſam combuſſit, & magnam partem Romaniæ deſtruens, Imperatorem quoque ipſum triſtem compavidum relinquens. De menſe Septembris ſtolus prædictus cum maximo triumpho ad ſuum Regem Guillelmum in Siciliam reverſus eſt.

A. D. M. clix. In quarto conſulatu Conecti Piſani murando ſemper nihilominus civitatem fecerunt quinque galeas ad cuſtodiam maris, & foſſam magnam in Leporareatoria uſque prope petraria de Triſi; quæ fuit pertica. MD. & tres columnas magnas pro opera s. Joannis de Ilba ad dictam Eccleſiam portaverunt. Eodem anno fecerunt treguam inter ſe, & dominum Guidonem comitem, & Senenſes, & Piſtorienſes, & comitem Albertum de Prata ex una parte, & Lucanos, Florentinos, Pratenſes, & capitaneos Carſagninos, ex alia. Et juxta 22. annis ordinaverunt Piſani pacem inter prædictos ſuos conſocios, & Lucanorum. Cujus pacis ſententia lata fuit per Piſanos, & Lucanos die Aſſumptionis B. Mariæ. Unde quia Piſani ſuos non dereliquerunt amicos, famam magnæ laudis tunc de ipſa concordia per ipſam habuerunt. Eodem ſupraſcripto anno 1159. Piſani miſerunt Pellanium conſulem cum Gherardo comite, & Carte Vecchia, & nobilibus Piſanis militibus, & cum Sagittariis, & ædificationibus 15. Kalen. Septemb. in auxilium Imperatoria Frederici ad obſidionem Mediolani. Et ſexto id. Septemb. Imperatori ſe dedit Mediolanum. Unde Piſani cum laude, & honore, & bona Imperatoris gratia redierunt 6. Kalen. Octob. Et die quo ſe Madiolanum dedit Imperatori, Mediolani coronam ſibi poſuit Imperii triumphanter. Eodem anno Mediolanum, Brixia, Placentia, & Cremona ab ipſo Imperatore diſcordaverunt.

A. D. M. clx. Imperator prædictus rediit ad devaſtandam civitatem Mediolani, & alias, ſibi deditam deſtruxit, & combuſſit, ex quo tota Lombardia doluit, & non parum.

A. D. M. clxi. Raiuerius Sciorta obiit 15. Kal. Jun. & fuit ſepultus in Eccleſia ſanctæ Mariæ Piſis cum magna veneratione. Et fuit ſicut ſanctus in terra, & in mari; quia marinarii de eo multa mirabilia videbant.

A. D. M. clxii. Piſani miſerunt ad Imperatorem Fridericum Legatos, ſcilicet Ildebrandinum Mele tunc conſulem, & Bulgarinum Bulgarelle, & Lambertum Cigolum; qui cum ipſo Imperatore ſatis tractaverunt ad honorem, & augmentum imperii, & Piſani communis. Eodem anno Conectus conſul, & Boccacius Ambaſciatores pro communi Piſano ad Imperatorem Conſtantinopolitanum euntes, & cum ipſo pro anno Conecto ipſo remanente, quia cum Piſanis uniri nolebat, niſi Piſani promitterent de non adjuvando Imperatore Friderico. Tandem ſine alia concordia Piſas reverſi ſunt. Noluerunt enim Imperatorem Fridericum derelinquere veri, & puri amici.

A. D. M. clxiii. Lambertus conſul, Villanus Ricuchii, Boccius Henricus Frederici, Opitho, & Sigerius Legis doctores, Ambaſciadores Piſani communis, ab imp. Frederico vexillum receperunt, & ſpadam pro inveſtitione Imperatoria ſuper omnes

civi-

civitates Taſciæ. Eodem anno 40. galeas ad honorem ipſius Imperatoris Piſani ſecerunt. Eodem anno Comes Ildemus fidelitatem cum tota ſua terra, & hominibus jnravit Piſis. Eodem anno incœpta eſt magna domus inter iittus maris portus Magalis pro atilitare navigantium, & magnam fundatum cnm turri, & porta ſerrea ex tanc incœprum fuit per paucos annos. Eodem anno Imperator Fredericus, poſt obſidionem quatuor annorum, Mediolanum deſtruxit, & combuſſit, nihilo præter perſonas, & pecuniam reſervato: quod ſactum eſt anno regni ipſins imperatotis decimo, & Imperii ejas octavo. Et ex tunc timore percuiſæ omnes terræ Lombardiæ, ipſins Imperatoris ſubjerunt mandata. Eodem anno, Piſanis in pace manentibns, nullum apparatum galearum habentibas Januenſes perjuri, guerram incœpetunt, & prins 15. Kalen. Jal. Caprariam comburentes, per mare ſubito, & continuo hac, & illuc diſcurrentes diverſa, & gravia damna nautis & perſonis Piſanis navigantibus, & de guerra nihil ſcientibus intulerant, occidendo, & ſnbmetgendo ligna, & homines. Ex quo Piſani moti ad nnum Judicem 10. Galeas & 11. ſagiptias velociter ordinaverunt, & Camptorſi devaſtavernnt, & duas naves Januenſium ditiſſimas ceperunt prope Planoſam, quarum nna de Soria, & aiia de Conſtantinopoli veniebat, 8. id. Julii, nbi 42. Jannenſes occiſi fuerunt. Poſtea prid. id. jul. aiiam navem de Sicilia redeuntem ceperunt in Ilba. Quo Piſis ſcito, ad illas alias miſerunt ſagittias 14. uique Populoniam in ſaccnrſum, & 12. galeas Januenſium quæ ad noſtras de Janua venerunt, expulerunt; & ſic cum navibns aucti, & 55. Januenſibus captivis, Piſas cam honore, & lætitia 12. Kal. Aug. redierunt. Eodem anno Piſani paraverunt 24. galeas & 30. ſagittias pro navali bello ſaciendo contra Januam ad portnm Veneris: propter quod Januenſes miſerunt ad Imperatorem Fridericum ſupplicantes, at treguam vel pacem inter ipſos, & Piſanos ſaceret. Piſani vero id andientes, ad ipſum Imperarorem ſolemnes Ambaſciadores miſerunt 7. idus Aaguſti opponentes contra Janaenſes, qnomodo pacem, & juramenta fregeranr, & guerram crudeliter, & improviſo incœperant. Sed Imperator rogavit, quod uſque ad ſanm adventum Piſani guerram non ſacerent. Ibat enim tum Imperator ad Beilicionem pro diſcordia, qnam Pape Victor, & Papa Alexander inter ſe habebant, judicanda: in qna via Imperator ſecum duxit duos de Piſanis Ambaſciatores, ſcilicet Henricum Canis conſulem, & Rainerium Gaetani. Rex qnidem Franciæ de concordia Victoris Papæ, quam Imperatori fieri promiſit, minime obſervavit: & tanc prædictos Piſanos Rex ipſe allocutas eſt, promittens eis pro amore Piſani commnnis amicitiæ conſerviriam gaudenter. Rex itaqae cum indignarione Imperatoris, & cum Papa Alexandro reverſus eſt in Franciam, & Imperator cum Papa Victore in Aiemanniam. Eodem anno Gulielmus Rex Siciliæ pacem cnm Piſanis habens, propter dilectionem quam videbat inter Piſanos, & prædictam Fredericum, timens de Piſanis ſubito ipſos Piſanos omnes, quos in ſuo Regno invenit, cepit, & in perſonis, & rebus eos trivit.

A. D. M. clxiv. Decimo tertio Kal. jul. Piſani cnm magno exercitn iverunt contra caſtrum de Pecciuli, quod erat multum inſeſtum. & damnoſnm eis; & ibi invenerunt 400. miiites, & 300. peditum. & ipſnm ſibi deditum vigilia ſancti Joannis Baptiſtæ habaerunt, & ex tunc Roccham de Pana, & omnia alia caſtra uſque Vulterras habuerunt. Et ſic cum maguo triumpho Piſani 6. Kal. jnl. ad propria redierunr. Eodem anno plnres gaieas pro ſervitio Imperatoris Frederici fecerunr, & comitum, & alios Piſanos honores creverunt. Eodem anno ante Kal. April. Rainaidus Colonienſis Archiepiſcopus, & Italiæ Archicancellarius, venit Piſas: & Piſani cnm eo iverunt per Tuſciam Ambaſciatores. Itaque timore Piſanorum ſubito tota Tuſcia fideiitatem Imperatoris Friderici jnravit in manu ejuſdem ſui Archicancellarii, qui rediens Piſas. Piſanis immenſas retulit grates, & in Alemanniam proficiſcens Imperatoti publice tetalit, quod Taſcism habeat gratia Piſanorum. Eodem anno in Kal. Octob. incipiendo, in 14. diebus 8 columnæ in Eccleſia ſancti Joannis erectæ ſunt: de quibus unam una die porta aurea erexit. Et tunc ordinatum eſt, quod unaquæqne familia in ſingulis menſibas Kalen unum denarium ipſi operi daret, & fundata eſt Eccieſia ſancti Joan. Baptiſtæ 1155. Eodem anno 6. Kal. Januarii magna pars Hinthicę ſcilicet ab Eccleſia ſancti Chriſtophori, uſqne ad domum Gnidonis boni exnſta eſt. Eodem anno cœpit murari caſtrum de Vada, & ſuit mnratum ab inde ad annos 16. Er donec murabatur, Vadenſes omnibas datiis liberi ſant. Eodem anno, Paraſon q. Rubini de Callari eapulit de Vailari Domiceilum Petrum judicem, qni cum uxote ſua filia jndicis Conſtantli auſugit ad ſratres ſuos. Pro qua injnria Paraſon judex Tarritanus cum ſratribus, & avaocalis ſuis, ſcilicet Barile Gamello, Panlo, & Paganeilo q. Ugonis Pagani de Piſanis exercitum magnum collegit, & rediit in Callari, Petram judicem ſratrem ſuum, & illnm Paraſonem expulit.

A. D. M. clxv. Piſani quatuor ſolemnes Ambaſciatores miſerunt, & 10. galeas & 4. Dermones pro eqnis portandis ad ipſius imperatoris ſervitiam fecerunt, & gaieas 16. pro guardia maris, & flumen Auxaris cavaverunt, & ampliaverunt, & in aliis commodis Reip. ſe illo anno honorifice habuerunt. Eodem anno mortaus eſt Lucæ Papa Victor 12. Kal. maii, & alia die electus eſt ibidem in PP. Gaido Cremonenſis, qui poſtea vocatus eſt Papa Paſchalis: & cancellarins imperatotis, qui eum eligi fecerat, de Luca diſcedens, ad Burgum ſancti Geneſii ivit ibique ſecum habuit rectores civitatum Tuſciæ. Eodem anno Rainerius Gaetanus, & Lamberrns Graſſus Conſules, & duo alii nobiles Piſani ivetunt, per maritima uſque Scalmum, & Bonianum, & nndique per totam maritimam, & per vallem Gere, & ſnbditis prædictis tetris, & commnnitatibus, Piſani reverſi ſunt: Agninum caſtrum vicerunr, & in ipſo conſules miſerunt, quod uſque tunc fieri non potetat. Nulli énim nſqae tnnc conſnles extiterant de Piſanis, qui tantum commodum, tantum & honorem Piſani communis creſcere feciſſent. Eodem anno Paraion judex Turritanus cum fratribus, & avuncnlis ſuis Piſanis, Barile Gamelio Paganello, & Paulo, & Domicellns Petrus judex de Callari fide judicis Paraccins de Terre, fecerunr magnum exercitum contra Paraſonem judicem Arboreæ, pro multis injuriis, quas ei fecerat: & menſe april. in Arboream intraverunt, palatia, & domos, & omnia bona comburentes, viros, & mulieres, & ſpolia inde plarima aſportaverunt. Paraſon itaqae jndex Arboreæ cam ſua uxore fngit ad manſionem de Cnpre, & ad Imperatorem Fridericnm, & ad Januenſes nuncios miſit, quod ſi eum vindicarent, & totam Sardiniam ei darent, daret eis mnltum aarum. Et Imperator miſit in Arboream ſuos Legatos cam 7. gaieis Januenſibus ad judicem. Eodem anno Ifredinus quondam Ranncci Jani Piſanoram conſnl, ivit in Sardiniam, & fecit omnes judices Sardiniæ jurare præcepta Piſani communis, & tregnam præcepit eſſe uſque ad reditum judicis Arboteæ. Et quia Januenſes in Sardiniam 8. galeas miſerunt, Piſani 8. alias miſerunt, & ſic judex cum prædictis legatis Imperatoris, & Januenſibus cum 30. millibus libtis Januam navigavit, & ad Imperatorem Fredericum Papiam iverunt. Eodem anno 4. idus Aug Imperator Fredericus coronavit apud Papiam Paraſonem in judicem Arboreæ: ex qao Piſani vaide irati, conſnles ſuos, & alios Ambaſciatores ad Imperatorem miſerunt. Et judex Arboreæ prædictus cum Januenſibus, qai cnm eo ad imperatorem iverant, Jannam rediit, & habitis à Januenſibus triginta millibus iibris navigavit in Sardiniam ſperans cum ſno exercitu non ſolum Arboream revincere, verum etiam totam ſibi Sardiniam ſabjugare. Unde aiii Judices dolentes

iverunt, & quaſi totam Arboream deſtruxerunt, & habnerunt poſtea auxilium a communi Piſano contra ipſum judicem ſcilicet conſules & ſapientes plures de Piſanis in ſex galeis. Eodem anno Chriſtianas cancellarins domini Imperatoris venit Piſas die ſancti Andreæ, & ſecum duxit Papam Paſchalem, qni prius vocabatur Guido Cremonenſis, & Piſani eum honorifice tenuernnt, quouſque ipſe cancellarius dnxit Viterbium. Cui Papæ, quia Villanns Archiepiſcopus obedire nolebat, ſeceſſit ad Gorgonam. Eodem anno Piſani conſules, & alii plnres ſapientes, & nobiles viri Ambaſciatores in Alemanniam ad Imperatorem iverunt; & inter alia commoda, quæ pro Imperio, & communi Piſano tractaverunt, In ſulam totam Sardiniam ſibi privilegiari pro communi ab ipſo Imperatore fecerunt. Et Ugnimonem conſulem Imperat. ipſe, dando ei vexillum, Inveſtivit de ipſa inſula, & hominibus, & bonis, præſentibus ad hæc Januenſibus, & Parſſone ſupraſcripto, quem coronaverat Papiæ de judicatu Arboreæ ipſe Imperator in Dominum. Eodem anno Januenſes cum prædicto judice Arboreæ, in Sardiniam iverunt cum magno exercitu: ſed Piſani illuc currentes, de tota Sardinia, & Jannenſes, & judices expulerunt. Itaque 7. id Febr. Januæ applicuernot. Et quia dictus judex pecnniam ſuam, quam Jannenſibus promiſerat, dare non poterat, ipſum in carcere poſuerunt. Et ſic totam Sardiniam ſub tributo poſnerunt ſibi Piſani.

A. D. M. clxvi. Piſani cum 2. Galeis in portu de Turri erant, & quidam male conſulti iverunt ad villam de Turri, eamque turpiter devaſtabant & prædabantur, conſulibus Piſanorum invitis, propter quod Sardi in villa de Octano interſecerunt 80. Piſanos. Eodem anno poſt mortem prædictorum Piſanorum Paraſon judex Turritanus, & Petrus ejus jndex Caliari venerunt Piſas: & ipſe judex in parlamento juravit, quod in prædictorum Piſanorum morte culpam non habuit Veruntamen, quia in ſno judicatu perierunt, & ipſe fidelitatem Piſani communis juravit, & promiſit pro Piſanis terram tenere, & ſex millia lib arum dare. Et ſic Piſani eum reduxerunt in terram. Eodem anno Kal Jun. Piſani vicerunt Lucanos ad montem Piſsnum, & fugaverunt eos in Maſſa Eodem anno de menſe Julii, Piſani 7. Galeas ad capiendos Jannenſes in Siciliam miſerunt, & ſex alias in provinciam: quæ plures Januenſes, & ſigna fecerunt, & Piſanæ illę quæ in Siciliam iverunt, 11. Kal Aug reverſæ ſunt. Propter quod Januenſes 14. Galeas armaverunt, & inſecuti ſunt Piſanas uſque ad Montem Peſſulanum, & Marſiliam, & Rhodanum; & ſic ceperunt quinque naves Piſanorum, ſed vacuas, & Jsnuam redierunt. Poſtea 3. idus Aug. Piſani videntes quod Januenſes iviſſent in Provinciam, viriliter armaverunt 31. Galeas, & combuſſerunt Capotorli, & 12. Kal Septembr. Albinganam pugnando ceperunt. Et inde profecti ceperunt cum hominibus, & avert. 28. nsves Januenſium venientes de Mercato de Frigioli, & per totam riveriam Januæ plurima ligna ceperunt. Ad gradus qnoque Mergierii quinque magnas quamvis vacuas naves conbuſſerunt: & unam bene ornatam de Garbo ceperunt. Reverteoſes itaque Piſani Rhodanum per fauces Capre intraverunt, & incolumes uſque ad Albanum ſancti Ægidii die 3. Septemb. intraverunt, in quo eſt, & tunc erat magna fiera, & innumeræ ibi gentes convenerunt. Januenſes vero vehementer turbati, eo quod Piſani Albinganam devicerant, repente 30. Galeas armaverunt, & in Provinciam navigantes, per Rhodanam ad ripam ſancti Ægidii ſe poſuerunt prope Piſanorum exercitum per milliaria duo, 3. non. Septemb. Et ſic uterque Galearum ſtolus ſe per decem dies præparavit ad bellum. Civitas quippe Piſana de ſuis quid eſſet ignorans, & videns quod Januenſes in Provinciam magnum ſtolum miſerant, a 5. galeas, ad devaſtandam riveriam Januenſium ivernnt, & devaſtaverunt portum Veneris, & Levanto, & ſic Piſas reverſæ ſunt. Poſt hæc tres Ga-

A

leas cum Guldone Belle conſule, & cum a 3. militibus in Provinciam miſerunt Piſani in auxilium Piſanorum, quas ventus contrarius projecit in Ilbam, & die ſancti Michaelis unam navem Januenſium ceperunt de Alexandria venientium onuſtam: & Piſani 3. non. Octob. redierunt, ſupradicti vero Piſani id. Septemb. qui erant Galeæ 31. cum Januenſibus, qui erant cum 50. Galeis juxta Rhodanum in terra magnum bellum fecerunt, & gratia Dei Piſani vicerunt illos; ubi multi Jannenſes capti, & occiſi ſunt, & eorum mœnia deſtructa; & 10. Kal. Novemb. de Vico Januenſes Januam reverſi ſunt; quamvis tres Galeæ de Janna cum conſule eis obviarent, eiſque ad expectandos Piſanos in Arli cum magno furore per 15. dies tenuerunt fruſtra. Prædictæ vero victoricæ Piſanorum Galeæ redire volentes, ſuper inſulas ſancti Honorati, furore, & ira maximi venti, & terribilis noctis 4. Kal. Novemb. in alto pelago abſtractæ ſunt: tota nocte ipſa, & die ſequenti, tanta fuit maris tempeſtas, & venti

B

contrarii, at ex 31. Galeis 11. ſnbmerſæ ſint, & quibuſdam ex aliis in Corſicam, quibuſdam in Sardiniam, qoibuſdam in Bugiam diſtractis rapido curſu a mari una de porta aurea Gigenm applicuit; cujus homines ceperunt piratæ, & Bugiam dnxerunt, & omnes præter 4. parvulos, & 20. alios truncaverunt: aliæ vero 19. evadentes de tanto Dei judicio de aliis interſerentes quid eſſet infra 11. dies novembris Piſas cum triumpho de inimicis habito redierunt. Eodem anno, Conectus ſupraſcriptus conſul ivit prid. non. Maii ad Minta Numini pro faciendo cum eo pacem, & pro inveniendo, & reparandis Piſanis in prædictis 12. Galeis periclitatis: qui pacem honorabilem pro communi Piſano fecit, ſed perditarum Galearum nollos invenit homines niſi 24. quos recuperavit, & ſecum reduxit. Evaſerunt enim, nt diximus, de manu gladii Saracenorum, quando alii truncati fuernnt, & ſic 3. id. Novemb. Piſani reverſi ſunt. Tantus quidem luctus virorum, & mulierum de Piſanir perditis in prædictis Galeis

C

12. Piſanis fuit, nt omnes cives a minimo uſque ad majorem in propriis plsngerent domibus. Conſules vero alio die ad domos ſingulorum mortuorum tantam laudem pro honore Republicæ contulerunt, quantam alias vix aliquis nunquam audivit, & ſic planctus quod remaneret, juſſerunt.

A.D.M. clxvii. Alio qnidem anno Piſani 47. Galess armaverunt. Eodem tempore Januenſes credentes Piſanos non poſſe in mari ſecum certare, propter ſupraſcriptas Galeas 12. redeuntes de Provincia perditas judicio Dei in mari, unam magnam nsvem in Arboream miſerunt, in qua debebant portari merces pro ſatisfaciendo ſibi de eo, quod judex Arboreæ, quem ob id tenebant in vinculis Jannenſibus, debebat: ad quam capiendam iubito Piſani 5. galeas miſerunt, eamque capientes, quando cum ipſa redibant, aliam navem Januenſium de Garbo redeuntem ad Capalbi ceperunt: & ſic cum gaudio Piſas reverſi ſunt. In qua captione fuit captus Piſanorum conſul, qui in una galea ibat pro com-

D

mnni Piſano ad Amirum in Omini. Eodem anno Januenſes 9. galeas armaverunt pro vindicando navem quam perdiderunt, & navigsntes in Hillari cum judice Petro, contra Piſsnos certa pacta fecerunt, & Piſani 17. armantes galeas, Januenſes uſque Januam fugaverunt. Eodem tempore cum Piſani à Januenſibus pacem peterent, & eam habere non poſſent, armaverunt in curſum, & plura damna in diverſis locis Januenſibus intulerunt. Itaque 5. Kal. aug. Piſas cum duabus devictis galeis, & aliis lignis præter combuſta, & cum 330. Januenſibus captis triumphanter redierunt; præter decem galeas Piſanorum, quarum quinque uſturam inierunt, deſtruendo riveriam Romanorum, & naves capiendo: aliæ quinque in Provinciam navigantes ultra 4. ligna ceperunt, quibus combuſtis cum 40. Januenſibus Piſas reverſæ ſunt. Eodem anno, volentes Januenſes ſe vindicare, armaverunt galess plures, & Piſani ſimiliter; ſed Dei gratia eiſdem

de-

dederunt, duplicaverant & damnum. Eodem A
anno Piſani miſerunt contra ſtolum Saracenorum
galeas 47. quæ venerant in hoc mare, ſed non inve-
nientes eas iverant ad civitatem veterem, & præ-
liando per diem unum caſtrum ceperunt, & uſque
Teuratinam multa Saracenorum ligna ceperunt:
habebant enim cum Imperatore Frederico Romani
tunc guerram. Eodem anno de menſe octobris, Ja-
nuenſes propter dolorem guerræ, quam cum Piſa-
nis perdiderant cum Lucenſibus contra Piſanos ju-
taverunt, promittentes Lucenſibus, quod eos ut
Januenſes per mare portarent, & duas domos in
portu Veneris darent, & turrem de Motrone ſuis
ſumptibus facerent, & levarent.

A. D. M. clxviii. Imperator Fridericus Rainal-
dum Cancellarium, & Colonienſem Archiepiſco-
pum Piſas miſit, qui exercitum facere ſtatuit in pu-
blico Piſanorum parlamento in æſtate futura in
Siciliam, Apuliam, Calabriam, & contra Roma-
nos, & ſic in ipſo Parlamento juratum eſt per quen-
dam domini Imperatoris capellanum, & conſules B
Piſanorum. Præterea ibidem prædicti conſules, ju-
rarunt Papam Paſchalem pro catholico tenere, &
eidem tamquam catholico obedire, & clericis Piſa-
nis jurare facere promiſerunt. Similiter, & Ar-
chiepiſcopum Villanum, qui nullo modo ei obedi-
re voluit, promiſerunt. Poſtea quidem 8. Kal.
April. Piſani volentes obedire præceptis prædicto-
rum Imperatoris, & Papæ Paſchalis, Benencaſ-
ſam canonicum ſanctæ Mariæ Majoris Piſani in
Archiepiſcopum elegerunt; cui ipſe Papa Sabbato
ſancto ſacerdotium dedit, & die Lunæ paſchæ ho-
norifice cum ſuis Cardinalibus in Archiepiſcopum
conſecravit. Et ſic Piſas cum conſulibus, qui cum
eo jerant, reverſus eſt. 10 Kal. jun. eodem anno Rai-
naldus cancellarius prædictus, cum magno exerci-
tu civitatem veterem obſedit, & poſteaquam Piſa-
ni aſſiterunt, civitatem ipſam devicit, & cepit.
Ibi 40. Romanos qui ibi erant cum Protolaro inve-
nit, quibus vitam gratia Piſanorum donavit, & ci-
vitatem ipſam, & incolas ad ſervitutem Impera- C
toris redigens, Tuſculanum perrexit. Quod au-
dientes Romani, de menſe maii iverunt Tuſcula-
num potenter, fuerunt enim milites compedites
quadraginta millia, & cum die Lunæ ſcilicet 4.
Kal. jun. Tuſculanum devaſtarent, cum Imperato-
ris exercitu præliati fuerunt, & demum devicti,
ita quod ex eis in bello mortui ſunt 4000. & capti
quinque millia. Eodem anno 15. Kal. aug. Impera-
tor ſupraſcriptus cum Papa Paſchali prædicto Ro-
mam venit apud Eccleſiam ſancti Petri Apoſtoli,
quam turribus mœniiſque munitam invenit, eam-
que pugnando cum Romanis, devicit, & die Kal.
aug. Papam Paſchalem in ipſa Eccleſia cum Impe-
ratore, & copioſa Romanorum multitudine glorio-
ſiſſime celebravit. Quædam tamen major pars Ro-
manorum adhuc reſiſtebat eidem Imperatori; ipſe
Piſas pro auxilio miſit, quod audientes Piſani, mi-
ſerunt ad eum Romam 8. galeas bene armatas, &
duos conſules, & alios probos, & ſapientes viros.
Erant enim ſemper, & maxime tunc Piſani ad ſer- D
vitium Imperatoris parati cum 50. galeis, & 35.
ſagittiis, atque aliis multis lignis, perſonis, poten-
tiis, victualibus atque armis. Quæ 8. Piſanorum
galeæ Romam intrantes, & per Tiberim navigan-
tes, plura damna intulerunt Romanis in villis, &
uſque ad pontem Tiberis vexilla Piſana poſuerunt.
Quod videntes Romani, omnia Imperatoris
ſubierunt præcepta, & 400. obſides ei dantes 50.
Senatores, ut præcepit Imperator, conſtitue-
runt. Quo facto Imperator exultans, & Piſanis
multum regratians, prædictis 8. Piſanorum galeis
licentiam tribuit redeundi: & 12. Kal. Sept. Pi-
ſas cum tripudio redierunt. Eodem anno Piſanis
miſerunt Ambaſciatores ad Regem Siciliæ pro fa-
cienda ſecum pace; ſed non fecerunt, non enim
convenerunt in pactis. Eodem anno ab antiquis
temporibus non fuit tam deforme tempus viſum, nec
tanta abundantia aquarum, quanta fuit a medio ſe-
ptembris, uſque ad prid. id novembris. Fuerunt
enim illo tempore exundationes maximæ fluminis
Arni, quæ villam de Pugnano, & arcus magni
pontis de Stagno deſtruaerunt, & molas inclinave-
runt ipſius pontis. Et è contra non fuit viſum tam
glaciale tempus, & crudele frigus, & aeris ſereni-
tas, & acuitas, quantum fuit à prid. id. novemb.
uſque ad medium januarii, quod tempus Aſtrono-
mi ſecundum curſum planetarum fallax fuiſſe dixe-
runt. Eodem anno ſupraſcripti januarii menſe, tam
fortiſſime fuit glaciatus Arnus, quod per duodecim
dies ſuper glaciem a Caraſia Gonduli uſque ad ſan-
ctum Matthæum homines, mulieres, equi, equi-
tes, & currus, & boves, ſecure tranſibant, & com-
meabant, & quando glaciari incœpit fuit Piſanis
ubique inauditus tremendus maximo cum mugitu
ſonus. Eodem anno Piſani miſerunt Burgenſem
cum 10. galeis, & probis Piſanis, & varias machi-
nas, ad obſidendam Alexandriam civitatem, quam
tenebant Saraceni cum multitudine Saracenorum,
quam obſidionem fecit Americus Rex Hieruſoly-
mitanus, qui miſit 12. Kalend. Febr. Piſas Sinibal-
dum Ambaſciatorem ſuum, ſignificare Piſanis vi-
ctoriam, quam de Alexandria habuerat, & ren-
gratiari de Piſanis, quos in ipſa obſidione ſibi utilio-
res invenit ſuper quoslibet alios, qui ſecum fuerant.
Et quia Piſani tales ibi fuerunt, Rex Babyloniæ,
cujus tunc agebatur negotium, Piſanis donavit di-
ricturam, quam dare ſolebant & Babylonia, & A-
lexandria, ſic quod ibi ſunt liberi. Et donans ipſis
Piſanis multas poſſeſſiones, & domos per ſuam ter-
tam ipſos rogavit Piſanos, ut pro honore totius fi-
dei Chriſtianæ auxilium præparent contra Sarace-
nos, qui fremunt, & minantur venire, & obſide-
re Babyloniam, ut urbem Hieroſolymam, & Ale-
xandriam. Cui reſponderunt Piſani, quod ſi pacem
habere poſſent cum multis, & diverſis inimicis ſuis
quos habebant, libenter ac potenter auxilium ter-
reſtre præberent.

Eodem anno, Piſani contra Januenſes viginti ga-
leas in mare miſerunt, quarum novem in Garbum,
undecim in Provinciam pro capiendis Januenſibus
iverunt, quo audito Januenſes quindecim galeas
contra undecim, quæ in Provinciam jerant, miſe-
runt, & eis damnum plurimum fecerunt, & in fau-
cibus Addi quatuor da undecim Piſanis galeis, quæ
iverant pro parandis, & apportandis ſibi, & aliis
neceſſariis, in quibus homines dormiebant nihilque
ſentiebant 9. Kalend. maii, cum fremitu magno ce-
perunt, & Januam redierunt. Eodem vero anno
de duabus Piſanis galeis, quæ contra Januenſes na-
vigabant, capta eſt una 4. Kalend. Septembris.

Anno Domini milleſimo centeſimo ſexageſimo
octavo Lucenſes Piſanis guerram id. maii facere in-
cœperunt, ſicut Januenſibus juraverant, & promi-
ſerant, & eodem die majorem partem, quoſa com-
buſſerunt. Poſtea vero eodem menſe maii ſcilicet
medio, Lucenſes bene parati ad caſtrum de Aſcia-
no venerunt, ipſum oppugnare viriliter cœperunt.
Sed Piſani increduli, & inordinati illuc furioſe cur-
rentes devicerunt Lucanos, & verterunt in fugam,
ſed Lucani ſe videntes a paucis, & inordinatis de-
victos, ad bellum viriliter converſi ſunt, & ultra
caſtrum ipſum fugaverunt, capientes Piſanos de
nobilioribus viginti, de popularibus 49. & ſic Lu-
cam reverſi ſunt. Poſt hæc 16. Kalend. aug. Lucen-
ſes de majoribus prædictis Piſanis, quos ceperant,
miſerunt Januam iſtos duodecim Dominos, Lam-
bertum Majorem, Cigerium Gualandi, Bulgari-
num q. Ugutionis Betieri, Gerardum Barutula
filium Ugonis Badierne, Bonacurſum ejus magna-
ni a la Barra, Ugolinum Baldantonio de Grignati,
Lambertulium nepotem Bartepalia, Ubertum Le-
gerii Carbonis, Bonacurſum de via Majori, & Sil-
vanum ac filium Petri Altiliæ, de quibus, quia in
carcerem extra provinciam Tuſciæ ipſos Lucen-
ſes miſerunt, ab omnibus gentibus Lucenſes in-
famati, & quaſi odibiles extiterunt. Eodem
anno Piſani pro compagnia quam Januenſes cum

Val-

Lucenſibus fecerant, juraverunt amicitiam cum Vallechienſibus, & cum maxima parte Carſanienſium, pro guerra cum Lucenſibus facienda, quibus dare promiſerant Piſani expenſas & lib. quinque millia. Sequenti anno Ugo de Monte magno ſimiliter contra Lucanos cum Piſanis juravit, cui Piſani debent expenſam dare, & lib. Eodem anno Americus prædictus Hieruſalem Rex cepit Balbenſem civitates ditiſſimas, in quibus plures habuit theſauros, in qua victoria fuerunt Piſanorum galeæ, & homines honorificè, & hoc fuit quando Saracione rehabuit Alexandriam. Eodem anno a temporibus Sodomæ, & Gomorrhæ non fuerunt tam ſtupenda miracula, qualia in Inſula evenerunt Siciliæ. Pridie namque nonas Februarii in vigilia ſanctæ Agathæ, Catania civitas a terræmotu ſubverſa eſt, uſque ad fundamenta, & ex ea nec fœmina, nec maſculus evaſit. Lemtini inter duos montes repente everſa eſt, & quædam pars Siraguſæ civitatis de prædicto terræmotu periit. Et a prædicta Catania, uſque ad Plaſſa undecim inter civitates, caſtra, & villæ, cum multis hominibus in via, & agris oppreſſi perierunt, & portus de Meſſina 20. palmis funditus eſt ſiccatus, poſtea vero cum fortuna in locum ſuum reverſus eſt. Eodem anno Tancredus vicecomes caſtrum de Agnano, pecunia ſibi a Lucenſibus conventa, ſceleratiſſimè Lucenſibus *ipſo* die Kalendarum martii tradidit, ipſoſque intromiſit. Quod audientes Piſani, dolore magno commoti, ſequenti die, qui fuit Dominica Carnevalis, ad ipſum caſtrum iverunt, & cum caſtrum jam quaſi viciſſent & muros deſtruere incœpiſſent, Lucani ſubito invaſere Piſanos, eoſque uſque ad ſtradam de Moſſana fugaverunt, ubi 17. milites, & 27. pedites Piſanos ceperunt. Piſani vero ex ipſis Lucanis 11. milites, & 15. pedites ceperunt. Et Piſas cum dolore reverſi ſunt, & cum damno. Unde Piſa dixit.

Heu doleo! Piſa de me ſtirps una reciſa
Me ſæpe dat peſſam, capar enſem vix ita peſſum.
Hoc genus in matrem farit, ut it viſcera. Patrem
Obſecro cœleſtem, ſuper id grandem dare peſtem.

Piſani propter dolorem, quem eis prædictus Tancredus vicecomes traditor de caſtro Agnano fecerat, duos fecerunt exercitus. Unum ad obſidendum caſtrum de Corvaria, alium caſtrum de Agnano. Et videntes Lucani, quod ipſa caſtra defendi non poterant, quamvis cum magno exercitu ad Corvariam defendendam iviſſent 9. Kal Maii per Religioſos viros de Luca fecerunt de pace tractari, & pax jurata fuit per Conſulem Piſanorum, Januenſem, & Lucanum, & per duos bonos viros de unoquoque communi. Sed Lucenſes, & Januenſes pacem juratam noluerunt, quia eam non fecerant niſi ad caſtra defendenda per fraudem. Eodem anno 5. Kalen. Jul. Piſani cum Rege Siciliæ pacem fecerunt, quam honorifice perpetuam firmaverunt. Eodem anno Piſani ceperunt civitatem Albinganæ, cum galeis 32. Et Januenſes venerunt cum galeis 42. ad flumen Rodani in Provinciam, ubi erant dictæ galeæ Piſanorum, & in terra præliati ſunt, & Piſani vicerunt eos, & quamplurimos ex eis ceperunt.

A. D. M. clxxi. cum Piſani mitterent in Sardiniam Laronem Conſulem, & alios tres nobiles & prudentes viros ad pacificandos Judices, & homines Sardiniæ inter ſe videns prope Plumbinum, Januenſium unam galeam, quæ habebat ſecum unam navem Piſanorum quam ceperat, pro ſuccurrenda Piſana navi illam invaſit, & tunc duæ aliæ Januenſium galeæ, quæ ibi propè in inſidiis malitioſe ſtabant, exiverunt foras, & piſanam galeam ceperunt, ipſum Conſulem, & ſocios Januam miſerunt in carcerem. Eodem anno Piſani 10. naves Januenſes ceperunt, quarum quinque in vigilia S. Joan. Baptiſtæ combuſſerunt. Eodem anno, a temporibus Datan, Abiron, Sodomæ, & Gomorrhæ, non fuerunt tam miranda, & ſtupenda prodigia, quin alia in terra Hieroſolymitana evenerunt. Civitas enim Tripoli, cum magna Eccleſia dedicata ad honorem Beatæ Virginis Mariæ, cum toto populo, & medietas civitatis Antiochiæ cum Eccleſia B. Petri Apoſtoli, in qua cathedra ejus fuit, & cum quibuſdam aliis villis, & caſtellis prædictarum civitatum, ipſa ſolemnitate ſancti Petri, quæ eſt 7. Kalend. Jul. a terræmotu ſubverſæ ſunt, de quo terræmotu tria millia Chriſtianorum perierunt, & beſtiæ multæ. Eodem ſimiliter die Cæſaria omnia, civitates magnæ Saracenorum, cum parte villarum, & caſtrorum earum, & Utingam caſtrum magnum, ab eodem terræmotu ſubverſæ ſunt, ubi ducenta millia Saracenorum, & amplius perierunt. Eodem anno menſe ſeptembris, propè Arboream, Piſani unam Jannenſium navem ceperunt, & menſe Novembris unam aliam navem Januenſium, quæ de Janua tunc veniebat, & unam aliam, quæ de Sicilia veniebat, & erat Lucenſium, & Januenſium, Piſani, qui erant in tribus galeis armatis, illam ceperunt.

A. D. M. clxxi. menſe Novembris, Piſani fecerunt exercitum magnum, ibi fuerunt quaſi duo millia militum, & 15. Kalend. Decembris iverunt contra caſtrum, quod Lucenſes, & Januenſes propè Motronem in littore maris tenebant, & contra ipſum Motrone, & caſtrametati fuerunt ultra campum Cavalli. Lucenſes vero magno vigore ad turrem ſuam ligneam, quam habebant ad viam dictam Ragiam ſine mora venerunt, & ibi uſque ad litus maris ſuum campum viriliter poſuerunt. Et cum ibi per 4. dies Conſules Florentini, & aliæ Religioſæ perſonæ de pace tractaſſent, & Lucenſibus pax ipſa diſplicuiſſet, (utpote qui de victoria confidebant) Piſani ſe paraverunt ad bellum, & in tres acies ſuum diviſerunt exercitum. In prima acie fuerunt omnes pedites, & ſagittarii, & milites octingenti, & ſex caſtella lignea fortiſſima, quorum unumquodque quatuor curribus ferebatur. In qua acie comes Ildinus Signifer, & capitaneus extitit, Sigeruiſque Ugnitionis Gualandi probatiſſimus miles, & comes Albertus de Prata probatiſſimus. In ſecunda acie fuerunt milites ſeptingenti, quorum fuit vexillifer Ugo Belle miles egregius. Quæ acies plurium erant nobilium, & probatorum inſignitæ virorum, videlicet comites Gerardus Raynerius, & Ugo, & comes Tedinus de Biſerno, & Uguccio, & Tregrimus, comites de Cornino, & plurium aliorum. In tertia quidem acie fuerunt milites quingenti, inter quos fuit nobilis militia Epiſcopi Vulterrani, quorum fuit ſignifer Henricus Cornis miles ſtrenuiſſimus. Nunquam uſque tunc Tuſciæ nobilium probitas melius numero convenerat. Uno itaque concurſu utraque acies Piſanorum, & Lucenſium ingenti contentione dimicarunt. Cumque dubia ſorte utrimq; præliaretur, tandem virtute Dei, qui exaltat humilea, & deponit ſuperbos, Piſani 6. Kal. Decemb. qui fuit die Jovis, de Lucenſibus, & Januenſibus glorioſam habuerunt, & conſecuti ſunt victoriam, illos vicerunt, debellaverunt, & infugarunt uſque ad prædictam ligneam turrem, & ultra, & de Lucanis ceperunt milites 300. pedites, & plures cum tribus Conſulibus Lucanorum: multitudo maxima fuit ex eis occiſa, multi in palude, & alibi diverſimode perierunt, papiliones quidem & tentoria, arma, equos, ſalmariam, & omnia Lucanenſium ſpolia, victorioſi Piſani ceperunt, nec dubium eſt illum ultimum Lucanæ civitatis diem fuiſſe, ſi Piſani non ad ſpolia, ſed ad Lucenſes devictos, & infugatos capiendos divertiſſent. Januenſes vero qui de mari videbant receſſerunt dolentes. Altera vero die Piſani prædictam turrem ligneam ceperunt, & mortuos Lucanos, & arma, & ſpolia multa de ſilvis abſtraxerunt. Tertia autem die, quæ fuit 4. Kalend. Decemb. ad caſtrum de Motrone iverunt cum manganis, gattis, caſtellis ligneis, & pedreis, & illud in circuitu obſiderunt, & per dies quatuor cum prædictis, & aliis machinis ipſum viriliter oppugnaverunt, quod caſtrum in litore maris erat foſſa vallatum, & quadratum, & per unumquemque angulum turrim habebat tutiſſimam, in

me-

medio autem turris erat 49. cubitorum , fortis pugnatorum octuaginta , cum 20. baliſtis . Cumque diu pugnatum eſſet , & illi ſe non valentes tenere , videntes murum a gatto foratum , & a manganis turrim , 4. non. Decemb. ſe reddiderunt Piſanis , & illud triduo uſque ad fundamenta deſtruxerunt , idque ſolo coæquaverunt . Januenſes autem poſt bellum factum ad caſtrum cum duplicata triſtitia receſſerunt . Et redeuntes Piſani turrem ſuprascriptam ligneam combuſſerunt . Numquam quippe ab annis centum , & ultra , viſum eſt , vel auditum tam campeſtre , & ordinatum bellum , quale Piſani cum Lucenſibus habuerunt , nec talis viſa fuit vel audita victoria , quam bellicoſi Piſani ſunt de Lucenſibus , & Januenſibus conſecuti . Unde Piſas cum laude , & gloria triumphanter prid. non. Decemb. redierunt Piſani jubilantibus vocibus decantantes : Non nobis Domine , non nobis , ſed nomini tuo ſit gloria per infinita ſæcula ſæculorum Amen . Eodem anno poſt prædictam victoriam , Piſani , & Vallerchienſes & Carfagnani per ſex menſes taliter obſederunt Roccam de Corvaria , quod ad plus per dies 8. ſe plus tenere non poterat . Sed Lucenſes , & Jannenſes videntes , quod id viribus facere non poterant , pecunia id fecerunt . Verterunt namque animos per pecuniam tam Verſilenſium , & Vallerchienſum quam Carfagnanorum excepto Gerardo de Vallochia , qui fidelis perſtitit , & Piſas habitare cum familia ſua venit , & Corſo , & filius Velteri , & quibuſdam de Carfagnana . Recte quidem Verſilenſes dicti ſunt quaſi vertibiles; omnia enim vertunt , & pervertunt , & credunt precio honeſta fore . Hujus autem proditionis , & perfidiæ ſceleratæ capitanei fuerunt Romondus quondam Gullielmi de Carſagnana judex , Paronte , & Bonone , cum filiis de Villechia . Tale nunquam quid a ſeculo fuit auditum , quoniam ipſi qui vicerant ſe victos dederant . Piſani autem poſt proditionem hujuſmodi pridie Kalendas maii redierunt .

A. D. M. clxxii. Lucenſes , & Jannenſes pro dolore caſtri Motronis unam turrem ligneam ad viam dictam Regiam facere cœperunt & bilinguibus minis , & verbis minabantur facere , & congregare per mare , & terram mirabiliter exercitum contra Piſas ; ubi ſe Januenſes jactaverunt debere habere milites quatuor millia , & Lucenſes quatuor millia , & caſtrum de Ripafracta viriliter obſidere , & Piſanum deſtruere comitatum . Propter quod faciendum Januenſes à Barcellona uſque in Lombardiam auxilium petierunt , exercitum incœperunt . Sed eorum vana ſpes abiit , & defecit . Videntes vero Jannenſes , & Lucenſes ſe omnium prædictorum deſtitutos auxilio , ad civitates Tuſciæ ſe verterunt , & illas contra Piſas ſolemniter corrumpendo pecuniis invitarunt . Quibus comes Guido Senenſis , & Piſtorienſes contra Piſas venire , & eſſe magnis ſecuritatibus promiſerunt . Et quia comes Guido cum Florentinis male ſtabat , Lucani ſecum Florentinos habere noluerunt , quamvis eos prius invitarent , & poſtea refutarent . Quod conſiderantes Piſani compagniam cum Florentinis fecerunt , ad quadraginta dumtaxat annos , & multa ſibi promiſerunt , & juraverunt invicem obſervare . Et ſic Piſanus diſtrictus anno illo permanſit illæſus . Eodem anno , tribus diverſis vicibus Piſanum commune Piſani quidam cives , & ſocietas de Graurica armaverunt contra Januenſes , & plures ex eis naves , & naviculas , galeas , & galernes habere , & homines diverſa per loca maris ceperunt , & vivam guerram fecerunt . Eodem quoque anno pro communi Piſano , Albertus quondam Buiſi conſul , Bunguadius vir prudentiſſimus , atque Marcus comes honorifice ad Imperatorem Conſtantinopolim iverunt , & honorifice cum Imperatore compleverunt , & firmaverunt amicitiam , & antiqua pacta , quæ inter ipſius Imperatoris pactum , & commune Piſanum fuerant , refirmaverunt , ita quod Imperator ipſos Piſanos , quos de Conſtantinopoli expulerat , redire fecit , & ſcholas , quas ibi Piſani habuerant , reformatas in melius ipſis Piſanis reſtituit & ſolvere totum , quod à Piſanis tenuerunt per annos 15. prædictis Ambaſciadoribus reſtituit , quod ſolvere erat per annum Biſantii 5. & pallia duo , & Biſantii 40. & pallium unum Archiepiſcopo , ſimiliter omni anno qui fuerant inter omnes octo milla centum Biſantii , & pallia 45. Et ſic Piſas cum tribus galeis Imperatoris viris ſapientibus , Theodoſio , & aliis duobus cum magno honore redierunt ; qui per annos tres , & dies tres ſteterunt in publico parlamento : Piſani cum jam dictis Imperatoris legatis die S. Luciæ juraverunt . & firmaverunt . Eodem anno menſe Januarii , Chriſtianus Archiepiſcopus Moguntinus , legatus Imperatoris Friderici in Italiam de Alemannia venit , & rogatu Januenſium , & Lucenſium , Januam , & Lucam venit . Poſtea 3. non. Febr. venit Piſas , ubi magnifice receptus ad burgum S. Gervaſii perrexit . Et convocatis ibi Januenſium , Florentinorum , Piſanorum , & Lucenſium conſulibus , petiit ab eis , ut totam , quam inter ſe habebant , diſcordiam ei præciſe committerent , & captivos , quos habebant , ei darent . Quod Lucenſes , & Januenſes illico acceptaverunt , & in eum totaliter compromiſerunt & juraverunt . Piſani vero de captivis non dandis conſilium habuerunt . Et ideo in generali curia ipſe Chriſtianus exbannivit Piſanos , & diffidavit , & eos privilegiis privavit , tam de moneta quam de Inſula Sardiniæ . Piſani quippe bene dediſſent captivos , ſed ipſos abſque pace nullatenus dare voluerunt ; ſed procuraverunt interim , quod homines , & commune S. Miniatis , cum Piſanis , & Florentinis , ſalva fidelitate Imperii juraverunt .

A. D. M. clxxiii. Lucenſes cum magno exercitu levaverunt caſtrum Motronis cum ædificiis magnis , & Piſani iverunt illuc , & fugaverunt eos , & caſtrum deſtruaerunt , & quamplures ex eis ceperunt .

A. D. M. clxxv. Lucenſes cum Januenſibus levaverunt caſtrum Via Regii cum magnis ædificiis , & per conventionem pacis deſtruxerunt illud .

A. D. M. clxxvi. Menſe Julii , Piſani miſerunt in auxilium comitis Ildini centum quadraginta milites cum baliſtrariis , & ædificationibus ; tunc cepit , & obſedit caſtrum dictum de Cerifano , quod tunc tenebat Bernardus Stratume , & ſic poſtea mediantibus Piſanis ipſum habuit , & tenuit dictus comes . Eodem anno 5. Kalen. Jul. Archiepiſcopus Moguntinus conſiderans , quod malam famam incurrerat de proceſſu , quem contra Piſanos fecerat , eos ab omnibus abſolvit , & in ſuam gratiam revocavit . Et ſic Piſani conſules de pace tenenda ipſi Archiepiſcopo juraverunt . Eodem anno prædictus Chriſtianus Archiepiſcopus venit Piſas ipſo die Kal. Julii , & in magno Piſanorum parlamento cum conſulibus Lucanorum , & Januenſium interfuit , & eorum ſapientibus , qui ſimiliter Piſanis , & Florentinis , qui ibi ſimiliter magnifice aderant , præcepit , ut inter ſe , & ſuos coadunatores firmam pacem tenerent , & ſi qua ex tunc offenſa hinc inde fieret , eam in 40. dies emendari fecit , & præcepit , quod ſimiliter inter ſe conſules ipſorum communium juraverunt , & duos homines de qualibet civitate elegerunt , qui omnes diſcordias terminarent . Et ut pax illa melius compleretur , & teneret , de mandato ipſius Archiepiſcopi factum , & quod Piſani miſerunt Florentiam centum milites captivos de carceratis Lucanis , qui Piſis erant , & Lucenſes miſerunt Piſtorium milites 15. & pedites 60. Piſanos qui erant carcerati in civitate Lucana . Quo facto , prædictus Archiepiſcopus præcepit conſulibus dictorum communium , ut eum ſequerentur ad burgum S. Gervaſii , quibus ibi coadunatis , & de pace tractantibus , Archiepiſcopus ipſe fraudulenter , & cum ſcelere , ſecundum quod cum Lucenſibus excogitaverat , & de pace facienda , & eorum voluntatem dare promiſerunt , Piſanos conſules , & Ambaſciatores Florentinos ſimiliter prid. non. Aug. cepit , & vinctos in catenis ferreis mancipavit in carcere , qui de mandato ſuo ad eum apud dictum Bur-

gum

gum iverant, quorum nomina ſunt hæc Gualfredus quondam Indutimele Piſanorum conſul, Sigerius Gualandi, Petrus Albichi, Truſſa Vernacii, Goldo Magnani filius Vernacii, filius Buctari, & Jo: Donati. Florentinus conſul cum quatuor ſapientibus. Quod audientes Piſani, dolore vehementi commoti exiverunt ultra pontem Here potenter ad campum, & Florentini ad caſtellum Florentinum: erat enim dictus Chriſtianus Archiepiſcopus præfatus cum Lucanis, Piſtorienſibus, & Senenſibus, & comite Guidone pro deſtruendo diſtrictu Piſano. Et quia timebat, ne Piſani ſubito in eum irruerent pro ſuis captis civibus rehabendis, interea dictus Chriſtianus ad caſtrum dictum Ventignanum, quod erat comitis Gerardi, equitavit, & ipſum 17. Kal. ſeptemb. fortiter pugnando cepit, & ipſum comburens, illico contra Florentinos equitare, & cum eis præliari minatus eſt: quod audientes Piſani, ad Florentinos 215. milites Piſanorum feſtinanter cum duobus conſulibus S. Bonacto, & Albitello miſerunt. Unde valde conſortati, & gaudentes facti ſunt Florentini: auxilia etenim quæ expectabant eis aliunde promiſſa, non habere poterant. Cumque Chriſtianus, & ſui cum Florentinis poſtea dubitaſſent bellum facere de Florentinorum conſilio factum eſt, ut Piſani ad terras Lucanorum devaſtandas irent. Et ſic Piſanis revertentibus, & Lucanorum terras undique uſque ad pontem Sancti Petri devaſtantibus, & uſque Lunatam omnia ſpolia, & beſtias prædantibus Lucenſes de ſua civitate timentes dimiſerunt Chriſtianum prædictum, & Lucam reverſi ſunt, unde valde doluit Chriſtianus. Audito vero a Piſanis, quod Lucani reverſi eſſent, in duas ſe acies diviſerunt, & ad pontem de Fieſſo inſultum potenter fecerunt 14. Kalen. ſeptemb. ubi Lucanos vicerunt pugnando, & viriliter fugaverunt, eoſdem aliquos capiendo, & occidendo, atque in Anſeris fluvio ſubmergendo, & alia die Piſas cum victoria redierunt. Propter quod Lucenſes, & prædictus Chriſtianus irati, miſerunt 200. milites cum comite Guidone ad pontem Here, & rapidam devaſtandam; quibus ſe Uſculator Opethingi nobilis, & Vicarienſes, & Calcinanenſes, cum eis præliantes viriliter ipſos demum vicerunt, & 15. Kal. ſeptemb. eos uſque ad caſtrum de Monte Colnuli fugaverunt, quamvis utrimque plures perierint, antequam Lucani converterentur in fugam. Eodem anno capitanei de Carſagnana coadiutores Piſanorom cogitaverunt cum filiis Ubaldi de dando Piſanis caſtra Montis grannati, & Vezani, & turrem ligneam, quam Lucani ædificaverant ad viam dictam regiam, promiſſa multa pecunia ipſis Ubaldi filiis, quod cum in dicta caſtra voluntate prædictorum Ubaldi filiorum intraſſent, pro Piſanis miſerunt, ut ea caſtra accepturi, & prius turrim ligneam præliaturi, ſubito venirent. Cumque Piſani illuc cito currerent, & turrim habere non poſſent, Lucenſes ad dictam turrim defendendam venerunt, & ſic ibi per totam diem Lucani, & Piſani ſunt invicem præliati, & utrimque certantes viriliter campum tenuerunt egregie, & neutra pars ſuccnbuit, quamvis plures hinc inde occiſi fuiſſent. Cujus nobilis belli vexilliferi fuernnt, Henricus Canii, Marzucchus Gaetani, & Albertus Bulſi, nobiles Piſani. Alia quippe die Piſanis Piſas revertentibus, Lucanis ſe dicta caſtra dederunt, & Lucenſes Bozanum tenentes Monteguinanto combuſſerunt. Eodem anno 16. Kalen. octnb. Januenſes poſt multum præhabitum prælium ex deditione habuerunt caſtrum Inſulæ de Pianoſa, ſalvis perſonis, avere, & terræ; quod non obſervantes, caſtrum funditus deſtruaerunt. Eodem anno Piſani tres Galeas armaverunt, quæ navigantes in Corſicam duas Januenſium naviculas ceperunt. Quod Januenſes ſcientes quinque illuc miſerunt Galeas, & illas tres Piſanorum de menſe octobris quadam nocte ſine aliquo habere in portum S. Luciæ vacuas habuerunt, & Janoam cum gaudio redierunt. Eodem anno menſe decembris prædictus Chriſtianus cancellarius cum magno exercito Senenſium & comitis Guidi ivit ad devaſtandum diſtrictus comitis Ildini, & cepit ibi duo caſtra. In hujus comitis Ildini auxilium Piſani 150. milites cum aliis baliſtratis miſerunt, & ſic dictus Chriſtianus citiſſime de terra ipſius comitis de Piſanis timens receſſit, & ad partes Romanorum profectus eſt. Ex quo Piſani non modicam laudem habuerunt. Eodem anno menſe octobris filii Veltri, & Jaſerius fecerunt pacem, & ſecuritatem cum Lucanis, & contra Piſanos juraverunt, pecunia multa a Lucenſibus ſibi data, & Lucani juraverunt eis Roccas de corvaria deſtruere; Lucenſes vero cum prædictas Roccas deſtruere cœpiſſent, Curtadus Siaſer, & filii, cum quibuſdam ſuis fidelibus ſatis ingenioſe & caute Terrenovam prædictarum Roccarum recuperarunt, non. januarii, & in ipſam intravit, inde expulſis Lucanis. Piſani vero illuc currentes per mare eam munierunt, & ſuccurrerunt, & viriliter tenuerunt, unde in magnum Lucani devenerunt dolorem.

A. D. M. clxxvii. In conſulatu Ronberti quondam Petri Pagoni, & Gaitani Burgondionis, & ſociorum, novem ſunt Piſis factæ pro guardia maris galeæ, & in eodem conſulatu quidam nobiles cives Piſani galeas armaverunt, viriliter, & ſex magnas Januenſium galeas, ſine aliis parvulis lignis ceperunt. Eodem anno Conſules prædicti comitem Gerardum, & magiſtrum Robertum ſapientes virus ad Imperatorem Fredericum miſerunt pro injuria, quam ſupraſcriptus Archiepiſcopus ejus Cancellarius Piſanis intulerat, & num aliquid nunciatum imperatori per ipſum Archiepiſcopum, ſeu per alium de Piſis fuiſſet. Quos Imperator magnifice recepit, & ad propria cum bona voluntate remiſit. Eodem anno, præfati Conſules Tapertiuum Dodonis ad Regem Majoricæ miſerunt pro pace facienda cum eo. Rex vero, quia legationem illam deſiderabat, eum libenter recepit, & valde honoravit, & pacem qualem petiit fecit. Quo Piſas redeunte per Provinciam, plures naves, & ligna Januenſium invenit, eaſque cepit, & demerſit in mare. Et ſic Piſas 17. Kalend. ſeptemb. cum laude reverſus eſt. Eodem anno Chriſtianus prædictus, qui multa mala Tuſcis intulit, ad Kalen. april. uſque ad medium menſem Octobris civitatem Antoniam cum magno militum & peditum exercitu, & quadraginta galeis obſedit, in qua legatus Imperatoris Conſtantinopolitani, cum multa pecunia pro ejus auxilio erat, & ad tantam penuriam civitatem coegit, ut canes, & gattos, & coria animalium mortuorum comederent. Sed dictus Imperatoris Conſtantinopolit. Legatus, videns quod civitas perdebatur, ex inde exercitum congregavit, itaque obſidionem fugavit, & civitatem ipſam defendit. Eodem anno 5. id auguſt. Campanile ſanctæ Mariæ de Piſis fundatum eſt. Eodem anno toto, & amplius, magna fames, & grandis penuria omnium rerum fuit.

A. D. M. clxxviii. Facta eſt pax cum comite Macario, filiis ejus, & cum hominibus de ſancto Miniate, qui erant diſperſi in caſtro ſancti Miniatis ei honorifice reſtituerunt, ex quo Lucani in magnam triſtitiam devenerunt. Eodem anno Piſani pro recuperanda Sardinia, cujus jam quaſi medietatem Januenſes invaſerant, duas cum duobus Conſulibus miſerunt galeas, quæ Sardiniam ſuo ſuppoſuerunt communi, & tam judices, quam alios homines ſtare præceptis Piſanorum jurare fecerunt. Quod audientes Januenſes, ſex galeas contra illas Piſanorum duas miſerunt, & die ſancti Viti unam cum hominibus ceperunt, & alia cum conſulibus, & ſapientibus Piſas rediit. Eodem anno Romani Ambaſciatores Piſas venerunt, & pacem quam comes Gerardus, & Ugo Rolandi Piſanorum Ambaſciatores compoſuerunt, confirmaverunt. Eodem anno tribus diverſis vicibus, aliquæ, diverſæ tamen Piſanorum galeæ in partibus Provinciæ, plura damna Januenſibus intulerunt. Eodem an. die ſancti Joannis Baptiſtæ Marſilienſes, & Januenſes invene-

runt

runt quandam galeam, quam quidam Piſanus pirata armavit in curſum, & ceperunt eam. Eodem anno Guilelmus Rex Siciliç miſit exercitum magnum in Ægyptum ſuper Alexandriam, Initio Julii, qui exercitus fuit 250. Dermonum pro equis portandis, & milites 1000. cum baliſtariis, & ædificatoribus, & alia gente multa, qui cum ad portum Alexandriæ appliculſſent, invenerunt in ipſo portu quandam Piſanorum navem de Venetiis venientem, & ipſam ceperunt. Eodem anno Lucenſes cum Januenſibus levaverunt caſtrum Viaregii, & per conventionem pacis illud deſtruere promiſerunt, & facta pace deſtruxerunt illud. Contigit vero, quod Saraceni cœperunt bellare, & invadere inſulam Sardiniæ, & ire in partibns Piſanorum & uſque ad gradus Romæ, & quam plures captivos portabant, jam quingentos in ferri catenis habebanr. Piſa vero elevavit ſe cum Conſule, & vicit Mugettum Regem. In qua victoria Lucana civitas cepit de comitatu Piſano magnam partem, Piſani vero redeuntes iverunt contra Lucanos & fecerunt bellnm cum eis ad aquam Longam, & tandem habuerunt victoriam contra eos.

Ex Ughelli tomo tertio.

CHRONICON BREVE PISANUM

Ab Anno MIV. Uſque ad ann. M. CLXXVIII.

Ex vetrri codice apud me.

A. D. M. Iv. Lucani cum magno exercitu Lombardorum venerunt uſque Papianam, & Piſani fugaverunt eos.

A. D. M. xvii. Venerabilis Benedictus Papa una cum univerſo clericatu, & ſenatu Legatum Oſtienſem Epiſcopum ad civitatem Piſanam miſit, ut Mugettum Regem de Sardinia expelleret. Romana ſedes totam Sardiniam cum privilegio, & vexillo ſancti Petri Piſanæ civitati firmavit. Qua propter Conſules una cam Epiſcopo Lamberto, cum concordia populi ad invicem concordaverunt, & facere promiſerunt, & vexillum ſancti Petri Ita cum privilegio cepernnt.

A. D. M. xx. Mugettus recepit caſtrum Joannis, quod ſub Mediolanenſi Epiſcopatu erat. Et in alio anno Mugettus in Sardiniam eſt reverſus. Et Piſani iterum eum Januenſibus fugaverunt eum, & theſaurum quem ſecum tulerat, habnerunt, & totum Januenſibus conventione conceſſerunt, aliter vero venire noluerunt.

A. D. M. xxx. Piſani ceperunt Carthaginem, & Regem, ejuſqne coronam Imperatori miſerunr.

A. D. M. L. Mugettus Rex cum magno exercitu reverſus eſt in Sardiniam, & ædificavit civitates, & coronatus eſt ibi. Piſani vero, una cum Romana ſede firmati, inde cum privilegio, & cum vexillo ſancti Petri accepto, invaſerunt Regem, & ceperunt illum, & totam terram, & coronam Romano Imperatori dederunt, & Piſa fuit firmata de tota Sardinia a Romana ſede.

A. D. M. Ix. Piſani fuerunt in Sicilia, & ceperunt Panormum. Et in alio anno in vigilia Natalis D. magnus terræmotus fuit.

A. D. M. Ixv. Caſtrum Joannis fuit captum a Timino Rege Majoricæ.

A. D. M. Ixx. Magna guerra fuit orta inter Piſanos, & Januenſes.

A. D. M, Ixxxv. In feſtivitate ſancti Sixti, Piſani ceperunt Africam, & Almadiam civitarem, & Timinum Regem, qui unoquoque anno tributum, Piſanis civitatem dare, & apportare Rex ſuo juramento firmavit, & civitatem ad honorem Piſanæ civitatis tenere. Et ita Regi ſtatim firmaverunt terram, & coronam Romano Imperatori aſſignaverũt.

A. D. M. c. Piſani fuerunt ad capiendam civitatem Hieruſalem, & Cæſaream, & Hoſpitarium, & civitatem Taſſariam. Et poſtea fuerunt ad capiendam Suri civitatem. Et in reverſione ſtoli ceperunt Lucatam civitatem Circiæ. Unde Imperator Carolomannus ſuum Legatnm Piſas miſit, & eis domos, & Eccleſiam, & ſtolum, & ſusm benedictionem in unoquoque anno S. Mariæ Piſanæ promiſit atque affirmavit.

A. D. M. cxiv. Piſani ceperunt civitatem Majoricæ, & Minoricæ, & Regem occiderunt, & per gratiam Dei omnipotentis, ſuus filius nomine Lambertus poſtea canonicus ſanctæ Mariæ factus eſt, & ſua mater Chriſtiana devota ſanctę Marię permãſit.

A. D. M. cxxiii. Magnus terræmotus fuit, & quam plures terræ ceciderunt.

A. D. M. cxl. Piſani habuerunt guerram cum Rege Siciliæ, & tenuerunt Neapolim annis ſeptem, & ceperunt civitates Malfi, & Scalæ, & Scalete, & Rivellum obſiderunt, & Salernum, & 45. traxerunt ædificia, & caſtella prudenter firmaverunt, & reddiderunr ſe Piſanis ad honorem Corradi Imperatoris.

A. D. M. cc. Piſani apud Vulturnum cum galeis 40. in ſervitio Imperatoris fuerunt.

A. D. M. ccx. Piſa fuit apud Procidam, cum quadraginta galeis in ſervitio Imperatoris.

Aliud Fragmentum.

Auxilium Tuſciæ datum Æneæ Trojano contra Turnum. Cum autem Æneas ab Evandro diſceſſiſſet, cogitans cœpit reqnirere opportnna ſibi belli auxilia, quæ plurima ipſe a Tuſcis recepit. Cui Maxicus Princeps mille viros cum navibus dedit, quorum pars Claſſim, pars Toſas habitabant. Horum etiam alii ſagittarii, alii vero optimi erant bellatores. V . . . . etiam A . . . cujus agmen optimum, ac pulcherrimnm, & decoris armis fulgebat, & in cujus navi Apollo aurens depictus erat. Populonia vero mater ſeptem fortiſſimos dedit viros, ut ait Virgilius: ſexcentos illi dederar Populonia mater, expertos belli juvenes, aſt Ilba trecentos. Ilba Inſula dedit trecentos, ut ait Virgilius, quæ inſula præ cæteris metallis abuodat. Piſa autem Tuſciæ civitas nobiliſſima dedit ei milites numero mille, bello expertiſſimos, denſos acie, atque horrentibus haſtis, quibus Aſilas Aſtronomicus mirabilis, & augur, futurorumque præſcius Princeps conſtitutus eſt. Quæ civitas prædicta in Tuſcia à Pelope Rege Tantali filio conſtructa fuir. Virgilius ait: mille rapit denſos acie arque hortenribus haſtis, hos parere jubet Alphæa ab origine Piſæ. Et ædificata eſt apud eam exularis Aſtur etiam pulcherrimus, & æque nobilis ſequitur præter illos, qui habitabant in cæteris domibus dederunt trecentos viros diverſornm colorum armis Indutos, & qni habitabant in altis mnnitionibus, venerunt & veteres Purgi, & intempeſtæ Graviſcæ ſimul venere cum iſtis. Hos omnes habuit in ſuo auxilio Æneas a Tuſeis. A Liguris autem in auxilium habuit: Ciminus fortiſſimus belli Dux Liguriæ venit. Sequiturque Capanus cum paucis ejuſdem Capani filiis. Sequitur Comitatua equales centuas claſſe, & Oenus filius Mantos prophetiſſæ, qui ædificavit Mantuam, impoſuitque ei nomen de nomine matris, venit.

A. D. M. cxlv. Menſe maji Ildinus quondam Raynucii tanquam Conſul Piſanorum, & legatus in Sardiniam, fecit omnes Sardiniæ judicea omnia præcepta ſua, & ſociorum jurare. Eodem anno 4. id. aug. Imperator Fredericus, cum magno honore, e Papia coronavir Parazonem judicem Arboreæ de Sardinia, Piſia Henrico de Come, & Benedicto Legatis, & Conſulibus Piſanorum.

A. D. M. clxv. Sexto Kalend. martii Imperator Fridericus in Alemannia Uguiccioni Conſuli Piſanæ civitatis totam inſulam Sardiniæ in feudum de-

dit,

dit, & inde vexillum in ejus manus commiſit. Eodem anno Piſani Conſules, qni in Sardiniam cum exercito jerant, milites, & negociatores Jannenſes ceperunt, qui illuc contra Piſanos venerant in anxilinm Judieis Darzonis, & totam Sardiniam ſub tribnto, & fidelitate, expulſis Januenſibus, poſuerunt. Sequenti vero anno, Parazon judex Turritanus, & Petrus ejus filins, videlicet Caralitanus, & judea de Galluri in Parlamento ſupraſcripto Piſani in Burgo ſanctl Michaelis juraverunt fidelitatem Conſulum Piſanorum, & terram pro communi Piſano in feudum tenere, & libras ſex mil. dare, & cenſum libras. 100. & falcoues paria 12. pro quolibet anno.

A. D. M. clxvi. Conectus Conſul legatus 2. non. maji ivlt cnm una galea morelli ad Floriam Mnninl pro facienda pace cum eo, & inveniendis, & recuperandis hominibus prædictarum duodecim galearum deperditarum, & pacem toto tempore vitæ ſuæ cum eo firmavlt, & dona magna ei dedit. Et fundatum in cubilla Piſis habere conceſſit, & alia ad honorem Piſanorum pertinentia per totam ſuam terram largitus eſt, prædictarum vero 12. galearum homines nullos invenit, præter 24. quos recuperavit, & ſecum reduait, qui 3. id. novemb. Piſas reverſi ſnnt. Tantus luctns virorum, & mulierum de hominibns in dictis 12. galeis peremptis eo die publicus fuit, ut omnes cives a minimo uſque ad majorem in propria plangerent domo.

A. D. M. clavii. Piſani conſules cum octo galeis fuernnt cum Raynaldo Cancellario Imperatoris ad capiendam urbem veterem. Eodem anno præceptis Imp. & Papæ Paſchalis obedientes Benencaſam canonicum ſanctæ Mariæ Piſanorum majoris Eccleſię in Archiepiſcopum 8. Kal. april. honorificè elegerunt. Villanus Archiepiſcopus, Piſtorienſis origine, aufugit Gorgonam. Eodem anno Topertus Dodonis, Bulgarinus Anſoſſi Conſules, cum ſapientibus Marzucho, & Ramondo Gaitani, & quam pluribus aliis cum 8. galeis fuerunt cum Imperatore Frederico ad ſubjugandam Romam.

A. D. M. clxix Secundo non. febr. vigilia ſanctæ Agathæ, Catania civitas ex terræmotu uſque ad fundamenta everſa eſt, & non remanſit ex ea, neque maſculus, neque fœmina. Leutinum inter dnos montes repente clauſum eſt, & quædam pars Saragoiæ prædicto terræmotu periit, & a prædicta Catania uſque ad Plaſſa undecim inter civitates, & caſtella, & villas cum multis hominibus in via, & agro oppreſſis a dicto terræmotu perierunt. Et portus de Meſſina viginti palmis funditus ſiccatus eſt, poſtea vero in locum ſuum cum fortuna reverſus eſt.

A. D. M. clxxiii Chriſtianus Archiepiſcopus pacem fecit inter Lucanos, & Piſanos. Qui poſtea ad ſuggeſtionem Lucanornm cepit Gualfredum quondam Ildini Mele Piſis Conſulem, & Joannem Donati Conſulem Florentinum, cum ſapientibus, qui cum eis erant. Ex quo Piſani fecerunt magnum exercitum, & ultra pontem Here, papiliones, & tentoria poſuernnt, & auxilinm Florentinorum miſerunt cum duobus Conſulibns ſancto Benedicto, & Albitello. Revertentibus itaque Piſanis cum exercitu, Lucanorum terras 15. Kalend. ſeptemb. intraverunt, & ex utraque parte fluminis Sercli totam terram Lucanam ab Aglata, uſque ad pontem ſancti Petri devaſtaverunt. Poſtea Piſani audientes Lucanos redire, ſe ad bellum præparaverunt, & in duas acies exercitnm diviſerunt. In prima acie Marzuchus Gaitani vexillifer fuit, & Bernardus filius Bonacurſii de Buriana, in ſecunda Albertus Buſſi, & ſic uſque ad pontem Freſſi inſultum fecernnt, & ſuper ipſum pontem bellum cum Lucanis 14. Kalend. ſeptemb. fecerunt, & illos pugnando vicerunt. Illuſtres, & nobiles milites Opethingi cum Vicacenſibns, & illis de Calcinaria 5. Kalend. ſeptemb. uſque ad caſtrum montis Calvuli in ſconfittam miſerunt comitem Guidonem, & Lucanos, qni venerunt ad devaſtandum rapidam, & pontum Here. Eodem anno, Januenſes occulte cum octo galeis, & manganis iverunt Planutiam, & obſederunt, quod ſe eis reddidit 16. Kal. octobr. & caſtrum uſque ad fundamenta deſtruxerunt. Eodem anno Piſani citiſſimè in auxilium comitis Ildini miſerunt contra Chriſtianum Cancellarium 150. milites, cum ſagittariis, unde Piſani magnam laudem habuerunt. Eodem anno Piſani cum una galea & bnſſis roccam Corvariæ obſeſſam a Lucanis cum ædificationibus ſurreaerunt, & ſic eam viriliter tenuerunt, unde Lucani magnum dolorem habuerunt.

A. D. M. clxxiv. In conſulatu Roberti quondam Petri Pagani, & Gaitani quondam Bnrgundionis, & ſociorum 6. id. jul. jam facti Conſules miſerunt Topertum Dodonis virum prubum legatum in una galea ad Regem Majoricæ pro faciendo pacem cum eo. Rex vero, qui hanc legationem deſiderabat, honorifice eum cum ſuis recepit, & pacem ad ejus voluntatem, & Piſanorum fecit. Et eos per Provinciam revertente magnas injurias Januenſibus intulit, naves eorum capiendo, & in profundum maris demergendo. Et ſic Piſani cum laude 17. Kalen. ſeptemb. redierunt. Eodem anno Chriſtianus Cancellarius Imperatoris Friderici, qui multa mala Tuſcis intulit, a Kalen. april. uſque ad medium menſem octobr. Anconam civitatem arctiſſime obſedit, ſed Imperatoris Conſtantini magnus exercitus eum ab obſedione expulit. Eodem anno 5. id. aug campanile ſanctę Mariæ Rotundum fundatum eſt, & ſequenti anno factus eſt gradus nnus in circuitu.

A. D. M. clxxv. In conſulatu Cerini judicis, & Amici vicarii, & ſociorum, facta eſt pax & ſecuritas cum comite Macario, & filiis ejus, & cum illis de ſancto Miniate. Et Piſani, & Florentini homines ſancti Miniatis, qni erant diſperſi, caſtrum ſancti Miniatis reſtituerunt. Unde Lucani magnam habuerunt triſtitiam. Eodem anno ſupraſcripti Conſules de menſe maji miſerunt duas galeas, in Sardiniam, cum dnobus conſulibus Panepotio, & Carone, & ſapientibus, pro ea recuperanda. Quia Januenſes partem Sardiniæ invaſerant, & eam recuperaverunt. Judices omnes, & Sardi fidelitatem Piſanorum jnraverunt. Eodem anno Romanorum legati 10. Kal. ſeptemb. Piſas venerunt pro confirmanda pace cnm Piſanis, quam comites Gerardus, & Ugo Rolandi legati Piſanorum cum eis amicabili converſatione compoſuerunt. Et ſic pax firmata eſt.

Jeruſalem capta eſt anno M. claxaviii. Venit enim tunc Saladinus Rex Ægypti, & coanguſtum exercitnm Regis Jeruſalem fregit, & cepit ipſum Regem, & Crucem Domini. Unde fere omnes Syriæ civitates cepit, & Jeruſalem captivavit, obſidens illam per dies 15. menſe octobris. tunc Imperator Fredericus ſurrexit M. clxxaviii. Dominus Papa Clemens per ſuam præſentiam in Piſana majori petiit, & rogavit, & exortatus eſt Piſanos, ut ſurgerent ad recuperandam terram Jeruſalem. Et tunc dedit vexillum ſancti Petri D. Ubaldo Piſis Archiepiſcopo, qui eſſet vexillifer exercitus, & omnium Chriſtianorum, & legatus Apoſtolicæ ſedis in omnes Chriſtianos. Egreſſus eſt Archiepiſcopus Piſanorum, & populus Piſanus in exercitum navium quinquaginta medio ſeptembris ad recuperandam terram Jeruſalem. Hiemavit in Maſſana Siciliæ, & 8. id. april. pervenit Tyrum. Tunc Antiochia robur accepit, ut ex pacto ſubjiceretur Saladino dum ad terram ſuccurſus acceſſit.

Ex Ughel. Il tomo tertio.

CHRONICON
ALIUD
BREVE PISANUM

Incerti Auctoris ab anno M. CI. Uſque ad annum M. CCLXVIII.

Ex veteri exemplari, quod eſt penes eruditiſſimum virum Abbatem Conſtantinum Cajetanum in una ſua Aniciniani celebri Bibliotheca.

A. D. M. ci. Ceperunt Liciam, & elevaverunt Jaſſam.

A. D. M. cxx. Petrus Archiepiſcopus Piſanorum obiit.

A. D. M. cxx. Factua Piſis Archiepiſcopus, & Eccleſia Piſana conſecrata eſt a Gelaſio Papa Secundo.

A. D. M. cxl. Ubertus Archiepiſcopus Piſis :cœperunt Piſani Fabricam.

A. D. M. cxlvi. Balduinus fuit factus Piſanus Archiepiſcopus:

A. D. M. clvii. Eugenius Piſanus genere Papa fuit.

A. D. M. clxxvi. Villanus Piſis Archiepiſcopus factus fuit.

A. D. M. clxxxvi. Pons novus Piſanorum ędificatus eſt.

Gregorius Octavus Papa ingreſſus urbem Piſanam, receptus eſt ab eiſdem Piſanis cum magno honore 4. id. decembr. & mortuus eſt Piſis 16. Kalen. januar. & r 4. Kalend ejuſdem Dominua Paulua Præneſtinus Epiſcopus in Eccleſia ſanctæ Mariæ Piſarum majoris Eccleſiæ Pontificalem cathedram eſt adeptus, levatus ab hoſpitio ſancti Pauli de ripa Arni, & largiente Domino vocatua eſt Clemena Papa Tertius.

A. D. M-cclv. Conſtantinopolis a Piſanis, & Venetis capitur.

A. D. M. ccxii. A Palæologo Imperatore Græcorum recuperata eſt.

A. D. M ccxv. Guilielmus marchio, & judex Calaritanus fuit.

A. D. M. ccxv. Piſani ædificaverunt caſtellum in Callari.

A. D. M. ccxx. Capta eſt Damiata a Chriſtianis 8. id. novemb.

A. D. M. ccxxi. Coronatus eſt Fredericus quondam Henrici Imperatoris ab Honorio Papa Tertio 10. Kalen. decemb.

A. D. M. xxix. Apud Vaianum Piſani miſerunt in ſconfittam Lucanos, & Florentinos.

A. D. M. ccxxxii. Apud Burgum iverunt Piſani & miſerunt de mandato D. PP. Greg. IX. & in ſconfittam miſerunt Lucanos, & Florentinos.

A. D. M. xlix. Nonia julii, Piſani ceperunt caſtrum Aghinolfi, cum medietate civitatis, & comitatus viriliter ſine ædificiis. Poſtea tempore D. Jacobi Butticelli Piſis poteſtat.

M. cclxviii. 5. id. aug. fuit perditum. Item poſtea tempore D. Jacobi Baſſuii recuperatum.

A. D. M. cclii. Piſani ceperunt Pontremulum, & liberaverunt Piſturienſes captivos.

A. D. M. cclxx. Mortalitas maxima ſuit in civitate Piſana, ita quod pauci, aut nulli remanſerunt in capella ſancti Coſmæ, & ſancti Caſſiani, & ſancti Pauli de ripa Arni, & ſtarium grani valuit ipſo anno ſolidis 30 denariorum Piſanorum minutorum.

Reconciliatio Piſanæ civitatis facta fuit ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ matri noſtræ piiſſimæ, venerab. Religioſo viro fratre Manſueto de Ordine Minorum primario, & capellano Domini Papæ, ejuſque legato, & nuncio, recipiente pro ſanctiſſimo Patre, & Domino noſtro Alexandro Papa Quarto, & ſancta Romaua Eccleſja, tempore Domini Boniſacii de Gortano de Mutina, capitaneo Piſani populi, & Piſanæ poteſtatis poſt obitum D. Alamanni de . . . Piſis poteſtatis in . . . . D. Petri Ingundi judex Lupelthini de Scampo, & ſociorum.

A. D. M. cclviii. Indict. 15. Eodem anno, de menſe jul. facta eſt ſocietas inter Venetianos, & Piſanos, contra Januenſes in termino decem annorum.

Caſtellum caſtri per proditionem impii marchionis Chianni, & poſtea Piſanurum gladiia intetempti, ſubtractum a communi Jan. per obſidionem arctiſſimam Piſani communis, cujus capitaneus fuit probus, & ſapiens vir Dominus Oddo Gualdaccii, qui venit in priſtinum dominium Piſanæ civitatia poſt ſupraſcriptam reconciliationem tempore ſupraſcriptorum capitaneorum, & antianorum, & ſupraſcripto anno, cujus etiam exercitus fuit pro communi Piſano generalis capitaneus dominus Guilielmus comes Caprariæ judex Arboreæ tertiæ partis Regni Callari. Ultra marina victoria noſtra, & inauditus a ſeculo Januenſium impiorum conflictus, habita, & factus fuit in anno per egregios dominum Siſſenum de Saſſetta honorabilem conſulem, & Henricum Gaitanum de Stateris capitaneos Piſanorum in noſtro favore factum ſociorum noſtrorum Venetorum, & fiatrum ſanctæ domus militiæ templi protectorum noſtrorum Regis, & Reginæ Cypri, Maſſilienſium, & Provincialium, & aliorum noſtrorum dominorum, & amicorum, in partibua ipſis, tempore domini Ricciardi de villa Mediolanenſis, Piſis poteſtatis, & domini Boniſacii de Gorzano Mutinenſis capitanei populi M. cclai. in feſtivitate beati Joannis 9. Kalendas julii.

Villa ſanctæ Giliæ Callaritanæ diœceſis per proditiunem, & durante pace inter Piſanos, & Januenſes, a communi Januenſi ſubſtracta, ut prædicitur, per obſidionem arctiſſimam Piſanorum communis, cujus fuerunt capita, magnificua vir dominus Guilielmus comes Caprariæ judex Arboreæ, & tertiæ partis Regni Callari, egregius Piſanus civia, & dominus Oddo Gualducci Reip. promotor, & auctor egregius, in priſtinum dominium Piſanæ civitatis pervenit, tempore domini Ricciardi de villa Piſia Poteſtatis, & domini Boniſacii de Gopano ſupraſcripti capitanei Piſani populi in Antianatu ſupraſcripto. Er eodem anno 13. Kal. aug. in recuperatione ſupraſcripti caſtri, & Villæ S. Giliæ magnifici viri Joannes vicarius judex Gallurienſis, & tertiæ partis regni Callari, & Ugolinus, & Gerardus comites de Donoratico domini tertiæ partis regni Callari, viriliter, & magnanimiter ſe habuerunt, non dubitando ſe exponere periculis perſonarum. Piſanorum, Venetorum, & Januenſium pax paulo poſt prædicta, fuit facta mediante ſupraſcripto ſanctiſſimo Patre, & D. noſtro ſummo Pontifice.

Florentinorum, & Lucanorum conflictus in partibus Senarum habitus fuit per Senenſes, & egregium dominum Jordanom de Aliano, Dei, & inclyti Manfredi gratia comitem S. Severini Regium in Tuſcia capitaneum generalem, tempore domini Aconis Pirovano Mediolanenſis Piſanorum poteſtatis, & domini Opthouia Gerardi Alberti Rubei de Parma Capitanei Piſani populi in Antianatu dominorum Aldigerii, & Bonamente Ucelli judicum, & ſociorum 1261. quarto intrante ſeptembri. In quo quidem conflietu mortui fuerunt 10. & capti, & ducti Senas 20. Ripafracta caſtrum nequiter per Florentinos detentum, recuperatum fuit a communi Piſano tempore ſupraſcriptorum Poteſtatis, capitanei, & Antianorum 1261. 8. Kalend. octob.

Muri civitatis Piſanæ fuerunt completi eodem anno, menſe januarii, & etiam fons portus Piſani

Alexander Papa IV. oblit apud Viterbium 1262. indict. 4. 8. Kalen. jnnii.

Societas facta fuit inter Piſanos, & alia communia Tuſciæ contra perfidos Lucanos, & Guelfos receptatos ibidem ſupraſcripto anno, de menſe junii. Pons Spinæ incœptus fuit eodem anno, indictione, & die 12. Kalen. Jul. in Antianatu Ventilii, & Rainerii de S. Caſſiano, & Sociorum.

Podio bonichi pro reædificatione eorum murorum donaverunt ei Piſani libras quingeotas.

Montem Pulcianum fuit habitum a fratribus ooſtris Senenſibus ſupraſcripto anno die 5. intrante Julio.

Saocta Maria ad Montem fuit habita a communi Piſano tempore Ghiberti Parmenſis Piſanorum poteſtatis, & domioi Rainerii Pance Buccabandatis Mutinenſis capitanei populi Piſani io Antianatu Montis de Vico, judex Jacobi Froxiæ & ſociorum 1272. Kalen. octob. in vigilia feſtivitatis S. Matthæi exiſtente io dicto exercitu egregio comite domino Jordano pro excellentiſſimo domino Rege Manfredo Siciliæ in Tuſcia Vicario generali.

Monte Tobili fuit habitum a communi Piſano ſupraſcripto tempore 5. Kal. octob. duravit dictus exercitus menſibus duobus, & nltra. Gallene burgus fuit captos ab exercitu Piſano, & incendio concrematus, tempore domini Jacobi Butticelle Papienſis Piſis poteſtatis, domini Ugolini de Sixo domini Rogerii Piſani populi capitanei in Antianatu Tempaoelli videlicet, & Sociorum 1264. 16. Kalen. jul. exiſtente in dicto exercitu egregio domioo Franciſco Simplice Regio io Tuſcia Vicario generali.

Et eodem anno, vid. 1264 undecimo intraote ſeptemb. in quo quidem fuit feſtum Proti, & Jaciocinti, io Antianatu Ilderini familiati domiſeris, Gulielmi Vaonis de Sala, Guidonis de Perluſcio, Orlandini, & ſociorum; dum quidam ex Piſanis Roccam Caſtillonis Vallis Sercli intraſſent præcedenti die illico cum militia, & populo ooſtræ civitatis prædicta die, brachio accincti potenti nondum veniente maſnada Regia, flumen Sercli Piſanis tranſeuntibus, altum uſque ad Sellas equorum, peditibus noſtris quaſi per flumen natantibus, Lucenſes, & Guelfi cum toto eorum exſortio circumcirca ipſum caſtrum exiſtentes, ex nimia temeritate per eos aſſumpta ex eo quod dictam Roccam in mane ipſius diei habuerunt Piſanis ſociis in eos efficaciter irruerunt; illi enim cum eiſdem iniverunt, & poſtea Theutonicis ipſis perveniootibus ipſos coovertentes in fugam uſque ad pontem S. Petri fugaverunt. Ex quibus inter Piſanos, & Theutonicos ceperunt circa M præter innoitum numerum occiſorum, In quo quidem captorum oumero fuerunt, Rainerius Riccardi, & quaſi omoes Capitaoei, & meliores partis adverſæ Lucanorum, & Guelforum Floreotinorum S. Mioiati Teutooicorum, & nobilium de Lombardia ſtipendiariorum ſuorum. Poſtea vero proxima die lunæ 15 Kal. octob. congregato ſiquidem Piſanorum felici exercitu ac potenti, & ſociorum eorum de Tuſcia, & Maſnada Regia eorum ſtipendiis munita exiſtente ibidem egregio Domino Franciſco Simplice Regio io Tuſcia Generali Vicario, exiverunt in die Lunæ ſequenti 8. Kalen. Octob. de plano Ripafractæ moventes felicia caſtra Piſaoorum caſtrametati fuerunt in plano Caſtellanis de contiſſa ad depopulationem prædictæ contradæ, & etiam uſque Aglare caſtrum, quod dirui fecerunt, & etiam uſque Quiroſam, & lacum de Maſſacuccoli procedeotes. Et die Sabbathi ſequentis vigilia S. Michaelis de menſe ſeptemb. ultra partes pontis S. Petri valde ad adverſariis ibi tunc exiſteotibus muniti, cum fluvius vadum non haberet, Ipſis adverſariis videntibus ad depopulationem Lucanorum proceſſerunt; ubi tunc fuit moneta Piſana nova duorum ſolidorum cum effigie victricis aquilæ coronatæ; curſus Piſani honorabilis pallii factus ab equo, & plures milites cingulo oovæ militiæ decorati.

Sequeoti vero die ſcilicet die Dominico prid. kal. octob. abſque ulla alia comitiva Theutooicorum cum militibus Senenſium, Piſtorienſium, potenter flumen Sercli tranſeuntes ceperunt Freſſum, & caſtrum Montioli de Freſſo, quod de novo conſtruebatur ibidem, & pontem, & Burgum S. Petri ab adverſariis cum opprobrio derelictum, & Turrim ripæ, & pontem, & caſtrum ipſum Freſſi, & pontem, & Burgom ſancti Petri 9. Kalend. octobris fecerunt diſſipari, qui ſiquidem die mercurii iverunt depopulando Lucanos uſque ad Pratum. Sequenti vero die Veneris 3. non. octob. iverunt etiam cum depopulatione Lucanorum in Pratum, & uſque ad portas, & muros civitatis Lucanæ, ubi ad perpetuam rei memoriam, & laudes Piſanorum præconia, & adverſariorum ſempiternum opprobrium; onde de gravibus injuriis Piſanis ab eis illatis, qui totam provinciam Tuſciæ veneno infecerant; improperari poſſet, ad ſuperabundantiam ultioois, monetam Piſanorum novam duorum ſolidorum cum impreſſione victricis aquilæ coronatæ cudi fecerunt, quamplures novos milites cingulo oovæ militiæ decorari, quadrello Sagiptamina, & virgas Sardorum in civitate Lucana proiici fecerunt, ex quibus ſupra muros, & in civitate ipſa plures fuerunt lethifere fauciati; laudum ad maſſa, ſcutum, & alia jucunda tripudia fieri. Ceraſtime caſtrum die Domioico ſequenti non. octob. ceperuot, & fecerunt demoliri, ſequenti die Lunæ in civitatem cum exercitu feliciſſime, & cum tripudio redeuntes; in Antianatu Guidonis Benencaſa, Nicolai Rainaldi, Jacobi Moriconis Pelinperi, Bernardi Longi, Jacobi Pacis, Vermilii Galteſii, Gerardi Proviocialis, Oriandi de Nanachio, Matthæi Riccii, Bandenachii Garoſoli, Thadæi Riccuchii, & Joannis Fatii. Cotoni caſtrum fuit habitum ab exercitu Piſanorum, io quo fuit egregius comes Guido novellus Tuſciæ Potirin. qui poſtea in eodem exercitu factus fuit Regius Tuſciæ Vicarius Generalis, & Piſtorienſes Piſanorum legitimi fratres, & alia commuoia ſocietatis Piſanæ io Tuſcia, die Mercurii 14. Kalen. jul. videlicet, ſequenti die poſt feſtum Beati Rainerii, ad cujus obſidionem Piſani iverunt die Lunæ ſequenti poſt feſtum Paſchatis Peutecoſteo vid. 5. id. junii, tempore domini Gulielmi de Cornarano Piſanorum Poteſtatis, & domini Rainerii Teſte de Mutina Capitanei Piſani populi, in Antianatu Dominici Scalenſis, Ugolini Botteghe, Bartolomæi Blaoci, Oddonis Gualducii, & ſociorum. 1265. indict. 7. de menſe junii.

Caſtilionis caſtrom, & etiam Roccam, per expugnationem mirabilem, ignem, ædificia, & alia argumenta viriliter ceperunt de adverſariis recluſis in eo, inter quos fuit dominus Ruſtichellus de Montecatino Lucaoi populi caput, 17. Kalend. auguſti in ſupraſcripto tempore, & Antianatu. Qui exercitus die Kalendarum movit, & rediit feliciter in civitatem.

Motrone, Verſiliam, Luniſcianam, & terras acquiſitas, quibus fueraot privati per falſas Guelforum ſententias, recuperaverunt, tempore oobilis viri domioi Jacobi Baſſuli de Parma laudabiliter Poteſtatis, & Domini Ingariami de Gonzano Capitanei Piſani populi, in Antianatu Baſtiani de Familiaris, Bonacurſii Joannis, & ſociorum eorum.

Mcclxvi. Die Sanctæ Reſtitutæ, quo nomioe fuit Piſaoa major Eccleſia nuncupata 12. junii.

Fucecchium, ſancta Cruce, & Caſtelfrancum ſubmiſerunt ſe ſua ſpontanea voluntate Piſano communi, tempore nobilis viri domini Alberti de Goocella Piſis poteſtatis, & domini Otthonis de Canova capitanei Piſaoi populi in Antianatu Guidonis Benicaſæ, Joanois Peccii, Hubaldi Calch, Mootis de Vico judex, & ſociorum eorum anno, & die ſupraſcripto.

Et die Lunæ ſequenti 9. Kal. jun. Rocca Ficecchii caſtrum, & Turres pootis cappiani, devenerunt in poteſtatem Piſani communis.

Sancti Miniatis arcem cuſtodiendam per commu-

nem

nem Piſanum pars Gibellica S. Miniatis dedit, & tradidit Ugoni Villanipei judici Syndico Piſani communis pro communi Piſano recipienti tempore nobilis viri Bartholi de Sappo Piſanorum poteſtatis, & Domini Anſelmi de Rivolo Capitanei Piſani populi in Antianatu Nicolai Rainaldi, Tholomei de Maſſa, Vitalis Notarii, & ſociorum ſuorum, anno Domini 1268. 8. Kalen. Febr. & intraverunt etiam ſocietatem Piſani communis, promittentes facere guerram inimicis inhibentibus pactis, & conditionibus.

Carolus frater Regis Franciæ, Andegavenſis Provinciæ, & Falchaquoriæ comes, vocatus a Romana ſede Apoſtolica anno Domini ab ejus incarnatione 1266. indictione 8. de menſe maii, furtivo quodam navigio profectus eſt ad urbem Romanam, ubi ſenator urbis tota extante ipſa exiſtens, factus, & coronatus eſt a ſummo Pontifice, & Apoſtolica ſede in Regem Siciliæ; qui eodem anno 28. menſis februarii cum exercitu maximo militum, & equitum de Francia, & Provincia, & etiam peditum Piccardorum in tempeſtate hiemis ad Urbem profectus apud Beneventum Regem Manfredum filium quondam recolendæ memoriæ domini Friderici Romanorum Imperatoris, & exercitum ejuſdem Regis Manfredi devicit, & ipſum Regem, & ejus quaſi gentem totam occidit, ſibique totum regnum Siciliæ ſubjugavit, per iniquam fidelium proditionem.

Piſanę civitatis reconciliatio facta fuit de excommunicatione ſeu interdictione, pro eo quod dicebatur adhæſiſſe Manfredo Regi Siciliæ, & feciſſe contra Lucanam civitatem exiſtentem ſub protectione domini Papæ: quæ reconciliatio facta fuit piæ Matri noſtræ Eccleſiæ, & ſanctiſſimo Patri noſtro Clementi IV. & poſtea confirmata a communi Piſano magiſtro Heliæ capellano domini Papæ pro ſede Apoſtolica recipienti, tempore domini Alberti de Turricella Piſanorum Poteſtatis, & Othonis de Canova Capitanei

A. D. M. cclxvii. 17. Kalen. maii. Pro qua reconciliatione, & mandatis Eccleſiæ firmiter obſervandis commune Piſanum depoſuit penes Romanam ſedem Apoſtolicam libras triginta millia.

Conrado Secundo Rege Siciliæ adveniente ad civitatem Piſanam, commune Piſanum ob gaudium inde perceptum, litteras ſuas communi caſtelli Franchi aliiſque communibus ſuæ partis per Toſciam deſtinavit per Gilionem nuncium Piſani communis; cui dictum commune caſtelli Franchi nihil exhibuit; immo in contemptum prædicti Conradi Regis Siciliæ, homines ipſius communis deriſive clamantes dicebant: quod Piſani alium hominem fecerunt venire in ſimilitudinem dicti Regis. Excellentiſſimus Rex Conradus ſecundus quondam alterius Regis Conradi, intravit civitatem Piſanam, cum primo venit de Alemannia, 1269. indict. 12. die Sabbati ſancti intrante 7. menſe Aprilis; & venit tunc per portam Dogathiæ, tempore Domini Bartholomæi de Sappo vice Piſanorum Poteſtatis. Poſtea vero in proximo ſecundo menſis maii, dominus Fridericus dux Auſtriæ avunculus præfati Regis Conradi cum tota militia ipſius Regis intravit civitatem Piſanam per portam Leonis. Piſani cives cum magna militum, & peditum comitiva iverunt verſus eum, uſque ad Cacciarellam Motronis, faciendo pontes ſuper ipſam Cacciarellam, & per dictos pontes venit militia antedicta cum duce præfato, cum caſtrum Motronis eſſet tunc perditum 2. menſis maii præcedentis, & in proximo 17. Kal. julii magnificentiſſimus vir prædictus exivit de civitate, per portam de qua Talungo, pro eundo verſus Romam, Apuliam atque Regnum. Tamen ante diſceſſum ejuſdem Regis, cum exercitu Piſanorum ivit in comitatu Lucano ad depopulationem Lucanorum, & tunc ceperunt campanile ſanctæ Mariæ de judicibus, per expugnationem viriliter factam, in qua fuit facta magna Lucanorum ſtrages ibidem incluſorum, & ipſam funditus diſſipari fecerunt, & etiam combuſſerunt Burgum Maſſæ, Urnum, & multas alias villas, & loca Lucani diſtrictus uſque ad pontem tectum.

Copioſiſſimus exercitus galearum tutarum, & aliorum lignorum in maxima quantitate exivit de fauce Arni, pro eundo verſus Apuliam atque Regnum in ſervitio Regis prædicti ad debellationem Caroli Provinciæ comitis, & in dictum exercitum iverunt multitudines hominum Piſanorum, videlicet quinque millia & plurium 14. Kal. aug. ſequenti die Jovis reverſus fuit dictus exercitus prid. Kalen. octob. ſequentis; qui exercitus multa mala contulit inimicis Regis prædicti, & caſtellum dictum Amare, & alia multa caſtra, & loca deſtruxit.

Rex Conradus Secundus, Fridericus dux Auſtriæ, comes Gerardus Piſanus, & quidam alii, qui capti fuerant poſt conflictum datum ſuprascripto Regi Conrado, a prædicto Carolo per fautores ipſius Caroli jugulati fuerunt de mandato domini Caroli, 1269. prid. non. Kalend. Novembris.

Clemens Papa Quintus obiit 1269. indict. 12. Kalend. decemb.

A. D. M. cclav. De menſe octob. Inſula Lipari combuſta fuit igne infernali, ſive qui exivit de inferis dictæ Inſulæ.

A. D. M. cclxviii. De menſe januar. Rex Carolus venit Liburnam, & eam combuſſit, fundatum etiam Piſanorum Portum deſtruxit, & totam contratam devaſtavit, & ſtetit ibi diebus quindecim.

Piſani Innocentium Papam fugientem tempore perſecutionis a Petro Leonis occupante Papatum, receptaverunt honorifice, & tenuerunt tute, ac Eugenium Papam natione Piſanum, qui fuit immediate poſt eum, cum ſua curia cum omni reverentia receperunt, eum multipliciter honorantes, teſtante B. Bernardo, qui Epiſtolas fecit ad Piſanos, commendans eos valde 1153.

A. D. M. clxiii. Piſani fuerunt Panormi, & fractis catenis portus, gratia Dei vicerunt illos, & ceperunt civitatem in die S. Agapiti, & ibi 6. naves ditiſſimas ceperunt, Saracenis plurimis interfectis, & comburentes naves quinque duxerunt unam Piſas plenam mirabili theſauro, de quo majorem Eccleſiam Piſanam inceperunt.

Ex Ughel. li tomo tertio.

LAURENTII VERONENSIS

Petri Secundi Archiepiſcopi Piſani Diaconi,

Rerum in Majorica Piſanorum, ac de eorum triumpho Piſis habito Anno ſalutis M. CIV. Libri ſeptem.

Ad fidem membranacei codicis Viviani de Vivianis Inſulani Epiſcopi viri clariſſimi, nunc primum editi.

Liber Primus.

ARma, rates, populum, vindictam cęlitus actam
Scribimus, ac duros terræ, pelagique labores,
Geryonea viros ſeſe per rura terentes,
Maurorum ſtragem, ſpoliata, ſubactaque regna.
His igitur cœptis digneris Chriſte ſavere.
Terruit Heſperiam Latias revolutus in urbes,
Ruraque ubique freqoens Gothis ſatis agnitus ille
Extitit, & Gallis, terraſque agitatus io omnes.
In populos eteolm Majorica læva fideles
Bella cruenta gerens lethalia ſumpſerat arma.
Cujus pertu lerat rabies, violentaque claſſis
Auſonias, Siculas, & Græcorum regiones.
Hæc poſtquam caſtella, rates, villaſque cremarat,
Cumque aris titulos templis violarat aduſtis,
Suadebat captis Chriſti mandata negare,
Et præcepta ſui complecti vana refullæ.
Talia credentes, nimium reverenter amavit,
Contradicentes variis cruciatibus addens.
Hos compes, manicæque graves carcerq; domabant.
Hos inamata fames, denti, nimiique labores.
Et ceu teſtantur, quos ajont vera referre, B
Millia captorum pluſquam terdena fuerunt,
Qaos ſævus, Baleæ vinxit, tenuitque tyrannus,
Præter ad ignotas quos per commercia crates
Traoſtulit, aut atrox obitus de carne raſolvit.
Fama mali tanti per plures cognita terras
Commovet extemplo ſitientas prædia Piſas.
Concitat ira ſenes, qui Punica vincera regna,
Subdere quique ſuo gentem potuere tributo.
Hi memorant dū ſacta bons., & dum bella Panormi
Africa ceu capta aſt, & ſubdita facta tributis,
Victaque per varios quam plurima prælia caſus,
Accendunt animos juvenum, quibus horrida facta
Et labor, & ſudor, duri quoque gloria Martis,
Divitiis. & deliciis potiora fuerunt.
Mox quæ pius præſul Petrus virtute coruſcus
Civibus hæc memorando ſuis, crucis inclyta ſigna
Sumpſit, & alterna motæ pietate catervæ
Sic ad ſigna crucis capienda fuere frequentes,
Ut pote feſtinant ſolemni tempore paſchæ,
Cum Chriſti guſtant corpus, ſanctumque cruorem. C
Inde duo, & deoos de culmine nobilitatis
Conſtituere viros, quibus eſt permiſſa poteſtas
Cooſulis atque ducis, regereot ut graviter omnes
Purus, & iſtorum diſponens ſiogula ſenſus
Congrua militiæ, ratibus quoque conficiendis
Quæque juvare queant homines, claſſemq. pararent.
Et oe prætereant horum te oomina lector
Iotentis animis apices ſcrutare ſequentes.
Ex his Gerardus Gerardi filius auctus,
Senſibus orator laudabilis, atque facetus,
Natus & Ugonis, patrui de nomine dictua
Gerardos, patrui jam claro dignus honore,
Sicherioque ſatus, titulis decoratus eiſdem,
Petrus, & Azo, ſimul numero dictaotur in iſto.
His Ildebraodum Rolando junge creatum
Viribus, & ſactis, & nobilitate micaotem.
Hinc Herithooe ſatum, genitoris nomen habentē,
Nec non Henricum, genus a Gniritone trahentem,
Lothariumq; ſimul, juvenemq; ſenemq; Dodonem.
Hos decorat Stephano geoitus Rodulphus, & ima
Filius Uberti Lambertus claros in urbe,
Atqoe Robertinus Francardi ſplendida proles.
Horum conſilio clari cum Præſule digno
Legati Romam vadunt, quos Papa colendus
Nomine Paſchalis multo ſuſcepit honore,
Pontifici tribuendo crucem, Romanaque ſigna,
Militiæ ducibus, qoæ præſens Azo recepit,
Qui poſtquam monuit pietatis dogma catervas,
Et quantum ſcriptura pati pro fratribus optet,
Hortatus cunctos ſanctis ioſiſtere cœptis,
Pro tanto facto peccamina cuncta relaxat,
Hancque poteſtatem Piſano contulit altam
Pontifici, redit hic propriam properanter ad urbem
Protinus a populo digna ſtatione receptus,
Aſtantes turbas monitis papalibus implet.
Et ceu dureſcit nactum moderamina ferrum
Mulciberi, coctam dum temperat unda bipennem,
Pontificis pariter Piſani voce ſacrata,
Fervent Alpheæ fortes ad bella phalanges.
Inde brevi valde oumero labante dierum
Tertia vox Genuam placidos moderata rogatus
Præſulis invitat, ſpondet ſolatia pugnæ,
Sed longas, nimiaſque moras annalia donec
Tempora prætereant fraudis ſub tegmine poſcit.
Piſani didicere patrea fraudemque dolumque;
Et tandem patuere doli retinacula ſolvens
Navita, Piſanam ſua vela retorſit ad urbem.
Tunc demum Piſæ tanto inſonuare dolore,
Ut nec magna quidens ſentire tonitrua poſſes.
Quicquid tunc habuit nemoroſi Corſica ligni,
Aut picis, innumeros rarium defertur ad uſus,
Lunenſeſque ſuo privantur robore ſylvæ.
Arboribus cæſis remanet Curvaria tara,
Antennas, quæ vela ferant, quod geſtet eaſdem,
Arboreum robur celſæ tribuere Muceilæ.
Cœditur omne nemus, cæſum deſcendit ad undas.
Hoc variæ fiunt diverſo robore oaves,
Gatti, Drumanes, Garabi, celereſque galeæ,
Barcæ, currabii, lintres, grandeſque ſginæ,
Et plures aliæ variantes nomina naves.
His portantur equi; ſunt quædam victibus aptæ,
Ingentes aliæ poſſunt portare catervas;
Servitiis norunt, poſſuntque ſubeiſe minores.
Hæ numquam metuunt vicinas tangere terras,
Adducunt latices, homines ad littora vectant.
Ima galearum juvenum ſunt apta lacertis:
Harum quamque ſolent centum propellere remi,
Ordine qua bino plana nituntur io uoda,
Et freta hudeotes ſugiuot ſic atque ſequuntur,

Ut

Ut celeres capreas, & aves ſupetare volantes,
Veloci valeanr undoſa per æquora curſu.
Ligni materies non ſolum congrua claſſi.
Hinc etenim turres, pontes, ſcalæque geruntur,
Cum quibus excelſos invadant agmina muros.
Hinc quoque quæ magnas mittant in mœnia moles,
Exagitent, rumpantque domos, tormenta parantur.
Hinc balliſta minax, aries, teſtudo petuntur.
Sicque per innumeros lignum diſtenditur uſus.
Nec ceſſant fabri, ferrum conſumitur Ilvæ.
Inde rates quod jungat habent, hinc arma reſulgent,
Thoraces, rigidi gladii, celereſque ſagittæ,
Quod quia diverſis rebus facit, officiiſque
Mille per artifices vario diſtinguitur actu.
Nec vacat officium, depingunt arma colores,
Reſplendent galeæ, clypei, ſellæque relucent,
Impoſitumque ſuper cum gemmis prænitet aurum.
Intrerea veniunt quidam de gente remota,
Romaque cum Luca mittit ſolatia pugnæ.
Auxilium bello Genuenſis ſola negavit
Patria, quamque poteſt Piſanos impedit actus.
O fatis eximio felix Antonia patre.
Nempe tuæ regionis hero generaliter urbis
Cura datur patriæ, quæ pellat, & arceat hoſtes.
Denique perfectæ naves mittuntur in undas.
Accipit has Sarnus Græcu vocitatus ab amne
Alphæus, cui Piſa vetus nunc lapſa cohæſit,
Ex qua Piſanus, qui Piſas condidit iſtas,
Italiæ Fluvio nomen donavit, & Urbi.
Hinc propria puppes quæque ſtatione ligantur,
Impleturque cibis, & equis, armiſque, viriſque,
Et dantur ratibus certiſſima ſigna quibuſque,
Ac vexilliferi per turmas atque cohortes.
Iſtorum virtus populis bene nota Latinis
Credidit ad bellum facili conducere curſu
Agmina. Decipiunt mortalia pectora curæ,
Quodque putat quiſquam, vix perficietur ab ipſo,
Conſiliis hominum quoniam fortuna repugnat,
Atque malis factis alicujus ponere finem
Ante ſuum tempus non vult divina voluntas.
Temporibus ſata quæque virent, & temporis albent
Articulo, cunctis data ſunt ſua tempora rebus.
Temporis ordo monet, naturæ poſtulat uſus,
Ne niſi maturi rapiantur ab arbore fructus.
Sed Domino qui cuncta poteſt, ſunt ſubdita quæque,
Et quodcunque bonum nutu diſtinguitur ejus,
Cujus amore ſuos cœnatos, atque parentes,
Divitias, patriam Piſani deſeruere.
Jamque dies aderat ſancti celeberrima Sixti,
In qua Piſani de Pœnis Marte ſubactis
Annales recolunt votiva laude triumphos,
Quando per Alphæi fluctus populoſa natabat
Claſſis, & ad fauces limoſi fluminis arctas
Convenere rates, ſed cum tranſire nequirent
Tentantes aditus albentis more fluenti
Exornare ſuas eſcis, armiſque Carinas
Cœperunt. Poſt hæc ſpatioſa per æquora nautæ
Direxere viam, terris poſt terga relictis
Cernentes placidam fixis obtutibus urbem,
Divinæ curæ ſua mœnia, rura, penates,
Uxores, patriam, natorum pignora mandant.
Dumque rates abeunt, plorant in littore matres;
Plorantum lacrymis bibulæ ſatiantur arenæ.
Pectus ad uſque parens vitreas deſcendit in undas,
Et verbis placidis benedicit in æquore natum.
Hæc pro patre rogat, pro fratribus, atque maritis.
Immenſos aliæ fundunt in littore queſtus.
Non aliter Grajos fleviſſe feruntur Achivæ,
Pergama quando rates Danaæ violenta petebant,
Et non deſiſtunt precibus miſcere querelas,
Aeolia ventus donec progreſſus ab aula
Viſibus abreptos ſpatioſa per æquora vexit.
Stagnea planities a læva parte relicta,
Atque Liburnus erant, dextra Gorgona remanſit,
Monteque cum nigro, vada, ſeu Populonica tellus
Effugiunt viſus, dum ventus in æquore perflat.
Corſica ſub velis fuerat Capraria tergo.
Illa, & Planuſio poſitis in parte ſiniſtra,
Dumque favent venti, Tauro poſt terga relicta

A Adveniant Langona rates, linguntque labetes,
Et retinent portum dictum de nomine ſanctæ,
Quam Repatata vocant, muros, templumq; vetuſti
Erecti lapides, ſcopuloſaque littora monſtrant.
Hoſque ſinus exire parant, pariterque reſumunt
Turrentes aditus, ubi Conſtantinus habebat
Sedes, Rex clarus multum celebratus ab omni
Sardorum populo, bis ſex, geminiſque diebus
Opperiendo ſuos ſibi gens Piſana moratur.
Inde ſinum repetunt, quem vulgo fert Caput album
Scilicet ob nullum trepidantia littora ventum.
Iſtic Dutibinus Piſanis aſſociatur,
Qui quondam regnum cenſebat Calaritanum,
Et Conſtantino Saltarus judice natus;
Prævalet hic jaculo, præclaris ſenſibus ille.
More pari Danaos Hecateja ſuſcipit Aulis,
Cum fuerat Phrygios Menelaus iturus in hoſtes.
Civibus hic præſul multum de pace loquutus
Plurima per paucos incaſſum ſemina fudit,
Sed tamen e multis fructum percepit eorum.
B Tunc Paſſariuo committunt Alpheroloque
Prævia ſigna maris patres communiter omnes,
Hoſque ſequi nautæ, ſed & obſervare jubentur.
Juſſa patrum contempta jacent, convertitur ordo;
Quiſquis enim potuit celeri tranſcurrere ligno
Oſtendit ſociis velis, & remige puppes.
Jam geminis lapſis gemina cum nocte diebus,
Tertia lux ierat, nox & jam cœperat eſſe
Tertia ſeptembris vicinior illa Kalendis
Non fuerat niſi poſtera quæ ſibi ſorte ſecunda.
Expectabatur, nec ea tenebroſior alla
Circunquaq; tonat, ſed & undique crebra coruſcant
Fulgura, turbari nautas, reliquoſque videres,
Qui nondum rabidi bene norant æquoris uſum.
Sydera nulla patent oculis, ſoloſque micantes
Nautæ cernebant accenſos puppibus ignes.
Non Laerte ſatus foret in terroribus illis
Intrepidus, Circes quamvis ſuperaverit artes,
Si fortuna ducem fluctus duxiſſet in illos.
Arbitrium cujuſque fuit miſerabile tempus
C In tempeſtatis tranſcurrere ſæva pericla.
Sed Dominus ſolitus propriis ſuccurrere ſervis,
Juſtitiæ ſemper qui ſalvat, & auget amantes,
Firmavit Boreæ placidos ſuper æquora flatus,
Qui tota lenſ portarunt æquore nocte
Naves, mox pulſis tenebris ſubiere micantes
Stellæ, nox abiit, præclari forma diei
Subſequitur, celeri claſſis levitate cucurrit,
Accreſcente die cœperunt cernere terras
Hiſpanas, ſed eas Baleares eſſe putabant,
Blandeſi donec committitur anchora ripæ.
Has poſtquam retinent, Latio de littore vecti
Haſtis ſuſpendunt pugnam minitantia ſigna,
Atque tegunt fortes clypeis radiantibus artus,
Et ſtringunt rigidos totis conatibus enſes.
Littora tota ſonant ex rauca voce tabarum.
Indigenas quoſcunque vident, capiuntq; fugantque.
Hi ſe Chriſticolas, Catalanenſeſque fatentur.
Turbatos volvunt Piſani pectore ſenſus,
Et poſitis armis reſident in littore triſtes.
D Inde Pirena ſibi poſtquam cognoſcitur ora,
Mutant conſilium diverſa pericla timentes,
Quod nec habetur ibi vento tutamen ab omni,
Tranſieratque ſimul vallata caloribus æſtas.
Tunc ex conſulibus Rolandi filius unus,
Cui genus, & ſenſus, clarum quoque Curia nomen,
Et civilis amor cum divitiis tribuerunt,
Mittitur ad comitem cui Bachinon, atque Girunda
Subeuntur, multaſque regit pro viribus urbes,
Cui nomen Raymundus erat, qui laudis equeſtris
Fructus innumeros claroſque pararaverat actus.
Hiſpanos cujus terror commoverat hoſtes.
Rolando genitus poſtquam pervenit ad ipſum,
Atque ſalutavit; comitum clariſſime, dixit,
Piſanus populus Chriſti virtutibus auctus,
Ecce favente Deo partes devenit in iſtas.
Alterius verbis, quod jam tibi forte relatum eſt,
Quod ſi cauſa monet, ſeu ditia caſtra videre
Te juvat, acceleres Piſanam viſere claſſem,

Et ſociate ſibi belli, ſocinmque, ducemque
Agmina noſtra volunt, ferus & te provocat hoſtis.
Nam quem non moneat Balearis ſæva rytanni
Fama, repercuſſi quæ fines coucutit orbis,
Et Latii populos, cunctoſque perurget Achivos.
Nec dum finierat Conſul, cum plura paranti,
Ille refert grates; ſaciat quoque proſpera, dixit
Omnia veſtra Deus, vobis, & in omnibus adſit,
Inque manus veſtras communes præbeat hoſtes
Orbis, & in ſanctæ ſortis nos congreget uſus,
Ut faciemus ei, quæ ſunt gratiſſima ſemper.
Nam contra nullos ego juſtius arma movebo.
Hi Chriſti ſervos multis cruciatibus arcent,
Atque meum littus ſaciunt cultore vacare.
Nam quos Blandenſi poſitos in littore muros,
Templa videtis, erant miris radiantia ſignis,
Quorum ſumma tegunt hederæ, val frondea vitis
Occulit, aut ficus, ſeu quælibet occupat arbor
Pluribus in tamplis, monachi cecidere per ipſos,
Atque ſacerdotes, jugulis maculantibus aras.
At reliquos ætate viros, aut arte micautes,
Conſtituere ſuis duris ſervire cateuis.
Vincla, labor, atque fames hos ſæpe necarunt,
Aut jus Machametis quos ponere triſte coegit
In cervice jugum. Quem non dolor excitat iſte?
Quod ſi forte Deus vobis conceſſerit, ut vos
Tanto poſſitis finem præbere labori,
Militiæ Domini ſolatia quæque patamus.
Collatiſque ferum ſuperemus viribus hoſtem.
Nuncia dictorum mox charta futura notatur,
Qua ſe militibus Chriſti promittit amicum,
Atque Pyrenææ concedit ſingula terræ.
Tunc Ildepraodum donat, multumque precatur,
Ut ſeſe Latiis ſocio conjungat amore.
Altera lux poſtquam cives conducit in unum,
Talibus alloquitur ſocios ſermonibus Azo.
Quem gratæ populus celebrabat munere linguæ,
Quod Domini nutu diſponitur, a ratione
Funditus humana cognoſcitur eſſe remotum.
Vidimus ingentes fluctus, tonitruſque coruſcos,
Credidimus ſubitos minitari fulgura ventos.
Mox Domini pietas pacatas reddidit undas
Æquoreas nobis; vis eſt ea nempe Tonantis.
Nam pro valle ſuo mundanos deſtiuat actus,
Arbitrioque pio cauſa dominatur in omni.
Hanc pedibus noſtris tribuit contingere terram,
Ut ſocias relevet divina remiſſio turbas.
Ergo viri docti dum littore ſtamus in iſto,
Nos augere decet cuneos, felicia dici
Ut vere valeant non caſſo nomine caſtra.
Jamque Pyrenæi Comitis ſolatis vobis
Auxiliante Deo poſſunt non parva parari.
Vos portare ſuos equires rogat ille ducentos,
Centum ſe propriis ſpondet geſtare catinis.
Miſit & hanc chartam; chartam porrexit, & addit;
Iſtuc nos Dominus duxit, non noſtra voluntas,
Qui famulatur ei bene ſperet, & indubitate
Quod vera nunquam fraudabitur utilitate.
Præſul abeſt, portumque tenet, qui diſtat ab iſto
Per paſſus ſex mille; reor, mittamur ad ipſum,
Et ſi dicta placent, tunc perveniamus ad actus.
Hiſque peroratis placuerunt dicta quibuſque.
Charta legi comitis petitur, fractoque ſigillo
Inſpexit Lodoicus eam, legitque decenter.
Lecta placet cunctis, comiti dant agmina laudes.
Sancti Felicis portum gens illa vocabat,
In quo Præſul erat: properans legatus ad ipſum
Vadit, ſed Præſul recipit, firmatque loquelas.
Dimittunt blandas poſt hæc cum turbine naves,
Atq; petunt portum, ſinctus quem Præſul habebat,
Cujus ad ingreſſum ventus pugnabat iniquus.
Ut portum tenuere rates, & cœtus haberi
Cepit, & herboſo ſteterat jam concio prato,
Optimus Antiſtes ſanctæ pietatis amator
Talibus Alphæos monuit memoranda loquelis.
Sanguine vos proprio quos Chriſtus ab hoſte re-
Ut veras ſpinas, veteres fugitote ruinas. (demit,
En ſunt tres lapſus quibus extat Adam ſuperatus.
Namque Deum perdit, male qui cupit, atq; ſuperbit.

A Et male lætatur, cui gloria vana paratur
Naſcitur hinc odium, diſcordia, livor, & ira.
Iſta movere queunt hominum præcordia dira.
Non valet eſſe bonus, vitiis qui ſubjacet iſtis.
Vincere nemo poteſt, quiſquis ſuperatur ab ipſis.
Pectora nam lacerant, ſenſuſq; trahunt, velut hoſtes
Diripiunt, capiunt; ipſis vos claudite poſtes.
Non Domini genitum pro ſe tormenta tuliſſe,
Aſt homines propter debent homines meminiſſe.
Hic minuit noſtros languores, atque reatus,
Tollit & hic pœnas, cunctoſque fugat cruciatus.
Pace Deum debent, & mentis ſimplicitate
Quærere, non odiis homines, aut aſperitate.
Qui pacem portant, cælo poſſunt habitare.
Debetis fratres cum toto cordis amore,
Si nec amatis eos, quos vos modo forte videtis,
De nondom viſis mihi nunquam ſpem facietis;
Horum quiſquis enim præſentes temnit amores,
Qualiter illorum poterit relevare dolores.
Pacis amatoris non eſt poſſeſſio parva;
B Sydera namque tenet, pontumque beatus & arva.
Poſtquam de Saulo Dominus ſibi fecit amicum,
Sic nemo noſtrum fratrem ducens inimicum,
Vera ſit in nobis & non concordia falſa,
Si tuti vultis tranſire per æquora ſalſa.
Magna Dei virtus noſtros ut terreat hoſtes,
Pax ſua poſſideat noſtros cum limite poſtes.
Interea vulgus pelagi terrore ſolutum
Murmurat, & patrias exoptat turpiter oras,
Inque duces ſtultas tentans agitare querelas
Hoſtibus omiſſis pariter remeare minantur.
His permotus ait Lucenſis talia Fralmus.
Gaudet quiſque Deum cui ſunt cum proſperitate
Omnia, lætatur cui congrua quæque parantur;
Congrua namque reor ſocios, & multiplicare
Subſidioque viros proprii reperire labores.
Qui ſocios augere poteſt, bene percutit hoſtes,
Quos ſatis egregios nobis divina paravit
Gratia, nec noſtrum teneat turbatio quenquam,
Cum bello quiſquam nec adhuc ſuperaverit hoſtem.
C Ex quo cœpimus hoc, neque ſit ſuperatus ab hoſte
Ut quid tanta tenet veſtras turbatio mentes:
Pœnitet ignavos cœpti fortaſſis honoris,
Cum vox iſtorum præclaras polluit aures;
Hoſque piget veniſſe quidem, qui rura ſolebant
Vertere, qui curvis incumbere ſemper aratris,
Cunctaque conſumunt vertendo tempora glebas;
Et modo cum nequeant ſua ſemina tradere ſulcis,
Aut conculcato pedibus procumbere mulio,
Nocte, dieque moras iſtas, caſuſque querantur;
Inque domos remeare ſuas fortaſſe minantur.
Hi viles homines, quorum miſerabilis ætas
Præſenti populo nullam gerit utilitatem,
Semper agant, ſemperq; gemant, agitentq; querelas.
Quos mores retinere ſuos infamia non eſt.
Hos bonitas, clarumque decus ſejungat ab illis,
Et maneat noſtro concordia ſemper in actu,
Sitque carens odio, qui vult ſervire Tonanti
Si decies prohibetur iter, decies repetatur,
Et via tentetur crebro dum perficiatur.
D Ut tanuit ſemper teneat reverentia noſtras
Curas, quod gerimus quia totus conſpicit orbis,
Si cito non aderit, quod geſtit noſtra voluntas.
Tactus ob hanc cauſam maneat formidine nemo,
Quod prohibet menſis, reddunt tibi namque Kalendæ,
Cum Deus oratur; quod ab ipſo forte vetatur
Tempore non modico cito præſtat luce ſub una.
His populus dictis avidas ut præbuit aures,
Gaudia ſuccedunt, turbatio, cura recedunt.
Moxque ſequente die Domini Raymundus ibidem
Berengarius adveniens, paucique ſuorum
Jungit amicitiam. Piſani fœdere gaudent,
Et ſocium factum præſtanti munere donant.
Cumque moras faciunt, morboſa peſte fluente
Multi de populo ſatis ſuperantur iniquis.
Hicque Caim moriens mœſtos cum Præſule cives
Dimiſit, patrias non totus iturus ad oras.
Dumq; premunt lacrymas, Peſulani montis alumnus
Cum ſociis centum Guilelmus caſtra ſubintrat,

Armigeris ratibus vectis, turbaque pedeſtri,
Quos quaſi viginti duxere per æquoſa naves.
Aſt Aimericus generoſa ſtirpe creatus,
Quem Narbona colit, Dominum, patremq; ducemq.
Viginti vitreas fertur duxiſſe per undas
Naves, & celeri veniſſe per æquora curſu.
Hosquoque Raymundus, cui Balcius extat origo,
Qui ſolitos arelas impendere certat honores,
Atque ſecus Rhodanum caſtris reperitus, & arvis
Dives, conſequitur laudato milite plenas
Ducens ſeptenas undoſa per æquora poppes;
Raymundus ſacriſta potens, & ſtrennus actu
Militiæ titulis, & qui fulgens Arelare,
Cum propriis totidem vitreas venere per undas.
Tales Ruſſilium proceres lataque Biterræ,
Et cum Nemauſis provincia tota ſequuntur.
Quanta per Antonias tranſibant agmina terras,
Cum Romam venturus erat terrendo ſenatum
Cæſar, qui domitos Gallos juga ferre coegit,
Tanta Girundenſes veniſſe feruntur in agros.

Explicit liber primus. Incipit ſecundus.

JAmque graves populis pelagum ſulcare parabant
Claſſes, tot rediit de navi caſtra ſubintrans,
Albertus, cui rector erat veniſſe Pirenem
Illæſamque ratem pariter præfatus, equoſqua
Vi ſitis oppreſſos, vini potaſſe liquorem,
Exanimeſque ſimul ponti maduiſſe ſub unda
Non prius ad Baleam pervenit prora minorem
Rettulit, & Mauros ad ſe veniſſe rogantes
Et qua ſint patria, quas & gradiantur ad oras.
Bozeam petimus Januenſis navita dixit.
Præcipue veſtrum quoniam retinemus amorem
Hanc formidantes iſtud contingere littus
Cura fuit, factos pro vobis fugimus hoſtes.
Nam nec habere valent noſtrâs in prælia vires.
Offendunt quoſcumque queunt ſine crimine noſtro.
Pervia Sarnigenis ſunt æquora cuncta dolois,
Turbanturque ſuo maris omnia regna furore.
Vidimus hos ſulcare fretum, nos atque putamus
Qualibet in veſtra figunt tentoria ripa,
Cædere ſive volunt nos, aut bona tollere noſtra,
Auxilium nobis celeres præbete rogamus.
Scimus eos veniſſe quidem, multumque timemus.
Mox ajunt, vos fertis equos qui forte fremebant.
Ruſtica turba refert; facit hoc irata frequenter
More ſuo fremitus agitans, facienſque tumultus.
Hoſticus inde globus fervens velociter alnos
Intrat, & intentis nos perturbare ſagittis
Cogitat, & toto mentitos increpat ore.
Noſtra manus confiſa ſatis non ſegnius arma
Sumpſit, & in ſteriles accenditur ira furores,
Namque citus veniens ventus dum vela tetendit,
Majoris Baleæ tribuit contingere litus;
Egreſſique virum quendam per rura vagantem
Vidimus, & quantum locus ille remotus ab urbe,
Sit, percunctamur: viginti millia dixit.
Hauſimus & laticem, laticis data copia nobis
Et fuit, inque ratem vaſiſque, viriſque receptis,
Æquora criſpavit Zephyrus, Zephyroque faventes
Fleximus adverſum Sardoas carbaſa ripas.
Sulcantes igitur pelagus veolentia vela
Aſpicimus; dubitare prius, ſed in arma videres
Veloci curſu juvenum properare catervam.
Quoq;modo properant quos terret aquaticus auſter,
Ob pluvias operire domos, male tecta ſupellex
Imbris ne pereat pro mole cadentis in ædes,
Sic gladios, clypeoſque ſuos ſibi tollere quiſque
Certat, & intente ſinuatos præparat arcus.
Taliter adveniunt pelagus ſulcando carinæ,
Qualiter incedunt juncti Delphines in undis,
Quando natant aliquos non dando per ęquora ſaltus.
Noſcimus, accipiunt noſtras referuntque ſalutes,
Gaudia præcipiti poſita ſuſcepimus ira.
Qui poſtquam didicere viam, quam fecimus ipſi,
Quidve laboris onus paſſi fueramus ubique
Sardiniæ demum ſeſe docuere relictos.
Prævaluit boreas Zephyro bis quinque diebus,
A Per mare nos vexit, ventoque cucurrimus illo.
Nemo tamen didicit, qua tunc foret inſula parte.
Quove loco pelagi ſtet erit Majorica poſt nos.
Interea ventus Libycis progreſſus ab oris,
Vela tenens poſſedit aquas ſalientibus undis,
Atque Pyrenæum nos ille reduxit ad amnem.
Talia dicentem populus circumſtat, & omnes
Si valeant, quærunt, vel ſi patiantur amici
Incolumes. Poſtquam vir dictus rettulit, omnes
Murmure cum læto redeunt in caſtra catervæ.
Cumque dies geminus bis ſex geminaverat horas,
Advenere decem Peſulano monte carinæ,
Quæ Piſis fuerant Auguſti tempore miſſæ,
Ad quoſcunque tenet latos Provincia fines.
His inerat clarus cum conſule Guido Dodone,
Ordine Levita trivii ratione peritus,
Illius ut patriæ traherent ad prælia gentem.
Aethera carpebat ſolito molimine Phœbus,
Et ſplendor ſolis nondum tenuaverat umbras,
Cum data ſigna ſonant juſſos motura receſſus.
B Juſſerat Antiſtes ponto dare verbera claſſem,
Et tranſire rates properatis curſibus illuc,
Barchinon excelſis ubi fulget in aera muris.
Juſſa probant omnes, nec inerti ſcandere paſſu
Naves incipiunt, quos non ſua vota retardant:
Sed velut examen per ſpertas advolat auras,
Quando cupit patriam mutare, locumq; domumque;
Sic Piſana manus rapidis aquilonibus uſa,
Remige quam celeri dictam properabat ad urbem.
Solis ab occaſu modicum porrectus ad æquor,
Defeſſas ſolito qui frangit, & accipit undas,
Mons Judæus, ibi plana diviſus ab urbe,
Non eutis puppes calidiſve tuetur ab auſtris,
Hujus ab Hiſpana facie ratis appulit omnis.
Ut terras ſubeunt Latiæ, reliquæque carinæ,
Littus ad uſque tuas agmen navale tenebat
Lubricaris aquas. Ripæ cecidiſſe feruntur,
Tanta premebat eas magnæ violentia claſſis.
Hic ubi mutavit lites concordia pace,
Adveniunt ſancti celeberrima feſta Mathæi.
C Tota nocte ſonant tunc tintinnabula cuncta,
Vota vovent omnes, precibus votiſque Tonantem
Sollicitant, cujuſque colunt ſolemnia ſanctum,
Candelas tunc quique ſuas in cuſpide ponunt,
Aut ubi lux clare populo videatur ab omni.
Tertia lux aderat, cum planum poſſidet æquor
Ventus, quem boream nequeas eurumque notare
His medius fuerat, tundunt ſua pectora nautæ,
Totque dies vacuos cum noctibus ire queruntur,
Ergo die medio ſublimis in æthere Titan
De medio curſu terras ſpectabat, & undas,
Cum Catalanenſi de littore claſſis abibat.
Quos fremitus præbere ſolent ſtridentibus alis
Threiciæ volucres reſonantes cantibus altis,
Agmine cum facto repetunt alias regiones:
Non alios Piſana manus clamore ſequente
Exagitando ſuos, & candida vela parando,
Solvendoque rates, ſummis cum vocibus edit.
Quattuor inſignes tunc præceſſere carinæ.
Signiferi Francardus erant, rectorque Pyrenes,
D Ordine conſequitur renovato cætera claſſis.
Lux abiit, nox atra ſubit, qua denique lapſa
Vel media, vel plus media, contraria retro
Flamina vela dabant, qua cauſa prævius heros
Ad Tramaricis ſua flexit carbaſa litus.
Inde Terogonam petit, ac deſerta Salodi.
Hic Zephyrus perſtringit aquas, & fluctuat auſter.
Pervia ſed Zephyro plus ſunt ſinuantia ſaxa
Partibus unda tribus, circumdat pontica rupem,
Arbuſtis tegitur brevibus quæ ſpectat ad eurum
Planities altæ rupis de parte levata.
Regis in hac Caroli dicuntur caſtra fuiſſe,
Dum duro quondam certamine ſtravit Iberos.
Hic hyemes Franci toleraſſe feruntur, & æſtus,
Quando præſtanti ceperunt robore terram.
Poſt lapſæ noctis ſpatium, luciſque ſequentis
Tempore conſumpto, qui primus adhæſit in illis
Conſcia ſigna dedit, vigiles quos geſſerat ignes,
Ne foret incertus locus hic, dubiuſve carinis.

Hic

Hic poſtquam cunctis fuerat lux reddita terris,
Et laticeshauſere, viri conſcendere pontum
Incipiunt, vitreas velis remiſque procellas
Mota ſecat claſſis, jam terra rejecta videri
Non clare poterat, cum montibus abdita celſis.
Cum & labente die ſubiere crepuſcula noctis,
A recto curſu non recta retorſerat aura
Vela. Laborantes turbantur in æquore nautæ,
Et ſe conclamant invitos ire Dianam.
Interea noctis tenebris aurora remotis
Clara reſulgebat, cum turbida nubila venti
Ducere cœperunt ab ea qua labitur ora
Publica lux mundi; mox flectere vela Salodon
Plangentes ſatagunt, tantus vehit impetus ipſos.
Huc ſimul ac venere rates jam nocte propinqua
Proſiluere viri latices haurire recentes.
Ecce Moabitæ, pedibus vectantur equinis,
Ut ſolet à nervo dimiſſa venire ſagitta,
Quando ſuum Parthus ſinuat violentius arcum.
Qui captos pariter capientes fluminis undas
Ad proprios longo duxerunt calle penates,
Sed timor Alphææ gentis de nexibus ipſos
Eripuit, rigidos qui concutiebat Iberos.
Ergo per eventum, quoniam male contigit illis,
Juſſio fit reliquis, ne progrediantur inermes.
Dumque moram faciunt, vacuiſq; vagantur in agris
Agmina, murmur erat. Lucenſes denique turbæ
Dum Pelagus tolerare minus, fluctuſque valerent,
Et nimium vellent ſociis famulantibus uti,
Unaquaque die populum replere querela.
Ugo Piſanus venerabilis Archiſacerdos
Cum dextra pariter tunc ardua protulit ora,
Qui tali populis ſermone ſilentibus inquit.
Sola Dei bonitas, qui cuncta gubernat habetque,
Piſanos cives tantos animavit ad actus,
Expertique ſuos nullos ad bella vocabant.
Nullus ad iſta fuit toleranda venire coactus,
Sponte petebatis nobis, gratiſque dabamus
Quæſitas nobis non vilia munera naves.
Et ratibus vecti ſocii veniendo fuiſtis.
Dicite Lucenſes, ſi quis vos ſurte coegit,
Quippe nec inviti voluiſtis ad iſta venire,
Unde nec invitos quiſquam retinere valebit.
Piſanos ſolos diſcedere nempe vetamus,
Non aliis prohibentur equi, non victus & arma.
Accipiant ea quando volunt, ſanique recedant,
Securoſque petant ductores, hique dabuntur
Cum quibus Italicos poterunt pertingere fines.
Et memoratus herus poſt talia dicta reſedit.
Taliter incœpit Guido ſupra memoratus:
Cum Deus in cunctis præponi debeat actis,
Nec pietas, nec amor pietatis habetur in ullo,
Qui pro mundano tantum contendit honore.
Certet honor mundi, certet ſapientia, quænam
In mundi rebus Domini ſimulavit amorem,
Prætulit atque dedit perituros ſemper honores,
Unde Dei noſtras cernendo potentia mentes
Contra quem vaſtum toto fuit agmine murmur,
Hunc dignum vobis largitur temporis uſum.
Hebræis populis murmur fuit inſtar ad hujus,
Quando repletas memorabant carnibus ollas,
Et condita ſimul, dilectaque grataque multum
Fercula Niliacis quibus utebantur in oris.
Nam cuperent ſævi potius juga ferre tyranni,
Servilique magis ſub conditione manere,
Quam prohibere gulæ vitium dapibuſve carere.
Ille vetus populus reſidet ſub pectore veſtro;
Illius & mores, animoſque viaſque tenetis.
Vulnere de tanto qui geſtit habere ſalutem
Pœniteat voluiſſe malum properanter iniquum.
Deſipuit, quicumque fuit, ceciditque retrorſum;
Magnum nempe ſcelus noſtro commiſit in ævo.
Quod teneamus eum quiſquam fortaſſe queretur,
Præter Piſanos quicumque recedere quærit
Quando libebit eat, ſua tollere non prohibetur
Nulla recedenti ſane violentia fiet.
Ad patrios igitur cum venerit ille penates,
Et medius turbæ claros narraverit actus,
Hoc de ſe verum poterit ſermone referre,

A Quod numquam vidit quos tantum fugerit hoſtes.
Nos mare, nos ventos, pondusque feremus aquarum,
In Domini factis nec habebimus inferiores
Militiæ ſocios, quos Gallia tota ſequetur,
Jamque favente Deo venient multo meliores,
Una nobiſcum belli ſuperare labores.
Tunc Gulielmus ait Dominus montis Peſulani.
Hos diſcedentes numquam doleatis abire.
Pro quocumque viro qui nunc fortaſſe recedit
Quattuor ob pugnam dabimus non deteriores,
Qui pro ſex horum poterunt tolerare labores.
Surgens Henricus poſt hæc Guinithone creatus
Hortatur cives bellum firmare, priuſquam
Una cum patribus ſeſe jurare fatetur.
Dicta fides ſequitur, jurant æqualiter omnes.
Jam ſecus occaſum Phœbi clariſſima lampas
Candentes vitreo tangebat in æquore flammas.
Nox ea conſiliis eſt poſtquam tota peracta,
Et Phœbo radiante dies jam clara refulget,
Ecce recedentes equitum peditumque phalanges
B Dimiſſis ratibus proprias certantur ad ædes.
Italicæ redeunt, dimittentiſque Salodon,
Immeritis referunt convicia plurima nautis.
Præterea factos habiles ad carbaſa cantus,
Et quoſcumque ſolet ſociis in puppe referre
Navita ſermones, deridet ruſtica turba.
Interea quod hyems variaret ſæpius auras,
Illeque per paucis ratibus tutamina portus
Præſtat, & ignotæ non eſt fiducia genti,
Barchinon heu petitur, claſſemq; reducere cunctam
Conſtituunt hyemare ſimul, mediantur ibidem.
Feſta dies aderat Domini de nomine ſumpta,
Præbebatque leves flatus leviſſimus auras,
Qua Latiæ puppes uſæ cum remige ventis
Urbem navigio celeri tenuere Piſanam.
Poſt ubi Piſanis fuerat jam copia terræ,
Exonerare rates properant; pars maxima claſſis
Siſtitur in terris, trahitur quoque luce ſub illa.
Nox quaſcumque ſequens liquidis invenit in undis,
Intoleranda feri ponti facit ita ſolutas,
C Nec potuit requies prius æquoris eſſe procellis
Quam ſexagenas vis fregit pontica naves.
Hinc turmæ flebant, Præſul Patreſque dolebant,
Et pro poſſe ſuo non fractis ſubveniebant,
Navibus in ſiccam donec traherentur arenam.
Non aliu luctu vidui gemuere Sabini,
Cum ſibi dilectas detraxit Roma puellas.
Inter triſtitias autem quas ſorte ferebat
Alphæus populus, improviſoſque dolores,
Non oblitus erat quicquam de rebus agendis,
Nec potuit claræ mentis poſtponere ſenſus.
Ligna legi juſſit quæ congrua navibus eſſent,
Ac tabulas quas dira maris projecerat unda.
Ingenium docti populi mox tecta rateſque
Nocte dieque parat, complere videlicet illas
Omnimodis ſatagit, quas fregarat æquoris ira,
Atque modis paribus turres tormenta per omnem
Conſtituunt campum Balearn factura ruinam,
Terque decem Piſas ſtatuuntur adire biremes,
Per quas incœpto reparentur robora bello,
D Niſibus ut totis claſtem claroſque replerent
Militiæ numeros notæ per ſecula Piſæ.
Tunc quod cara nimis fuerant alimenta Pyrenæ
Sedviſerunt per plures agmina terras.
Pars campum retinet, pars altera venit ad illos,
Quos habuiſſe datur ſupra Provincia fines;
Mons Peſulane tuas claras pervenit ad arces
Gerardus validus, Dominuſque comeſque Livanti.
Hic quoque bellorum Gualandidus ſplendidus actu
Filius Ugonis Petrus, & Rolandia proles
Baruiique vigor, necnon Vivianus & Abbas
Dogmata militiæ monſtrant incognita Gothis.
Multi Nemauſas, plures veniunt Arelaten,
Inveniuntque piam, gratamque per omnia gentem
Piſanas acies magno quæ fovit amore
Hic Holebrandus populos tranſire volebat
Dum ſcapha Rhodanum, ſed equo dũ forte ſederet
Oblectavit eum puerorum cernere ludos,
Et cum quæſitum lapidem miſiſſet in illos

Cal-

Calcat equum tetigit, qui dans in flumina ſaltum
Lucenſem juvenem rapidis ſubmerſit in undis.
Non lacrymæ fuſæque preces valuere cadenti.
Mortuus hujus equus cum tractus ab amne fuiſſet,
Piſaoi juvenes equitem ttaxere necatum,
Qui ſocium poſtquam largis flevere querelis,
Antiſtes clerus, populuſque valens Atelatis
Intumulate virum ſummo curavit honore.
At vice qui comitis Piſana præſidet urbe
Ugo militia cui præbent ſingula laudem,
Agmine qui toto vitam ſervavit honeſtam
Haliarum ludis, & curſibus uſus equorum,
Ac præponendo vincenti præmia curſus
Piſanos equites tractabat, more Quiritis,
Egregiumque virum Catalaunia tota frequentans,
Sardiniæque Comer celſo celebrabat honore.
Conſulis Henrici bonitas, oecnon reliquorum
Jurgia, ſive ſcelus non impunita relioquens
Juſtitiæ normam ſervavit in agmine toto;
Quippe ſibi gnari ſocii dum ſorte faverent,
Omnibus æqua dabant placidi moderamioa juris,
Conſtituuntque viros totum vigilare per agmen,
Qui ſervare queant nocturno tempore oaves.
Biſque decem ſervant Balearica regna carinæ,
Paganam rabiem validis quæ viribus urgent,
Et titubare feri ſaciunt ſera corda tyranni,
Si bene belligeras penſeot nova ſæcula Piſas
Per mare, per tertas geminas extendere vires.
Hoc Piſæ faciunt Romam quod, utramque placeret,
Quarum ſigna ferus populus dum ſpectat Iberus,
Ingemit, atque metu viſi conſumitur hoſtis,
Caſtraque cuſtodit Peſulaoi montis amator.
Ille prius patrias remeare refutat ad ædes,
Quam ſciat an ob rem, ſeu fruſtra ſumpſerit arma.
Hoc Catalanenſes concuſſit media terras
Tempore Piſani ſolitis nil ſtrictius uſi
Sumptibus inventos geſtantes undique victus,
Argenti pretio varia quoque merce parabant,
Unde Pyrenæos larga bonitate favebant,
Et ſolabantnt inopes mercamine fines.
At Præſul cuſtos ſinceræ religioois,
Ne ſibi commiſſi cæſent vigilaoter agebat.
Ergo diem nactus gratum, tempuſque loquendi,
Arboreas, dixit, poſtquam perceperat eſcas
Lethalis pomi, cum ſumpſit ab hoſte ſaporem
Ille vetus genitor, paradiſi mœnibus illum
Juſſit abire Deus, cujus ſententia voti
Hoc eoſa nefas, pepulit damnando ſuperbum.
Omne genus vitii virio proceſſit ab hujus;
Scilicet invadeos hoc ordine poſteritatem
Intrat in has tenebras mundanæ gentis urigo.
Primus homo natos, & quos ſibi fuderat Eva,
Livor agit, fratris ferit impia dextera fratrem,
Qui cadit, ante Deum clamat vox ſanguinis ejus.
Solivagus denſas ſilvas, agroſque pererrat.
Ali ſubit ali rigerat ſedes juſtiſſimus Enoch.
Juſtus poſt illum Noe cum fecerat arcam
Diluit omne ſolum nimiarum pondus aquarum.
Undæ ceſſarunt octavias: prodit ab arca
Tunc ſolus juſtus; ſunt geotes multiplicatæ.
Poſt Patriarcharum fuit ordo, deiode prophetæ,
Et tamen ioſernas oemo vitaverat ædes,
Unde Dei pietas hominum fera funera cernens
Ut ſalvaret eos emiſit ab æthere natum,
Et vana forent ea quæ ſacrata canebant
Ora prophetarum: cœli rex eſt homo factus.
Sic hominum factor ſumens de Virgine carnem
Serviles habitus hominum portavit ad uſus,
Perque ſuam mortem cum crimine morte oecata
Captivas animas de gurgite traxit averni.
Hac ſerie Domini ſalvavit gratia gentes,
Venit & io cunctam benedictio poſteritatem.
Cujus Apoſtolico dum præſidet agmine Petrus,
Ob fidei ſacræ confeſſam credulitatem
Eſſe pius meroit cœleſtis claviger aulæ.
Ille tenet claves qui rexit in æquore naves.
Vos in nave ſua mundana per æquora porret
Incolumes, puppiſque ſuæ vos eſſe miniſtros
Remigio dignos imploret cunctipotentem,

A Ut poſſitis eos tutos ductare per æquor
Gurgite quos ſacro ſanctum baptiſma piavit.
Ergo docete viros chari pia dogmata fratres,
Ac mooitis ſanctis a criminibus prohibete,
Ut valeatis eos ad cœlica ducere regna,
Deficiat vobis ut numquam cœlica merces,
Quam Dominus ſolis conceſſit habere beatis.
Exemplo Chriſti, cujus regit omnia virtus,
Captivos fratres, quos barbarus opprimit hoſtis
Liberet a ſævo fratrum pia cura tyranno.
Fratribus, & domino quaotum debetis amoris
Præmonuit Petrur cum præceſſore magiſtro.
Pro Petro Chriſtus, cunctiſque fidelibus eatat
In Cruce confixus, pro quo Petrus in cruce tenſus;
Fratribus unde ſuis ſuccurrere nemo recnſet.
Fratres qoippe ſuos Judas, patriarcha nepotem
Abraham dilectum de nexibus eruit hoſtis.
Hi quibus eſt licitum ſetiant mucronibus hoſtem;
Hos hominum factor ſævo defendat ab hoſte.
Quæ modo ſunt ſcripta ſunt pontificalia dicta
B Hos levitarum vir nobilis, & bene charus
Iſta ſatis, melios quæreoti, narret Ubertis.

Explicit liber Secundus. Incipit liber Tertius.

Quem colit interea tellus Balearica Regem
Hætare Declos Burahe perterritus iſtis
Conſuſuſque in centum.. convocat omnes
Cauſas majores per quos tractare ſolebat:
Conſilium quorum plano ſermone requirit,
Sive Moabitis optarent tradere terram,
An cum Piſanis aliquod conjungete fœdus.
Reſpondere viri ſoliti majora referre,
Et qui noſcuntur aliis procedere ſenſu:
Turba ſumus, famulique; tui quodcumque videtur
In ratione tibi conſtantius eximiumque,
Nos ſine lite ſequi confeſtim diſce paratos.
Reſpice nulla minus populum quæ bella volentem
Sedula velle ſuo tua gens in pace maneret.
C Hæc nam culpa gravis dedit horrida ſcandala nobis.
Undique gauderent Baleari ſubdita regno,
Si cum Piſanis nos fœdus habere daretur.
Inque Moabitis nobis fiducia clara
Non bona ſperat, tantum convicia proſunt
Quos tolerare gemunt Hiſpanæ gaudia terræ.
Reſpice Dertare quid agant, quantaque Dianam
Clade premant, noſtras miſeratus mente querelas
Accipe captivos omnes perquirere ſervæ
Et melius tracta quia pax, & vita per illos,
Ac regnum pariter tibi concedetur, honorque.
Actis non habitis nunquam ſedabitur hoſtis
Chriſticolis quoniam qui pro pietate laborant.
Cara magis eſſent captorum corpora fratrum,
Quam videatur eis regnorum copia centum.
His habitis verbis regis præcordia diri
Contremuere metu: captivos protinus omnes
Præcipit inquiri ſparſim, vetereſque novoſque
Tunc de bono rate quos fors, ventus, & unda
Vexerat invitos curat tractare decenter.
D Piſanis etiam chartam pro tempore ſcripſit,
In qua Pontificem, patres, populumque ſalutat.
Qui quamvis prorſus diverſum meote retractet,
Ditia verba tamen mittens nil ſupplicat hoſtis;
Se ſe conſtantem ſine proditione fatetur.
Ampuriæ comitem teſtem narrantibus addit,
A Jeruſalem dicens peregrino dum petit actu
Conſpicuæ famæ motus comes Ampurieoſis
Illius illæſam ſervavi fœdere terram:
Nullum quippe virum bello ſeu pace feſelli.
Si Piſana manus mecum vult pacis habere
Fœdera, continuo captivos reddo, meaſque
Dono paratus opes, linquat meam regna, ſuaſque
Impenſas reddam pariter, pretiumque laboris.
At ſi forte ſuis armis contendere mavult,
Bellandoque meam putat armis vincere gentem,
Ubi communi cum ſe defendat ab urbe,
Urbs nihilum faciunt ejus in ea regna labores.
His intellectis chartam Piſana recepit

Et reſpondetur brevibus ſermonibus illis,
Qui tales apices, & talia ſcripta tulerunt
Nil tolerare mali portantes nuntia lex eſt.
Communia viris debemus moribus uti.
Non poſſunt jungi cum veſtro fœdera rege,
Nec fas eſt nobis ullam ſibi reddere pacem,
Ni prius in veſtras conduxerit agmina terras.
Rex qui cuncta videns judex cognoſcitur æquus
Illuc decernat judex pius ille patenter
Internos cunctos hominum qui judicat actus.
Præter eas alias fertur miſiſſe lituras,
Quæque ſuis notis mitiſſima verba reportent:
Privatia etiam multum promittit in illis;
Albitione ſatum verbis commendat amicis,
Atque memor maneat peracti fœderis ejus,
Quod cum Mugeto genitor retinebat, avuſque
Junxit, & ex multo tenuit jam tempore Petrus.
Rex fuerat Baleæ Mugetus rexque Dianæ,
Invaſit Sardos rapida præſtantior ira.
His igitur propere violento marte ſubactis
Omnia cum plena tennit montana tyrannus,
Hujus Alphæus populus mox concitus actis
Conſcendit celeres ſulcantes æquora naves.
Tunc non erubuit quiſquam de nobilitate
Viribus æquoreas remos urgere per undas
Si levis extiterat; vel tota remanſerat aura,
Optatos curſus robur commune replebat.
Qualiter accipitres pavidas petiere columbas,
Et ſicut Libyci poſcunt armenta leones,
Tunc cum longa fames, & viſcera ſerpit eorum,
Sic ſic accelerant, ſic poſcunt bella frementes,
Quos Piſana manus ſævos ductabat in hoſtes.
Sardineæ poſtquam poterant de littore cerni
Eximias ratibus geſtantia vela phalanges,
Rex cum gente ſua terras fugiendo reliquit.
Heroea igitur ſuſcepta laude triumphi
Victores redeunt, fines intrantque paternos.
Poſt illum vero Mugetus concitus annum
Perduxit Mauros in regnum Caralitanum,
Et numero primos excedunt poſteriores
Robora maurorum quo ſcilicet ædificante
Subſidiabantur Sardorum corpora muris,
Quique die tota latices, & ſata ferebat
Impoſitus muro, murum pro caute replebat.
Multi Sardorum, quo appreſſerat ira tyranni,
Tam ſævæ mortis pœnas habuiſſe putantur.
Hinc Piſanus honor vires, animoſque reſumens
Non dubitat vitreas iterum tranſire per undas,
Poſt ubi belligeri terras, campoſque tenebant,
Rex fugiſſe datur multis jam marte peremptis
Barbarus abſceſſit, capto cum conjuge nato.
Erepti Sardi jugulis, tutique fuerunt,
Indeque tota manent Piſanis ſubdita regna
Sardiniæ. docuere ſenes quæcunque retexo.
Quæſitis Sardis non hæc tibi vera negabunt.
Hunc regis puerum captus qui dicitur eſſe
Piſæ victrices regi miſere Lemanno.
Hujus avum Petri princeps generoſus amabat,
Qui dedit Alphæo quæſitum munus Alanta.
Reddidit hic petri chariſſima munera natum,
Albicio quare ſucceſſoreſque vocantur
Mugeti fratres a ſucceſſoreſque ſuorum.
Ergo quiſquis habet Regum Balearica ſceptra,
Ex hoc affirmat ſe fratrem ſeminis hujus.
Albicione ſatus Petrus viget ejus origo
Piſanos ornans probitatis imagine cives.
Talia cur memorem, Petrus & Baleaſicus auctor
Cauſa fuit, ſed nunc ad propoſitum redeamus.
Inſtabant Martis redeuntis tempora menſis,
Cum fines Eburi miſſæ ſubjere carinæ.
Mox avidi de plebe viri prædæque, cibique
Intravere caſas, nec ſcuta, nec arma ferentes;
Dumque Saraceno ſatiant ſua corpora muſto,
Dum paſſas uvas, dum gaudent mandere ficus,
Mota per arva loci veniunt equites Ebuſini.
Incautos homines per devia rura vagantes
Detruncant gladiis, vario quoque vulnere perdunt.
Hunc Petrus aſcenſus geſtans ſibi credita ſigna
Audaces ſocios in dirum concitat hoſtem.

A Ante rates certamen adeſt, pugnant Ebuſini,
Invictoſque viros totis conatibus urgent,
Et non permittunt pedibus contingere littus.
Inſula parva jacet, non longe ſolis ab ortu,
Quæ brevibus ſcopulis Ebuſinam reſpicit urbem;
Ille revertentes recipit de Marte galaas.
Sed recreante parum juvenilia membra quiete
Indubitata viri repetunt ſinu amina portua
Inventaſque ratea capiuntque fugantq; trahuntqan,
Captos inde viros, Ebuſina plebe vidente
Ad ſocioſque ferunt manibus poſt terga ligatis.
Inſula ſtat pelago, partes ea reſpicit auſtri
Adverſum Libycos, cui Frumentaria nomen.
Hanc Latii petiere viri, properantia & illic
Cœperunt victus placidæ ſolatia prædæ,
Perpingueſque boves, quibus & veſci potuiſſent,
Ni pia Chriſticolis prohiberent tempora carnes.
Luſtranteſque locum quo gens inamara latebat,
Abſtractos caveis Ebuſum duxere ligatos.
Hic tuoe Lamberto, necnon Norithone jubente
B De duodenorum numero qui præmemorantur,
Aſcenſus Petrus naves diviſit & arma.
Solis ab occaſu, cœpit committere pugnam,
Ex his Senagenis igitur comitantibus illum
Signifer Aſcenſus properans exire carinam
Hoſtiles cuneos multo cum robore poſcit.
Tunc Arduinus generoſus Lucunienſis
Exhortans ſocios in prima fronte reſiſtit.
Aſt Ebuſitanus jaculatus ſignifer haſtam
Hoſti terga dedit, ſocios fugiendo relinquens,
Nec læſit quemquam jaculum tellure relictum.
Lucunienſis eum ſaxoſa per arva ſecutus
Hunc cum Bavato jugulavit protinus enſe.
Rurſus & accedunt equites, acieſque pedeſtris
Altera, quæ furtim poſt grandia ſaxa latebat.
Tunc Eritho Conſul ſociis adjutus in hoſtes
Fertur, & obſtantes telo, gladioque repellit.
Parte caret portus, pars altera claſſis ad ipſum
Tendit, & accenſis animis invadere terras
Incipit, & Mauros ardenre vigore repoſcens
C Præterit, hi jaculis ſæviſque Alphæa repellunt
Agmina, mox acies Latialis turba requirit,
Pugnanteſque premit ſimul atque viriliter angit.
Sic perturbati cuncti fugiunt Ebuſini,
Quos fera bella gerens victor Lamberte fugaſti,
Ut fugiunt aquilas celeri levitate columbæ,
Et ſicut pavidi fugiunt haſtilia piſces.
Cumque tuum validis curvares viribus arcum,
Per Mauri pectus miſſam tranſire ſagittam.
In faciem ille cadit per rura fluente cruore
Ducitur in longum tendens a littore collis,
Qua Petrus Aſcenſus Maurorum terga premebat,
Paſſibus haud lenti capit hunc gens barbara collem,
Cui pluſquam deceat via longa videtur ad urbem.
Sed dum Piſanos cœtus, & vulnera ſentit,
Saucia criſtati tranſcurrit robora montis.
Piſani cunei dum totis viribus inſtant
Innumeros Mauros diverſo funere ſternunt.
Jam quoque turba ſequens ad portam venerat arcis,
Quam locus ille gravis tepido demonſtrat ab auſtro.
D . . . loquendam, quem Lucunienſis alumnus
Straverat adſtantem nudo transverberat enſe.
Armiger hic Erithonis fortiter hoſtibus inſtans
Occubuit moriens ſaxi proſtratus in ictu.
Inde Saraceni poſtquam cum turribus altis
Muros conſcendunt, & grandia ſaxa remittunt;
Agmina tuta petunt, quæ ſunt ſita tecta ſub urbe
Solis ab occaſu qua plebs reſidebat inarmis;
Inde viros, pueroſque trahunt, matreſque nuruſque
Pannos & veſtes de capris eruta tectis
Ruricolaſque domi tura ſtatione morantes
Et de captiva modicum, vel nil meditantes
More gregis pecudum, captos ad littora ducunt.
Martius ex toto curſum compleverat, atque
Aprilis fuerat media jam parte peractus,
Cum tepidis zephyris ſævum volventibus æquor,
Carbaſa convertunt nautæ quo vota ferebant,
Quos dum præcipites vitreæ vehit impetus undæ
Ventos anhelantes Baleæ perduxit ad oras,

Suſ-

Suſpenduntque leves remis ſuper æquora naves.
Interea Baleam geminas miſere galeas,
Uberto genitus Lambertus conſul in illis,
Quæ celeres adeunt portum de nomine Picci,
Semimaremque vident ſervantem littora Regem
Qua veniant cauſa muliebri voce rogantem.
Aſt equites peditesque manent ad littus, & arcus
Incaſſum tentos toto conamine flectunt.
Ipſe jubet ceſſare ſuos, & lædere nullum,
Alphæoſque rogat tutas exire carinas.
Conſul ad hæc; eſt vera fides male credula nobis,
Poſſumus unde minua nudis confidere verbis.
Nos damus ecce fidem quam nõ retinemus inanem,
Quaque data noſtram ſi vult intrare carinam
Rex poterit ſua verba loqueos, ſanuſque redire.
Juſiius ille refert eſt Regi credere victis,
Cui ſi quem jubeat ſulo ſermone venire
Tutior ire poteſt, cum conſtantiſſima Regum
Singula verba fluant, dictis incredula veſtris
Cernitur eſſe fides, quorum tentavimua arces.
Si tamen e rebus quidquam vos ſumere noſtris
Vultis, in hoc portu tuta ſtatione manete,
Quæque dare vobis mox regia cura jubebit.
Iita ſuum, dixit conſul, vocat Inſula Regem,
Te plures noſtri ſtant ſub moderamine juris,
Et Balea melior quæ vis conſilit carum,
Veſtra fides nihil eſt, Machamatus ebrius ipſam
Edidit, at noſtram ſanctorum gloria Chriſtus.
Unde ſatis melius noſtris ſe credere poſſet
Simplicibus dictis, queis enim ſanctiſſima mens eſt
Quam juramentis valeamus credere veſtris.
Rector ad hæc Baleæ, nimis dubitare videris,
Et trepidas vanote concutiente timore.
Sed ne turbentur bona quæ tractanda videntur
Et timor abſiſtat, ſaltem per ſcripta loquamur,
Ut notum poſtquam fuerit quod poſcitis ipſi
Hoc complere queam, quod geſtit noſtra voluntas,
Quatenus eſſe boni ſemper valeamus amici.
Conſul ait ſocius ſcriptor quoque longius abſit,
Ibimus, & noſtros trutinantes pectore ſenſus
Ambo ootis dabimus quodcumq; docebit utrumque.
Mox efferre rates, & in ordine ducere remos
Præcepit nautis, validaſque ferire percellas,
Sicut aves quas penna levis portare per auras
Conceſſa levitate ſolet, ſic accelerantes
Ad reliquas certant geminæ remeare carinas.
Quas poſtquam pelagi ſolitus labor egit in unum
Intravere tuos tutos Capraria portus,
Inque Polentinos lux evehit altera fines
Heroes Latios, valiis didicere coloni,
Qui fugiendo ſuos ſpoliaverunt victibus ædes
Linquentes vacuum gregibus paſcentibus arvum.
Hinc Latios juvenes invicta Minorica quamvis
Suſcepit prædam ſparſi per rura gerebant,
Nos contra veniunt equitum peditumque catervæ
Inque ſugam verſos ad naves uſque regirant,
Et mittunt lapides in eos denſaſque ſagittas,
Quos neque permittunt portu remanere quietos.
Deſuit eſca viris Latiis paſtumque dederunt
Hæc quas rus habuit vulſæ radicitus herbæ.
Uſque Camœna nequeunt hereos ferre marini.
Dimittunt paleas, ſtatuuntque redire Pireuem.
Nam ſuſpectus erat de proditione tyrannus,
Quare meos ad eum redeundi nulla manebat.
Aeolus interea dirum de carcere ventum
Solvit, & immiti nomen fuit Africus illi,
Albentes ſacieos has quas criſpaverat undas,
Intumuitque fretum, turbaverat aura profundum,
Diviſitque duas tempeſtas ipſa galeas.
Quaſſata in toto fleverunt agmina campo.
Aſcendit Petrus, Nuelerius extitit iſti
Filius Alberti: fuit Ugo præditus illi,
Qua mare manducans vulgo fuerat vocitata
Cujus præſculptum geſtabat prora draconem.
Portibus aſt alias ſuſceperat inſula puppes.
Tempus ut admonuit venti reſidente furore
Pertentant iterum vitreas ſulcare procellas;
Jam tranſire fretum communia vota manebant.
Poſt quam orta dies illos ad litora duxit

A Narrantes caſus, tantique pericla laboris
Nuntia victrices mittunt felicia Piſæ,
Quæ curſu propero binæ duxere galeæ,
Tripudiare quibus lætæ cœpere phalanges,
Unam, ni fallor, tecum Marcelline, gubernat
Conſocius Guido, qui presbyter eſt vocitatus.
Rexerat aſt aliam laudato cura baronis,
Ad Catalanenſes poſtquam ratis utraque ripas
Venerat, & belli narrantur utrumque paratus,
Venturoſque cito ſocios dixere lituræ.
Romana miſſus venit legatus ab urbe
Boſo pater ſancta reverendus religione,
Et Domino Papæ virtutum culmine charus.
Tunc & Apoſtolici poſtquam benedictio cunctis
Dicta fuit populis, tendunt ad ſydera palmas,
Et Dominum cœli pleno cum pectore laudant,
Ut dignetur eis tantum ſalvare Magiſtrum
Militiæ, per quem benedictio cœlica fertur,
Ac conjungit eis ſocios ſancti ſamulatus.
Non aliis votis patres populuſque Quiritum
B Aſpexere ſuos civilia jura ferentes,
Lata decem tabulis cum ſunt primodia legis.
Frigoribus lapſis redeunt ad læta caloris
Tempora, lene fretum placida diſtringitur aura,
Et validæ claſſis pars Arni ducta per undas
Advehit, properos tranſcurreos nimbus in auſtros
Atque reſiſtentes ſuperans cum fluctibus auras.
Urbs igitur Januæ celeres mirata paratus
Livida demiſſo ſpectabat carbaſa vultu.
Maſſiliæ tandem levibus comitantibus auris
Intravere ſinus, miſſæ poſt terga Lirino
Bis quadraginta ſulcantes æquora proræ.
Jam quas præcipites Rhodam vehit impetus undas
Scandere feſtinat multo cum robore claſſis.
Divitiis Atelas pollens hanc ſumptibus implet
Uſque Magalonam rapidus quam protulit Eurus.
Æoliis boreas tandem procedit ab antris,
Et ſamulatur ei totus cum nubibus aer.
Arripit unda rates, ventoque ferente ſecundo
In Catalanenſi conſiſtunt litore puppes.
C Fratris frater habet poſitos in colla lacertos
Amplexuque dato daos oſcula juncta viciſſim,
Quid chari faciant vitæ ſolatia quærit.
Gaudia non fuerant nationis tanta Sabinia
Cum præceſſerunt coram genitoribus olim
Natos Romulea geſtantes gente creatos
Vota patrum natos quanta pietate tenebant,
Et nati quantum placidos ſtrinxere parentes,
Et quantum fratrum tenuerunt colla lacerti.
Viſibus Alphæi carorum lætificati
Ducere robuſto cœperunt gaudia motu.
Cumque ſuo curſu Majus vel Junius eſſent,
Ecce Dodo Conſul caſtris acceſſit & Atho,
Quos cum tripudio cunctæ videre cohortes
Sedis Apoſtolicæ miſſas a patre ſalutes.
Conſtanti tum voce ferunt, ſeriemque laborum,
Quod tardi veniant dicunt ex ordine cauſas.
Tum centum tenuere patres papalia juſſa
Boſo pater peragens præcepit ab omnipotentis
Invictique Dei, qui condidit omnia, parte,
D Proque pii Petri ſacroſanctos ſamulatus,
Et Domini Papæ Paſchalis in Urbe Secundi,
Ut Chriſti ſamulos per quos pia ſigna tulerunt,
Quos baptiſſima facit Domini, quoq. regula fratres
Eruat a ſævis fratrum pia cura catenis.
Talia cunctorum cœtus turmæque probantes
Intravere rates pelagum ſulcare paratæ,
Quas tunc quingentas numerarunt ſcripta carinas.
Præſul Piſanus quem maxima cura trahebat
Mox ad captivas acies perducere fratres,
Vela dedit pelagio primus, tranſitque Saladon.
Hinc ad Dertoſæ fluvium pervenit Iberum.
Hujus militiæ prima quia ſigna levavit,
Piſanoſque duces tantos animavit in actus,
Tota ſequendo patrem claſſis comitatur euntem,
Nongentos equites undoſa per æquora portans
Replet Iberus aquis claſſem ſolatia, pacta
Cum ducibus proceres firmant, firmataque jurant.
Lapſaque jam fuerat paucorum meta dierum,

Cum date vela parant ventis aquilonis obortis.
Ardua ſed poſtquam ſudantes æquora pulſant,
Lenior ingreſſas pontum vehit aura carinas,
Nocte quibus tota curſus dedit illa ſecundos.
Sol erat incipiens per iter conſcendere cœli,
Quando Colubrarem viderunt agmina montem
Cum quibus eſt plenus nomen tribuere Colubræ.
Accelerant, latet hic cum mox ſaxoſa videtur
Inſula Tyrrhenis, quæ circumcingitur undis
Spectans Heſperium lapidoſo vertice litus:
Hanc Ebuſum memorant; urbi de inſula nomen.
Portus in hoc magnus Magnum vicinia dicit,
Qui valet innumeras ſpatiis ſervare carinas,
Cernitur Hiſpanæ de partibus eſſe Dianæ.
Hinc tenet illa caput, quo fert ſua plauſtra Bootes,
Pandit in occiduum dextrum latus inſula ſolem,
Atque latus reliquum ſurgentis ſolis ab axe,
Quiq. nec occaſum, nec prorſus ſpectat ad auſtrum
Occiduas finem non recte gerit in oras.
Cunctaque ſaxoſi cingunt campeſtria montes,
Germinat innumeras herbas cum fructibus arvum
Vel ſatis, & dulces fluctant è fontibus hauſtus.
Hordea multa gerit, vites quoque terras feraces.
Finis ad occiduas qui non bene reſpicit oras
Milie quater paſſus Ebuſina diſtat ab urbe.
Eximii colles plana ſpectacula campi
Intrepidas arces, & mœnia tuta dederunt. (ctou
Unda ſinum grandem, gelidam quæ ſpectat ad Ar-
Quæque ſuperſtat ei duplex dedit inſula portum.
Circumquaque fluunt latices è fontibus orti
Dulcibus, herba viret, calami juncique paluſtres.
Celſiora medio porrectos in aera collis
Eximias altis habuit cum turribus arces.
Ardua ſed triplices circumdant mœnia mari;
Subſiſtunt muris foveæ de monte cavatæ;
Lata duodenas habuerunt mœnia turres
Arcus ab his quantum poterit portare ſagittam
Turrigeri ſtabant montano robore muri,
Difficiles aditus præbebant invia ſaxa.
Hinc quantum forti bis miſſile mittitur arcu
Cernitur exterior deſcriptæ circulus urbis
Turribus & forti circumdata mœnia muro,
Cujus foſſa triplex immunia robora lingit;
Foſſa redundat aquis, quas attribuere paludes
Urbis & in ſummo fuit arx a partibus auſtri.
Mons foris æquoreæ pulſatus viribus undæ
Juxta quem dederant longos ſinuamina portus.
Altera pars montis, quæ nempe reciſa videtur
Solis ab occaſu, foveas deſcendit ad imas,
Inde ſuburbanas deſcendens aſpicit ædes;
Sed triplicis foveæ gelida non prorſus ab Arcto
Uſque tenent pontem, pontuſque tuetur & Euro
Mœnia cum grandi poſito ſuper æquora ſaxo
Erectum paries ſaxum ſeceruit ab urbe
Incipit a portu, protenſus deſinit illic,
Quos mons præruptus ſubjectas ſpectat in undas.
Turriger hinc murus ſummas aſcendit ad arces
Duplex, & triplici tutus munimine foſſæ.
Bogæ flores, & flures gentis Iberæ
Tutantur validis Ebuſinam viribus urbem.
Hujus militiæ princeps a Rege ſecundus
Fertur Abulmunzor, fuerat cui tradita terra.
Vir fuit ille ferox captivus ab urbe Gerunda,
Qui poſſet verſus Chriſti baptiſma negando,
Vernula fuit Sathanæ, quo non crudelior ullus.

Explicit liber tertius. Incipit quartus.

NOx erat incipiens. præceſſerat Heſperus aſtra,
Alphææ venere rates, Ebuſina juventus
Inter conſeptos ſtabat denſiſſima muros.
Buccina repletur flatu, lituique, tubæque;
Tota ſonat claſſis, conclamant civis, & hoſpes
Sed Latia ſuperat clamor de gente levatus.
Spicula crebra ferunt, miſſos a mœnibus ignes.
Phœbus ab æquorea poſtquam proceſſerat unda,
Claruerat que dies populis pugnantibus aptus,
Circumſtant acies, ponuntur in ordine caſtra..
A Plurima vallis habet tentoria, plurima collis,
Transcurrit campos celeris Piſana juventus,
Invaditque ſuos non pigris greſſibus hoſtes.
Saxa volant ritu pluviæ de turribus altis,
Tela, ſudeſque terunt propiores mœnibus hoſtes.
Difficiles aditus per dura pericula foſſæ
Piſanæ ſubeunt acies, portiſque ſub ipſis
Non trepidant gladiis duros concidere muros.
Ardeſcunt animi; pugnantes cominus inſtant;
Ictibus aſſiduis clypei galeæque teruntur.
Nec prohibere valet thorax penetrantia tela
Vulnus, & interitus paſſim, ſanguiſque redundant.
Nox poſtquam veniens ferventia bella diremit,
In ſua Piſani redeunt tentoria feſſi.
Sed remeante die, turmiſque petentibus arma
Machina conſtruitur ſapientum viribus acta
Artificum, turres feriens quæ diſſipat altas.
Tunc aries, crateſque ſimul ſunt addita muris
Plena viris etiam per vallum vinea ſepit,
Qui vario niſu perſtringere robora tentant.
B Obſita ſtat garabis protectis pontica ripa,
Et quibus armatæ properant ad bella cohortes
Dant animi vires, media Mars ſævit in unda,
Nec tenet unda viros, medio ſtant agmina fluctu,
Innumeriſque patent hominum diſcrimina telis.
Lis geritur gladiis, pugnæ furit anxius ardor,
Turrigeræque petunt muralia robora naves.
Bartolot Auſoſſuſque ſimul rapiuntur in undas,
Nec vitant ictus, ſed plana per æquora muros
Duriter obſtantes jaculata cuſpide ſternunt.
Huc Opitho virtute potens mox flectit habenas,
Et Maurum peditem media transfigit in unda
Altus Parlaſii Petrus, atque Bono generoſus
Guido ſatus jaciunt haſtas mucronibus, inde
Concidunt Mauros, denſantur ab urbe ſagittæ,
Arcitenenſque ſagax per viſus figit, utrumque
Et de claſſe viri poſitum ſuper æquora murum
Poſcunt, & celſas invadunt agmina turres.
Tranſiliunt foſſas alii properantius addunt
Ad conſcendendum muri ſuper ardua ſcalas,
C Proiiciunt lapides jaculantes tela, ſudeſque
De muris Mauri; Piſanaque robora pellunt,
Et inſtant acies, donec ſol fervidus ipſas
Æſtibus accenſas cogit ſua caſtra ſubire.
Interea turrim faciunt, ſolitaſque per artes,
Unaquaque die muros, & mœnia frangunt,
Arripit Alphæos belli violenta cupido,
Et latas intrant pugnantes undique foſſas.
Tunc demum juvenes ſubeuntes mœnia quinque,
Maurorum cuneos violentis viribus urgent.
Hi contra jaciunt lapides, qui tela fugaces
Quatuor ex illis facti tranſcurrere ſaltu
Non dubitant aditus, quintuſque remanſit in illis
Pipini natus, ſocii quem deſeruerunt.
Quid faceret? vel cujus opem pugnando rogaret?
Proiiciunt lapides in eum de turribus altis.
A ſcapulis murus, contra quem plurimus hoſtis
Figitur innumeris telis, variiſque ſagittis
Morte viri pugnat quindenis natus ab annis
In ſe converſos ſternitque viriliter hoſtes.
D Cum tamen illorum nimius petit impetus ipſum
Corruit, & pariter fundit cum ſanguine vitam.
Innumeri ſubeunt membris puerilibus enſes,
Mauri lætantur, ſocii ſtant cæde dolentes.
Exercetque ſuos dum gens Piſana labores,
Tormentum mirum labentis ſolis ab axe,
Quod longo tractu muralia robora poſcat,
Fecit Oriciades, ſimul & teſtudinis artem
Lætus in hac aries murales ſternere curſus
Nititur, & penetrat impulſu præpete muros.
Aſt Ebuſitanis non eſt ad prælia diſpar
Ingenium, rotas dant in certamina vires,
Cumque ſuas faciunt non æquis viribus artes,
Piſanos tentant penitus conſtringere viſus.
Dum magni lapides, quos ardua machina portat,
Immenſam certant muris inferre ruinam,
Protegitur murus pannis, latiſque tapetis,
Et turres habuere ſui munimina veſtes,
Fulcraque collatæ luſerunt ſæpius ictus.

Molis, & appoſitæ texerunt cætera crates.
Sicut aves reparant nidos quos deſtruit aura
Cum tremulos venti vis concutit aere ramos,
Sic Ebuſitani muros, ac męnia cuncta
Solliciti reparare ſtudent, præſentia quorum
Aſſidue vigili tenuat ſua robora cura.
Fecerat in muro plures teſtudo feneſtras,
Cujus Oriciadæ formam conſtruxerat Aſtus.
Jam quoqne caſuram credebant agmina turrim.
Cum ceſſare jubent patres teſtudinis actus.
Electi donec juvenes mittantur in illam
Qui captam teneanr ſummis cum viribus urbem.
Sancte tuum feſtum Victor laudabile multum
Forte celebrabat mundus, Pianes ſuper aſtra
Quando levata fuit martyr, virgoque decora.
Luce ſub hac curſus medios jam Phębus agebat,
Æſtus erat grandis Tecum rogitaſſe putatur
Cælica turba Deum. Piſanus Præſul, & omnis
Firmiter orabat ſancto cum Præſule Clerus,
Quatenns ipſe ſuis pugnantibus auxilietur.
Divinus . . tantos audiſſe rogatus
Creditur, & fuſas lacrymas monuiſſe Tonantem.
Deviat eſſe Dei quiſquis tales negat actus,
Et pro poſſe ſuo non laudat cnnctipotentem.
Extemplo medium dum carperet æthera Titan
Mota fuit turris graviter ceciditque patenter.
Intremuit locus, & pulvis vicina replevit.
Inconſumpta jacent menſis convivia : fertur,
Prurſus introitum Latius ſeu Gallicus hoſpes,
Ugo qui Piſis comitum vice præditus extat,
Et Dodo Teperti clarus per prælia natus
Ac Cunithouiades animis decoratus, & actis,
Et Catalanenſis quidam bene prumptus in armis
A portu pariter per portas ingredientes
Invadunt Ebuſum, ſternunt, feriuntque feroces
Viribus, & perimunt lætis ſucceſſibus hoſtes.
Qualiter armentum tygres per mura ſequuntur,
Quando potenter eas jejunia longa coercent;
Hand ſecus heroum gladiis pagana fugantur
Agmina: tunc reliquis ſuccurruut undique turmæ;
Nulli parcentes, ſexus jugulantur, & ætas.
Hinc aditum qnendam retinebant Iſmahelitæ,
Maurus ibi pugnabat atrox metuendus in armis,
Et ferus acceſſus cunctis prohibere putabat.
Erigit Ildeprandus in hunc Enſraxius enſem
Cædentem mirum mirando recidit in ictn.
Qui per rupturas intrarunt denique muri,
Barbara concidunt fugientum corpora ferro.
Tunc percnſſa cadit gladiis Ebuſina juventus:
Hic caput atque manus, illic ſunt crura pedeſque,
Quaque pedem faceres hominum projecta jacebant
Eruta corporibus morientum millia calcant
Belligeri cunei, ſed qui de cæde ſuperſunt
Aſcendunt medios inter duo robora muros.
Altera turba ruens fugit ad ſublimia ſaxa
Quæ ſuprafati ſpectantia diximus æquor.
Inde ruunt partim, partim truncantur, & illinc
Rupibus è ſummis ſalſas jaciuntur in undas.
Hic malus eſt ſaltus quem Manri tunc didicere
Qui non fugerunt, ſaxoſis ictibus, & non
Continuere manus, de muris præcipitati,
Undique confracti media jacuere platea.
Declinat medios dum Titan in æquore curſus,
Pugnanteſque viros, & fervidus æſtus agebat,
Urbs ubi prima fuit divino victa vigore.
Altera victores veniunt ad męnia portas,
Et ſuperos adirus perfringere marte laborant.
Multiſoni reſonanr variis rambonibus uſus;
Saxa volant, miſſæque pluunt utrimque ſagittæ.
Hortantur proceres pugnantes fortiter alas.
Utraque turba fremit, penetrant ad ſydera voces,
Aſcendunt geminas dum pugnant agmina turres,
Et ſuperare putant reliquam velocius urbem.
Accurrens Ebuſina cohors violentius hoſtem
Impetit, & ſaxis, telis, ſudibuſque repellit,
Perque cohærentes cogit deſcendere ſcalas.
Poſtquam bella viris in nullo commoda præſtant
Mox ſua caſtra movent, & barbara tecta ſubintrant.
Sed defunctorum ne conſumpantur odore,

A Traditur extinctus flammis crepirantibus hoſtis.
Poſtera lux oritur, conſurgenteſque catervæ
Tendunt in reliquam ſtudiis ardentibus urbem.
Nocte dieque ſuas exercent fortiter artes.
Lux octava redit, turres feriendo reclinat
Machina, teſtudo perſringit ſedula muros.
Cum nox tranſierar vicinæ proxima luci
Auroræ patuere fores Phębusque redibat,
Protinus aſcendunt ſuper altas agmina turres.
Barbara turba pavet, celſaſque recurrit ad arces.
Alphæus populus defuncta cadavera calcans
Hoſtiles cuneos gladiu proſternit, & haſta:
Dumque ſatis properant ſuper ardua ducere caſtrum
Męnia, Dominici ſolers quod cura paravit,
Telorum nimbi ſumma mittuntur ab arce
Sarniculaſque ſuper volitant ingentia. . .
Sed Chriſti pietas, divinaque gratia quantum
In ſe ſperantes ſemper ſuſtentat, & auget,
Humanæ nequeant ad plenum dicere linguæ.
Nam Chriſti facto, qui noſcitur omnia poſſe,
B Victoris feſto, qui primam vicerat urbem,
Hujus in octava meruit ſuperare ſecundam
Piſanus populus ſemper confiſus in ipſo.
Victores tandem captos retinere laborant,
Et ſervare locum; patres deducere caſtra
Circumqnaque jubent: parent, aſt obſidionem
Mœnibus incluſis omnes vicinius addunt.
Nulla quies cuiquam tenebris vel luce dabatur;
Turres tormentis altas, muroſque petebant,
Quæque graves longe dimittit machina moles
Mœnia celſa petens portabat ad uſque feneſtras
Cautes internas ſternendo ſæpius ædes;
Vicinuſque malus cui non erat agmine compar
Sublimem tractus crebro fervebat in aulam.
Nunc ultra turres lapides portabat, & infra
Et de ſacrilegis faciebat ſæpe ruinam.
Talibus, & reliquis populus Piſanus agebat
Artibus, & duros tentabat vincere caſus;
Tnm Guidorubeus ſimul, & Catalanicus heros
Incaſſum miſſas non direxere ſagittas.
C E contra Mauri bellantia ſæpe petebant
Agmina, non parili facientes prælia dextra.
Sævus Abulmunzer ſuper ardua mœnia demum
Aſſiſtens, fractam defixo lumine turrim
Spectabat triſtis: caſu ſinuaverat arcnm
Villano genitus, qui mittens ſpicula contra
Spectantem mediu defixit gutture Maurum.
Juravit pridem per jura Machamatis ille
Incolumem cuiquam ſe nunquam reddere terram.
Tunc ſibi ſubjecti ſuaſerunt talia cives,
De juramento nulla ratione teneri,
De nuper facto fuſi docuere cruores.
Sanus enim non eſt, cui figunt ſpicula guttur.
Ergo tui compos citius fac deditionem,
Et te nubiſcum pariter de funere ſerva.
Motus erat princeps dictis, precibuſque ſuorum.
Mittitur Alphæis ducibus, qui nuntiet iſta.
Forma placet pacti Piſanis protinus illi,
Nil dubitando Viri ſine conditione dederunt
Omnia, ſe pariter mortis terrore remoto.
D Tunc pie Laurenti, mundus tua feſta colebat.
Te venerande Deum placidu moviſſe rogatu,
Autumat Eccleſiæ populus, creduntque fideles:
Cum vexilla ſuper poſuerunt agmina turres,
Ter Domino laudes tutum cantaverat agmen,
Cornicinumque dabant voces lituique tubæque,
Tinnituſque pios reſonantia ſigna tulerunt.
Conſcendunt proceres ſummas properantius arces.
At commune jubent ſpolium properanter in unum
Accumulare locum; turres, & mœnia cuncta
Certatim ſternunt avidi turreſque coæquant.
Tranſierant bis ſex rapida vertigine menſes,
Et celer actus erat variis ſudoribus annus;
Tempus erat, quo ferre ſoles auguſte racemos,
Cum citius ſolito portarunt agmina muſtum,
Declarantque partes cęptas cum litibus iras,
Quas prædatorum tumidi movere furores.
Vulgus ab introitu captæ regionis, & ante,
Quam populus quicquam ſuperaret bellicus urbis,

Collectam paſſim prædam de rure trahebat,
Dumque viri fortes muris tormenta pararent,
Ignarum vulgus ſtudium fornacis agebat.
O quantis ſtudiis panes venduntur, & illud,
Unde monetati replent marſupia nummi.
Poſt hæc ex ſpoliis, quæ comportarat in unum
Alphæus populus, movet anxia turba ſuſurros,
Et repetit partes, partiri capta recuſat,
Hi quibus interius lacerat Majorica mentes,
Neve moram facerent ſpoliis retinentibus illos
Partibus, in tutas prædam poſuere Carinas.
Solvuntur claſſes, freta remis exuta ſpumant,
Vela tument Zephyris, liquidas rapit aura procellas;
Adveniunt Balaam, Latii comitatus, & illi,
Qui propter Balaam cœleſtia ſigna tulerunt.
Eſt ſinus haud modicus Balea de partibus auſtri,
Portus inſtar habens, ubi cornua bina videntur,
Per bis mille decem, quæ ſunt diſtantia paſſos.
Replet utrumque latus Libyco de litore raptus
Pontus, & Arctoas finem diſtendit in oras.
Quod ponit finem ſinus, hic de parte ſiniſtra
Urbs antiqua fuit raris habitata colonis,
Unde feræ gentes ab Iberis finibus actæ,
Navigio celeri duce præcedente Monſac
Chriſticolis pulſis plures poſuere penates.
Hic ubi lata ſtetit celſis Majorica muris,
Inſula diſtat ab hac brevis, ut per millia quinque,
Quæ complexa ſinu lævæ ſtat proxima terræ,
Portus ad hanc latus Rhodum vicinia dicit,
Urbis ab hac poſſunt ſublimia mœnia cerni,
Ob quam Piſani tantos habuere labores.
Illa dies lætis populis octava refulſit,
In qua felicem matrem ſuper aſtra recepit
Virgineus partus, de qua Deus eſt homo factus,
Parva venientes, qua congregat inſula puppes,
Luxq. ſequens fuit hæc qua Chriſtus morte reſurgẽs
In mundo genitis vitam dedit, atque ſalutem.
Hac de plebe viri latices haurire volendo,
Navibus egreſſi per rus gradiuntur inermes,
Aſt equites regionis erant in valle latentes.
Qui peditum plures incautos aggredientes
Truncarunt gladio, quoſdam cepere, ſuiſque
Duriter adſtrictos ſecum duxere capiſtris.
Hinc cum conſulibus proceres triſtantur, & omnes.
Tum Petrus Antiſtes populos hortatur ad iſta.
Tartareos aditus properavit veſtra voluntas,
Dixit. & oſtendit Balearica mœnia dextra.
Captus ibi fateor, veſter pius atque Creator,
Dicitur in membris quis non pugnabit, ut ipſum
Eruat ipſa licet mortem ſibi bella minentur.
Vos tamen in bello lethum nolite timere,
Non niſi pro bello vitæ quia poſcitur auctor,
Atque dator vitæ, cunctis qui præparat uſum,
Et qui pro nobis Crucis eſt in ſtipite fixus,
Cum captis captus nunc permanet, atque ligatus,
Ut det opem vinctis, trahat & de nexibus ipſos.
Qui capti Dominum, pugnam ve relinquit agentem,
Juſte.. damnatur, digne privatur honore,
Et manet infamis ſemotus ab urbe, foroque.
Hoc & Boſo pater, præſul quoque Carralitanus,
Comparibus verbis, lachrymiſque fluentibus addĩt.
His dictis ſedet in tranſtris feſtina juventus,
Et placidas moſitur aquas, in carbaſa ventus
Perflat, & amotis ſulcantur navibus æquor.
Non volucres tanta pennæ levitate feruntur,
Quanta rates levitas pacata per æquora vectat.
Miratur Baleæ populus candentia vela,
Et defixa tenens in claſſem torva tyrannus
Lumina, dat lacrymas magno cogente dolore.
Inde metum reprimens quotquot rea iſſe putatur
Permixti ſexus educit ab urbe catervas,
Ut late viſus venientes terreat hoſtes.
Totque licet turmas ſparſas per rura viderent,
Audaces quorum commoverat inſula mentes,
Haud trepidare valent, quos ſpes præclara fovebat.
Pinea ſylva fuit, qua lata patebat arena,
A muris Baleæ, ſeu per ſex millia diſtans,
Ex qua parte ſuo Titan petit æthera curru, (ſum
Cujus palus, & Pontus geminum arguit unda receſ-

A Ortus, & Occaſus: nemoralia rura petenti
Sivum dant aditum, loca Ramora commemoratur.
Sive Forenna quidem, plures dixere Catinos.
Hic ubi plana citæ tenuerunt æquora proræ;
Educant properanter equos, properantius arma
Sumit, & ignotæ luſtrat loca cernua terræ
Bellator populus, quem juſtior ira movebat.
Qui ſibi commiſſas aliquas habuere cohortes,
Diſpoſitas ipſas ſectari ſigna jubebant.
Poſt hæc regis eques rarus progreſſus ab urbe,
Jam caſtris poſitum vidit de collibus agmen,
Quem Piſanorum rapidus comitatus equeſtris,
Ipſum dulcis aquæ fugat, uſque ſecutus arenas,
Qui torrens Luidis, ſolet in regione vocari.
Nox redit, excubias faciunt vigilantia caſtra,
Eximiamque ſatis fulgentia ſydera noctem,
Reddunt. ſigna Polus demonſtrat nocte ſub illa.
Stella cadens diviſa comas per mille videtur,
Diſperſum Baleæ ſignat diviſio regnum.
Ad Baleam, clamat populus, nos ſidus ad illam
B Crinitum properare monet, properare, potenter
Eſt ſuperare datum nobis Balearica regna;
Syderis in Baleam radios cecidiſſe videtis.
Lux rediens fuerat, qua ſancti Bartholomæi
Feſta celebrabat lati devotio mundi,
Purpureus Titan radiis fulgebat, & aura
Nulla fuit, quaſi lac placidi maris unda jacebat,
Admonet Alpheus ductor, rectorque Pyrenes
Ordinibus factis aliquantum caſtra movere:
Quemq ſequi ſua ſigna monet, ſit promptus in armis,
Qui cupit alterius dixit conquirere fines.
Paruit haud monitis iſtis avidiſſima belli
Gens, & torrentis modo dicti tranſiit hora
Claſſis, & ad campos vicinos mœnibus urbis
Plenius egreſſæ fixerunt caſtra cohortes.

Explicit liber quartus. Incipit liber Quintus.

C SPectabant acies avidæ certamina Martis,
Unde ſuſi quiſquis pugnans concurrat in hoſtem.
Barbaricus campus Maoris. diriſque Nigellis
Denſos erat, clypeos alii renuere rotundos,
Pars adoperta fuit captis Latialibus armis,
Tunc cum Piſanas quondam piratica cepit
Turba rates, monſtratque ſuos gens torva vigores.
Hinc tunc procedens natus Bellonius Ugo
Mauretuſque ſimul, gyro rapiuntur equeſtri,
Primaque Maurorum cuneos ad bella laceſſunt.
Hinc Biſoctoni Piſana gente creati
Heroes comitis ſectantes ſigna Levanni
Hoſtibus incurrunt mediis, denſaſque catervas
Sternere non ceſſant, Libycorum more Leonum;
Dant quibus introitum Baleares protinus alæ,
Et circumfuſo velociter agmine claudunt,
Ac retinere putant, quos ſpes ſatis improba fallit.
Ipſa pericla parant animos, vireſque miniſtrant
His quibus internæ torquent præcordia curæ.
Sternunt quique ſuum, perimuntque ſagaciter hoſtẽ,
Et quacunque ruunt, campus patet amplior ipſis.
D Et veluti Rhodii ſternunt perimuntque volucres,
Quando relucenti ſcindentes aera penna
Aggrediuntur aves, laniatque patentibus arvis;
Sanguinea pariter miles Piſanus in haſta
Viribus infractis Baleæ terit acriter agmen,
Et redit illæſus cunctis mirantibus actum.
Poſt hæc in geminas Baleæ mileſque pedeſque
Dividitur partes: campos alii tenuere:
At juxta fluctus quidam venere marinos,
Oppoſitumque petunt Piſanum durius agmen,
Erectiſque premunt rariſſima cornua ſignis.
Alpheæ cedunt ſed lentis paſſibus alæ,
Et contra poſito nunquam flectuntur ab hoſte.
Ex Arelatenſi numero Guilielmus ad iſta
Prælia Bernardus Miidaca Daneta creatum
Sternit, & in ſtrati dimiſſa cuſpide ventre
Aggreditur, Mauri ſocium de cæde reportant.
Tunc vexilla gerens Piſanæ ſignifer urbis
Valandus, cuneos in campum ducit apertum.

Hinc

Hinc Ildebrandus ſanctæ vexilla Mariæ
Conſui habens, dextra ſævos incurrit in hoſtes.
Sedis Apoſtolicæ vexillum detulit Atho,
Et diras petiit violento milite turmas.
Hos dum Piſani belli fervore ſequuntur,
Inter condenſos rapiuntur protinus hoſtes,
Inde Pyreneæ gentis generoſa poteſtas
Clara ſequebatur, cujus vexilla cohortes
Pulverulenta petit galeato milite rura.
Hujus ſigna Ducis Gerardi cura Lemanni
Geſtat, & ad lævam procedunt agmina portam,
Quæ patet ad claram ſurgentis lampada ſolis,
Ac ſalſæ vicina magis cognoſcitur undæ.
Hancque ſenex aciem ſequitur comes Ampurienſia,
Cui ſatis extiterat rector Balearis amicus,
Et ſubiit pugnam vallatus milite forti.
Procedunt acies, & vi certantur utrimque.
Eminus obſtantes decertant Iſmaelitæ.
Hi jaciunt lapides, jaculis pars appetit hoſtem,
Telorum tegitur tenebroſis nubibus aer.
Hinc diræ veniunt in equos, homineſque ſagittæ.
Mars ſurit, & magnis reſonat clamoribus æther.
Tunc Latiæ turmæ mortis terrore remoto
Incurrunt Mauris, & pugnæ cominus inſtant.
Experitur gladius, ceſſatque volatile ferrum,
Terra cruore madens morientum ſubſtat acervis,
Toto mixta ſonant gemitus certamina campo,
Ugo Parlaſii tectis nutritus & ortus
Aurea quæ geſſit quatiens venabula dextra
Pugnantis contra per pectora miſit Alantis.
Illa cadit properanter equo, fuſoque cruore
Tartareas flatum citius tranſmittit ad umbras.
Occurrens Cytharon caſu commotus amici
Ugonis penetrat durata cuſpide ſcutum.
Ille quod haſta brevis contingere non valet hoſtem,
Enſe vicem reddit, pugnoque reliquit adempto.
Hunc te Perciades Dodo, Bernarduſque ſecuti
Ferratas feriunt minitanti cuſpide portas;
Utque redire parant, duo qui redeuntibus obſunt,
Occumbunt pariter Bachimas Hiſpanus, & Ander.
Guttur in unius Dodo poſtquam miſerat haſtam,
Cæde cruentatum traxit cum cuſpide pannum.
Sed quod ferre poteſt Bernardi dextera telum
In latus Ander habes: manes ad tartara raptos
Accipiunt, ſtygiæque patent properantibus aulæ.
Viderat Urbanæ pulſantis limina portæ
Rex Baleæ, reditum prohibere nequiſſe.
Quæ tutabantur Balearica robora turmas,
Rebar, & hos homines ait, & jam credo leonea.
Dux Catalanenſis ſævum Moldonea poſcens
Primus ait noſtris, quoniam te viribus offera
Integer haud poteris noſtros evadere viſus.
Protinus urget equum, teneras nec flectat habenas,
Thoracem clypeumque viri lævamque papillam
Telo transfodiens, per dextrum præterit armum.
Ille ſupinus equo ruit, haſtaque frangitur ictu
Aurea ſed Comitis cuſpis datur altera dextræ,
Quæ vibrata feros proſternat & Iſmaelitas
Gerardus Porion proſtravit cuſpide vaſta.
Inque viri pectus vexillum miſit & haſtam.
Daridis Umberti penetravit lancea coſtas,
Ildeprandini Danius transfoditur haſta,
Rodulpho geniti Garſias ſternitur enſe,
Rolandi ſævum ruit in Dareta Recuccus.
Et velut haſta fuit de dorſo pellit equino,
Gerarduſque comes rector Dominuſque Levanul,
Dum furit in Mauros miles per bella probatus
Fraſcinea Lelaphum pugnantem perculit haſta,
Atque viri ſcapulas ictu penetravit eodem.
Stratus utraque ruit tanto dejectus in ictu
Cui ſonipes violentus erat, violentius actus
Pulvereum campum cum corpore preſſit herili,
Seque regentis heri fregit labendo lacertum.
Rainerius cum Tegrino Raineria proles
In coacervatos ibat promptiſſimus hoſtes.
Steruit & hic Lephaton Tegrimus Alance creatſi,
Cajetanus ibi Gerardus cuſpidis ictu
Cerbereas Rachlum transfixum miſit ad oras,
Guiſcardus Hilion lethali vulnere ſternit.

A Hinc Albertinus claro Bellonime natus
Per fauces medias ingentem fixit Anetem,
Atrocem Lavim venientem Guido Buteuſis
Excipit, & victum Stygialibus aggregat umbris.
Saucius ipſe tamen graviter certamine cedit.
Ildebrandinus Juliſtæ filius haſta
Fundit Ilerdenſem generoſum ſtirpe Gairum.
Ingentem Gualandus agens, Gualandica proles
Haſtam, quam validus vibrabat uterque lacertus
Immanem Libycum duro reſupinat in agro.
Terga Racbis penetrat Gualandi frater in ictu
Cuſpidis Albertus, miſſo per pectora ferro.
Haſta virum fortem ſtravit Molſena Dodonis
Conſulis, hujus equum celeri penetrante ſagitta
Gauſmaro genitus ſama decoratus equeſtri
Ugo Dianenſem telo penetravit acuto,
Mortiferum fecit transfixo gutture vulnus.
Sicherius frater Gualandi perculit Idam.
Hinc Mucharellus ruit Ildebrandia proles,
Et fudit Gurion quem Corduba miſit ad arma.
B Ugonis proles Albertus impulit Ermon,
Anticum Libycum Lanfredi dextra peremit,
Stravit Ilerdænum Mathildæ filius Ugo.
Inde Sapibonides campo dejecit Ariſten,
Atque Sofredutius transfodit cuſpide Mauſam.
Popilienſis equum velocem ruſticus urgens
Per lumbare Tanes haſtam tranſmiſit acerbam:
Mittit in hunc jaculum magno conamine Nelops,
Perque viri corpus lethalis lancea tranſit.
Acrior hic Maurum telo transfigit eodem,
Treſque necans alios horrendum mandat ad orcum.
Aſt ubi membra viri ſunt evacuata cruore
Felicem moriens tranſmittit ad æthera flatum.
Occubuit Garathas Rubei Guidonis in haſta,
Indignitque ſui Cliton ſuberanus amoris,
Cui latus Abbatis transjecit lancea dextrum,
Cervicemque viri mucrone reſolvit, & agri
Pulvere projectum pedibus ſubmiſit equorum.
Extincti ſocius ferventi concitus ira
Te Viviane petit violentus ob arma Galindus,
C Et jugulare cupit pro morte libenter amici.
Non fugis audacem venientis militis ictum,
Præſentemque virum properantem ſternis in haſta,
Conſortemque necis vitæ coniungis amico.
Albicione ſatis clarus Lanfrancus ob arma
Filius obſtantem Dadum feriendo peremit.
Hinc Arabis fugientis agens cum cuſpide lumbos
Compulit, hunc læva ſellæ de parte labare.
Rarus eques, denſuſque pedes de parte marina
Barbaricos cuneos pugnæ ſtridore coarctat,
Pugnantemque terit ſummis conatibus hoſtem.
Alphæi pedites Domino præſtante vigorem
Hic plures faciunt enſis ſeu cuſpidis ictus.
Ictibus attritæ cum jam tolerare nequirent
Prælia barbaricæ redeunt ad tecta phalanges,
Et firmant duro ferratas obice valvas.
Mœnibus incluſis diſcurrens undique Rector
Anxius imperitat maneant, ne cardine clauſo
In campum redeant, & prælia dura repoſcant,
Ac repetant duros patriis pro legibus hoſtes
D Et nec deficiant, nec vinci ſe patiantur
Proponens laudis quantum victoria præſtet,
Et quantum tribuat victoribus utilitatis,
Quantaq; eum damnis fœdent opprobria victis. (ſtas
Quos fugit omne decus, quos deſerit omnis hone-
Servitium, dolor, hinc triſtitia quæque ſequuntur.
Et lacbrymans adjurat eos per delubra regni,
Ne metuant populos quos lex Machamatis odit,
Sed ſic decertent devincere quatenus ipſos,
Et ſub perpetuis valeant retinere catenis.
Qui ſe nec ne ſuum cupiunt diſperdere regnum.
Hæc ait, & cunctis animos vireſque reducit.
Hortantur Proceres regem, prohibentque timere,
Atque mori ſpondent potius quam cedere bello,
Signa capit Burabe; reſeratur dextera porta,
Proſiliunt turmæ, properant ad bella manipli.
Diſpoſitis ſignis Burabe jam ſtabat in agro;
Durus agebat Alas dextræ vexilla cohortis,
In lævo cornu torvo curante Corace.

Plena dabant voces humano claſſica flatu,
Nec tuba bella movens nec buccina deſuit ulla.
Cum ſic diſpoſitos ſanctæ videre cohortes,
Directis igitur properant in prælia ſignis,
Et deatram pariter ſatagunt invadere portam.
Denſus, & innumerus fuerat quam barbarus hoſtis
Quæ quoque Phebe tuos claros ſpectabat ad ortus.
Jam Guilielmus adeſt dominus montis Peſulani
Qui rata ſigna dabat clara comitante caterva,
Et velox tantis ſeſe conflictibus offert.
Dux Herboneoſis de nomine dictus avito
Fulgentes acies decoratas milite forti
Præcipit ante ſuos properanter ſiſtere vultus.
Nominat ille ſuos, largos quoque ſpondet honores,
Quos videt audaces geminato robore firmat,
Signiſerumque monet nullo trepidare rimore,
Anteque fraternas promptum contendere turmas.
Juata Raymundus pugnam feſtinus adibat
Cui ſedes Arelas, cui Balcia tellus origo.
Hic Arelatenſes promptos in prælia firmans
Admonet ut nolint de poſterioribus eſſe.
Petrus ad hanc litem Groſſus non ſegnius ibat,
Hortaturque ſuos equites poſt cuſpidis ictua
Ne ſint immemores inimicos enſe ferire.
Concurrunt partes, miſcentur utrimque manipli;
Saxa ruunt, volitant denſiſſima pila per auras,
Martia ſigna canunt, ſubeunt ad ſydera voces,
Ira, furor miatos inter ſe concitat hoſtes,
Telorum nimbis clypei, galeæque teruntur,
Arma ſonant arm s micat ictibus horridus enſis,
Vulneribus miſſo ſatiatur ſanguine tellus,
Labentumque tegunt extincta cadavera campos.
Heoricum Miigdas poſcunt Neriuſque, ſed ejus
Prædurus clypeus jaculum propellit utrumque.
Hoa validos equites Dertoſæ finibus ortos
Cum Sigonandide Gnimthone creatus utroque
Transfodiens ambos de tergis ſternit equinis,
Atque ferus Perithon, ſocius necis eſſet eorum
Subſidiatorem Balcæ quem Corduba miſit,
Sed centum ſociis Hiſpana per æquora vectum
Hi faciendo fugam citius flea iſſet habenas.
Tunc Erithone ſatus Danaen, Gerardus Arontam,
Viribus inſignes proſtrarunt conſul uterque.
Diſſecat obſtantes cuneos tunc Balejus heros
Proſternens Arabem perimitque rerendo Coſellum.
Beltraminus fratrem ſtravit Nilgdona Coracis
Ugo de Landa penetravit cuſpide Tagum
Et tulit enſe caput, poſt hæc juvenilibus actus
Viribus Umberti cadit Alcimionius Imon.
Sed Petri fratris dejecit deatra Nicalem,
Urget equum Sacriſta potens Ramundus, & haſtæ
Neliobem valido percuſſum foditat ictu,
Sonipedemque rapit pretii non vilis habendum,
Armigeroque ſuo geminatas tradit habenas.
Tunc Ildeprandus conſul dirum Niceronta
Transfodiens ferro per pectus dirigit haſtam,
Veaillumque trahit madefactum ſanguine Mauri.
Petuma Parlaſii bello quem miſerat ora
Aggreditur Balaget, grandi retro pellitur ictu
Militus Alphæi Acula percuſſus ab haſta,
Ad ſocios igitur fugiendo retorquet habenas.
Transfigit haſta Dodon Puſii vibrata lacertis,
Hocius enſe cadit, quem Gelli filius Oddo
Viribus aſſumptis ictu transverberat imo.
Inſignes equites Peſulani montis ad iſtos
Adveniunt ictus, Guilielmi ſigna ſequentes.
Dalmatios caſtrenſis ibi Molphænida letho
Suppoſitum fecit per acutæ cuſpidis ictum,
Et muti vetuli . . . Sichardus Emonem
Petrus Amunta petens, Bernardus Amunte creatum
Projiciunt, perimuntque ſimul Froccardia proles
De villa Balei Machumata vaſta Guidelmi
Lancea transfierit, tum Berengarius Oran
Verunæ miles perimit ſociatque gehennæ
In Raymunde Midan, cui præbet Eradius ortum
Dertoſane cavas foveas penetrare Vilelmi
Cuſpide cui ſedes fuerat Piniarica tellus.
Dux Aimelricus ſpecioſis clarus in armis
Occupat obſtantes ferveote vigore catervas,

A Cui ferus Alcimio fatis properando ſiniſtris
Occurrit cupiens ulciſci funera nati.
Prævenit hunc Atacis ductor, nec deviat ictus;
Per pectus volat haſta tenax umbone forato,
Occidit, & moriens præmordet dentibus herbam.
Fraxinus Henrici te pectoris Atila fixit
In medio, ferrum vitalia cuncta retraxit.
Et Puſii frater Lambertus Agranta peremit,
Minolon ad Eſculea dictus Rainutius ora
Horrendum nimium fixit Ricapecora Carben,
Inque Valentinum Glegonem Poarutius haſtam
Per ſcapulas miſit lævam feriendo papillam,
Trajectumque virum medio proſtravit in agro,
Pharion Hiſpanus Guinacelli ſternitur ictu
Dum cadit . . . ruit inter loca fugacia
Cujus Saltarus trajecerat ilia virga,
Quando duas pariter fiait jaculando nigellos.
Gerardi proles Opizo cum pube ſuorum
Invadens aciem, ſatagit proſternere Mauros.
Gauſredus Parthum, Raynerius proterit Afrum,
B Conſorteſque necis fecit germanus uterque.
Marinialnus hic Bernardus Ilonea letho
Donat, transfigens cædenti cuſpide coſtas.
Cuſpide Silieti ditus proſternitur Olphes.
Gruirnius Alcheon, ſternit Mauretus Edonem.
Undique diſcurrens rector Catalanicus hoſtes
Diſſipat, & ſocios hortatu divite firmans.
Ampuriæ fortes equites, & Duſilientes
Subſidiando duci, dant plurima funera Mauris.
At Petri Groſſi dejecerat haſta Coracem,
Cujus promptus eques multos patraverat actus.
Sed jugulare virum cum jam mucrone paraſſet,
Currentes Mauri ſocium de cæde tulerunt.
Signiſer Alphæus medios violentus in hoſtes
Currit, & exacuens fortes in bello ſodales,
Ut reliquas proſternit aves Regina volucrum,
Sic ſic hoſtiles terit inſiſtendo phalanges.
Barbarici ſtatim cuncti turbantur. & inde
Converſi fugiunt, Piſani terga ſequentes
Urbanas inter propellunt agmina portas.
C Innumeri capiuntur equi, capiuntur & arma,
Et fuſi per rura lacus jacuere cruoris.
Altius aſcendens Phœbus contra aerat umbras,
Ad ſua victricea redeunt tentoria turmæ.
Bellica per campos Baleæ jam facta patebant,
Extinctoſque viros fuſos ſpectare per herbam
Barbaricus populus ſimul & Piſana volebant
Agmina, legati veniebant atque redibant.
Accipitres veſtes privataque dona dabantur.
His quibus Ampurię comes hæc tribuenda monebat
Vendita ſit pietas, tunc multum devius heros
Regi tranſmittit chartas, recipitque latenter
Hujus ſcripturas quæ reſcribuntur ad ipſum.
Peſtifer interea dum fœdera quæreret hoſtia,
Quos divinus amor non præda, nec ulla ſimultas,
Sed Chriſti pietas ad juſta vocaverat arma,
Captivos omnes ſub conditione volebant.
Nazacedeolus certa ſine lege paratus
Reddere non fuerat, neauque fameque coactos
Carceribus diſtentos attenuando necabant,
D Ac Pharaonæos retinens in mente furores,
Quæ ſpondebat heri, cras inficiando vetaba.
Utque doloſa vident patres colludia Regis
Solantur populum, populus ſolamine gaudet.
Dum trutinare novos nituntur pectore ſenſus
Mox recolitque dies, nam præterit unus & alter
Caſtraque paulatim mutata propinquius extant
Mœnibus, ac creber procedit ab urbe tumultus
Optime Dalmati, quem tu non lentus adibas,
Nam crebro factæ pugnæ non tardus adeſſe
Cerneris, in tantum pugnæ tibi ſuppetit ardor.
Ergo die quadam paucis comitantibus hoſtea
Corde volente petens, ſociis abſiſtere juſſis
Cum geminis ſolus vadis contendere Mauris.
Viribus ergo tuis proſtratus corruit unus,
Alterius mox dextra tibi penetrabile ſcutum
Transfigit, mediam penetrat quoque lancea coram.
Hinc patet, & miles non loricatus inermis
Stratus equo pugnare paras, ſed vulnere factus

Debilis innumeros equites ſine lege ruentes A
Decidit excipiens, feriens te barbarus enſis
Decapitat, felix transmigrat ad æthera flatus:
Talia bellipotens ut concipit aure Villelmus,
Dat lacrymas, triſteſque viri de funere queſtus
Profundit, nec ad iſta vacat, ſed clamat ad arma,
Ulciſcique necem jugulati currit amici.
Heroem centum ſectantur ob arma micantes,
Qui promptos geſtare ſolent ad bella vigores.
Accelerat, campumque petit, ſua mœnia Mauri
Iſta meditantes properatis greſſibus intrant.
Militis acquirit, vindex modo cum nequit eſſe,
Gothica turba caput. Mutato denique Mauro
Ante diem domini ſemper qua proxima fulget
Lux tedilt, qua tempus erat ſine turbine clarum,
Jamque ſui curſus nonam perfecerat horam
Phœbus, cum fortes redeunt ad prælia Mauri.
Chriſticolaſque putant ad caſtra requirere tantum
In numero fidorum equitum peditumque potenti.
At cauti pedites currunt lætanter ad arma
Piſani, viſoſque petunt non ſegniter hoſtes. B
Spicula, tela ſimul lapideſque venite per agrus,
Et pluviæ ritu poteras ſpectare ſagittas.
Pugnæ ſævit amor, Piſanis robur abundat,
Dumque ferunt ictus, dum totis viribus inſtant,
Iſmaelitarum cuneos in mœnia mittunt,
Et certant ſummum robur proſternere valli.
Calcatos equites ſubeuntes limina portæ
Transfodiunt & equos fortes durantibus haſtis,
Summaque projiciunt murorum, nec ſecus ipſas
Concutiunt portas, fundantque viriliter hoſtes,
Denique conſpiciunt geminæ fundamina foſſæ
Mirantes muros, & defenſacula circum,
(Diſcrepat a viſu quicquid pervenit ad aures)
Urbis, multorum ſubit in præcordia terror.
Diffidunt igitur multi, tremulumque revolvunt
Ore ſilente caput, tanto pro robore fortes
Ipſi deſperant urbem ſuperare potentem.
Tres fuerant urbes. unum quæ nomen habebant.
Sed diverſa tamen ſi nomina quæris earum,
Nomine diverſo poteris quamcunque notare. C
Arabathalgidit murus ſabricatus ab ipſa
Incipiens urbis corpus circumdat, & undas
Æquoris attingens, mare juxta volvitur illuc,
Quo denſat cellas urbs Elmodenia turres.
Dividit has murus, circumdatur una duabus,
Quas circum decies cubitorum millia cingunt.
Hoc numero demptis ter ternis atque duobus
In numeru certo turres ſunt forte volenti
Quatuor & decies ſeptem centumque notandæ.
He tres una queunt urbs famoſiſſima dici.
Eſt commune tribus poſitum Majorica nomen,
Inter quas etiam torrens placidiſſimus ivit,
Et per quinque queunt torrentis viſcera pontes
Tranſiri, liquidæ cum plus fluit impetus undæ,
Ezechinque vocant, qui plenius affluit amnem
Dicitur Eneiamur præducta canalibus unda,
Quæ potanda viris dulces dabit omnibus hauſtus
Indigenis populis, & ob auctas fortiter artes
Mœnia tuta forent, ſi contemnenda majorum,
Tam ſceleratorum Deus agmina vellet amare. D
In populi numero non debet fidere quiſquam,
Qui Dominum contra ſublimes erigit arces.
Hincque Boabitas rector Balearis ad arma,
Et Getulos Arabes, Parthos, Libycoſque, Medoſque,
Nec non Hiſpanos multo conduxerat auro,
Et dedit immenſum, non intentata relinquens
Per quæ tota dari patriæ ſolatia poſſent.
Ergo pugnantum tractare viriliter arma,
Qui poterant, ſibi ſexaginta millia, vel plus
Eſt; equites perhibentur ei ter mille fuiſſe,
Et centena dabat præ grandes machina moles;
Mille quater ductus numerus fuit arcitenentum,
Figere qui poterant miſſis loca certa ſagittis.
Fundibulatorum præ multitudine certus
Non fuerat numerus, ſic nec lapides jacientum.

Explicit liber quintus. Incipit liber ſextus.

NOſcunt tanta Patres cito robora non ſuperari;
Hortantur ſocios, & contra robora robur
Accelerare parant, naves prius eſſe trahendas
Conſtituunt, & perficiunt hæc juſſa libenter
Agmina cuncta; ſolum tractæ tenuere carinæ.
Inde duces Latii vicinius addere caſtra
Feſtinando jubent, juſſis paretur eorum.
Præſulis hoſpitium Petri de parte marina,
Non humilis, non alta nimis domus affuit, unde
Sæpius inceptum bellum ſpectare valebat.
Signoretus eam ſtridentibus inde Pyrenis
Ingreſſus tenuit prompta bonitate ſacerdos,
Hinc Vicedonne tuos armis, Gratiana potentes
Hinc quicunque manu pedibusve paratior eſſet,
Et crebros ictus tecum aſpiciebat Obertus
Juxta Pontificis tectum tentoria patrum,
Ut citius veniant ad eum, cum ſæpe vocentur.
Nobilitatis honor non longe denſus habebat
Hoſpitium; fortes ſteterunt a fronte catervæ
Piſani populi, qui vitam duxit in armis
Totam, perpetuos ſolitus tolerare labores.
Huic non algor erat, non formidabilis æſtus;
Hunc non grando ferox, non nix, imberq; movebant
Hoſtes, & muros violentius aggredientem.
Hæc erat ingeniis ſpectanda juventus & armis,
Ingluviem ventris nimiamque peroſa quietem,
Noverat & brevibus ſubmittere lumina ſomnis.
Aſt equitum robuſta manus non ſparſa per agmen,
Sed juxta lævam fixit tentoria portam.
Talis ab æquorea facie porrectus utramque
Obſervat portam populus Catalanicus heros.
Illius in medio murus tutiſſimus extat,
Namque vigor Latius dextra lævaque ſedebat,
Hoſpitiumque ducis retro vallabat, & ante
Stat poſt Piſanos Cardunæ rector, & illinc
Phorima poſt illum quæ miſit Gothica tellus
Agmina, quæ prædas potius quam bella gerebant.
Ante duces reliquos ſibi fecit caſtra Guidelmus,
Et dextra vicina magis quam cætera portæ,
Juxta quem pariter ſua cœpit Balcius heros;
Atque Herbonenſis domini poſt iſta ſteterunt
Fulgentes acies, quas juncta Ruſilienſes
Ampuriæ rector poſt omnes caſtra tenebat,
Et vallatus erat ſola de gente ſuorum.
Hi ſilvas & rura petunt, armentaque multa
Direptoſque greges, & quicquid germinat arvum,
Ad ſocias acies, converſo tramite ducunt.
Lignea tecta trahunt, paleas ubi comperiuntur,
Arboreaſque ſimul vulſas cum ſtipite frondes
Gothorum pedites, vel quos Provincia miſit
Mercibus ablatis diſcurrunt agmine toto,
Et venale facit quicquid dabat inſula vulgo.
Piſani ſummis arcent conatibus hoſtes,
Hique colendorum patrum præcepta ſecuti
Ædificant geminas ſuperantes omnia turres,
Mœnia de lignis, vulgo caſtella vocantur.
Altum ſurgit opus, ſublimia culmina quarum
Aerias ſubeunt ſummis cum nubibus auras,
Offenduntque ſatis ducentos frigora ventos,
Aſtutuſque magis nil fecit Dædalus arte.
Vimineæ crates ductæ de rure propinquo,
Multaque terga boum lateralia quæque tegebant.
Suppoſitis igitur poſtquam reſidere paratis,
Impulſi graviter celeri molimine currunt.
Ut nubes quas forte notus violentior auctas,
Imbribus ad cœlum pluvioſo turbine venit,
Quarum rura pedes cœlos agitare cacumen,
Sæpius aſpiciens, qua currere quippe videntur.
Adſtantes igitur multi mirantur euntes,
Qui ſimiles numquam potuerunt viribus arces
Subdere, mox gemina ſubeunt teſtudine muros;
Et dum Martis erat creber, variuſque tumultus,
Sæpe Moabitæ violenti mœnibus urbis
Egrediebantur: trahit impetus egredientes,
Caſus, & hos potius, quam bellicus inſtruit ordo.

Utque Robertus eos audaci ſtrenuitate
Motus, vidit, ait, pro ſe certantibus auctor,
Eſt Deus, & robur pro ſe pugnantibus auget.
Dixerat, & plures ſolus properavit in hoſtes,
Et partitur eos, ſimul & fugientibus inſtans
Inter murales aditum pugnando recluſit.
Corruit hujus equus fovea, proh caſus iniquus!
Protinus è ſella ſe compulit ire regentem.
Hic clypeo, jaculoque prius, mucrone deinceps
Pugnat, & Hectoreo decertans robore conſul,
Suſtinet innumeros damnoſis jactibus ictus,
In ſe collatos, nudo quoque fortiter enſe
Dimicat, & ſolus multorum robora ſentit;
Dumque pluunt lapides, & tela cadunt ſuper illum,
En lævam ſuper cita figitur haſta papillam.
Neu clypeus, non obſtiterat lorica ruentem
Incarnare virum facilem dimiſerat haſtam.
Accelerant raptumque ferunt de Marte propinqui.
Jam caſtella ſuper defoſſi robora valli,
Implebant latas gemina teſtudine foſſas,
Erigit antennam Balearis in arbore cura,
Caſtellis etiam quæ cernitur eſſe duobus,
Altior in ſummo cujus bellator habebat,
Excelſum tutumque locum velamina parvis,
Plurima, ſublimen ſeptenaque terga tenebant.
Qualiter excelſæ ſpatioſa per æquora naves,
Sæpius ire ſolent pyratica bella timentes,
Loricam tutam retinet, clypeumque rotundum,
Et protectus erat criſtata caſſide vertex,
Per triplices funes antennæ callidus uſus.
Veſanum navium vacuas porrexit in auras,
In qua ſubjectas turres proiicere cantes,
Et lapidare viros, & mittere tela valebat.
Ardet in antennam pugnantum fortiter altus,
Atque duos funes cum falce recidit acuta,
Tertius antennam retinebat in aere funis,
Pertimuit Maurus ne falx ſi cæderet illum,
Invitus rueret, vel protraheretur ab unco.
Ergo velut moles de ſummis eruta ſaxis,
Per funem labens, dedit intra mœnia ſaltum.
Grandia labentis ſenſerunt pondera palmæ.
Chriſticolæ gaudent, alacres dant agmina plauſus
Admirata virum per inanes currere ventos.
Nutabant turres Baleæ, murique cadebant,
Quos fodiebat ovans toto molimine foſſor,
Cui per quemque diem fulvum numiſma dabatur.
Hos aries duplex de teſtudinibus actus
Et de caſtellis ictu graviore petebant.
E quibus artifices mittunt ſuper ardua pontes
Mœnia, cumque volunt, turres invadere poſſunt.
Per quadragenos paſſus, & apertus, & amplus
Introitus fuerat, centum fecere cohortes,
Cardinibus Boſo de primis taliter unus
Inquit, & hæc monuit, monitus, & verba notantur
Qui fines patrios, qui deſeruere parentes,
Uxores, natos, & quicquid dulce videtur
Senſibus humanis, vos pro pietate fuiſtis.
Si pietatis amor vos cum mercede vocavit
Cur pietatis honor non contra viſcera fortes
Impietatis habet? Baleæ ſpectate Leonem
Qui male tractat oves, & Chriſti diſſipat agnos.
Spectat ab excelſis muris molimina noſtra;
In caſſum factas turres quoque credit, & arces
Et nos, & pariter ſubſannat cunctipotentem
Agminis auctorem qui ſe ſe prætulit hujus.
Ut vos informet, vos Ægyptum ſpoliate.
En Pharaonæis fratres ſervire catenis
Cernitis, ultrices fragant hæc impia dextræ
Tartara, de pœnis fratreſque trahantur eorum,
Sitque beatus homo, qui pro conflictibus iſtis
Occumbet, pœnas nequeat ſentire gehennæ,
Non aliquis dæmon de crimine ſive reatu
Audeat ante Deum ſibi conflictum generare.
Gaudia dentur ei quæ fini ſubdita non ſunt,
Quæ ſervare ſolet, vel quæ præbere beatis
Splendor ſanctorum, pia lux, & gloria Jeſus.
Non dubitent hi quos fuerit regina polorum
Cum nato comitata ſuo pugnare Deus, nam
Qui pia cauſa fuit, pro qua vos arma tuliſtis,

A Adjutor fiet vobis, terrebit & hoſtes,
Et conculcabit divina potentia veſtros.
Hæc ad certamen vos ſpes invitet euntes,
Signifer & Michael vobis præcedat, agetque
Cum ſociis hæc bella ſuis. Baptiſta Joannes,
Et patriarcharum chorus arduus atque Prophetæ.
Ne trepidate, duces vobis in prælia fient
Eccleſiæ Petrus cum Paulo tuta columna,
Nec non Matthæus, Lucas, Marcuſque, Joannes,
Et reliqui veſtræ facient ſolatia pugnæ.
Auxiliumque dabit vobis certe protomartyr
Cum ſociis Stephanus, Silveſter cum Nicolao,
Virgineuſque chorus vobis ſuccurret, opemque
Agmina ſancta dabunt, hanc ſpem retinete fidelem.
Dixerat, & lachrymæ fluxere per ora loquentis
Ex oculis. Deflent quia cernunt agmina flentem,
Quæ votis pariter promittunt prælia totis.
Denique caſtra petunt, cum jam ſubit equora Titã.
Nox abit, auroræ Phœbus de parte reſurgit.
Bellica ſigna ſonant, toto properantque vigore
B Urbis ad introitum Piſanum robur, & omnes
Gothorum populi, vel quos Provincia miſit.
Intus Agareni perſtant, valloque ſuperſunt.
Denſa ruinoſas jacit undique machina moles.
Piſanæ bellant acies, adituque reſiſtunt.
Urbanas inter ſummis cum viribus ædes
Hoſtiles pellunt pugnantes fortiter alas.
Poſt pedites equites veniunt ſed durius inſtant:
Difficilis congreſſus equis, reditus nimis aſper
Cum remeare volunt; miles Balearis ubique
Cogit ad arma ſuos, vires adhibet, reficitque
Alphæi litem telis gladiiſque gerentes.
Obſtantes cohibent collatis viribus hoſtes.
Telorum ſuper hos nimbi, lapideſque ruentes
Adveniunt, vallique ruunt in margine ductos.
Vertere terga parant, retro flectuntur habenæ,
Quos Baleæ faciunt nimium properare vigores.
Sed Piſana cohors per plurima vulnera lapſa
In ſua caſtra redit, muri munimina linquens.
Turres quam citius Baleares inde phalanges
C Lætanter plaudendo petunt, & tympana lætis
Ictibus incipiunt ob gaudia ſumma ferire,
In quibus, & furiæ poterant Bacchuſque notari.
Tollunt aſtra diem; non præterit ira, dolorque
Ut redit altera lux, certatim mœnia poſcunt
Piſani cunei, quibus hæc ſunt jurgia curæ.
Amplaque dupliciter via fit, tentatur, & intus
Cunctorum parat ire vigor, cum Phæbus agebat
In ſublime ſuam progreſſus ab æquore lucem
Per factos aditus patulam pedes inerat in urbem,
In que reſiſtentem turbam non leniter actus
Barbaricis cuneis terrorem mortis agebat.
At equiti nimis arctus erat pro margine trames.
Invitant pedites equites intrare, reductis
Qui convertuntur contra tentoria frænis,
Quos vulnus trepidare facit, ſeu funus equorum.
Tunc equitum cernens intrinſeca turba pavorem
A fractis muris collapſo robore ceſſat.
Iſta Moabitæ cernunt, animiſque reſumptis
Per cunctas veniunt equites pediteſque plateas.
D Dat tergum Piſana manus, quæ mœnia dudum
Invaſiſſe datur, clypeiſque extemplo relictis
Diffugiunt plures; remanet Raynerus ibidem
Qui male commentum cognomento vocitatur.
Quem ſocii poſtquam fugientes deſeruere,
Inter Agarenos nudo mucrone cucurrit.
At quoties fecere locum, fugiſſe valeret,
Si fuga tuta foret; gladio ſtetit ille minaci,
Et quemcunque ſuper violentia concidit hujus
Cerbereos rictus, & tartara nigra petivit,
Vel ſine lethali dum vixerit ille dolore
Non erit; hinc ſolum juſſu petiere Coracis,
Et circumſeptum jaculis fixere cohortes.
Occubuit, poſtquam ſibi vulnera mille fuerunt;
Exanimique viro poſt vulnera tanta jacenti
Ablatum caput eſt: petiit pia ſydera fletus.
Ira patres populumque tenet, ſocioſque peremptos,
Ægrotoſque ſimul multa pietate requirunt.
Agmina nam poſtquam latices, non vina bibebant,

Con-

Conciderant morbis, mutatio nempe ciborum
Laxatos ventres in multa pericula traxit.
Iode manus non parva malis oppreſſa cadebat.
Innumeria igitur multi cecidere potentum,
Qui titulis claris caput in ſublime gerebant,
Et plures, quibus æqua ſtetit cum ſunere ſama.
Jamque viam tumuli pariter cum ruro tegebant
Nobiliumque ſimul poſitas in littore capſas
In reliquiſque locis aliquis ſpectare valebat..
Inter tot lacrymaa natorum ſive parentum,
Tot licet ac tantos ferat inclyta turba dolores,
Non tamen a pugna ceſſat, reliquoque labore.
Decernunt pugnare patres, iterumque reſumptis
Viribus audaces animant io bella catervas.
Dumque diem domioi celebrarent ſecula cuncta,
Bertraminus Mauros petiit pet prælia clarus,
Cujus opes Arelate nitent, & origo parentum
Nobilibus titulis viget illic clara ſuorum.
Hic accinctus erat gladio; ſundæque magiſter
Hoſtiles acies lapides jaciendo petivit.
Atque quod egregios feciſſet ſæpius actus,
Utpota qui ſeſe cunctis conflictibua ultro
Obtulerat, cuoeos nihilum, modicumve timebat
Adverſos hoſtis, qui muris ſtabat in altis.
Sæpe velut volucer, quem gandinis appetit ictus,
Poſt frondem ſolium ve caput velociter abdens
Projectos lapides vitabat tegmine quoquo.
Hinc Balearis in hunc tectus ſeptemplice tergo
Iotrepidum juvenum quidem properantius ibat.
Hic igitur clypeum peditis poſt ſe venientis
Accipiens, hoſtemque ſequens in mœnia ſævos
Provocat ad bellum Mauros de margine valli.
Tunc Parthus, cui prõpta ſatis mens, prõptior arcus
Atque ſagitta fuit, poſtquam contenderat arcum,
Transfodit fauces; penetravit miſſile guttur.
Audacem mors atra virum de nobilitate
Tollit, quem ſocii deſleot, cælique coronant.
Rore carebat humus Phœbi præſtante calore
Jam matutinis algoribus attenuatis,
Cum turmæ dapibus ſumptis bacchique liquore
In Baleæ muros promptis non ſegniter ibant
Greſſibus, atque tubæ pluſquam vicina replerant
Cantibus, inque ſuis acies equitum peditumque
Ordinibus ſteterant, haſtis vexilla micabant.
Sigoiferi ducuot acies, at clamor euntes
Concitat, & patulos invadunt agmina muros.
Concurrunt hoſtes contra molimine toto,
Alphæoſque petunt, & quam robuſtius inſtant,
Saxa ruuot, & teia pluunt, & ſpicula, ritu
Grandinis inſtantes populos utrioque petitos
Concutiunt prorſus ſternuotq. teruntq. premuntque
Vimineas crates, moles lacerare videntur.
Volneribuſque ruunt alii, moriuntur utrimque
Multi, conſpicitur ſanguis perfuſus ubique.
Jam remeare paraut feſſa per bella catervæ,
Difficilemque oimis nequeunt plus ferre laborem.
Signiſer Alphæus prompto per bella vigore
Diſcurrit reficitque ſuas hortaodo cohortes.
Adveniens ſuper hunc magno cum turbine ſaxum
Vexillum lanians, haſtam lævumque lacertum
Commiouit; de mortis eum rapuere periclia
Quam celeres ſocii: cura ſubiere medeotum
Nempe Boni proles Petrus Gerardus, & Ugo
Ipſum Pæoniis curarunt protinus herbis.
Caſibus hic variis diſcrimina Martis aguntur.
Occumbunt plures, redeunt ſine vulnete nulli.
Qualis ab Idæis populus remeabat Achivus
Mœnibus, & quales fuerant per prælia Troes,
Dum bonus Incolumes Hector Priamuſq. manebant.
Protinus a pugna redeunt, ſed barbara turba
Funeribus variis plures habuiſſe querelas
Creditur, & multo plures habuiſſe dolores.
Cura patres Latios non parva, dolorq. premebant,
Quod beoe pugnatum ſibi nullos attulit uſus;
Nam perfecta ſuis nec erat victoria dextris.
Hoſtia bella magis quam curam pacis agebat;
Et comes Ampuriæ, nec non Catalanicus heros
Ad patrios remeare lares properando petebant.
Cauſa recedendi quænam, vel qualiter eſſet,

A Nuntia charta fuit Balearn tranſmiſſa Diana.
Illa Moabitam molitum prælia regem,
Et vaſtata ſatis narraverat optima terra,
Omnibus inque locis Mauros referebat & ignem
Rura, domos, ſegetes, fructus pariter populatos.
Poſt multum damni quod gens veſana peregit,
Et Tramaricam captam dixere lituræ.
Fidus erat comiti, qui chartam duxerat iſtam.
Et tantum hæc fuerat alter quam fama tuliſſet,
Nempe Pyrenæam perveuerat hoſtis ad urbem,
Et ſita Judæo fixit tantoria colle.
Urgelli comitem, comitem quoque Sardiniæque
Dicunt & reliquos regionis ab uſque Giumda
Electos equites quibus adſunt prælia luctus
Agmine collecto crudeles Iſmaelitas
Miraodo pepuliſſe modo. Domino faciente,
Innumeras acies pauci pugnando fugarunt,
Æque fugam verſis, multi cecidere, venirent
Ad ſupra dicti donec deſerta Salodi.
Captos conſtat equos plures, prædamque potentem
B Eripuiſſe ferunt equites, peditesque Pyrenes,
Nec Tramaricam captam, ceu dixerat ille,
Damna quidem fuerãt, ſed commoda plura fuerunt.
Hanc comitis cauſam qua poſceret ille receſſus
Diximus: ad reliquos nos ordo convocat actus.
At comitem patres miti monuere relatu,
Ut deſiſtat ab his: communia pacta per ipſum
Intemerata, rogant & juramenta manere.
Illo licet cauſam quam Patres dicere varam
Noverat, a lucro ſeſe noo ſubtrahit, & mox
Pacta reformaotur, terræ jactura Pyrenæ
Ut reparata foret, dictis ſtatuere ſupremis,
Condere tecta patres gravidis hyemalibus apta.
Temporibus. retroque jubent caſtella trahenda.
Incrementa parant belli, nova poſtulat hoſtia
Fœdera, fœderibus non audet credere multum,
Qui ſibi tam ſævos vi ſubdere nititur hoſtes.
Incuſtoditis etiam cuſtodia non eſt
Committenda viris; juvenum laudabilis ætas,
Sed non omnis adeſt laudaodus ob omnia ſenſus
C Florentum juvenum, quos vinum, fercula, ſomnus
Fallere ſæpe ſolent, nec poſſuot afſora quæque
Tua juveotuti, nimium quæ diligit iſta.
Ergo ſoporifero ſatiati corpora vioo
Piſani juvenes, teſtudine nocte qoieſcunt
Hi quibua hoſtis erat, ſomnus depulſus ab ipſis
Noctibus innumeris. Baleares edocet ergo,
Ut Piſana petant nocturno tempore caſtra,
Et properate precor, ſunt in teſtudine, dixit,
Quos retinere queo, teneo vinoque, quiete.
Talia dicentem Balearis turba ſequuta
Nocte ſileote fuit, cujus cuſtodia prima
Tranſierat, vaniunt milleni caſtra petentes
Armati, piceaſque ferunt cum ſulſure flammas
Permixtas. Aliquis piceum præſenſit odorem,
Ad mooet ut vigilent, ſed jam vigilare nequibaot,
Quos ſomnus facilis titubanti texerat ala.
Auſcultant, quid agant hi de teſtudine ſternunt
Immittuntqua focum, oihil eſt niſi ſomnus io illis,
Per tabulas flammia diffuſis tecta cremantus.
D Perſentit ſtrepitus ſomno decepta juventus,
Accrepitante cito ſolvuntur ſomnia flamma.
Protinus arma viri capiunt, clamare potenter
Incipiunt, una clamorem ſecit & hoſtis,
Vocibus & ſummis totum circumtonat agmen.
Undique concepti moveruot caſtra tumultus.
Io Balea muros populus circumfluus ibat.
Poſtquam cuncta rogus conſumpſit, robora flammæ
Perdiderant, Mauri vocitant ſua numina, ſanctos,
Reginamque poli blaſphemaut crebro Mariam.
Ut tenebris lapſis produxit ab æquore Phœbus
Luciferos radios, populi fervente querela,
Colloqnii patres promptiſſima ſigna dederunt.
Omnibus ad cœtum venit de partibus agmen.
Incipit Azoqueri, ſed concio tota querentem
Attendit brevibus narrantem ſingula dictis,
Ignavos quoſdam, ſeu deſpectos vocitantem,
Et defraudantes ſacramentum pietatis.
Hæc reliqui Patres una, populus, comiteſque,

Ve-

Digitized by Google

Vocibus hæc crebris, non biſve ſemel va petebant.
Continun caſtella trahunt retro bina, ſimulque
Altera bina parant velociter ædificare.
Et mox ligna, rates ſctipſerunt cuncta daturos.
Nec mura, ligna, boves, & mulus, equuſque tulerunt,
Mulus, equus, vel homo, da Regnis attulit hoſtis
Innumerum vimen, vites, maloſque, nuceſque
Et glaueæ ſalices, ſi quæ poteratis in ullo
Rure recognoſci, vos horum vincla fuiſtis.
Quatuor aereas caſtella videre per auras
Surgere Piſana dudum poteramus ab arce,
Maſſilia qnondam Romæ violenta poteſtas,
Cui mare, cui tellus, & plurima regna petebant,
Ut ſuperaret eam. Sana non celſius ulium
Ædificavit opus Rector Balearis, ab ipſis
Nocte dieque ſuos neſcit convertere viſus
Turribus, & ſimiles operi fecere Latini
Artiſices totidem ſubita velociter arte.
Ac duplex aries quos crebro ſtraverat ictu
Ædificare parant celeri molimine muros.
Inde Tianenſem ſignatam mittit ad urbem
Rex Balæcbartam, pontum brevis incipit armis
Scindere, terra bravi ſpatio, lituſque petita,
Subſidium, ſociis ſimul alta Diana tuetunt.
Cœperat & populus tales audire lituras.
Nazaredolus Balearis Rector & auctor
Regni mille ſuo felicia dona Buthali,
Atque Dianenſi populo non parva ſalutis
Gaudia, velle meo vos quondam promeruiſſem,
Ut quorum tuto ſolatia veſtra rogarem
Sed tamen illa modo vobis ſolatia poſce,
Quæ nulla regi cognoſco jure neganda.
Adverſarut eum cunctus communiter hoſtes,
Qui Machamaticum celebradum numen adorant.
Has leges, moreſque vetant retinere paternos;
Obſervare monent ſtat contra dogmata quicquid,
Et vitanda docent noſtri præcepta Raſulla,
Captivoſque petunt quos latus pontus ab uſque
Oceano ſervire meæ Baleæque paravit
Cuncta petunt etiam rerum diſcrimine nullo
Captivis habitis, etenim ſine conditione
Poſcunt, ut regni nulla mihi parte relicta
Vita contentis, regiones ſolus & urbes,
Quos placet, ingrediar vernis, ſociiſque relictis.
Vos modo per noſtras dantem Machamata leges,
Perque meum vos oro bonum, dandumque datumq;
Chriſticolis Baleæ populandum credite nunquam
Conſpicuum regimen, quod veſtro pollet honori,
Nam veſtras replent ejus bona plurima terras.
At ſi non vultis noſtras audire querelas,
Nec veſtræ mentes ſola pietate moventur,
En trado vobis, Baleæ defendite Regnum.
Ne ſubeant hoſtes veſtræ præcordia terræ
Straverunt Ebuſum, Baleæ ſpectante quid inſtet,
Per menſes binos jam cuncta pericula paſſa
Belligeros ſtra vere viros ad prælia fortes.
Qui ſuperare queant rari mihi nempe ſuperſunt,
Vires atque viros cupio per bella potentes.
En renuo muros, quos ſtravit plurimus hoſtis.
Pugnacis Baleæ turres reparantur, & arces,
Confractas reparat turres ſæviſſimus hoſtis,
Niſibus & ſummis alias adjungere certat,
Admoneant Regem, cujus vos nempe ſub ala,
Tutos non dubito pacis gaudere quiete,
Quas invitus ago per me deferte querelas,
Suſcipiat Baleæ non temnendos famulatus,
Atque tributa precor, per eum retinere coronam,
Et regimen cupio noſtrum Machamata teſtem,
Et data jura voco, quæ nos retinemus ab illo,
Vel juramentis, quæ certius addere poſſum,
Legatis faciam venientibus omnia veſtris,
Vos modo detis opem Baleæ veſtræ regioni,
Ut qui cogit eam citius ſolvetur ab hoſte.
Cognita ſunt poſtquam, quæ narrat epiſtola Regis
Legatos Regi mittuntur ſcripta Buthalis.
Rectori Baleæ, populiſque tuentibus ipſam,
Sub duce tuta ſua generoſa Diana ſalutem.
Qui Latii veſtras invaſerunt regiones,
Nos gravat, & certe communia damna putamus,
A Si Baleare bonum noſtro tollatur honori.
Quod vos forte volunt diminuere jura paterna,
Iu vitis nobis numquam ſcimus faciendum.
Chriſticolæ ſemper ſunt contra dogmata noſtra,
Nos propriæ legi ſi poſſent ſubdere vellent,
Et ſervire ſuis optarent cuncta tributis,
Gentiles populos ſibi ſubdere quippe laborant,
Nos, & voſque ſimul parili diſcrimine ſervos,
Quorum quis dubitet, ſi vos violentia vincat,
Nos habeamus opes, nos defendamus honores,
Et regimen Baleæ, qui miſimus omnia Maroch
Scripta ferenda probo domino noſtro Moabitæ;
Quæ tranſmiſiſtis, qui motus quippe ſuorum
Dilectis precibus comitarum mittet equeſtrem,
Quam citius nobis claſſemque viroſque paramus,
Ut ſiſtamus eos tutos in litore veſtro.
Signaque cum venient factus ſpectabitis ignes
Montibus in veſtris, veſtros attendite montes.
Cymba redit Baleam, verum putat eſſe tyrannus,
Quicquid charta refert, & multum ſperat in illis,
B Promiſſis hominum, quæ mortua tergora narrat.
Cymbala pulſantur, & tympana, quæque per urbem,
Nec tuba, nec lituus devotis ceſſat ab iſtis,
Lætitiæ etenim Baleæ ſunt talia ludus.
Comperit interea, cur gaudia duceret iſta
Barbaricus populus, magnus Catalanicus heros,
Et vocat in cœtum proceres, cunctaſque cohortes,
Ac verbis terret ſi terreri potuiſſent,
Quando Moabitas ex ſummo robore dicit,
In patuloque docet fugientes ducere bellum,
Nec fore paſcendos niſi conducantur in arctum,
Moreque Parthorum fugiendo ferire ſequentem,
Cum ſolo ſolum gladio contendere dixit,
Atque graves faciunt ictus. ſi ſuppetit enſis,
Qui non novit eos, poterit ſatis ergo timere,
At nos qui variis bellis cognovimus illos,
Si venient, auctore Deo, tute repetemus.
Sic comes. Aſt Ebarum currentes mittere naves
Viginti partes communiter accelerabant,
Ac ſex ex illis, quæ præceſſere per altum,
C Tranſivere fretum curſu propero venientes.
Quo ſupereſt pelago de duris inſula ſanis,
Præbuerat portus urbs deſolata Buthali,
Qui tenet auditu Latias veniſſe carinas,
Et cepiſſe duas ratium, quas duxerat ipſe,
Pectore ſed dubio tandem meliora revolvens,
Cogitat Alphæos, quam tutos ire, nec unquam
Adventum ſentire ſuum, ſparſoſque per arvum,
Tendere pro præda, tutave manere quieta.
Vera revolventem, nec inanis opinio fallit,
Ergo decem ratibus reliquis conſiſtere juſſis,
Hic ubi portus erat tutus vicinior urbi,
Remige quam celeri falſos invadare fluctus
Præcipit, ac portus, adituſque requirit, & ambit,
Anticipatque ſinus Latios ubi noverat eſſe.
A ſomno ſurgunt iſti pugnare parantes,
Marlianus habens triginta ſcilicet ex his,
Quos ſecum duxit, feſtinius ire parabat,
Et pugnaturum fugiturum ſeque putabat,
Cumque decem ratibus robur juvenile per undas
D Pugnam committit, ſed vulnere Marinianus
Afficitur, dare vela parant, fugiſſe valeret,
Impedit hunc velum, quod tunc abeundo tetendit.
At Mauri ſuper hunc properos fecere tumultus,
Et cepere virum pariter ſociuſque ratemque,
Debilitando prius variis vulneribus omnes,
Treſque rates alias paucorum nomine tutas
Devictas tandem ſecum duxere per undas.
Plures qui fuerant loca per longinqua remotæ,
Ad caſtrum veniunt, quod Rex Norguenius olim
Tradiderat flammis, cum centum Hiſpana carinis
Æquora ſulcabat, ſpolioque ex hoſtibus acto,
Jeruſalem victor ſanctas properabat ad arces.
Iſtad Piſani retinent villas repetentes,
Carneque viventes, ſiliquis, & agreſtibus herbis,
Radicibus plures etiam modiciſque ſteterunt
Impenſis, in eo diſcrimina plura ferentes
Sæpeque perpingues bis eſca fuiſtis aſelli,
Hoſque Saraceni pugnantes crebro petebant.

Caſtrum tutamen Latiis erat, hoſpitiumque.
Interea geminæ de ſex rediere carinæ,
Amiſſis reliquis, prædamque ratemque reducunt,
Quam Baleæ rector fertur miſiſſe Dianam.
Sarcina cartarum, quam vir tellure levare
Vix poſſet, patribus data, legatique fuerunt.
Inter quos pariles ſcripturæ competiuntur.
Nazaredolus retinens ſua ſigna ſiniſtris
Auſpiciis, caro per cuncta valere Buthali,
Scripta ſibi, populoque ſuo tranſmiſſa recepta
Non dubito legique ſuas cupiendo figuras,
Quando rates poterant fluctus ſulcare ſecundos,
Te mea prompta fides credebat fluctibus uti;
Nec de te mea ſpes mentem bene nota feſellit.
Cœptum ſtabat iter, nobis dabat inſula portus,
Quæ prior eſt per me ſubitæ ſubjecta ruinæ,
Gratulor audito veſtro ſuper hoſte triumpho,
Acta foret tamquam propria victoria dextra.
Non tamen inde mea pleniſſima gaudia menti
Sunt, etenim veſtros narrat mihi fama receſſus
Sæpius, & ſublimi de ſtrue cernere flammas
Promiſſas cupio, ſed eas ſpectare volenti
Si fierent prohibent mihi cum caligine nubes,
Illis iratus, citius diſcedite dico.
Non valeo per vos mea grandia vota videre.
Diſcedunt, totoque patet cum monte cacumen.
Proſpicio, nuſquam dictus viget ignis in illo.
Ignis at ille meus qui tot tot noctibus ardet
In ſublime ſua dat grandia lumina flamma.
Credere non poſſum veſtras remanere catinas
Quin veniant, dabit hora locum, quo nempe venire
Intrepidus poteris Baleæ ſolatia præſtans.
Si qua mei tibi cura ſubit dilecte, fidelis
Non regimen portuſque meos, nec munera ſperne.
Hoc propter ridens mihi quatenus hoſte fugato
Et victo pariter, mecum communia regna
Et commune bonum poſſis conſtanter habere.
His etiam lectis quam plurima ſcripta leguntur
Quæque neci miſſos, & eorum nomina narrant.
Deſignat etiam quibus ictibus occubuerunt
Et languore, fame gentem, gladioque coactam
Velocis citius paſſuram damna ruinæ.
Interea reliquæ ſervantes æquora naves
Contempto patrum juſſu prædamque ſequutæ
Vicinas ponto villas, & caſtra peterrant.
His vectus Mauris ſparſos per rura ſequentes
Gaudebant cunei propero cohibere tumultu,
Et victos pariter præſtante vigore negare.
His inerat Salomon flava de gente creatus
Cum ratibus geminis Piſanis aſſociatus
Viribus, & membris ingens, ſpecieque decorus.
Hic intra quædam validi campeſtria caſtri
Collectis ſpoliis navem propetando petebat.
Multus eques, multuſque pedes contendit in ipſum,
Inque reſiſtentem collatis viribus ivit.
Hunc paganorum ſtraverunt agmina poſtquam
A ſociis homini caput abſcidere relicto
Vexillumque ſibi vitam pariterque tulerunt.
Hæc nova facta volant, dum multas omnia terrent,
Appropiantque dies adventus Omnipotentis
Invictique Dei de Virgine, quando parentes
Chriſtus noſtra ſalus carnem naſcendo recepit.
Languor in Urbe gravis Baleari cara, fameſque
Barbaricum populum non leviter attenuarant,
Hinc præter carnes hyemanti cara fuerunt
Omnia militiæ, nec vino carius ullum.
Inſula vaſtatur Baleæ, Rex fœdera poſcit.
Fama refert comites Regi de pace loquutos
Venales factos, privataque dona rogare,
Et propter reditum Baleæ naves habituros
Cum quibus ad patrios portus remeare valerent,
Si modo Piſani jungi ſibi fœdere nollent.
Alphæis igitur Ducibus, quaſi religionis
Sermones faciunt, fraternas affore curas
Pectoribus referunt capri vos eſſe petendos
Obſidibus ſumptis citiuſque rogant redeundum
Et cunctis coram ſunt talia verba loquuti.
Quod petimus, rex omne facit, vos laudis honorum
Quæritis & bellum tantum pro laude movetis
A Seu pro divitiis vos, & Majorica veſtros
Sat parvi pendit tantos illæſa labores,
Creditis & cleris, qui vos pugnare jubentes
Agmina conſpiciunt tot jam fluctantia campo.
Bella videre volunt, gaudent de ſanguine noſtro,
Quorum doctrinam, monitus, & juſſa refutent;
Hi qui victores cupiunt ex marte reverti.
Hos igitur nullus jubeat pugnare ſacerdos.
Quam cædat mucro neſcit quam lancea pugant.
Incipiat, faciat, qui diligit iſta jubere.
Dicta quidem a factis multum diſtere videtur.
Nos qui ſentimus crebroſque rependimus ictus,
Arbitrio pugnare decet, non juſſibus horum.
Contra juſtitiam juſte committere pugnam
Nemo poteſt juſti, juſtam cognoſcite cauſam.
Sunt pro captivis qui ſe veniſſe fatentur,
Sed pro mundano nimis altercantur honore.
Captivis habitis aliud linquatur, & ultra
Nec laus orbis, honor, nec inanis pompa, petantur
Sex vexilia ſuper pateant communia turres.
B His habitis majora quidem quicumque requirit
Aſpicit haud recto Balearica mœnia viſu.
Adde Moabitas quos expectare feruntur,
Qui quantum gladiis, & quantum cuſpide poſſunt
Quippe viri Martis, docuit vos bellicus uſus.
Si veniant ergo prædam de rure feretis.
Felices ſane nimium ſi caſtra tenere
Vos quoque tutari prompte valeatis ab ipſis.
Spes prædæ nec erit, gens qua lege valebit
Vivere, vitalis quando tibi decidet uſus
Indubitanter equis, nobiſque cibaria deſunt.
Nec tam prolixa magis eſt ambage morandum.
Dicite quapropter ſi regia fœdera vultis,
Et facitis patrias una tendamus ad ædes,
Sive refutatis vos, incunctanter abimus.
His reſpondentes occurrunt Henricus, & Azo.
Quiſquis ad has partes aliud fortaſſe requirat,
Nos pro captivis ad eas veniſſe fatemur,
Non ob eos tantum quos detinet inſula captos,
Aſt ob eos etiam quos deſenſum fuiſſe.
C Extirpare malum, domino faciente, putamus.
Nec volumus poſt nos tãtum remanere barathrum.
Non quia Piſani plures teneantur ab ejus
Peſtiferis vinclis plures de nomine veſtro,
Perpetuis pœnis hoſtilis turba trucidat.
Nobis veſtra fides, ſocialia fœdera ſpondens
Sub juramento ſeſe conjunxit, & ultra
Quam jura juſtis nos obſecrare nequimus.
Non tenor hoc faciet jus jurandum revocati,
Velleque pro noſtra nos non revocabimus unquam.
Facta ſemel juſte, ſtat turpe reſolvere ſæpe.
Paremus clericis, quia venit ab ordine ſacro
Juſſio pugnandi, nam juſſit prælia Papa
Sedis Apoſtolicæ, cujus præcepta ſequuti
Tantum propoſitum nuſquam mutare valemus.
Ni diſcedatis non fecimus, haud faciemus.
Hic neque diſceſſus vobis videatur honeſtus
Si deſunt veſtes, deſuntque cibaria vobis,
Vobis, & veſtris quod convenit omne paramus.
Auditis comitis his verbis conticuerunt
D A patribus ſumptus qui largo ſæpe petentes
In proprios uſus communia quæque trahebant.
Gothorum procerum poſtquam ſiluere furores
A pelago redeunt cuſtodia publica protæ
Allatis ſcriptis Baleam, quæ cymba ferebat.
Inter quæ fuerat memorati charta Buthalis.
Impenſas multas ab amico nomine factas
Commemorando refert, curet perſolvere quicquid
Pro ſe largiri rex obſecraret amicum.
Subſidium reliquum ſi quod jubet ille parari
Immenſos ſumptus feſtinus mittere curet,
Venturum ſeſe mature præmonet ante
Quam geminare queat binaria cornua luna.
At Piſana manus ſolitas non deſerit artes,
Quæ ſibi proficiant feſtinans ædificare.
Providus obſeſſam Narolus legatus in urbem
Progeditur regi parili ſermone loquutus.
Juſſio Piſanum, rex, nullis territa factis
Ad te me juſſit concordi voce venire.

Huc miſſus Patribus ſociiſque faventibus adſum,
Inque meo ſenſu poſnerunt publica facta.
Proſpice quod docti debent ad cuncta videre
Et tegimen retinere tuum cum pace labora,
Non quia Piſani multum tua fœdera curent,
Aut ſine perfectis Baleæ remeare triumphis
Optent, iſta tuæ ſunt conſtantiſſima mentI
Verba nec obtuſo memorabis ſingula ſenſu.
Quicquid dicò notans, tibi jam perpende quid luſtet,
Es ſapiens habitus, proprio ſic conſule regno
Ut valeas ſalvos tibi conſervare fideles.
D.xerat, & regis recipit mitiſſima verba,
Theſauros cunctos, ſpolium promittit & urbis,
Velleque pro fancto Petro ſe regna tenere,
Et pto Piſanis patulo ſermone fatetur.
Hincque cito ſeſe ſpondet reſponſa daturum.
Inde redit Narolus, Piſanæ verba cohortes
Accipiunt, & amant pacem laudantque, volunrque.
Obſidibus poſt hæc quæſitis pacta ſecundum
Nobilium naris mutavit verba tyrannus.
Nam legis non eſſe ſuæ præbere tributa
Chriſticolis dixit, vel ab his regimen retinere.
Firmat & hæc veterum conſuita fuiſſe ſuorum
Albitione fati veterem mirarus amorem
Abſque ſui culpa, vitioque ſuiſſe remotum
A ſe ſcire virum cupideque videre precatur.
Hic regem quæſitus adit, ſecumque nepotem
Ducit, & alterno regi convinctas amore
Admonet ut populi Piſani compleat omnem
Ipſe voluntatem, rea ſpondet nec ſine fraude.
Interea Piſana ſuper pia lumina flectens
Aſtripotens rectnr reſpexit ab æthere caſtra,
Et quæ languerunt, mox convaluere cohortes.
Sed requies eſt nulla viris, in luce labores,
Nocte repentino ferventia caſtra tumultu
Crebrò ſollicitant ſtridentes Iſmaelitæ,
Camque die quædam nonæ ſuccederet horæ
Oceanique maris peteret confinia Titan,
Stat vice qui comit um campum petit incitus Ugo
Cui Tempexedes, comites ſunt atque Recuccus.
Inter condenſos cuneos memorabilis heros
Signiferum petiit jaculi penetrabile ferrum
Pectore ſubnixum fixit tellure ruentem.
Hinc Libycus quidam ruit ictu ſtractus ab ejus
Feirum gleba tenet prætentaque frangitur haſta.
At pedes heroëm Maurus jaculando requirit
Atque frementia equi transfigit viſcera ferro.
Iratus jugulare parat Mavortius Ugo
Barbaricum juvenem, medios quoq. currit in hoſtes.
Debilitatus equus tenera cum conſedit herba
inſremit, & Mautos ardenti lumine ſpectans
Pugnat, & enſe ferit, ſe circumquaque petentes
Multorumque ſimul conflictus eacipit unus,
Cui dum ſubveniunt Perlaſius, Ugo, Dodoque
Dat properanter equum bene promptus arma
Recuccus.
Juſſa Patres renovant, hoc non prædantibus addunt
Ut non deſiſtant regionis recta cremare
Et jugulare viros, ſi quos reperire valerent,
Ac ſolidos ſpondent equitis de vertice quinque
Pro jugulo peditis binos dare conſtituentes.
Sic Baleæ regnum gladius populatur, & ignis;
Inde viris nummi veniunt Baleæque ruina
Piſanos equites cunctos jugulare ſimulque
Conſtitit in totis circumdare noctibus agmen
Treſque cruces noctis quibus alternare labores
Continuos poſſent, & ſe recreare quiete
Sub tribus egregie generoſis diſtribuerunt
Ergo crucis primæ curam Gualandus habebat
Gualando genitus, fuit Ildebrande ſecundæ
Tradita cura tibi Otti pulcherrima proles,
Præſidet extremæ Leo clara propago Leonis.
Hi loricati ſociis comitantibus ibant
Murales aditus crebro terrore petentes,
Inque die caſtella ſuper facienda murari
Ligna trahi crates fieri properando jubebant.
Dua Catalanenſis cui plurimus adfuit aſtus
Ad loca ſive vias per quas iter eſſet ad urbem
intentus ſpoliis multo cum milite ſtabat,
A inque Saracenos præda juguliſque potitus
Lethales ſtuduit crebro conferre ruinas.
Hoc, & idem ſtudium præ cunctis Balcius heros
Militiæ ducibus clarus bellator agebat,
Qui ſi quem prompto poterat ſuperare vigore
Decapitabat eum, nec ei parcebat ob aurum.
Per ſolitos mores gelido mediante decembri
Frigora multa dabant venti, canæque pruinæ,
Albebant Baleæ nivibus tum grandine montes.
Arctabant Mauros curæ de frigore natæ,
Nempe notabantur cum cantibus edere fletus,
Quos proferre ſolent vigiles ſuper ardua curæ
Mœnia. Piſani frigus gelidaſque pruinas
Et gentes aliæ lætanti corde ferebant.
Viribus at multis memorantes ſingula patres
Colloquiis crebris bellum properare jubebant,
Armataſque rates Ebuſi miſere relictis,
Cœperuntque leves pelagus ſulcare carinæ.
Sed prius a Balea puppis non magna receſſit
Quæ veniens Ebuſum fines poſcebat Iberos.
B In rate jam dicta fuerat clariſſima quædam
In patriam rediens cum parvo fœmina nato.
Sulcantem pelagus caſtris vidiſſe morati
Et latuere prius ne conſpicerentur ab ullo,
Mox que ſinus adiit caſtello ptora propinquos
Ac prodire viri feſtinavere carina.
Dum loca ſcrutantes æquatis greſſibus irent
Exitiens Piſana phalanx promptiſſima Mauros
Primitus obſtantes jaculis gladiiſque necavit,
Sed ſervatur ab his cum nato fœmina parvo,
Intrantes igitur navem ſulcare parabant
Pontum cum totis aptabant carbaſa remis.
Cum ſubito videre duas freta ſcindere puppes
Neque cito curſu remis, & fluctibus uſæ
Littora contigerat vicino proxima caſtro.
Interea Petrum Rex advocar, ille vocatus
Feſtinanrer adit Regem, placideque ſalutat,
Aſtutoque viro cautis ſermonibus inquit.
Ut bene cognovi rectot cariſſime verum,
Sub primis verbis, conjungent fœdera tecum
C Piſæ, te memorem verborum credo priorum,
Cum quibus acceleres firmam conjungere pacem,
Dum potes, & citius facias, quodcunque requirant.
Sum quia Piſanus, nec ob hoc mihi credere ſperne,
Conſiliiſque meis ſi tu modo credere vitas,
Adveniet tempus, quo Rex mihi credere velles,
Et dictis parere meis ſi poſſe daretur.
At Petro Baleæ reſpondit talia rector,
Petre volunt omnes theſauros tollere nobis,
Nec quicquam penitus veſtri dimittere cives,
Divitiis pauci noſtra ditantur in urbe.
Aes tam grande dari, non eſt etiam leve paucis
Ultra poſſe meum dare me quid veſtra requirunt
Agmina, quod poſſum largiri quærere curent.
Captivatorum, ſi reddo, ſufficit, agmen,
Et cum perpetuo linquant mea fœdere regna,
Unde viri veſtri ſi non flectantur ad iſta,
Inter nos, & eos fiet pro velle Tonantis.
Sic ait, auditis iſtis diſceſſit uterque,
Cumque dies fluerent, feſtinavere paratus,
D Heroes Latii cogendo viriliter hoſtem,
Hi villas, & rura petunt, pars obſidet urbem,
Cædibus, & flammis regnum vaſtantur ubique,
Tunc Arelatenſis luſtrans loca ſingula rector,
Caſtra refutabat facta ſine ſtrage videre,
Nempe Saracenos truncos ſine vertice plures,
Aſſiduus fecit, cujus ſine ſanguine ſuo,
Non rediit mucro, nec acutæ cuſpidis haſta,
Et ſic Tartarei Regni per inania nigri
Compulit ire via multos inferna petentes,
Cerberus obſtupuit tenebroſæ portitor aulæ,
Latratuſque dedit ſimul atraque regna tenentem,
Reddidit umbrarum pavidum vox garrula Regem,
Ille ſuo famulo cur latras Cerbere dixit,
Jam jam pande quid eſt, cur ſic mea jura reſolvis
Peſtifero clamore tuo torvoque latratu,
Infelix cunctos vocem, ſonitumque repone,
Vel dicas citius, quæ gens mea regna ſubintrat,
Quis populos tantos tenebras ſine luce petentes

Sic

Digitized by Google

Sic ſperare facit, pandas quoque Cerbere cauſam.
Ille ſuo Regi triplici ſic ore locutus.
O tenebroſe Pater, Piſanæ robora gentis
Bella tuæ Baleæ feciſſe feruntur in ora,
Si pars exiſtis Regni Majorica noſtri,
Roma quidem monuit, dimiſit Papa reatus,
Pro captivatis populo certare volenti,
Plurima damna facit: nos hæc tolerare poteſtas;
Tartara nulla timent monitis ejus morientes.
At noſtros Piſana cohors, & Balcius heros,
Tartareis Regnis, & opus tranſmiſit eorum.
Nunc veniunt multi, plures mihi crede futuros,
Cum Latiæ turmæ gladiis populantibus urbem
Intrabunt noſtram, tu mox fabricare catenas,
Me ſuadente jube, meruit tua turba ligari,
Ne fugiat pœnas quas jam meruiſſe putatur,
Quæ Baleæ Regem late veniendo ſequetur,
Secum quippe tuis feret agmina plurima Regnis.
Dixit, & infremuit furioſus rector Averni,
Terruit & Manes querulo clamore tyrannus,
Exululant animæ miſera de carne ſolutæ,
Voce frementе Ducis mox vallis ad ima recurrunt.
Occupat hinc languor Regem faciente timore,
Ille dolere caput queritur, pectuſque teneri.
Hinc thalamos intrare parans, minuiſſe cruorem
Dicitur, & poſt hæc paucis vixiſſe diebus.
Ante tamen Burabæ regimen ceſſiſſe putatur,
Illeque tunc patris perfundens balſama corpus,
Condidit, & flevit multum poſuiſſe ſepulchro.
Cerberus hunc, poſtquam diſceſſit ad atra gehennę,
Perque tenebroſam duxit Machamatus urbem,
Stipitibus petitur, concurrunt undique Manes.
Ad me ſorte meum conclamat feſſor Averni,
Æacus adſtiterat dextra, læva Rhadamanthus,
Et medias inter dixerunt talia flammas.
In toto genitor cum non eſt agmine compar
Ante duos Baleæ Rex eſt acerrime vultus,
Qui fecit plures homines occumbere ferro,
Compulit & multos Chriſti dimittere legem,
Et quoniam nobis ſocios portavit amores,
Da ſibi flammifera conſiſtere ſemper in aula,
Condignaſque ſuis meritis mox exhibe pœnas,
Hujus æternis de flammis affore gentem
Perpetuaſque jube ſocios portare catenas.
Turba ferum Baleæ Regem convicta querelas,
Præbuit ad varios ſubito diſtracta dolores.
Ille tridente ſuo ferventea conciat ignes,
Exuſtumque facit tectum penetrare favillas
Aeque venenoſa facieos convivia carne.
Vos fiduſque meus mecum diſcumbite, dixit.
Paruerat juſſis, veniunt ad prandia Manes,
Ipſorum pedibus lapides præbentur aduſti,
Exurens penitus conſumit flamma ſedentes.
Primi ferventes guſtus venere colubri,
Igneą qui vivi guſtantum viſcera torquent.
Arida convivis ſitis eſt, ſanguiſque Draconum,
Felle niger multo tribuit potantibus hauſtum.
Has epulas buffo primis ſectatur aduſtus,
Innumeruſque fuit, lernæa venena ſimulque
Perfuſum ſupra fortem tribuere liquorem.
Pocula ſuccedunt variis immixta venenis.
Guſtantum poſtquam ferventia viſcera torquent,
Spirituum rector nigrorum taliter inquit.
O mea turba meis Balearem diſcite Regem
Sedibus, & quoniam cunctorum viſcera fervent,
Una Tantaleas vobiſcum tendat ad undas.
Sed veſtrum ſuper hoc prius exigo cernere ludum.
Ut lapidem Baleæ mutum conſiſtere Regem
Conſpiceres, tuleratque ſuos oblivio ſenſus.
Obſtupuit, quoniam rapiunt terror ſibi mentem;
Convivæ tandem poſt talia juſſa tyranni,
Exiliunt, raptumque trahunt per mœnia Regem.
Tartara dilaniant, undis glacialibus addunt,
Exuſtum torrem, ſitis eſt algore ſoluta.
Mittitur in flammas, dolor eſt, algorque calorque.
In quibus amoto ſenſerunt viſcera poſtquam
Peſtiferam ſiccata ſitim, properavit ad amnem,
Sed nequit accenſos ob aquam removere calores.
Nam latices poſtquam voluit contingere labris,

A Adſtantem fugiunt umbram, tunc margine ripæ,
Ut lapis immotus prorſus ſtupefactus adhæret,
Deglutit miſerum variarum forma ferarum,
Sicque ferum Regem tenebroſus diſſipat Orcus.

Explicit liber ſeptimus. Incipit liber octavus.

IN ſolio Regni Burabe poſt iſta levatus,
Non permanſuros citius conſcendit honores,
Uſus enim Regni fuit haud ſibi tempore longo.
Cui Piſanorum captivos turba requirens,
A Duce crudeli non congrua verba recepit.
Jam natalis erat quo Chriſtus Virgine natus,
Obſcurum mundum divina luce replevit,
Dumque pii feſti ſummi celebrantur honores,
Luxque pio populo poſtquam bis quarta refulſit,
Maimonem, ſocioſque datos novus ire Dianam
Rex juſſit, fluctus intravit prora marinos.
Piſani videre ratem citius properantem.
B Tunc feſtinanter puppes intrare parantes,
Sumptibus auxerunt præbentes ſingula patres,
Et dum forte viris alimenta darentur, & arma,
Malmo pergit iter, ſed qua trahit impetus illum,
Non ſervando vias illuc ſua vela relaxat.
Spes erat hunc cito poſſe capi, ſi ſigna viderent,
Qualiacunque ratis, ſed ventus carbaſa perflans,
Luminibus puppem citius ſubſtraxit eorum.
Maimo viam fecit, Latii rediere volentes,
In Baleæ Regnum ſtudioſas ponere curas,
Et dum nituntur cœptos ſuperare labores,
Alterutro referunt multi ſi viribus, aut ſi
Ingeniis nequeant ex hoſte tenere triumphum,
Ad proprias remeare domos, ultraque morari,
Seſe poſſe negant pro morbo ſive calore,
Extinctos memorant (heù) ægritudine plures,
Seu gladio ſocios paucos quoque vivere dicunt,
Pru Balea pariter deſtructas affore Piſas,
Urbe ſatis ſtultum, ſine re, ſine mente videri.
Ergo rates omnes celeri reparare laborant
C Auxilio, captos nec deſeruere paratus.
Interea belli Catalanicus æſtuat heros
Pro ſtudio, magnaque ducem comitante caterva,
Qua locus inſidiis eſt, valle reponitur una.
Sol fuerat, prima radiarant omnia luce
Sarcula, porta patet, de mœnibus egredientes
Per loca tuta meant ſolito geſtamine Mauri.
At comes in ſævos audacter proſilit hoſtes,
Urbanam juxta committens prælia portam,
Quæ portum ſpectat, qui Pineus eſt vocitatus.
Utque Moabitam viridi proſtravit in herba,
Haſta viri dextrum de muris acta lacertum
Tranſiit, exultant Mauri lethale putantes
Hoc comiti vulnus, poſt hæc properando per urbem
Nomina falſa ferunt, comitis de funere ficta.
Hinc reliquæ gaudent ſervantes mœnia turmæ,
Extinctumque canunt comitem, jugulare minantur
Alphæos, ſeu perpetuis macerare catenis,
Ac pœnis variis alto clamore fatentur.
Haud ſecus Alphæos factos ſine principe clamant,
D Suadentes etiam ipſis ſi vivere curent,
Ut properent ad eos ſub deditione venire.
Piſani contra, convicia veſtra minæque
Nos ſub Rege poli non cogunt ulla timere;
Venimus a patria ſummo ſub principe Chriſto.
Crucis ob auxilium Baleæ ſuperabimus urbem,
Qui ſervos Sathanæ gravibus vincire catenis,
Et gladiis noſtris penitus dabit ipſe necandos,
Illæſumque, canes, Comitem ſcitote Pyrenum,
Et veſtræ vicina ſatis fore tempora cladis.
Poſt hæc contendunt ad mœnia ducere turres,
Gens diviſa locis, patres, diviſaque bella,
Mox ſolidæ terræ foſſas velociter æquant
Ligna, lapis, vegetes glebæ, projectaque moles
In muris Mauri, nec progrediuntur ab urbe.
Hinc vigor Alphæus turres ad mœnia ducit,
Aſſiſtunt acies, perfringunt agmina muros.
Interea Piſis matronæ, ſive puellæ,
Deponunt cultus, ac templis ſemper adhærent,

Vota

Vota parant, & thura ferunt celeberrima ſanctis,
Sæpeque nudatis pedibus ſacra templa petentes,
Profundunt lacrymas, duræ dant oſcula terræ,
Pro charis orant plenum pietate Tonantem,
Victoreſque petunt, ſanoſque videre maritos.
Volſcorum meriti Præſul Rogerius alti,
Laurigeras Piſas comites ſpoliare volentes,
Territat, atque minas cohibet, prohibetque rapinam.
Per Latium totum jejunia ſancta, preceſque
Papa jubet fieri, movet hinc & epiſtola Gallos.
Annuit oranti divina potentia turbæ,
Et flentum gemitum divinas commovet aures,
Quadragena dies ſeclis celebranda, quibuſque
Virginis a partu populis feſtiva redibat,
Qua pia cum nato Virgo ſacra templa petivit,
Infantemque pium Simeon geſtavit in ulnis,
Non fuerat celebris feſtivæ proxima luci,
Accendunt Latii civilia robora flammis
Noctu, de caſtriſque cremant velociter unum,
Inventa nuper Danais prudentibus arte,
Quæ miranda viros ceu nuſquam juſſa latebat.
Inde volant turres paſſim, facileſque favillæ,
Acta per alterius caſtri ſcintilla ſubintrat.
Crates, quod flammis creſcentibus ocyus ardet,
Et candela velut ſiccis bene proxima lignis,
Siccam materiem tenues convertit in ignes,
Et ceu paulatim grandis cito candet acervus.
Sic caſtrum reliquum ſubito candere videres,
Virgine cum ſanctis natum genetrice regente,
Cui propria ſolus replet omnia ſecula luce.
Nox ea lætitia repletur, luce ſecuta,
Præveniunt populos non parvula gaudia ſanctos.
Annua dum redeunt Agathes ſolemnia ſanctæ,
De ſub caſtello, quod porta marina peregit,
Per triplices aditus Piſanum robur in urbem
Pugnacis Baleæ robuſtis viribus intrat.
At Latii cunei ſubierunt mœnia rari,
Plurimus intus eques dextra lævaque potenti,
Subvenit auxilio trepidanti protinus alæ,
Perque ſatis latas agmen Latiale plateas,
Inſequitur. Cecidere duo de gente Latina,
Perſiſtunt aditu reliqui, tolerantque ruinas,
Quos jacti lapides, tranmiſſaſque tela reportant.
Poſt ubi teloram denſi ſuperant jaculatus,
Nec locus eſt gladiis fugiunt velociter extra.
Impoſitum foveæ ſuccedit barbara pontem
Flamma, ſed Alphæi pavidi ſucceſſibus inſtant,
Et nituntur aquis extinguere cominus ignem.
Ad primos aditus, in quos Provincia bella
Miſit, inire parant rigidæ certamina pugnæ,
Contemnuntque ſibi ſocios præferre Latinos.
Hos brevibus tectos clypeis Balearica turba
Aſpicit, innumeriſque caput, ſeu crura ſagittis,
Figit, & è tota propellitur turpiter urbe.
Presbyter Henricus plebanus luce ſub iſta
Lætitiæ didicit præſagia cuncta futuræ.
Talis facta viro vox auribus accipe, dixit,
Aſtra volunt hodie Piſanos urbe repelli,
Cras veſpertinis horis intrabit in urbem
Plurima paſſa manus, vincens pro velle Tonantis.
Hoc, & idem Naroli defuncti ſpiritus inquit
Fratri, ne timeas venient ad prælia ſancti,
Innumerique aderunt ſubeuntes mœnia tecum,
Telaque non poterunt tibi me comitante vibrare.
Urbem poſſe capi jam deſperaverat agmen.
Per tres ergo vices committere prælia mane
Patres atque duces communi voce jubebant
Nec clarum prorſus, nec erat ſine turbine tempus,
Cum peditum cunei pugnam dubitanter adirent
Moliti decies aditus intrare patentes
Ejecti vicibus totidem muriſque repulſi.
Prætereunte die committere prælia ſeptem
Qui turrem Baleæ nuper captam retinebant,
Ceperunt; adita turris fuit inſita primo
Dura recompenſans Bruno qua facta ſacrorum
Innixos ſcopulos muro proceſſerat, & dum
Jam luteum tentabat opus ſubvertere, Maura
Turba petiit, propero quoque tela volatu
Miſſa reſiſtentes clypeum fixere tenacem

A Iſtius, & robur dum Maurus cerneret ingens
Protinus aggrediens robuſta cuſpide fixit
Septemplex tegmen, ſed telo protinus ejus
Durius affixus de muris concidit altis,
Corruit, Ugonis gladio percuſſus, & alter.
Maurorum cunei ſuper ardua robora muri
Plenius accedunt, ſeptem ſuperare putantes
Et de præſenti ſuperatos tollere vita.
Deſuper adveniens divinus ſpiritus illic
Accendit ſocios, quorum vox trina ſonantem
Factorem rerum Dominum confiſa rogavit.
Hi gravibus clypeis texerunt corpora poſtquam,
Obſtantes poſcunt rigidis mucronibus hoſtes,
Et faciunt plures collatis viribus ictus,
Et multo plures ſævo ſibi dantur ab hoſte.
Tum Deus Alphæis largitus proſperitatem
Succeſſus pandit lætos optataque vota
Barbaricæ gentis mutans cum caſibus omen,
Voceque terribili Mauros, gladioque popoſcit
Parvula turba feros cœleſti facta vigore.
B Bruno Petanſei caput ingens enſe reſolvit,
Excepitque feri Beroentis pectore telum,
Petrus in Eugubium jaculo fudit, Ugo Tebaldi
Filius Alphænæ caput enſe rotundat acuto.
Proterit Arphiponem Pathus Ildeprandia proles
Inde quod Herricus jaculum jacit inguina Lubæ
Perſodit, Uguiccio Germanus ſcilicet hujus
Marutia gladio, pedibus proſtravit ademptis
Machion Uguiccio non ficta propago Verardi.
Et velut armentum tygres, ſævæque Leænæ
Poſcunt, quando fames ipſas acerrima cogit,
Peſtiferoque boum conſcindunt viſcera dente,
Tundentes jaculis ſimul, & mucronibus ipſos
Barbara turba fugit, Latii clamore levato
Per patulos aditus ſocios intrare precantur.
Præveniunt omnes alios Sicheria proles
Raynerius ſocios, & Tepertejus heros
Una Guiſcardi comites, & Grunnius ipſis
Extiterant prope, qui barbara terga ſequuti
Cedentem turbam jaculis feriendo trucidant.
C Introitum donec fugientibus edit alumnis
Robuſtas pandens vetus Elmodenia valvas.
Ac de parte maris pugnax Eufraxius Urbem
Intrat cum nato, ſtat Maura caterva platea,
Inque viros properata ruit ſtridentibus armis
Quos poterant terrere fatis volatantia ſaxa.
Intrepidus cum patre manet Bernardus, & Alcen
Contra ſe poſitum durata cuſpide ſternit.
Tunc Ildebrandus, ferias, precor optime fili,
Nec cuiquam parcas gladio ſi deficit haſta.
Pro patria pugnare decet, veneranda vetuſtas,
Et noſtri quondam micuere per arma parentes.
Dixit, & Agilion jaculo proſteruit & enſe
Bruſæi feriens caput a cervice reſolvit.
Diffugiunt ſtatim reliqui, fugientibus inſtant,
Cum genitore ſatus pertundit barbara terga.
Undique currentes equites mixti peditesque
Audaces animi, compreſſis greſſibus intrant,
Per ſolitas veluti ſubeunt examina ſedes.
Sic vigor Alphæus latam progreſſus in urbem
D Diſperſas fundit jaculis, gladiiſque catervas.
Hic caput abſciſſus, pectus transfoſſus, & alter
Viſceribus fuſis alius tellure jacebat,
Humanoque nimis terram maduiſſe cruore,
Et fluxiſſe putes commotos ſanguine rivos.
Sicut cum primo dimiſſo flumina curſu
Expatiant campis, quando revocantur in amnem,
Efficiunt rivos plures denſaſque lacunas.
At rabidos poſtquam gladius deleverat hoſtes
Mœnia cum tectis retinent, urbanaque templa
Chriſticolæ, longus quos jam labor attenuarat,
Et ſervant ipſam ſtudiis vigilantibus urbem,
Ac ſolito belli numquam removentur ab uſu.
Artibus intendunt, peragunt, vincuntque labores
Deſtructis tectis via fit, caſtella trahuntur.
Namque Bebolgedit portis ſunt abdita bina,
Emodenorum totidem ſunt abdita muris.
Denique turritos Latialis machina muros
Sternit, adæquantur propero munimine foſſæ,

Hæ-

Hæque cadaveribus multis lignisque replentur.
Barbara gens grandi nimium concuſſa timore
Caſtra Pyrenæi Comitis tremebunda ſubintrat
Ad quodcumque velit cupiens ſe jungere fœdus
Si bellatores indemnes atque ſoluti
Incolumes etiam cum libertate ſinantur.
Talia dum referunt, cœtum properantur in unum,
Accitus populus, pacis de fœdere tractat.
Fulgebatque dies qua plenus dogmate ſancto
Eccleſiæ Paſtor ſuſcepit jura cathedræ,
Clerus adeſt, proceresque ſimul, contentio creſcit
Maxima, diviſa pandunt certamina mentes.
Pars trahit ad pactum, pars diligit altera pugnam.
Collaudat clerus partem pugnare volentem.
Sanctus, & Antiſtes cum cardine prælia cenſet
Hiſque favent acies. Contra Catalanicus heros
Ampuriæque ſenex, contendunt atque Guidelmus
Et ſancti cleri firmas convertere mentes
Muneribus largis, precibus, pretioque laborant.
Hæc pius ut renuit convitia ſuſtinet ordo.
Tunc cum Bernardo verbis Gratianus honeſtis
Verba refert avidis Gothorum congrua dictis.
Profundens lachrymas mœſtus cum Cardine Præſul
Sic genibus fuſis numen cœleſte precantur.
Conditor omnipotens cœli, terræque creator
Cujus perpetuo ſunt condita ſæcula juſſu
Et quodcumque viget, quodcumque videtur in illis
Clamantum petimus lugubres intende precatus,
Et confidentes in te pater optime ſerva,
Eccleſiæque tuæ pro te certare volenti
Auxilio ſuccurre pio, da vincere gentem
Sacrilegam multa ſanctorum cæde madentem,
Et pietate ſua rogitantes reſpice ſervos
Qui te factorem cunctorum ſemper adorant,
Et tu ſancta Dei genitrix regina polorum
Una cum ſanctis noſtros ſupplete rogatus.
Æſtuat interea caſtris Piſana juventus,
Protinus incipiunt pugnam Brunicardia proles
Promptus Oliverius vada quem miſiſtis ad arma
Rolanduſque valens Rodulpho patre creatus.
Arma petunt Latii, tenuit dux bella Pyrænus,
Accedunt muris, & poſcunt Iſmaelitas,
Anticipant aditus, & portis cominus inſtant.
Paganæ contra miſcent fera bella phalanges
Tutantes fractos invicto robore muros.
Acrius Alphæi ſubeunt, armiſque coruſcis
Duros irrumpunt aditus virtute coacta.
Hos lapides, & tela petunt, miſſæque ſagittæ,
Et quas interior jaciebat machina moles.
Tutantur clypeis tectos thoracibus artus,
Et jaculis miſſis poſcunt mucronibus hoſtes,
Immotique loco bellum renovantque feruntque.
Mixta manus poſt hos perpeſſa frequentia tela
Ardet in obſtantem properanter currere turbam.
Unde graves miſſi veniunt in ſcuta molares.
Hinc de plebe viri converſi terga videntur
De fractis muris turpi cecidiſſe ruina,
At qui bella queunt animi tolerare vigore
Obſtantes arcent infracto robore turmas
Quamvis tres fuerant ſocii de marte repulſi
Tum vice qui comitum ſtant; pollens viribus Ugo
Militibus paucis intrat comitantibus urbem,
Impetit & Mauros, & cuſpide turbat acuta,
Ut celeres damas pardus per devia rura.
Niſibus herois cum duriter inguina foſſus
Tenderet ad manes immanis viribus Alchas
Accurrunt acies reliquæ, ferroque micanti
Perluſtrant urbem, multum tamen ante cruoris
Excepit tellus, quam vertere terga coacti
Defererent, qua tunc ſteterant pugnando plateam.
Vexillum peditum tunc Anſualdica proles
Francardus geſtans hoſtes aliunde petivit.
Aſt Ugonis eum comitantur, & Uguiccionis
Artificum valide pagana per agmina vires
Sibyllaque ſatus, multa comitante caterva,
Hique vigoroſi certatim bella volentes
Pugnando Dartana petunt, pugnataque letho
Agmina dant Baleæ, poſcunt velociter arcem,
Et quacumque ruunt bellum lethale videres.

A Interfecta jacent per cuncta cadavera templa.
Vulnera corporibus ſtillant, rivique cruoris
Undique diffuſi Latias tenuere plateas.
Pars gladio percuſſa cadit, pars capta tenetur,
At reliquam gentem vetus Elmodenia ſervat.
Hinc comes accelerans alia de parte Pyrænus
Judæos omnes hic ſub ditione receptat;
Circujens properat captam gens ſancta per urbem
Ferrea captorum diſſolvens vincula fratrum,
Cui fuerant oſtrum, byſſus, ſeu purpura veſtes
Aurum cum gemmis Hiſpanaque pallia prædæ.
Pars reſtabat adhuc, fuerat pars acta laborum
Vallatur populis urbs Elmodenia cujus
Obſidet aſſidue, cultus gens provida muros.
Ut caſtella trahant Piſani mœnia ſternunt,
Urbeque de capta planant obſtantia quæque.
Qui præſunt muris mutantes fœdera poſcunt
Et fore non poterat variis concordia victis.
Angulus hanc habuit quam frangunt agmina turrim,
Et ſubeunt aditus pugnantum robore factos.
B Vi capitur turris, labor eſt immenſus in illa
Crevit, & artificum cito fit molimine major.
Signa ſuperponunt, & clamant mœnia capta.
Undique concurrunt, paſſim properatur ad arma,
Tutantur Mauri jaculis, gladiiſque feneſtras
A Latiis factas, quorum promptiſſimus acri
Dum perſtat pugna, caput emittitque feneſtra,
Tenſus ab Alphæo perfertur crinibus extra
Abſciditurque caput, nil proficiente Raſullas.
Jam patet introitus pubes Alphæa ſubintrat
Læta, ſuit moribunda phalanx, repetitque coacta,
Urbem, quæ regis ſat parvula circuit arcem.
Occubuere tamen plures ferro, quibus extra
Latè perfuſus cruor extitit experimento.
Circumſtans Piſana manus muralia frangit,
Robora cum tectis binaſque ad mœnia turres
Feſtinando trahit. formidine barbara turba
Concutitur, poſcunt vitæ tutamina pauci.
Alphæi nec concedunt, nec pacta refutant.
Pars ſcalis innixa ſubit, pars funibus acta
C Excelſas ſcandit nec inerti robore turres.
Barbara gens faciendo fugam conſcendit in arcem,
Arx invicta ſtetit bellis ſuperanda cruentis,
Septem protenſas portraxit in aera turres
Sat plus ſublimi quam celſa theatra Quiritum.
Pontica vis late præruptis ſubdita ſaxis
In tuto poſitæ latus unda proluit arcis,
Partibus a reliquis foſſa circundatur alta.
Hanc tutabantur fortes per prælia mille,
Et Dartana ſuper poſitas duo robora turres.
Audaces pariter nitebantur retinere,
Monſtrabantque ſuos validos in bella furores.
Dum dant aſſaltus crebros, dum vulnera miſcent,
Dum perimunt plures, multos fundendo cruores
Turribus inſiſtens geminis Alphæa juventus
Mœnia tutantes duros deterret Iberos.
Tormenti jactu muri ſternuntur, & hoſtes,
Quas arces pulſat, quatit & denſiſſima moles.
Maura manus murum per quem teſtudo trahenda
Obſtantem turrem juvenilibus acta petebat
D Viribus in celerem mox compulit ire ruinam.
Angulus impulſus turris ruit; improba turba
Protinus inde fugit, ſcala Raymundus in ipſam
Scandit, terque decem Mauros pugnando fugavit.
Hinc audax quendam proſternit cuſpide vaſta
Inſiſtens gladio multos perimit feriendo.
His reliquos ſequitur lætis ſucceſſibus hoſtes;
Diffugiunt alia dimiſſa barbara turri
Agmina præcipiti ſaltu, ſed quinque ſuperſtant:
Hi trabe percutiunt pugnantem fortius ille
Præliat, tunc validi ſaxi confringitur ictu,
Oraque cum mediis moles projecta reſolvit
Faucibus. Hinc lapſus de muro concidit alto
Belligerator obit, cœli de carne ſolutam
Accipiunt animam, ſocii deflentur amores.
Notus, & ignotus lacrymas dant, atque querelas,
Et gemitus pariter mittunt communiter altos.
Accedunt acies, turri ſupponitur ignis,
Perque gradus Ugo ſcalæ faſtigia ſcandit.

Quinque ſuperſtantes adverſis viribus hoſtes,
Conantem juvenem multo ſtridore coarctant.
Denique conanti poterat ſuccurrere nemo,
Millenos ictus clypeo, galeaque ferenti,
Longa laboris erant, nimium toleranda pericla.
A prima ſolis ſubit hic certamina luce,
Quæ nonam ſanè durare jubentur in horam.
Accenſis animis tandem quidam ſociorum,
Ingreditur turrim prudenter ſummaque ſcandit,
Et dum quinque petunt nudis mucronibus ipſum
Ugo ſubit turrim, binique ſubinde ſequuntur,
Primus & hinc gladio mox privat vertice Maurum,
Atque rota poſita clypeum velociter hujus
Accipit, ac binos ſtricto mucrone recidit,
Aſt alios binos bini ſtravere ſodales.
Arx ſine profuſo numquam ſuperanda cruore
Reſtabat, ſed eam Piſana potentia circum,
Obſervantque ſimul, venatrix utpote turba,
Horrendos urſos ſervat, cohibetque caverna.
Rex novus interea factis perterritus iſtis,
Poſtquam Cometa vidit Piſano robore vinci
Vivus ut evadat timidas ſe flectit ad arces,
Expertoſque ſatis promiſſis implet amicos,
Et rate vectus abit, ſeptem comitantibus illum,
Qui Baleare ſolum dudum rexere priores.
Hunc Dodo, qui vigili ſervaverat æquora cura,
Sulcantem pelagus cupienos ad caſtra reduxit.
Chriſticolas nuper duris macerare catenis,
Compedibus tentus rex ferrea vincla ſubivit.
Hinc Baleæ populus Regem ſibi fecit Alanta
Hiſpanum, cujus nec erat durabile Regnum,
Qui de Dalmatii letho peterritus extans,
Qui caput arripuit, nulli ſe credidit unquam.
Hæc timidus memorans binos ſibi reperit utres,
Et vacuas inflans multo ſufflamine pelles,
Iotro commiſſis cohibet ſpiramina filis,
Sic Hiſpanus Aias pro navi pellibus uſus,
Per freta longa notat, credas delphina notantem,
Aequore diffugium facit hic, ſocioſque reliquit.
Perfringunt muros urbis Piſana, Domoſque
Agmina, per factos aditus caſtella trahuntur
Artibus ingeniis, augmenta per aera creſcunt,
Artificum ſtudio, cujuſque laborat, & hoſpes,
Alterutri parti nimiæ dare damna ruinæ.
Saxa, lapis, ceſpes latæ fundamina foſſæ,
Intus jacta replent, muris caſtella propinqua
Conſiſtunt, durus paries Berbece foratur,
Turres alterno conduntur in arce labore,
Folcra ſuperponunt, pretioſaque pallia telas,
Quæ tua non faceret multo mercator in auro.
At ſub caſtello poſiti de mœnibus ignes,
Sulphureas mittunt per aperta foramina flammas,
Quas hauſtæ puteis poſcunt, & fontibus undæ.
Extinctas Latii flammas, torreſque putabant,
Clam vigiles, ſed erant, tunc alta palatia moles,
Et tormenta petunt, certant cum turribus unci
Funibus, & tractæ ducuntur ad infima turres.
Poſtque dies aliquot furtivæ robora flammæ,
Creverunt ſubtus, fumus quoque qualis ab Aethna

A Progreditur, tetro quando Vulcanus in antro
Concitat igniferas plenas caligine nubes.
Tunc propere poſcuntur aquæ, ſuper additur unda,
Sed projecta nequit, tectas extinguere flammas.
Caſtellum mox retro trahunt, dum deſinat ignis.
A proprio poſtquam ceſſavit flamma calore,
Ingenioſa cohors caſtella reducit ad arcem.
Percutiens aries impulſu præpete turrim,
Robora ceiſa quatit, labuntur ad infima cautes.
Interea Sachi, cum binis ceſſit ab arce,
Militibus pueris comitantibus, atque puellis,
Et dedit Alphæis pretium ſine nomine multum,
At reliqui flammis ſeſe donare minantur.
Quidquid habent pretii, niſi libertate potiti,
Ad quæcumque velint loca permittuntur abire.
Alphæi contra referunt, vos perdat, & aurum
Cunctipotens veſtrum, qui tam perverſa putatis.
Carius eſt etiam nos tali morte reſolvi,
Nobis quam Baleæ pretioſa, vel optima quæque.
Gerionæa manus non talia percipit aure,
B Tormentis Alphæa cohors circumpetit arcem,
Conſtituitque duos mirando robore pontes,
Mœnibus impoſitum conſtructis robur in unum
Protinus aſcendit lentè dum ponitur alter,
Dum pugnant Mauri, tantiſque laboribus adſunt
Alphæi properant, procedit Gruninus ante,
Oppoſitumque ſibi violentum proterit hoſtem,
Juxta quem reliqui mox progrediuntur in arcem.
Maurorum quidam ſtatim deſcendere ſcalas
Incipiunt, multi ſeſe præferre periclis
Mortis non dubitant, ne confodiantur inulti,
Sed velut accipitres celeri properare volatu,
Pennarum levitate ſolent, ubi plurimus a[illegible]
Aere ſuſpenſus fluvialia deſerit arva,
Et proſecuta velut promptos laniata per u[illegible],
Cum plumis diſtracta jacent, ſic cernere po[illegible],
Piſanos properare, & barbara membra jacere.
Inde Pyrenææ regionis rector in arcem,
Aſcendens lætus ſuperatos increpant hoſtes.
Plures enſe cadunt, multi cecidere feneſtris,
C Hic certat jugulare mares, trahit ille puellas,
Et facta præda muri ſternuntur, & ædes,
Hinc ignis cæſos, & lignea tecta perurit,
Depopulans agros terræ loca circuit hoſpes.
Inde viri veniunt, cum natis deinque matres,
Inde boves, pecudumque greges, & multa ſupellex.
Paſcha celebratur, Batales de nexibus exit,
Cujus dat nato Piſana potentia Regnum.
Denique victores felici claſſe parata,
Ad ſua quique meant, hos & de litore ſpectant,
Et miranda canunt Chriſti magnalia gentes.
Piſanam tandem Burabe traductus in urbem,
Præbuit Italiæ ſeſe ſpectabile monſtrum.

Laurentii Veronenſis liber de bello Majoricano explicit.

Tunc fuit a Chriſto tecto velamine carnis,
Centenus quintus decimus milleſimus annus.

RICHARDI DE S. GERMANO
CHRONICON

Rerum per orbem geſtarum ab exceſſu Guillelmi Siciliæ Regis, Anno ſcilicet Domini M. C. LXXXIX. ad annum uſque M. CC. XLIII.

Ex Ughel. II tomo tertio.

Quibus Auctor ſe vixiſſe teſtatur, ex pervetuſto exemplari ad fidem membranacei codicis Bibliothecæ Caſinenſis apud me in domeſticis monumentis ſervato, nunc primum editum publicæ donatur utilitati.

Incipit Chronica de his omnibus, quæ in Regno Siciliæ geſta ſunt, vel ubique per orbem a tempore mortis Regis Guillelmi Secundi uſque ad tempora Friderici Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti Hieruſalem & Siciliæ Regis, tractata per Notarium Richardum de ſancto Germano.

SOlet ætas antiquior, ac provida priorum auctoritas digna memoriæ quæque per orbem geſta deſcribere relinquenda poſteris ad doctrinam, ac eorum inſtar adhuc prudens ſequentium natio idem agit, ne omiſſa depereant, aut neglecta notitiam effugiant futurorum. Horum ſiquidem æmulator ego Richardus de ſancto Germano Notarius, cui quæ ſervit hiſtoriographis, muſarum prima obſequitur; de quo metrice ſcriptum reperi, explicat ingenio res geſtas ordine Clio, niſus ſum pro viribus ingenioli mei, quæ ubique terrarum, & præſertim in Regno Siciliæ geſta ſunt, diebus meis viſa, cognita, ſeu fideli relatione percepta veritate ſervata litteris tradere, & in hoc præſens compilare volumen, ut ex iis diſcat futura poſteritas varios eſſe temporum curſus, memineritq; prudenter bellum in pace timere, ac pacem iterum ſperare poſt bellum. Quoniam ergo Regni filius ego ſum, qui legerit, non me cauſetur deteſtando ſi Regni geſta ſcribo, diffuſius autem de contingentibus quid de cunctis dicendo: & ſi non proſint ſingula, quæque juvant, & Dei potius eſt, quam hominis, omnium habere memoriam. Sumens proinde a tempore quo Guillelmus Rex Siciliæ inclytus recolendæ memoriæ obiit, Pontificatus vero Clementis Papæ anno ſecundo, per Chronicam hæc incluſi, quibuſdam præmiſſis in laudem Regis ipſius, & quæ Regni tangunt negotia, ac relatu digna ſunt non omiſſis, in ejus nomine, qui os Zachariæ olim aperuit, os meum aperiat ad loquendum, & linguæ meæ vinculum ſolvat confidenter, ſingula quoque locum teneant ſortita decenter. Explicit prologus.

Tempore quo Rex ille Chriſtianiſſimus, cui nullus in orbe ſecundus, Regni hujus moderabatur habenas, qui inter omnes Principes Princeps ſublimis, & abundans in omnibus opibus, erat ſtirpe clarus, forma elegans, virtute potens, ſenſu pollens, divitiis opulentis: erat flos Regum, corona Principum, Quiritum ſpeculum, nobilium decus, amicorum fiducia, hoſtium terror, populi vita, & virtus, miſerorum inopum peregrinantium ſalus, laborantium fortitudo, legis, & juſtitiæ cultus tempore ſuo vigebat in Regno, ſua erat quilibet ſorte contentus, ubique pax, ubique ſecuritas, nec latronum metuebat viator inſidias, nec maris navita offendicula piratarum. Sed licet tot, & tantis eum ditaverit, & dotaverit bonis, per quem Reges regnant, & Principes dominantur, feceritque illum præ cunctis terræ Regibus glorioſum, in hoc tamen inglorioſum illum reddidit, quod eum prolis negatione mutavit. Concluſit enim uterum conſortis illius, ut non pareret, vel conciperet filium, & ne relinqueret ſui ſuperſtitem ſuper terram. Quapropter conſiderans Rex ipſe felicitatis ſuæ tempora a Domino accepiſſe, & quod eum abſque liberis ſors fecerat infelicem, cogitavit, ut ſapiens ſapienter placaret Dominum, ut fœcundam redderet, quam ſterilem fecerat, cogitavit de theſauris ſuis ædificare ſibi domum in monte Regali ad honorem glorioſæ Virginis Matris ejus, quam ditavit, compſit, & auxit. Ditavit poſſeſſionibus, compſit auri ornatu, auxit & muſivo opere, lapidumque pretioſorum colore diverſo, & talem ad finem uſque perduxit, qualem nullus Regum, aut Principum in toto terrarum orbe conſtruxit temporibus noſtris.

Erant ipſi Regi duo familiares præcipui, opere apud ipſum, & ſermone potentes, Gualterius Panormitanus Archiepiſcopus, & Matthæus Cancellarius Regni ſui, quorum prudentia, & conſilio tota ipſius curia ducebatur. His duobus quaſi duabus columnis firmiſſimis, omnes Regni magnates obſequendo adhæſerunt, cum per eos quidquid a curia Regia peterent, facilius impetrarent. Hinc factum eſt, ipſo Cancellario ſuadente, ut Rex ipſe in prædicta Eccleſia beatæ Virginis in diœceſi Panormitana conſtructa, fieri a Romana Eccleſia Archiepiſcopus impetraret, quod idem Archiepiſcopus ad inſtinctum ipſius Cancellarii factum intelligens (nam odio ſe habebant ad invicem, quamquam ſe in publico diligere viderentur, & per invidiam detrahentes, libenter unus alteri in occulto) hanc ſuam injuriam, & capitis diminutionem patienter portavit ad tempus. Qui tandem proceſſu temporis cum non poſſet, quod factum fuerat per Eccleſiam, revocare, hoc fidei ſubdolæ procuravit. Erat ipſi Regi amita quædam in palatio Panormitano, quam idem Rex de conſilio jam dicti Archiepiſcopi, Henrico Alemannorum Regi filio Friderici Romanorum Imperatoris in conjugem tradidit. Quo etiam procurante factum eſt, ut ad Regis ipſius mandatum, omnes Regni Comites ſacramentum præſtiterint, quod ſi Regem ipſum abſque liberis mori

Digitized by Google

A

contingeret, amodo de facto Regni. tanquam fideles ipſi ſuæ amitæ tenerentur, & dicto Regi Alemanniæ viro ejus.

Anno M. C. LXXXIX. Accidit autem proceſſu temporis, ut Rex ipſe, cujus memoriale in ſeculum, ſicut Domino placuit, ſine liberis menſe novembri decederet, cujus deceſſum a cunctis Regni filiis merito deplorandum defleri hac Rhythmica lamentatione percenſui.

Plange planctu nimio Sicilia,
Calabriæ Regio, Apulia,
Terraque Laboris, vox mœroris
Intonet & perſonet noſtris oris,
Suſpendatur organum omnis oris.
Rex noſter amabilis virtute laudabilis,
Aevo memorabilis Guilielmus deceſſit.
Hunc oppreſſit mors crudelis, o infelix
Regnum ſine Rege, jam non es ſub lege.
Præſules, & Comites, vos Barones plangite
Planctu lacrymali, planctum quæſo ducite de querela flebili.

B

Vos Matronæ nobiles, virgines laudabiles
Olim delectabiles, & voce cantabiles,
Modulata eſtote nunc flebiles re turbata.
Jacet Regnum deſolatum, diſſolutum & turbatum,
Sicque venientibus cunctis patet hoſtibus.
Eſt ob hoc dolendum, & plangendum omnibus.
Omnes Regni filii tempus exterminii
Vobis datum flere, hoc verbum gaudere
Vobis eſt ſublatum, tempus pacis gratum
Eſt abſorptum jam ad ortum & occaſum ſonuit.
Rex Gulielmus abiit, non obiit.
Rex ille magnificus, pacificus,
Cujus vita placuit Deo, & hominibus,
Ejus ſemper ſpiritus Deo vivat cælitus. Amen.

Poſt hujus Regis obitum, quanta inter Regni Comites ſit orta diſſenſio, & turbatio ſubſecuta, ſequens hujus libelli lectio declarabit, nam nulli eorum fuit æqua voluntas. Omnes inter ſe cœperunt de majoritate contendere, & ad Regni ſolium aſpirare, & obliti jurisjurandi, quod fecerant, eorum quilibet contra facere, anhelabat. Factum eſt autem, ut cum ſuis complicibus, ne pars Archiepiſcopi prævaleret, Cancellarius obtinuerit in hac parte, & tunc vocatus Panormum Tancredus comes Licii Romana in hac curia dante aſſenſum eſt per ipſum Cancellarium coronatus in Regem.

C

M. C. XC. Tancredus iſte Ducis Rogerii filius fuerat naturalis, cujus pater Rogerius primus in Regno Siciliæ Regis ſortitus eſt nomen, & hac de re, quia hunc tenebat titulum, quod de ſtirpe Regia deſcendiſſet, inter alios Comites eſt electus in Regem. Qui poſtquam aſſumptus eſt, laboravit pro viribus, qualiter Regni fines in pace diſponeret, & ſibi rebelles, ac adverſarios ſubjugaret. Et primum quidem quinque Saracenorum Regulos, qui ob metum Chriſtianorum ad montana confugerant, de montanis ipſis Panormum redire coegit invitos, atque ut cæteros Regni comites, ac Barones ad ſuam fidelitatem converteret, & mandatum, Regales effudit opes, & diu ſervatas eſt auſus frangere gazas. Hic Richardo Acerrarum comiti, cujus ſoror ſua conjux erat, de qua geminam ſuſceperat prolem, auri talenta plurima expendenda tranſmittit, quibus omnes de principatu, & terra Laboris eidem Regi contrarios, flexit ad mandatum ipſius. Tunc & Roffridus Caſinenſis Abbas ipſi Regi juravit.

D

Erat ea tempeſtate in Apuliæ finibus Rogerius quidam Andriæ comes, qui ſe non reputabat dicto Rege inferiorem, cum tempore memorati Regis Guillelmi totius Regni Magiſter Juſtitiarius fuerit, & in Apulia plenum tunc dominium exerceret. Hic telo percuſſus invidiæ de Tancredi Comitis promotione in Regem, ſibique ſubeſſe dedignans, contra ipſum ſeditione facta turbare ad eum converſos pro viribus cœpit, miſitque quam cito ad Henricum Alemanniæ Regem, quod veniret, vel mitteret, Regnum Siciliæ ſibi jure uxoris pertinens, quod Tancredus comes Licii uſurpaverat, recepturus.

A

Qui abſque moræ periculo quendam Henricum Teſtam Imperii Mareſcalcum, cum multitudine gravi mittit in Regnum, & veniens in Apuliam nullo obſtante ad ipſum Andriæ Comitem, primum Caſale quoddam, quod Cornetum dicitur, ad Abbatem Venuſii pertinens pro eo quod Abbas loci ipſius in partem ceſſerat dicti Regis, hoſtiliter intrans cum prædicto Comite, & ſuis dedit in direptionem, & prædam, & quæ potuit dicti Regis parti faventibus mala irrogans, tandemque cum minorificato exercitu in Alemanniam reverſus eſt.

Dictus vero Andriæ Comes in Apulia remanens firmata Roccha ſanctæ Agathæ, quam tunc ipſe tenebat de ſuis confiſus viribus, ſe in Aſculo recipit contra Regem, quem dictus Acerrarum Comes intus circumpoſita obſidione coarctans, cum flectere illum precibus, & promiſſis non poſſet, vocatum ipſum ad colloquium quadam die proditorie cepit, & miſerabili morte damnavit.

B

Eo anno Fridericus Romanorum Imp. cum ingenti Crucesignatorum exercitu Hieroſolymam petens, ſiniſtrante fortuna, in quodam flumine moritur. Henricus filius ejus Italiam ingreditur.

Rex Franciæ, & Rex Angliæ Crucesignati Hieroſolymam petunt, qui venientes Meſſanam orta inter eos diſcordia partem civitatis igne cremarunt, quos dictus Rex Tancredus magnis honorans xeniis, ne civitatem Meſſanæ deſtruerent, cum multis precibus impetravit, qui tandem Hieroſolymam proficiſcentes, ac pro fide Chriſti certantes civitatem Acconitanam, quam infideles tenebant, Chriſti faciente virtute in manu potenti recuperarunt.

M. C. XCI. Clemens Papa Romæ obiit menſe martii, ac Hyacinthus diac. Card. in Cæleſtinum Papam conſecratur.

C

Rex dictus Tancredus de Sicilia in Apuliam veniens ſolemni curia apud Thermulas habita in Aprutium vadit, Comitem Raynaldum obſidet, eumque ad ſuam redire fidelitatem coegit, & exinde Brunduſium ſe conferens de altero filiorum ſuorum Rogerio ſcilicet cum Iſachio Conſtantinopolitano Imperatore de Urania filia ſua contraxit, & nuptiis apud Brunduſium magnifice celebratis, ibique dicto filio ſuo coronato in Regem Rex dictus cum triumpho, & gloria in Siciliam remeavit, & tunc Roccham Bantre, & Roccham Guillelmi Roffrido Caſinenſi Abbati aſſignari mandavit, quarum alteram ſcilicet Roccham Guillelmi ipſe Abbas dedit cuidam nobili Roberto de Apoita, cum quo de ſorore ſua contraxit, quam Herueo filio ipſius nobilis in conjugem tradidit, & reliquam ſcilicet Roccham Bantre ad opus retinuit monaſterii Caſinenſis ponens in ea cuſtodem quemdam militem Petrum de Aymon conſobrinum ſuum.

Henricus Rex cum Conſtantia conſorte ſua, ad quam Regnum Siciliæ jure ſucceſſorio pertinebat, Romam venit; quem dictus Cæleſtinus Papa apud S. Petrum in Imperatorem, & conſortem ſuam in Imperatricem coronavit. Dato ab ipſo Imperatore Tuſculano Romanis, quam funditus deſtruxerunt.

D

Tunc Imperator ipſe Regnum intrat menſe martio, Papa prohibente, & contradicente, & per Campaniam venit inRoccham arcis, quam Matthæus Burrellus pro ipſo Rege tenebat; a bellatoribus ſuis aggredi faciens, vi cepit eamdem. Quod tanti cauſa timoris fuit, ut qui ſe in Caſino receperant cum rebus ſuis homines ſancti Germani per Nuncios ſuos, quos ad eumdem Imperatorem mittunt fidelitatem jurent. Tunc enim dictus Roffridus Caſinenſis Abbas in monaſterio Caſinenſi graviter infirmabatur, quem urgentibus ipſis hominibus ſancti Germani oportuit ipſi Imperatori jurare. Sorella quoque, Atinum, caſtrum Cæli, metus cauſa ipſi Imperatori ſe reddunt, in quibus ipſe ſuos poſuit capellanos. Tunc Comes Fundorum, & Comes Moliſii fidelitatem præſtant eidem, & procedens in terram Laboris, Theano, Capua, & Averſa ſibi dantibus manum, Guillelmum Caſertæ Co-

mitem recipit, & Averſam. Et exiude ſuper Neapolim vadens, eam poſita obſidione coarctat, coadſiſtentibus ei dictia comitibus, & Baronibus Principatus, necnon & Abbate Caſinen. prædicto cum viribus ſuis. In qna cum ſe contra eum tecepiſſet dictus Acerrarum Comes, pro ſæpe dicto Rege ſatis ſtrenue defendit eandem: tunc Salerni civitas ipſi Imperatori ſe reddidit, ubi Imperatricem conſortem ſuam moraturam tranſmittit, & ipſe civitatem ipſam Neapolim crebro aggreditur, & impugnat. Cnmqne nec viris, nec viribus pugnando proficeret, ſuperveniente ægritudine digreſſus eſt abinde, vel invitus, qui relicta Imperatrice conſorte ſua Salerni, & Muſcancervello in caſtello Capnæ conſtituto, ad ſanctum Germanum veniens, cum debilitato exercitu ſuo dictum Caſinenſem Abbatem, toto tunc conventu ſibi fidelitatem præſtante, ſecum in Alemanniam ducit, Gregorio fratre ejus ad majorem ſecuritatem obſide relicto apud Ducem Spoleti, & quibuſdam de melioribus terræ ſancti Germaui captis obſidibus, qnos Diopuldo cnidam Theutonico in Rocca arcis relicto, & Corrado de Mariei in Sorella conſtituto cuſtodiendos commiſit. Et tunc per terram Petri Celani Comitis ſub illius fido ducatu de Regno exiens in Alemanniam remeavit menſe ſeptembri. Tnnc is, quem præſatus ſnm, Acerrarum Comes de Neapoli exiens cum Neapolitanis, & aliis undique collectis militibus, venit Capuam, caſtellum obſidet, in quo Muſcancervellus ſe pro Imperatore receperat, qui cum non haberet victui neceſſaria, cum Comite ipſo componens, tradito ſibi, ac reſignato caſtello ipſo, abiit ſecurus quo voluit. Tuoc & Averſam recipit Theanum, & ſanctum Germanum ad Regis dicti revocavit fidelitatem, & Caſinum conſcendens, valium monaſterii, nullo obſtante intravit. Qui cum blande ſatis alloqueretur Adenulphum Caſertannm decanum Caſinenſem, ut illum ad dicti Regis fidelitatem converteret, & hoc ab eo precibus obtinere, & promiſſis non poſſet, de loco deſcendit, & abiit. Tunc Comitem Moliſii recipit, & ponens in ſancto Germano, & in ſancto Angelo Theodicio Maſnedam, quantnm poteſt pro ſervitio dicti Regis ſororii ſui elaborat. Tunc Richardus Fundanus Comes pro eo, quod ab Imperatore ipſo Sueſſam emerat, & Theanum, metus cauſa, comitatu relicto, in Campaniam ſeceſſit: & Comitatus Fundanus cuidam fratri Aligerni Cottonis de Neapoli ab ipſo Rege concreditur. Adenulphus Caſertanus decanns Caſinenſis pro eo, qnod in partem non ceſſit ipſius Regis a Cæleſtino Papa excommunicatus eſt, & monaſterium ſuppoſitum interdicto. Salernitani ad captandam Tancredi Regis gratiam, detentam Imperatricem ipſi Regi in Siciliam mittunt. Quam Rex ipſe debito cnm honore recipiens, magis ornatam muneribua in Alemanniam ad Imperatorem remittit. Eo anno quidam ſtultus Paganus dominus Caſalverii Theutonicum quemdam ab Imperatore in Atino relictum dolo interficit, & a dicto Rege apud Atinum, quidam Rogerius de Foreſta dirigitur.

M. C. XCII. Dictus Adenulphus Caſiuenſis decanus ſacta compoſitione cum Diopuldo Rocce Arcis caſtellano, ſe pro Imperatore gerebat. Congregato militari, & pedeſtri exercitu in Campaniam quos prece, pretioque conduxerat: de Caſino deſcendena menſe januarn, vi cepit caſtrum ſancti Petri monaſterii, & bonis propriis ſpoliavit: de civitate ſancti Germani uſque ad Eccleſiam omnium ſanctorum occupavit, non tamen abſque ſtrage plurima Campanorum. Et pace tandem hinc inde clamata tota terta ipſi decano ſe reddidit. Et tunc de ſancto Germano nonnulli, qui dicti Regis partem fovebant, in partem alteram ſeceſſerunt, quorum bona omnia a Theutonicis ſunt direpta. Tunc idem decanus cum præſato Diopuldo terram equitans cum inſigniis monaſterii relictum caſtrum Plumbareolæ occupavit, vi cepit caſtrum Pignatarinm, caſtrum S. Angeli, Pontem Cnrvnm, Caſtellum novum, Fracte, & quædam alia caſtra pro jam dicto Rege ſe tenentia.

Illis diebus Richardus Caleni comes, qni erat pro parte Regis Tancredi, venit ſupra S. Germanum cum Rogerio de Foreſta Caſtellano Atini ad devaſtandum. Captus eſt eo anno Gotteſridua Caſertanus ab illis de ſancto Angelo, & in captionem ductus, poſtmodum a Malqu. Sorellæ jam dicto caſtellano Atini in cuſtodiam traditus.

Dictus Diopuldus apud Aquinum cum quodam Regis Logotheta congreditur, quem campeſtri bello fugatum devicit multis ex ſuis captis, multisque in lacu ſummerſis, & ex tunc vires creſcunt ipſi Diopuldo, qui cum Conrado caſtellano Sorellæ ſocietate contracta, equitant in terram Sneſſæ, oves, & boves, necnon & miſeros homines capiunt, & eos ad ſe redimendnm poſt multa tormenta compellunt. Tunc temporis vocatus ipſe Diopuldus a Guillelmo Caſertæ comite, qui pro Imperatore erat, cum gente ſua Vado flnvium Capuæ tranſiens ivit in terram Laboris, & equitans ſuper Capuam, exeuntem contra ſe Richardum Caleni comitem cepit, & ad Roccbam arcis duxit captivum.

M. c. xc i i i. Roffridus dictus Caſinenſis Abbas de Alemannia rediens, relicto ibidem obſide Gregorio germano ſuo, cum nonnullis, quos ſecum duxerat, electis militibns Cominum intrar, Atinum foras devaſtat, incolatum occupans ſanctæ Mariæ de Atino, & dirui faciena muros Cancelli, & portam ejus, vi cepit Gallinarium, & bonis propriis ſpoliavit, rediens vero ad terram monaſterii caſtrum ſancti Angeli, Theodicii ſibi contratium, quia partes Regis Tancredi fovebat cum Conrado caſtellano Sorellæ, & cum gente ſua licet non profecerit, vehementer impugnat, faciens, quam potuit, in exterioribus vaſtitatem.

Eo anno Rex Angliæ ab Hieroſolymis rediens a Duce Auſtriæ retentus, & captus eſt, & Imperatori traditus. Qui tandem non ſine multæ pecnniæ interventu, dimiſſus eſt.

Bertholdus Comes ex parte Imperatoris in Regnum legatus mittitur, qui veniens, cum electis militibns, & bellatoribus, de Florentia, iis ei faventibus, qui partem Imperatoris fovebant, & convenientibus ad eundem, Venaſrum in feſto B. Martini vi cepit, & ſuis dedir in direptionem, & prædam. Tunc comes Rogerius de Moliſio metus cauſa, quia ſe in partem Regis dederat, in Roccham Magenul ſe recipit. Bertholdus vero coadſiſtentibus ei Muſcancervello, Diopuldo, & Conrado prædictis, necnon & Abbate Caſinenſe, Fundano, & Caſertano comitibns cum viribus ſuis caſtrum Sexti, ubi Landns de Monte longo Comeſtabulns erat cum quibuſdam campanis militibus pro parte Regis Tancredi, vi cepit, ipſoque caſtro bonis propriis ſpoliato, ipſum Landnm cnm ſociis ſuis captivnm duxit, quornm libertati poſt multa ſupplicia, pietatis cauſa non profuit, niſi redimi profuiſſet, roccam etiam Ravenuie aggredi a ſuis bellatoribns faciens, per inſultum cepit, Vairanum acriter impugnans, ubi quidam erat Rogerius de Theate pro Rege ſtatutus, in nullo profecit. Demum ſuccreſcentibus ei viribus, & ad eum undique concurrentibus, qni Regis partem oderant, regnum Imperiali nititur ſubiicere ſervituti. Rex vero Tancredus de Sicilia in Apuliam veniens eaercitum congregat copioſum, volens Bertholdi vires oppoſitis viribus impedire. Cui dictus Bertholdus cum ſuis, ac aliis de regno Imperialem partem foventibus, utpote vir magnanimus viriliter ſe opponit, & Rege ipſo ſecum ſuo exercitu apnd Montem Fuſculum conferente, ipſe contra eum vadens, apud Battiacannm poſuit caſtra ſua, cupiens cum ipſo Rege habere congreſſum. Id ipſum pars Regis, ad quem vires, undique cunfluebant, optabat. Sed conſpiciens Rex ipſe, & in conſilio habens, qnod honor ſibi non erat cum Bertholdo congredi, & Bertholdus cernens debiliorem partem ſuam, prælium ſapienter declinavit uterque, & diſcedente inde Bertholdo, qui

A Laquedorum hoſpitatus eſt. Rex ipſe movet a Monte Fuſculo caſtra ſua. Tunc Berrholdus per Capitaniatam rediens in comitatum Moliſii, caſtrum montis Rodonis, quod ſe pro Rege tenebat, circumpoſita obſidione coarctat, ibique die quodam cum illud aggredi faceret a pugnatoribus ſuis, lapide manganelli contritus occubuit, eique Muſcancervellus in Ducem ſucceſſit exercitus, qui tandem caſtrum ipſum obſidione firmara per ſitim capiens, non per vim, quos cepit Incolas, variis cruciatibus ſine ſpe veniæ interemit.

Rex vero Tancredus tunc caſtrum Sabiniani vi cepit, & quemdam Sarolinm capiens ipſius caſtri dominum, qui de Rege ipſo multum fuerat oblocutus, ſuſpendi juſſit; recepit etiam Roccham ſanctæ Agathæ, quam qoidam Robertus de Calagio dicti comitis Andriæ filius contra eum tenebat. Apud Sariciam cepit quemdam Robertum filium Rizardi, & tanquam ſibi rebellem punivit. Exinde veniens in terram Laboris comitem Caſertæ recipit, & Averſam. B Sanctagarbenſis quoque civitas, ac Teleſia, quę tota poſtmodum combuſta eſt, venerunt ad mandatum ipſius. Tunc accerſito ad ſe Roberto de Apolita, abſtulit ei Roccam Guillelmi, & quemdam in ea Andream de Theano poſuit caſtellanum, ſicque relictis in pace Apuliæ finibus, & terra Laboris, Rex ipſe in Siciliam remeavit, ubi ordine naturæ præpoſtero Rogerius filius ejus, qui coronatus in Regem fuerat, viam eſt univerſæ carnis ingreſſus, & frater ejus Guillelmus in Regem ſucceſſit eidem. Ipſe quoque Rex doloris punctus aculeo, brevi poſt tractum temporis infirmitate correptus obiit.

M.c.xciv. Dictus vero Henricus Imperator parato navali, & terreſtri exercitu, regnum intrat, illum Roffridus Caſinenſis Abbas magnifice excipit, necnon & Fundanus comes, ac alii omnes Theutonici, & Latini, ſuum præſtolantes adventum, cum quibus terram Laboris ingrediens, Neapolim recipit, Salernum ſibi renitentem vi cepit, ac ſuis dedit in direptionem, & prædam. C Tunc dictus Adenulphus Caſinenſis decanus procurationem Abbatiæ Venuſii ab Imperatore recepit. Imperaror vero Apuliæ fines nullo obſtante ingrediens, omnes Apuliæ recipit civitates, ad mandatum, & fidelitatem ſuam convertens, dicto Caſinenſe Abbate præeunte, cujus fidei puritia ſatis erat ipſi Imperatori experta, cui certam procuram, auctoritatem & poteſtatem contulerat, ut venire ad ſuam fidelitatem volentes, per eum veniam mererentur.

Tunc ipſi Abbati caſtrum Malveſi ad opus contulit monaſterii Caſinenſis, & Pharum præteriens navigio, Meſſanam recipit, totamque Siciliam, & Panormum properans, recipit civitatem ipſam, & cunctum palatii diripuit apparatum. Tunc uxor Regis ſoror dicti comitis Acerrarum cum filio ſuo parvulo Guillelmo præfato propter metum Imperatoris ad locum tutiorem ſe contulit, Panormum deſerens, cum qua facta compoſitione, cum per vim locum, in quo erat, obtinere non poſſet, Imperator ipſe ſecuritate præſtita recipit eam, & filium ad ma- D nus ſuas, quos Muſcancervelli cuſtodiæ tradidit, & ex eis fecit ſuæ beneplacitum voluntatis.

Tunc dictus Caſinenſis Abbas conceſſionem ab ipſo Imperatore de Atino recipit, & de rocha Guillelmi, & filium Rogerii de Foreſta in Atino caſtellanum ab ipſo Imperatore recipiens, & mandatum per literas ad Andream de Theano caſtellanum roccæ Guillelmi, ut ſibi roccham ipſam aſſignare deberet, dictus Abbas in ſua reverſus eſt.

Imperator ipſe in die Natalis Domini regens Panormi curiam generalem præfatam Reginam, & filium ejus, necnon & alios quamplures Præſules, & comites regni, quibus ipſe perditionis notam imponebat, judicio Petri Celani comitis capi fecit, & ex ipſis quoſdam orbavit, quoſdam incendio, quoſdam ſuſpendio, & quoſdam in Alemanniam exilio deſtinavit.

Tunc Imperator Exii civitas Marchiæ filium peperit nomine Fredericum me Dec, in feſto S. Stephani.

M.c.xcv. Roffridus Caſinenſis Abbas tractatu quorumdam de Atino nocturno tempore introductus, Atinum recipit, dictum Rogerium de Foreſta caſtellanum intus arctat, & obſidet, qui cum non haberet victui neceſſaria, recepta de perſona, & rebus ſuis ſecuritate ab Abbate prædicto & compoſitione facta cum eo de caſtro ſancti Petri in fine, quod recepit ab ipſo, & fidelitatem juravit eidem, caſtrum Atini in manus reſignavit ejuſdem: roccham Guillelmi etiam ab Andrea de Theano recipiens, fidelitate quoque ab eo recepta, & caſtrum Cucurutii conceſſit. Illud tamen de Imperiali mandato cuidam Tancredo, de vero conceſſit, fidelitatis ab eo juramento recepto.

Hoc anno dictus Caſinenſis Abbas caſtrum Tirelli vi capiens igne cremavit.

M.c.xcvi. Imperator in Alemanniam redit, qui Muſcancervello Moliſii comitatum concedit, & tunc Rogerium Moliſii comitem, qui ſe ob metum Imperatoris in roccham Mugenul receperat, idem Muſcancervellus arctat, & obſidet, cum quo facta compoſitione, & data ſibi ſecuritate, & ſuis, roccham ipſam recipit, eumque extra regnum abire permiſit, ubi proceſſu temporis mortuus eſt. Dictus Caſinenſis Abbas caſtrum Fractarum receperat, & Caſtellum novum, caſtrum vero ſancti Angeli Theodici, quorum habitatores mala innumera per ſe fecerant in terram ſancti Benedicti, & per ſervientes quos ad ſolidos retinuerant, caſtrum combuſſerant Pignatarii, per proditionem obtinuit, & recepit ad fidelitatem ſuam, & monaſterii Caſinenſis, quibus tamen dignas pro meritis pœnas rependit, & ſub prætextu quorumdam verſuum, quos ibidem invenit, quos hic annectere otioſum non cenſui, muros ipſius caſtri ſterni ad ſolum fecit, & aggeres illius repleri. Verſus enim tales ſunt.

Peſſimus Albotuus Landulphus ſervus Aquinas
Petrus Roggerus, Philippus valde Severus
Simon, ac Andreas Adenulphus at alter Egæus
Sunt hi Rectores per quos ſervantur honores.
Hi dictant bella, cædes, immenſa flagella,
Dantes edictum, venereatur ne Benedictum?

Eo tempore dictus Richardus Acerrarum comes regnum exire occulte volens, & a facie fugere Imperatoris, relictis Campania, & Burgentia munitionibus, quas tenebat proditus a quodam albo monacho, cui ſe crediderat, captus a jam dicto Diopuldo eſt, & cuſtodiæ traditus carcerali, Cæſari aſſignandus. Qui de Alemannia Vormacienſem Epiſcopum miſit legatum in regnum, qui Neapolim veniens cum jam dicto Caſinenſe Abbate Larinis etiam aliis, & Theutonicis Imperiale implens mandatum, Neapolis muros, & Capuæ funditus fecit everti.

M.c.xcvii. Imperator ipſe de Alemannia rediens aſſignatum ſibi a Diopuldo Rocchæ arciscaſtellano dictum Acerrarum comitem, cum apud Capuam curiam regeret generalem, trahi ab equo primum per plateas Capuæ, & demum verſo deorſum capite ſuſpendi vivum jubet. Quem viventem poſt biduum, quidam Imperatoris hiſtrio Theutonicus cognomine Follis, ut ipſi imperatori placeret, ligato ad guttur ejus non parvo lapidis pondere, ipſum turpiter exhalare coegit. Tunc Imperator ipſe generalem toti regno collectam imponit. Tunc ipſe Diopuldus per Imperatorem comes factus eſt Acerrarum. Tunc etiam Oddo frater ipſius ad expugnandum Roccham ſiccam, in qua ſe Raynaldus, & Landulphus de Aquino fratres contra Imperatorem receperant, ab ipſo Imperatore dirigitur, & ipſe ſe confert in Siciliam Imperator, ubi ad ſe duci Imperatricem jubet, qua in Panormi palatio conſtituta, quidam Guillelmus monachus, qui caſtellanus erat caſtri Joannis, rebellavit Imperatori, ad quem obſidendum cum ipſe perſonaliter accederet Imperator, ſuperveniente ægritudine, abinde infirmus diſcedens, ſicut Domino placuit, diem clauſit extremum. Et tunc fama diſcurrente per regnum dictus Oddo frater Diopuldi comitis, rupta obſidio-

ne Rocchæ ſiccæ diſcedit, & ſe contulit ad Roccham Arcis.

Imperatrix Panormi remanens, in veſta lugubri de nece Imperatoris viri ſui, Regnique paci conſulens, & quieti Marculdum Imperii Seneſcalcum, cum Theutonicis omnibus de Regno excluſit, ipſumque ne a modo Regnum ingredi, abſque ſuo juſſu præſumeret, neve remaneret in Regno, coegit. Qui ipſius cum Imperatricis litteris, & ducatu, ad Comitatum Moliſii veniens, qui tunc Marchia vocabatur, & ſibi ſavebat, cum illum ſibi Muſcamcervello mortuo, conceſſerit Imperator, ſub ſecuro Cardinalium conductu, & ſecuritate ſupradicti Petri Cælani comitis, cui propterea Vairanum tradidit, relictis in ipſo Moliſii comitatu Caſtellanis ſuis, & Bajulis ad Anconæ Marchiam ſuo proprietario dominio ſubditam ſe contulit, ubi cum ſuis ſequacibus innumera mala commiſit.

Cœleſtinus Papa obiit, & Lotharius Cardinalis in Papam Innocentium ſubſtitutus eſt illi.

Imperatrix filium ſuum in Marchia apud Heſim civitatem relictum ſub ducatu dicti Cælani comitis, & Berardi Laureti comitis, & Cuperſani, ad ſe duci jubet in Regnum, & de Apulia in Siciliam transmeare. Tunc quidam in Calabria Theutonicus, nomine Fridericus, cum nollet imperatrici ſavere, ſe in Malveti caſtro recipiens, quod furto ſubſtulerat cuidam Mauro de Mira ibidem caſtellano ſtatuto pro monaſterio Caſinenſe, juſſu Imperatricis ipſius, a comite Amphuſo de Rotis cæteriſque Calabriæ nobilibus, in ipſo caſtro obſeſſus eſt, & arctatus. Qui dum aliter evadere ſe non poſſe conſpiceret, dolo cogitavit capere obſidentes obſeſſus, & vocatos eos die quadam ſemotim ab aliis, cum eis fidem dediſſet, quod redire vellet ad Imperatricis mandatum, captos capitaneos cepit, eoſque de perſonis punivit, ut voluit.

M.cxcviii. Imperatrix ipſa proceſſu temporis obiit, & prædictum filium unicum Fridericum, & Regni balium Innocentio Papæ ex teſtamento reliquit, d. vero Marcualdus cognito de morte Imperatricis, congregato malignorum exercitu, quos prece, pretiove conduxerat, Regnum, non ſine illorum, qui erant de Regno, auxilio, & ducatu intravit, & veniens in comitatum Moliſii, in quo fidei ſuæ reliquiæ ſervabantur, ad dictum Caſinenſem Abbatem pro pace legatos miſit, per quos etiam ipſum, ut ſibi Regni juraret Balium, quod ſibi Imperator reliquerat, ut dicebat, requiſivit. Quia vero a prædicto Abbate obtinere non potuit. Nam primo Regni ipſius Balium dicto Innocentio Papæ juraverat, qui contra ipſum Marcualdum ad jam dictum Abbatem duos miſerat Cardinales, cum exfortio militum campanorum, ac auxilium terræ ſuæ, eumdemque Marcualdum excommunicationis vinculo innodaverat, & ſequaces illius. Ipſe ſui furoris impatiens, cœpit more Theutonico in terram Monaſterii deſævire.

M.cxcix. Menſe januario. Hic per Venafrum veniens maledictus, cum maledictis terram Sancti ingreſſus eſt Benedicti, & primo, caſtrum ſancti Petri in fine deſertum ab incolis cauſa metus, nullo obſtante occupans igne cremavit. Caſtrum ſancti Victoris vi capiens, bonis propriis ſpoliavit, & movens exinde caſtra Cervarium, & Toroclum, duo ſcilicet caſtra ab habitatoribus derelicta combuſſit, & ſeptimo intrante januarii ante ſanctum Germanum in campis caſtrametatus eſt, & cum ad capiendam terram ipſam daret frequentes inſultus, capere vi tamen non potuit, hominibus civitatis, ac militibus Campaniæ, qui in ea convenerant eo die, reſiſtentibus illi.

Tunc Diopuldus jam dictus, qui ad ipſum venerat Marcualdum, montem quemdam, qui Majo dicitur, cum ſuis occupans, ſua in eo tentoria fixit. Quod tanti cauſa timoris fuit omnibus de terra ipſa, cum ſupereminens eſſet mons civitati, & poſſet de ſupernis montibus ab hoſtibus facile occupari, quod idem Abbas nocte conſcendens, occaſione muniendi vallum monaſterii, nonnulli de civitate, cum ſupellectili ſua ſe ad vallum contulerint memoratum, Cardinalibus ipſis mane ſequenti ſe recipientibus in ipſo monaſterio cauſa metus, ſicque die ipſo octavo, ſcilicet januarii, relictam ab incolis civitatem Marcualdus intravit, bonis propriis ſpoliavit, & quos in ea invenit, pœnis addixit variis, & tormentis, quibus pietatis cauſa non profuit, niſi redimi profuiſſet, nec contentus eo, quod terram occupaverat Monaſterii, ad obſidendum illud, & capiendum, cum in eo, cum multis Campaniæ militibus, & gente civitatis non modica ſe concluſerint Cardinales, aſcendere voluit. Qui cum per dies aliquot poſita in Viridario obſidione, ipſum monaſterium teneret obſeſſum, & Vallum ipſum per frequentes inſultus hoſtiliter impugnaret, capere per vim illud non potuit, Campanis, & aliis qui erant in Vallo conſtitutis militibus reſiſtentibus illi. Cumque firmata obſidione ad capiendum monaſterium vehementer inſtaret, quod cum per vim non poſſet, credebat fame, ſitive facile occupare, in die feſto beati Mauri, mutata ſubito ſerenitate aeris, temporis inclementia facta eſt, & tanta inundatio pluviarum admixta grandinibus, & imbribus multis, quod hoſtium tentoria ſtravit ad ſolum, propter quod, qui erant obſeſſi, & jam areſcere cœperant, aquis deficientibus in ciſternis, Deo, & ſancto Mauro debitas gratias retulerunt, & ab obſidione ipſa coacti ſunt recedere obſidentes. Tunc in deſcenſu montis, caſtrum Plumbareolæ idem Marcualdus igne combuſſit, & rediens in ſancto Germano, ira commotus, intus, & extra civitatem domorum, & tuguriorum vaſtitatem fieri mandans, caſtrum ſancti Heliæ affidatum combuſſit. Portas ſancti Germani, & mœnia ejuſdem in pleriſque locis everti fecit ad ſolum. Illis diebus cum viri nequam, qui erant cum ipſo Marcualdo, facerent in cæteris Eccleſiis, ſicut in aliis terræ domibus ſtationem, & ſua in eis ludicra exercerent, ipſi Deo, & Sanctis ejus non verebantur injurias irrogare. Nam cum de cæteris Altaribus certas extraxiſſent Reliquias, unus ex prædictis violare Aram Beatæ Virginis attentavit, qui ſtatim aridam ad ſe manum retraxit.

Alter cum Crucifixo, qui eſt in Eccleſia ſancti Germani, primò per lapidis ictum, demum per urinæ injectionem, in ipſum injurias graves inferret, roſa prius dentibus lingua, areſactus infelix, vitam ſtatim cum morte finivit, quod tantum ipſi Marcualdo terrorem incuſſit, quod facta compoſitione cum Abbate prædicto, terram exiens monaſterii nono ſtante februarii, habuit malo omine in anteriora progreſſum.

Eo tempore Richardus de Aquila Fundanus comes, ut ſalvam faceret terram ſuam, Siſrido fratri comitis Diopuldi filiam ſuam dedit in conjugem.

Tunc ipſe Marcualdus caſtrum Pontis Cervi, terram ſancti Angeli, & Caſtellum Novum ipſi comiti Diopuldo, & ſuis ſervanda commiſit, Diopuldus vero, qui ipſum Marcualdum antecedebat, & prædicabat, ut omnes de Regno ſe ad Marcualdum converterent, & Regni Balium jurarent eidem, a Guilielmo Caſertæ comite captus eſt, & quandiu vixit, eum tenuit vinculatum, ſed eo mortuo, Guilielmus filius ejus accepta filia ejus in uxorem, liberum dimiſit illum. Marcualdus vero ad Apuliæ partes ſe conferens, Avellinum obſedit, & cum incolis civitatis ſe componens, diſceſſit ab obſidione, & procedens inde Vallatam, quoddam Caſale Apuliæ vi cepit, & ſuis dedit in direptionem, & prædam. Tunc Petrus Cælani comes de Marſia venit in terram Laboris. Marcualdus vero de Apulia per capitaniatum rediens in comitatum Moliſii, Iſerniæ civitatem, cum exercitum tenere non poſſet, bonis propriis ſpoliavit, & procedens verſus Terram Laboris, & Teanum oppugnans, capere vi non potuit illam. Exinde Salernum ſe conferens, quæ tunc comiti Diopuldo ſavebat, & inde parato navigio, in Siciliam transfretat, & Panormum properans, facta compoſitione cum comite Gentili de Palear,

quem

quem Gualterius Regni Siciliæ Cancellarius cuſtodem Regis, & palatii reliquerat, palatium Panormi recepit ad manus ſuas, & ſic totam poſtea Siciliam ſuis niſus eſt viribus ſubiugare.

Roffridus Caſinenſis Abbas caſtrum ſancti Angeli recuperat contra ipſum Marcualdum, & in Regis tunc pupilli auxilium dictus Innocentius Papa quemdam dirigit Jacobum Andriæ poſtea comitem conſobrinum ſuum, cum militari exercitu. cum quo unum miſit de Cardinalibus, quem ipſi conſobrino ſuo, & toti exercitui præfecit, qui ipſum Marcualdum Campeſtri bello devicit, & fugavit. . . . . . R. . . . Cardinalem in Siciliam . . . . . .

Diopuldus comes cum aliquibus, cum quibus ipſe remanſerat Marcualdus, quibus adjuvantibus per Regnum mala innumera committebat, præſtito apud Venafrum corporaliter ſacramento de non offendendo amplius terram ſancti Benedicti, propter quod homines ſancti Germani ſibi non cavebant ab eo, ipſe Diopuldus, cum perditorum numero nocturno tempore hoſtiliter terram ſancti Germani intravit nono die martii, eamque dans in direptionem & prædam, miſeros, quos invenit in ea homines, multis adjecit periculis, & tormentis, poſtque redimere ſe ſunt coacti. Abbas vero qui erat in civitate ipſa, fugit cum Gregorio fratre ſuo, ac in Atinum ſe recepit, & exinde ſe in Marſiam contulit, gentis auxilium à Cælani comite petiturus. Qui cum illud dare denegaret eidem, ad Raynaldum Senebaldum fiducialiter ivit, qui totum argentum ſuum ſibi liberaliter tradidit, cumquo aliquot retinuit ſervientes, & baliſtarios, cum quibus rediens per montana, intravit nocturno tempore monaſterium, quo cognito Diopuldus, cum ipſum Abbatem cum magnis crederet viribus rediiſſe, metus cauſa, depopulatam linquens terram ſancti Germani exivit, & ſecum captivos quoſdam de terra ipſa, ad Roccam Arcis deduxit.

Eodem anno dictus Abbas roccam Teani ſuper ſanctum Germanum firmavit, & providens indemnitati terræ ejuſdem, eam per circuitum muris firmavit, & portis, & aggeribus communivit.

Diopuldus vero jam dictus menſe junii apud Venafrum cum comite Cælani congreditur, eumque Campeſtri bello fugavit, cepitque tunc Berardum filium ſuum, quem apud Roccam Arcis captivum duxit.

M cci. Gualterius Brennenſis comes in odium Theutonicorum in Regnum mittitur ab Innocentio Papa, qui apud Capuam congrediens cum ipſo Diopuldo, vicit, & fugavit eumdem, decimo menſis junii, & exinde Teanum veniens, una cum Raynaldo tunc Capuano Archiepiſcopo, filio Cælani comitis, Præſentianum ſe contulit cum eodem, ubi occurrens ei præfatus Caſinenſis Abbas, procedentes, petierunt Venafrum, quam civitatem idem Diopuldus tenebat: ille prædictus Cælani comes timena cum ipſo ſtrenuenſi comite confœderatus eſt, & tandem civitas ipſa, procurantibus ipſo Caſinenſe Abbate, & Malger Sorello in vigilia B. Joan. Baptiſtæ igne cremata eſt, Arce ſuperiori ſe pro Diopuldo tenente. Exinde Aquinum ſe conferunt, ubi quidam erat in caſtello caſtellanus nomine Leucus, qui ſe Diopuldo tenebat, qui captus in ipſo caſtello eſt, & Aquini civitas reddita ad mandatum dicti comitis Gualterii, qui eam Dominis Aquini, per quendam Finagraoum Domini Raynaldi de Aquino filium naturalem reſtituendam providit.

Eodem anno dictus Abbas Caſinenſis caſtellum Novum, & Fractas recuperat.

M. ccii. Dictus comes Gualterius, cum jam dicto Caſinenſi Abbate in Apuliam vadit, qui Abbas una cum Petro Galloze Portuenſi Epiſcopo, legationis officio fungebatur. Cumque ad dictum comitem expugnandum memoratus Gualterius de Palear Cancellarius, cum comite Manerio fratre ſuo, Diopuldo, & Oddoue de Laviano comitibus,

A congregatis undique viribus, ſub prætextu, quod ipſum comitem Regis hoſtem dicebat & Regni, cum ipſo campeſtre bellum inierit apad Cannas, dictus cancellarius cum Diopuldo præfato per ipſum comitem ſexto octobris devicti ſunt, & fugati, multis ex eis captis, & nonnullis gladio interemptis. Sunt etiam in prima qui ſteterant acie capti, Siſridus frater Diopuldi dictus Oddo de Laviano, & Petrus de Cælano, qui comes dicebatur Civitarenſis; qui autem fuga media evaſerunt, cancellarius, & comes Manerius frater ejus, receperunt ſe in Salpitanam civitatem, quæ favebat eidem. Diopuldus vero in rocca ſanctæ Agathæ ſe receptavit. Dictus Caſinenſis abbas in Apulia, habita de Diopuldo victoria, legatus in Siciliam vadit, ubi dictus Marcualdus ſuperveniente dyſſenteria, miſerabiliter expiravit: fames tunc valida per totum Regnum exorta eſt. Diopuldus ſæpe ſatus iratus à Finagrana, qui cum . . . . . diſcordi a comite Gualterio receſſit, cum gente ſua properat B ſuper ſanctum Germanum, ubi idem Finagrana, & quidam ipſius Diopuldi caſtellanus capti ſunt, & gladio perempti.

M. cciii. Diopuldus ipſe a caſtellano S. Agathæ eſt captus vi, poſtea liberatus.

Eo anno Franci cum Venetis componentes, civitatem Jaderæ. . . . . .

Civitatem Jaderæ ipſis rebellem Veneti vi ceperunt, & bonis propriis ſpoliarunt, nobiliſſimam Conſtantinopolitam urbem aggredientes viriliter, & potenter ſicut Domino placuit, obtinuerunt, & poteſtati Romanæ Eccleſiæ, cui antea non intenderat, ſubjecerunt illam.

M. cciv. Dictus comes Gualterius, cum comite Jacobo Tricaricenſi, & comite Roggerio de Theate confœderatus, ipſe tunc temporis Terracinam occupat, de Salerno vero ab ipſo Diopuldo, & gente ſua, & civibus Salerni, qui tenebat eandem, arcte ſatis obſeſſus eſt, & ſagittæ ictu, altero oculorum privatus, & tandem ipſorum comitum auxilio liberatus eſt ipſo Diopuldo, & ſuis de Salerno C ſatis ignominioſe fugatis.

M. ccv. Dictus comes Gualterius cum ipſum Diopuldum dure ſatis, & dire perſequeretur, ipſum tenens in Sarno obſeſſum, dum ſibi male ab hoſte caveret, ipſe Diopuldus in eum cum ſuis diluculo irruente, captus ab eo eſt, & cuſtodiæ traditus carcerali, ubi modicum poſt diem clauſit extremum. Tunc enim memoratus Cælani comes, qui civitatem intraverat Aliſæ, & caſtrum civitatis viriliter expugnabat, quod ſe ad opus Diopuldi tenebat, audito de captione comitis Gualterii combuſta civitate Aliſæ diſceſſit. Dictus vero Diopuldus Salernum cum victoria rediens, quia turrim majorem ipſe tenebat, multos de Salerno cepit, & ut proditores punivit, ut voluit.

M. cc. vi. Innocentius Papa Romam vocat Diopuldum ad ſe, ipſumque, & ſuos a vinculo excommunicationis abſolvit, tunc cum ipſius licentia Salernum reverſus eſt.

D M. cc. vii. Hic parato Salerni navigio, in Siciliam transfretat, Panormum vadit, & tam palatium, quam Regem recipit Fridericum ad manus ſuas, ſed arctatus, & obſeſſus in ipſo palatio a Gualterio de Palear cancellario, captus ab eo eſt, & tandem nocturno tempore fugæ præſidio liberatus, venienſque per mare Salernum, exinde in terram Laboris ſe confert, ubi cum Neapolitanis iniens pugnam, & fugavit eoſdem, ſtrage magna facta ex eis, & Giffrido de monte Fuſculo, quem ſibi capitaneum præfecerant, capto, & vinculis mancipato.

M. ccviii. Menſe januario in vigilia Epiphaniæ Roffridus Caſinenſis Abbas ſuperius memoratus, congregatis militibus, & ſervientibus terræ ſuæ, & Baronum circumpoſitorum, qui ſibi ex gratia libenter obſequebantur, una cum dominis Aquini, & Malger Sorello, civitatem Soræ, precantibus hoc quibuſdam ipſius Abbatis conſanguineis, qui de So-

ra

ra erant, nocturno tempore intrat, eamque ad opus recipit, & fidelitatem Innocentii Papæ, qui in ſuccurſum abbatis ipſius, mittit Stephanum de Foſſa nova camerarium ſuum cum exſortio militum Campanorum, qui Conradum tunc Soræ comitem ſe in Sorella recipientem, arctat, & obſidet, & male ſibi caventem intus Sorellam cepit, qni pro ſua redemptione Roccam Arcis in manus dicti Camerarii reſignavit. Tuuc etiam Broccom, & Peſclum Solidum amiſit.

Eo anno Innocentius Papa in vigila S. Joannis Baptiſtæ menſe Junio, venit ad Sanctnm Germanum, ubi ab ipſo Abbate Roffrido magnifice receptns eſt tam ipſe, quam fratres ſui domini Cardinales in neceſſariis omnibus honorifice procurati.

Tunc venientes ad ipſum Petrus de Cœlano, & Riccardus Fundanus comites cum eis de ſuccurſu Regis Friderici ſtatuit, & de defenſione Regni, in hunc modum, videlicet ut ipſi comites ſint magiſtri Capitanei, quibus ſuper iis omnes intendant a Salerno uſque Ceperanum, ſicut a mari uſque ad mare protenditur tractus terræ, ſalvo ſtatuto Regio, quo Cælanus comes eſt magiſter Juſtitiarius Apuliæ ac terræ Laboris, & ſalvo mandato regio, quod factum eſt comiti Fundano de civitate Neapolitana, ut ſit ſpecialis rector ipſius intelligentes hoc quantum ad propria negotia civitatis; ſed quantum ad ſuccurſum Regis, & ad defenſionem & ad pacem regni, omnes communiter intendent his duobus. Quincumque ordinationem iſtam receperint adinvicem ſibi pacem obſervent, & ſi quiſquam ab aliquo fuerit offenſus, non ſtatim reoffendat eumdem, ſed apud prædictos comites querelam deponat, qui eam ſecundum rationem, ac regni conſuetudinem faciant emendari. Qui autem ordinationem iſtam recipere noluerint, vel recuſaverint, tamquam hoſtes publici habeantur, & a cæteris impugnentur. Ducenti milites dirigantur in ſuccurſum Regis uſque ad Kalendas ſeptembris, moraturi per annum ſub illorum expenſis, a quibus fuerint deſtinati. Diſtribuantur autem ſecundum æſtimatorum arbitrium, quos ad hoc ſpecialiter deputabimus, penſatis debitis ſervitiis, & facultatibus comitum, & baronum, ac etiam civitatum. Quia vero propter æſtatis fervorem deſcendere in Apuliam perſonaliter non potuimus, ſtatutum illud mandabimus exeqoendum per legatum noſtrum, qui eſt in Apulia, per comitem Jacobum conſobrinum, & mareſcalcum noſtrum, & per alium, quem a noſtro latere dirigemus. In omnibus autem reſervamus nobis plenam poteſtatem addendi, minuendi, mutandi, & declarandi, prout viderimus expedire.

Tunc eidem Papæ Philippus Rex Alemanniæ patruus dicti Regis a ſuis nunciatur occiſus.

Tunc etiam rogatu Petri cognomine Comitis decani Caſinenſis, ipſe Papa apud ſanctum Petrum monaſterii, in capella ſancti Nicolai, Aram quandam in honorem beatæ Mariæ Magdalenæ conſecravit.

Dictus Papa relicta ſub depoſito parte Theſauri ſui non modica in monaſterio dictis comitibus in ſua cum ipſius licentia redeuntibus, ipſe de ſancto Germano diſceſſit, & per Atinum iter faciens, quem dictus Abbas Roffridus tenebat, Soram ſe contulit, indeque in Campaniam reverſus eſt.

Eo anno comes Fundanus ſupra memoratus auctoritate fretus, & vi comitis Diopuldi, Capuam recipit, a Capuanis vocatus, in odium dicti Cælani comitis, cujus filius Rainaldus ipſius civitatis Archiepiſcopus erat.

Mccix. Fridericus Rex Siciliæ uxorem duxit Conſtantiam ſororem Regis Aragonum. Dictus Cœlani comes caſtellum Capuæ recipit a Leone de Andria Caſtellanu, hoc filio ipſius dicto Archiepiſcopo procurante, & dictus Fundanus comes, qui Caſtellum ipſum tenebat obſeſſum, metus cauſa Capuam exiit.

Otbo dux Saxoniæ ab Innocentio Papa vocatus apud S. Petrum, in Romanum Imperatorem coronatur, non ſine ſtrage magna ſuorum, qui præſtito juramento de conſervando Regalibus S. Petri, & de non offendendo Regem Siciliæ Fridericum in Marchiam ſecedens, & in partes Tuſciæ, ibi per annum continuum moram fecit.

Hoc anno menſe maii, penultimo menſis ejusdem, dictus Roffridus Caſinenſis Abbas apud S. Germanum obiit, cui Petrus dictus Conte, qui antea functus fuerat officio decanatus, electus a fratribus in Nativitate S. Joannis Baptiſtæ, & a Papa Innocentio approbatus, in regimine monaſterii ſucceſſit eidem. Huic Rocca Bantæ, quæ uſque tunc monaſterio ſuberat Caſinenſi, rebellavit. Cui quemdam præfecerat Monachum nepotem ſuum, nomine Seniorectum, qui ſibi ab hominibus Roccæ ipſius non præcavens, cum de Rocca ipſa feciſſet ad villam deſcenſum, hoc ipſis de villa proditorie procurantibus, cum redire in Roccam vellet, non eſt amodo eam intrare permiſſus.

M. ccx. Otho dictus Imperator ſuadente ſibi Diopuldo, & Petro Cœlanenſi comite, qui cum ipſo Diopuldo contraxerat, quorum alter Capuam, alter vero ſibi Salernum tradidit, ſpreto juramento, quod Romanæ Eccleſiæ fecerat, regnum intrat per Reatinas partes, ſub illorum ducatu, qui fidelitatem ei præſtiterant, per Marſiam, & exinde per Cominum venit, ad quem dictus Caſinenſis Abbas, cui cura erat de terra, & populo, cum ad ingreſſum ipſius Othonis eſſent omnes exterriti, ita quod in ſancto Germanu pauci admodum remanſerint, qui ad loca tutiura ſua ſupellectilia non tuliſſent, ſuos pro pace legatos miſit, & ipſe etiam exivit in occurſum ejus contra fratrum omnium voluntatem. A quo ſatis benigne receptus, terram monaſterii ſervavit indemnem.

Tunc idem Otho ſe Capuam confert, ubi receptis a Diopuldo certis munitionibus, quas habebat in Regno, ducem Spoleti efficit illum.

Hic cum gente ipſius Othonis ivit ad debellandum civitatem Aquini, in qua Landulfus, Thomas, Pandulfus, & Robertus domini Aquini, qui Regis fidem ſervabant, ſe receperant, cum gente ſua, & cum non prævaleret in eam viribus reliſtentibus prædictorum, confuſus, & non ſine damno receſſit.

Civitas Neapolis in odium Averſæ ipſi Othoni ſe reddidit. Qui ad inſtinctum Neapolitanorum Averſam obſidet, quæ facta cum eo compoſitione remanſit indemnis.

Dictus Otho Apuliæ fines ingreditur, certis ſibi colla flectentibus tum voluntarie, tum cauſa metus.

Innocentius Papa illum excommunicat, & Eccleſiam Capuanam ſub interdicto ponit, pro eo quod celebrare auſi ſunt ipſo præſente. Excommunicat etiam omnes fautores illius, in octavis B. Martini excommunicat etiam omnes fautores illius.

M. ccxi. Petrus Caſinenſis Abbas menſe januario, quinto videlicet Kalen. februarii in monaſterio obiit.

Innocentius Papa in die ſancto Jovis excommunicationem latam in Othonem, ac ejus ſequaces confirmat.

Hoc anno Adenulfus cognomine Caſertanus in Abbatem Caſinenſem eligitur.

Dictus Otho cum totam fere ſibi Apuliam ſubjugaſſet, audito quod quidam Alemanniæ principes ſibi rebellaverant, mandato Apoſtolico, regnum feſtinus egreditur menſe novemb. & menſe martio in Alemanniam remeavit.

Eodem menſe Martio Fridericus Rex Siciliæ ab Innocentio Papa vocatus, navigio vectus a Gajetanis, relicti Panormi uxore, & filio, Gajetam venit. Ad quem dictus Ricchardus de Aquila Fundanus comes, & præfati domini de Aquino vadunt. Tunc Rex ipſe ad petitionem hominum Rocchæ Bantræ, qui acceſſerunt ad eum, caſtellanum mittit, Joannem Ruſſum civem Gajetanum militem

ſuum,

Digitized by Google

ſuum, & a Gajeta deſcendens per mare ad urbem vadit, ubi a Papa Innocentio, & cæteris Cardinalibus, Senatu, Populoqne Rnmano, ingenti cum bonore receptus eſt, ad quem miſſus ex parte Conventus Stephanus cognomento de Marſia, tunc Cameratio Caſinenſis, mandato Papæ Innocentii litteras, & mandatum impetravit à Rege ad caſtellanum Rocchæ prædictæ, ut eam reſtitueret mnnaſterio Caſinenſi, & poſt dies paucos ab Urbe diſcedens cum licentia Papæ, ac Cardinalium ſe naviglo recipit, & Genuam ſeliciter applicans, inde per Cremonam, & Veronam, invitis Mediolanenſibus, qui ejus impedire tranſitum crediderunt, & tranſalpinavit cum paucis. Hunc dicti Othonis æmuli benigne recipientes, greſſus, & iter ejus contra eum in viam rectam, & non invium direxerunt. Qualiter igitur Rex ipſe in Imperii acquiſitione profecerit, qualiterve obtinuerit contra eumdem Othonem, locis relinquu propriis aptius referendam.

M.ccxii. Menſe junil Innocentins Papa urbem exienavenit Signiam, ubi per æſtatem moram faciens. menſe ſeptembri remeavit ad urbem.

Petrus Cælani comes languore correptus obiit.

Hoc anno Chriſtiani Principes, videlicet, Rex Caſteilæ, Rex Navarræ, & Rex Aragonum cum Miramomelino Saracenorum Principe prælium ineuntes. Dei favente virtute, victoriam contra eum obtinuerunt. Quod ad omnium Orientalium gaudium, & exultationem, idem Rex Caſtellæ de tanta Chriſtianis principibus cœlitus conceſſa victoria, dicto Innocentio Papæ litteras mittit. Mittit etiam de acceptis Saracenorum ſpoliis eidem honorabilia xenia, tentorium videlicet totum ſericum, & vexillum auro conteatum. Quod in Principis Apoſtolorum Baſilica, in laudem nominis Chriſti appenſum eſt.

Menſe madio Adenulfus Caſinenſis electus, Rocchæ Bantræ, occaſione mandati Regii, cum parere noluit caſtellanus, arctat, & obſidet, ſed cum Rnccham ipſam obtinere non poſſet, data quadam nepte ſua in conjugem filio ipſius caſtellani cum certa pecuniæ quantitate, recuperavit Roccham ipſam monaſterio Caſinenſi. Innocentins Papa per generales, quas ad orbis Prælatos dirigit litteras, ſanctam ſynodum ad urbem vocat menſe junio Signiam, ubi propter urgentem neceſſitatem dictum Adenulphum Caſertanum Caſinenſem electum, in Caſinenſem Abbatem promovit. Fredericus Rex auxilio principum, totam Alemanniæ planitiem obtinuit, ſolis ipſi Othoni munitionibus remanentibus.

Hoc aano fames in Apulia exnrta eſt.

M.ccxli. menſe junii Innocentius Papa nrbem exiens menſe junio ivit Viterbium, ubi per generales, quas ubique terrarum dirigit litteras, nmnes Chriſti fideles ad Terræ Sanctæ ſubſidium exhortatur, per qnas etiam excommunicationis vinculo innodat corſarios, & piratas, qui capiunt tranſeuntes, ſicque ſubſidium impediunt terræ eidem, & qui ſcienter communicant cum ipſis in aliquo venditionis, vel emptionis contractu. Innnvat præterea excommunicationem latam adverſus eos, qui Saracenis arma, ferrum, lignamina deferunt Galearum, qnique cnm piraticis Saracenorum navibus curam gabernationis exercent, præcipiens hujuſmodi ſententiam per omnes urbes maritimas publicari diebus Dominicis, & feſtivis.

Hoc anno dictus Otho cum Rege Franciæ bellum committens ab ipſo Rege devictus eſt, & fugatus.

Mccxiiii. Innocentius Papa has mittit litteras ad Soldanum.

Innocentius, &c. nobili viro Sephadino Soldano Damaſci, & Babyloniæ timorem Divini nominis, & amorem. Daniele Propheta teſtante didicimus, quod eſt Deus in Cœlo, qui revelat myſteria, mutat tempora, & transfert Regna, ut univerſi cognoſcant, quod dominus excelſus dominatur in Regno hominis, & cui voluerit dabit illud. Hoc autem evidenter oſtendit, quando Jeruſalem, & ſines ejus tradi permiſit in manus fratris tui, non tam propter ejus virtutem, quam propter offenſam Populi Chriſtiani, Deum ipſum ad iracundiam provocantis, qui ſecundum Prophetas, cum iraſcitur, non obliviſcitur miſereri, unde illum imitari volentes, qui de ſe ipſo ait: Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde, magnitudinem tuam humiliter obſecramus, quatenus ne propter violentam detentionem præfatæ terræ plus adhuc effundatur humani ſanguinis, quam hactenus eſt effuſus, reſtituas eam nobis, uſus conſilio, de qua forte detentione plus tibi difficultatis, quam utilitatis accreſcit, & dimiſſis utrinque captivis, quieſcamus a mutuis impugnationum offenſis, ita quod apud te non ſit deterior conditio gentis noſtræ, quam apud nos eſt conditio gentis tuæ. Latores præſentium ad tuam præſentiam deſtinatos, rogamus benigne recipias, dignum eis reſponſum tribuens tam effectu. Datum Laterani 6. Kalen. maii Pontificatus noſtri anno 16.

Item ſcire volens ipſe Papa terras, mores, & vires Agarenorum, contra quos de ipſius mandato Chriſtianorum exercitus parabatur, ſcripſit Patriarchæ Jeroſolymitano, magiſtris domorum Hoſpitalis, & Templi, ut ſuper his eum per ſuas redderent litteras certiorem, qni per quaſdam naves Venetorum inde huc tranſmeantes, tam detentores, qnam terras, & mnres eornm expoſuerunt ei certiſſime in hunc modum.

Saladinus, & Sephadinus duo fratres fuerunt. Mortuo Saladino, qui habuit 11. filios, regnavit Sephadinus, qui occidit omnes nepotes ſuos, præter unum, qui vocatur Melchiſedech, qui tenet terram iſtam cum omnibus civitatibus, caſtris, & villis, & aliis munitionibus quæ ſunt plus de ducentis. Sephadinus vero habuit filios 15. de quibus hæreditaverunt ſeptem, ſcilicet, Melkekemme, qui primus eſt, & major natu omnibus. Hic tenet Alexandriam, Babyloniam, Cairum, & totam terram Ægypti in meridie, ac Septentrinne, qui poſt mortem patris ſui Sephadini de generali conſtitutione patris, & fratrum, debet eſſe dominus omnium, & totius terræ. Secundus filius eſt nomine Corradinus, qui habet Damaſcum, ſanctam Jeruſalem, & totam terram, quæ fuit Chriſtianorum, præter modicam, quam adhuc tenent Chriſtiani, qui ſunt inter civitates, munitiones, & caſtra plus de trecentis. Tertius filius eſt nomine Melkaſais, ideſt Grandis, qui tenet terram, quæ dicitur de Jamella cum tota alia Provincia, quæ ſunt inter munitiones, villas, & caſtra plus de quadringentis. Quartus filius eſt nomine Melkemodam, ideſt magnus dominus qui tenet Regnum Doaſiæ cum omni potentatu ſuo, quæ ſunt plus de quadringentis inter civitates, munitiones, & caſtra. Quintus filius eſt nomine Melkiſalaphat, qui regnat, & tenet terram de Sarco, ubi fuit occiſus Abel à Caim fratre ſuo, in quo regno ſunt octingentæ inter civitates, munitiones, & caſtra plana. Sextus filius eſt Machomettus, qui tenet Regnum de Baldach, ubi eſt Papa Saracenorum Caliphius, qui colitur, timetur, & adoratur, tamquam Romanus Pontifex in lege eorum, qui non poteſt videri, niſi bis in menſe, quando cum ſuis vadit ad Machometh Deum Saracenorum, & inclinato capite, & oratione facta ſuo more Saracenico, antequam templum exeant, ſplendide comedunt, & bibunt, & ſic coronatus, revertitur in domum ſuam cum gente ſua. Iſte Deus Machometh viſitatur quotidie, & adoratur, ſicut viſitatur, & adoratur dominus Crucifixus à populo Chriſtiano. In iſta civitate Baldach eſt Papa Caliphius. Civitas illa caput eſt totius legis Agarenorum. Septimus filius eſt nomine Salaphat. Hic non haber ſpecialem terram, ſed ſemper eſt cum patre ſuo Sephadino. Iſte portat vexillum coram Patre ſuo, quando equitat. Cui unuſquiſque fratrum ſingulis annis pro certo cenſu dignitatis ſuæ tranſmittit mille Saracenaros, & duos dextrarios bene paratos. Sephadinus quando equi-

tat terram, ac viſitat filios ſuos præfutos, incedit velato capite de uno examito rubeo. Cui omnes filii inclinant quater ad terram, & exeunt ei obviam per ſex milliaria, ac oſculato pede cum ipſe ſit ſuper ſquum, recipit eos ad oſculum, & ad manum. Qui cum unoquoque moratur per triduum, ſemel in anno, & ſic a primo uſque ad ſeptimum filios viſitat memoratos, & quolibet unno pro certo tributo mittit in fiſco Patris 20. millia Saracenatos, & ſic a primo uſque ad ſeptimum dat unicuique filiorum unum de Anulis ſuis, in quo Imago ſua ſculpitur.

Volunt iſti libenter reddere in manus domini Papæ terram ſanctam, quam tenent ad opus Chriſtianorum, & ut certi ſint, & ſecuri de alia terra a populo Chriſtiano, ſingulis unnis volunt eſſe ſub certo tributo Patriarchæ Jeroſolymitano & dabunt inde cautelam Romanæ Eccleſiæ, de non impediendo amplius Terra Sancta, quam Dominus noſter Jeſus ..hriſtus ſuis pedibus ambulavit.

Prædictus vero Sephadinus de more prædeceſſorum ſuorum faciem ſuam non oſtendit omnibus, niſi decies in anno, quando nuncios recipit Piſanorum, Januenſium, Venetum, civitatum, regum, vel principum Chriſtianorum, aſtantibus centum armatis. Primo die recipit ipſos in prima Sala de Cairo, ubi ſemper eſt ſtatus ejus. Tunc recipit litteras à nunciis, ſed non audit eos, in ſecunda die audit eos in ſecunda Sala aſtantibus ducentis Turchis ſuis bene armatis. In tertia quidem die per Turcimannum ſuum videlicet interpretem dat eiſdem reſponſum, ſecundum quod eſt modus in cauſa. Qui poſt tertium diem non habent amplius ad illum acceſſum.

Habet Sephadinus uxores 15. in lege ſua, quæ ſunt in uno Palatio, inſimul dormiunt, comedunt, & bibunt. Si aliqua earum habet ex eo filium, Sephedinus vadit ad eam quando vult, & dormit cum ea videntibus aliis Illam vero, quæ non habet ex eo filium, ad ſe quando vult per Eunuchos ſuos vocari facit in veſperis, & detinet eam per noctem, & diem, & ſic facit de ſingulis. Quando aliqua iſtarum moritur, inducit aliam inter alias.

In ſecretiori Camera ubi ludit, & dormit, nullus habet acceſſum, niſi unus tantum ſenex, in cujus Cameræ oſtio ſemper exiſtunt armati quinquaginta.

Quinquagenarius eſt Sephadinus, potens multum in armis, ac gente, eloquens valde in lingua ſua, qui præcellit hodie omnes, qui vivunt, Paganos, excepto Maximuco, in auro. Tam enim munivit totam terram ſuam, & filiorum, & exercitus congregat infinitos. Sed in omnibus ipſe cum filiis in prædictum modum cum Romana Eccleſia vult componere pacem.

Octo alii filii Sephadini de Patris conſtitutione ſic vivunt. Duo ex ipſis cuſtodiunt Sepulcrum Domini, ad quos quidquid datur provenit, & dividunt inter ſe. Quatuor alii habent redditus de Calice fluvio, qui irrigat totam terram Ægypti. Et illis quatuor melius valent illi redditus de viginti millibus Saracenatis. Duo alii fratres minores ſunt quotidie in conſpectu Dei ſui Machometh, pro caſtitate, quam habent, & totum quod datur ad pedes ejus, eſt de ipſis minoribus fratribus. Hæc ſanctiſſime pater, ita eſſe in veritate ſciatis.

Hoc anno Rogerius de Aquila Fundanus comes cepit caſtrum Motulæ, & illud bonis omnibus ſpoliavit.

M. ccxv. Innocentius Papa urbem exiens, venit Ferentinum in Campania, ad quem Rogerius de Aquila Fundanus comes accedens, Regi Friderico fidelitatis præſtitit juramentum.

Idem Papa menſe auguſto inquiſitionem de perſona Abbatis Caſinenſis Adenulfi præfati fieri mandat per Nicolaum capellanum ſuum, qui in Tuſculanum eſt aſſumptus, & per magiſtrum Rainerium tunc Notarium, qui in Cardinalem poſtea eſt promotus. Qui de ſtatu monaſterii, & de perſona dicti Abbatis, per monachos ſub juramento veritatem certius inquirentes, & quæ didicerunt, redigentes in ſcriptis, ipſi ſummo Pontifici retulerunt. Illis autem abeuntibus, idem Abbas pravo uſus conſilio, monaſterium munire curavit militibus, & ſervientibus, ſuis conſanguineis, & propinquis. Similiter & Roccam Fanulæ, Atinum, Roccam Bantræ, & caſtrum Fractarum, qui tandem a Papa vocatus apud Anagniam vadit ad ipſum Qui præſtito ſacramento quod monaſterium decaſtellaret, & Roccas prædictas eiſque in manus eorum traderet, quibus ipſe mandabat, correptus ab eo dimiſſus eſt, & rediens ad monaſterium, illud tantum decaſtellavit reliquis ſibi Caſtellis retentis, & propterea vocatus a Papa, iterum inconſulte vadit ad ipſum. A quo redargutus de fide mentita, cum in eum publice vellet ferre depoſitionis ſententiam, perſuadentibus ſibi nonnullis renunciavit, & ceſſit invitus Quem ipſe Papa apud Sarianum mandat cuſtodiri, donec Roccas prædictas reſignari faciat ad mandatum ſuum Hoc itaque cum innoteſceret in terra monaſterii Miraddo nepos dicti Abbatis conſulens vitæ ſuæ, cum eſſet in ſancto Germano, & multas nonnullis intuliſſet offenſas, nocte fugiens, relictis uxore & filiis in Rocca Bantræ, in qua quidam erat monachus conſobrinus ſuus, ſe recepit, cum quo poſtmodum facti Eccleſiæ rebelles, terram ipſius hoſtiliter infeſtabant. Interea juſſu Apoſtolico de ſubſtitutione Abbatis tractatur in monaſterio, ſed quia non poterant conventus in unius electione inveniri concordes, hoc ipſi Papæ per octo de fratribus, quos ad ipſum mittunt, denunciant. Inter quos cum unus eſſet eorum notus Pontifici Stephanus cognomento de Marſia, cujus ſuperius feci memoriam, illum, poſtquam per eos ſibi conſtitit de electione diviſa, de gratia prout placuit in Abbatem conceſſit eiſdem. Hic ad monaſterium rediens a fratribus, & populo cum honore receptus eſt.

Eo anno Rex Fridericus in rependium collati ſibi cælitus beneficii de victoria adverſus Othonem dictum Imperatorem apud Aquiſgranum, ſponte ſe crucis charactere inſignivit.

Dictus Papa Romæ apud Lateranum in Eccleſia Salvatoris, quæ Conſtantiniana dicitur, ſanctam ſynodum celebravit, in qua cum fuerint patres circiter quadringenti, de reformatione Eccleſiæ in ſuo ſermone propoſuit, & liberatione potiſſimum Terræ ſanctæ. Interfuerunt autem Regum, & Principum totius orbis nuncii, legatus quoque Regis Friderici Panormitanus Archiepiſcopus Berardus nomine, & Mediolanenſis quidam pro parte Othonis ad mandatum Eccleſiæ redire volentis. Sed Marchio Montis Ferrati, qui erat pro parte Regis ipſius adverſarium ſe opponens, quod pro Othone ipſo non deberent audiri, ſex in medium capitula protulit. Primum, quia juramentum, quod Romanæ Eccleſiæ fecerat, non ſervavit, ut debuit. Secundum quia propter quæ fuit excommunicatus, adhuc detinet, nec reddidit, ut juravit. Tertium, quia Epiſcopum quemdam excommunicatum tanquam ipſius fautorem nititur confovere. Quartum, quia legatum Epiſcopum alium capere, & in majoris iniquitatis cumulum incarcerare præſumpſit. Quintum, quia in contemptum Romanæ Eccleſiæ Regem Fridericum, Regem appellavit presbyterorum. Sextum, quia quoddam monialium monaſterium deſtruxit, & erexit in Arcem. Adjecit etiam, quod cum ipſi Mediolanenſes ſimili eſſent excommunicatione notati, tanquam ipſius Othonis complices, & fautores, & quia eorum civitas Paterenos fovebat, nulla prorſus debebant ratione audiri. Quod cum moleſte ſatis ferrent Mediolanenſes ipſi, & vellent Marchioni ipſi in contrarium reſpondere, quia pars utraque in contumelias prorumpebat, de ſolio ſuo dominus Papa exurgens manu innuit, & egredientibus cæteris, ipſe Eccleſia eſt egreſſus. Sedit autem uſque tertio ipſe dominus Papa, a feſto beati Martini, uſque ad feſtum ſancti Andreæ, & tunc electionem factam per Principes de Rege Friderico

in Imperatorem Romanum, apptobans confirmavit, & in ſancta ſynodo lxx. capitaia promulgavit: damnavit librum Joachimi Florenſis Abbatis, quem contra magiſtrum Petrum Lombardum ediderat, de unitate, & eſſentia Trinitatis.

M.ccxvi. Stephanus Caſinenſis Abbas, ſacta compoſitione cum Miraddo recipit roccam Banirę. Adeoulphus quondam Abbas a Papa dimittitur, cui ab ipſo conceditur Eccleſia S. Benedicti in Capua, & de gratia Eccleſia S. Angeli in Formis additur illi.

Hoc anno dictus Stephanus Caſinenſis Abbas Romæ apud Lateranum in ſacerdotem per manus Oiſtienſis Epiſcopi promovetur.

Diopuldus de Ducatu Spoleti in regnum occulte rediens ſuper aſioum ſedens proditus, & cognitus apud tyberim captus eſt, & ſenatori Urbis in cuſtodiam traditus, & tandem interventu pecuniæ liberatus.

Henricus Regis Friderici filius vocatus a patre Gajetam, Panormo navigio veniens, in Alemanniam vadit. Menſe junio Innocentius Papa Urbem exiens, Peroſium vadit, ubi menſe julio xvi. Kalend. auguſti languore correptus feliciter expiravit, cujus obitum quidam metrice ſic deflevit.

Nox accede, quia ceſſit ſol, lugeat orbis,
In medio lucis lumen obiſſe ſuum.
Lumen obit mundi, quia deceſſit Pater Innocentius; Iſte Pater Urbis, & orbis erat.
Nomen utramque teneas veſtrum notat hoc, quod habebat,
Quid mundo poſſet reddere, quidve Deo.
Si ſpeciem, ſi mentis opes, ſi munera linguæ
Attendas, cedet lingua, cadetque ſtylus.

Hic honore debito apud Peruſium tumulatus eſt, & Centius Sanctorum Joannis, & Pauli presbyter Cardinalis in Papam Honorium ſubſtitutus eſt illi. Qui de tanti Patris obitu, & ſua promotione ubique terrarum litteras dirigit generales. Hic menſe ſeptembri de Peruſio ad Urbem redit, ubi cum multo honore a Romanis omnibus receptus eſt.

Hoc anno fertilitas magna fuit.

Filius Regis Franciæ cum exercitu ſuo intravit Angliam, & ex ea non modicam partem obtinuit, propter quod per totam Angliam excommunicatus eſt, Papa mandante.

Rex Angliæ obiit, & filius ejus coronatur in Regem.

M.cc xvii. Petrus Altiſiodotenſis comes in Conſtantinopolitanum Imperatorem electus eſt; Romam veniens cum conſorte ſua, ab Honorio Papa apud ſanctum Laurentium extra muros Urbis, in Imperatorem, & Imperatricem coronantur. Qui regnum intrantes, & ſe Brundiſium conferentes cum honeſto militari exercitu, ibi dominum Joannem de Columna Cardinalem in Conſtantinopolim legatum venturum expectant, cum quo infauſto ſatis omine navigio transfretantes, ad portum Durachii pervenerunt. Qui pravo ducti conſilio, Imperatrice eos per mare præeunte ad civitatem Bizanceam, obſidere, & expugnare præviderunt Durachium, & cum viris non proficerent, aut viribus ſuis, ab obſidione civitatis ipſius digreſſi ſunt. Qui errantes per devia, & condenſa ſylvarum a Græcis intercepti ſunt, de quibus nonnulli in ore gladii perierunt, nonnulli vero capti ſunt, & carcerali ſqualore, una cum ipſo Imperatore conſumpti. Ipſe etiam Cardinalis captus eſt, & detentus.

Hoc anno navalis Friſonum exercitus Gajetam veniens, Hieroſolymam vadit in ſubſidium Terræ ſanctæ. Januenſium quoque, Venetum, Piſanorum, & aliorum de diverſis mundi partibus ſignatorum apud Accon multitudo convenit. Qui cum Rege, Patriarcha Hieroſolymitano, Magiſtris domuum Hoſpitalis, & Templi conſilium ineuntes, cum Hieruſalem propter aquarum defectum commode adire non poſſent, verſus Damiatam Saracenorum civitatem nobilem, & munitam ſuarum navium carbaſa direxerunt. quo proſpere applicantes, eo favente, qui mari, & ventis imperat, cum fluvius ingens, & turris in eo præcelſa conſtructa tranſitum ad civitatem penitus prohiberent, coacti ſunt ſua figere Tentoria circa litus. Quod illi de Damiata videntes, ſuos mox nuncios dirigunt ad Soldanum, per quos ſe a Chriſtianis obſeſſos ſignificant, & petunt ut in ſuum ad eos veniat ſuccurſum. Qui ſtatim collectis undique viribus Damiatam ſe contulit ſine mora quam viris munivit, & viribus, necnon, & turrim prædictam, & ne Chriſtiani poſſent in partem alteram navigio transmeare, ſecus amnis ripam acies Baliſtariorum, & Arcariorum innumeras ordinavit. Tunc Chriſtiani de Regis, & aliorum conſilio, & conſenſu, qui præerant exercitui, ut liberior eis pateret ad civitatem acceſſus, expugnare turrim primitus præviderunt, & pretio a Friſonibus una conducta Cochone, quam propter ignem, quem illi, qui erant in turri, ſæpius jaciebant, coriis morticinis, & aliis neceſſariis undique muniebant, viros audaces, & bellicoſos, qui per ſcalam ligneam ſatis artificioſe compoſitam deberent conſcendere turrim ipſam, ordinatunt, & poſuerunt in ea. Quam cum per fluvium ducerent, aliquo non obſtante, hinc Saracenis, hinc Chriſtianis alta voce clamantibus, ſeque viciſſim ferientibus jaculis, & ſagittis, volentes, qui erant in Cochone ſcalam in turris ponere ſummitate, & per illam conſcendere, prout fuerat ordinatum, dum niterentur in aſcendendo viri cordati alter alterum prævenire, mox in partes ſcala confracta loricati milites, proh dolor, ceciderunt, quorum haud dubium eſt in cælum animæ avolarunt, & noſtri tunc imperfecto negotio triſtes ſunt, lætantibus e contrario Saracenis, ad caſtra reverſi, nec inde deſtiterunt a cœptis, quinimmo ad capiendam turrim ipſam vehementius animantur, ad quam cum per aquas accederent navibus, & ſcalarum ingeniis, ſeminaria, & per terram darent ut poterant frequentes inſultus divina dextera faciente, menſe auguſto in feſto beati Bartholomæi Apoſtoli turrem ipſam obtinuerunt, & qui in ea inventi ſunt, gladiis occubuere noſtrorum, quibuſdam nobilioribus reſervatis ad vitam, quos Rex Hieroſolymitanus victos Accon dirigit in victoriæ ſignum.

M.cc.xviii. Hoc anno menſe martio dominus Joann. de Columna dudum apud Durachium captus ad preces Papæ liberatur a vinculis, & legatus Conſtantinopolim vadit.

Otho dictus Imperator apud Brunsvich naturali morte defungitur.

Pelagius Albanenſis Epiſcopus a Brunduſio, cum Jacobo comite Andriæ Romani exercitus Principe in Syriam transfretat. Et tunc nonnulli crucesignati de terra ſancti Benedicti, & aliarum partium a Gajeta navigio Hieroſolymam petunt, & proſpere pervenientes Accon, audito de captione turris vadunt ſine moræ periculo Damiatam.

Diopuldus præſatus de mandato Regis Friderici in Romanum Imperatorem electi a comite Jacobo de ſancto Severino genere ſuo capitur.

Conſtantia uxor dicti Regis in Romanum Imperatorem electi vocata a viro ſuo in Alemanniam vadit ad ipſum.

Hoc anno Honorius Papa menſe junio Urbem exiens ivit Reate, ibique moram faciens uſque ad menſem octobrem, inde ivit Viterbium, & tandem Romam reverſus eſt, ſed cum propter Romanorum moleſtias eſſe Romæ non poſſet, coactus eſt Viterbium remeare.

Chriſti exercitus fluvium transmeat Damiatæ, & poſita civitati obſidione, cum Soldanus fugiens metus cauſa, relictis tentoriis in partem alteram receſſit, poſt ſtrages plurimas, poſt ſumptus multiplices, poſt labores, & damna innumera menſe novembri in vigilia beati confeſſoris Leonardi obtinuit tandem faciente Domino Damiatam hoc ipſo Albanenſi Epiſcopo procurante. Civitas autem ipſa auro, lapidibus pretioſis, pannis ſericis, rebuſque optimis plena inventa eſt, de quibus ditatus Chriſti exercitus eſt, & Ægyptii ſpoliati. De Saracenis vero

tan-

tanta ſacta eſt ſtrages, quod Chriſtianis ipſis diſplicuit. Tunc Soldanus ipſe furore accenſus, muros Terræ ſanctæ Hieruſalem iterum ad ſolum fecit, & a Saracenis incolis deſeri, paucis in ea Chriſticolis remanentibus. Interim Chriſtiani civitatem Damiatæ tenent, & poſſident, & ab omni ſpurcitia Paganorum mundantes eandem, confirmant in ea Eccleſias ad laudem, & gloriam nominis Jeſu Chriſti. Soldanus vero animo, viribuſque reſumptis Chriſtianos non ceſſat uſque ad aggeres quotidie impugnare, noſtris tamen ſe viriliter tuentibus, & tenentibus contra illos.

Honorius Papa menſe junio a Viterbio ad Urbemveterem vadit, & circa finem ſeptembris Viterbium rediens, ea inde Romam reverſus eſt.

Fridericus Rex vocatus a Papa, venit cum conſorte ſua Conſtantia ad coronam, relicto in Alemannia Henrico filio ſuo; & ambo in Principis Apoſtolorum Baſilica menſe novembri in feſto beatæ Cæciliæ magnifice ſatis, cum omnium Romanorum gratia, & honore ſunt Imperii Diademate inſigniti. Quorum coronationi dictus Stephanus Caſinenſis Abbas, necnon comes Rogerius de Aquila, comes Jacobus de ſancto Severino, comes Richardus de Cælano, & nonnulli de Regno Barones interſuerunt, occurrentes ipſi Imperatori, ut ipſius ſibi gratiam compararent, eidemque dederunt liberaliter dextrarios, quos habebant, quos redeuntibus in Alemanniam Theutonicis, ipſe largitus eſt Imperator.

Tunc etiam Thomas Moliſii comes ad ipſum Imperatorem pro illius gratia obtinenda miſit filium ſuum, ſed cum obtinere eam non poſſet, contra ipſum Imperatorem ſe in Roccam recipit Magenui, comitiſſa uxore ſua in rocca Bojani conſtituta, & relicta cum ſuis.

Tunc ipſe Imperator per manus Oſtienſis Epiſcopi, qui poſtmodum in Papam Gregorium eſt promotus, reſumpſit Crucem, votum publice innovavit, multoſque qui interérant nobiles, idem facere animavit. Tunc etiam dictus Abbas Staphanus ad petitionem Imp. ſibi roccam Bantræ mandat reſtitui, & Atinum, quæ uſque tunc ea conceſſione Imperatoris Henrici patris tenuerat Eccleſia Caſinenſis.

Imperator ipſe Romæ in ſua coronatione quaſdam edidit ſanctiones pro libertate Eccleſiarum, & Clericorum, confuſione Paterenorum, teſtamentis Peregrinorum, & ſecuritate Agricultorum, & tunc Romanos fines deſerens, & per Campaniam iter habens, venit in Regnum, & apud ſanctum Germanum magnifice a prædicto Abbate receptus, menſam Campſorum, & jus ſanguinis, quod uſque tunc habuerat conceſſione Imperatoris Henrici in Eccleſia Caſinenſi recipit ab eodem. Sueſſam, Theanum, & Roccam Draconis in demanium revocat, quas dictus comes Rogerius de Aquila tunc tenebat, & ſe recto tramite Capuam conferens, & regens ibi curiam generalem pro bono ſtatu Regni ſuas aſciſias promulgavit, quæ ſub viginti capitulis continentur.

M.ccxxi. Tunc Imperatrix Sueſſam vadit.

Sora, quam comes Richardus frater olim Innocentii Papæ tenebat, ipſi Imperatori ſe reddidit.

Rogerius de Aquila comes mandato Imperatoris roccam Arc ſarctat, & obſidet, quam Stephanus Cardinalis ſancti Adriani, qui eam tenebat, ipſi Imperator reſignari mandavit.

Tunc Diopuldus, quem comes Jacobus de ſancto Severino Imperatori tradidit, olim de mandato ipſius captus, ad preces Theutonicorum dimiſſus eſt liber, datis tamen à Sifrido fratre ſuo, & reſignatis Imperatori Aliſia, & Cajatia, quas tenebat.

Tunc etiam Thomas de Aquino factus Acerrar. comes Magnus Juſtitiarius factus eſt Aquilæ, & terræ Laboris.

Bojanum Imperatori ſe reddidit, ubi cum Barones comitatus, qui Imperatori manum dederant contra Thomam Cælani, & Moliſii comitem convenissent, comes ſuper eos ipſe irruens, & in fugam vertit eoſdem. Bojanum combuſſit, & de illius Victualibus roccam Bojani munivit, uxorem ſuam comitiſſam ſecum ducens ad roccam Magenul.

Dictus Acerrar. comes cum Imperiali exercitu roccam Bojani adiens, illam arctat, & obſidet. Qui eam per compoſitionem obtinens pro ipſo Imperatore, dictæ roccæ Magenul, in qua dictus comes Thomas ſe receperat, obſidionem parat.

Illis diebus rocca Junulæ ſuper ſanctum Germanum de novo firmata diruitur, juxta editam Capuæ conſtitutionem de novis ædificiis diruendis.

Cælanum Imperatori ſe reddidit, quibuſdam in turri Cælani, & in Obinulo ſe ad fidelitatem comitis Moliſii recipientibus, propter quod Cælanenſes Imperatoris gentem in ſuum ſuccurſum vocant, cum qua turrim ipſam aggredientes viriliter, vi eam capere nequiverunt.

Imperator cæteris de Regno ſibi colla flectentibus, per Apuliam, & Calabriam iter habens, feliciter in Siciliam transfretat, & Meſſanæ regens curiam generalem, quaſdam ibi ſtatuit aſciſias obſervandas, contra luſores taxillorum, & aleatum, nomen Domini blaſphemantes, contra Judæos, ut in differentia veſtium, & geſtorum a Chriſtianis diſcernantur, contra meretrices, ut cum honeſtis mulieribus ad Balnea non accedant, & ut earum habitatio non ſit intra mœnia civitatum, contra joculatores obloquentes, ut qui in perſonis, aut rebus illos offenderit, pacem non teneatur Imperialem infrigere.

Hoc anno viceſima a perſonis Eccleſiaſticis, à laicis vero decima pro ſubſidio Terræ ſanctæ per totum Regnum colligitur, & per Gualterium de Palear cancellarium, & per Henricum de Malta comitem Marini Stoli Ammiratum, ipſam Damiatam tranſmittit, licet tunc temporis amiſſa fuerit, culpis exigentibus, Damiata. Propter quod ipſe cancellarius iram Imperatoris metuens, ſe Venetias contulit, & dictus comes redit in Regnum, qui ab Imperatore captus eſt, & terram, quam tenebat, amiſit; Rex vero, Patriarcha Jeroſolymitanus, Albanenſis Epiſcopus, & cæteri, qui in bello fuerant Chriſtiani, ſub ſecuro Soldani conductu ad Acconitanam redeunt civitatem. Hanc igitur tantam, & tam gravem Chriſtianorum injuriam, & Damiatæ amiſſionem, duxi ego Notarius Richardus hujus operis auctor rhythmice deplorandam.

Diro ſatis percuſſus vulnere,
Diro cogor ſingultu lugere,
Vah, lamentum, & Carmen dicere
Noſtræ gentis de caſu miſero.
Quæ ſignata Crucis ſignaculo
Crucis hoſti cedit Allophylo;
Non ſit pugna enſe, vel baculo,
Sed promente famis periculo.
Quantus dolor, quanta calamitas,
O quis pudor, qualis anxietas,
Quod ſuccubuit Chriſtianitas
Impiorum gaudet impietas.
Jeſu bone ſi fas eſt dicere, cur?
Cur ſic placuit nos dejicere?
Mori malo, quam ultra vivere
Vinci videns debentes vincere.
Quis tu tanto dolore poſitus,
Sui diem non optet obitus?
Chriſti victus jacet exercitus,
Unde pudor, dolor, & gemitus.
Quis non mœret hoc infortunium?
Luctus ora concluſit omnium.
Roma caput, & mater Urbium
Omne tibi defecit gaudium.
Per te venit hæc tribulatio,
Mundi plorat quam omnis natio,
Chriſtianæ cædis occaſio
Tu fuiſti, ſis relevatio.
In te forma facta Concilii
Cauſam dedit hujus exilii.

Agar nobis inſultant filii,
Tui ſpernunt vires auxilii.
Damiata, quæ tot laboribus
Tot effuſis empta cruoribus
Chriſtianis olim Principibus
Paruiſti, nunc pares hoſtibus.
De te famæ ſonus exierat,
Damiata non eſt, quæ fuerat,
In te Chriſti fides floruerat,
Quam Ancillæ nunc ſtirps dedecorat.
Iſmaelitæ te detitulant,
Aras evertunt, Templa violant,
Quod tibi tot pœnas accumulant
Peccata noſtra ſunt, quæ pullulant.
Ubi nunc decus eſt Eccleſiæ,
Chriſtianæ flos & militiæ?
Legatus, Rex, & Dux Bavariæ
Victi cedunt viri perfidiæ.
O quam pravo ducti conſilio
Exierunt Duces in prælio!
Damiata tu das exilio,
Quos foviſti fere biennio.
Maledicta furorum ſeries,
Quæ fit tanti mali congeries.
Cunctos tangit iſta miſeries,
Cunctis datur flendi materies.
Mundus totus, & mundi Principes
Sunt doloris participes,
Tuam erga cauſam, at vindices,
Te nos Chriſte precamur ſupplices.

Igitur quod dicere nequeo non dolendo, per compoſitionem reddita Damiata Soldano, liberati ſunt utrimque captivi, & Chriſtiani Principes, qui contra Soldanum inconſulte proceſſerant, liberati, menſe ſeptembri in feſto Nativitatis B. Virginis.

Tareni novi cuduntur Amalphiæ.

M.ccxxii. Honorius Papa menſe febr. Urbem exiens venit Anagniam, ad quem Imp. vocatus vadit, & apud Verulaſcum ipſo Papa conveniens per dies xv. ſolenne inſimul colloquium habuere, ſtatuentes apud Veronam cum aliis orbis Principibus pro ſuccurſo Terræ ſanctæ curiam regere generalem: & tunc data fide, quod in certo termino tam quam Imperator in Terræ ſanctæ ſubſidium transfretaret, in regnum rediens, Roccam adiit Magenui, quam juſſit arctius obſideri a Thoma Acerrarum comite, & iis, qui cum eo erant, & ipſe feſtinus in Siciliam reverſus eſt propter Mirabetum Saracenorum Ducem, qui eam pro viribus infeſtabat.

Honorius Papa Romam revertitur, quam poſtmodum exiens venit Alatrum.

Romani ſuper Viterbium vadont.

Imperatrix in Sicilia obiit.

Comes Thomas de Cælano licet ſatis arctatus, nocturno tempore Roccam exiens Magenui ſub fido ducatu iter faciens per montana ad caſtrum ſe contulit Caſpium, quod Raynerius de Averſa ſororius ejus tenebat, à quo acceptis equis, & ſociis paucis, clanculo intrat Obinulum, & deinde cum ſuis ſupra Cælanum veniens, ſpe ductus eorum, qui aſſiſtebant eidem, & noverant illius adventum, Imperiales, qui erant intus Cælanum, & turrim pro viribus impugnabant, diluculo aggreſſus eſt, eoſque in ſugam vertit, multos cepit, & carceribus deputavit. Civitam, & tunc totam Marſiam equitat, prædatur Civitam, Paternum comburit, & quæ poteſt in Cælano victui neceſſaria congregat. Quo cognito, dictus Acerrarum comes, paucis in obſidione rocchæ Magenui relictis, una cum Stephano Caſinenſi Abbate, & Raynaldo Capuano Archiepiſcopo, contra ipſum comitem ſuper Cælanum vadit, dictus tamen Archiepiſcopus ſubita infirmitate correptus, in via mortuus eſt. Dictus comes Moliſii ab Acerrarum comite arctatus eſt, & Cælanum eſt obſeſſum.

Imperator in Sicilia de Mirabetto triumphat, &
A de ipſo, & ſuis fecit, quod eorum meruerat exigentia commiſſorum.

Servientes de Neapoli, & Gajeta loricati, & cum ſcutis ſuper Cælanum vadunt.

Dictus Acerrarum comes in obſidionem Rocchæ Magenui revertitur. Tunc comitiſſa cum ſediotius tenere non poſſet, accepta à præfato Acerrarum comite pro ſe, & ſuis ſecuritate perſonarum, & rerum Roccham Magenui ipſi comiti ad opus Imperatoris reſtituit, quæ poſtea eſt everſa.

Hoc anno menſe auguſto Fondana civitas pro majori parte caſu accidente igne cremata eſt, quæ funditus propterea everſa eſt.

Menſe ſeptembri ſtella Cometes apparuit.

Imperator ſua ſtatuta per Regnum dirigit in ſingulis civitatibus, caſtellis, & villis, ut ſingula mercimonia vendi debeant ad denarios novos Brundusii, caſſatis Tarenis novis Amalphiæ, juxta arbitrium ſex bonorum hominum uniuscujusque terræ ad hoc juratorum, & ſuper hoc generales litte-
B ras mittit.

Joannes Rex Jeroſolymorum, qui poſtmodum de filia ſua cum Imperatore contraxit, veniens de partibus Tranſmarinis, cum magiſtro domus Hoſpitalis Jeruſalymitani, Romam vadunt ad Honorium Papam, qui tunc graviter patiebatur in crure.

Imperator de Sicilia in Apuliam venit, inde in terram Laboris, & exinde ad ſanctum Germanum, ubi fieri cum Cardinalibus colloquium ſperabatur, cum ipſe Papa propter ſuam infirmitatem colloquio intereſſe non poſſet. Tunc tractus à Cardinalibus eſt in Campaniam Imperator, ubi etiam hortatu Regis Jeroſolymitani, & Magiſtri domus Hoſpitalis ſe commiſit ipſe Papa, & apud Ferentinum habens cum Imperatore colloquium, promiſit publice, uſque ad biennium in Terræ ſanctæ ſubſidium transfretare, & filiam dicti Regis ducere in uxorem juravit. Qui accepta a Papa licentia, in Regnum rediens, & iter per Soram habens, Cælanum va-
C dit, ubi ad ſe comitiſſam Moliſii, quæ adhuc in Rocca Magenui remanſerat, venire faciens, necnon & filium ejus, alioqui per eam fecit ipſum comitem, ut Imperatori ſe redderet, ſed cum hoc obtinere non poſſet, muniri optime jubet, & cuſtodiri collem ſancti Flaviani, & ipſe ſe in Apuliam confert, exinde in Siciliam rediturus, relictis tunc in manus Henrici de Morra magiſtri Juſtitiarii comitiſſa prædicta, & filio ejus. Poſt diſceſſum vero Imperatoris, ipſo agente adhuc circa fines Apuliæ, inter Cæſarem, & comitem Moliſii compoſitum eſt, mediante Romana Eccleſia in hunc modum. Quod ipſe comes ſecurus cum rebus, & perſonis, qui ipſum ſequi voluerint, regnum exibit, Cælano, Obimulo, & aliis, quæ tenebat pro Cæſare, reſignatis, & comitiſſæ uxori ejus comitatus eſt Moliſii reſervatus ex pacto. Tunc his ita geſtis dictus comes cum ſuis ad urbem ſe contulit, comitiſſa comitatum Moliſii recipit, Cælanenſibus precipitur, ut exeuntes de domiciliis cum ſupellectili-
D bus ſuis, facere in clauſuris habitacula deberent. Quibus exeuntibus, Cælanum totum eſt dirutum, & combuſtum, ſola Eccleſia ſancti Joannis ſuperſtite remanente, ſicque mutato nomine, quæ Cælanum antea vocabatur, eſt Cæſarea poſtmodum appellata. Unde metrice quidam dixit.

Vires, & nomen Cælanum perdit, & omen
Fertur Cæſarea, ceſaque facta rea

Serra ſuper Cælanum firmatur, & ex tunc Cælanenſes a finibus propriis diſceſſerunt, nec eis habitare conceſſum eſt in eiſdem, quare ad loca alia eos oportuit demigrare.

Hoc anno Rex Franciæ obiit, & filius ejus coronatur in Regem.

Menſe martio in feſto ſancti Benedicti cælum totum viſum eſt igneum, & pluit eo die terra, & cinis.

In Gajeta, Neapoli, Averſa, & Fogia juſſu Cæſaris Caſtella firmantur Serniæ, mœnia diruuntur,

tur, cujus civitatis fere medietas igne comburitur, caſtellum Carpenonis, & alia quampiura de novo caſtra firmata in comitatu Moliſii, & per loca alia ſecundum ſtatuta Imperialia dudum Capuæ edita evertuntur. Pro implendis ſtatutis ipſis quidam Rogerius de Peſcloſanzano executor ab Imperatore dirigitur.

Imperator in Sicilia Saracenos arctat, & obſidet, quorum partem non modicam ſibi ſubjectam ad partes mittit Apuliæ moraturam apud Lucerium reliquis ſe in montanis tenentibus contra eum. Propter quod Rogerium de Aquila, Thomam de Caſerta, Jacobum de ſancto Severino, & filium comitis Tricaricenſis Regni comites vocat ad ſervitium ſuum in Sicilia. Qui in comitatu, & manu brevi euntes ad ipſum, capi eos, & teneri præcepit, & eorum terras per Henricum de Morra magnum Juſtitiarium recipit ad opus ſuum.

Inquiſitiones fiunt in Regno juſſu Imperatoris ſub præſtito juramento, ut dicat quilibet, quid pro decimis, & cui quod pro conredis Imperialibus, & cui quod pro facto Bujani Roccæ Magenul, quæ hoc anno everſa eſt, & pro Cæſarea dediſſet.

Hoc anno Danorum, & Norvegiæ Reges pater, & filius a quodam principe Alemanniæ capti ſunt, & Henrico Regi filio Imperatoris traditi.

Imperator comitatum Moliſii in demanium revocat, pro eo, quod comes Moliſii vocatus ab Henrico de Morra magiſter juſtitiario venire curam eo noluit ad juſtitiam faciendam. Item pro ſtipendiis militum, & ſervientium, quos ad debellandos rebelles Saracenos Siciliæ ſtatuerat, certam pecuniæ ſummam per totum Regnum mandat colligi Imperator, & tunc per quemdam judicem Urbanum de Theano collectæ fuerunt de terra ſancti Benedicti unc. anri ccc.

M cc. xxIIII. Dicti Fundanus, Caſertanus, Avellini, & Tricarici comites in Sicilia ab Imperatore detenti ad interventum Honorii Papæ dimiſſi ſunt liberi, & Regnum exeunt, ſuis tamen filiis, & nepotibus pro ſe obſidibus datis.

Hoc anno Pandulphus Verracel. Norvicenſis Epiſcopus duo nova palatia, quæ ſunt in curia S. Germani ſuis ſumptibus ad opus mandat conſtrui monaſterii Caſinenſis.

Henricus de Morra juſſu Imperiali Cælanenſes revocat ubique diſperſos, ut ad propria redeant, & redeuntes capit, & in Siciliam mittit, quos apud Maltam dirigit Imperator.

Menſe madio inquiſitiones fiunt, Imperatore mandante, de collectis, & talleis, de rupturis domorum, de arma portantibus, de luſoribus taxillorum.

Menſe junio ſummitates murorum S. Germani noviter reparatæ ſolo ſternuntur.

Menſe julio pro ordinando ſtudio Neapolitano Imperator ubique per Regnum mittit litteras generales.

Hoc anno Imperator Minianum in demanium recipit.

Muri ſancti Germani obtenta magiſtri Petri, & magiſtri Roffredi de ſancto Germano Imperialis curiæ judicum, integri remanent Imperatore mandanta.

Imperator ipſe pro libertate Eccleſiarum, & clericorum juſtitiario terræ Laboris ſuas litteras mittit, in quibus mandat, ut Eccleſias omnes, clericos, obedientias, poſſeſſiones, & homines eorum contra libertates, quas habuerant temporibus Regum in collectis, & talleis, datiis, & aliis publicis ſervitiis admiſceri cum aliis non permittant, & nihil cum laicis participent in eiſdem, niſi probetur, quod tempore Regis Guillelmi ſecundi cum eis in hujuſcemodi ſervitiis contuliſſent.

Menſe ſeptembri pro facto Saracenorum Siciliæ tantundem colligi mandat de terra Caſinenſis Eccleſiæ Imperator quantum collectum fuit in proxime præterito.

Manſa januario Marchio Montis Ferrati cum electis nonnullis militibus, quos in Lombardia, & Tuſcia retinuerat, venit Brunduſium, profecturus in Romaniam in ſuccurſum civitatis Theſſalonicenſis, quam Commianu tenebat obſeſſam, & relicta gente ſua Brunduſii, ipſe ad Imperatorem in Siciliam vadit, conſilium ab eo, & auxilium petiturus. Interea tamen ipſe Commiano obtinet civitatem ipſam, diu eam obſidendo. & dictus Marchio nihilominus a Brunduſio in Romaniam tranſfretat.

M. cc. xxv. Joannes Hieroſolymitanus Rex de partibus rediens ultramontanis cum uxore ſua prægnante filia Regis Hiſpaniæ, quam duxit ibidem, ad Capuam morari elegit, ubi Imperatore mandante honorifice receptus eſt, ibique menſe aprili filiam peperit uxor ejus, cum qua poſtmodum in Apuliam deſcendit, & apud Melphiam Imperatorem de Sicilia venturum expectat.

Tunc Imperator ipſe Barones omnes, & milites infeudatos ad Saracenorum confuſionem in Siciliam vocat, & tunc ipſe in Apuliam venit.

Honorius Papa Urbem exiens propter ſeditiones, & bella, quæ in ea fiunt ſub Parentio ſenatore, apud Tyburem ſe contulit, ad quem pro dilatione paſſagii obtinenda Imperator mittit Regem prædictum, & Patriarcham, qui tamen apud Reata accepere reſponſum.

Interea Imperator omnes Regni Prælatos ad ſe in Apuliam vocat, & eos quamquam invitos, tamdiu ſecum detinuit, donec per ipſos Regem, & Patriarcham ſibi pro certo innotuit, quod a Papa benignum receperunt reſponſum ſuper his, ad quæ fuerant miſſi. Quibus ad Cæſarem redeuntibus, ad ſanctum Germanum cum eis ſe contulit Imperator 22. julii, ibique ad eum miſſi a Papa duo veniunt Cardinales, Pelagius ſcilicet Albanenſis Epiſcopus, ac Gualo tit. S. Martini presbyter Cardinalis, & tunc in ipſa Eccleſia S. Germani dictus Imperator capitula hæc ſervare juravit, videlicet, quod hinc ad duos annos in auguſto complendos perſonaliter transfretabit in ſubſidium Terræ ſanctæ, ibique tenebit mille milites per biennium ad ſervitium ſuum, & ducet ſecum centum chelandros, & tenebit ibi quinquaginta galeas bene armatas. Interim dabit paſſagium duobus millibus militum, & familiis eorumdem in tribus paſſagiis, & pro milite tribus equis. Hæc & alia capitula in ejus præſentia lecta præſentibus quibuſdam Alemanniæ Principibus, nonnullis etiam Prælatis, & Regni nobilibus promiſit Imperator ſe publice ſervaturum excommunicatione adjecta in ſe, & terram ſuam, ſi hæc non fuerint obſervata, & hoc ipſum Rainer. dictus Dux Spoleti juravit in anima ſua. Actum prædicto menſe julii in feſto ſancti Jacobi, & tunc per Cardinales ipſos jam dictus Imperator a juramento, quod apud Verulas fecerat, denunciatus eſt abſolutus. Et eo celeriter in Apuliam recedente, Cardinales ipſi Reate ſe ad ſummum Pontificem contulerunt.

Tunc Imperator ipſe Principibus Alemanniæ, ducibus, comitibus, & potentatibus Lombardiæ per ſuas mandat literas, ut in futuro Paſcha Reſurrectionis Domini apud Cremonam ad eum convenire deberent.

Menſe auguſto mutuum ab Imperatore per totum Regnum exigitur, & tunc loco mutui collectæ ſunt de terra monaſterii Caſinenſis unc. m. ccc. per Petrum domini Ebuli, & Nicolaum de Cicala tunc juſtitiarium terræ Laboris.

Menſe Septembri Marchio Montis Ferrati in Romania naturali morte defunctus eſt.

Eodem menſe quinque vacantibus in Regno Eccleſiis quinque dominus Papa Honorius præfecit motu propriæ voluntatis, inſcio, & irrequiſito Imperatore, videlicet quemdam Caſinenſem Monachum Joannem, cognomento de ſancto Liberatore, Eccleſiæ ſancti Vincentii de Vulturno; Conſanæ priorem quemdam S. Mariæ Novæ de Urbe Salernitanæ, Famaguſtanum quondam Epiſcop.

Averſanæ Cantorem Amalphitanum. & Capuanæ Parenſem q. Epiſc. quos tanquam in ſuum præjudicium promotos, recipi Imperator in ipſis Eccleſiis non permiſit. Euntem etiam in Siciliam, tunc ad eum cum literis Apoſtolicis quemdam Caſinenſem monachum Nicolaum de Colle Petri in Abbatem S. Laurentii de Averſa promotum non admiſit.

Menſe novembri Imperator ipſe apud Brunduſium Iſabellam filiam dicti Regis Hieroſolymitani magnifice deſponſavit.

Inquiſitiones de facto mutui fiunt per terram monaſterii.

Pax reformata eſt in Urbe, ſenatoriæ dignitati cedente Patentio, & Angeln de Benencaſa ſubſtituto eidem.

Denarii nuvi, qui Imperiales vocantur, cuduntur Brunduſii, & veteres caſſati ſunt.

Imperator apud Trojam Natale Domini celebrat.

Colonienſis Archiepiſcopus in Alemannia cum quadam conſanguinea ſua interfectus eſt.

Imperator pro facto Prælatorum, quos Papa creaverat, ſuos ad eum nuncios mittit.

Hoc anno Rex Alemanniæ Henricus filius Imperatoris filiam Ducis Auſtriæ duxit uxorem.

Honorius Papa pro facto crucis Prædicatores mittit, & in Germaniam dirigit Portuen. Epiſc. cum literis ſuis, quas ipſis Prædicatoribus ſimili modo concedit.

Hoc anno Rex Franciæ monitus per dominum Romanum Apoſtolicæ ſedis legatum contra Albigenſes cum copioſo Francorum exercitu in provinciam vadit.

Reges Hiſpani terram Miramomellini occupant.

Honorius Papa indulgentiam Saraceniſci, quæ ex longiturnitate temporis ſatis inoleverat, tanquam falſam caſſavit, & irritam per ſuas literas denunciavit pariter, & ioanem, pro eo quod clerici loci ejuſdem dabant accedentibus ad ipſam Eccleſiam remiſſionem peccatorum, facientes eis intelligi, quod ita de peccatis omnibus emundati recederent, ſicut pertica quædam quam oſtendebant eis cortice emundatam.

M.cc.xxvi. menſe januario Honorius Papa Oliverium natione . . . ad Eccleſiam S. Vincentii aſſumptum electum ad Imperatorem in Apulia mittit.

Imperator ipſe baronibus, & militibus infeudatis cæteris mandat, ut omnes ſe præparent ad eundum ſecum in Lombardiam, & ut omnes apud Piſcaram, ubi ſexto intrante martii eſſe Imperator ipſe diſponit, debeant convenire.

Eo tempore Joannes dictus Rex Hieroſolymitanus diſcors ab Imperatore diſcedit.

Imperator de Apulia venit in terram Laboris & relicta apud Salernum in caſtello Terracinæ Imperatrice ſua, ipſe in Apuliam redit celer, ubi Henricum de Morta magiſtrum juſtitiarium, capitaneum ſtatuit Regni ſui, & ipſe Piſcaram ſe contulit, ac exinde in ducatum Spoleti perveniens hominibus ducatus ipſius per ſuas præcipit litteras, ut ſecum in Lombardiam debeant proficiſci, quod cum facere ipſi renuerent præter Papæ mandatum cui tenebantur, Imperator ad eos litteras iterat graviores, quas illi de ducatu ad Papam remittunt. Quas ipſe Papa moleſte ferens, quod homines Eccleſiæ ſub certa pœna vocabat Cæſar ad expeditionem, ſuas ad eum litteras dirigit, quas ipſe Imperator graves reputans, reſcribit ei quaſi de pari, & quia in reſcripto ipſo ſuam voluntatem ſatis Imperator voluit declarare, duxit ipſe Papa ſibi aſperius reſcribendum, propter quod Imperator ut ipſius placaret animum, reſcribit humiliter in omni ſubjectione.

Tunc mittit a Ravenna, ubi Paſcha Domini celebrat, Henrico Alemanniæ Regi filio ſuo, ut ſibi in Lombardiam occurrat. Deinde a Ravenna diſcedens extra Faventiam, quæ ſibi adverſa erat, iter habens apud caſtrum ſancti Joannis in territorio Bononienſi poſuit caſtra ſua, ipſum parte ſui exercitus per civitatem Bononiæ præeunte. Exinde vero ſe Imolam contulit, ubi tamdiu moram fecit, donec, ſicut prius fuerat, eam fecit aggeribus communiri, & procedens inde verſus Parmam dirigit iter ſuum.

Tunc Henricus Rex Alemanniæ cum copioſo exercitu ſuo venit uſque Veronam, ſed Lombardis impedientibus, ultra procedere non eſt permiſſus.

Imperator Cremonam vadit, ibique diebus paucis faciens moram, cum ſe civitas Veronenſis cum Mediolano, & aliis ſubſcriptis civitatibus ipſi Imperatori contrariis confœderaſſet, ad Burgum ſancti Domnini ſe contulit, ibique ſibi coadſiſtentibus quibuſdam Prælatis, & Principibus Alemanniæ, ac Proceribus regni ſui, contra civitates iſtas ſibi contrarias, videlicet, Mediolanum, Veronam, Placentiam, Vercellum, Laudam, Alexandriam, Terviſium, Paduam, Vincentiam, Torrinum, Novariam, Mantuam, Brixiam, Bononiam, & Faventiam, diffidationis emulgavit edictum, quod cæteris ſibi faventibus civitatibus præcipit obſervari.

Tunc prædictus Alemanniæ Rex, combuſta civitate Tridenti, in Alemanniam redit cum ſuis, & Imperator pater ejus per Tuſciæ partes in regnum reverſus eſt, & in Apuliam veniens, convocatis ad ſe juſtitiariis omnibus regni ſui, ab eis de acceptis omnibus exigit rationes.

Tunc Prælati omnes, quos Papa creaverat, ſcilicet, Brunduſinus, Conſanus, Salernitanus Archiepiſcopi, Averſanus Epiſcopus, & Abbas ſancti Laurentii de Averſa in ſuis Eccleſiis recipiuntur.

Rex Franciæ Avinionem obſeſſam cepit, & exinde cum legato Apoſtolicæ ſedis ad expugnandam Toloſam vadit, ubi venenatus, ut dicitur, obiit.

Imperator certum numerum militum dirigit ultra mare.

Nicolaus de Cicala, & Petrus domini Ebuli cedunt officio Juſtitiariatus, & Rogerius de Galluccio, & Mauris Rapiſtr. de Neapoli ſubſtituuntur eiſdem.

Menſe novembri Reginus, & Tyrienſis Archiepiſcopi cum magiſtro domus Alemannorum, a Cæſare mittuntur ad Papam, pro compoſitione inter ipſum, & Lombardos facienda. Inter quos mediante Papa, facta eſt in hunc modum, quod Imperator generaliter remittit omnibus prædictis civitatibus, legatis præſentibus ibidem, & ipſi pro parte civitatum juraverunt pacem inter ſe invicem obſervare, & denuo committere cum domino Imperatore dari milites 4oo. ad ſubſidium Terræ ſanctæ in transfretatione ſua.

Imperator menſe decembri cum Imperatrice conſorte ſua in Siciliam transfretat, & tunc Stephano Abbati Caſinenſi has indulgentiæ litteras mittit.

Fredericus &c. Stephano venerabili Caſinenſi Abbati fideli ſuo &c.

Fidelitati tuæ præſentibus volumus eſſe notum, quod ad ſupplicationem tuam, quam per judicem Petrum de ſancto Germano fidelem noſtrum, noſtro culmini porrexiſti, petitiones tuas clementer admiſimus, ſuper eo videlicet, quod antiqua jura, & rationes, quibus tempore Regis Guilielmi recolendæ memoriæ, tuum monaſterium eſt proviſum, tibi, & ipſi monaſterio conſervare de noſtra gratia dignaremur, verum, quia de ipſis juribus, & rationibus non conſtabat, per Petrum de Abale, & Nicolaum de Cicala juſtitiarios terræ Laboris inquiſitionem fieri fecimus diligenter. Qua clementer inſpecta, & per judices curiæ noſtræ diligenti præviſione diſcuſſa capitula quæ inferius continentur, ſic legitime ſunt probata, videlicet, quod tempore Regis Guilielmi Secundi, dum ipſe Rex cauſa venationis veniſſet ad monaſterium Caſinen. & prædicta precatio pro ipſo domino Rege

Pe-

Petrus de Inſula tunc Caſinenſis Abbas fecit colligi collectam per totam Abbatiam per ordinatos Bajulos ſuos, & ipſe procuravit eum. Item quod cum aliquis condemnabatur, in mercede variæ Regis, juſtitiarii faciebant de perſona velle ſuam, terra remanebat Eccleſiæ, & omnia bona ſua recipiebat monaſterium Caſinenſe, & ſi perſona, quæ erat condemnata, volebat ſe redimere, licebat ei vendere de rebus ſuis. Item quod cum Imperator Henricus mandaſſet redemptionem colligi per totum Regnum, Abbas fecit colligi partem contingentem ipſum Abbatiam. Item quod precatio, quæ præſtabatur Regi Guillelmo per Abbatem fiebat & miniſtri Abbatis colligebant per terram monaſterii precationem ipſam, & Bajuli Regis nunquam viſi ſunt ibi ad hoc. Item quod ſi quando aliqua ſervitia injungebantur a domino Rege Abbati, vel etiam hominibus Abbatiæ quod expediebatur per Abbatem, monachos, & miniſtros ejus. Item quod ſi quæ injungebantur Abbatiæ, expediebantur per Abbatem, & per homines ſuos. Item quod quando Rex miſit ſtoltam in Romaniam, Abbas Caſinenſis dedit milites domino Regi, & pro eis collegit per Abbatem ſolidos: tibi, & monaſterio tuo duximus confirmanda. Quare mandamus fidelitati tuæ, quatenus dictis juribus, & rationibus per te, & officiatos tuos uti debeas, ſicut per inquiſitionem ipſum legitime ſunt probata. Datum Fogiæ, &c.

Induiſit tunc etiam Imperator ipſi Caſinenſi Abbati, ut homines terræ ſuæ ipſe mitteret ad opus caſtelli Gajetæ, ſicut per Pandulſum, & Robertum Dominos Aquini hactenus mittebantur.

Honorius Papa Joanni Regi quondam Jeroſolymitano pro vitæ ſuæ ſuſtentatione terram committit Eccleſiæ a Viterbio uſque ad montem Flaſconem.

Henricus de Morra magiſter juſtitiarius auctoritate Imperiali, contra Forbannitos, & luſores Taxillorum, & euntes nocturnis horis, poſt tertium campanæ ſonitum ſua ſtatuta edidit in ſancto Germano, ac contra tabernarios etiam, ut ad ſecundum campanæ ſonitum claudant tabernas ſuas. Ita quod ad tertium campanæ ſonitum, nulla earum aperta valeat inveniri, & ſuper his inquirendis certum ſtatuit numerum juratorum, qui pœnas ſtatutas a tranſgreſſoribus recipiant pro diverſa criminum qualitate, quod ſi aliquis juratorum in dolo, ſeu fraude, vel negligentia fuerit deprehenſus, pœnam recipiat, quam recipere deberent prædicti, ſalvo in omnibus mandato, & ordinatione Imperiali.

Idem magiſter juſtitiarius per apertas litteras ſuas conceſſit dicto Abbati Stephano, ut ſibi liceret juxta recordum bonorum hominum ſancti Germani generales nundinas per annum, quo tempore vellet, ordinare in ipſa terra ſancti Germani.

Comes Raimundus filius Raimundi de Bareto ſe contra Imperatorem in Introduco recipit, quem Bertholdus frater Raimundi dicti ducis Spoleti congregato imperiali exercitu, obſidet, & expugnat.

Hoc anno Lacus Marſiæ, qui Fucinus dicitur, uſque adeo obriguit, quod homines in eo deſuper ambulantes, boves trahebant cum trabibus, & aliis lignaminibus neceſſariis ad coquinam.

M.ccxxvii. menſe januario. Careſtia frumenti tanta in urbe Roma facta eſt, ut rubus tritici pro 20. ſolidis denariorum ſenatus habere vix poſſet.

Honorius Papa ſuos ad Imperatorem in Siciliam nuncios mittit, ut ſibi, & Romanæ curiæ in victualibus ſubveniret, qui per Henricum de Morra magiſtrum juſtitiarium hoc fieri mandat.

Menſe martio dictus Honorius Papa obiit 15. Kalen. aprilis, & Hugolinus Oſtienſis Epiſcopus in Papam Gregorium ſubſtitutus eſt iiii. Qui per univerſum Orbem de ſua promotione, & obitu prædeceſſoris ſui mittit litteras generales.

Menſe junio dictus Papa urbem exiens, venit Anagniam, & ſuos tunc ad Imperatorem nuncios dirigit, ut ſibi ſodrum faciat ab hominibus regni deferri. Qui Henrico de Morra magiſtro juſtitiario hoc faciendum delegat.

Imperator ipſe juſtitiarios omnes regni ſui ad ſe in Siciliam vocat, reddituros ſibi de acceptis omnibus rationem.

Interea per totum regnum pro felici tranſitu ſuo generalem collectam imponit, & tunc collectæ ſunt de terra monaſterii, Unc 450. Imperator ipſe de Sicilia in Apuliam venit, qui ad Papam Reginum Archiepiſcopum, & magiſtrum domus Teutonicorum legatos mittit.

Thomas de Aquino Acerrarum comes in Siciliam tranſfretat.

Menſe julio Cælanenſes omnes, qui captivi in Sicilia tenebantur, liberi dimittuntur, Imperatore mandante.

Eodem menſe Lantgravius cum cruceſignatorum exercitu de Alemannia in Apuliam venit, tranſiturus in ſubſidium terræ ſanctæ.

Tunc in Anagnia ducentæ ferme domus, Papa ibidem præſente, combuſtæ ſunt. Fodrum portatur ibidem juſſu Imperiali, ad quod recipiendum. & aſſignandum quidam de ſancto Germano Guillelmus Falloco nomine, per Imperatorem conſtitutus eſt ibi.

Stephanus Caſinenſis Abbas 11. ſtante julii in feſto ſanctæ Praxedis in Caſino obiit. Cujus obitus tam Papæ quam Imperatori per quoſdam de Fratribus nunciatur, a quibus de electione facienda recipiunt in mandatis.

Imperator cum Imperatrice conſorte ſua menſe Auguſto Hydruntum vadit, ubi relicta Imperatrice, vadit Brunduſium, ubi totus convenerat cruceſignatorum exercitus, & ubi omnia vaſcella ad tranſfretandum fecerat congregari.

Interea de tota Marſia obſides capiuntur. In caſtello Gajetæ caſtellanus, & ſervientes ponuntur.

Eodem menſe quidam in urbe vicarium Papæ ſe faciens, Papa inſcio, & abſente, dum favore fretus Romanorum quorumdam, qui hoc fieri tolerabant, gratia quæſtus, ſtaris apud porticum ſancti Petri, & poteſtate utens Apoſtolica. cruce ſignatis omnibus abſolutionis beneficium impendebat, & per Romanos fautores tanti criminis crucem ab eis, quam aſſumpſerant, depoſcebat. Qui a Senatore urbis captus poſt denunciationem ſibi a Papa factam tunc apud Anagniam exiſtente, captus eſt, & debita perſonæ pœna mulctatus.

Interea pars cruceſignatorum non modica in Apulia ſuperveniente infirmitate, cecidit per mortis occaſum. Imperator tamen cum Lantgravio, & reliquis cruceſignatis, ſe parat ad tranſitum, ita quod in die Nativitatis Beatæ Virginis a Brunduſio tranſfretans venit Hydruntum, & ſpem faciens iis, quos præmiſerat, de tranſitu ſuo, morari apud Hydruntum ex cauſa neceſſaria voluit, ubi, caſu accidente, dictus Lantgravius obiit, & ipſe tunc etiam Imperator, ſicut diſpoſuerat, ſuperveniente ægritudine, non tranſivit. Quamobrem Papa motus contra eum apud Anagniam penultimo menſis ſeptembris in feſto Dedicationis Archangeli denunciavit ipſum Imperatorem in latam dudum apud ſanctum Germanum excommunicationis ſententiam incidiſſe. Imperator de Apulia tunc venit ad Balnea Puzol. Gregorius Papa de Anagnia per Velletrum iter habens, redit ad urbem. Ad quem ad ſuam excuſationem ſuos dirigit nuncios Imperator, Reginum ſcilicet & Barenſem Archiepiſcopos, Raimundum dictum ducem Spoleti, & comitem Henricum de Malta, quibus non plus credens, quam nunciis ſuis, de invaliitudine Imperatoris, vocatis ad urbem Prælatis ciſmontanis, & de regno quos potuit, in octavis B. Martini publice excommunicat ipſum, & per totum occidentem litteras ſuper hoc dirigit generales.

Electio, licet diverſa, Abbatis in monaſterio Caſinenſi celebrata eſt; inter quos Landulfus Senebaldus de electis, repræſentata Papæ electione, de gratia conceſſus eſt Abbas, ſuum in eum Imperatore dante aſſenſum, & aliorum per Papam electione caſſata.

Tunc Imperator ipſe menſe novembri venit Sueſſam, & inde Gajetam ſe confert, & de eiſdem greſſibus Capuam redit, ubi ad ſuam excuſationem, ad omnes Orbis principes, & in Alemanniam litteras mittit, quibus ſignificat eis, quod ad tranſitum paratus cum eſſet, ſuperveniente ægritudine, tranſire non potuit, quod cum domino Papæ ipſe per ſuos nuncios intimaret, cum nollet ſuper hoc ejus nunciis fidem dare, contra ſe proceſſerat pro motu propriæ voluntatis. Interim omnes regni ſui comites Capuam convocat, ibique rexit curiam generalem, ſtatuens ut ſinguli feudatarii darent de unoquoque feudo octo unc. auri, & de ſingulis octo feudis militem unum in proximo futuro menſe maji, in quo ad Terræ Sanctæ ſubſidium transfretare diſpoſuit. Solemnem vero curiam apud Ravennam ſtatuit menſe martii celebrandam. Tunc prudentem virum magiſtrum Roffridum de Benevento mittit ad urbem cum excuſatoriis ſuis, quas idem magiſter publice legi fecit in Capitolio, de voluntate Senatus, Populique Romani.

Menſe decembri Landulfus Senebal. in Abbatem Caſinenſem electus, ad Papam vadit, & in quatuor temporibus Natalis Domini ab eo ſacerdotii munus accepit. Et cum eo quidam Gregorius de Carboncello Caſinenſis monachus in Abbatem Terræ majoris promotus eſt, cum quibus duo ex parte Papæ nuncii veniunt ad Cæſarem Cardinales, magiſter ſcilicet Thomas tituli ſanctæ Sabinæ presbyter, & magiſter Oddo ſancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus Cardinales. Et tunc cum eis celebrato Natali apud ſanctum Germanum ad Imperatorem vadit Abbas Caſinenſis prædictus, ipſos præeunte dicto Abbate Terræ majoris, qui à Cæſare prohibitus, ad ſuam tunc Eccleſiam non acceſſit.

Mccxxviii. Menſe januario. Denarii novi Brundiſini per Urſonem Caſtalbum in S. Germano dati ſunt, quorum ſumma fuit 160. unc. quos magiſter Fridericus, & Fridericus Landus de Malacucclat. Procuratores ab Abbate relicti, diſtribui particulariter per terram monaſterii præceperunt.

Eodem menſe. Clericorum Focariæ filii, & filiæ juſſu Imperatoris capiuntur ubique per Regnum.

Dicto Abbati Caſinenſi ab Imperatore in mandatis datur, ut centum ſervientes bene paratus inveniat cum expenſis, & armis per annum neceſſariis ad ſervitium Terræ Sanctæ.

Dictus magiſter Fridericus, & Fr. Berardus de Cælano vocati ad Papam vadunt, quorum alter, ſcilicet Fr. Berardus procurationem recipit ſancti Gregorii in urbe; alteri vero Farſenſis Eccleſiæ renuit Abbatiam.

Archiepiſcopus Panormitanus nuncius a Soldano ad Cæſarem rediens, Elephantem unum, mulos, & pretioſa quædam alia munera ipſi Imperatori detulit ex parte Soldani.

Menſe fabruario Oderiſius de Averſa Caſinenſis monachus a Gregorio Papa in Abbatem ſancti Vincentii promotus eſt.

Menſe martio pro centum prædictis ſervientibus collectæ ſunt de terra monaſterii unc. 1500.

Eodem menſe Landulfus Caſinenſis Abbas vocatus eſt a Cæſare, ut ad ipſum vadat apud Tarentum Et quibuſdam de Regno Prælatis injungitur, ut ſe ad transfretandum debeant præparare.

Imperator apud Barolum Paſcha domini magnifice celebrat in omni gaudio, & exultatione, quia ſicut ex litteris tunc didicerat Thomæ de Aquino Acerrarum comitis ad ſuum ſervitium in Syria exiſtentis, illis diebus Corradinus Soldanus Damaſci mortuus fuerat. Quamobrem in ſubſidium Terræ Sanctæ dirigit Riccardum de Principatu mareſcalcum ſuum cum quingentis militibus, qui a Brunduſio felici omine transfretavit.

Gregorius Papa celebrato Paſcha apud Lateranum, poſt tertium diem ad ſanctum Petrum ſe contulit, ubi Romani accedentes ad ipſum, cum illum crederent urbem velle occulte exire, tum propter factum Imperatoris tunc pro facto Viterbii, injuriis multis, & contumeliis affecerunt ipſum, & ſeditio magna contra eum facta eſt a Popularibus.

Menſe Aprili Romanorum exercitus ſuper Viterbium vadit.

Imperator pro ſubſidio Terræ Sanctæ, ab Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis ubique per regnum certam exigit pecuniæ quantitatem, & tunc de mille ducentis unc. propter hoc impoſitis terræ monaſterii, remiſit Imperator de gratis unc. centum.

Gregorius Papa urbem exiens ſub fido ducatu, vadit Reate menſe aprili.

Eodem menſe Gregorius Papa per ſuas mandat litteras univerſis Eccleſiarum Prælatis, & clericis per Regnum Siciliæ conſtitutis, ſub interminatione ultionis canonicæ, ne quis eorum Imperatori, aut Bajulis ſuis dare aliquid pro redemptione, data, vel collecta præſumat.

Imperatrix apud Adriam filium parit, nomine Conradum, qui non multo poſt, ſicut Domino placuit, ibidem in fata conceſſit.

Imperator regni Prælatis, & magnatibus coram ſe apud Barolum congregatis, parato ſibi tribunali ſubdio propter gentis multitudinem quæ copioſa erat, proponi fecit, & legi ſubſcripta capitula in modum teſtamenti, ut videlicet omnes de regno, tam Prælati, quam domini, & eorum ſubditi, omnes in ea pace, & tranquillitate viverent, & manerent, qua eſſent, & vivere ſoliti erant tempore Regis Guilielmi ſecundi, relicto tunc regni Ballio Rainaldo duce Spoleti; & ſi deficere Imperatorem contingeret, ſibi in Imperio & regno ſuccederet Henricus filius ejus major; quod ſi illum abſque liberis mori contingeret, Conradus filius ejus minor ſuccederet illi. Quod ſi ambo decederent, filiis non extantibus, filii ipſius ſuperſtites, quos de legitima uxore ſuſcepit, in eodem regno ſuo ſuccedant. Et præcipit, ut omnes homines Regni ſui, quæ ſtatuit, debeant Juramento ſervare; quæ tamen ſic obſervari mandavit, ſi in præſenti paſſagio humanitus de ipſo aliquid contingeret, niſi aliud teſtamentum ab eo editum compareret. Hæc coram ſe jurati fecit Imperator a duce prædicto, & Henrico de Morro magiſtro Juſtitiario, & aliis nonnullis de regno. Diſpoſuit etiam, quod nullus de regno pro data vel collecta aliquid daret, niſi pro utilitatibus regni, ac neceſſitatibus expediret.

Menſe majo Caſale quoddam in Apulia, quod Gaudianum dicitur, Melfienſis diœceſis, ob culpæ meritum, Imperatore mandante deſtruitur.

Domini de Pupplito rebelles facti ſunt Imperatori.

Romani facta in extrinſecis deſtructione Viterbii, & obtento per vim caſtro quodam quod Raſpampanum dicitur, ipſis Viterbienſibus ſubdito, læti ad urbem redeunt; quibus recedentibus Viterbienſes in campis caſtra ponentes, quæ poſſunt mala irrogant circumadjacentibus caſtellis fautoribus Romanorum.

Menſe junio Imperialis exercitus ſuper dominos de Pupplito vadit, quibus Pupplitum auferunt, & nonnulla alia caſtra.

Gregorius Papa a Reate diſcedens, vadit Spoletum, & exinde Peruſium.

Imperator apud Brunduſium ſe conferens, mare intrat, ac apud S. Andream de inſula juſſit omnia navigia parata ad tranſitum convenire, ac exinde Hydrontum navigans, feliciter ultra mare ad crucis obſequium transfretavit, ubi quid egerit, qualiter in Terræ Sanctæ recuperatione profecerit ſequens lectio declarabit.

Gregorius Papa menſe julio de Peruſio vadit Aſſiſium, ubi Fratrem Franciſcum Minorum fratrum Ordinis inventorem, propter duo, quæ fecerat miracula in aperto, in cæco videlicet uno, & claudo, quibus viſum, & greſſum reddiderat, canonizavit, & Peruſium rediens, ibi anniverſarium magnifice celebrat Innocentii Papæ prædeceſſoris ſui.

Eodem menſe julii Mons Iſclæ ſubverſus eſt, & operuit in Caſalibus ſub eo degentes fere ſeptin-

gen-

gentos homines inter viros, & mulieres.

Menſe Aug. Marius Rapiſtr. ceſſit officio juſtitiariatus, & Stephanus de Anglone, & Panduiſus de Aquino ſubſtituti ſunt illi de mandato ducis Spoleti, qui de Apulia Introducum vadit, & omnes de Regno ſolicitat infeudatos, ut ad eum vadant cum exfortio ſuo, ad dominorum Puppliti rebellium confuſionem, qui ſe contra Imperatorem in Capitiniano receperant. Interea Imperialis exercitus capit Turrem de Renaria, terram quandam de novo contra Imperatorem firmatam, quam totam deſtruxerunt. Rainaldus dux Spoleti cum Imperiali gente dominos Pappliti In Capitiniano obſidet, qui cum ſe non poſſent tenere, accepta ab eo ſecuritate de perſonis & rebus ſuis, ſe apud Reate contulerunt. Tunc dux ipſe Marchiam intrat, ac Bertholdus frater ejus circa Nurſiæ provinciam remanet. Qui caſtrum quoddam, quod Pruſa dicitur, ſibi rebelle deſtruxit, ejuſque incolas pœnis addixit variis, & tormentis, & Saracenorum traditos poteſtati, quos ſecum de Apulia duxerat, in ipſis cruciatibus exhalare coegit.

Gregorius Papa in ducem ipſum pro eo quod Marchiam intraverat, ac admonitus ſæpius, at ipſam exiens, In pace dimitteret, hoc ipſe dux facere noluit, excommunicationis ſententiam promulgavit, ejuſdem excommunicationis innodans vinculo omnes ſequaces illius. Cumque nec ſic revocare poſſet eundem, vim vi repellere licitam putans, ad Marchiæ defenſionem, quæ Eccleſiæ ſuberat, materiali gladio niſus eſt contra ipſum, qui jam pro parte Marchiam ad opus Imperii cęperat occupare, & tunc Joannem quondam Jeroſolymitanum Regem, & Joannem de Columna Cardinalem cum copioſo militari, & pedeſtri exercitu dirigit contra eum. At cum nec ſic dux ipſe deſiſteret ab incœptis, arbitratus eſt Ipſe Papa contra regni filios acies dirigere bellatorum, ut regni ſtatu, & pacis quiete turbata, quod dux ipſe voluntarius noluit, ſic facere cogeretur invitus, ac Marchiam dimitteret, quam uſque Maceratam Cæſaris Imperio ſubjugarat. Nam collectis undique Campaniæ, ac Maritimæ viribus, congregavit exercitum, cui quemdam Panduiſum de Anagnia capellanum ſuum, qui legationis officio fungebatus, & exclusos de regno comites, Thumam de Cælano, & Rogerium de Aquila præfecit Capitaneos, & ductores.

M.ccxxix. Hi menſe Januario 18 per Ceperanum venientes in regnum clavesignati, Inſulam pontis Solarati, quæ regni erat oſtium, quam quidam Adenultus Ballanus pro Imperatore tenebat, primitus expugnantes, cum ſe tenere non poſſet, per vim ceperunt.

Bartholomæus quoque de Supino, qui caſtrum tenebat S. Joannis de Incarica, & Riccardus filius domini Roberti de Aquila, qui dominus erat Paſtinæ, metus cauſa, ſponte ad mandatum venerunt Eccleſiæ. Et præteriens exercitus flumen Teles, verſus Fundos dirigit caſtra ſua, & cum civitatem ipſam, quam quidam Joannes de Poli civis urbis Romæ pro Imperatore tenebat, acriter impugnaret, vi eam obtinere non potuit, ſicque confuſus nec ſine gravi damno Ceperanum reverſus eſt. Venerat tunc temporis ad S. Germanum Nicolaus de Cicala pro parte Imperatoris, & Henricus de Morro magiſter juſtitiarius ſuperius nominatus, cum regni filiis, Raone de Balbano comite, Landulſo de Aquino, & Stephano de Anglone juſtitiario, Adenulfo de Aquino filio nobilis viri Thomæ de Aquino Acerrarum comitis, Rogerio de Galluccio, aliiſque undique congregatis, Imperatori fidelibus, ad reſiſtendum hoſtibus prompta voluntate paratis, domini etiam de Aquino Pandulſus, & Rubertus Aquinum pro fide Cæſaris laudabiliter munierunt. Tunc Landulſus Caſinenſis Abbas Caſinum, & Roccam Jani neceſſariis omnibus ſufficienter munivit, & Roccam ipſam dudum juſſu Imperatoris dirutam à parte S. Germani in mœnibus reparavit. Tunc & homines S. Germani mandato juſtitiarii ſummitatem murorum S. Germani Cæſaris dudum imperio dirutam repararunt; ſeque inermes, armis neceſſariis ad reſiſtendum hoſtibus decenter armarunt.

Papalis exercitus, qui clavium ſigna gerebat, Roccam Arcis, in qua quidam Rao de Azia erat pro Cæſare Caſtellanus, impugnare providit, ſed cum in nullo proficeret, non abſque læſione gravi, villa ipſius Roccæ combuſta, Ceperanum reverſus eſt. Et tunc quidam de exercitu diſcurrentes per terram ſancti Benedicti, villas Rivi Vitellati, & Eccleſiam ſancti Petri, & ſancti Pauli de Foreſta, Dei metu poſtpoſito, bonis omnibus ſpoliarunt.

Menſe martio iii. intrante eodem menſe, qui dies erat ſabbati, Papalis exercitus præmiſſa civitate Aquini cum prædictis exclusis Comitibus terram intrat ſancti Benedicti, qui caſtrum Pedemontis per vim capientes, licet qui erant in eo, pro viribus reſtitiſſent, quadraginta ſervientes ad ipſius caſtri cuſtodiam deputarant. Hi ſequenti Dominica verſus ſanctum Germanum ſuas acies dirigentes, venerunt uſque ubi dicitur monumentum. Et exinde deſcendentes, cum nullus de Imperiali exercitu, hoc magiſt. juſtitiario prohibente, egrederetur ad illos per Plumbareolum, quæ metus cauſa fuerat ab incolis derelicta, iter habentes, & per caſtrum Pignatarii, quod deſertum ſimiliter fuerat verſus ſanctum Angelum Theodici dirigunt greſſus ſuos, ſed cum nihil proficerent, quia bene munitum erat caſtrum, & illuc Rogerius de Galluccio cum 40. ſervientibus miſſis a magiſtro juſtitiario venerat, abinde receſſerunt, & verſus caſtrum Teramam profecti ſunt, quod vi capientes, quanquam ipſius habitatores optime ſe pro fide Cæſaris defendiſſent, bona diripientes eorum, illud incendio tradiderunt, ſicq; onerati ſpoliis, in Campaniā ſunt reverſi. Quibus recedentibus magiſter juſtitiarius cum Imperiali exercitu exiens de S. Germano, una cum dominis Aquini ſuper caſtrum Pedemontis vadit, illud dare deſtructioni diſponens, niſi Abbatis, & conventus precibus deſtitiſſet, ſicque in ſua reverſi ſunt. Tunc ad ipſum juſtitiarium viri fideles Cæſaris, undique confluentes, cum eis reſiſtere hoſtibus parabat. Menſe igitur martii, xvii. die veneris rediens Papalis exercitus ad caſtrum Pedemontis, ſequenti die ſe in duas dividens acies, per montes, & plana milites, & pedites iter habentes, eorum quidam verſus monaſterium, quidam verſus ſanctum Germanum dirigunt greſſus ſuos, quibus cum idem magiſter Juſtitiarius, cujus inducebant animum diverſorum conſilia in diverſum, vellet obſtare, ne per montium aditus liber pateret hoſtibus ad ſanctum Germanum acceſſus, ipſis per vires oppoſitas obſiſtere prævidit in monte, mittens ad obſervandum montium tranſitus quoſdam de nocte milites, & baliſtas, qui aſcendentes hoſtes pro viribus repellentes, bellum inire cum eis pro fide Cæſaris minime timuerunt, cumque in loco, ubi eſt Eccleſia ſancti Matthæi Servorum Dei conflictus fieret, rumor ad ipſum Juſtitiarium, quod ſui cum hoſtibus dimicarent, ad ſanctum Germanum pervenit, qui mox, licet inconſulte, montem ſubiens, nec metuens mortis occaſum, hoſtium in medio ſe objecit cum ſuis, quem ſecutus Adenulſus filius Acerrarum comitis memorati & nonnulli milites, & pedites, qui mori pro fide Cæſaris non timebant, hoſtium ictus repellere ſuis ictibus conabantur, ſed cum locus non eſſet idoneus ad pugnandum, & viam illam, qua itur ad ſanctam Mariam de Alaneto, fugatis Imperialibus de ſupernis, Papalis acies jam occupaſſet, cum ex adverſo aſcendentibus ipſe Juſtitiarius obſtare non poſſet, retrocedere, non ſine ſuorum clade coactus eſt, & tunc cum ipſo Adenulſo Acerrarum comitis filio, in brachio vulnerato, & ex ſuis admodum paucis, in vallo Caſinenſis monaſterii ſe recepit, ubi per ipſum Juſtitiarium Jacobus Sinibaldus cuſtos fuerat inſtitutus, reliquos verſus ſanctum Germanum ad fugam cogentibus illis, qui habuerant de Marte triumphum. Quos cives ſancti Germani, qui Cæſaris

fidem

fidem ſervabaut, unanimiter receptantes, cum ſuis omnibus ſalvos fecerunt, & ea die, quamquam diros, & duros pateſentur inſultus ab hoſtibus, ita quod enſes, ignem, & jacula non timerent, turribus, & mænibus iuſiſtentes, hoſtiom viribus non ceſſere. Sic ergo die ipſa, novercante fortuna, de Imperialibns obteuta victoria, Panduiſus Apoſtolicæ ſedis legatus ab ea parte, quæ dicitur Porta Vetus, eum nonnullis de majoribus exercitus veniens, ſub comminatione depopulationis, & deſtructionis perpetuæ Monaſterii Abbatem præſatnm, nt ſibi ad mandatum Papæ monaſterium redderet, & ipſum Juſtitiarinm traderet in manus ſuas, inducere procuravit, quod cum facere omnino renueret, dicens quod abſque gravi, & grandi periculo fieri hoc poſſet, longo ſuper hoc tractatu habito, quem ego neſcio, Deus ſcit, à legato, & ſuis, pro magiſtro Juſtitiario, & his, qui ſecum erant, præſtito jusamento quod ſalvi eſſent, ipſi legato patuit monaſterium, qui ſtatutis in eo militibus, & ſervientibus, ultra centnm, cum Abbate, & magiſtro Juſtitiario moa ad ſanctum Germanum deſcendit. Quos cum homines ſancti Germani, quamquam ſæpius requiſiti, recepiſſent, non uiſi ſcirent iu vero ipſum Juſtitiarium liberatum, & ſuos, ea uocte in Burgo eateriori eos oportuit pernoctare. Ea vero uocte comes Rao de Balbano, cum nonoullis de eaercitu Imperiali, qui ſe in ſancto Germano receperant, & pius de morte, quam de vita ſperabant, metuebaut enim, ne à civibus hoſtibus traderentur, ab his, qui noctis vigilias cuſtodiebant de ſancto Germanu, per poſterulas civitatis dimiſſi ſunt liberi, & abjerunt in ſua, & nihil de ſuo arneſio amiſerunt. Igitur mane ſequenti Papalis exercitus terram intrat ſancti Germani, Rocca Jani ſe prius reddente legato, cui homines ſancti Germani jurant ad opus Papæ, licet inviti. Quo audito, & cognito, tremuit omuis terra, quæ ſe non poterat ab hoſte tneri. Tunc magiſter Juſtitiarius liber dimiſſus eſt, & ſe Capuam contulit. Adenulphus etiam de Aquino Acerrarum comitis filius, necnou & Jacobus Senebaldi prædicti redierunt in ſua.

Poſt dies vero decem, ſe movens de ſancto Germano exercitvs ſacta compoſitione cum iis, qui erant in palatio Miniani, Minianum recipiunt, quod hæredibus quondam Malgerii Sorelli reſtituunt, & procedentes inde, Præſentianum obtineot, Venaſrum, & Sernia per Noncios ſe ſibi seddunt. Pretani quoque per vim obtinent, & Vairanum, ac totam rerram ſiliorum Panduſſi, uſque Caivum, quot ſunt, recipiuntur ad opus Eccleſiæ. Teani nechon civitas, & Caleuum veniuut ad mandatum Papæ. Tunc per Francoliſium iter habeus eaercitus, Sneſſam ſe contulit, ſibi pro fide Cæſaris reſiſtentem, quam longa ſatis obſidione arctatam, cum jam cives inciperent ſitis ſqualore deficere, non curantes arborum, & vitium inciſiones, illuc enim venerat Apoſtolicæ ſedis legatus Pelagiua Albanenſis Epiſcopus, civitatem recipiunt ad opus Papæ, necnon & caſtellum, quod munise ſervientibus curaverunt, & procedentes inde, verſus Roccam Draconis dirigunt greſſus ſuos. Quam eircumpoſita obſidione arctantes, villa prius inſeriori obtenta, & una de turribus per vim capta, & poſt diros inſultus, facta eum caſtellano compoſitione, Roccham ipſam obtinuerunt. Tunc Gajetam cum caſtellano caſtelli componentes, ea ſteiium recipiunt ad mauus ſuas. Et tunc per Albaneuſem Epiſcopum Gajetanorum civitas, quia pareſe nuinit Eccleſiæ, ſupponitur interdicto. Tonc etiam, ipſo iegato mandante, dicto Caſinenſi Abbati caſtrum reſtituitur Pedemontis.

Prædicti Aquini Domini Panduiſus, & Robertus civitate Aquiui relicta, ſe Capuam conſesunt ibidem nna cum magiſtro Juſtitiario, & Nicolao de Cicala, qui esaut in ea ad Cæſaris ſervitiom moraturi.

Aquiuum ipſis recedeutibus venit ad mandatum

A Eccleſiæ, Pontem curvum, & tota terra monaſterii, Roccam Bantræ, in qua erat quidam caſtellanus Apulns, quidam ipſius legati clericus, Oddo de Machilone nomine recipit ad opus Papæ data eidem caſteliano qusdam pecuniæ quautitate. Tunc quidam Guillielmus de Sora, qui pro Imp. Trajectum tenebat, & Sugium, ea legato reddidit ad opus Eccleſiæ.

Gajetæ civitas multis inducta ſuaſionibus, & promiſſis in partem cedit Eccleſiæ, & caſtellum, quod Cæſar in ea fieri fecerat multis laboribus, & eapenſis, dirnitur, & omnis ejus ſtructura in mare proiicitur. Quidam inde Gajetani in fide Cæſaris radicati de civitate relictis propriis abjerunt. Tunc Rogerio de Aquila comiti Sugium redditur, & Trajectum.

Illis diebus Guillelmus de Sora a quodam Taſſuro cive Capuæ caſtellano Roccæ Guillelmi capitur, & coſtodiæ traditur earcerali.

Beneventani, qui R. E. ſuberant, audito quod B Papali eaercitui ſic proſpere cederet, in Apuliam diſcurrentes prædam boum, & animalium aliorum magnam ceperaut, quibus cum prædictus comes Raone de Balbauo in seditu ſe opponeret, ab eis devictns eſt, & ſugatus, propterea Magiſt. juſtitiarius, collectis nndique viribus, & iis qui Impesatoris fidem ſervabant ab ea, quæ dicitus Porta ſumma, devaſtat in eateriorihus Beneventum.

Fratres Minores ubique per Regnum juſſu Rayn. Ducis Spoleti expelluntur de Regno, cum diceretut, quod ipſi ad Prælatos civitatum Apoſtolicas tnleriut literas ut homines inducerent, quod ſe debent reddere Domino Papæ. Tunc & monachi Caſinenſes de ſuis obedientiis captis omnibus, quæ habebant, expelluntur ipſo Duce mandaure, & metus cauſa multi ipſum mutare habitum ſunt coacti. Papalis eaercitus conſilio inito verſus Capuam vadit, & a parte Anglonæ pertriduum moram ſecit Erat enim civitas Capua viris muoita, & visibns, quæ fidem Imperatori integre conſervabat: poſt triduum vero iude ſe mo- C vens Papalis eaercitus verſus Aylanum dirigit eaſtra ſua, quod caſtellnm Acerrarum comes tenebat, ſed qui erant intus, cum ſe poſſe defendere deſperarent, nepos ipſius comitis Abbate Caſinenſe partes ſuas interpouente apud legatum, caſtrnm ipium recipit ad manus ſuas, indeque procedens exercitus vadit Aliſiam, quæ licet reniteretur, poſt diſos inſnltus ſactus in eam pes vim obtinet, & ad opus illam recipit Eccleſiæ. Similiter & caſtrum Pedemontis, quod esat comitis memosati, turris tamen caſtri ipſins eſt ad fidem ipſius comitis conſervata. Tunc & civitas Teleſiæ legato ſe seddidit cauſa metus.

Papalis exercitus per terram Joannis Saoſraymundi, quam ſibi pro parte ſubegit, trauſiens, occurrentibus illis de Benevento, ſe contulit Beneventum, & tunc ipſi Beneventani cum Papali eaercitu, & cum viribns ſuis viciuus adverſarios vehementer impugnant. Padulem, & Apicem cum ſe tenere uon poſſent, recipiont. Cippalonum com- D butunt, munitione ſuperſtite remanente. Caſalia Montis Fuſculi igne cremant, ubi adveniente rumore, quod Cæſar de Syria in Apuliam venerat, Papalis exercitns cauſa metus cœpit diſſolvi. Dominus Joannes de Columna Cardinalis, & Joannes Rex quondam Hieroſolymitanus, ac Lombardorum copioius eaercitus Raynaldum Ducem Spoleti, velut hoſtem Eccleſiæ proſequentes, ilium exire Marchiam, & in Regnum redire compellunt, & receptantem ſe in Sulmona tenet obſeſſum. Tunc caſtrum Peltorani recipiunt.

Romaui ſuper Viterbium vadunt, & civitatem, ac eaſtrum quondam ad eam pertinens devaſtantes, quod monaſterium dicitur, ad Urbem reverſi ſunt.

Tunc Pelagius legatns prædictus nuncios ad Joannem de Columna Cardinalem, & Joannem Regem quondam Hieroſolymitannm ſub celeritate tranſmittit, ut ad ſe venire feſtinent. Qui ad vo-

ea-

cationem legati, ab obſidione recedentes Civitatis Sulmonæ, per vallem Sangri in comitatum Moliſii veniunt, Alſidenam vi capiunt, & caſtellum ejus, in quo ſe quidam Vincigaerra de Averſa receperat cum gente ſua, & ipſum, & ſuos duxerunt captivos. Schintronem recipiunt, villam caſtelli de Sangro comburunt.

Comes Campaniæ cum militari, & pedeſtri exercitu ſuper Soram vadit; illam ad opus Papæ recipit, munitione ſuperiori ſe pro Cæſare tenente, recipit etiam Arpinum, & Fontanam, vallem quoque Soranam, & totam Marſiam. Rex vero quondam Hieroſolymitanus cum Joanne de Columna Cardinale flumen Vulturni tranſiens, Campanorum exercitui, qui ob metum Imperatoris, de quo fama erat, quod in Apuliam adveniſſet, apud Teleſiam repedaverat, ſe conjungit, & inde progrediens totus exercitus, ſupra Cajatiam vadunt.

At Imperator de Syria in Apuliam veniens apud Brunduſium ad expugnandos Lombardos, & Campanorum hoſtiles cuneos, gentem congregat, litteras de felici adventu ſuo in Siciliam, & Calabriam mittit, fideles ſuos de Capua hortatur, & animat ad fidelitatem ſuam, mittens ad illorum auxilium dictum Thomam de Aquino Acerrarum comitem, & celerem ſuccurſum ſuum promittens eiſdem.

Tunc ad eum vadit Dux præfatus Spoleti cum ſuis. liber exiens de Sulmona, magiſter juſtitiarius, & alii, qui ſibi fidem ſervaverant incorruptam.

Illis diebus milites nonnulli ſtrenui Theutonici de Syria venientes ad portum Brunduſii applicuerunt, quorum fretus auxilio Imperator, qualiter cum eis & Regni fidelibus in recuperatione terræ profecerit, præmiſſo tamen quod in Terra ſancta egerit ipſe, quod ſilentio prætereundum non eſt, ſequens lectio declarabit.

Igitur cum adhuc eſſet in Syria Imperator, hæc in Regnum de ipſo fama pervenit. Quod 15. novembris proxime præteriti, Joppen veniens cum Chriſtianorum exercitu ad reædificationem caſtri ipſius intendit, ut facilior fieret in Hieruſalem proceſſus, & dum citius per terram neceſſaria mittere ſufficienter cum ſummariis nequiviſſet, quilibet pro facultate ſua barcas in portu Acconitano oneraverat, ſed mutato aere, & turbato mari, tanta ſubito tempeſtas inhorruit, ut vaſcella cum victualibus nullatenus ad exercitum ferri poſſent, at cum Chriſti exercitus in multa anxietate tunc eſſet, fere omne conſilium exercitus deſperarat, murmurantes, & nihil aliud ſupereſſe videbant, quam in Accon redeundum. Qui dum in tali eſſent diſcrimine poſiti, miſericors, & miſerator Dominus, qui ſcit poſt tempeſtatem tranquillum, & prope eſt omnibus invocantibus ipſum, ſerenato mox aere, mare tumidum pacavit, tantaque navium, & barcarum multitudo venit Joppen, ut omnis defectus prius habitus in plenitudinem omnium neceſſariorum, & abundantiam mutaretur. Ab illo tempore ulterius tantam fecit Deus aeris temperiem, ut indifferenter, & magna, & minima vaſcella irent, & redirent per mare, ita quod omnis copia neceſſariorum in terra ſemper eſt habita. Tunc de communi omnium conſilio cœpta ſunt ædificia caſtri Joppen in foſſatis, & muris erigendis, quod erit memoriale in ævum omni Chriſtianitati, quia per Dei gratiam, ex nimia devotione ac affectu, quem Imperator, & omnis populus circa idem opus habebat, & laborabat inceſſanter tota die, ante Dominicam caput Quadrageſimæ uſque adeo fuit promotum, quod a principio ſuæ inchoationis nunquam extitit adeo forte, ac bene factum. Interea vero cum hæc ſollicite agerentur, nuncii Soldani, ac Imperatoris indifferenter ibant hinc inde, tractantes de bono pacis, & concordiæ. Soldanus vero idem, & frater ejus, qui vocabatur Sarech, cum innumerabili exercitu juxta Gazeram jacebant ad unam dietam, & Soldanus Damaſcenus cum ſuo magno exercitu erat apud Neapolim per unam ſimiliter dietam diſtans ab exercitu Chriſtiano, & dum de reſtitutione tractaretur Terræ ſanctæ, dominus Jeſus Chriſtus, qui eſt ſapientia Patris, ſua ſolita providentia ſic ordinavit, quod Soldanus reſtituit ſanctam Hieruſalem ipſi Imperatori, & Chriſtianis cum omnibus tenimentis ſuis, excepto quod templum Domini debet eſſe in cuſtodia Saracenorum, quia diu conſueverant orare ibidem, & ut liberum introitum, & exitum habeant illuc accedentes orationis cauſa. & Chriſtianis ſimiliter, orationis cauſa ſit expoſitum. Villam etiam quæ dicitur ad ſanctum Georgium & caſalia, quæ ſunt ex utraque parte viæ, atque Hieruſalem, Bethleem quoque & caſalia, quæ ſunt inter ipſam ac Hieruſalem reſtituit. Nazareth etiam cum ſuis tenimentis, & cum caſalibus, quæ ſunt inter Accon, & Nazareth reddidit in manus Chriſtianorum. Redditum eſt etiam caſtrum Zorontis cum ſuis tenimentis, pertinentiis, & villis. Necnon civitatem Sydonis cum tota planitie, quæ ſibi attinet, reddit, ſed omnes terras, quas Chriſtiani tempore pacis habebant, & in pace tenebant. licebit autem ex pacto Imperatori, ac Chriſtianis reædificare civitatem ſanctam Hieruſalem in muris, & turribus, caſtrum Joppen, & caſtrum Cæſareæ, Montem Fortem, & caſtrum novum, quod firmari hoc anno inceptum eſt in montanis. Veriſimile enim videtur, quod ſi tunc Imperator cum gratia, ac pace Romanæ Eccleſiæ tranſiſſet, longe melius, & efficacius proſperatum fuiſſet negotium Terræ ſanctæ. Sed quanta in ipſa ſua peregrinatione adverſa pertulerit ab Eccleſia, cum non ſolum ipſum dominus Papa excommunicaverit, verum etiam quod ipſum excommunicatum ſcirent, & tanquam excommunicatum vitarent eundem Patriarchæ Hieroſolymitano mandavit, magiſtris domorum Hoſpitalis, & Templi, propter quod ſuum in exercitu Chriſtiano juſſit præconium ſubticeri, & ne Terræ ſanctæ diſſolveretur negotium, ad quod ipſe Imperator pro viribus incumbebat, & intendebat ipſi exercitui ſuper Theutonicos, & Longobardos magiſtrum domus Theutonicorum & ſuper homines Regnorum Hieruſalem, & Cypri, Riccardum Filangerium Mareſcalcum ſuum, ac quemdam Odonem de Monte Peliſrdo præfecit capitaneos, & ductores, & ob hanc cauſam Soldanus ipſe cum ſciret ipſum Imperatorem taliter ab Eccleſia excommunicatum, vix cum eo componere inductus eſt. Compoſuit tamen ſic, quod uſque ad finem treguarum, pacem ſibi adinvicem obſervarent. Captivi omnes hinc inde ſuæ libertati reſtituerentur, & ſic receptis ab ipſo Soldano Terra ſancta, & locis prædictis, de conſilio omnium peregrinorum, ipſe in Hieruſalem profectus eſt, ubi eadie, quo civitatem ſanctam ingreſſus eſt Imperator, Archiepiſcopus Cæſareæ nuncius Patriarchæ adveniens, civitatem ipſam, & ſpecialiter Sepulchrum Domini ſuppoſuit interdicto de mandato Patriarchæ ipſius primitias recuperationis ipſius non benedictione, ſed anathemate proſecutus. Præterea qualiter contra ipſum Imperatorem apud Accon poſtmodum redeuntem prædicti Patriarchæ, magiſtri domorum Hoſpitalis, & Templi ſe geſſerunt, utpote qui contra ipſum inteſtina bella moverunt in civitate prædicta, his qui interfuerunt, luce clarius extitit manifeſtum.

Cæterum quia ad Regni ſubſidium, quod ut ſuperius diximus, Romana ſic cœperat Eccleſia occupare, neceſſario de Syria redit Imperator, ſtatim nuncios ſuos miſit ad Papam quoſdam fratres de domo Theutonicorum, per quos ipſius habere gratiam ſupplicat, & eſſe velle ad ſuum, & Eccleſiæ mandatum exponit.

Papalis exercitus firmata obſidione ſupra Cajatiam machinis, & viribus ſuis illam vehementer impugnant, & licet occupaverint civitatem, arcem tamen vi capere nequiverunt, his, qui erant in ea ſe pro Cæſare tuentibus contra eos.

Menſe junio Gregorius Papa prædictus fratrem Franciſcum innocentis vitæ virum, qui inſtitutor ordinis fuit fratrum Minorum apud Peruſium de

fra-

A fratrum ſuorum conſilio duxit ſanctorum catalogo
adſcribendum, mandans ubique terrarum diem, qno
ſolo carnem & cœio ſpiritum reddidit, 4. ſcilicet
non. octobris annis ſingulis ſolemniter excolendum.

Item Imperator ipſe moram in Apulia faciens, &
congregans ad hoſtium Regni repulſam exercitum
copioſum, ſuos pro pace ad Papam legatos miſit,
Reginnm videlicet, & Barenſem Archiepiſcopos,
necnon & magiſtrum domus Theutonicorum. Qui
Cajatiam vanientes, quæ a Papali exercitu renebatur
obſeſſa, cum literis Albanenſis Epiſcopi, &
Cardinalis ſanctæ Praxedis ad Romanam curiam
ſunt profecti. Qni cum in nullo profecerint, redierunt.
Tnnc io Gajeta per Papam poteſtas conſtituitnr
Joannes de Judice civis Anagninus ad petitionem
Gajetanorum. Tunc etiam Adenulphus de
Aqnino filius Acerrarum Comitis Atinnm recipit
Imperatore mandante, & Philippus de Aquino recipit
caſtrum Cœlii.

Imperator cum Crucefignatorum exercitu con-
B tra Clavigeros hoſtes properat io terram Laboris.
Tunc dominus Joannes de Columna Cardinalis ſub
ſpecie afferendæ pecuoiæ pto ſtipendiis exercitus ad
Papam vadit.

Pelagius Albanenſis Epiſcopus, & Rex quondam
Heroſolymitaous cognito, quod venturus erat Capuam
Imperator, rupta obſidione, & combuſta
Machina, quæ vulgo dicitur, Trebuvettum, quod
multis ſumptibus fecerant, Theanum ſe conſerunt,
nbi non abſque timore ſuas acies ponunt a Cajatia
diſcedentes.

Tunc Roffridus Archipresbyter ſancti Germani
per Albanenſem Epiſcopum, Papa mandante in
Theaneoſem Epiſcopum eſt aſſumptus.

In Apulia illis diebus quidam Paulus de Logotheta
Imperialis juſtitiarins membratim trncidatus eſt
ab his, qui odio Imperatorem habebant.

Imperator cum fortunato Crucefignatorum exercitu
venit Capnam meoſe ſeptembri, & ab iſta
parte Capuæ Saracenorum cuneos ordioavit, ſeque
C Neapolim contulit, æris & gentis a civibus auxilium
peciturus.

Tunc civitas Sanctagathen. ſponte venit ad
mandatum Eccleſiæ, & ſe reddidit Domino Papæ.

Comes Rogerius de Aqnila filium ſuum recipit,
quem in Sicilia obſidem tenuerat Imperator.

Pelagius Albanenſis Epiſcopus pro defectu ſolidorum
qnos habere non poterat, capi jubet theſaurum
Eccleſiæ Caſinenſis, ac Eccleſiæ S. Germani
per Calineoſem Epiſcopum, cum quo clerici ſancti
Germani in certa quantitate pecuniæ convenerunt,
ne theſaurum Eccleſiæ aſportaret.

Imperator a Neapoli Capuam rediens, movet
exiode caſtra ſua, & veoieos Calvum, ubi nonnnlli
de Papali exercitu convenerant ad defenſam,
illam fecit nndique impugnari, & tunc captos quoſdam
de Campania, ſuſpendi jubet. Et tandem Calvum
recipit ad mandatum, & fidelitatem ſuam. Indeque
non obſtantibus hoſtibus, per Riaedum habens
traoſitum ad S. Mariam de Ferraria venit in-
D demnis, ubi per triduum moram faciens Vairanum
recipit, Aliſiam, & Venafrum, & totam terram
filiorum Panduiphi.

Dictus vero Pelagius Albanenſis Epiſcopus, &
Rex quondam Hieroſolymitanus per Meſinum iter
habentes cum toto exercitu Minianum venerunt,
& in celeri fuga petierunt ſanctum Germanum.

Illis diebus homines ſancti Germani timentes ne
Papalis exercitus, aut Imperiali cederet, aut victus
ſuccumberet, ſupellectilem ſuam, & quæque
pretioſa ad loca tranſtulerunt tutiora. Tunc per biduum
in ſancto Germano moram protrahens Papalis
exercitus, frumento, vino, & aliis neceſſariis
munire Roccam Jani, & Caſinenſe monaſterium
cogitabant, ſed acceleratus per ouncios ſancti Germani,
ad terram ipſam properat Imperator, moxque
Papalis exercitus diſſolutus de S. Germano
exiens greſſu præpete in Campaniam eſt reverſus.

Et tunc metus cauſa, qni in Caſino ſtatuti fuerunt, & in Rocca Janulæ ſervientes dimiſſis ipſis munitionibus receſſerunt. Sed in Caſino ſe recipiens Albanenſis Epiſcopus redire ad monaſterium milites, & ſervientes coegit.

Tunc cum ipſo legaro Aquini, & Aliſiæ Epiſcopi aſcenderunt Caſinnm, & in ſancto Garmano per ipſum legatnm prohibitum eſt celebrare divina. Cæteri vero Prælati, qui ceſſerant in partem Eccleſiæ, Romam ſe coutulerunt.

Imperator ipſe apud ſanctnm Thomam de Strata ſua caſtra poneos tertio non. octobris, villam Pedemontis, quæ dicitur ſanctæ Lnciæ, ſuis dedit in direptionem, & prædam. Caſtrum Pedemontis dominis Aquini conceſſit.

Tunc Eccleſia ſaocti Matthæi Servorum Dei a Saracenis, qni erant in exercitu Imperiali, bonis eſt propriis ſpoliata, præ timore paucis, aut nullis remanentibus in eadem.

Tunc etiam vallum Caſinenſis monaſterii eſt mandato Cæſaris hinc inde fortiter impugnatum, ſed pugnatores nec in aliquo profecerunt. Illuc veoientes ex parte civitatis Sueſſę judex Thaddęus & alii, civitatem ipſam Cæſari reddiderunt, ad quam recipiendam, conceſſo eis privilegio, quod pro noiverſitate petierant, contiouo dirigit Imperator.

Tunc Præſentianum, Roccæ Baotræ, Sernia, & Aliſia ad mandatum Cæſaris redierunt. Similiter & tota terra monaſterii, Arpinnm quoqne, & Fontaoa. Cumque ad recipiendam Soram dictum Acerrarum comitem mitteret Imperator, ipſum Sorani recipere contempſerunt.

Tunc qnidam comes Majo de Romania cum nonnullis Græcis militibus de Romania ex parte Commiano ad Imperatorem cum magois muneribus nuncius venit.

Tnoc in Rocca Janulæ quidam de Calabria caſtellanus cooſtitutus. In ſancto Germano per Imperatorem Bajuli ordinantur, Guilielmus de Bantra, & Matthæus Dionyſius in tota terra S. Benedicti. Rainerius Pelegrioi, & Bartholomæus de Bantra camerarii ordinantur. In Rocca Bantræ Thomas de Magiſtro caſtellanus ponitur.

Imperator ſuas in Lombardiam, & Tuſciam, & Romandiolam litteras dirigit in hac forma.

Fridericus, &c. Poteſtatibus, Conſulibus, & Conſilio civitatum Lombardiæ, fidelibus ſuis, &c. ut de noſtrorum felicitate ſucceſſuum certa vos nova lætificent, veſtris duximus deſideriis præſentibus intimandum, quod nos de ultramarinis partibus proſpere per Dei gratiam redeuntes, de inimicis noſtris, qui Regnum noſtrum invaſerunt feliciter triumphavimus, dum audientes nos contra eos in manu valida, & potenti venturos, non expectatis, aut expertis viribus noſtris, in Campaniæ finibus fugæ ſibi præſidium elegerunt. Sicque Domino cooperante, & nos comitante juſtitia, qui de Cœlo proſpexit, quod ipſi de Regno noſtro nobis abſentibus per anni dimidium occupaverant, nos brevi dierum ſpatio recuperavimus, & revocavimus ad demanium & dominium noſtrum. Volentes igitur Imperii, & Regni noſtri quietem, & pacem cum conſilio veſtro diſponere, ac in Theutoniam è veſtigio properare, fidelitatem veſtram monemus, & hortamur, & firmiter, ac diſtricte præcipiendo mandantes, quatenus his receptis litteris in equis, & armis decenter armati veſtrum ad nos feſtinetis acceſſum, quoniam nos univerſis, & ſingulis pro ſui qualitate ſervitii curabimus reſpondere. Datum apud S. Germanum 3. non. octob. 3. ind.

Civitas Teaoi Imperatori ſe reddidit, data optione Epiſcopo remaoendi in Regno, & Epiſcopatu ſuo, vel exeundi, ſi vellet.

Demanium curiæ Caſinenſis per dictos Camerarios totum applicatur fiſco Imperiali.

Ad Roccam Janulæ vioum, & victualia deferuntur.

Qnidam Leo Ceinitus Gajetam vadens ex parte Imperatoris, ut ſe redderet Imperatori, ab ipſis Gajetaois interfectus eſt.

Im-

Imperator munito caſtellano in Rocca Janulæ eam Pandolpho, & Roberto dominis Aquini, nec non caſtellum Pontis Curvi, & Caſtellum novum committit. Item ducentos milites mittit in Marſiam, quæ tota rediit ad fidelitatem ſuam, excepta turre de Foce.

Bertoldus frater Ducis Spoleti ſe in Marſiam contulit Imperatore mandante.

Imperator a ſancto Thoma movens caſtra ſua 14. menſis octob. pluvia ingruente, reverſus eſt ad ſanctum Germanum, ibique per dies ſeptem moram faciens, inde digreſſus eſt, iter faciens verſus Aquinum, ſuas orbis Principibus dirigens excuſatorias ſuper facto Terræ ſanctæ, ſuper quo ipſum falſo detulerat Patriarcha Hieroſolymitanus ad dominum Papam, quod cum Soldano treguas firmaverit in ignominiam nominis Chriſtiani, ſuper quo teſtimonium invocat venerabilium Vvintonien. & Cicestren. Epiſcoporum, Magiſtrorum domus ſancti Joannis, & Theutonicorum, Mareſcalci domus Hoſpitalis, & fratris Aymeril, fratrum quoque Prædicatorum, qui treguis initis interfuerant.

Illis diebus antemurale cecidit portarum monaſterii Caſinenſis.

Tunc nobiles quidam Romani ad Imperatorem apud Aquinum veniunt ex parte Senatus, Populique Romani, cumque moram per triduum facientes ad Urbem reverſi ſunt.

Tunc etiam juſſu imperatoria pro munienda terra ſancti Germani, quod homines terræ ipſos ab Imperatore petierunt, domus nonnullæ hinc inde ex parte Corariæ, & Vallis funditus diruuntur.

Imperator de Aquino Soram ſe contulit, quam ſuis licet imparem viribus, renitentem, vi cepit 24. ſtante octobris in feſto Apoſtolorum Simonis, & Judæ, & facta eſt cibus ignis Campanis militibus, qui ad civitatis ipſius defenſam congregati fuerant in Campaniam fugientibus per Montana, nonnullis civium igne, ferroque peremptis.

Arx tamen Sorellæ ſe ad opus tenet domini Papæ, unde verſus.

Vi caperis, vi capta peris merito peritura,
Sora ruis, tea damna luis, fero reditura.

Tunc a Taſuro caſtellano Roccæ Guillelmi traditus in manus imperatoris Guillelmus de Sora cum quibuſdam aliis, ſuſpenſus eſt extra Soram.

Imperator menſe novembri per inſulam filiorum Petri redit Aquinum, ubi diem feſtum celebrat beati Martini.

Magiſter domus Alemannorum a Papa rediens lætos ad Imperatorem rumores defert de compoſitione inter Papam, & ipſum, idemque D. Thomæ de Capua tit. ſanctæ Sabinæ presbytero Cardinali obviam in Campania vadit, cum quo ad Imperatorem venit Aquinum cum forma concordiæ 4. ſtante menſis novembris, & eodem die cum ipſo Cardinale ſe contulit apud ſanctum Germanum.

De Romanis quidam Græci cum dextreriis in ſellis, & frænis aureis, & cum pannis ſericis auro textis, & cum innumeris aureis nummis, quos ipſi Imperatori repræſentant pridie ante exitum menſis novembris ad ipſum Imperatorem venerunt.

Tunc etiam litteræ factæ ſunt per Imperatorem de remiſſione offenſæ, ſi quam Abbas fecerat, vel monachi Caſinenſes poſt inter ipſum, & Papam ortam diſcordiam. Et litteræ aliæ ad homines Abbatiæ, ut ſicut prius Abbati, & monachis Caſinenſibus reſpondeant, & intendant. Terram totam, & loca monaſterii ubicumque per regnum poſita Deo, & B. Benedicto reſtituit.

Dictus Albanenſis Epiſcopus conſilio, & ſuaſione dictorum Cardinalium, & magiſtri domus Hoſpitalis Theutonicorum, permittente Imperatore, cum Aquinate, & Aliſano Epiſcopis, ac cum Campanis militibus, qui ſe cum Albanenſi Epiſcopo in Caſinum receperant, ſalvi exeunt, & tunc reddidit ipſis Epiſcopis ſuam gratiam imperator, & monaſterium, ac tota terra ſuæ curæ committitur magiſtri domus Alamannorum prædicti, qui quemdam de domo ſua fratrem Leonardum Procuratorem conſtituit nomine ſuo uſque ad reditum ſuum ab urbe, ad quam ipſe magiſter domus Theutonicorum iterum vadit juſſu Imperatoris, una cum Albanenſi Epiſcopo, pro quibuſdam capitulis pro quibus inter ipſum, & dominum papam diſcordia erat.

Tunc in Venafro, Sernia, & Teano pecuniariæ exactiones fiunt Imperatore mandante. In ſancto Germano, & per totam Abbatiam annona pro equis Imperatoris exigitur a camerariis ordinatis ab eo ſuperius nominatis, ab univerſis clericis terræ S. Benedicti.

Magiſter Thomas Cardinalis de S. Germano ſe movens, vadit Sueſſam, Imperator contendit Capuam, ubi cum ingenti gaudio Natale Domini celebrat. Et tunc multos de Sora, qui captivi tenebantur, ibidem ſuæ reddidit libertati.

MCCXXX. Menſe januario. Imperator per quemdam fratrem Semboſtum de domo Theutonicorum, mandat dicto fratri Leonardo procuratori Caſinenſi
B relicto à magiſtro Domus Theutonicorum, ut de S. Germano, & alia terra monaſterii 40. eligeret homines ad cuſtodiam monaſterii Caſinenſis. Qui juſſu imperatoris eos elegit, ſacramento ab eis præſtito ſub hac forma.

Ego talis juro ad hæc ſancta Dei Evangelia, quod ab hodie in antea fideliter cuſtodiam, & ſalvum faciam monaſterium Caſinenſe, perſonas monachorum, & aliorum, qui pro parte magiſtri domus Alemannorum in ea fuerint conſtituti, & res eorum, & monaſterii. Non ero in facto, conſilio, vel conſenſu, qualiter in ulterius deveniat manus; nec ego illud reddam, quamdiu cuſtodiæ deputatum eſt magiſtri domus Theutonicorum, & ego ibi manſero.

Imperator de Capua ſe movens, verſus Apuliam apud Melfiam vadit, ubi ad eum vadunt Reginus Archiepiſcopus, & dictus Theutonicorum magiſter a Romana curia redeuntes, qui & iterum miſſi a Cæſare, ad Papam vadunt menſe januario.

Primo die februarii Romæ Tiberis fluvius per al-
C luvionem uſque adeo inundavit, quod occupavit de domibus orbis uſque ad S. Petrum, & uſque ad ſanctum Paulum, quod tanti cauſa timoris Romanis omnibus extitit, ut mox de communi conſilio, metu mortis, dominum Papam ad urbem de Perugio revocarent. Qui rediens, a Senatu Populoque Romano ingenti cum gaudio eſt receptus.

Reginus Archiepiſcopus, & magiſter domus Theutonicorum ab urbe ad Cæſarem revertuntur, quem apud Precicanam inveniunt.

Eodem menſe, quidam magiſter Guillelmus de Capua Imperatoris notarius venit ad Sanctum Germanum cum litteris Imperialibus, ut ſi quis eſſet, vel eſſe vellet in apparatu militari ad ſervitium Imperatoria, ipſo Imperator immunem eum ab omni ſervitio faceret, & dominis, & equis ſuis eſſet ad reditum ſuum.

Menſe martio dictus Cardinalis ſanctæ Sabinæ de Sueſſa diſcedens, Gajetam ſe contulit, ubi tunc Epiſcopus venerat Tuſculanus, qui vocaverat ipſum.

D Iterum autem prædicti Reginus Archiepiſcopus, & magiſter domus Theutonicorum ad Papam redeunt, & alter eorum ſcilicet Magiſter domus Theutonicorum Gajetam vadit, cum quo dictus Cardinalis redit ad urbem. Tuſculanus autem tunc venit Pontemcurvum cum dicto fratre Leonardo. Quique a Pontecurvo Ceperanum vadit, per quos tranſitum habens Reginus Archiepiſcopus, ad urbem profectus eſt, ubi pro compoſitione inter Papam, & Cæſarem facienda, dux Auſtriæ, dux Carinthiæ, & dux Moraviæ venerant, ſimul cum Patriarcha Aquilegenſi, & Salſaburgenſi Archiepiſcopo.

Tunc frater Leonardus in Rocca Draconis caſtellanum ponit Anneum de Rivo Matrico.

Dictus Tuſculanus revocatur ad urbem, qui cum tribus aliis Cardinalibus, & cum principibus Alemanniæ ſupradictis, pacis bonum inter Papam, & Cæſarem electi ſpecialiter tractaverunt.

Quæ-

Quædam Apuliæ Civitates, ſcilicet Civitate, Alarinum, ſanctus Severus, Caſale novum, & Fogia veniunt ad mandatum Imperatoris, quæ ſibi antea rebelles extiterant, & redeunt ad mercedem ſuam.

Menſe aprili Duces prædicti cum Regino Archiepiſcopo, ac magiſtro domus Theutonicorum redeuntes a Papa cum tractatu, & forma concordiæ, in Apuliam ad Cæſarem vadunt, ubi cum eo apud Fogiam Paſcha Domini celebrant.

Decimo die menſis ejuſdem, Philippus de Citro Comeſtabilis Capuæ magiſter eſt operis ſancti Germani per Cæſarem inſtitutus, & litteras Imperiales ad homines terræ ipſius, & ad alios homines de terra monaſterii detulit, & mandatum quatenus ſuper facto monitionis terræ ſancti Germani ſibi intendere, & reſpondere deberent, in faciendis muris ubi opus eſſet turribus, & foſſatis, exceptis hominibus ſancti Angeli Theodici, quod caſtrum muniri præcipit Imperator.

Gregorius Papa in die ſancto Jovis Rainaldum dictum ducem Spoleti excommunicat, & Bertholdum fratrem ejus.

Stephanus de Anglone terræ Laboris juſtitiarius Imperatore mandante utramque Inſulam filiorum Petri, & Solaracam, Caſtelluccium, & Paſtinam recipit, & cuſtodiri facit ad opus Imperatoris, Broccum, & Peſcium Soldulum deſtrui, & comburi fecit illorum cogens incolas ad loca alia demigrare, muros evertens Paſtinæ, nec non turres ipſius, prædictam Inſulam ſimiliter, tamque ipſam inſulam, quam caſtrum Paſtinæ igne combuſſit.

Dux Auſtriæ, Limpuldus nomine cum Patriarcha Aquilejenſi, & aliis ſupradictis ab Imperatore de Apulia rediens, & ad Papam vadens cum eis ad Landulphum Caſinenſem Abbatem, & conventum ejuſdem ex parte Imperatoris literas detulit in hac forma.

Fridericus, &c. Venerabili Abbati Caſinenſi, & conventui ejuſdem, &c. Ecce quod ad ſupplicationem dilecti Principis noſtri Ducis Auſtriæ, & Stiriæ, ac venerabilis Magiſtri domus Alemannorum devoti noſtri, recepimus vos de abundantia pietatis noſtræ in gratiam Majeſtatis noſtræ, omnem offenſam, quam contra noſtram Excellentiam pro præſenti diſcordia inter nos, & D. Papam habita a principio diſſenſionis uſque in hodiernum diem decimum octavum aprilis tertia indictione viſi eſtis commiſiſſe, penitus relinquentes. Cæteram ea, quæ vobis prædictus Dux, & Magiſter Theutonicorum retulerint ex parte Culminis noſtri, indubitanter credatis. Datum Fogiæ, &c.

Eodem menſe aprilis in Græcorum Imperio factum eſt prælium inter Græcos, in quo Commiano captus eſt, & utroque lumine orbatus.

Menſe madio Alemanniæ Principes a Papa ad Cæſarem redeunt, relicto Regino Archiepiſcopo, cum quo Sabinenſis Epiſcopus, & Thomas ſanctæ Sabinæ Cardinalis pro abſolutione Imperatoris in Regnum veniunt, & præmittentes ad ipſum Imperatorem Magiſtrum domus Alemannorum, qui veniſſe Cardinales annunciat, ipſumque Imperatorem, ut veniat verſus Capuam, accelerare debeat, Cardinales ipſi cum Regni Prælatis, qui a facie Imperatoris fugerant, & in Regnum ſub ſpe compoſitionis inter Eccleſiam, & ipſum redierant, cum eiſdem elegerunt apud S. Germanum facere ſtationem.

Tunc Imperatoris juſſu foſſata, & muri Fogiæ, Caſalis novi, & ſancti Severi replentur, & ſternuntur ad ſolum. Quod cum ipſis Cardinalibus innoteſceret, qui prævenire Imperatorem voluerant, verſus Capuam properantes, a Teano ad ſanctum Germanum reverſi, Prælatos omnes, excepto Abbate Caſinenſi, redire Ceperanum juſſerunt, & ipſi ſe mox cum prædicto Caſinenſe Abbate, qui eos eſt e veſtigio ſecutus, Capuam contulerunt, ubi penultimo madii ad eos veniens Imperator, cum formam non acceptarat concordiæ, quia S. Agatham, & Gajetam retinere volebat Eccleſia, recedentes a Capua, Sueſſam ſe conferunt Cardinales, ubi cum Gajetanis loquentes, quos ſub ſecuro ducatu Abbatis Caſemarii, magiſtri Petri de Vinea, & Philippi de Citro Comeſtabilis Capuæ ad ſe venire fecerant, cum ipſos ad Imperatoris vota flectere nequiviſſent, ad ſanctum Germanum reverſi ſunt, ubi cum diu eſſet de concordiæ forma tractatum, nec poſſet, auctore faciente diſcordiæ, conſummari, oportuit iterum magiſtrum domus Theutonicorum ad dominum Papam ſimul cum Regino de Lombardia Epiſcopo laborare, qui ſerio ad Imperatorem venerat pro pace inter ipſum, & Eccleſiam reformanda. Qui cum ſine effectu redirent, conſequenter ad Papam redeunt, & tunc cum eis quidam frater Gualo mittitur de ordine Prædicatorum forma concordiæ acceptata, & ipſe Papa Urbem exiens venit apud Cryptam Ferratam. Imperator vero de Capua jam venerat ad ſanctum Germanum, ubi dictus fr. Gualo in hora ſerotina allocutus eſt ipſum, & ad verbum illius ſatisfacere Eccleſiæ annuit Imperator, propter quod in ſignum lætitiæ, in ſancto Germano ſunt per omnes Eccleſias ſigna pulſata, & idem fr. Gualo ad Papam, quem apud Anagniam reperit, ſub feſtinantia remeavit. Igitur die martis nono ſtante julio in feſto ſancti Apollinaris, prædicti Sabinenſis Epiſcopus, & S. Sabinæ Cardinalis in majori Eccleſia ſancti Germani, præſentibus Patriarcha Aquilejenſi, Salſeburgenſi Archiepiſcopo, Ratiſponen. & Regino Epiſcopis, Carinthiæ, ac Moraviæ Ducibus, Principibus Alemanniæ, tunc enim Dux Auſtriæ graviter infirmabatur, aſtantibus quoque ibidem Regni Prælatis, Panormitano, Regino, ac Barenſi Archiepiſcopis, necnon Caſinen. Caſemarii, & ſancti Vincentii de Vulturno Abbatibus, & Prælatis aliis, qui cauſa metus de Regno ſeceſſerunt. Raynaldo dicto Duce Spoleti, & Thoma de Aquino Acerrarum comite, Henrico de Morro magiſtro juſtitiario, aliiſque Regni juſtitiariis, & baronibus, ac plebeis, de ſatisfaciendo ſanctæ Romanæ Eccleſiæ pro his, quibus excommunicatus fuerat, recipiunt ab Imperatore publice juramentum. Tunc in anima ſua jurante pro eo Thoma de Aquino Acerrarum Comite, & Prælatis, ac Principibus Alemanniæ jurantibus cum eo ſubſcripta capitula. Tunc Salſeburgenſis Archiepiſcopus ad Imperatoris excuſationem longo tenuit ſermone diem, cui dictus ſanctæ Sabinæ Cardinalis luculenta non minus oratione reſpondit.

Privilegium Principum Alemanniæ.

In nomine Domini, amen. Nos Bertoldus Aquilejen. Patriarcha, & . . . . Archiepiſcopus Salſeburgen . . . . Epiſcopus Ratiſponen. Limpuldus Auſtriæ, ac Stiriæ . . . Carinthiæ, & Otto Moraviæ Duces, Dei gratia Principes Imperii, per præſentes notum fieri volumus univerſis, quod inter ſacroſanctam Romanam Eccleſiam Matrem noſtram, & dominam, & ſereniſſimum dominum noſtrum Fridericum Imperatorem ſemper Auguſtum, Hieruſalem, & Siciliæ Regem convenit, quod de communi eorum voluntate tractabitur de via invenienda, qualiter ad ipſum dominum Imperatorem cum honore Eccleſiæ, Gajetana, & ſanctæ Agathæ civitates, & omnes cum bonis ſuis de Regno Siciliæ, quos in fide ſua recepit Eccleſia, & in Eccleſiæ devotione perdurant, revertantur. Ad quem tractatum datus eſt annus, niſi antea via valeat inveniri, ad quam inveniendam dicta Mater Eccleſia curam, & ſolicitudinem adhibere promiſit, nec ultra terminum, niſi de conſenſu partium prolongabitur, ſed ſi, quod abſit, infra ipſum terminum via inveniri non poſſit, et tunc per arbitros communiter eligendos procedatur in via, ut dictum eſt eligenda, quorum ſint duo ex parte Eccleſiæ, & duo ex parte Imperatoris. Qui ſi concordare non poterunt, quintum eligent, & dicto majoris partis ſtabitur. Præſtitit autem dominus Imperator juramentum per Thomam de Aquino Acerrarum comi-

tem

tem de mandato ſuo in anima ſua juvantem, quod interim prædictas terras, & homines non offendet, nec permittet offendi a ſuis, & viam, quæ invenietur per communem tractatum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & ejuſdem domini Imperatoris, vel per arbitros, ipſe Dominus Imperator obſervabit.

Notum quoque facimus, quod dominus Imperator remittit omnem offenſam Theutonicis, Lombardis, Tuſcis, & hominibus Siciliæ generaliter, & Gallicis, qui contra eum Romanæ Eccleſiæ adhæſerunt, ac dictum Acerrarum comitem fecit jurare, quod nullo unquam tempore prædictos offendet, nec permittet offendi pro eo, quod contra eum orta diſcordia, Romanæ Eccleſiæ aſſiſterunt, ſed pacem eis, ac Eccleſiæ obſervabit. Remittit etiam ipſe dominus Imperator ſententias, conſtitutiones, & banna, ſi qua per eum, vel per alios lata, vel edita ſunt occaſione hujuſmodi contra eos. Promittit etiam, quod terras Eccleſiæ in Ducatu, & Marchia, ſeu alio patrimonio Eccleſiæ non invadet, nec devaſtabit per ſe, vel per alios, ſicut in ſcriptis ab ipſo domino Imperatore factis ſuper prædictis omnibus, & bullis aureis impreſſis, ac Typariis S. Majeſtatis munitis plenarie continetur. Nos etiam nihilominus tactis ſacroſanctis Evangeliis juravimus procurare bona fide, quod prædictus dominus Imperator prædicta ſervabit, & contra ea non veniet. Quod ſi fieret, niſi infra tres menſes in Regnum, infra quatuor in Italiam, infra quinque extra Italiam duxerit emendandum, poterimus, ac patenter ad requiſitionem Eccleſiæ aſſiſtemus ei contra eumdem dominum Imperatorem, donec ſatisfecerit. Quod ſi per dominum Imperatorem ſtetevit, quod arbitros non elegerit, vel arbitros impediverit, ne procedant, nos Eccleſiæ tenebimur, ut eſt ſcriptum. Si autem Eccleſia arbitros dare noluerit, vel datos impediverit, ne procedant, nos ex tunc quantum ad hunc articulum non tenebimur juramento. Ad cujus rei memoriam præſens ſcriptum fieri fecimus, ſigillis noſtris communitum. Actum apud ſanctum Germanum anno 1230. menſe Jul. 23. die menſis ejuſdem indict. 3.

Igitur eodem die prædicti Cardinales vice Domini Papæ dederunt domino Imperatori ſub debito præſtiti juramenti firmiter in mandatis, ut reſtituat quidquid occupatum eſt per ipſum, vel alios miniſtros ſuos in Marchia, vel ducatu, ſeu in alio patrimonio Eccl. & quidquid occupatum eſt per ipſum, vel miniſtros, vel bajulos ſuos de caſtris, ſeu de poſſeſſionibus monaſteriorum, & ſpecialiter monaſt. ſancti Quirici de Introduco, Eccleſiarum, Templariorum, Hoſpitaliorum, baronum, & aliorum nobilium de Regno, vel undecunque, necnon & cæterorum, qui in hoc negotio contra ſe Romanæ Eccleſiæ adhæſerunt, & quod reſtituet Tarentinum Archiepiſcopum, omnes Epiſcopos, & Prælatos, qui ſunt excluſi, ad ſedes, & loca ſua, & ad omnia bona ſua extantia. Item ſub eodem juramento mandarunt, ut de cætero nullus clericus in civili, vel in criminali cauſa conveniatur ſub judice ſeculari, niſi ſuper feudis civiliter conveniatur, & quod nullus talleas, vel collectas imponat Eccleſiis, monaſteriis, clericis, & viris eccleſiaſticis, ſeu rebus eorum, & quod electiones, poſtulationes, & confirmationes Eccleſiarum, ac monaſteriorum libere fiant in Regno ſecundum ſtatuta concilii generalis.

Die mercurii octavo ſtante jul. in vigilia ſancti Jacobi rediens a domino Papa ad ſanctum Germanum frater Gualo, de auctoritate Apoſtolica reſtitui juſſit a Cardinalibus in ſancto Germano, ac tota terra monaſterii divina officia, quæ per Albanenſem Epiſcopum fuerant interdicta, ubique etiam per Regnum mandatum eſt celebrari divina, illis excluſis, qui in Marchia fuerant cum Raynaldo Duce Spoleti.

Trajectum, ac Suginm cum comitatu Fundano comiti Rogerio de Aquila reſtituitur Imperatore mandante.

Landulpho Caſinenſi Abbati monaſterium libere reſtituitur, & Rocca Janulæ, quam ſicut in pactum venerat, cuſtodiendam commiſit fratri Leonardo ſæpeſato de domo Theutonicorum. Qui eam ſervandam commiſit Raynerio Pelegrini de ſancto Helia, de quo tanquam de fideli Cæſaris confidebat, recepto ab eo juramento, ut fideliter illam cuſtodiret, donec Imperator ipſe ſit ab excommunicationis vinculo abſolutus.

Tunc Theanenſis, Aliſanus, Venafranus Epiſcopi, & prælati alii de Regno excluſi, ad ſedes proprias libere revertuntur.

Imperator ultimo die menſis julii de ſancto Germano exiens in hora veſpertina, Aquinum ſe contulit.

Ea die peſtis quædam, quæ Bruchus dicitur, totam terram monaſterii occupavit, quæ milia omnia, & quidquid viride rodendo devaſtavit.

Limpuldus Dux Auſtriæ, & Stiriæ die dominico in feſto ſanctorum Nazarii, & Celſi apud ſanctum Germanum naturali morte defecit, cujus oſſa delata ſunt more Theutonico in Theutoniam, & caro apud Caſinum cum honorificentia tumulata.

Menſe Auguſto die primo Imperator ad Roccam Arcis ſe contulit. Qui tunc caſtrum Pontis Curvi, & Pedemontis, & Caſtellum novum reſtitui mandat Abbati Caſinenſi a dominis Aquini, qui ea ſervabant ad opus ſuum.

Eodem menſe litteræ In ſancto Germano venerunt, quas quidam magiſter Joannes de civitate Toleti omnibus per orbem Chriſticolis vulgandas tranſmiſit, quarum tenor talis eſt.

Anno a nativitate Domini 1229. uſque ad annos 7. menſe Septembri ſole exiſtente in Libra, & cauda Draconis ibidem erit admirabilis res rerum mirabilium, & mutationis temporum ſignificata. In menſe illo fiet terræmotus mirabilis, ac deſtruet multa loca per Saturnum, & Martem manentes in ſignis aeris, ac erit infirmitas, & mortalitas valida, oſtendet etiam eadem conjunctio ventura validum denigrantem aera, & obſcurum reddentem, & venenis infectum, & repletum, & in vento voces terribiles corda hominum obſtruentes, & a regionibus arenoſis ſablonem ſublevans, ac ſupra civitates ſitas proximas plagam deducens, & cooperienseas, ita etiam quod eas ſuffocabit. Et primo deſtruet civitates Orientales, & nominatim Thetam, Baldach, Capolim, Babyloniam, & omnes civitates arenoſis locis ſitas, vel proximas, ita quod nulla earum evadet, quin arenis tota cooperiatur. Erit iterum eodem anno priuſquam Planetæ conveniant in Libra, Eclipſis ſolis, quæ totum corpus illius obſcurabit, & hac operatione præcedente luna tota patietur eclipſim. Erit eclipſis ſolis ignei coloris, & deformis, oſtendens maximum futurum bellum cum effuſione ſanguinis prope fluvium in terra Orientis, & ſimiliter in terra Occidentis, & erit dubietas, & ignorantia inter Saracenos, ita quod penitus ſynagogas, Maumerias, & Secreta eorum relinquent. Verumtamen notum ſit omnibus, qui eclipſim ſolis videbitis, cum omnibus veſtris a terra exeatis, & ut hæc firmiora, & certiora teneatis, antequam eclipſis ſolis, & lunæ fiat, erit terræmotus, mortalitas, fames valida, prælia, & careſtia fere per totum orbem, & tunc quidam maximus Imperator morietur. Et menſe ſeptembri poſt eclipſim ſolis, & lunæ, mare ultra ſolitum creſcet, ac omnes fere venti flabunt, ita quod nulla navis in mari evadet, arbores evellent, ædificia ſubvertent venti, & terræmotus. Unde ſi vultis evadere, in planis circumdatis montibus facite cooperturas trabium, & terram ſuperponite, qui ſint longe a plagiis, & montanis locis, ac ubi non ſint arbores prope, quibus os cavernæ poſſit operiri, & in eis introite cum familia veſtra, & rebus neceſſariis per 30. dies, & plus abundanter vobis, & familiæ veſtræ, & hæc ad redemptionem animarum veſtrarum ignorantibus denunciate. In his enim nobiſcum concordes ſunt omnes aſtrologi, & geomantici ſcilicet Hiſpaniæ, Æthiopiæ, &

aliarum provinciarum diverſarum gentium, Chriſtianorum, Saracenorum, & Hebræorum, & omnes philoſophi hoc affirmant. Et hoc unum in veritate ſcimus, quod Rex Mathemelinus turrem facit cum fabriea eminentiorem omnibus fabricis, & groſſiorem, & ampliorem, ad inſtar maximi montis, ita quod omnes ſui habeur expenſas iu ipſa fabrica. Et idem audimus de Rege Siclo, quæ periculoſa videntur, &c.

Sabinenſis Epiſcopus, & Cardinalis ſanctæ Sabinæ die lunæ quinto intrantis auguſti recedentes de ſancto Germano, Cæperanum ſe conferunt, ad quos vadit ipſe Imperator, & exterius caſtrametatus eſt, præcepitque militibus ſuis oſtentationem facere in equis, & armis.

Ipſo menſe auguſto in feſto beati Bartholomæi Apoſtoli fulgur de cœlo veuiens, campanile Caſinenſe percuſſit, & totam ejus ſummitatem projecit in terram, ſalvis tamen campanis, quæ erant in ea. Interea laborantibus hinc inde Nuuciis ex parte Papæ, & Imperatoris, magiſtro domus Theutonicorum, & Principibus Alemanniæ ſupradictis, pax eſt inter ipſum Papam, & Cæſarem reformata, & quædam Arces Regni traditæ ſuur ſervandæ magiſtro domus Theutonicorum uſque ad certum tempus pro majori Eccleſiæ firmirare, & tunc Imperator ipſe in caſtris ante Cæperanum in capella ſanctæ Juſtæ die mercurii in feſto beati Auguſtini per Sabinenſem eſt Epiſcopum ab excommunicationis vinculo abſolutus. Similiter & omnes ſui, ac ultimo menſis Auguſti vadit Anagniam locuturus cum Papa. Interea ſuas per totum Regnum generaliter litteras pro liberratibus monaſteriorum, Eccleſiarum, perſonarum Eccleſiaſticarum, & rerum illarum dirigit in hac forma.

Fridericus, &c. Comitibus, Baronibus, Juſtitiariis, Camerariis, & Bajulis in Reguo Siciliæ conſtitutis, &c. fidelitati veſtræ per præſentium ſcripta maadantes præcipimus firmiter, as nullus veſtrum monaſteriis, Eccleſiis, perſonis eccleſiaſticis, aut rebus eorum talleas, vel collectas præſumat imponere, ſalvis illis ſervitiis, ad quæ certæ Eccleſiæ, vel perſonæ teneutur nobis ſpecialiter obligatæ. Datum in caſtris ante Cæperanum 24. menſis auguſti indictione 3.

Mittit etiam ſuos nuncios, & litteras ad omnes civirates, & caſtra de Marchia, quæ ſibi fidelitatem fecerant ſub comminatione diffidationis, ut ad fidem redeant Rumanæ Eccleſiæ, & mandatum ejuſdem.

Menſe ſeptemb. 1 die menſ. ejuſd qui fuit dies Dominicus, Cæſar invitatus a Papa, cum eſſet in caſtris in pede Anagniæ magnifice comiratus a Cardinalib. & nobilioribus civitatis intravir Anagniam, & eo die cum Papa ſedit in meuſa, & ſolus eum ſolo, magiſtro tamen Theutonicorum præſente, in Papali Camera conſilio longo ſe tenuera diu, ac die lunæ ſequenti cum graria Papæ, & Cardinalium ad caſtra reverſus eſt. Tunc Joanni de Poli conceſſit Comitatum de Albe propter civitatem Fundanam, quam abſtulit ei, & reddidit eam Rogerio de Aquila cum toto Fundano Comitatu. Tunc etiam Abbas ſancti Vincentii, & Prælati, qui Imperatori adhærentes excommunicati fuerant, ad preces Imperaroris a Papa abſoluti ſunt. Imperator a Papa diſcedens die mercurii, applicuit die jovis apud ſanctum Germanum, indeque diſcedens poſt prandium ſub celeritate ſe Capuam contulir, exinde verſus Melphiam profecturus. Rex Theſſalonicenſis obiit Melphiæ, & Prælati, & Principes Alemanniæ in ſua recedunt.

Belvacen. Epiſcopus, qui de Gallia venerat in auxilium Eccleſiæ, per Papam dux Spoleti efficitur.

Raynaldus Dux Spoleti vadit Introducum, ubi aliquamdiu moram facieus, in Apuliam ad Imperatorem redit.

Menſe novembri Gregorius Papa revocatus a Senatore, redit ad Urbem. Eodem menſe magiſter Guillelmus de ſancto Germano domini Papæ capellanus canonice electus in Archipresbyterum S. Germani aſſumptus eſt.

In Apulia Imperatoris juſſu capiuntur Matthæus Marchaſab. magiſter Camerarius, judex Philippus de Magdalone, judes Guillelmus de Salerno, notarius Adam, & notarius Joannes.

Tunc pro correctione, & honeſtate vitæ clericorum generales idem Papa per totum Regnum ad Metropoliras, & eorum ſuffraganeos litteras dirigit in hac forma.

Gregorius, &c. Venerabilibus in Chriſto fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Regnum Siciliæ conſtitutis, &c. Si cavendum eſt vobis, ne ſanguis ſubditorum de veſtris manibus requiratur, clericorum culpas, quæ periculoſæ ſunt, propter officii dignitatem, non debetis relinquere incorrectas. Horum enim quanto eſt gradus altior, tanto gravior caſus exiſtit, & exceſſus ipſorum vehementer in exemplum extenditur, dum in accuſationem illorum dicitur: Sufficit diſcipulo ſi ſit ſicut magiſter ejus, ſicque per eos facientes delinquere populum, nomen Domini blaſphematur, cum non ſoleant facere, qui ſequuntur, niſi quod eos, qui præcedunt, viderint facientes. Licet autem corrigendi ſint omnes clericorum exceſſus, & mores eorum, & actus in melius reformandi, ſpecialius eſt tamen in eis incontinentiæ vitium exprobrandum, cum non deceat per immundos ſanctu tractari, & fœdatos libidine menſæ Domini miniſtrare. Unde Abimelech ſacerdos David legitur reſpondiſſe, ſe ad manus panes laicos non habere, ſed ſolummodo panem ſanctum, quem mundis pueris, maxime a mulieribus, obtulit manducandum. Ut igitur judicium de domo Domini prodeat, præſentium vobis auctoritate mandamus, & in virtute obedientiæ diſtricte præcipimus, quatenus uſque ad tres menſes clericorum veſtrorum, tam incontinentiæ vitium, quam exceſſus alios corrigentes, præſertim ſuper cohabitatione mulierum, eis diligenter, & ſolicite corrigere ſtudeatis, taliter circa vos ipſos invigilare curantes, quod commendatione magis, quam correctione dignum in vobis valeat inveniri, alioquin ſi qui veſtrum, quod non credimus, præcepti noſtri fuerint contemptores, ex tunc infra menſem reſponſuri nobis de contemptu perſonaliter ad ſedem Apoſt. accedere non poſtponant, attentius præcaventes, ne in commiſſo nobis negotio, quæ ſunt noſtra, non quæ Jeſu Chriſti quæratis, ſi proprium vultis periculum evitare. Cæterum vos Archiepiſcopi contra Prælatos veſtræ provinciæ, & alios, qui ſunt infecti vitio ſimoniæ, cum tales Dominus facto flagello de reſticulis de templo ejeciſſe legatur, ac eos, qui ultramontanos ſine commendatitiis litteris Epiſcoporum ſuorum auſi ſunt ad ordines promovere, aut eos, qui dicuntur incontinentiæ vitio laborare, inquiratis ſollicite veritatem, & quod inveneritis, nobis infra prædictum tempus reſcribere procuretis, ut per veſtram relationem inſtructi, procedamus, prout viderimus expedire. Datum Anagniæ v. Kal. novembris, Pontificatus noſtri anno iv.

Menſe decembri Imperator apud Preciuam Natale Domini celebrat.

M. cc. xxxi. menſe Jauuario, ſuas Imperator litteras mittit ad Stephanum de Angloue terræ Laboris juſtitiarium, ut diligenter inquirat de promiſſis Imperiali curiæ factis, & ſi qua poſt transfretationem ſuam facta ſunt conceſſionum privilegia per Raynaldum Ducem Spoleti, ſive ſuo, ſive ipſius Ducis ſigillo ſignata, aliqnibus perſonis ea Imperiali curiæ uſque ad feſtum Purificationis B. Virginis præcipiat præſentari, alioquin ex tunc in antea nullam habeanr firmitatem. Præcipiat etiam omnibus Ravellenſibus, ut uxores, & familias ſuas uſque ad feſtum Pentecoſtes remittant Ravellam ſub pœna perſonarum, & rerum. Inhibeat etiam omnibus illis, quibus licentia data fuit ædificandi occaſione ortæ diſcordiæ inter Imperium, & Eccleſiam, ſub pœna prædicta, ne iu Terris, aut caſtris ſuis ædificare præſumant. Item mandat generaliter univerſis, qui de feudis ſervire tenentur, tam Prælatis, quam cæteris aliis, ut una decem feuda conferant,

de

de quibus comes, vel Baro, qui decem feudis præerit, & pluribus melior, necnon ditior, qui inter participes, & poſſeſſores Invenietur. Eligi debeat, & taaari, & præparari ſe debeant in duobus equis, ſomorio uno, & armis, ac cæteris proportionaliter, & habeat pro Corredo unius anni unc. l. præfixo termino proaimi paſſagii menſ. martii in portu Brundoſii præſenrandus, ut abinde ſecundam ſuam diſpoſitionem debeat transfretare. Item ad inquirendum ſi qui fuerint a talleis, & collectis exempti, ſive potenria, prece, pretio, amore, vel timore cujuſque. Mittit jodicem Rogerium de Aſculo, & I. comeſtabilem Corneti, nt univerſis, & ſingulis prædictorum collectam imponant.

Menſe februario Imperator verſus Tarentum properat, ubi diſponit curiam regere generalem.

Eodem menſe nonnulli Paterenorum in Urbe inventi ſunt, quorum alii ſunt igne cremari, cum inconvertibiles eſſent, alii, donec pœniteant, ſunt ad Caſinenſem Eccleſiam, & apud Cavas directi.

Imperator pro capiendis Paterenis apud Neapolim mittit Regiunm Archiepiſcopum, & Ricchardum de Principatu Mareſcalcum ſuum, de quibus aliqui ſunt inventi, & vinculis mancipati.

Collecta ubique per Regnum juſſu Imperiali a judicibus, & tabellionibus demanii eaigitur.

Rex quondam Hieroſolymitanus de Francia rediens, & de partibus ultramontanis venit Peruſium, ubi venturum expectat dominum Papam, cum quo loqui deſiderat, quia non vult ſe conſerre ad urbem.

Menſ. aprilis Magiſter domus Alemaunorum de Alemann a ad Imperatorem redit

Eodem menſe Romanorum eaercitus ſuper Viterbium vadit.

In civitate Conſtantinopolitana terræmotus magni fuere, per quos Eccleſiarum, & domorum vaſtitas magna fuit.

In Apuliæ finibus, & aliis Regni partibus ad deſtruendam peſtem Brucorum innumeram, generale a Cæſare edictum exiir, ut ſinguli de ſingulis terris, in quibus invaluerat peſtis illa, ſummo mane ante ſolis ortum deberent capere quatuor tumnos de Brucis ipſis, & aſſignare quatuor juratis de terra qualibet ad comburendum ſub pœna unius unc. auri unicuique, ſi ad hoc negligens fuerit, vel remiſſus, ac hoc ſingulis terris præcipi mandavit ſub pœna 100. unc. auri ad opus fiſci Imperialis.

Menſe maji dictus Rainaldus dux Spoleti com non poſſet Imperatori ſufficientem ponere rationem, aut fidejuſſoriam cautionem præſtare, apud Fogiam juſſu Imperatoris captus eſt, & cuſtodiæ traditus, ac bonorum omnium amiſſione mulctatus; quare Bertholdus frater ipſius ducis contra Imperatorem in Introduco ſe recepit.

Eodem menſe Romanorum exercitus ſuper Viterbium vadit, ab his de monte Flaſcone juratoria cautione recepta, ne ſubſidium aliquod illis de Viterbio conſerre deberent.

Reginus Archiepiſcopus ab Imperatore nuncius ad Papam vadit, & veniens ad S. Germanum, inquiſitionem facit fieri de infamibus, & ſuſpectis.

Menſe junii primo die circa meridiem, qui erat dies Dominicus, terræmotus factus eſt ſubito in S. Germano, & per vicina loca, qui die ipſo nonnulla Eccleſiarum Campanilia, ipſas etiam Eccleſias, firmas turres, & domos plurimas in civitatibus, & Caſtellis evertit, qoi quod dictu, & auditu mirabile eſt, terræ fundamentis concuſſis limpidos aquarum fontes de ſancto Germano, in fæcis fætulentæ colorem mutavit, & talis color aquarum per duas ferme horas duravit, ſaxs dirupit propter quod homines timentes viros a terra ſorberi in multa contritione, & luctu pœnitentiam agentes ſuas domino præ timore morti s animas commendabant. Terræmotus iſte intonuit die illo; & hora prædicta a Capua uſque Romam, & terra mota eſt. Et tunc de Coliſeo concuſſus lapis ingens everſus eſt, & quia duravit ultra menſem terræmotus hujuſmodi,

A

interdum plus, interdum minus, attoniti homines, dimiſſis laribus, & locis propriis, ne domorum illos ruina contereret, ad agros exibant. Tunc juſſu Landulfi Caſinenſis Abbatis, fit ad Caſinenſe monaſterium de ſingulis terris ſuis proceſſio generalis, diſcalciatis pedibus in fletu, & planctu

Ea die, qua terræmotus ipſe fuit, Gregorius Papa Urbem exiens, vadit Reate, ad quem Barenſis Archiepiſcopus, & magiſter domus Alemannorum ex parte Imperatoris vadunt. & Mutinenſis Epiſcopus a Papa ad Imperarorem nuncius deſtinatur.

Rex quondam Hietoſolymitanus apud Reate ad Papam vadit, de cujus aſſenſu, ut cum filio Imperatoris Conſtantinopolitani de filia ſua contrahat, & ipſe ſit curator Imperii, donec in minori conſtitutus ætate perveniat ad legitimam. Mare apud Venetias intrans vadit collecto eaercitus Conſtantinopolim.

Tunc Imperator domorum Hoſpitalis, & Templi poſſeſſiones, quæ in Regno ſunt, & earum fru-

B

ctus jubet capi ad opus ſuum.

Richardus de Principatu Mareſcalcus domini Imperatoris, ipſo Imperatore mandate, ut in Syriam transfretet, quos vult de Regno ſibi aſcivit in ſocios.

Conſtitutiones novæ, quæ Auguſtales dicuntur, apud Melfiam, Auguſto maudante, conduntur. Menſe junio inquiſitiones fiunt in ſancto Germano, & per totam terram ſancti Benedicti, per Robertum de Buſſo juſſu magiſtri juſtitiarii Campangiis, falſariis, aleatoribus, tabernariis, homicidis, vitam ſumptuoſam ducentibus, prohibita arma portantibus, & de violentiis mulierum.

Eaercitus Imperialis Introducum, in quo Bertholdus ſe contra Imperatorem receperat, obſidet & devaſtat.

Gregorius Papa requiſitiones ſolidorum a militibus, & ſervientibus Campaniæ fieri mandat, qui eos in fraudem retinuerunt tempore ortæ diſcordiæ inter Eccleſiam, & imperium.

C

Beluacenſis Epiſcopus, cui ducatus Spoleti ab Eccleſia eſt commiſſus, congregato eaercitu ſuper Spoletum vadit, illam in exterioribus devaſtat, nec per hoc Spoletanos ad ſuam habere potuit voluntatem, & ſic inde diſcedens ſupra Mirandam vadit, ubi monetæ, & Bullæ Papalis eſſe ſalſarii dicebantur.

Exercitus Imperialis ab Introduco diſcedit.

Reatini juſſu Papæ ſuper Mirandam vadunt.

Menſe Auguſto de mandato Imperiali per totum Regnum ſeta cruda emi prohibentur, ſimiliter ſal, ferrum, & æs emi non niſi a Doana Imperiali mandantur.

Serra ſuper Cælanum firmata juſſu Imperiali dirnitur.

Eodem menſe magiſter domus Alemannorum in Lombardiam vadit.

Conſtitutiones Imperiales Melfiæ publicantur.

Menſe ſeptembri apud ſanctum Germanum, ſicut per totum Regnum pondera, & menſuræ mu-

D

tantur, ponuntur Rotuli, & Tumini. Tinctorias omnes de regno ad opus fiſci imperialis recipi præcipit Imperator, & ſuper hoc ſuas mittit litteras generales, quas cum Judæi pro Judeca ſancti Germani recipiendo detulerint, ipſam Reginus Archiepiſcopus capi prohibuit, mandans ipſis Judæis, ut ipſam in pacem dimittant monaſterio Caſinenſi.

Menſe octobri Marinus Caracciolus miles Neapolitanus, cum filio Annei de rivo Atricio venientes ad ſanctum Germanum cum litteris Imperialibus, & mandatu pro reparatione caſtrorum Imperialium, requirebant Caſinenſem Abbatem ex parte Cæſaris, ut homines terræ monaſterii mittere deberet ad muniendum Atinum, caſtrum Cœlii, Roccam Bautræ, & Roccam Guillelmi.

Menſe novembri Romani, comperto quod Imperator in eorum odium Viterbium receperat, & ad ipſius civitatis auxilium miſerat quemdam Rai-

naldum de Aquaviva Capitaneum, & de gente ſua cum eo pro tuenda Republica, magnam pecuniæ quantitatem Eccleſiis urbis in odium Papæ imponunt.

Menſe decembri Imperator apud Ravennam Natale domini magnifice celebrat, & eo die licentiam dedit omnibus de Regno, qui ſecum iverant, in propria revertendi.

Nummi aurei, qui Auguſtales vocantur, de mandato Imperatoris in utraque Sicla Brunduſii, & Meſſanæ cuduntur.

M. xxii. Menſe januario. Præneſtinus Epiſcopus, & dominus Oddo Cardinalis ex parte Papæ legati ad Imperatorem vadunt, & eo menſe Thomas de Aquino, qui cum Imperatore iverat ipſo Imperatore mandante, redit in regnum, Regni Capitaneus inſtitutus, qui ad ſanctum Germanum veniens, Taffurum quemdam civem Capuæ in Rocca Janulæ, quam uſque tunc Richardus de Guerra per fratrem Leonardum de domo Theutonicorum ſervaverat, & poſuit Caſtellanum.

Henricus de Morro magiſter juſtitiarius ad S. Germanum veniens inquiſitiones ibidem factas juſſu Imperiali per Robertum de Buſſo Baronem de comitatu Moliſii, aperiri juſſit, & publicari, unicuique infamatorum exhibens libellum ſuæ infamiæ, & nomina infamantium illos, quod cauſa fuit magnæ diſcordiæ inter ipſos, & odii magni fomitem miniſtravit. Tunc de mandato ipſius Acerrarum comitis, ſex electi ſunt in ſancto Germano, qui juraverunt dare Philippo de Citro Comeſtabili Capuæ fidele conſilium, & auxilium, qualiter munitio terræ ſancti Germani celeriter compleatur. Qui habito conſilio, providerunt munitionem ipſam per homines ſancti Germani, & alterius terræ monaſterii in partes debere diſtribui, ſicque factum eſt, & pars operis quibuslibet aſſignata.

Tunc etiam mandato dicti comitis, & magiſtri juſtitiarii, Bajuli Imperiales, qui Cavarretti vocantur, per D. Hectorem de monte Fuſculo tunc terræ Laboris juſtitiarium, de ſancto Germano, & tota terra monaſterii amoventur.

Menſe februario in ſancto Germano Conſtitutiones Imperiales, quæ Auguſtales vocantur, publicatæ ſunt, quarum initium eſt: De Mercatoribus, Artificibus, Medicis, aleatoribus, damnis, militibus, notariis.

Poſt mundi machinam providentia Divina firmatam, &c. Harum aliquot Richardus auctor hiſtoriæ ponit, ſed nos remittimus lectorem ad librum Conſtitutionum Regni Siciliæ.

Menſe Martio imperatur per Ravennam Aquilegiam vadit per mare, ubi filium ſuum Henricum Alemanniæ Regem venturum expectat.

Munitio terræ ſancti Germani ut citius fiat per Philippum de Citro cum conſilio juratorum terræ ejuſdem, per homines terræ monaſterii diſtribuitur.

Inquiſitiones ab Archiepiſcopis fiunt de Suffraganeis Epiſcopis, Papa mandante, & ab Epiſcopis de Clericis ſuis, ſi caſte vivunt, & continenter, & ut ceſſent prorſus cohabitatione mulierum.

Domus quædam in Coraria, & valle redimuntur, ut non diruantur, prout ſtatuerat Imperator, & datæ ſunt Philippo de Citro unc. auri 200. de quibus partem miſit pro ſolidis obſidentium Introducum, & partem reliquam curiæ Imperiali perſolvit.

Soldanus Damaſci pretioſa mittit xenia Imperatori per quoſdam nuncios ſuos in Apuliam venientes.

Menſe aprili Thomas Acerrarum comes, apud ſanctum Vitum de Melfa Baronum, & militum exercitum congregat, quos Introducum mittit contra Berthuldum fratrem Raynaldi ducis Spoleti, qui ſe in eo contra Imperatorem receperat.

Romani ſupra Viterbium vadunt.

Gregorius Papa de Reate apud Interamnem va-
A dit, & inde vadit Spoletum, qui generales ad Regni Prælatos litteras dirigit, ne quis eorum officialibus Imperatoris, occaſione defendendi Patrimonium Eccleſiæ, ipſos gravare volentibus, reſpondeant, & intendant.

Landus Reginus Archiepiſcopus in Meſſanenſem eligitur.

Joannes de Baruch civitatem Acconitanam recipit in odium Imperatoris. Menſe madii Romani de Viterbio ad urbem redeunt.

Imperator ab Aquilegia per mare redit in Apuliam, ſeque apud Melfiam contulit, ad quem mox magiſter juſtiarius, & dictus Acerrarum comes accedunt. Ad Papam nuncius ex parte Imperatoris magiſter Petrus de S. Germano dirigitur.

Eodem menſe Joannes Baruch cum Mareſcalco Imperatoris congrediens in partibus Syriæ, ipſum devicit in campo. & multos cepit ex ſuis.

Apud Spoletum Gregorius Papa quemdam fratrem Antonium de Ordine fratrum Minorum ca-
B nonizavit, & ſanctorum catalogo mandavit adſcribi.

Menſe junii quidam Thomas de Pando civis Scalen. novam monetam auri, quæ Auguſtalis dicitur, ad ſanctum Germanum detulit diſtribuendam per totam Abbatiam & per ſanctum Germanum, ut ipſa moneta utantur homines in emptionibus, & venditionibus ſuis juxta valorem ei ab Imperiali providentia conſtitutum, ut quilibet nummus aureus recipiatur, & expendatur pro quarta unc. ſub pœna perſonarum, & rerum: in Imperialibus litteris, quas idem Thomas detulit, annotata Figura Auguſtalis erat, habens ab uno latere caput hominis cum media facie, & ab alio Aquilam.

Viterbienſes caſtrum quoddam, quod Vetorchanum dicitur, quod Romani tenebant, proditorie occupant, & evertunt, quibuſdam, qui evaſerant de caſtro ipſo, conferentibus ſe ad urbem, aliis Viterbium ſecedentibus.

Menſe julio Gregorins Papa redit Reate. Ro-
C mani in odium Papę veniunt uſque ad montem Fortinum, intrare Campaniam diſponentes, ad quos tres ex parte Papæ vanientes Cardinales, facta cum eis compoſitione per interventum pecuniæ, Romam reverſi ſunt.

Rogerius de Aqoila Fund. comes obiit, qui habitum ſuſcipiens monachalem, apud Foſſam novam ſepeliri elegit. Terram ipſius, videlicet, Fundos, Trajectum, & Sugium, recipi ad opus ſuum præcipit Imperator per Hectorem de monte Fuſcolo juſtitiario, & per Philippum de Citro. Giffridus filius comitis ipſius ad Papam ſe contulit, turre Itri ſe tenente pro ipſo, quæ tandem ſtudio Philippi de Citro ad opus Imperatoris recepta eſt. Imperator pro ſuccurſu civitatis Acconitanæ, quam Joannes de Baruch occupatam tenebat, parte civitatis ſe pro Imperatore tenente, exercitum congregat militum, & Baronum.

Menſe auguſto Gregorius Papa in Campaniam redit, & apud Anagniam feſtum celebrat Aſſum-
D ptionis B. Virginis.

Imperator congregatum Brunduſii exercitum revocat, & ipſo mandante quilibet ſunt in ſua reverſi.

In Sicilia apud Meſſanam contra Imperatorem ſeditio orta eſt, occaſione Richardi de Montenigro pro Imperatore juſtitiarii in Sicilia conſtituti, quem cives dicebant contra eorum facere libertatem.

Decretales corriguntur à Gregorio Papa, reſecando ſuperflua, & utilia retinendo.

Bartholomæus de ſancto Germano domini Papæ Capellanus, Papa mandante, Gajetam vadit pro compoſitione inter Imperatorem, & Gajetanos facienda, ut redeant ad fidelitatem ipſius, quod cum facere non poſſet, apud ſanctum Eraſmum receſſit, & ibi uſque ad mandatum domini Papæ elegit facere ſtationam.

Menſe Septembri Imperator à Melfia venit Fo-

giam, & generales per totum Regnum litteras dirigit, ut de qualibet civitate, vel caſtro duo de melioribus accedant ad ipſum pro utilitate Regni, & commodo generali, ad quem pro terra ſancti Germani ivit Roffridus de Monte Miles.

Fodrum de Regno juſſu Imperatoris apud Anagniam mittitur ad dominum Papam.

Menſe Octobri in ſancto Germano hujuſmodi ſunt Imperiales Aſciſiæ publicatæ.

Cives in terris eorum pro mercibus ſuis, quas intromittent, vel extrahent, nihil ſolvent, niſi quod olim ſolvebant, de pomis, caſtaneis, nucibus, avellanis, & aliis fructibus in jure curiæ ſervabitur forma antiqua. Jus coriorum pro conzatura dimittitur in forma antiqua. Factum canapis omnino remittitur: vendentibus vinum, ſive ad minutum, ſive ad groſſum, nihil requiritur, ſed in eis ſervabitur forma antiqua. Statera erit in Fundicis, & nihil recipietur pro ea, nec amplius pro cantaro quam Gr. 5 Pro herbatico animalium, venditione equorum, & aliorum animalium ſimiliter ſervabitur forma antiqua. A piſcatoribus nihil requiritur, niſi ſecundum formam antiquam. Pro jure menſurarum victualii tam in Sauma, quam in Turninis ſervabitur forma antiqua de jure caſatici remiſſa ſunt Gr 3. pro unc. ita quod Mercatoribus, qui erunt pro eis, providebitur a cuſtodibus Fundaci in lectis, luminaribus, palea, & lignis: de jure Bucceriorum pro bove, vel vacca remittuntur Gr. 3. pro porco Gr. 3. pro ariete Gr. 2 pro agno Gr. 2. de Tunninis, & Sardellis ſervabitur forma, de jure lini idem, de jure Cannarum idem, de lana Syriç idem, de bambace, & de arcu cuctonis idem.

Eodem menſe Ægidius Verraclus domini Papæ ſubdiaconus, & capellanus pro facto Gajeræ ad Imperatorem in Apuliam nuncius vadit.

Menſe Novembris de communibus Lombardiæ pro compoſitione cum Imperatore facienda, legati apud Anagniam veniunt ad D. Papam.

Menſe decembri pro facto Lombardorum, Henricus de Morro magiſter Juſtitiarius ab Imperatore ad Papam nuncius mittitur, cum quo vadunt magiſter Petrus de Vinea, magiſter Petrus de ſanctu Germano, & magiſter benedictus de Ixernia, ut cum magiſtro juſtitiario coram Papa pro parte Imperatoris Jus ipſius oſtenderent

M. ccxxxiii. Menſe Januario Henricus de Morro magiſter juſtitiarius a Papa ad Imperatorem in Apuliam redit, quem ſubſecuti ſunt Landus Meſſanen. Archiepiſcopus cum Regino Epiſcopo nuncii a Papa directi ad Imperatorem. Imperator omnibus generaliter Prælatis, comitibus, Baronibus, militibus tam ſeudatis, quam non ſeudatis mandat, ut ad ſe cum toto ſervitio. quod facere tenentur apud Politorum, in futuris Kalendis Februarii accedere ſint parati. Tunc juſſu Imperatoris Lucerium civitas Saracenorum firmatur, Trojæ mœnia diruuntur.

Imperator menſe februarii de Apulia in Calabriam ſe confert.

Magiſter Joannes de ſancto Germano, Guillelmo ejuſdem Eccleſiæ Archipresbytero ſponte cedente, in Archipresbyterum ſancti Germani aſſumitur.

Caſtella in Trano, Baro, Neapoli, & Brunduſii juſſu Imperatoris firmantur.

Menſe martii ſenator cum nonnullis de majoribus urbis ad Papam apud Anagniam vadit, quorum inductus precibus, cum quibuſdam ex Cardinalibus ad urbem redit, ubi cum honore maximo Romanorum receptus eſt, & pars reliqua Cardinalium apud Anagniam remanſit.

Magiſter Thomas Cardinalis de mandato Papæ cum . . . apud Viterbium vadit pro compoſitione inter Romanos, & Viterbienſes facienda.

25. Aprilis in feſto B. Marci Evangeliſtæ, die lunæ circa meridiem aeris ſerenitate mutata, quæ multa erat, tanta ſubito tempeſtas inhorruit, & inundatio facta eſt pluviarum de ſupernis veniens

A montibus admixta grandinibus, ad S. Germanum, quod domos nonnullas in valle replevit allavio, domorum utenſilia, oleum, & victualia multa ſecum fluendo deduxit. Saxa etiam de montibus tam grandia movit, quod ea trahere multa boum paria non valerent.

Rainaldus dictus Dux Spoleti mandato Imperatoris ducitur apud Introducum ſub cuſtodia ab Henrico de Morro magiſtro juſtitiario, ut idem dux caſtrum ipſum reddi faciat Imperatori à Bertoldo fratre ſuo, qui illud tenebat. quod facere idem Bertoldus ad interventum Meſſanenſis Archiepiſcopi repromiſit.

Pax inter Romanos, & Viterbienſes reformata eſt.

Imperator Meſſanam intrat, & de quodam Martino Mallone, qui caput fuerat motæ ſeditionis in Populo, & ejus complicibus. ſumpſit debitam ultionem, de quibus quoſdam ſuſpendio, & quoſdam incendio condemnavit.

Menſe Maii pro ſervitio militum 60. & ſervienti-
B bus ducentis, in quibus ab Abbate Caſinen. ſibi ſerviri debere Imperator debebat, collectæ ſunt de terra monaſterii unc. 400.

Florentinates ſuper Senas vadunt, poſt prohibitionem Papæ, propter quod eorum civitas ſub interdicto poſita eſt, & ipſi excommunicationis ſunt vinculo innodati.

Menſe Junio de quodam ſancto Virgilio miracula multa in ſcriptis redacta, de Alemannia miſſa ſunt ad D. Papam.

Eodem menſe quidem Fr. I. vili contectus tegmine, tamquam de Ordine Fratrum Minorum, ad S. Germanum veniens, cum cornu quodam convocabat populum, & alta voce cantabat tertio Alleluja, & omnes reſpondebant: Alleluja, & ipſe conſequenter dicebat: Benedictu, laudatu, & glorificatu lu Patre. Benedictu laudatu, & glorificatu lu Fillu. Benedictu, laudatu, & glorificatu lu ſpiritu ſanctu, Alleluja. Glorioſa Domina Hoc idem alta voce reſpondentibus pueris, qui erant
C præſentes.

Imperator caſtrum quoddam in Sicilia, quod Centurbium dicitur, ſibi rebelle vi cepit, & deſtruxit, & incolas ad loca compulit alia demigrare.

Menſe julio Bertoldus Introducum magiſtro juſtitiario reſignavit, & ipſe cum duce fratre ſuo aſſecuratus abiit extra Regnum, quo voluit.

Civitas Gajetæ ad mandatum redit Imperatoris, & juramentum fidelitatis ſibi præſtat, & Conrado filio ejus Ad quam Hector de Monte Fuſculo juſtitiarius terræ Laboris accedens. juſſu Imperatoris doanam inſtituit in ea, & Conſulatu privavit eamdem.

Imperator de Sicilia ſuas ad eumdem juſtitiarium, & alios juſtitiarios Regni litteras dirigit ſuper moleſtiis & injuriis Prælatorum, ut ipſi ſtatuto die, & loco Prælatos ad ſe convocent regionum, & audiant eorum clamores, & qui juſte poterunt expedire, expediant, reliqua vero per ſuos nuncios ſibi ſignificent fideliter, & diſtincte, ut de ipſorum cor-
D rectionibus provide ipſe diſponat. Item alias ad Caſertanum Epiſcopum litteras mittit, pro inquiſitione facienda hæreticæ pravitatis, ut tam Paterenos, quam eorum ſautores, quos invenerit hujus criminis reos, ſub ſuo, & juſtitiarii terræ Laboris teſtimonio ſibi debeat intimare.

Gregorius Papa Urbem exiens, venit Anagniam.

Menſe auguſto ad mandatum Hectoris de Monte Fuſculo juſtitiarii terræ Laboris apud Theanum Prælati iſti conveniunt in die ab eodem juſtitiario conſtituto, ſcilicet Caſertanus, Calvenſis, Calinen. Venafranus, Aliſanus, & Nolanus, ſed nullos eorum ſe moleſtiam, vel injuriam paſſum fuiſſe ab aliquo officialium conqueſtus eſt.

Eodem menſe mandatum de diruendo burgo Capuæ ad Magiſtrum juſtitiarium a Cæſare emanavit.

Hector de Monte Fuſculo per Imperatorem a juſtitiariatu amovetur, & Stephanus de Anglone ſubſtituitur illi.

Judex Petrus de Teleſia inqaiſitionem facit in Abbatia de hominibus demanii Imperialis, quorum parentes, & avi de terris demanii originem duxerant, & eorum nnmina redegit in ſcriptis, ut de illis,quod ſibi beneplacitum fuerit, faciat Imperator.

Menſe ſeptembri Thomas de Aquino Acerrasum comes mandato Imperatoris in Lombardiam vadit ad civitatem Cremonæ, quæ favet Imperatori.

Menſe octobri Cardinales, qui ſe Reate contulerant, revocati a Papa ad Urbem redeunt.

Menſe novembri Greg. Papa de Anagnia redit ad Urbem.

Imperator diem natalis ſui per totum Regnum ſuum mandat in feſto B. Protom Stephani magnifice celebrandum, qui menſe decembri fuit ab hominibus ſancti Germani ad ipſius Imperatoris honorem magnifice celebratus, ita quod pauperes ultra quingentos manducaverunt, & ſaturati ſunt nimis, pane, vino, & carnibus in platea publica.

Imperator apud Syracuſam ſtatuit in curia generali, ut nulli omnino liceat de filiis, & filiabus Regni matrimonia cum externis, & adventitiis, vel qui non ſint de Regno, abſque ipſius ſpeciali requiſitione, mandato, ſeu conſenſu curiæ ſuæ contrahere, videlicet, ut nec aliquæ de Regno nubere alienigenis audeant, nec aliqui alienigenarum filias ducere in uxores, pœna appoſita omnium rerum ſuarum.

M. cc. xxxIII. menſe Januario, apud Meſſanam ipſe Imperator regens curiam generalem, ſtatuit in ſeptem Regni partibus per annum generales nundinas celebrandas, mandans ut in ſingulis provinciis, in quibus erunt nundinæ conſtitutæ, quamdiu nundinæ ipſæ duraverint, nullus mercator, vel miniſterialis alibi cum mercibus, & rebus venalibus, quam in loco nundinarum inveniri præſumat. Primæ nundinæ erunt apud Sulmonam, & durabunt a feſto ſancti Georgii uſque ad feſtum Inventionis S. Archangeli. Secundæ erunt Capuæ. & durabunt a 22. madii, uſque ad octavam junii. Tertiæ erunt Lucerii,& durabunt a feſto B. Joannis Papæ, uſque ad octo dies. Quartæ erunt apud Barum, & durabunt a feſto B. Mariæ Magdalenæ, uſque ad feſtum ſancti Laurentii. Quintæ erunt Tarenti, & durabunt a feſto ſancti Bartholomæi, uſque ad feſtum nativitatis beatæ Virginis Sextæ erunt Cuſentiæ, & durabunt a feſto beati Matthæi uſque ad feſtum B Dionyſii. Septimæ erunt Regii, & durabunt a feſto ſancti Lucæ uſque ad feſtum omnium Sanctorum in Kalend. novembris. Statuit etiam ipſe Imperator apud Meſſanam bis in anno in certis Regni provinciis generales curias celebrandas, in quibus licebit quibuslibet contra Magiſtrum juſtitiarium, juſtitiarios, & quamcumque aliam perſonam, ſuam querimoniam inſtituere, ut omnes ſuam juſtitiam aſſequantur, & ibi erit pro parte Imperatoris nuncius ſpecialis, qui omnium querelas in ſcriptis rediget, & eas Imperiali curiæ præſentabit ſub ſuo, & quatuor bonorum virorum eccleſiaſticorum ſigillis ſignatas. Clamores tamen contra eos factos, qui officiales non ſunt, decident juſtitiarii Regionum: iis curiis bis in anno, ut dictum eſt, celebrandis intererunt quatuor de qualibet magna civitate, de melioribus terræ, bonæ fidei, & bonæ opinionis, & qui non ſint de parte: de aliis vero non magnis, & de caſtellis duo intererunt curiis ipſis. Prælati vero locorum, niſi certam habeant excuſationem, quod intereſſe non poſſint, ſimiliter intererunt eiſdem curiis, & durabit curia per octo dies, in quibus niſi expediri negotia ipſa poterunt, prorogabitur in dies quindecim, qui autem intererunt, loco Prælatorum, qui intereſſe non poterunt, denunciabunt, ſi qui ſunt in eorum provincia Patereni, vel hæretica pravitate infecti, ut ſeveritate debita puniantur. Loca autem, in quibus curiæ ſtatutæ ſunt, ſunt hæc.

In Sicilia apud Platiam, in Calabria, terra Jordani, & Vallis gratæ apud Cuſentiam. In Apulia, Capitanata, & Baſilicata apud Gravinam. In Principatu, terra Laboris,& comitatu Moliſii uſque Soram, apud Salernum. In juſtitiariatu Aprutii apud Sulmonam. Tempus autem quando congregandæ ſunt curiæ, erit in Kalendis madii, & Kalend. novembris, in quibus Magiſter juſtitiarius, juſtitiarii, Magiſtri camerarii, camerarii, bajuli, & alii officiales curiæ, prælati, comites, barones, cives, & aliorum locorum habitatores, quilibet in ſua provincia tempore, & locis præfixis in præſentia legati Imperialis convenire tenentur ſuper univerſis, & ſingulis, quæ conſtitutio continet, proceſſuri.

Menſe februario de Sicilia in Calabriam transfretat Imperator, & exinde in Apuliam venit.

Hoc menſe, & menſa januario præterito tanta fuit abundantia pluviæ, & nivis, quod pro tempeſtate famis multa millia ovium in Apulia morerentur. Silveſtres etiam beſtiæ, & ipſæ volucres præ fame deficerent, & ſe quo verterent, ignorarent, cum ubique terrarum nix eſſet, & ipſa etiam flumina fuerint congelata, & etiam quod olivæ, & aliæ arbores fructiferæ areſactæ eſſent ex gelu nimio, homines deſperabiliter murmurarent.

Imperator de Apulia venit in terram Laboris, & tunc ab iſta parte Capuæ fieri ſuper montem Caſtellum jubet, quod ipſe manu propria conſignavit.

In Neapoli etiam munitionem factam præcipit ampliari. Operi caſtelli de Capua, ut citius fiat, præponit Nicolaum de Cicala, cui omnes jubet intendere a Miniano uſque Capuam.

In Gajeta pro Imperatore per Hectorem de Monte Fuſculo fere 30. turres cuſtodiuntur. Menſe madio Imperator per ſanctum Germanum habens tranſitum apud Reate ad Papam vadit ducens ſecum Conradum filium ſuum, & ſe ad ſervitium Eccleſiæ exponens contra Romanos.

Inquiſitio fit Imperatore mandante de opere ſancti Germani per totam Abbatiam per judicem Adenulphum de Sueſſa, & judicem Thomã de Caſetta.

Tunc Imperator apud Reate faciens moram, revocavit ad opus ſuum quidquid turbationis tempore de Regni pertinentiis occupaverant Reatini,& ipſe cum gente ſua, una cum magiſtro Raynerio Cardinale Viterbium ſe confert, prædicto Conrado filio ſuo, & qui cum eo uſque Reate iverant, redeuntibus in Regnum, Imperatore mandante.

Et tunc apud Raſpampanum, quod Romani cuſtodiebant, obſidionem ponit de Cardinalis conſilio Imperator, ubi per duos menſes faciens moram cum in capiendo caſtro ipſo non proficeret menſe ſept. in Regno reverſus eſt Imperator.

Illis diebus, dum Imperator eſſet Reate, quidam Gualterus de Averſa credens Imperatori placere, infeſtare cœpit eos, qui in odium Imperatoris Eccleſiæ adhæſerant, propter quod ad Papæ verbum, quia caſtrum ſanctæ Mariæ de Oliveto, quod Rogerius de Galluccio tenebat, qui in partem Eccleſiæ ceſſerat, ipſe Gualterus ceperat, ipſo Imperatore mandante, per magiſtrum juſtitiarium captus eſt, & cuſtodiæ traditus, quem tamen ad preces Oderiſii Abbatis ſancti Vincentii liberavit. Imperator, in Regnum rediens, caſalia quædam Apuliæ depopulari jubet.

Caſale Caſtellionis ad Caſinenſe monaſterium pertinens recipi mandat,& inhabitari ad opus ſuum.

Studium, quod Neapoli per Imperatorem ſtatutum fuerat,quod extitit turbatione inter Eccleſiam, & Imperium ſecuta, penitus diſſolutum, per Imperatorem Neapoli reformatur.

Romani ſtatim poſt diſceſſum Imperatoris a Raſpampano cum ſuis viribus Raſpampanum muniunt victui neceſſariis, & procedentibus inde ſuper Viterbium vadunt, minus improvide equitantes uſque ad portas civitatis, propter quod ipſos in reditu pœnituit equitaſſe, nam intercepti a Theutonicis militibus, & hominibus civitatis ipſius, multi ex ipſis in ore gladii ceciderunt, & multi in captionem ſunt ducti, ipſis nihilominus ſtrenue ſe defendentibus contra illos,& nonnullos de nobilioribus Theutonicis trucidantibus,cum eos nollent reſervare ad vitã.

Hoc anno, quod Henricus Rex contra Imperatorem patrem ſuum ſeditionem in Alemannia ſecerit, ſama ſuit.

M.cc.xxxv. menſe januar. Imperator generalem collectam toti Regno imponit, & tunc collectæ fuerunt de terra monaſterii unc 400. pro adoramento per Stephanum de Anglone juſtitiarium terræ Laboris, & pro mutuo unc. 200.

Menſe februario inquiſitiones fiunt per totum Regnum de hominibus demanii, quos in locis ſtatutis transſert.

Imperator cum familiis ſuis, propter quod de ſancto Germano, & de tota terra monaſterii nonnulli qui inventi ſunt de demanio extitiſſe apud Cumas ire cum ſuis familiis compelluntur.

Menſe martio captivi de Apulia, qui tenebantur apud Canuſium, per interventum pecuniæ liberantur, & ex eis quidam digna ſunt pœna mulctati.

Menſe aprili Imperator apud Brecinam Paſcha Domini celebrat, & conſequenter poſt Paſcha iter arripuit in Alemanniam profecturus, ducens ſecum Conradum filium ſuum, quem magiſter domus Theutonicorum ipſo mandante præceſſit ad Papam, & Thomas de Aquino Acerrarum comes magiſter juſtitiarius, & juſtitiarii alii de Regno, necnon & Capuanus, Hydrontinus, & Panormitanus Archiepiſcopi, cum nonnullis de Regno uſque Fanum ſecuti ſunt, & de Imperatoris licentia ſunt in Regnum reverſi.

Turres in Gajeta exceptis quatuor diruuntur mandato Imperatoris. Rocca Januæ ſupra ſanctum Germanum firmatur, Stephanus de Anglone cedit officio juſtitiariatus, & Guillelmus de ſancto Raymundo ſuccedit eidem. Imperator cum Conrado filio ſuo, & de Regno admodum paucis menſe madio apud Ariminum mare intrat, & in Aquilegiam vadit, exinde in Alemanniam profecturus.

Pax inter Papam, & Romanos reformata eſt, Captivi Romani, qui apud Viterbium tenebantur per Papam liberati ſunt, & qui tenebantur a Romanis, liberi dimittuntur.

Robertus de Buſſo a juſtitiariatu Aprutii amovetur, & Hector Comeſtab. Montis Fuſculi ſubſtitutus eſt illi.

Menſe junio Panormitanus, & Capuanus Archiepiſcopi, Thomas de Agno Acerrarum comes, & Henricus de Morro magiſt. juſtitiarius, qui pro Imperatore in Regno remanſerant, ſe Capuam conferentes ſtatuerunt ibidem, qualiter Rocca Jani ſuper S.Germanum muniri turribus, & muris deberet. Ad quod faciendum quatuor elegerunt de terra ſancti Benedicti, quod homines deputatos ad opus Roccæ ipſius aſſignare ſuis viribus domino Philippo de Citro deberent comeſt. Capuæ magiſtro operis Roccæ prædictæ, & ter in die ipſos requirere quemlibet prædictorum, quorum nomina hæc ſunt; Jacconus Miles de Ponte Curvo, Raymundus Pelegrini de ſancto Helia, Rogerius de Landenulpho, & Raymundus de Paterno de ſancto Germano, & ut Rocca ipſa citius muniretur, per ipſos dominos in terra ſundata certa ſingulis menſibus pecuniæ quantitas eſt ſtatuta, & demum ſe apud Melphiam in Apuliam contulerunt.

Eodem menſe de felicibus Imperatoris auſpiciis litteræ venerunt in Regnum, quomodo apud Sibidatum a Principibus Imperii magno fuerat cum honore receptus ipſo menſe, nullo obſtante Alemanniam intrans, Henricum Regem filium ſuum redeuntem ad mandatum ſuum recepit, quem Duci Bavariæ cuſtodiendum commiſit. Philippus de Citro amotus eſt a magiſtratu operis Roccæ Janulæ, & Jacobus de Molino ſubſtitutus eſt illi.

Menſe jul. Imperator filiam Regis Angliæ duxit uxorem, quam apud Guarmacum magnifice deſponſavit.

M.cc.xxxvi. menſe januario Imperator filium ſuum Henricum ſub fida cuſtodia per marchionem Lanceæ mittit in Regnum, & in Apulia in Rocca, quæ dicitur S. Felix, ſervandus traditur. Hoc anno

A juſſu Imperatoris Brunduſii novi Imperiales cuduntur, & veteres caſſati ſunt. Generalis collecta in Regno ponitur, & tunc pro adoamento Imperiali collectæ ſunt de terra monaſterii Caſin unciæ cl.

Menſe junio in vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli capta eſt Corduba nobiliſſima Saracenorum civitas, qua præter Romam, Conſtantinopolim, & Hiſpalim nulla major in orbe dicitur a Ferrando Chriſtianiſſimo Rege Toleti, & Caſtellæ.

Menſe julii in feſto ſanctorum Nazarii, & Celſi, Landulphus Senabaldus Caſin Abbas feliciter apud Caſinum obiit, cujus obitus per fratrem Julianum monachum Caſinen. dominis curiæ Imperialis, qui ſunt in Apulia, nuntiatur, a quibus eligendi licentiam conventus accepit.

Eodem menſe Imperiale mandatum ad Urbem, & generaliter per Tuſciam, & Lombardiam, & per totam Marchiam mittitur, ut tam de Urbe, quam de ſingulis ipſarum provinciarum communitatibus in Lombardiam legati vadant, poſtquam il-

B luc imperatorem ſciverint veniſſe, &c.

Menſe auguſto Fr. Julianus, fr. Robertus de Foreſta, & fr. Joann. Gazolus de voluntate Henrici de Morro magiſt. juſtitiæ per Vicedecanum, & conventuum Rectores, terræ monaſterii ſunt electi.

Imperator cum honeſto militum comitatu, relictis Imperatrice uxore ſua, & Conrado filio ſuo in Alemannia, tranſalpinavit, & venit Veronam, quæ ſuo ſavebat Imperio, & inde proſpere uſque Cremonam proceſſit in Lombardiam, licet Mediolanenſes cum ſuis viribus ſe ſibi opponerent, ne tranſiret. Domini curiæ, qui in Regno remanſerant pro parte Imperatoris, cognito de adventu Imperatoris in Lombardia, prohibuerunt vicedecanum, & conventum Caſinen. ne in electionu Abbatis facienda procederent; legati Urbis, & totius Lombardiæ, & Tuſciæ ad Imperatorem vadunt. Menſe octobris ex parte Caſinen. conventus ad eum quoque duo vadunt, fr. videlicet Simon de Præſentiano, & fr. Amicus, qui tamen, cum aliarum nunciis civita-

C tum uſque Cremonam procedentes & ultra ipſum videre non potuerunt.

Cum menſe novembris capta civitate Vincentiæ, propere in Alemanniam rediviſſet, quam civitatem igne pro parte cremavit: unde verſus;

Pro meritis dignis Vincentia decremat ignis,
Subderis Imperio Cæſaris ingenio.

Thomas Acerrarum comes, & Henricus de Morro magiſter juſtitiarius vocati ab Imperatore vadunt ad ipſum menſe decembri, ſed ipſum in Lombardia non invenerunt, cum in Alemanniam ut dictum eſt remeaſſet, ad domandam Ducis Auſtriæ nequitiam, qui rebellaverat contra ipſum. Propterea iidem comes, & magiſt. juſtitiarius in Alemanniam properarunt.

Hoc anno Petrus Frajapane in Urbe Roma pro parte Imperatoris guerram movet contra Papam, & Senatorem, & ſeditio ſacta eſt multa in populo.

M.cc.xxxvii. viii. menſis januarii electio Abbatis Caſinen. canonice celebrata eſt de fratre Pan-

D dulpho de ſancto Stephano, & quaſi per inſpirationem ab omnibus approbata menſe ſebr. litteræ Imperiales lectæ ſunt in ſancto Germano de captione Vincentiæ, & de nova Imperatoris prole ſœminea de nova conſorte ſuſcepta. Inquiſitio fit de opere ſancti Germani per judicem Adenulphum de Sueſſa menſe martio: fr Simon de Præſentiano, & fr. Stephanus de Carvaro ad Imperatorem in Alemanniam vadunt cum litteris conventus ſactis ad eum, quibus denuntiatur electionem canonice celebratam de fr. Panduipho de S. Stephano in Abbatem Caſinen.

Eodem menſe Imperatore mandante generalis collecta per totum Regnum exigitur, &c. menſe aprile magiſter domus Theutonicorum, & magiſt. Petrus de Vinea miſſi ab Imperatore ad Papam veniunt pro ſacto Lombardiæ. Eodem menſe pax in Urbe reformata eſt, &c.

Menſe madii Acerrarum comes, & magiſter ju-

A ſtitiarius ab Imperatore de Alemannia redeunt in Regnum. Pater Simon de Præſentiano, & fr. Stephanus ſimiliter de Alemannia redeunt cum litteris Imperatoris de facto electionis factæ de fr. Rodulpho ad Archiepiſcopos Panormitanorum, & Capuarum, necnon & Raveilenſem Epiſcopum miſſis, per quos certiorari deſiderat de ſufficientia ipſius electi.

Eodem menſe Joannes de Poli Senator Urbis factus eſt, & iterum in ejus odium ſeditio in Urbe mota eſt.

Magiſter domus Theutonicorum a Papa ad Imperatorem revertitur.

Epiſcopus Oſtien. & Thomas Capuanus etiam S. Sabinæ presbyter Card. legati ad Imperatorem vadunt ex parte Papæ.

Menſe junio dictus fr. Simon per dominum Guilleimum de ſancto Fraimundo terræ Laboris juſtitiarium remanente ſecum in Rectoria fr. Joanne Carolo, & duobus aliis caſſatis Rectoribus, ſcilicet fr. Juliano, & fr. Roberto de Foreſta Rector Caſinen. B inſtitutus eſt, qui fr. Simon apud Avellinum vadens ad dominos curiæ ſupradictos, qui ibidem convenerant, obtinuit ab eis, ut pro inquiſitione facienda de perſona Caſinen. electi mittere, quem vellent deberent, qui ad hoc faciendum mirum præjudicium judicem Thaddęum de Soeſſa magnæ imperialis curiæ judicem elegerunt. Menſe julio veniens idem judex ad S. Germanum de ipſa dato per dictorum dominorum tam de fide, quam ſufficientia, jam dicti Caſinen. electi per ſingulos de caſtris ſingulis ad ſe ſub certo mandato vocatos homines, necnon & de anno, ubi ſe tempore diſcordiæ inter Eccleſiam, & Imperatorem receperat, inquiſitionem facere ſtuduit diligentem, quam in ſcriptis redactam ad eoſdem dominos per magiſtrum Terriſium de Atino remiſit, ad quos & fr. Joannes de ſancto Germano, & magiſter Raymundus judex, & advocatus Caſinen. vadunt ex parte conventus, & approbata per ipſos dominos inquiſitione ipſam electionem C factam de prædicto fr. Pandulpho, juxta mandatum Cæſaris acceptarunt.

Eodem menſe Jacobus de Molin. captus a magiſtro juſtitiario propter arma prohibita, & ſeditionem factam cuſtodiendus traditur in caſtello Neapolitano, & nonnulli alii ſeditioſi capiuntur, & ad caſtra alia in captione mittit.

Hoc anno Joannes Rex q. Hieroſolymitanus apud Conſtantinopolim naturæ conceſſit de menſe julio. Romani plebei populus communitates contra Joannem de Poli Senatorem Urbis ipſum Senatoriæ dignitati cedere compulerunt, & Joannem de Centio ſubſtituerunt eidem, propter quod ſeditio, & cædes multa facta eſt populi, cum inde Joannes de Poli ſe in turri ſua recepit contra Romanos, & Senatorem ſibi ſubſtitutum, & bellum contra eos moverit inteſtinum, tandemque pax reformata eſt inter eos, in Senatu de conſenſu jam dicti Joannis de Poli, Joanne de Centio remanentę.

Menſe auguſto pro confirmatione electionis jam D dicti patris Pandulphi obtinenda a Papa vadunt fr. Richardus de Babulo, fr. Joannes de ſancto Germano, fr. Gregorius de ſancto Stephano, fr. Stephanus de Carvaco, & magiſter Raymundus Caira judex, & advocatus Caſinen. apud Viterbium, qui quoniam obtinere illam non potuerunt a Papa jam dicto, quia in electione non fuerat rite proceſſum, obtinuerunt ad multam inſtantiam, ne monaſterium in deterius vergeret, ut electus ipſe adminiſtraret uſque ad beneplacitum Papæ.

Eodem menſe de mandato Imperatoris de Luceria apud Ravennam vadunt decem millia Saracenorum in ſubſidium ejus, cum civitatem ipſam in odium Imperatoris, cujus partem fovebant Faventini, qui erant ex parte Mediolanen. graviter infeſtarent, ad cujus etiam defenſam acceſſerat Simon comes Theatinus de mandato Imperiali cum quingentis militibus.

Menſe ſeptembris Henricus de Morro magiſter juſtitiarius venit ad S. German. & occaſione inquiſitionis olim factæ ibidem de ſubtractis hominibus tempore Philippi de Citro ab opere munitionis terræ ipſius generaliter pro his, qui eos ſubtraxerant, per totam Abbatiam compoſuit cum eis ad majorem pœnam vitandam in ccc. unc. auri, cum prædicto vero Philippo de Citro in centum, & ſic vocatus a Cæſare ad ipſum in Lombardiam vadit.

Menſe octobris Imperator cepit Marcariam in Lombardia, & cum nollet habita Mantua alloqui Cardinales, ipſi Romam reverſi ſunt, ubi etiam biduo ante Gregorius papa de Viterbio redierat, & cum honore multo receptus fuerat a Romanis.

Menſe novembris Ambaſciatores Romani ad Imperatorem in Lombardiam vadunt. Imperator cum fortunato exercitu ſuo cepit Montem Clarum in Epiſcopatu Brixiæ, quod bonis omnibus ſpoliatum comburi jubet, propterea quod Brixienſes in ſuum auxilium Mediolanen. vocaverant, qui in manu valida militum, & peditum congregato exercitu verſus Brixiam in ejus auxilium profecti ſunt, contra Imperatorem ſe temere opponentes, quos Imperator ipſe 4. ſtante eodem menſe novembris cum apud cortem nova ſua tentoria defeciſſent ab ipſius facie ſugientes, audacter non minus quam potenter invadens devicit in campo, & ex ipſis ſtragem non modicam fecit, & nonnullos cepit, & captivos Cremonam duxit. Ita quod inter vivos, & mortuos ad decem fere milium numerus computaretur. Tunc etiam Mediolani Poteſtas filius Ducis Veneti captus eſt ſimiliter, & Garrocchium cepit, & Cremonam duxit.

Menſe decemb. Laoda ipſi Imperatori ſe reddidit, & ibi Natale Domini cum omni tripudio celebravit.

M.cc.xxxviii. menſe januarii Henricus de Morro magiſter juſtitiarius de Lombardia redit in Regnum, & tunc generalis collecta per totum Regnum imponitur, & colligitur. Imperator in Alemanniam remeat, & ibi pro facto Lombardiæ exercitum congregat, magiſtrum domus Alemanorum ultra montes dirigit pro ſoldariis retinendis, &c. menſe aprilis in Lombardiam redit, & apud Veronam filium Conradum ſuum cum Principibus Imperii, & copioſo exercitu præſtolatur. Carrochium captum Romam dirigit Imperator in ſignum victoriæ.

Menſe majo Imperator vocat ad ſe Thomam de Agno Acerrarum comitem, & Henricum de Morro magiſtrum juſtitiarium, & omnes barones, & milites infeudatos, quorum nonnullis, juxta ipſius mandatum, euntes ad ejus obſequium civitatibus quæ venerant ad nutum ſuum, poteſtates præfecit, & aliis cuſtodiam captivorum commiſit.

Menſe Junio Acerrarum comes cum magiſtro juſtit. ad Imperatorem in Lombardiam vadit cum militibus Regni decenter paratis in equis, & armis, & cum pecunia de Regño collecta.

Gregorius Papa Urbem exiens venit Anagniam, &c.

Hoc menſe in Caſino celebratur electio, & quia in eligendo monachi convenire non poterant, vota ſua dederant in Archiepiſcopum Meſſanen. ut ipſe unum quem vellet de gremio aſſumeret monaſterii.

Menſe Julii Cōradus Rex filius Imperatoris apud Veronam venit ad patrem cum Principibus & exercitu copioſo, cum quo ſe Cremonam conferens infeliciter in obſidione Brixiæ properavit: apud Veronam etiam magiſtrum domus Theutonicorum infirmum redeuntem de partibus ultramontanis recepit Imperator.

Hoc menſe Fr. Joannes Capuanus Caſinenſis monachus in Abbatem S. Salvatoris de Telelia per Papam Gregorium apud Anagniam conſecratus eſt, qui menſe Auguſto infirmitate correptus obiit.

Menſe eodem Auguſto Henricus de Morro magiſter juſtitiarius de Lombardia redit in Regnum. Panormitanus Archiepiſcopus, Epiſcopus Regi-

nus,

A nus, judex Thaddæus de Sueſſa, & magiſter Rogerius Porcaſtrella de Lombardia ab Imperarore ad Papam apud Anagniam nuntii veniunt pro pace inter Eccleſiam, & Imperium reformanda, cum quibus pro parte Eccleſiæ Meſſanen. Archiepiſcopus ad Imperatorem dirigitur Reſponſalis a Papa.

Magiſter domus Alemannorum Salernum ſe confert pro ſanitate recuperanda.

Menſe Septembris Imperatrix de Lombardia venit in Regnum, & apud Adrium elegit juſſu imperatoris facere ſtatinnem.

Menſe Octobris Gregorius Papa de Anagnia rediit ad urbem, ubi novi conſutati ſunt Senatores DD Joannes de Poli, & . . .

Imperator vaſtata in exterioribus Brixia ab ejus obſidione recedit. Conradus filius ejus in Alemanniam redit, & licentia data eſt in propria revertendi, ipſe tamen in Lombardia remanſit.

Henricus naturalis filius Imperatoris in Sardinia duxit uxorem.

B Menſe Novembris Landus Meſſanen. Archiepiſcopus, in quem Conventus Caſinen. eligendi quem vellet in Abbatem de gremio monaſterii, ſua vota dederunt, fratrem Stephanum de Corvan. eum illum idoneum inveniſſet in Abbatem Caſinenſem elegit, quem idem Conventus pariter acceptavit, & propter hoc ad repræſentandam ipſius electionem domino Imperatori duos ex fratribus, ſcilicet fratrem Robertum de Foreſta, & fratrem Joannem de Pontecurvo ad ejus præſentiam direxerunt, ut ſuum in eum dare dignaretur aſſenſum.

Idem Meſſanenſis Archiepiſcopus cum Berardo Panormitano Archiepiſcopo. & Thoma de Agno Acerrarum comite, & cum Magiſtro Rogerio Porcaſtrella ab Imperatore remiſſus ad Papam Romam venientem pro pace, & forma concordiæ hinc intertractata.

Guido Lorenus Epiſcopus legatus a Papa in Provinciam mittitur.

Menſe Decembris Imperator Imperatricem uxo-C rem ſuam de regno in Lombardiam reduci jubet ad ſe per Berardum Panormitan. Archiepiſcopum. Meſſanen. Archiepiſcopus, comes Acerrarum. & magiſter Rogerius Boccabella de urbe a Papa digreſſi ſunt, quorum duo ſcilicet comes, & magiſter Rogerius in Regnum redeunt; Meſſanenſis Archiepiſcopus vero ſe Anagniam confert. Imperator apud Parmam natale Domini celebrat, ibique repræſentatæ ſibi electioni a prædictis fratribus factæ de prædicto Stephano ab Archiepiſcopo Meſſanen. in Abbatem Caſinenſem ſuum dedit aſſenſum: prædictus magiſter Rogerius cum reſponſo Papę ad Imperatorem redit.

Mccaxxix. Menſe Januarii Generalis collecta per Regnum exigitur. Frater Raim. de Cutei, frater Richardus de Babuco electionem fratris Stephani in Abbatem Caſinen. repræſentat domino Papæ Gregorio in urbe.

Imperiales novi cuduntur Brundnſii.

Menſe Februarii Gregorius Papa electionem fra-D tris Stephani confirmat, eumque per manus Oſtien. Epiſcopi facit in ſacerdotem promoveri in feſto ſancti Barbati, & die altera benedictionis ſibi munus impendi, qui in Caſinen monaſterio in feſto B. Matthiæ honorifice receptus eſt & cum gloria cathedratus.

Menſe Martii idem Abbas ad Imperatorem in Lombardiam vadit. a quo benigne ſatis receptus eſt, & ibidem fidelitatis ſibi præſtitit ſacramentum, qui Abbas antequam diſcederet è monaſterio vicedecanum inſtituit fratrem Richardum de ſeptem fratribus.

Eodem menſe in die ſancto Jovis Gregorius Papa Imperatorem publice excommunicat, cui excommunicationi, quam judicabat injuſtam, Imperator non paret ſed ſuas excuſatorias mittit ad orbis Principes, quomodo Papa perperam contra ſe proceſſit.

Menſo Aprilis monaſterium Caſinen. Imperatore mandante ſervientibus, & aliis ad cuſtodiam neA ceſſariis committitur quibuſdam monachis ex eo excluſis.

Similiter & Pons curvus, Taſſurum caſtellanum Roccæ Janulæ.

Menſe Majo in Marſia apud Talliacotium quidam ſanctus Oddo revelatur, qui miraculis multis claruit.

Eodèm menſe Thomas de Agno Acer. comes vocatus ad Imperatorem in Lombardiam vadit. Omnes de Regno, qui ſunt in Romana Curia, revocantur.

Denarii novi dati ſunt per terram ſancti Benedicti, pro quibus datum eſt aurum ad ſummã 170. unc.

Teanen. Calinen. Venafranus, Aquinen. Epiſcopi de Regno exeunt Imperatore mandante.

Tertio junii circa horam nonam diei veneris ſol Eclipſim paſſus eſt.

Eodem menſe a monaſterio Caſinen. ſicut a cæteris aliis de regno Cathedralibus Eccleſiis, nec non & a ſubditis ejuſdem monaſterii cellis, adjuto-B rium pro Imperatore exigitur. Similiter & a clericis Abbatiæ pro beneficiis ſuis, Obedientiales monachi vocati à Taſſuro Caſtellano Roccæ Janulæ, ſicut & ipſi Clerici dare convenerunt medietatem omnium obedientiarum ſuarum & exinde reddere Rogerio Landenulpho, & Jacobo Cazolo ad hoc conſtitutis per juſtitiarium terræ Laboris pro victu ſervientium, qui deputati ſunt ad cuſtodiam monaſterii, & Pontiſcurvi.

Eodem tempore ſubſcripta capitula edita ſunt in Regno, quæ pro parte Imperiali obſervari jubentur. In primis ut fratres Prædicatores, & Minores, qui ſunt oriundi de terris Infidelium Lombardiæ, capellantur de Regno, & ab aliis habeatur cautela, quod non offendant Imperatorem. Idem fiat de aliis perſonis Religioſis. Item ut Barones, & milites, qui ſaverunt aliquando Papæ contra Cæſarem, & præcipue qui ſunt in confinio Regni, inducantur potentes quod vadant ad ſervitium Curiæ in Lombardiam cum equis, & armis, impotentes C ſimiliter a curia Imperiali ſtipendia recepturi: item a Cathedralibus Eccleſiis per ſe exigatur, & imponatur pro Imperiali curia adjutorium ſecundum modum, & potentiam divitiarum ſuarum. Nihilominus & a canonicis earum diœceſum ſibi ſubditis; presbyteris, & clericis ſecundum ſacultates eorum, idem exigatur ab Abbatibus, monachis nigris, & albis; item quod hi, qui ſunt in Romana curia, præter excluſos, & ſuſpectos revertantur in Regnum: ſin autem, bona eorum infiſcentur, nec permittant poſt citationem reverti. Excipiuntur qui ſunt cum Cardinali Thoma, & cum Joanne de Capua Notario Papæ; item illorum clericorum, qui de Regno non ſunt, bona, & beneficia, quæ habeant in Regno, infiſcanda ſunt; item quod nulli permittatur ad Romanam curiam accedere ſine ſpeciali mandato magiſtri juſtitiarii; & qui acceſſerint, non permittantur redire ſine mandato curiæ; item quod ſtatuantur exploratores, ne quis maſculus vel fœmina intrando Regnum portet papales literas D contra Cæſarem; item ut qui inventus fuerit contra Cæſarem illas portantem, ultimo ſupplicio puniatur ſuſpenſus, & ſi portaverit litteras de credentia, cogatur confiteri modum, & tenorem credentiæ. Et ſi confeſſio lædit Principem eodem judicio puniatur ſive clericus ſive laicus fuerit.

Eodem menſe Junio Sanctagaten. & Calven. Epiſcopi Romam vadunt, miſſi ab Imperatore ad Cardinales, ſed a Papa repulſi in Regnum ſine effectu redeunt.

Civitas Tarviſii per Alterium de Romano & Erolinum de Camino rebellat Imperatori.

Eodem menſe iterum alii, qui remanſerant monachi de Caſinen. monaſterio excluduntur, quatenus ſimul cum primis excluſis morari apud Vallem lucis proviſum eſt, paucis admodum in monaſterio remanentibus.

Menſe Julii Ravenna rebellatur Imperatori, quam Veneti recipiunt, & tuentur.

Eo menſe homines terræ monaſterii mandante Imperatore abſenti Caſinen. Abbati, & Ser. in ſuo ſervitio commoranti per ſuam vitam aſſecurant, & membra.

Gregorius Papa de urbe venit Anagniam.

Imperator de gratia conceſſit dicto Caſinen. Abbati, ut tam monaſt. Caſinen. quam omnes monachi, & cellæ ejus a generali, quod ab aliis exigitur Eccleſiis regni, adjutorio eſſent immunes.

Eodem menſe tertia fit excluſio monachorum de monaſterio Caſinen. quorum quidam apud Vallem lucis, quidam apud S. Petrum monaſterii, & quidam moram facere in parentum domibus elegerunt, & in ipſo monaſterio non niſi octo tantum monachi ad celebrandum in eo divina officia remanſerunt, quorum nomina ſunt hæc, frater Raimundus de ſeptem fratribus vicedecanus, fr. Seniorectus, fr. Robertus de Ora, fr. Joannes Carolus, frater Guilielmus de Pignataro, frater Joannes de Marotta, & frater Matthæus de Miniano.

Romæ apud Lateranum obiit R. . . . Epiſcopus Venafranus.

Eodem menſe Julii Imperator cum ſuo exercitu cepit in Epiſcopatu Bononien. caſtrum quoddam foſſatis, & aquis munitum, quod Plumacium vocabatur, quod totum igne crematum eſt, atque principales eorum, qui intus ſteterunt, ignis cremavit, & fere quingentos, qui evaſerunt ignis incendium, Imperator duxit captivos.

Romæ cecidit turris Cartellariorum.

Menſe Aug. Rex Navariæ cum copioſo cruceſignatorum exercitu de Marſilia in Terram Sanctam navigio transfretat.

In vigilia Aſſumptionis B. Mariæ Imperator in Epiſcopatu Bononien. cepit caſtrum Crepacur. quod igne crematum eſt, & nonnulli eorum, qui intus ſteterunt, evaſerunt, & pro majori parte ſunt ducti captivi.

Apud Anagniam Thomas Capuanus ſanctæ Sabinæ presbyter Cardinalis 10. Septembris obiit unde verſus.

Sufeſto, Magni feſtum, Thomas, perit Agni
Donatur Magno caro marcida, ſpiritus Agno.

Eodem menſe Aug. Henricus de Morro magiſter juſtitiarius vocatus ab Imperatore ad ipſum in Lombardiam per mare vadit, Imperator revocatus a Civitatibus, & magiſtratibus Lombardiæ partem ſuam faventibus divertit ab Epiſcopatu, & depopulatione Bononiæ, & ad depopulandum in exterioribus Mediolanum accedit, cui Mediolanenſes ex civitate per octo fere milliaria obvios ſe opponunt. Imperator tamen cum invadere ipſos non poſſet, aut facere in eos inſultum, moram pertrahens in Epiſcopatu Mediolanen. per duos fere menſes Septemb. & oct. & depopulatione facta non modi diſceſſit ab inde, & adea in extrinſecis, devaſtationem Pontis Placentiæ cum exercitu ſuo accedit.

Menſe Septemb. juſtitiarii omnes, & Caſtellani Regno mutantur, & amoto Taſſuro de Capua de Rocca Januliæ Caſtellano, qui etiam curam agebat Montis Caſini, & Pontis curvi, ſubſtituitur illi quidam Guillelmus de Spinoſa in Rocca Januliæ Caſtellanus, & in Caſino quidam Jordanus de Calabria ordinatur. Et amoto a juſtitiariatu terræ Laboris Guillelmo de ſancto Fraimundo Ricchardus de monte nigro ſubſtitutus eſt illi. Barones, & milites infeudati de Regno per juſtitiarios ſingulos, ut ſe in equis, & armis præparent, ſummonentur.

Bononienſes poſt diſceſſum Imperatoris ab Epiſcopatu Bononienſi euntes temere ſuper Mutinam, quod Imperatori favebat, a comite Simone Theat. & Parmenſibus devicti ſunt in campo, & nonnulli eorum capti ſunt, ac nonnulli gladiis interempti, & nonnulli amne ſubmerſi.

Henricus Rex Gallurae naturalis filius Imperatoris in Marchiam Anconitanam venit, contra quem mittitur a Gregorio Papa Joannes de Columna Cardinalis, menſe Octob. . . . Præneſtinus Epiſcopus Legatus a Papa ad Principes mittitur Occidentis, qui in ſpecie Peregrini cum uno tantum ſocio per terram uſque Januam vadit, & in navigio tranſfretavit.

Menſe eodem Andreas de Cicala a Porta Roſeti uſque ad fines Regni per Imperatorem Capitaneus conſtituitur. Ingeniaque B ddæ dominæ & Manganelli fiunt Imperatore mandante ad defenſam Roccæ Januliæ, & Caſini, propter quod & homines terræ monaſterii ad incidenda lignamina ipſis machinis opportuna, & boves ad ea deferenda non modice ſunt gravati.

Roffridus Theanan. Epiſcopus apud Cornetum obiit.

Menſe Novembri Gregorius Papa de Anagnia redit ad urbem, ubi a Romanis omnibus honorifice receptus eſt, in octavis B. Martini ſententiam latam in Imperatorem confirmat, & excommunicat Henricum naturalem filium ejus, & omnes ſequaces eorum pro eo quod Marchiam, quam juris eſſe dicebat Eccleſiæ, hoſtiliter eſt ingreſſus.

Menſe Decemb. Imperator apud Piſas Natale Domini celebrat. Quidam frater Helias, qui in Eccleſia S. Franciſci apud Aſſiſium magiſter Ordinis Fratrum Minorum extiterat, pro eo quod apud Gregorium Papam delatus a fratribus quod male adminiſtraſſet, cum Papa ab adminiſtratione removit, in odium Papæ Imperatori adhæſit: vigiles de nocte per Richardum de Monte nigro juſtitiarium in principatu Capuæ ſtatuti ſunt.

M.ccxl. Menſe Januario per prædictum Capitaneum generalis collecta exigitur Imperatore mandante, & tunc viſitatores caſtrorum per regnum conſtituuntur, per quos de fidelibus deputati ſunt aliqui, qui caſtra Imperialia viſitent ſemel in hebdomada, & tam de factis Caſtellanorum, quam de numero ſervientium diligenter inquirant ſimiliter, & defectu eorum.

Menſe Feb. per eundem Capitaneum per totum regnum fit inquiſitio generalis contra Impoſitores, & collectores collectæ Imperialis anni præteriti, ut de ſua malitia pro meritis puniantur. Imperator venit Fulignum, ubi magnifice a civibus receptus eſt. Appellum, & Coction. venerunt ad ſuum mandatum: recipit tunc etiam Viterbium.

Eodem menſe Februarii Ortam, Civitatem caſtellanam, Cornetum, Sutrum, Montem Fiaſconem, & Tuſcanellam . . . . Imperatrix cum Richardo Panormitano Archiepiſcopo in Regnum venit.

Stella cometes apparuit.

Menſe Martii Imperator relicto Capitaneo apud Viterbium comite Simone Theatino cum exercitu ſuo, & in Marchia naturali filio ſuo Henrico Rege Gallurae cum his, qui de Regno ſecum in Lombardia fuerant, redit in Regnum, tunc Stephano Caſinen. Abbate ad terram monaſterii redeunte.

Menſe Aprilis Imperator apud Fogiam colloquium celebrat generale. Specialis collecta a clericis regni pro beneficiis Eccleſiaſticis exigitur.

Eodem menſe filius Regis Caſtilliæ ad Imperatorem apud Fogiam venit.

In S. Germano magiſter Joannes Archipresbyter terræ ejuſdem, & magiſter Petrus frater ejus juſſu Imperatoris per Philippum de Suriento militem Capuanum, & per quemdam judicem majorem capti ſunt, & eorum ſunt mobilia infiſcata, immobilia vero omnia annotata. Civitas Ferrariæ a civitatibus Lombardiæ Imperatori contrariis, nec non & a Venetis impugnatur, & obſidetur per terram, & aquam, in qua pro Imperatore erat quidam Azolinus. Imperator a ſuis officialibus certam exigit pecuniæ quantitatem.

Menſe Maii Imperator congregato exercitu de Apulia venit Capuam, & ipſo mandante Beneventum in exterioribus devaſtatur.

Menſe junio Imper. cum exercitu ſuo, quem de Regno collegerat, venit ad ſanctum Germanum, ubi per ſex dies moram pertrahens, e veſtigio per

Agnum

Agnum tranſitum faciens, & ſecum ducens Pandulphum Dominnm Agui, apud Inſulam Pontis Salarati poſuit caſtra ſua Campaniam intrare diſponens, quam non intravit uſus conſilio ſaniori, ſed per Soram, & Marchiam direxit in Anconæ Marchiam greſſus ſuos.

Eodem menſe Thomas Molisii comes apud Spoletum, qnod ſe pro Papa tenebat, cum ducentis militibus a Papa dirigitur. Henricus Rex Imperatoris filins tentus in Rocca ſancti Feliciis in Apulia in Calabriam cuſtodiendus apud Neocaſtrum juſſu patris dirigitur, & exinde apud Marcoranum miſſus eſt.

Menſe Julio per totum Regnnm juſſu Imperatoris ab his omnibus, qnibus per officiales ſuos aliqua fuere commiſſa officia, certa exigitur pecuniæ quantitas. Et tunc quidam de S. Germano per qnemdam Octaviannm ſimiliter taxati fuerunt in 200. unc. auri.

Stephanus Caſinen. Abbas movens de S. Germano ad Imperatorem, qni erat in obſidione Aſculi, in Marchiam vadit.

Eodem menſe juſſu Capitanei in ſancto Germano certus militum numerus congregatus tunc amoto de Rocca Janulæ Guilelmo de Spinoſa caſtellano quidam Joannes de Trentenar. per Imperatorem eſt ſtatntus in ea. Imperaror caſtra ſua movens ab Aſculo proceſſit verſus civitarem Firmanam, a quo Stephanus Caſinenſis Abbas cum ipſius licentia diſcedens infirmus ad Eccleſiam ſuam S. Liberatoris ſe contulit, nbi donec convalnit moram fecit. Eo menſe captus eſt juſſu Imperatoris magiſter Raimundus de Caira.

Menſe Auguſti civitas Beneventana obſidetur jnſſu Imperatoris. Ipſe vero civitatem Faventiam arctat, & obſidet.

Menſe Septembris Galeæ Venetiæ diſcurrentes per Regnum in odium Imperatoris, Termulas, Veſtam, & quaſdam alias Apuliæ terras capientes deſtruxerunr, & bonis omnibus ſpoliarnnt. Apud Brunduſium euntes prædictæ Galeæ navem quamdam redeuntem ab Jeroſolymis cum non poſſent capere vi, igne cremarunt. Milites qni ſteterant in S. Germano, ad Imperatorem vadunt apud Faventiam, ex eis quibuſdam in propria recedentibus.

Menſe Octobris Galeæ ipſæ multis onuſtæ ſpoliis in ſua redeunt.

Menſe Novembris Fratres Prædicatores, & Minores omnes de Regno exeunt Imperatore mandante, duobus tantum relictis, qui ſinr de Regno nativi in ſingulis quibuſque illorum domibus ad cuſtodiam earundem.

M ccxli. Menſe Januario per totnm Regnum generalis collecta exigitur. Joannes Columna Cardinalis diſcors ſactus cum Gregorio Papa in partem cedit Imperatoris, & Laguſtam in nrbe, & extra urbem alia caſtra ſua firmari jubet.

Menſe Februarii Imperatore mandante per totam Regni maritimam juxta curſum Galeæ armantur.

Menſe Martio milites, & pedites ad defenſam & cuſtodiam maritimę ubique per Regnum ire jubētur.

Eodem menſe Galeæ prædictæ verſus Piſas vadnnt.

Menſe Aprilis civitas Beneventana, quæ Romanæ Eccleſiæ ſuberat, arctata, & neceſſitate compulſa Imperatori ſe reddit, cujus mœnia Imperatoris juſſn funditus evertuntur, & turres civitatis ejuſdem uſque ad ſolarum. Arma hominum civitatis ipſius ad opus recipiuntus Imperatoris.

Eodem menſe Favenria per annum obſeſſa, & arctata ab Imperatore venit ad mandatum ipſius ſalvis perſonia, & rebus hominum civitatis ejuſdem, in qua poſtea Imperator ipſe fieri munitionem mandat.

Menſe Maji in feſto inventionis S. Crucis Galeæ Imperiales cum Galeis Januenſium conflictum habentes nonnullos Prælatos occidentales qui erant in eis, habita victoria de Januenſibus, ceperunt, & duxerunt apud Piſam captivos cum duobus legatis, Præneſtino ſcilicet Epiſcopo, & Oddone S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. de quorum mandato veniebant ad Papam. Inter quos fuerunt Ciſterclenſis, & Clarevallenſis Abbates, nec non Rotomagen. Archiepiſcopus, & alii, quos ignoro. De Galeis quoqne Januenſium captæ ſunt nltra 20. & nonnulli Januenſes in eis, & quamplures ſunt ob metus cauſam in mari ſubmerſi, qui omnes poſtea Imperatore mandante tam Prælati quam alii cum legatis ipſis in Regnum apud Neapolim per mare in captionem ducti ſunt, & in cuſtodiam per Regni Caſtella tranſmiſſi. Milites, & pedites nonnulli apud Agnum, & apud S. Germanum conveniunt ad Regni cuſtodiam.

Menſe Junio Prælati de Regno vocati ab Andrea de Cicala Capitaneo, & magiſtro juſtitiario apud Melfiam apud eum vadunt, a quibus Theſauri Eccleſiarum ſuarum tam in auro, & argento, quam veſtibus ſericis, & lapidibus pretioſis in commodato pro Principe exiguntur.

Imperator diſcedens a Faventia venit Fanum, quam circumpoſita obſidione cum flectere ad ſua vota non poſſet, in exterioribus vaſtat, & diſcedens invadit Spoletum, quod recipit ad mandatum ſuum. Aſſiſii civitatem ſibi renitentem ſimiliter vaſtat exterius.

Eodem menſe fama de Tartaris ad Imperatorem pervenit, quod jam devicto Rege Ungariæ eſſenr in foribus Alemanniæ, & ipſe Rex Ungariæ ſignificavit eidem Imperatori per Guacien. Epiſcopum Legatum ſuum, & per litteras ſuas, per qnas ſe ipſum, & Regnum ſuum Ungariæ ſuæ promittit ſubjicere ditioni, dummodo per ipſum Imperatorem ab ipſis Tartaris protectionis ſuæ muniimine defendatur, & ob hanc cauſam Imperator metuens Chriſtianitatis excidium, ut componat cum Papa Gregorio, verſus urbem dirigir feſtinanter greſſus ſuos, & tunc propter hoc generales mittit litteras ad univerſos Principes Occidentis, quarum tenor talis eſt. Illuſtri Regi Francorum tamquam fratri ſno Fridericus, &c. Perfectæ ſolicitudinis zelus, quo ſicut Pater Imperii ſtatum ejuſdem diligere cogimur, &c & tueri propenſius nos inducit non tam manifeſta pericula quam ſuſpecta vereri, &c. per quas litteras Principes ipſos animat, & hortatur ad fidei Chriſtianæ defenſionem, & Eccleſiæ ſanctæ ſuccnrſum.

Eodem meuſe Imperator veniens apud Interamnen. Civitatem ipſam recipit ad mandatum ſuum.

Menſe Julio Imperator venir Narniam, quam ſibi renitentem invenit, propter quod ſacta in exterioribus vaſtitate inde diſceſſit, & verſus Reate concito vadit, quam ſibi ſimiliter reſiſtentem invenir, & tunc Imperator vocatus a Joanne de Columna Cardinale feſtinat ad nrbem.

Eodem menſe Andreas de Cicala Capitaneus juſſn Imperatoris captivos legatos, & alios transferri de Neapoli Salernum facit per Richardum de Monre nigro juſtitiarium terræ Laboris, & ipſe Capitaneus vocatus ad Imperatorem vadit, a quo rediens per totum regnum certum exigit numerum militum, & ſervientinm, & omnes theſauros Eccleſiarum ſuæ juriſdictionis apud ſanctum Germanum congregari jubet.

Joannes de Columna Cardinalis diſcors a Papa diſcedit, ſeqne confert in Præneſtum, Monticellnm, & Pontem Lucannm contra Romanos recipit in odium Papæ, ad qnem Imperator milites, & ſervientes de Regno mittit.

Matthæus Ruſſus per Gregorinm Papam ſenator efficitus, qui apud Laguſtam, quam Joannes de Columna firmaverat, & tenebat per ſuos obſidionem ponit.

Menſe Auguſto Imperator recipit civitatem Tiburtinam, & exinde verſus urbem vadit, & tunc Caſtrum quoddam, quod dicitur Mons Albanus, quod erat ſancti Pauli de urbe vi cepit, & igne conſumpſit: caſtra etiam quædam Farſen. monaſterii occupat, & devaſtat. Burgum novem deſertum Imolis igne crematur, & apud Cryptam ſerratam poni

caſtra ſua, & in exterioribus urbem devaſtat. Et tunc de Gregorio Papa, quod objerit Romæ 21. Auguſti, pro certo accepit, de cujus licentia Cardinales omnes, qui extra urbem fuerant, pro electione Papæ facienda ad urbem redeunt.

Eodem menſe juſſu Imperatoris vaſtatores de Regno apud inſulam Pontis Salarati, & apud ſanctum Joannem de Incarico, ut intrarent Campaniam congregantur. Cardinales, qui in urbe ad Papæ electionem convenerant, per ſenatorem, & Romanos apud Septiſolium includuntur, ut ad creandum Papam inviti procedant.

Matthæus Ruffus urbis Senator Lauguſtam Romanorum obtinuit: theſauri omnes Eccleſiarum Regni Capitaneo juſſu Andreæ de Cicala a porta Roſeti, uſque ad fines Regni capiuntur, ii apud ſanctum Germanum in Eccleſia ſanctæ Mariæ terræ ejuſdem congregantur, & reponuntur, quorum cuſtodiæ deputati ſunt IV. de ditioribus, & melioribus hominibus ipſius terræ, & tunc tabula aurea, quæ ante altare B. Benedicti ad ornatum diu ſteterat, & altera tabula argentea Altaris Beatæ Mariæ, & Icona cum ſmaltis, quę ſuper altare fuerat ſancti Benedicti, & omnis alius theſaurus ipſius monaſterii, in auro, argento, pannis ſericis, & lapidibus pretioſis, nec non & aliarum Eccleſiarum terræ monaſterii ;ad ſanctum Germanum in prædicta Eccleſia ſanctæ Mariæ portatur, & deponitur, cujus theſauri capti ab Eccleſiis Regni pars pretio redimitur, & pars reliqua apud ſanctam Mariam de Crypta ferrata ad Principem deputatur.

Prænestinus Epiſcopus, & Oddo Cardinalis cum magiſtro Joanne Toletano ſub ducatu Thiboldi de Dragone, apud Tiburim ducuntur.

Menſe Septembris vaſtatores apud inſulam congregati mandato Cæſaris in propria redeunt.

Imperator relictis apud Tiburim ſub cuſtodia ſuorum, quos ad tuitionem & defenſam civitatis ipſius reliquerat, Epiſcopo, & Cardinale prædictis per Campaniam redit in Regnum, & veniens apud inſulam Salaratam civitatem novam in fronte Ceperani conſtrui jubet, ad cujus civitatis fundationem ſtatuit dominum Richardum de Monte nigro, terræ Laboris juſtitiarium, & mandat, ut homines arcis ſancti Joannis de Incarico, Inſulæ Pontis Salarati, & Paſtinæ illuc ire ad habitandum cogantur. Statuit inſuper, ut ad opus civitatis ejuſdem venire debeat certa quantitas hominum de Abbatia Caſinen., Abbatia ſancti Vincentii de Vulturno, comitatu Fund. Comino, & comitatu Moliſii per hebdomadam, & tunc recto tramite per ſanctum Germanum, & Beneventum in Apuliam vadit, mandans, ut theſauri Eccleſiarum ad ipſum apud Fogiam deferantur.

Menſe Octob. Goffridus Mediolanen. in Cœleſtinum Papæ eligitur.

Eodem menſe theſauri Eccleſiarum apud Fogiam per eos de S. Germano, qui eorum fuerant cuſtodiæ deputati, mandante Cæſare deferuntur, excepta tabula altaris ſancti Benedicti, & ut redimi debeant a Prælatis ſingulis, & Eccleſiis, quarum erant pro certa pecunię quantitate ab Imperatore mandatum: his diebus jubetur a Cæſare, ut nullus de Regno equos aut arma vendere vel trahere extra Regnum præſumat.

Inquiſitio fit in S. Germano de medicis, qui mederi auſi ſunt, & in tota Abbatia, niſi de licentia Imperialis curiæ, & per eam fuerint approbati.

Civitas Accon rebellat Imperatori.

Menſe Novembris Cœleſtinus Papa Romæ apud ſanctum Petrum obiit, & de Cardinalibus quidam eo inſepulto de Urbe fugerunt, & contulerunt ſe Anagniam.

Menſe Decembris Imperatrix apud Fogiam obiit, & apud Andriam ſepelitur.

M. CCXLII. Menſe Januario generalis collecta per totum Regnum exigitur, de qua tertia pars remittitur ſicut anno præterito. Inquiſitiones fiunt ubique per Regnum contra infideles inventos tempore turbationis, contra forbanitos, & forjudicatos, contra aleatores, prohibita arma portantes, & ſuper multis aliis articulis.

Menſe Februarii Richardus de Monte nigro a juſtitiariatu terræ Laboris amovetur, & Giſulphus de Mannia ſubſtituitur illi: turres civitatis Barti quæ erant in Civitat. Imperator dirui jubet. Biſcottum fieri jubet per loca maritima, & loca alia pro fodro 150. galearum, & 20. Navium, quas armari mandat ſuper Piſanos, & Venetos: ad Romanam curiam magiſtrum domus Theutonicorum creatum noviter Archiepiſcopum Bareuſen. & magiſtrum Rogerium Porcaſtrellum pro pace legatos mittit.

Patriarcha Aquilegenſis pro facto Tartarorum ad eum venit.

Eodem menſe Henricus primogenitus Imperatoris tentus apud Martoranum naturali morte defungitur, pro cujus exequiis celebrandis Imperator ad omnes Regni Prælatos ſuas dirigit litteras in hac forma. *Fredericus, &c. Abbati Caſin. &c. Monaſteria pii fratris Severi judicis exuperante judicium Henrici primogeniti noſtri fatum lugere compellimus lacrymarum ab intimis eliciente natura diluvium, quas offenſæ dolor, & juſtitiæ rigor intrinſecus obfirmabat. Mirabuntur forſitan dixi Patres Januenſes publicis hoſtibus Cæſarem dolore domeſtico potuiſſe convinci ſubſtitutus eſt tam cujuslibet Principis animum quantumvis rigidus noſtro durante imperio qui dum vices ſuas exercet in quemlibet, leges, & Cæſarem non agnoſcit fatemur, quod qui vivi Regis ſuperbia prolecti, nequimus ſcimus ejuſdem filii noſtri caſu convicti ſumus, tamen eorum, nec primi, nec ultimi qui detrimenta pertulerunt tranſgredientium filiorum, & nihilominus illorum funera deplorarunt; luxit namque David triduo primogenitum Abſalonem, & in Pompeji ſui cineres generi fortunam, & animam ſoceri perſequentis, magnificus ille Julius primus Cæſar primæ pietatis effectum, & lacrymas non negavit; nec dolor acerrimus ex tranſgreſſione conceptus eſt efficax parentibus medicina doloris, quod in obitu filiorum natura pungente non deleatur contra naturam a filiis licet irreverenter, &c. offenſ. Nolentes igitur Nos, & non valentes circa prædicti filii noſtri funus omittere, quæ ſunt Patris, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus per totam Abbatiam cunctis clericis, & cæteris fidelibus noſtris injungas, ut ejus exequias omni cum devotione ſolemniter celebrantes animam ejus cum declaratione miſſarum, & aliis eccleſiaſticis Sacramentis divinæ miſſæ raccommandent manifeſtis indiciis ordinatis, quod ſicut in gaudiorum noſtrorum tripudiis exultant hilariter, ſic & doloribus noſtris condolere fideliter videantur, &c.*

Menſe Martio juſtitiarii remoti a ſuis officiis apud Fogiam ab Imperatore vocantur, & tunc Richardus de monte Fuſcolo, qui fuerat juſtitiarius Capitanatæ, cogitur reddere rationem, & tam contra ipſum, quam contra alios fit inquiſitio Imperatore mandante.

Eodem menſe Thomas de Monte nigro apud Tiburim capitaneus ab Imperatore dirigitur.

Menſe Aprilis Prænestinus Epiſcopus, & Oddo Cardinalis de Regno apud Tiburim ſub Ducatu Thiboldi de Dragun. mittuntur &c.

Brixien. Epiſcopus, & Bergamen electus vocati ab Imperatore de Lombardia in Regnum veniunt, apud ſanctum Germanum moram facere elegerunt, expectantes ibidem Imperatoris adventum.

Menſe Maii Andreas de Cicala Regni Capitaneus juſſu Cæſaris congregato exercitu tam militum quam ſervientium de Regno ſuper Reate vadit, quam exterius totam devaſtat. Dux Spoleti pro parte Imperatoris ſuper Narniam vadit, & quam poteſt facit in exterioribus vaſtitatem, Denarii novi dantur in ſancto Germano.

Romani ſuper Tiburim vadunt, & illam in olivis, vitibus, & aliis comedibilibus devaſtant.

Eodem menſe exercitus Imperialis de Marchia vadit ſuper Aſculum, & ipſam civitatem obſidet exterius, & devaſtat.

Me-

Mediolaneuſes, & Brixienſes cum eorum complicibus, qui ſunt eis adverſarii, & qui partem favent Imperatoris, hoſtiliter impugnant caſtrum quoddam, quod Iſeus frater de Epiſcopatu Brixien. vi obtinet, & recipiunt ad mandatum ſuum.

Reginus, & Taurinus de Lombardia Epiſcopi ad Imperatorem in Apuliam vadunt. Homines Demarii ubicumque inventi per Abbatem Caſinenſem revocantur, & compelluntur de mandato Principis ire ad habitandum ad civitatem novam.

Menſe Junio Aſculum ſe reddit, & venit ad mandatum Imperatoris.

Thomas comes Acerrarum Capitaneus in Syriam transfretat.

Bernardus comes Manupelli juſſu Principis in Sardiniam vadit.

Patriarcha Aquilegen. qui pro facto Tartarorum ad Imperatorem venerat, licantiatus ab eo in ſua recedit. Imperator ipſe de Apulia tunc venit Capuam, & inde per ſanctum Germanum, & per Agnum tranſiens vadit ad civitatem novam, ubi per dies aliquot moram faciens, verſus Soram vadit, & inde procedit in Marchiam, ubi apud Avezanum per totum ipſum menſem junii moratus eſt. Et menſe julii congregato exercitu copioſo ſuper urbem vadit, & hoſtilem faciens in exterioribus vaſtationem menſe Auguſto in Regnum reverſus eſt.

Eo menſe Oddo Card. liberatur, & Epiſcopus Prænestinus cum magiſtro Joanne Toletano reducti à Tiburu in Roccam Jani, quæ eſt ſuper ſanctum Germanum, ſervandi traduntur Philippo de ſancto Magno tunc caſtellano, duobus poſtmodum Baronibus ad eorum cuſtodiam deputatis.

Eo menſe Imperator ante receſſum ab obſidione urbis ſtatuam hominis æream, & vaccam æream ſimilitet, quod diu ſteterant apud ſanctam Mariam de Crypta ferrata, & aquam, quæ ſua foramina artificioſe fundebat, in Reguum, apud Luceriam Apuliæ civitatem, ubi Saraceni degebant, portari jubet.

Menſe Septembris Comes Toloſanus apud Melfiam in Apulia ad Imperatorem venit, qui per totam hyemem fuit in Regno. Hoc anno Henricus de Morro magiſter quondam juſtitiarius in Apulia naturali morte defecit.

M.CCXLIII. Menſe januarii generalis collecta per totum Regnum exigitur.

Menſe Febr. militea omnes, qui ſervire tenentur, jubentur ex parte Cæſaris in equis, & armis bene parari, ut iile debeant in Kal. Apr. primo futur. ad ſervitium ſuum.

Menſe Aprilis Imperator de Apulia congregato exercitu venit in terram Laboris, ad quem ſubmoniti milites in equis, & armis omnes conveniunt, nec non & certus numerus de qualibat terra de Regno, qui menſe maii de Capua movens & per ſanctum Germanum tranſitum habens, & per Agnum apud Flagellam ſe contulit, ubi faciens aliquandiu moram, inde per Campaniam ſuper flumen Cæpe rani tranſitum habens ſuper urbem vadit, ubi turres nonnullas funditus fecit everti, faciens in aliis etiam quam potuit vaſtitatem, & tunc ad preces Cardinalium ab urbe diſcedens, eſt reverſus in Regnum.

Eo menſe Prænestinus Epiſcopus Imperatore mandante liberatus eſt, apud Anagniam ad Cardinales cum honore remiſſus.

Menſe junio Sinibaldus titulo ſancti Laurentii in Lucina Cardinalis apud Anagniam in Papam Innocentium creatus eſt, voluntate, & conſenſu omnium Cardinalium, quo audito Imperator, qui tunc erat Melfiæ, ubique per Regnum laudes juſſit domino debitas decantari.

Menſe julii Imperator ad Papam mittit apud Anagniam Bernardum Panormitanum Archiepiſcopum, magiſtrum Petrum de Vinea, & magiſtrum Thaddeum de Sueſſa pro bono pacis, a quo benigne ſatis recepti ſunt, & benignum ad Principem retulerunt reſponſum.

Eodem menſe diſcurſus Siderum de nocte viſus eſt in feſto ſancti Jacobi, ita ut unum contra alterum quaſi hoſtem inſurgerent, & inter ſe hoſtiliter dimicatent. Tunc civitas Viterbii pertractante magiſtro Raimundo Cardinali venit ad mandatum Eccleſiæ menſe Auguſto comite Simone Theatino pro Imperarore ſe tenente in ea, quo audito Imperator mox ſine moræ periculo, ſe perſonaliter contulit menſe Septembris ad ſuccurſum prædicti comitis, & ad recuperationem civitatis ipſius, qui congregato exercitu copioſo obſedit eam, & ſtatutis machinis, tam minis, quam viribus dire ſatis impugnavit eamdem, qui cum in nullo proficeret, recepto, & libero dimiſſo comite prædicto, & ſuis, qui cum eo erant, ab obſidione receſſit, & inde Groſſetum ſe contulit, ubi quaſdam edidit Sanctiones contra judicea, advocatos, & notarios, quas per totum Regnum publicari præcepit, & tenaciter obſervari, quarum initium tale eſt: Nihil veterum authoritati detrahitur, &c.

Menſe Septembri &c. Comes Toloſanus de Apulia venit ad S. Germanum, ibique moram protrahens ire verſus Agnum, & poſtea apud S. Vitum de Melfia ſe contulit, ibique per dies aliquot venationem exercuit.

Menſe Octob. circa feſtum omnium ſanctorum Innocentius Papa urbem intrat, cum honore ſenatus, populique Romani magno receptus, ad quem dictus comes vadit, tractans inter ipſum & Imperatorem bonum pacis.

Hucuſque Richardus notarius de ſancto Germano hujus Chronici Auctor ſuas concinnavit narrationes, quæ ſuo tempore contigerunt, quibus nimio in Federicum Secundum Imperatorem Principem ſuum amore ſeductus, aliquando à veritate deflexit.

Finis Chronici Richardi de S. Germano.

Ex Ughel. It. tomo ſexto.

MENOLOGIUM
GRÆCORUM
Juſſu Blaſii Junioris Imp. Conſtantinopolitani ante annum ſal. DCCCCLXXXIV. conſcriptum,

Et ad fidem membranacei Codicis Vaticani à Petro Arcbudio Corcyrenſi V. C. latinè verſum nunc primum edidit Ferdinandus Ughellus.

A LIBER iſte Græcus, cujus hic verſio latina habetur, juſſu olim Baſilii Porphyrogenitæ Junioris Imp. ante fere an nos DCLXXIV. conſcriptus fuit, ipſorumque, quorum in eo elogia celebrantur, Divorum Imaginibus ornatos aſſervatur in Vaticana Pontificis Max. Bibliotheca: de quo V. Clar. & erudiciſſimus Leo Allatius in Differt. prim de lib. Eccl. Græcorom ſcribit in hæc verba: Menologium hoc auro, gemmiſque pretioſius Conſtantinopoli ad Ludovicum Sfortiam ſatis munifice advectum, Ludovico vita functo, Joannes Baptiſta Franciſci Sfrondrati Cardinalis parens, avuſque Nicolai Cardinalis, in arbitrio & poteſtate habuit. Poſtremum à Paulo Sfrondrato Cardinali dono acceptum Paulus V. in Bibliothecam Vaticanam invexit, & præfixa Inſcriptione ſignificavit.

PAULUS V. Pont. Max. hunc librum Conſtantinopoli ad Ludovicum Sfortiam Mediolani Ducem allatum, deinde ſervatum apud Sfrondratorum familiam à Paulo S. Cæciliæ Cardinali Sfrondrato ſibi B *dono datam, in Bibliothecam Vaticanam inferri juſſit anno CIƆIƆCXV. Pontificatus XI.* Liber unam tantum Menologii partem, quando ſex tantùm menſibus Septembr. Octobr. Novembre, Decembre, Januario, & Februario abſolvitur, continet: altera quibuſnam caveis addicta lateat, incertum eſt, & utinam non communem ſortem librorum paſſa, igne, vel ſerro, vel impiorom, aut otioſorum hominum manibus, elementorom etiam injuria in luce eſſe deſierit. Scriptus eſt folio grandi pergameno affabrè perpolito, licet ætate jam viera aliquantulum ſublurido, forma quaſi quadrata, characteribus elegantiſſimis, nuſquam pro illius atramenti facultate, quod nigrum non tingit, nigricantibus. Capitales, quas vocant, litteræ auro efformantur; ſingularum pagellarum pars ſuperior nomina Sanctorum illius diei repræſentat, alterius dimidia ſcripta compendio Sanctorum geſta, altera Imaginibus coloribuſque non indiligenter, & pro C eo tempore ſatis eleganter, ſub oculos ponit. Picturam recentiores miniaturam vocant, neque enim oleo, ſed aqua gummique colores temperantur. Imagines non ab una manu promanant, ideoque nec unius omnes conditionis, ſed una altera concinnior, accuratior, & ad artem accommodatior excellit, & ne ἀδέσποτοι palarent, pictor quilibet Imagini à ſe depictæ in margine libri nomen expreſſit. Pictorum nomina ſunt, Pantaleo, Michael Blachernita, Georgius, Simeon, Michael parvus, Menas, Neſtor, Simeon Blachernita. Imagines ita diſponuntur, ut una alteri adverſæ non reſpondeat, ſed litteris ac Sanctorum vitis, quare nunc ſuperiorem partem paginæ, quando alterius ſuperior pars ſcriptionem refert, nunc inferiorem quando alterius inferior deſcripta eſt. Quando liber ſcriptus ſit, divinare non poſſumus, abhinc tamen anno 662. (ſcribebat Allatius anno 1646.) ſcriptum videtur indicare, qui operi præfigitur Zambi. Et hoc Menologium Baronio viſum nec abnuo, ſtudio juſſuque Baſilii Imperatoris deſcriptum, exornatumque Imaginibus, niſi aliunde edoctus fuero, non credam, quemadmodum & Baſilium hunc Macedonem fuiſſe; ex Zambis enim hic Baſilius Porphyrogenita aſſeritur *Imperator terræ univerſæ, ſol purpuræ Baſilius & alumnus:* id de Macedone dici non poteſt, cum neque Porphyrogenita fuerit, nec Imperatore patre natus ſit, neque adultus. *Zonoras* in Conſtantino Duce, *Imperium tribus filiis reliquit, quorum duos Michaelem, & Andronicum Eudocia privato adhuc, Conſtantinum vero imperanti pepererat, cum & ipſa Auguſta appellata eſſet. Unde hic ſolus Porphyrogenitus fuit, & ſtatim præ cæteris imperii inſignibus adornatus.* Ex eo enim Porphyrogenitorum nomen emerſit, ut qui Imperante patre naſcerentur, ſive in thalamo porphyræo dicto, ſive purpura obvoluti, Porphyrogenitæ dicerentus. Herod. hiſt. lib. 1. de Commodo Marci Imper. filio, ac Themiſtius orat. 6. de Valentiniano Gratiani Imperat. fratre. Dicitur tamen de Baſilio juniore, qui circa annum Domini 977. cum Conſtantino Porphyrogenita Imperium tenuit. Hæc Leo. Sed quod magis arguit Menologium hoc ſcriptum fuiſſe Baſilii junioris juſſu, eſt, quod in eo fit mentio ad 17. Kalend. Januarii ſanctæ Theophanonis uxoris primæ Leonis Imperatoris Baſilii Macedonis filii, aliorumque ſanctorum, qui longè poſt Baſilium Macedonem vixerunt. Cæterum cum penes me eſſet ipſa Archudii verſio originalis, placuit in gratiam rerum Eccleſiaſticarum amatorum, hic eam exhibere. Tu interim candide Lector utere, & vale.

MENOLOGII GRÆCORUM PROŒMIUM.

Hic nunc ſpecta diligenter, tu qui vides
Optimum opus ex optimis rebus,
Opus Dei pulcherrimum, in ſtuporem rapiens mentē,
Opus delectans omnem merito creaturam:
Supra enim ipſe, ſicut Deus & Dominus
Aſtrorum choreis depingens Cælum
Quod tanquam pellem extendit verbo,
Mundum illuſtrat ſapientiſſima providentia:
Infra autem, qui hunc imitatur modis
Rex totius terræ ſol rubra
Baſilius alumnus purpura
Præſtantiſſimus in utraque re & trophæis & verbis
Tamquam aliud omnino Cælum fabricans librum
Ex pellibus exteatum, uti habet natura,
Ferentem veluti lamina venuſtas figuras,
Primum quidem ipſius Dei atque hominis Verbi,
Deiparæ Matris, quæ genuit ſine ſemine,
Sapientumque Prophetarum, Martyrum, Apoſtolorum
Omnium juſtorum, Angelorum, Archangelorum,
Orthodoxorum omnem lætitia afficit animam,
Delectat autem omnem jucunditate & aſpectum:
Sed quos quidem effinxit coloribus
Inveniat adjutores omnes in negotiis,
Forteſque cooperatores commilitones in pugnis,
Perturbationum redemptores, curatores morborum:
In judicio autem magis apud Dominum
Calidos Mediatores, conciliatoreſque ſuperna
Gloriæ ineffabilis, & divini Imperii.

A

SEPTEMBER.

B

Kalend. Septembris & Indictionis initio.

I.

1 INdictionis diem feſtum celebrat Dei Eccleſia, à majoribus accepta, quod hunc diem exiſtimarent eſſe anni principium, cum Indictionem Romani dicant principium, & finem. Eſt igitur dies primus Septembris anni totius principium, & finis: ſed poſtquam Chriſtus Deus noſter cum vellet benedicere ac celebre reddere principium anni, vel potius illud tempus totum, quod ante ſæcula creavit, ingreſſus eſt Synagogam, traditusque eſt ei liber Iſaiæ Prophetæ, & aperto eo invenit locum ubi ſcriptum erat; Spiritus Domini ſuper me, cujus cauſa unxit me, evangelizare pauperibus miſit me, prædicare captivis remiſſionem, cæcis viſum & vocavit annum Domini acceptabilem; & reddito libro miniſtro, ſedit: ex eo tempore illius dono, atque munere commendatus è nobis ſacratus hic dies, quem grata nos memoria proſequentes læti atque alacres agemus.

C

Eodem die S. Patris noſtri Symeonis Stylitæ.

2 SImeoni Patria fuit Antiochia, ea quæ eſt in Syria: hic ab adoleſcentia juſſus eſt à parentibus paſcere oves. Nactus vero aliquando vacuum, ac liberum otium, quod per hybernum tempus paſcere non licet, ingreſſus templum Dei ut oraret; contigit ut audiret illum Evangelii locum; Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum Cælorum: quo audito, vale dicens ſtatim parentibus, ac cæteris omnibus abiit in Monaſterium nomine Mandran: Monachuſque effectus imperatore Leone Magno, tamque in theatro certamen acerrimè

A

ſubiens Monachos omnes omni virtutum genere breve ſuperavit. Tanta enim omnium rerum abſtinentia, corpus ſuum coercens aridum duratumque illud effecit, ut quadraginta continuos dies viginti quidem ſtando, reliquis vero ſedendo inediam patientiſſime ſuſtineret. Cumque quadraginta ſeptem annos Deo ſerviens glorioſis ſactis rerumque fama omnibus ſuæ ætatis præſtitiſſet, multoſque infidelium ad Chriſti fidem convertiſſet, in pace quievit.

Eodem die obitus Jeſu filii Nave.

3 JEſus filius Nave ſucceſſor Moſis hæbreorum legiſlatoris fuit vir fortis rei militaris peritus. Nam Jericunta munitiſſimam Palæſtinorum urbem expugnavit, Jordanemque fluvium per ſiccum alveum tranſivit una cum populo, atque Arca Dei. Dignus etiam fuit, qui Michaelem cæleſtis exercitus principem enſem præ manibus tenentem videret, quo ſtatim cognito, abjectis armis, illiuſque pedibus advolutus: Quid, inquit, imperas ſervo tuo? Ad hæc cum prælio dimicaret cum Philiſthim,

B

ſolque ad occaſum appropinquaret, ipſe vero teneretur incredibili vincendi deſiderio, maximam in Deo ſpem habuit, atque animo fidentiſſimo imperavit ſoli, ut ſtaret: ſtetitque ſol, nec prius occidit, quam hoſtes loco fortiſſimè ſubmotos in fugam verteret. Hic igitur ſtrenuus Imperator, cum populum Iſraeliticum ex vaſtiſſimis ſolitudinibus eductum, in terram duxiſſet promiſſionis, quæ eſt Hieroſolyma, judicaſſetque populum annis ſeptem, & viginti, mortuus eſt, atque honorificè a populo ſuo in eadem terra ſepultus.

Eodem Die, Certamen Sanctarum 40. Virginum, & Ammonis Diaconi, earumque Magiſtri.

4 QUadraginta Virginum, & Martyrum cœtus patriam habuit Adrianopolim Macedoniæ, doctorem autem fidei, eorumque omnium, quæ ad cœleſte regnum pertinent, Ammonem Diaconum: ob eam autem cauſam in carcerem conjectæ, multaque ſuppliciorum genera perpeſſæ ſunt,

C

cum Idolis ſacrificare pertinaciſſime recuſarent: imò cum ſacrificare compellerentur, oraverunt Deum, quarum precibus ſublatus in aera Sacerdos Idolorum concidit, & extinctus ſtatim eſt. Quare Ammoni ſublime arrepto ſcalpebantur latera, caſſiſque candens indutus capiti eſt, qui poſtea miſſus una cum Virginibus ad Licinium præfectum cum iiſdem damnatus eſt, ut diverſis ſuppliciorum generibus morte omnes mulctarentur. Nam decem igni conſumptæ ſunt: octo cum Doctore ſuo capite damnatæ, decem aliis os earum pugione trajectum eſt: ſex minutatim conciſæ. Reliquæ injecto in fauces candenti ferro extinctæ ſunt.

Menſe eodem: Quarto Non. Septembris Certamen Magni Martyris Mamatis.

II.

5. MAmas celeberrimus Martyr, Aureliano Cæſare Imperatore. Hic ab ineunte pueritia parentibus orbatus cum in vinculis ob Chriſtianam fidem obiiſſent, ſumptibus cujuſdam Matronæ è patricia gente benignè alitus atque educatus eſt. Cum ad ætatis maturitatem perveniſſet, cogereturque ab Idolorum cultoribus à Chriſtiana religione deficere, atque ad gentilium ſacra ſe con-

ferre, nulla unquam ratione adduci potuit; ſed tunc divina providentia factum eſt, ut angelico miniſterio ereptus in monte quodam collocaretur: ubi cerva lacte perbenigne alebatur, ſoluſque aſſidua divinarum rerum contemplatione, continuiſque precibus vitam traducebat. Poſt autem aliquanto cum illius crebeſcens in dies fama longe lateque emanaret, ſiſtitur Præfecto Cæſareæ, ut ſacra Diis facere rurſus cogeretur. Id averſatus ille ac deteſtatus maxime in ignem conjicitur, atque inde egreſſus illæſus, deinde ad beſtias damnatus, neque tamen ulla ab iis affectus injuria, tandem lancea tranſverberatur. Qui effuſa ob graviſſimum vulnus viſcera, ſuis præferens manibus prodiit ex urbe Cæſarea, & cum gratiarum actione feliciſſimam Domino Deo reddidit animam, ſepultuſque eſt in eadem urbe.

Eodem die memoria Joannis Patriarchæ Conſtantinopolitani, cognomine Jejunatoris.

6 JOannes cognomine Jejunator natus eſt Conſtantinopoli, præfuitque eidem Eccleſiæ Juſtino, Verio, & Mauritio Imperatoribus. Hic primum quidem ſtatuariam artem exercuit, deinde ob multas, atque eas egregias animi dotes, Patriarcha renunciatus urbis ipſius magnæ, multo magis virtutes excoluit. Pauperes enim ſumma proſecutus eſt benignitate, vir ſingulari lenitate, & miſericordia, quippe qui ex alterius ſollicitudine, & calamitate parem cum eo dolorem ſuſciperet. Quare Deus illum multis mirabilibus factis inſignem reddidit. Nam barbaræ gentes ex Macedonia fugatæ, urbſque graviſſima liberata peſte, multiſque ſalus reſtituta fuit; plerique etiam peſſime habiti à Cacodæmone priſtinam precibus ſancti viri recuperarunt ſanitatem. Reliquit orationes animæ utiliſſimas, quales Magnus Joannes Chryſoſtomus conſcripſit. Cum igitur populum ſuum, ſancte, pieque paviſſet, ſacramque Eccleſiam ad annos tredecim, menſes quinque integerrime gubernaſſet, vixiſſetque ad ſummam ſenectutem, felicem ab omni laude Deo reſtituit ſpiritum, vir certe ſingulariſſimi omnium recte factorum exempli.

Tertio Non. Septembr. Certamen S. Anthimi Mart. & Epiſc. Nicomediæ.

III.

7 ANthimus Martyr, & Epiſcopus Nicomediæ, quo tempore Maximianus, & Diocletianus Imperatores inſatiabilem illam crudelitatem ſuam, & carnificinam exercebant in Chriſtianos, cum ſe in montis cujuſdam latebras abdidiſſet, poſt tamen aliquanto Maximiano proditur. Vincto igitur primum quidem crebro lapidum ictu ſacratæ cervices contunduntur; deinde candentibus tali ferria perforantur. Poſtea ſuper acutiſſimas teſſulas collocatus, virgis horrentibus ſpinis fœde laceratur. Ad hæc calceamenta è ferro candentia pedibus uſque ad femora induuntur. Præterea vinctus, adſtrictuſque trocho facibus aduritur. Sed cum tam immaniter torqueretur vir Dei, non deſtituitur Angelorum auxilio, qui ſicut Martyri verbera cruciatuſque leniebant, ita cædebant occultè tortores; tandem Maximiani juſſu damnatus capite fuit, quod poſitum Nicomediæ cum multa alia admiranda facit, tum admirabilem capillorum ſubinde renaſcentium comam ſemper promittit.

Eodem die, Certamen Baſiliſſæ Virginis & Martyris.

8 BAſiliſſa Martyr Diocletiano Imperatore; hæc cum nonum tantum ætatis ſuæ ageret annum, & prope Nicomediam habitaret, ſiſtitur ob Chriſti fidem Alexandro Præfecto, qui Virgini Sanctæ, quod ſe Chriſtianam audacter profiteretur, colaphos impingi jubet; tum tenellum nudatæ corpus virgis duriſſime cædi, taliſque etiam perforari. Poſt hæc è ligno appenſam, capite catena conſtricto, picis, ſulphuris, ac plumbi fumo excæcari. Præterea in ignem conjici ardentiſſimum: poſt duobus ferociſſimis leonibus objici. Quæ cum per ferrum, per ignem, per feras illæſa indemniſque evaſiſſet, Præfecto tantæ rei miraculo attonito perſuaſit, ut Chriſti fidem cupide complecteretur; qui reliquum vitæ ſuæ ſancte, ac pie traducens in pace quievit. At Virgo Sancta egreſſa ex urbe, cum ſiti conficeretur, precata Dominum eſt; manantibus vero repente è terra aquis ſitim depulit. Deinde ſtans ſupra petram oranſque mortua eſt, ibique ſepulta, cujus meritis clementiſſimus Deus, omnibus ad aquas illas cum fide accedentibus, qui diverſis & graviſſimis generibus morborum conflictantur, priſtinam reſtituit ſanitatem.

Eodem die, Certamen Ariſtionis Martyris Epiſcopi Alexandriæ.

9 ARiſtion Martyr, & Epiſcopus Alexandriæ, cum audacter temporalem Domini noſtri Jeſu Chriſti per carnem adventum, æternumque ipſius cum Patre, & Spiritu Sancto regnum, ad hæc felicitatem regni cœlorum prædicaret, & doceret, & quod falſa aſt hujus Mundi gloria, quod operoſæ dignitates, quod fluxus, ac evaneſcens divitiarum curſus; contra vero ut vera, ut beata, ut ſolida, & æterna ſunt immortalis vitæ bona: perſuaderetque multis Græcorum ut Chriſtianæ fidei veritate imbuti baptizarentur, captus ſiſtitur Alexandriæ Præfecto, confeſſuſque conſtantiſſimè Chriſtum, traditus fuit igni, in quo cum glorioſe, & magnifice de Deo vero, ut ſancta illa trium puerorum trichorea ſentiret, & loqueretur, tandiu excoctus eſt, quoad illius animus omni corporis admixtione liberatus, purus, & integer, ad beatam, & expetitam tantopere ab eo celebratamque vitæ immortalis coronam ovans pervenit: precioſæ vero corporis reliquiæ terræ commendatæ ſunt.

Pridie Nonas Septembr. Certamen Babilæ Patriarchæ Antiocheni & cum eo parvulorum.

IV.

10 BAbilas Martyr, & Patriarcha Antiochiæ Magnæ Numerianum Romanorum Imperatorem templum Dei ingredi volentem obviam illi factus ad templi portam prohibuit, quod Idololatra eſſet. Quare multo rubore perfuſus Imperator, ſimul & vehementi ira percitus, juſſit illum ſibi poſtero die ſiſti: quem cum à Chriſti cultu ad Græcorum ſacra abducere dicendo non poſſet, quin potius ipſe ab eo impietatis ſumma dicendi libertate accuſaretur, juſſit illius collo immani ferri pondere ſuperpoſito per medium traduci, hoc adjecto elogio. Per Deos Babila decet te iſte torques; cui Babilas: Ita me decet, ò Imperator, ut te dedecet diadema. tunc de Tribunali pronunciavit Numerianus, ut Babilas, & qui ab eo inſtituebantur pueri, jugulandi militibus traderentur, ſepultuſque eſt extra urbem Antiochiæ una cum catenis, quas propter Chriſtum pertulerat.

Eodem die, Certamen Theodori, Oceani, Amiani, & Juliani Martyrum.

11 THeodorus, Oceanus, Amianus, & Julianus Mart. floruere Maximiano Imperatore; recenti, & de Chriſti fide interrogati, cum Chriſtum Dominum confiterentur, ſublime arrepti depexi ad oſſa fuere, deinde in ferventiſſimum Balneum ſigilloque Imperatoris obſignatum, ne exinde exire poſſent detruſi: ſed Angelus Domini eos nulla affectos injuria, foribus, e peſſulo firmatis, & obſignatis eduxit. Rurſus autem capti abducuntur extra urbem in deſertum locum, ut truculenter interficerentur: ubi impetrata à carnificibus ad orandum hora, precati ſunt primum Deum pro totius Orbis conſtitutione ſacrarumque Eccleſiarum tranquillitate; deinde gratias egere, quod tanto ab eo honore dignati eſſent, qui mortem pro illius nomine occumberent. Cumque peroraſſent, in ignem præciſis prius ſingulis memoris cruribuſque contuſis conjecti ſunt, & conſumpti.

Eodem die, Certamen Hermiones Martyris filiæ Philippi Apoſtoli.

12 HErmiones Martyr, filia Philippi Apoſtoli, floruit Trajano Imperatore. Perrexit aliquando una cum ſorore ſua Eutyche Epheſum, ut

Joan.

Joannem Theologum adorarent, nec invenerunt, tranſlatus enim jam erat. Venit autem & Trajanus Epheſum ad bellum Perſicum, andivitque nomen Hermiones percelebre, multaque excultum reverentia, eo quod prophetico eſſet afflata ſpiritu. Retentam igitur, cum à Chriſti cultu deterrere verbis, miniſque non poſſet, jubet illi alapas incuti: cui Chriſtus apparens addidit animum, confirmavitque ut verbera fortiter perferret, ſed paulo poſt à Trajano dimittitur, quod ſibi prædiceret fore, ut glorioſum de Perſis triumphum reportaret. Adrianus vero affinis, & ſucceſſor Trajani abreptam ab integro in vincula, cogit Chriſtum abjurare, diiſque ſacrificare. Quæ cum inſanas illius voces negligeret, juſſit amputari caput: Carnifices autem cum lege acturi eſſent, areſcentibus immobili rigore manibus, & ipſi in Chriſtum crediderunt, atque una cum Hermione capite damnati ſunt.

Eodem die Memoria Moyſis Legislatoris.

13 MOyſes Propheta, & legislator patre Hebræo natus in Ægypto eſt. Hunc cum Pharao Rex Ægypti Hebræorum genti edixiſſet capitale futurum, ſi quis marem tolleret, Mater infantem divinæ providentiæ permiſſum, fiſcellaque incluſum, in proxima Nili alluvione depoſuit. Venerat forte ad Nilum, ut lavaretur Pharaonis filia, quæ alveum conſpicata jubet apprehendi, & puerum intuita, eum in filium ſibi optatum, alendum, inſtituendumque omni Ægyptiorum ſcientia curavit. Adultus, cœleſtis oraculi imperium ſecutus, omnem Hebræorum gentem, quæ in Ægypto erat, ſervitio liberatam, in terram promiſſionis deducendam ſuſcepit, qui cum multa, & maxima prodigia edidiſſet, mareque virga percuſſum pervium populo feciſſet, dura etiam ſilice aquas elicuiſſet, quadraginta vero militaſſet annos, poſtremo, annis ante Chriſti adventum mille quadringentis nonaginta quinque mortuus eſt: ſepultuſque in quodam Eremi Monte à Michaele cœleſtis exercitus Principe.

Nonis Septembr. memoria Zachariæ Prophetæ Patris Joannis Baptiſtæ.

V.

14 ZAcharias Sacerdos Pater Joannis præcurſoris Chriſti, Sacerdotis & ipſe filius, ingreſſus templum, ut thus adoleret, cum vidiſſet Angelum Domini ſtantem juxta altare thymiamatis, ſibi prædicentem, fore ut filium brevi ſuſciperet, cui nomen Joannes imponeret, neq; cæleſti voci fidem adhibuiſſet, mutus illico, & elinguis redditus eſt: quoad nato Joanne ſoluta ſunt illius linguæ vincula. Sexto autem poſt menſe, mater cognito ſæviſſimo Herodis Regis edicto, ut Bethlemitæ infantes ad unum trucidarentur, ut Chriſtus una cum cæteris interceptus occideretur; Joannem in ſpecu prope Jordanem abditum ab imminente eripuit cæde. Herodes autem, quæſito ſed non invento puero, Zachariam infantis patrem in medio altaris, quo ſibi metuens confugerat, jugulari juſſit, atque ejus ſanguine templum aſpergi: corporis autem de prærupta rupe juſſu regis abjecti reliquias collegere propinqui, atque in ſepulchrum patrum intulere.

Eodem die, Abdiæ Martyris Certamen.

15 ABdias Martyr natione Perſa profeſſione Chriſtianus, cum daret omnem operam, ut quam plurimos ad Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti cultum traheret, retentus a Magorum Principe, jubetur abjurato Chriſto ſolem & lunam gentiles Deos adorare; quod execratus vir Dei horrentibus malorum punicorum virgis à mane ad meridiem in ventre lumbiſque cæditur. Inde ſemivivus ſuccolantibus tortoribus, domum ſuam delatus paulo poſt moritur; ſummam animi ad extremum uſque ſpiritum præſeferens lætitiam, quod dignus habitus eſſet, qui pro Chriſti nomine ſanguinem, vitamque profunderet, cujus corpus Chriſtiani ſepulchro condidere.

Eodem die; Certamen Thaelis & Babææ ſororis Martyrum.

16 THaelis Bellicoſus Martyr, Babeaque ſoror ejus cum ſumma dicendi libertate, Chriſtum verum Deum, Mundique totius Creatorem, Dominum & ſummum gubernatorem eſſe profiterentur, Græcoſque multos ab Idolorum errore abductos ad veram fidem traducerent, & baptizarent, retenti cum & flagris diutiſſime admoti, & variis tormentorum generibus affecti eſſent, tandem alter in lignum ſublatus, & vinctus ſerra ferrea ſectus eſt medius: altera nudata flagriſque duriſſime cæſa, tum ſcalpta uſque ad oſſa, denique lancea guttur tranſverberatur. Quorum corpora, qui ab eis Chriſtiana fide edocti erant, occulte ſublata ſepelierunt honorifice in gloria D. N. Jeſu Chriſti.

Octavo Idus Sept. memoria Miraculi apud Chonas editi. VI.

17 IN ea urbe, quæ nunc Chona, olim autem Colaſſa dicebatur, vir quidam pius ac timens Deum nomine Archippus habitabat apud eum locum, unde Michaelis, qui ſe ibi viſibilem indigenis præbuit, miniſterio, emanarant aquæ: ubi cum innumeris, quæ per aquam edebantur, miraculis, infinitam hominum multitudinem ad Chriſti fidem converteret, ac baptizaret, tantam Græcorum invidiam iramque concitavit, ut immani quadam rabie in luſtralem aquam, & ſanctum virum inflammati furenteſque, coacta maxima operarum manu, duobuſque magis in unum corrivatis fluminibus rapidam fluentis aquæ molem in eum locum immiſerint, ut templum ſimul, & Archippum convellerent. Senſit vir Dei irruentis aquæ murmur, imploratoque Archangeli auxilio, affuit ſtatim Michael, qui virga, quam præ manibus habebat, percuſſa petra, repentino ejuſdem petræ hiatu irruentes obruit aquas, & ex eo tempore vocatus eſt locus ille Chonæ.

Eodem die: Certamen Eudoxii, Romali, & ſociorum Martyrum.

18 EUdoxius Chriſti Martyr honeſtiſſimum apud Trajanum Imperatorem ducebat ordinem, quippe qui & Comes eſſet, & decem millibus peditum, equitum autem mille in Gallia præeſſet: Romulus autem aulæ Imperatoriæ præpoſitus author fuit Trajano, ut in Galliam iret, & milites Chriſtianos diis immolare compelleret. Impium neſas averſati milites relegantur Melitenem Armeniæ urbem. Romulus autem cum pœnitentia ductus in Chriſtum credidiſſet, Trajanumque libere accuſaſſet impietatis, capite mutilatus integram Deo reddidit animam. Poſtea cum rerum potitus eſſet Maximianus, edixiſſetque Chriſtianos omnes interfici, idem & Meliteres Præfecto per litteras mandavit. Quare Eudoxio, & qui cum eo militabant, diu prius acerbeque tortis, quod Chriſti deſertores eſſe nollent, capita præciſa ſunt.

Eodem die: Certamen Fauſti Presbyteri, & Abibæ Diaconi, & ſociorum.

19 FAuſtus Presbyter, & Abibas Diaconus uterque Alexandrinæ Eccleſiæ Miniſtri, Decio Imp. quo tempore & Flavianus Romanus Pontifex, & Alexander Hieroſolymitanus pro Chriſti nomine martyrium ſubjere. Retenti igitur ab Alexandriæ Præfecto, graviterque torti, quod in Chriſti fide perſeverarent, in carcerem truduntur. Ruſuſque inde educti compelluntur ſacra Diis facere; ſed tantum abfuit, ut a Chriſto deficere animum inducerent, ut Præfectum etiam ipſum graviſſime accuſarent ſtultitiæ, & inſaniæ. Quamobrem ſanctis viris numero tredecim abſciſſa capita ſunt: ſed felices illorum animæ Chriſti manibus exceptæ Deum pro Chriſtianis, proque Imperatorum fidelium incolumitate, & conſtantia nunquam non precantur, & venerantur cum ſumma ſanguinis ejus pro nobis effuſi commemoratione.

Septimo Idas Sept. Certamea Sozoatis Martyris.

VII.

20 SOzon Mattyr natione Lycius, paſtor ovium, cnm aliqnando incidiſſet in quercum ingentem, prope quam erat aqua, appendiſſetque de arbore tres ſagittas, & atcum ſui ipſius monumenta in eo loco precibus ſancti, viri graviſſimis affecti morbis, ſtatimque liberati, vires corpuſque revocabant. Docebat autem, & baptizabat Græcos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Ingreſſus aliquando templnm Idolis dicatum, avulſam Idoli auream manum, contritamque diviſit pauperibus. Cujus rei author cum quæreretut, multique in vincula, & tenebras abriperentur, vir Dei ultro ſe Maaimo Præfecto ttadidit, confeſſus id á ſe ſactum, quod Chriſtum Deum coleret. Quamobrem ſoleæ ferreæ ad pedum plantas affiguntur, quibus incedens ſummis laudibus Deum eſſetebat. Deinde ſuſpenſus de arbore ad necem uſque cæſus eſt, atque in ardentiſſimum ignem conjectus.

Fodem die: Certamea Eupſychii Martyris.

21 EUpſychlus Martyr à Cæſarea Cappadociæ flotuit Adtiano Imperatore mattyr. Mortuo patre baptizatur a Cæſareę Epiſcopo, delatuſque ad Prę́fectum quod Chriſtum adotaret, rapitur in vincula: inde paulo poſt emiſſus divenditis rebus & facultatibus omnibus ſuis, partibnſque ſactis primas quidem dedit accnſatoribus ſuis, uti iis qui ſibi regni cœleſtis authores conciliatoreſque ſuiſſent, reliquas vero pauperibus diſtribuit. Iterum autem comprehenſus, cum uullis præſecti minis commoveretur ut Diis immolaret, de ligno ſuſpenſus, uſq; adeo depectitur, & ſcalpitur, ut omnia illius viſcera conſpicerentur. Deinde depoſitus, pugioneque cæſns ſpiritum Deo reddidit.

Eodem die: Certamen S. Martyris Severiaai.

22 SEverianus Martyr patria Sebaſtianenſis, miles Licinii Imperatoris, cum propter Chriſtnm quadraginta Martyres comprehenſi eſſent, & in carcere incluſi, eos frequens adibat, hortabaturque ad perferendum fortiſſime pro Chriſti nomine martyrum. Cognitus autem, captuſque ſiſtitur Lyſiæ Duci, in cujus conſpectu Chriſtum conſtantiſſime cónfiteretur, Dæmonum autem impoſtutas, Græcorumque errorem liberius reprebenderet, ipſumque Lyſiam accuſaret, ſublime atreptus, nervis bubulis cæditur, unguibus ferreis eacarnificatur, facibuſque exuritur. Poſt bæc vinctus funibus, pedibus ingentium ſaxorum mole oneratis, manibuſque poſt terga revinctis, de alto muro ſuſpenditur, diuque verberibus lacetatur, quoad omnibus jam membris dilaniatis, rotoque corpore luaato intet tormenta gratias Deo agens, atque orans ſanctum Deo reddidit ſpiritum.

Sexto Idas Septemb. Nativitas Beatiſſimæ Reginæ noſtræ Deiparæ ſemperqae Virginis Mariæ.

VIII.

23 CUm rerum omnium opiſex Deus cœlum, & hanc univerſi faciem creaſſet, poſtremo hominem effinxit, qui illum ſolum cognoſceret, coleret, ſeſeque ad illius unius voluntatem plane conformaret. Invidit Diabolus. Adam primumque per nxorem Evam deceptum impulit, ut Conditoris ſni violaret imperium, author etiam ſuit reliquis mortalibus, ut neglecto Dei cultu, vulgo vaniſſimæ idolorum ſuperſtitioni ſeſe addicerent. Deus autem miſertus figmenti ſui, Legem dedit & Prophetas. Verum cum hæc nihil efficetent, decrevit mittere Filinm ſnum, & Verbum, quod aſſumpta hominis effigie, hominem, quem Diabolus in ſuam poteſtatem redegerat, in libertatem vindicaret. Eam igitur ob cauſam diſpoſuit ut naſceretur, quæ generaret Filinm incarnatum Maria, inque nulla notata labe, nulla aſperſa macula ex ſanctis parentibus Joacbimo, & Anna, quorum precibus tam ſingularem ventris fructum conceſſit Deus. Quamobrem diei huic feſto inditum nomen eſt Nativitas, cujus nos ſtatum Anniverſarium celebrantes maximas Deo noſtro gratias agamus.

Quarto Idus Septemb. Commemoratio Joachini, & Anaæ Pareatam Deiparæ.

IX.

24 IN Judæorum templo erat vir quidam nomine Joachinus juſtus & dives, qui feſtis diebus duabus ex facultatibus ſuis ſactis partibus, alteram pauperibus erogabat, alteram vero Deo offerebat. Eaceptus eſt aliquando probro, cùm Deo de more feſto die munus offerret ſuum, à Judæo quodam negante ſas eſſe ei, qui nullo auctus eſſet filio, una cum cætetis dona templo afferre. Attulit ea res tantam homini ægritudinem, ut vitato hominum conſpectu & luce, procul domo ſolitarius vitam ageret, votiſque ac precibus à Deo prolem peteret. Nec minus Anna uxor domi quotidie orabat. Miſit autem Dominus Angelum, qui utrumque bene ſperare juberet, fore enim ut brevi admirandæ ſobolis parentes eſſenr, Deiparæ ſemperque Virginis Mariæ, quæ ſalutem univerſo orbi eſſet allatura. Quæ res eundem, quem oraculum prædixerat, exitum habuit.

Quarto Idus Septemb. Commemoratio S. Baripſabbæ.

X.

25 QUo rempore Judæi per ſnmmam invidiam Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum cruci affixere, Jacobus quidam aſtans cruci, cum de perfoſſo lancea latere Domini vidiſſet ſanguinem, & aquam prodeuntem, accurrens eacepit cucurbita pretioſum Jeſu ſanguinem, atque apud ſe occultavit, quoad ſub extremum vitæ ſuæ tempus, re tota duobus ſolitariis viris detecta, ſanguinem illis commendavit, qni per manus deinceps traditus poſt multas ætates pervenit in poteſtatem cujuſdam hominis Baripſabbæ nomine, qui per pretioſum illum ſanguinem pluribus ſanitatem reſtituit. Qua re animadverſa qnidam impii in eam ſpem venerunt, ut ſi Baripſabba interfecto, potirentur ipſi pretioſo ſanguine, magnum eſſent ea eo quæſtum ſacturi. Igitur noctu adorti hominem interficiunt. Sed iſti qui ſpe & opinione tam pretioſum ſanguinem jam devorarant, nihil Deo volente, invenerunt: ille vero felicem reddidit ſpiritum.

Eodem die: Certamea Sanctaram Martyrum, & Sororam, Menodoræ, Nymphodoræ, & Metrodoræ.

26 MEnodora, Nymphodora, & Metrodora ſorores in Bithinia natæ habitabant in Pytbiis ubi Thermæ erant. Hæ imperante Maximiauo Chriſtum ſumma pietate colentes, atque in nomine ejus Græcos docentes, ob eamque cauſam correptæ à regionis Præſecto, Chriſtum apertiſſime profeſſæ ſunt. Quamobrem Menodoræ ſorori maaimæ virgis cæſæ contundutur femora, & crura ſcipionibus, qnibus in tormentis ſemper Deum precata, mortua eſt: cujus reliquias juſſit Præfectns aote alias ſorores apponi, ut terrorem illis incuteret, hortabaturque ut Diis ſacra facerent, ne eadem quæ ſoror paterentur; ſed cnm nihil dicendo efficeret, juſſit lictoribus, ut & ipſas occiderent; qui arreptas ſtatim ferreis vectibus adeo contundere, ut perfractis omnibus membris moterentur, ſepultæque ſunt prope Thermas multis ſanitatem reſtituentes.

Tertio Idas Septemb. Certamen SS. Martyram Diodori, & Didimi.

XI.

27 DIodorus, & Didimus Chriſti Martyres nati Laodiceæ Syriæ cum docerent paſſim in nomine Domini Dei noſtri Conditoris Cœli, & Terræ, eorumque, quæ ſupra intraque terram cœli ambitu continentur, ac multos ab impietate ad Chriſti cultum converſos baptizarent, delati ab impiis Græcis ad Laodiceæ Præfectum, ad illius tribunal producuntur, interrogatique cum ſe ipſos Chriſtianos affirmarent, acriter

va-

Digitized by Google

popularunt, diuque torti cum non ſolum in Chriſti profeſſione conſtanter perſiſterent, ſed Idolorum etiam impoſturas vehementer reprehenderent, Præfectumque ut impium, & iniquum magna verborum contumelia inſectarentur, & conſpuerent, quod veri Dei deſertor ſalſorum eſſet cultor Idolorum, in ipſis cruciatibus orantes, agenteſque Deo gratias mortui ſunt.

Eodem die; Certamen S. Martyris Jæ, quæ in Perſide martyrium paſſa eſt.

28 JA Chriſti Martyr nata Caſtri Romani, quod oppidum eſt in finibus Romani Imperii ex adverſo Perſidis, abducta ab hoſtibus captiva una cum novem millibus Chriſtianorum ad Saporium Perſarum Regem, cum Chriſtianæ fidei apud regem accuſata eſſet, traditur Magorum principibus ut ſupplicio afficeretur. Quæ cum nulla tormentorum acerbitate propoſita, deterreri à Chriſti cultu poſſet, quin potius eos rideret, includitur in carcerem, ut integrum annum fame conficeretur. Deinde educta horrentibus maiorum punicorum virgis cæditur. Poſt hæc igitur cuſtodiæ traditur. Quinto autem decimo poſt menſe emiſſa tribunali Archimagorum ſiſtitur, cujus manus, femora, cruraque haſtili tenuibus aſtringi uſque adeo funibus juſſere, quoad crepitum, & ſtridorem illius oſſa ederent; ad hæc lumbos, ventremque nervis bubulis cædi, cum Deo illa gratias ageret tandem caput à cervicibus abſcindi.

Eodem die; Commemoratio S. Theodoræ Alexandrinæ.

29 THeodora ſancta floruit Imperatore Zenone. Hæc fœmina forma inſigni, & locupletum parentum filia nupſerat viro pio ac timenti Deum. Dives autem quidam, cum à diabolo commotus arderet mulieris amore, adhibita lena factus eſt voti ſui compos. Poſt commiſſum autem peccatum, Theodora cum facti pœniteret, neque peccati ignominiam perferre poſſet, exuta muliebri ſtola induit virilem pauperis togam, ingreſſaque virorum ſeptum ſeipſa Theodorum nominavit, cum interim vir ejus in luctu perpetuo ac ſqualore jaceret uxoris deſiderio: quæ tantas tentationes Dæmonum pertulit, adverſus quem graviſſimum ſuſceperat certamen, ut non ſolum peccati labem elueret, ſed magno etiam ſæpe miraculorum honore dignata à Deo fuerit. Poſtquam autem diem ſuum obiiſſet, dum more ablueretur, quæ ad eam diem habita à Monachis vir fuerat, inventa fœmina eſt, cujus facti gloriam Deo Monachi tribuentes, ſummis illam laudibus efferebant.

Pridie Idus Sept. Certamen S. Martyris Autonomi.

XII.

30 AUtonomus Martyr Epiſcopus, Italia in quo tempore Diocletianus Imperator infectabatur Chriſtianos, relicta Italia, profectus in Bithiniam, à Cornelio quodam Chriſtiano exceptus perhumaniter eſt: ubi cum Michaelis Eccleſiæ Principis militiæ præfuiſſet, creaſſetque in ea Cornelium Epiſcopum, abiit Claudiopolim: quo in loco, cum verbum Dei prædicaſſet, reverſuſque ut Cornelium viſeret, & publicum in Michaelis templo munus obiret, eam ſibi Græcorum iniquiſſimè ferentium Chriſtum ab eo, neglectis Idolis, adorari, invidiam conflavit, ut furore accenſi, obſervato tempore, quo ſacris operabatur, inſilirent in templum, atque iis, qui circa eum obverſabantur, gladiis, ac fuſtibus in fugam verſis, ſanctum virum in ipſo altari crudeliter necarunt, cujus anima ad cœleſtem Martyrii coronam advolavit.

Eodem die, Certamen S. Martyris Cornuti.

31 COrnutus Martyr Iconii natus, Presbyter prius fuit, ac timens Deum. Hic commota in Chriſtianos perſecutione, cum Iconii Præfectus crudelis atque omnis humanitatis expers, juſſus eſſet torquere eos, qui in ea terra Chriſtum ſequerentur, cæteris omnibus metu dilapſis, Cornutus ab omnibus deſtitutus obviam Præfecto proceſſit, interrogatuſque cum audacter Chriſtum confiteretur, & ſe ipſum Chriſtianum prædicaret, ambagioſas autem Idolorum ludificationes, & vanitatem accuſaret, ipſumque Præfectum irrideret, correptus eſt, pedibuſque tenui fune aſtrictis per urbis plateas, & vicos trahitur uſque adeo, donec ſanguis fluvii inſtar efflueret in terram, cum interim ſemivivus Deo gratias ageret, & diu tortus, Chriſtum ad extremum uſque ſpiritum invocaret, poſtremo Præfecti juſſu capite damnatus ſanctum Deo reddidit ſpiritum.

Eodem die, Certamen S. Mart. Theodori Alexandrini.

32 THeodorum Martyrem pium, ac virtute præditum, cum liberius Chriſtum prædicaret, eundemque rerum omnium opificem conſtanter aſſereret, Alexandrinus populus Idolorum ſuperſtitioni addictus, in unum coactus captum acriter torſit. Deinde caput ejus corona ſpinis contexta cinctum baculis feriens per urbem vinctum traducebat, ſalſis illudens ſallibus. Poſt hæc in mare demerſum leviſſimus ventus in littus ejecit incolumem. Rurſuſque comprehenſus ad Præfectum rapitur, qui cum Sanctum virum à Chriſti fide avertere non poſſet, ſcipionibus iterum lacerat, gloriam Deo in ipſis cruciatibus dantem, ac gratias ejus nomini agentem. Poſtremo Præfecti ſententia ad ſupplicii locum abductus mortem capitis damnatus occubuit, Deo ſpiritum reddens.

Idibus Sept. Certamen SS. Martyrum Macrobii, Gordiani, & Sociorum.

XIII.

33 MAcrobius Cappadox, & Gordianus è Paphlagonia, Licinio Imperatore Martyrii palmam adepti ſunt, qui cum integra florentique eſſent ætate, ſingulari fortitudine, ac ſapientia, præterea egregia corporis forma, diligebantur maxime ab Imperatore, obibantque id muneris, ut ad Imperatoris menſam conſiſterent; ſed fidei Chriſtianæ accuſati, cum nec verbis, nec minis à Chriſtiana religione deterreri poſſent, relegantur in Scythiam. Atqui Sancti viri prævertentes illuc invenere Zoticum, & Lucianum, & Heli fortiſſime pro Chriſti nomine pugnantes. Nam Zoticus, & Lucianus primum diutius torti, gladio deinde cæſi ſunt. Ipſi autem cum Heli è carcere emiſſi, hic quidem capite damnatus morte occubuit: illi vero in ignem conjecti exuſti ſunt: Valerianus autem ſuper Sanctorum ſepulchro deplorans animam Deo reddidit.

Eodem die, Certamen S. Sacro-Martyris Juliani in Ancyra Galatiæ.

34 LIcinio Imperatore, cum vulgò ſæviretur in Chriſtianos, erat prope Ancyram Galatiæ Julianus ſumma pietate presbyter, qui vitandæ perſecutionis cauſa, in montem arboribus conſitum ſeſe recepit, atque in ſpecu cum quadraginta duobus aliis ſe abdidit. Erat autem prope montem Idolum Ecates. Huc cum veniſſet Præfectus Ancyræ ſacrificandi cauſa [illegible] Sed cùm ſortirentur ſancti viri quotidie, quis eorum ex proximo fonte aquam hauriret, quam cæteris bibendam præberet, obtigit Luciano, ut aquaret, qui conſpectus a Græcorum quibuſdam, comprehenſuſque & vinctus ad Præfectum adducitur. Quem cum percontaretur Præfectus de reliquis, nihilque ex eo elicere aut exprimere poſſet, imo cum Julianus, nemine ſociorum prodito, Chriſtum tamen liberius profiteretur, ejus capiti candens caſſis inducitur; deinde ferreis unguibus graviſſime ſcalptus, ac tortus capite damnatus Martyrii coronam adeptus eſt.

Decimo octavo Cal. Oct. Commemoratio exaltationis pretioſæ, & vivificæ Crucis.

XIV.

35 COnſtantinus Magnus, primuſque Chriſtianorum Imperator, gerebat aliquando pro imperio bellum, ut quidam dicunt, Romæ adverſus Maxentium, ut vero alii ſentiunt, adverſus

Scy-

Scythas ad Danubium fluvium, qui cum magnas hoſtium copias cerneret, æger animo, inopſque conſilii de rei exitu ſecum dubitabat; ſed noctu oſtenſo ſibi divinitus Crucis ſigno, cum hujuſcemodi inſcriptione, *Conſtantine, in hoc ſigno vinces*. erectus, & confirmatos animo ſimillimam illi crucem effinxit, quam in prælio præferens hoſtes egregie vicit. Quamobrem baptizatur cum Helena matre, quæ conquirendæ Dominicæ Crucis ſtudio Hieroſolymam venit, oſtenſamque ſibi a Cyriaco Judæo, qui poſtea Epiſcopus fuit, Crucem Imperatrix cum Senatu adoravit, & amplexata cupidè eſt. Populus autem, cum ſummo teneretur adorandæ Crucis deſiderio, neque id ſibi per infinitam hominum turbam facere liceret, petiit ut ſibi etiam adorandæ Crucis poteſtas fieret. Igitur Epiſcopo de ſuperiore loco exaltatam Crucem oſtendente in hanc vocem magna cum acclamatione populus erupit. *Kyrie eleiſon*. Ex eo factum eſt, ut quaſi penicillo quodam efficta expreſſaque fuerit Dominicæ Crucis exaltatio.

Eodem die, Certamen Sancti Papæ Martyris.

36 EGregius bello Martyr Chriſti Papa Lycius Imperatore Maximiano cum rectam fidem doceret, & libere Chriſtum confiteretur, multiſque Græcorum, ut in illum crederent perſuaderet, proditur regionis illius Præfecto: comprehenſus igitur graviſſime cæditur: deinde confractis omnibus corporis oſſibus ſublatus diutiſſime ſcalpitur. Poſt hęc induitur calceamenta ferrea, clavis ingentibus, & acutis confixa, cogiturque concitatum equorum curſum æquare, ab urbe ſua ad Diocæſaream, atque inde Seleuciam uſque. Cui in hunc modum currenti, obviam facta fæmina quadam, quæ lineo panno ſanguinem ejus abſtergebat oſculabaturque cum lacrymis. Denique ſubter caprificum collocatus uſque adeo cæditur, quoad ſpiritum Deo redderet, quo mortuo cœpit eſſe ficus fructifera.

Decimo Sept. Kalen. Octob. Certamen S. magni martyris Nicetæ.

XV.

37 NIcetas præclarus Chriſti Martyr Gothus, nobilitate, & divitiis inter populares ſuos florens imperante Conſtantino Magno fide Chriſti à Theophilo Sanctiſſimo Gothiæ Epiſcopo imbuitur, cum eum in duas factiones tota Gothorum gens abiiſſet, atque utraque ſuum ſibi principem ſeorſum creaſſet, confugit alter principum ad Romanorum Imperatorem: cui cum ſuſcepta in contrariæ factionis tyrannum expeditione, inſignem ex eo bello reportaſſet victoriam. Gothoſque in poteſtatem ſuam redegiſſet, ex eo tempore Chriſti fides inter Gothos diſſeminata eſt, quam cum Gothorum primus Nicetas arripuiſſet, ſumma & ipſe libertate cæteros docebat: ſed poſtquam reverſus eſt Imperator, Gothi infideles furore correpti, concitata in Chriſtianos perſecutione, alios quidem aliter torſere, Nicetam autem gravibus ſuppliciis affectum igni tradidere.

Eodem die, Commemoratio Sancti Patris noſtri Philothei Thaumaturgi.

38 PHilotheus Thaumaturgus ſectator Opſicii, presbyter magnus Dei cultor ab adoleſcentia fuit, quippe qui jejuniis, & vigiliis, & orationibus aſſiduè vacaret, divitias ſuas pauperibus diſtribueret, & luctu, & fletu vitam traduceret, ſecum reputando graviſſimas in altero ſęculo peccatorum pęnas ignis per gehennam, atq; per vigilem vermẽ, multis prodeſſet, multos doctrina ſua fortes redderet. Cum igitur munus ſuum Deo inculpate obiret, dignus fuit qui multa admiranda efficeret, ut dæmones effugare, ægrotos ſanare, leproſos mundare, pluvias in maxima ſiccitate deducere. Deus enim voluntatem timentium ſe facit, preceſque eorum exaudit. Præter hæc admiranda opera omnibus etiam ſui ipſius conveniendi copiam faciebat. Poſtea vero quam in pace quievit, ex pretioſis illius oſſibus ſepulchro conditis manat mirum in modum ſalutare oleum in hunc uſque diem.

A

Eodem die, Certamen Sanctorum Martyrum Maximi, Theodoti, & Aſclepiodotes.

39 MAximus, & Theodotus nati Marcianopoli Thraciæ docebant Imperatore Maximiano Chriſtianorum perſecutore verbum Dei, incedentes in omnibus ejus præceptis die, ac nocte: cumque multos ab Idolorum errore ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum converterent, comprehenſi à copiarum duce, cæſi primum virgis, & ferreis ungulis pexi, donec oſſa apparerent, deinde præciſis manibus, ac pedibus in terram pro mortuis objecti ſunt. Poſt hæc in plauſtra conjecti Adrianopolim vehuntur, ubi de integro impii verbis aggreſſi à ſancto propoſito ad Idolorum cultum Martyres avertere conabantur. At illi irridentes aſſerebant Deos gentium eſſe Dæmonia, atque una cum cultoribus ſuis execrandos: quare capite damnati morte occubuerunt. Aſclepiodote autem, ut ſanguine cum illis conjuncta, ita & Martyrii ſocietate facta migravit ad Dominum.

B

Eodem die S. Martyris Porphyrii Certamen.

40 POrphyrius Martyr Imperatore Juliano prævaricatore, cum inimicam ſacrilegamque artem exerceret, Imperatorem locis, ac ſalibus, dum occumberet, delectabat. Verum cum animadvertiſſet illum; neglecto Jeſu Chriſto, colere pro Diis ea, quæ ipſe fabricarat Idola, zelo accenſus vehementer eum objurgavit, coram univerſo ſenatu, prævaricatorem impium, ac ſceleſtum identidem appellando, atque in Deum ingratum, cui non Imperium, non tanta beneficia in ſe collatà referret accepta. Quare excandeſcens Julianus variis eum prius, acerbiſque tormentis diutius affecit, totum deinde illius corpus ſcuticis adeo fœde cædendo laceravit, ut omnia oſſa nudarentur: poſtremo capitalem in eo ſententiam tulit. Quamobrem vinctum, & ad locum ſuplicii adductum obtruncavere carnifices. Ille vero pro temporario Imperatore immortalem, pro corruptibilibus deliciis æternam

C

adeptus eſt felicitatem.

Eodem die, Commemoratio S. Urbis Romanæ Papæ Martini.

41 MArtinus, qui in Sanctis Patribus noſtris, & Confeſſoribus annumeratur, Imperatore Conſtantino Heraclii filio, cum reſciviſſet, Conſtantinum, & Paulum Conſtantinopolitanum Patriarcham Monothelitarum hæreſim ſequi, monuit eos per litteras, ut hæreſim abjurarent: ſed cum nihil effeciſſet, convocato Romam Concilio, anathemate damnavit, & hæreſim, & qui huic addicti eſſent. Id ubi cognovit Imperator, Martinum Conſtantinopolim accerſit, polliceturque ſe fore in illius poteſtate, cum tamen omnia per ſimulationem, & fraudem ageret. Veniens ergo Martinus cum ſumma ignominia accipitur, boniſque mulctatus, ac proſcriptus in tenebricoſum includitur carcerem ab Imperatore, & Patriarcha. Deinde Cherſonam relegatus confectus annis multaque gravia paſſus mortuus illic eſt.

D

Eodem die, Certamen S. Martyris Meliteæ.

45 MElitene Martyr Marciopolitana Antonino Romanorum Imperatore, cum Chriſtum prædicaret, comprehenſa ab ejuſdem urbis Prę fecto Antiocho, confeſſaque ſe Chriſtianam eſſe graviſſime cæditur. Deinde pertracta in Idolorum templum ut Diis immolaret, precibus ſuis impetravit à Deo ut Idola conciderent, & in pulverem redigerentur. Ex quo factum eſt, ut Græcorum multi una cum Præfecti uxore in Chriſtum crederent: Quare in carcerem detruſa deinde educta nudataque ſublime rapitur, ejuſque latera ſcalpuntur. Rurſuſque in alterum templum ut Diis ſacrificaret, ducta, Deum precata eſt, ſtatimque cullapſa Idola in fruſta conteruntur. Quamobrem lata à præfecto ſententia abſciſſum eſt Martyri à cervicibus caput; cujus reliquias Atacius quidam pius ac timens Deũ tranſlatas in inſulam Lemnon ſepulcro condidit.

Decimoſexto Cal. Octob. certamen Sanctarum Virginum, ſororumque, Fidei Spei, Charitatis, Sophiæque earum matris.

XVI.

43 SOphia Itala, Chriſtianæ fidei ſtudio, & deſiderio cum tribus filiabus Fide, Spe, & Charitate Romam profecta eſt, Adriano Imperatore. Baptizatæ occulte ab ejuſdem urbis Antiſtite, docebant, quam ipſæ didicerant, fidem, multoſque ad Chriſtum convertebant: quod ubi reſcitum eſt, correptæ ab Adriano tortæ fuerunt; & prima quidem Fides duodecimo ætatis anno elata, ſcalptaque obtruncatur. Secundo loco ſoror ejus Spes decimum annum agens, virgis, & ipſa capite damnatur. Tertio Charitas nonum annum nondum egreſſa in fornacem injicitur: ſed educta illæſa gladio percutitur. At mater Sophia gratias agens de omnibus ad ſepulchrum, in quod filias intulerat, advoluta, deploranſque animam Deo reddidit.

Eodem die, certamen S. Martyris Agathocles.

44 AGathocle martyr profeſſione Chriſtiana ſerva Nicolai cujuſdam Paulinæque uxoris ejus, qui prius Chriſtiani, deinde Chriſtianæ fidei deſertores ad idololatriam defecerant, ſollicitabatur & ipſa, ut abjurato Chriſto ad Idolorum cultum ſe transferret. Verùm ubi fruſtra ſpe, & metu ſæpius tentatis, in fide Chriſti maneret, annos octo torquetur, adhibita interdum varia ſupplicia quæſtioni, nam aliàs quidem ſpondylum, & faciem aſperis lapidibus, aliàs verò caput, & humeros virgis cædebant: ſed ubi expugnari animus martyris non poteſt, ut fidem commutaret, ferreis fidiculis comminuitur, tum præciſa lingua in carcerem conjicitur, propoſito edicto, ne quiſque audeat cibum illi præbere: ſed diſpenſante, ac diſponente Deo Luſcinia avicula avellanis nucibus alebat Martyrem. Domina autem ejus longioris moræ impatiens, carcerem ingreſſa candenti vecte ferreo eam interemit.

Eodem die, certamen Luciæ Viduæ, & Geminiani filii ejus ſpiritualis.

45 LUcia martyr Romana opibus, ac generis nobilitate valde inſignis floruit Maximiano Imperatore. Hæc nonageſimoquinto ætatis ſuæ anno, nam trigeſimumſextum in viduitate explerat, cum filium ſuum legitimum Eutropium nomine Idolorum ſuperſtitioni addictum in Chriſti partes trahere ſumma contentione ſtuderet, tantum abfuit, ut de ſententia ille decederet, ut matrem etiam ipſe ſuam ad Maximianum deferret. Quamobrem correpta, cum in Chriſti fide perſeverans Diis immolare recuſaret, in cacabum ferventi plumbo & pice plenum injicitur, ſed indemnis inde, & incolumis egreſſa, traducta per urbem, & circumacta cæditur; cui Geminianus Sanctus obviam factus, conſecutuſque eam, & paulo poſt baptizatus, appellatur ſpiritualis illius filius, atque una cum Lucia in conſpectum Maximiani veniens ſeipſum Chriſtianum profitetur. Quamobrem tormentis afficitur; ſed ab Angelo Taurominium abducti, ibi alter gladio à Præfecto percutitur, altera in pace obdormivit.

Decimoquinto Cal. Octob. certamen Sancti Sacromartyris Symeonis Epiſcopi Hieroſolymitani.

XVII.

46 SYmeon Sacromartyr floruit Trajano Imperatore ſecundus ab Jacobo Fratre Domini Hieroſolymorum Epiſcopus. Erat enim patruelis, & ipſius Domini, & Jacobi, natus Cleopha. Hic enim & Joſephus pater Domini ſecundum carnem nominatus, germani fratres erant. Symeon autem accuſatus à Judæis, quod Chriſtum prædicaret, comprehenſus à Græcorum præfectis graviſſime cæditur. Deinde multa in equuleo paſſus tormenta, in carcerem includitur, ut fame, & ſqualiore conficeretur, inde ejectus cum nulla ratione adduci poſſet, ut Chriſti deſertor eſſet, cruci clavis affixus morte occubuit, annos natus centum, & viginti, cu-

A jus ſacrum corpus propinqui terræ commendarunt; felix vero anima in cœlum evadens cum Sanctis Angelis gaudiis fruitur ſempiternis in Chriſto Jeſu Domino noſtro.

Eodem die, Commemoratio Sancti Eumenii Thaumaturgi Gortinæ Epiſcopi.

47 EUmenius Thaumaturgus ab adoleſcentia ſua Chriſtianus, ſumma Deum pietate, & timore colebat. Nam cum divitias, & facultates ſuas omnes pauperibus erogaret, ipſe tamen per omnem vitam jejuniis, atque orationibus vacabat, mandatumque illud Apoſtoli diligenter perſecutus: Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus, oculos lacrymis ſemper conſperſos circumferebat. Illud præterea in eo viro animadvertendum, quod obtrectatoribus claudebat aures, cum neminem ipſe condemnaret, imo ſi cujus forte peccatum audiſſet, putabat ſe illum ipſum eſſe qui peccaſſet: ob hæc igitur recte facta, delectus à Clero, & populo Gortinæ urbis Cretæ Epiſcopus deſignatus eſt. Quo in
B pontificatu cum multos annos vixiſſet, multaque populo docuiſſet, quæ ad cœlum pertinent, multaque miracula edidiſſet, quievit in pace, in hanc uſque diem miraculorum frequentia, & magnitudine inſignis.

Eodem die, certamen Sanctæ Martyris Ariadnes.

48 ARiadne martyr floruit Adriano & Antonino Imperatoribus. Hæc Chriſtiana, & cujuſdam opulenti hominis, qui Phrygiæ principatum tenebat, ſerva, die quodam, cum herilis filii natales celebrarentur, compellitur ab hero, ut Idolorum phanum ingreſſa feſtum ſecundum diem agitaret. Quod facinus execrata crudeliſſime cæditur, deinde carceri tradita inedia necatur, inde ad Regionis Præfectum adducta, ut torqueretur: cui Diis ſacrificare recuſanti, & idcirco in equuleum delatæ latera ſcalpuntur: ſoluta ab equuleo, arrepta occaſione ad montem fugam intendere cœpit. Quod ubi cognovere milites, inſecuti cum armis eam ſunt, quæ cum nullum ſibi patere effugium cerneret, im-
C ploravit divinitus auxilium, ſtatimque petra, quæ diſciſſa, atq; in partes divino imperio deducta Martyrem alveo ſuo exceperat, iterum clauſa, & coagmentata, & jucundum illi vitæ finem attulit, & mortuæ ſepulcrum fuit.

Decimoquarto Cal. Octob. ſanctorum Martyrum Trophimi, Dorimedontis, & Sabbatii.

XVIII.

49 TRophimus & Sabbatius Martyres imperatore Probo cum ſpectacula in hippodromo ederentur Antiochiæ, ejus quæ Piſidiæ, ingreſſi theatrum, videnteſque Idolis Græcos ſacrificare, ſummo dolore affecti hujuſmodi verbis Deum precati ſunt: Da Domine hominibus his, ut neglecto Idolorum cultu, te ſolum Deum noſcant, & quem miſiſti Unigenitum Filium tuum cum Spiritu Sancto. Quibus ex verbis cogniti Chriſti cultores eſſe, comprehenduntur à Præfecto. Trophimus igitur prior cæſus, & ſcalptus in vincula conjicitur. Productus vero Sabbatius, cum in Chriſti confeſſione
D perſeveraret, uſque adeo cæditur & excarnificatur, donec ſpiritum Deo redderet. Poſthæc eductus carcere Trophimus, indutuſque ferrea calceamenta, mittitur ad urbis Synadæ præfectum, à quo etiam tortus cuſtodiæ traditur. Adiit autem ſanctum virum Dorimedon, ex cujus congreſſu Chriſtianus factus paulo poſt una cum Trophimo capite damnatus morte occubuit.

Eodem die, Certamen Sancti Sacromartyris Januarii Epiſcopi Beneventani, & ſociorum ejus.

50 JAnuarius Sacromartyr, Diocletiano Imperatore Epiſcopus Beneventanus ob Chriſti confeſſionem, ſimulque Soſſus, Proclus, Eutychius, & Acutius Diaconi in vincula Puteolis conjiciuntur. Timotheus autem regionis Præfectus Puteolos profectus, eductum carcere Sanctum in caminum injecit: ſed cum inde incolumis evaſiſſet, majori correptus furore, juſſit nervos pedum ejus præcidi,

quod

Digitized by Google

quod ſupplicii genus eum fortiter pertuliſſet vir ſanctus, iterum in vincula conjicitur; quò cum Feſtus, & Deſiderius Clerici Beneventani viſitandi cauſa veniſſent, correpti & ipſi in carcerem truduntur: inde educti, & ad beſtias damnati, nullaque in re ab iis læſi obtruncantur.

Eodem die, certamen Sanctorum Martyrum Nili, Pelei, Heliæ, & ſociorum ejus.

51 NIlus, Peleus, Heſias, & ſocii centum numero, Ægyptii genere, cum Chriſtum liberius prædicarent, ab Idolorum cultoribus effoſſo dextro ſingulis oculo, præciſiſque ſiniſtri pedis nervis, & articulis in vincula abripiuntur, quinquaginta autem alii, Palæſtini natione, eadem de cauſa iiſdem etiam affecti ſuppliciis à Regionis Præfecto truduntur in carcerem, deinde cum cæteris reis ad metalla damnantur. Poſtremo cum ad Ducis tribunal producti omnes, nec hortationibus, nec minis à Chriſti ad Idolorum cultum abduci poſſent, axcitari jubet fornacem ardentiſſimam, in quam ſumma alacritate, ſummiſque Deum extollantes laudibus ingreſſi ſunt, & exulti.

Decimotertio Cal. Octob. commemoratio Sanctæ Martyris Chriſti Suſannæ.

XIX.

52 SUſanna oſiomartyr in Palæſtina, Artemio Idolorum Sacerdote nata, mortuis parentibus, fide Chriſti à Sylvano Presbytero imbuitur, & baptizatur. Deinde erogatis in pauperes omnibus ſuis facultatibus ingreditur Monaſterii ſepta virili cultu, ſeque Joannem nominavit, ne à quoquam pro viro cognoſceretur: inſimulata aliquando probri à muliere quadam diaboli ſuggeſtione commota, quod rem ſecum habuiſſat, excuſſa Virgine, & inventa fœmina magnum dedit accuſanti dadecus. Poſt hæc inde Eleuteropolim profecta ſe contulit, quo in loco ob egregias animi dotes creatur ab Epiſcopo Diaconiſſa. Quæ cum ſtrenue Chriſtum prædicaret, correpta à Præfecto, diuque torta, atque in carcerem conjecta migravit ad Dominum.

Eodem die S. Megalomartyris Euſtachii certamen, & Theopiſtes uxoris ejus, filiorumque Theopiſti & Agapii.

53 EUſtachius Magnus Martyr dux militaris, Romæ Trajano Imperatore, cui prius nomen erat Placidus, uxori vero ejus Tutiana, promeruit benificentia, & eleemoſynis, ut Deus ipſius ſaluti conſuleret. Viſus eſt enim venanti Euſtachio Chriſtus formam cervi indutus, crucam cum Chriſti imagine inter cornua ſolis radios vincentem præferentis: exceptaque cervi vox eſt: Quid me perſequeris Placide? Ego enim ſum Jeſus Chriſtus: illi igitur crede. Baptizatus ergo cum uxore, & filiis, domoque tota, adeo oppugnatus à Dæmone fuit, ut non ſolum facultatum omnium jacturam faceret, ſed & uxorem captivam duci, filioſque à feris rapi, ſe ipſum autem in tanta rerum omnium ſolicitudine alieno ſuſceptum tecto, mercenaria ſibi opera victum parare coactum. Atqui benigniſſimus Deus in eum, ex quo deciderat, locum reſtituit ſanctum virum, reddita uxore, filiis & omnibus facultatibus. Quæſitus enim ab Imperatore in priſtino dignitatis gradu iterum collocatur: ſed poſtea cognitus eſſe Chriſtianus in æneum bovem ſubjecto luculento igni, una cum uxore, & filiis incluſus migravit ad Dominum.

Duodecimo Cal. Octob. Commemoratio Sanctorum Patrum noſtrorum Iſacii, & Melecii Epiſcoporum Cypri.

XX.

54 ISacius, & Melecius ſancti beatique patres Eccleſiæque Cypri, ille quidem prior, hic vero poſterior Epiſcopi, ſed pari tamen uterque pietate maximum Sacerdotio ſplendorem, & gratiam attulere: quippe qui timorem Domini ſemper ſecum circumferentes, munus ſuum inculpate, & integerrime obirent, omneſque ſuas facultates promptiſſimo animo pauperibus diſtribuerent, & juxta illud Prophetæ tota die miſererentur & commodarent non panem ſolum, ſed fidelem etiam in docendo ſermonem, viduarum vindices eſſent, & pugnatores, pupillos miſericordia proſequerentur, jacentes erigerent animos, doloremque omnes mæſtos conſolando abſtergerent, omniaque deniq; omnibus fierent, ut omnes lucrifacerent, quo vitæ genere meruere, ut miraculorum curationumque magnitudine, & frequentia à Deo redderentur inſignes: qui cum ad ſummam ſenectutem vixiſſent, diverſis quidem temporibus, ſed tamen eodem die ad Dominum, quem ab ineunte ætate ſummo ſtudio coluerant, commigrarunt.

Eodem die Certamen Sancti Martyris Theodori ejus, qui in Perga Pamphiliæ martyrii coronam adeptus eſt.

55 THeodorus Martyr major eo Theodoro, qui in Amaſia annos natus nonaginta ſex martyrium paſſus eſt, floruit Antonino Imperatore. Is in Tyrorum legionem adſcriptus, quod & ætate florens, & ſtatura magnus, & firma totius corporis conſtitutione eſſet, cogebatur rem divinam Idolis facere, ſed neglecta terreſtri militia, atque Imperatore corruptioni obnoxio: Ego, inquit, Cœleſti Regi ſtipendia facio, ex quo de ſacro baptiſmatis fonte ſublatus ſum, terreno autem ſervire, & militare nolo. Quare correptus à Præfecto, cæſuſque in fornacem injicitur, ſed cum inde ne minimum quidem detrimentum paſſus exiiſſet, ea res milites duos Socratem, & Dionyſium miraculi magnitudine attonitos ad fidem Chriſti pertraxit: ſtatimque capitis damnati ſunt, una cum Philippa Theodori matre, quæ paulo ante eo viſendi filii ſtudio venerat. Theodorus autem variis tormentorum generibus excruciatus, noviſſime in crucem actus in Cœlum lætus, & triumphans evolavit.

Eodem die, Certamen Sancti Sacro-Martyris & Apoſtoli Quadrati Epiſcopi, Magneſiæ, & ſociorum ejus.

56 QUadratus divinus Sacromartyr Apoſtolus Chriſti, & Epiſcopus Magneſias floruit Decio, & Valeriano Imperatoribus. Hic cum audiſſet Decium Cæſareæ commorari, profectus Magneſia Nicomediam, ut conventos a ſe, qui in vinculis eſſent, ſanctos adhortaretur ad ſubeundum egregia animi alacritate pro Chriſti nomine Martyrium, cognoſcitur Chriſtianus a Nicomediæ Proconſule: ad cujus tribunal productus cum reliquis martyribus, cum primus Idolorum impoſturas coargueret, Cæſaream ad Decium adducitur, cæteris graviſſime cæſis, atque iterum in carcerem detruſis, a quo cum nulla arte poſſet adduci, ut Chriſtum abjuraret, acceptus per varia tormenta quæſtioni, atque ab omnibus divino beneficio ereptus tandem in caminum injicitur vehementer accenſum, ſed & inde incolumis egreſſus, capitis damnatus morte occubuit.

Eodem die, certamen Sancti Martyris Priſci.

57 PRiſcus Chriſti martyr, Dei amore incenſus, ſummaque Baptiſmatis cupiditate flagrans poſthabita patris impietate Chriſtianus efficitur. Quare longe, lateque pervagatus Chriſtum ſumma dicendi libertate prædicare, Chriſtianorumque animos incendere, ut mortem pro Chriſti fide fortiter oppeterent: Græcorum etiam multos verbo veritatis à ſe inſtitutos baptizare. Quibus rebus concitata in ſe Idololatrarum invidia defertur ad regionis Præfectum, quod maximis Diis contumelias imponeret, & neglectis Cæſarum imperiis, author omnibus eſſet, ut Chriſtum Crucifixum colerent, & adorarent. Quare exarſit vehementi iracundia Præfectus, vociferarique cœpit, ac milites inclamare, ut quamprimum nocentem Priſcum abductum torquerent. Correptus igitur graviſſime cæditur; deinde in equuleum actus excarnificatur, punctimque pugionibus lancinatur & foditur; poſtremo capite damnatus migravit ad Dominum.

*Undecimo Cal. Octob. certamen Sancti Sacro-
martyris Phocæ Epiſcopi Sinopæ.*

XXI.

58 PHocas Chriſti Sacromartyr Sinopæ natus,
& educatus Trajani tempore fuit. Hic a
puero multis mirabilibus factis nobilitatus divino
munere fuit, cum & dæmones fugaret, mortuos
excitaret, & naves in maximo verſantes periculo
ſervaret. Profectus vero Sinopa, Amaſtam, at-
que inde Amiſum, ubique miracula edidit, rever-
ſuſque Sinopam ejuſdem urbis Epiſcopus renuncia-
retur, ubi cum oſtentis, & prodigiis, quibus quoti-
die magis ac magis illuſtris fiebat, magnam Græco-
rum multitudinem ad Chriſtum converſam bapti-
zaret, cognovit hujuſmodi ſpectro imminere ſibi
mortem. Viſus enim ſibi eſt per quietem videre co-
lumbam capiti ſuo inſidentem, quæ porrecta ſibi
corona, hiſce verbis alloqueretur. Accipe Pho-
ca finis tui ſymbolum. Igitur paulo poſt miſſis a
Trajano lictoribus comprehenſus, & diutiſſime
tortus abſciſſo capite in ignem conjectus eſt.

*Eodem die commemoratio Sancti, nobiliſque
Prophetæ Jonæ.*

59 JOnas magnus, & nobilis propheta Judæus
genere miſſus a Deo, ut pronunciaret Nini-
vitis, fore ut poſt triduum Ninive ſubverteretur,
cum bene noſſet Deum, qua eſt in homines clemen-
tia, & bonitate veniam daturum Ninivitis, ſi eos
pœniteret, recuſato Divino mandato conſcenſoque
navigio fugam meditabatur, ſed mare divina volun-
tate efferatum nil propius fuit, quam ut navim ab-
ſorptam devoraret. Quamobrem nautæ id conſilii
cepere, ut per ſortes explorarent, cujus cauſa in
tanto verſarentur ſalutis diſcrimine, quæ cum Jo-
nam indicaſſent eſſe præſentis mali authorem, ar-
reptum præcipitem in mare exturbant, tranquilla-
toque ſtatim mari exceptum cetus Jonam devora-
vit: tertio vero poſt die in terram illæſum expo-
ſuit. Tunc igitur profectus Ninivem præceptum-
que Domini perſecutus rediit in ſuam regionem, un-
de abducta matre ſolum vertit, cum eum puderet
eſſe in patria ſua, quando vana extitiſſet ſua pro-
phetia: Nam Deus pœnitentes Ninivitas miſerari
voluit, cumque multa alia prophetaſſet, in pace
quievit.

*Eodem die commemoratio Sancti Jonæ patris Theo-
dori, & Theophanis Confeſſorum.*

60 JOnas Presbyter pietate, & doctrina inſignis,
fuit pater Theophanis canonum ſcriptoris,
& Theodori beatiſſimi Confeſſoris, illius, cujus fa-
ciem livore perſtrinxit, & vulneravit Leo Cabali-
nus acerrimus imaginum oppugnator, eo quod il-
lum à ſanctarum & Chriſti, & ejus, quæ ſine ſemi-
ne Chriſtum Deum peperit, & omnium ſanctorum
ejus, imaginum adoratione, & cultu deterrere non
poſſet. Hic igitur Jonas remiſſo rebus ſecularibus
nuncio, in Vicum Sancti Sabæ ſeſe recepit, & Mo-
nachus effectus eſt, tantoque ſtudio ſe ipſum jeju-
niis, orationibus, perpetuo luctu, & lachrymis
exercuit, ut cum omnes in ſui admirationem con-
vertiſſet, multis cupiditatem injiceret imitandi vi-
tam illius, nulla quidem labe aſperſam, ſed omni
virtute præditam. Quamobrem dignatus à Deo fuit,
qui multis ad ſe accedentibus ſanitatem reſtitueret.
Quibus in rebus diu cum magna omnium admiratio-
ne verſatus migravit ad Dominum.

*Decimo Cal. Octob. Conceptio Sancti Joan-
nis Baptiſtæ.*

XXII.

61 ZAcharias Propheta, & pater Joannis Ba-
ptiſtæ, Sacerdoſque Dei ingreſſus aliquan-
do templum, ut thus adoleret, ſtantibus extra tem-
plum Judæis, cum vidiſſet Gabrielem Angelum Dei
ſtantem à dextris altaris thymiamatis, perterritus
eſt; Angelus vero his eum verbis allocutus eſt: Ne
timeas Zacharia, exaudita eſt enim oratio tua, &
uxor tua Eliſabeth pariet tibi filium, & vocabis no-
men ejus Joannem, & erit tibi gaudium, & exulta-
tio, & multi in nativitate ejus gaudebunt. Zacha-
A rias autem cum ſe & uxorem ſuam ea ætate proceſ-
ſiſſe cerneret, ut omnis ſibi ſpes ſobolis adimeretur;
Qui fieri, inquit, hoc poteſt? Cui Angelus; Ego
ſum Gabriel, qui aſto coram Deo, miſſuſque ſum,
ut hæc tibi enunciarem, & ecce omnis tibi linguæ
facultas adempta eſt: neque prius ejus vincula ſol-
ventur quam natus tibi fuerit filius, ſtatimque factus
eſt ſurdus, & mutus, quoad natus eſt Joannes.

Eodem die certamen Sanctæ Martyris Traidis.

62 TRais Chriſti martyr, Alexandrina, Vir-
go, & Monacha, egreſſa aliquando ex Cœ-
nobio, ut è proximo ſonte aquaretur, vidit urbis
præfecti navim ad littus appellentem, qui multos
ſecum Chriſtianos ducebat catenis conſtrictos,
Presbyteros, Diaconos, Mulieres ſanctas, & Vir-
gines, accurrenſque & ſciſcitata ex virginibus quam
ob rem eſſent in vinculis, quibus reſpondentibus ob
Chriſtum, ut pro illius nomine martyrium ſubeun-
tes, ſalvæ ſimus, impetravit à lictoribus, ut & ſibi
catenas injicerent. Ducti igitur Sancti Antinopo-
B lim, multiſque à præfecto excruciati tormentis, cum
in fide Chriſti conſtantiſſime ad mortem uſque per-
ſiſterent, damnati omnes capite ſunt, primaque
omnium Trais obtruncata.

*Eodem die commemoratio Sanctarum Mulie-
rum Xantippæ & Polixenæ.*

63 XAntippa, Claudio Imperatore, Probi Hiſ-
paniæ præfecti uxor, cum in eam terram
Paulus Apoſtolus veniſſet, Chriſtumque prædica-
ret, adiit Apoſtolum, atque ab eo Chriſti fide im-
buta, baptizataque perſuaſit & viro ſuo Chriſti cul-
tum. Polixena autem ejus ſoror edocta quidem tunc
ab eodem Apoſtolo fuit, ſed poſt ejus diſceſſum, cum
audiſſet Andream Magnum Apoſtolum partis A-
chajæ verbum veritatis prædicare, profecta ad eum
eſt, à quo, poſteaquam perfectius, quæ ad Chriſti
fidem pertinent, didiciſſet, baptizataque eſſet, re-
diit in ſuam regionem, ubi cum magnam hominum
multitudinem, etiam ipſa, & Xantippa omni vir-
tutum genere fulgens ad Chriſti fidem traxiſſent,
C obdormiere in Domino.

*Nono Cal. Octob. certamen Sanctæ Protomar-
tyris Theclæ.*

XXIII.

64 THecla Protomartyr Iconienſis mulieris cu-
juſdam, & generis nobilitate, & rerum
opulentia inſignis, Theocliæ nomine filia audivit
Apoſtolum Paulum, cum Iconium profectus, ver-
ba Dei domi Oniſiphori doceret, & credidit, æta-
tis ſuæ anno decimo octavo; collocata autem in ma-
trimonium Thambridi homini opulento, neglecta
matre, viro, divitiis, adjunxit ſe Apoſtolo, cum
quo Antiochiam Piſidiæ profecta, damnatur ad be-
ſtias, ab Alexandro Præfecto, ſed nulla in re ab his
læſa traditur tauris, à quibus etiam Dei beneficio
liberata, multos ad Chriſtum convertit, adjuta ab
hoſpite ſua Triphæna ſingulari pietate fœmina. In-
de in patriam regreſſa in monte non procul Seleucia
vitam otioſe agebat, miraculorum celebritate illu-
ſtris, unde cum eam nefarii quidam homines abſtra-
D here, & violare tentarent, petra in partes diſciſſa
excepit ſanctam annos nonaginta natam.

*Octavo Cal. Octob. memoria terrarum ob magnum
terræmotum, puerumque per aëra raptum.*

XXIV.

65 IMperatore Theodoſio majori, terræmotus
horribilis Conſtantinopoli factus eſt, qualia
nunquam mortalium memoria extitit. Quare po-
pulus univerſus cum Imperatore, & Patriarcha re-
licta urbe exiit in apertum ſeptimo ab urbe milliari,
ibique commorabatur, quod nulli conſiſtere in Ur-
be per aſſiduos terræmotus liceret; dum autem ſup-
plicationes ab eo loco in campum Tribunalio proxi-
mum haberentur, atque illis verbis, *Sanctus Deus,
Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis*, hæc adderen-
tur, *Qui pro nobis crucifixus eſt*, quæ ex eorum blaſ-
phema hæreſi erant, qui divinitatem etiam in Cru-
ce paſſam eſſe aſſerebant, arreptus de media turba
repente puerulus per aërem ferebatur; atque cum

omnes

omnes perterriti conclamarent. *Kyrie eleiſon*, puerulus tanquam nube delatus quietè deſcendit, indictoque ſilentio, dixit; Angelorum Choros Ter ſanctum hominum ſine ille appendicula, *qui pro nobis crucifixus eſt* concinere. Tantam hęc dixit puer, cum ſtatim mortuus concidit, ſimulque cum hæreſi finem habait terræmotus: cum interim omnes admirabondi ingentem Deo gloriam tribuerent.

Eodem die certamen Sancti Sacromartyris Paphnutii.

66 SUmma impii Diocletiani crudelitas plurimos Chriſtianoram non ſolum ex laicis, ſed ex Monachis effecit martyres, ex quorum numero eſt Paphnatius ſanctus, qui ab Ægypto oriundus remiſſo ſeculi negotiis nuncio, maximam vitæ partem in eremis tranſegit; ſed cum plurimos Græcoram ab impietate ad Chriſti cultum traduceret, ejuſque cauſa multi abriperentur à Præfecto in vincula, juſſus ab Angelo, quærenti Præfecto altro ſe obtulit, in cujus conſpecta liberius Chriſtum confeſſus, catenis conſtringitur ferreis, tum in equuleum actus, eo uſque depectitur, donec illius viſcera in terram profluerent. Verum, cum, illis rurſus ab Angelo compoſitè in locum ſuum reſtitutis, ſanctus effectus, multos ad Chriſti fidem traxiſſet, mittitur à Præfecto cum cæteris fidelibus ad Diocletianum, à quo palmæ affixus martyrii coronam adeptus eſt, neque una eodem die quingenti quadraginta ſeptem Martyres pro Chriſti nomine mortem oppetiere.

Eodem die commemoratio ſanctæ Euphroſynæ, quæ mutato nomine ſe ipſam Smaragdum nominavit.

67 MUltæ ſunt ſalutis viæ. Etenim Euphroſyna opulenti hominis filia cum ſibi nuptias ornari reſciviſſet, ipſaque à nuptiis mortalis viri prorſus abhorrens Chriſti ſponſa eſſe innnimum induxiſſet, confugit ad quendam ſenem ſanctumque hominem, à quo ſacris initiata, cum timeret ne a patre cognoſceretur, ſumpto virili cultu mutatoque nomine ſe ipſam Smaragdum appellavit, atque in viroram Monaſterium ſeſe contulit, quod & pater ſuus frequens adibat, ſæpeque cum Monaſterii Abbate congreſſus dolorem, quem ex filiæ fuga conceperat, illi aperiebat, inſpectante, & audiente plerumque filia, doloremque eadem de cauſa præſeferente, cum tamen interim nunquam ab eo cognoſceretur, cum autem decem, & octo annos in Monaſterio vixiſſet, incidit in morbum, & accerſito patre dixit. Ego ſum filia tua, ne triſtare, ſtatimque in Domino obdormivit.

Septimo Cal. Octob. Tranſlatio ſancti Joannis Theologi & Evangeliſtę.

XXV.

68 JOannes Apoſtolus Magnus, & Evangeliſta poſt Domini Aſcenſionem & Deiparæ obitum, venit Epheſum, Chriſtum evangelizans, delataque ob eam cauſam ad Domitianum Imperatorem relegatur in inſulam Pathmos, ubi ſanctum Jeſu Evangelium conſcripſit. Functo autem vita Domitiano revocatus ab exilio redut Epheſum, ubi cum multos, & docendo, & baptizando in Chriſti partes traxiſſet, tempus, quo è vita diſceſſurus erat, prævidit. Dominico igitur die cum Fratres docuiſſet, & magna Dei opera dicendo extuliſſet, imperavit diſcipulo, ut paratis hominibus, & quæ ad fodiendum opus eſſent inſtrumentis ſe conſequeretur, quos in locum quendam ductos, juſſit egeſta altè terra ingentem in Crucis figuram foſſam perducere, in quam ingreſſus, paceque fratribus imperita ſeſe in foveam compoſuit reſupinum, quo operto diſcipuli diſceſſere, verum paulo poſt regreſſi viſendi ſtudio, vacuam & inanem repetere.

Sexto Cal. Octob. certamen ſanctę Martyris Epicharis.

XXVI.

69 EPicharis Chriſti martyr Diocletiano Imperatore comprehenſa, à Cæſareo prætore, conieſtaq; libere Chriſtum, ſublata in equuleum excarnificatur: deinde malleis plumbeis percutitur à

A quatuor militibus, quibus fuſa prece à martyre de medio ſublatis, conſuluit prætori aſſeſſor, ut in illam ferret capitalem ſententiam, quod cum feciſſet prætor, cœpit orare martyr, ſtatimque petra, quæ ſubter illius pedes jacebat, magnam effudit aquarum vim; cumque peroraſſet, extentam cervicem lictori feriendam porrexit; cujus ſpiritus in Dei manus advolavit: juſtoram enim animæ in manu Dei ſunt: pretioſæ autem ejus reliquiæ honorificè à Felice quodam Senatorio viro pioque Chriſtiano ſepultæ omnem morbum, calamitatem, & ægritudinem ad hanc uſque diem ab iis, qui cum fide implorant illius opem, propellunt.

Eodem die, certamen Caliſtrati, & centum octoginta quatuor ſociorum.

70 CAlliſtratus bellicoſus Martyr Diocletiano Imperatore, vir & ſapientia, & pietate erga Deum ſingulari, receptus Romæ a copiarum præfecto, cum a Chriſti cultu dimoveri nulla ratione poſſet, acerrime cæditur, & funibus conſtri-
B ctus per teſtulas acutiſſimas trahitur, tum equuleo inſutus in mare proiicitur, ſed diſciſſo ſacco è mari incolumis emerſit, quo miraculo commoti milites quadraginta novem Chriſti fidem cupide complexi ſunt: quamobrem curſi a copiarum Præfecto, in vincula cum Calliſtrato coniiciuntur, quos ſcſcitantes in iis, quæ ad judicium, quæ ad remunerationem, quæ ad reſurrectionem, quæ ad animam ſpectant, cum probè erudiiſſet, eductus è carcere, oratione ad Deum habita, Idola deturbavit: quo prodigio reliqui milites centum triginta quinque numero credidere in Chriſtum, omneſque capite damnati martyrii palmam adepti ſunt.

Quinto Kal. Octob. Commemoratio Patris noſtri Charitonis Confeſſoris, & Magiſtri in Eremo.

XXVII.

71 CHariton Iconienſis pater noſter Chriſtique Confeſſor, Aureliano Imperatore comprehenſus a præfecto, Chriſtumque confeſſus dia-
C tius cæditur, atque in ignem conjectus amburitur: deinde in carcerem detruſus, ibi jacuit donec fato ceſſit Aurelianus, quo mortuo ceſſante perſecutione dimiſſus Hieroſolymam ſe conferebat: ſed in itinere correptus a latronibus in ſpecum vinctus abducitur: forte autem ſerpens dolium vini ingreſſus vinum infecit veneno, quo epoto latrones mortui ſunt. Quare vir Sanctus diſtributis in egenos omnibus, quæ ex rapto, & cædibus congeſſerant latrones, in alteram Eremi ſpeluncam ſe abdidit, ibique cum multos ad Chriſtum, & exemplo, & doctrina traxiſſet, quievit in pace.

Eodem die, certamen Sanctorum Martyrum Alphei, Alexandri, Marci, & Sociorum.

72 DIocletiano Imperat. Marcus martyr paſcebat oves in monte proximo Antiochię Piſidiæ: ſed tanto ſtudio virtutes excoluit, ut & feræ ejus imperio ſubiicerentur: nam cum venatores quidam urſam inſequerentur, illa ad Sanctum vi-
D rum confugiens ejus pedes lingebat, quod intuiti Venatores rem omnem Præfecto aperiunt, qui miſſis militibus jubet comprehendi Sanctum, at illi in itinera edocti ad Chriſti fidem convertuntur. Quod ubi reſcivit præfectus adductos Nicæam jubet obtruncari. Marcum vero, cum huc, & illuc per diverſas ſecum urbes rapuiſſet, quæſivit fabros, qui Baſaniſtiria ad torquendum cuderent. Quod opus cum Alpheus, Alexander, & Zoſimus agreſſi, ferrum nulla ratione igni emollirī, & ſubigi experti ſæpius eſſent, in Chriſtum credidere, damnatique capitis ſunt cum ipſo Marco, & Nicon, Neon & Heliodorus jugulati.

Quarto Kal. Octob. Commemoratio ſancti Patris noſtri Cyriaci Anachoritæ.

73 CYriacus Pater noſter ſanctus Anachorita Corinthius, Joanne Eccleſiæ Corinthi Presbytero patre natus, floruit Theodoſio Magno Imperatore: hic cum Lector eſſet, incenſus amo-

re Chriſti, & ſalutis ſuæ copiditate, multa ſalute dicta rebus mundanis, annos natus decem, & octo Hierſolymam petiit: ubi cum ad ſancta loca oraſſet, in vicum Sancti Euthimii ſe contulit, a quo Monachus effectus tam bene ad virtutem a natura inſtitutus erat, tamque amœno, & acuto ingenio, ut qui cum Origene ſentirent, redargueret, & facile perſuaderet, cum vero multa ſe exercitatione, & diſciplina excoluiſſet, ac ſpiritu prophetico ita a Deo afflatus eſſet, ut vel occultis hominum cogitationibus cognitis, atque intimis animi receſſibus perſpectis ſumma eos ingenii ſui dexteritate, & comitate delinitos admoneret, ac emendaret, in extrema ſenectute ad Dominum, cujos amore ab infantia flagrarat, triumphans migravit.

Tertio Kal. Octob. Commemoratio ſancti ſacro-Martyris Gregorii Armeniæ Magnæ Epiſcopi.

XXIX.

74 GRegorius ſacro Martyr bellicoſus, Parthus, floruit Diocletiano Imperatore. propinquus Armeniæ Regis, qui ob Chriſti fidem comprehenſus à Teridate altero Armeniæ Rege multis excruciatur tormentis, præſertim cum hunc cognoviſſet eſſe filium ejus, qui patrem ſuum per inſidias exceptum interemit. Quamobrem, eum manibus, & pedibus conſtrictum in altiſſimam foſſam, feris, & ſerpentibus plenam dejecit, in qua annos quindecim ſumptibus cujuſdam Chriſtianæ fœminæ furtim altus fuit. Verum divina factum eſt providentia, ut inſania, & furore correptus Teridates ſuas ipſe carnes miſerabiliter eſitaret, conjunctimque cum porcis viveret, donec ſoror ejus ſpectro admonita, indicavit fratri, quandiu Gregorius in lacum detineretur, nullam eſſe ſalutis ſpem. Igitur eductus è foſſa Gregorius, Teridate cum omnibus ejus ditioni ſubjectis baptizato, Epiſcopus creatur, & multis Eccleſiis Dei Sanctorumque nomini erectis in pace quievit.

Pridie Kal. Octob. certamen Sanctarum Martyrum Ripſimiæ & Gajanæ, & ſociorum Martyrum.

XXX.

75 RIpſimia, & Gajana Armeniæ Virgines, & Monachæ, ſed hæc anus, illa vero adoleſcentula fuit, & generis nobilitate, & eximia pulchritudinis ſpecie clara. Quamobrem Tridates cognita egregia Ripſimiæ forma impotenti captus amore comprehenſam ad neſandum adigebat amplexum: ſed factos Dei beneficio voti ſui impos mœrore jacuit ſemimortuus illam autem fugientem aſſecuti milites, ut Chriſtum abjuraret, compellunt. Quod facinus deteſtata virgo diſciſſis veſtibus, præciſaque lingua, & effoſſis oculis in ignem conjicitur: paulo poſt gladio cæſa reddidit animam, & cum ea ſeptuaginta viri, trigintaque duæ fœminæ interempti ſunt. At Gajana detracta prius è corpore toto pelle contuſiſque omnibus oſſibus capite damnatur.

OCTOBER.

Kal. Octob. Certamen ſancti ſacro-Martyris & Apoſtoli Ananiæ Epiſcopi Damaſci.

I.

75 ANanias Chriſti Martyr & Apoſtolus diſcipulus Magnorum Apoſtolorum Petri, & Pauli & Andreæ, lectuſque ab iiſdem Damaſci Epiſcopus, cum audiſſet, Paolum Eccleſiæ Chriſti perſecutorem venire Hieroſolymam, ut ſe comprehenderet, fugam parabat: ſed apparens illi Dominus imperavit ut conſiſteret, & Paulum baptizaret, atque ab illius oculis, quorum aciem, fulgor Chriſti ſibi in itinere viſi, &, ut ſe perſequi deſineret Ananiamque conveniret a quo baptizatus viſum reciperet, imperantis perſtrinxerat, caliginem, & tenebras diſcuteret. Quod mandatum diligenter perſecutus, Saulum baptizatum mutato nomine Paulum nominavit. Poſt aliquanto comprehenſus ab Idololatris ad Licinium præfectum adducitur, à quo cæſus primum, deinde circa latera excarnificatus, extraque orbem ejectus lapidibus obrutus eſt, ſepultoſqoe in eadem urbe.

Eodem die, certamen Sancti Martyris Michaelis, & ſociorum trigiata ſex Monachorum.

77 MIchael Monachus cum aliis triginta ſex, Imperatore Conſtantino, vitam quiete in Monaſterio Sebaſtę urbis proximo agebat: cum Alim Saracenorum Admiratus ſuſcepta adverſus Sebaſtenſes expeditione, captos ſanctos compellebat, ut deſerto Chriſto, ſacra Diis facerent, qui non ſolum non ſunt aſſenſi, ſed illum etiam conſpuantes reſponderunt: nullum nobis tormenta veſtra terrorem incutiunt, qui contempto veſtro hoſtium Crucis Chriſti Imperio veſtram ipſorum impietatem proculcamus, ſpem noſtram omnem in Domini noſtri Chriſti virtute collocantes. Nam Michael uti illorum dux, cum in medio conſtitiſset, eos ad omnia fortiter pro Chriſti nomine perferenda cohortatus fuerat. Quare omnes illius verbis animati, & confirmati, porrecta promptiſſime cervice obtruncati ſunt: omniumque poſtremus martyrii coronam Michael adeptus, ad Dominum advolavit.

Eodem die, Sancti Romani ſcriptoris Contaciorum Commemoratio.

78 ROmanus Syrus Eccleſiæ Beriti Diaconus, Imperatore Anaſtaſio, profectus Conſtantinopolim, commoratuſque in Sanctiſſimæ Dei Genitricis templo præficitur Sacræ Cyri ædi. ubi etiam Contaciorum munere donatus à Deo eſt, cum ſumma Deum pietate coleret, ac aſſidue in oratione pernoctans pervigilium Blanchernarum ageret, rediit ad priſtinam Cyriaci templi curam. Nocte autem natalis Chriſti viſus ſibi eſt per quietem videre Sanctiſs. Dei Genitricem, characterumque volumen, quod illa ſibi ut devoraret tradiderat, abſorbuiſſeque, ac ſtatim excitatus e ſomno admiratione plenus laudem Deo tribuebat. Deinde conſcenſo pulpito pſallere cœpit. ἡ παρθένος σήμερον τὸν ὑπερούσιον τίκτει, id eſt. *Virgo parit nobis hodie ſuperſubſtantialem*, cumque aliorum etiam feſtorum contacia ad mille ſcripſiſſet, migravit ad Dominum.

Eodem die, certamen Sancti Martyris Domnini.

79 DOmninus Martyr ſanctus Theſſalonicenſis Chriſtianus ſingulari erga Deum pietate, & cultu, cum Maximianus Imperator Theſſalonicæ ædificationi operam daret, cognitus Chriſtianus eſſe, corripitur, & illius tribunali ſiſtitur, cui Maximianus vehementi accenſus ira: Audes, inquit, me etiam præſente Chriſtianum te ipſum profiteri, deoſque noſtros averſatus alium Deum colere? Quare ſi ſaluti tuæ conſultum velis, ſacrifica Diis. Sed cum Domninus unum ſe Deum cognoſcere, illique ſoli cultum, reliquis omnibus opinione tantum, non autem re Diis contemptis exhibere velle reſpondiſſet: juſſit Imperator militibus, ut flagris illius corpus lacerarent, cui adhuc in fide erga Chriſtum perſeveranti extra urbem abducto brachia, & crura confracta ſunt. Sanctus vero poſt contuſa membra nullo interim ſumpto cibo tantorum malorum, & cruciatuum ſeptem adhuc dies ſuperſtes, ſemperque ad extremum uſque gratias agens ſpiritum Deo reddidit.

Sexto Nonas Octob. certamen ſanctorum Cypriani, & Juſtinæ.

II.

80 CYprianus non vulgaris ſapientiæ Antiſtes, Antiochiæ Syriæ natus, floruit Decio Imperatore. Hic, & philoſophia, & magicis artibus apprime eruditus Chriſtianus hac ratione efficitur. Juſtinam Virginem in eadem urbe, quæ ab Optato Epiſcopo, & fide Chriſti imbuta, & baptizata fuerat, Gellinidas quidam ardenter amabat, ſed cum caſtum Virginis animum nulla ratione expugnare

Poſtet, conſugit ad mag cas Cypriani artes, cui cum male procederent, immo ipſe à fornicationis Dæmone, quem jam tertio ad ſollicitandam Virginem deſtinarat, correptus eſſet, intelleait vanam, ac ſutilem eſse magicam arrem. Quamobrem combuſtis libris baptizatus tantum in virtute progreſſum ſecit, ut Epiſcopus creatus, multos ad Chriſti fidem converteret. Tandem cumprehenſus à Damaſci præpoſito cum Juſtina Martyrii coronam capite abſciſſo conſecutus eſt.

Eodem die, certamen ſancti Patris Theophili Confeſſoris.

81 THeophilus Pater noſter Chriſtique Confeſſor, ac Monachus ſumma erga Deum obſervantia & p etate, cum Leonem Iſaurum Imperatorem videret Sanctorum imagines ſumma contentione loco movere, omneſque pro viribus ad Iconomachorum hæreſim trahere, divino accenſus zelo adiit Imperatorem, atque audenti animo accuſavit, prævaricatorem eum, atque Antichriſti præcurſurem, atque orthodoxæ fidei deſertorem inclamando. Quare ira, & ſtomacho exardeſcens Imperator juſſit virgis hominem diutiſſime cæſum, in tenebricoſum includi carcerem, atque ibi inedia confici. Poſtea eductum cum ab imaginum cultu dimovere non poſset, ejecit in exilium, in quo multas perpeſsus muleſtias, & de omnibus gratias Deo agens, ad Chriſtum lætus migravit.

Quinto Non. Octob. certamen ſancti ſacro-Martyris Dionyſii Areopagitæ Athenarum Epiſcopi.

III.

82 DIonyſius Magnus Athenienſis gloria, divitiis, & ſapientia clarus, ex Areopagitarum Collegio præfecto, Athenas Apoſtolo Paulo, & Chriſtum prædicante, uti erat acri ingenio, veritate facile intellecta in Chriſtum credidit. Baptizatuſque Athenarum Epiſcopus declaratur, quod munus cum & docendo, & multos infidelium ad Chriſtum convertendo diligentiſſime obiret, ſcripſit, & quæ ab Apoſtolo divino didicerat, arcana Dei myſteria, & multos de divinis nominibus libros. Delatus igitur ad Athenarum præfectum ab Idololatris comprehenſus cum duobus diſcipulis diu primum excruciatus, obtruncatur: qui ſuis manibus ſublatum ad duo millia paſſuum caput non prius depoſuit, quam Chriſtianæ fœminæ obviam factus, illi commendavit. Poſtea & duo ejus diſcipuli capite damnati ſunt.

Quarto Non. Octob. certamen ſanctorum Martyrum Adaucti, & Calliſtenes filiæ.

IV.

83 ADauctus Martyr Epheſinus, Ducis dignitare à Maximino Imperatore ornatus, cum Calliſtenem filiam virginem, cujus forma, & venuſtate captus turpiter Imperator ſuerat, occultaſſet, ſugaque pudori conſulens in orientis partes deducendam curaſſet, ſurore percitus Imperator, Adauctum per cauſam, & ſimulationem Chriſtianæ fidei correptum, & proſcriptum in Meſopotamiam relegavit, cum mandatis ad Meſopotamiæ præfectum, ut niſi poſſet ad Idolorum cultum traduci, occideretur. Adauctus igitur in ſententia perſeverans, capite damnatus eſt, ſepultuſque ab uxore, & filia: ſed cum rerum potitus eſset Licinius adiit Calliſtene Auguſtam, à qua re omni uti ſe habuerat expoſita impetravit, ut patris reliquias Epheſum reportaret, ubi vita, quam optimis traduxerat factis, defuncta eſt.

Eodem die, certamen ſancti ſacro-Martyris Petri Capitoleorum Epiſcopi.

84 PEtrus gentilis, ut primum Chriſti doctrinam deguſtavit, fide imbutus baptizatur cum uxore, totaque familia: deinde ſacra Scriptura divina eruditus Capitoleorum Epiſcopus renunciatur, qui cum multos ab impietate ad Chriſtum converteret, commota adverſus Chriſtianos perſecutione captus ab Idololatris graviſſime cæditur, catenisque coaſtrictus ad Præfectum adducitur, qui cum

A a Chriſti fide abduci non poſset, erutis oculis, lingua præciſa, auribus amputatis, manibus ac pedibus nervo conſractis, in præparatam Crucem actus, nunquam orare pro tortoribus ceſsavit: Ne ſtatuas, loquiens, Domine illis hoc peccatum: tandem ſpiranti adhuc milites caput à cervicibus abſcidere.

Eodem die, Dormitio ſancti Patris noſtri Pauli Simplicis.

85 PAulus cognomento Simplex agricola, cum uxorem corporis quidem forma venuſtam, at moribus perditia duxiſſet, rediretque aliquando ab agro, uxorem cum adultero domi deprehendit. Quare relicta domo, & puerulis ſuis ſeceſſit in ſolitudinem, profectuſque ad Antonium Magnum, petebat ut Monachum ſe initiaret: cujus ſenectutem intuitus Antonius; Sexaginta, inquit, annos natus es, laboribus, ac moleſtiis nequaquam par eris: cui Paulus, quare impera, & periculum ſac? Antonius igitur in ſene omnia expertus, probatum, tonſumque in Monachorum ordinem cooptavit, & ædi-
B ficatam ſeorſum in altero ſpecu cellulam ſeni tradidit, ubi tanto ſtudio ſe ipſum in omni virtutum genere excoluit, ut mirabilibus adeo ſactis dignatus, præter cætera, à juvene qui ad Antonium venerat, illo tum abſente, Dæmonem fugarit.

Eodem die, certamen ſancti Dionyſii Patriarchæ Alexandrini.

86 DIonyſius, qui in Sanctorum numerum relatus eſt, pater noſter, cum à Valeriano & Gallieno Imperatoribus in Chriſtianos omnes, præcipuè autem Epiſcopos ſæviretur, quod exiſtimarent, ſi Epiſcopos licentia, & libertas præciderentur, cæteros nullo negotio in officio ſuturos, comprehenſus ab Alexandriæ præfecto, cum in Chriſti fide conſtantiſſime permaneret, in interiorem Ægyptum ita deportatur, ut omnis videndi illius facultas amicis adimeretur. Quo in exilio cum Chriſti doctrina ad ſe accedentes imbuere non ceſsaret, non lapidibus ſolum ab Idololatris petitus, variiſque tormentorum generibus affectus eſt, ſed in locum
C etiam multo priore incultiorem, & horridiorem à præfecto relegatur: denique poſt mille moleſtias extremo affectus eſt ſupplicio.

Eodem die, certamen ſanctorum Martyrum, & Diaconorum Gaii, Fauſti, Euſebii, & Chæremonis.

87 GAjus, Fauſtus, Euſebius, & Chæremon Martyres diſcipuli Dionyſii ſacro-Martyris ſuerunt. Gajus quidem, & Fauſtus exilii illius comites poſt multos cruciatus Martyrii palmam adepti ſunt. Euſebius autem, & Chæremon poſtquam magiſter, & antiſtes eorum damnatus exilio fuit, divina adjuti virtute, eos, qui in vinculis erant, frequentes adibant, eis ſumptibus ſuggerentes obvolutaſque & decoratas Sanctorum Martyrum reliquias ſepulchro inferentes, qui nihil prorſus de ſumma ſuorum ſtudiorum contentione remittentes ad Decii tempora ætate proceſsere. Quare cum maxima Chriſtum libertate confiterentur, ſalutaremque illius Incarnationem omnibus prædicarent,
D catenis ferreis conſtricti ab Idolorum culturibus Alexandriæ præfecto ſiſtuntur, & varie torti tandem Euſebius in equuleum actus, depexuſque, Chæremon vero virgis cæſus, uterque in tormentis extincti ſunt.

Eodem die, Commemoratio ſancti Patris noſtri Hierothei Epiſcopi.

88 HIerotheus magnus antiſtes, ex novem virorum numero, qui Athenis Senatores erant, præceptor Dionyſii Areopagitæ, fide Chriſti inſtitutus eſt à ſacris Apoſtolis, quos ſecutus magnam Chriſtianæ genti laudem attulit. Nam & exodios hymnos in funere ſanctæ, ac præclaræ Reginæ noſtræ Dei genitricis ſemperque Virginis Mariæ conſcripſit & concinuit, & cum in Apoſtolorum oculis nihil non honeſtiſſimi, & optimi gereret, eò ſapientiæ & cognitionis divinæ proceſſit, ut Dionyſium, quem magnus Apoſtolus Paulus ad Chriſti fidem converterat, virtute, & auxilio Sanctiſs. Spi-

ritus

ritus de cœleſtibus virtutibus, atque Angelicis ordinibus, atque omni ornatu cœleſti docuerit. Scripſit autem & alios libros, in quibus de magnis myſteriis diſſernit: cumque totum ſuæ vitæ tempus, in pietate, & virtute, multoque Dei cultu conſumpſiſſet, multiſque idcirco à Deo donatus eſſet muneribus, obdormivit in Domino.

Eodem die, certamen ſancti Domitii Perſæ.

89 DOmitius Sanctus Perſa Conſtantino Magno Imperatore, pietate doctus à Chriſtiano quodam, & baptizatus relictis parentibus, & divitiis ieſe in Sanctorum Sergii, & Bacchi Monaſterium Thodoſiopoli proximum recepit, ubi Monachus primum, tum ob egregias animi ſui dotes Diaconus factus eſt: cum vero ſacris aliquando operaretur, Monaſterii præfectus Domitius, qui acerram prope ſacram menſam præ manibus habebat, dignus fuit, qui ob eximium animi candorem vitæque integritatem, Spiritum ſanctum ſub columbæ forma ſancta dona circum volitantem, & in ipſis exſidentem videret, menſque illius ab eodem ſpiritu illuſtraretur. Præterea cum & presbyteratus dignitate eum ornare vellet Monaſterii Abbas, abiit, & in ſpeluncam ſe abdidit, ubi cum maximam ſecedentibus ad ſe utilitatem afferret, Julianus prævaricator, re cognita miſit qui lapidibus Sanctum virum obrueret.

Eodem die, Commemoratio ſancti Amonis Ægyptii.

90 AMon divinus Ægyptius, nobilis, & egregius aſcita Monaſticæ vitæ ab adoleſcentia ſua ſtudioſus Maximino Imperatore, abiit in ſolitudinem, quiete ſolus agens, unoque contentus pallio, quod noctes, atque dies geſtabat, herbiſque pro cibo, quas ſua ipſa ſponte fert tellus. Vixit autem ad Antonii Magni pugnas, nam cum forte ſedens Antonius Fratres, quæ ad utilitatem animæ maximè ſpectant, doceret, exurgens vidit Beatam Amonis animam è corpore egreſſam Angelorum manibus in Cœlum efferri, cujus rei cum gloriam Deo tribueret, rogatus ab iis qui aderant, quod viderat indicavit. Illi igitur notata hora profecti in Ægyptum comperere eadem die Amonem in Domino obdormiſſe.

Tertio Non. Octob. certamen S. Mamelchthæ.

V.

91 MAmelchtha Martyr, Perſa, Dianæ Sacerdos, ſed quæ ſororem haberet Chriſtianam, arctiore complexa ſomno vidit Angelum Dei Chriſtianorum ſibi myſteria oſtendentem, excitataque cum terrore de ſomno rem omnem ſorori primum aperit, deinde etiam præbente ſe ducem ſorore, præſentatur Epiſcopo, qui intellecto phantaſmatis ſymbolo, Chriſtianā, inquit, oportet te fieri: ſtatimq; ſororis manibus de ſacro fonte ſuſcepta baptizatur. Quare vehementi furore correpti gētiles multis excruciatam tormentis lapidibuſque petitam occidere, ſpendida adhuc ſacri baptiſmatis veſte indutam, atque in profundiſſimum locum demerſere: unde vix à Chriſtianis extracta eſt. Adiit autem ad Perſarum Regem Epiſcopus, impetravitq; ut dirutum & everſum Dianæ templum Sanctæ Martyris nomine excitarent, & conſecrarent. In quod magnifice ædificatum pretioſas Martyris reliquias intulere.

Eodem die, certamen ſanctæ mart. Charitinæ.

92 CHaritina Chriſti Martyr Diocletiano Imperatore, & Domitio Comite, Claudii cujuſdam ſerva, cum per litteras poſtulaſſet ab illius domino Comes, ut ea ad ſe mitteretur, propterea quod de ea ut Chriſtiana haberi quæſtionem oporteret, ægerque dominus, & ſacco obvolutus illius ſortem deploraret, conſolabatur dominum ſuum; Ne te affligas inquiens domine mi: Ego enim reliquiis meis, tua, meaque peccata expiabo: cui ille; Memento mei apud cœleſtem Regem. Igitur ducta ad Comitem, ſe ipſamque Chriſtianam profeſſa, primum capite raſo, tum candenti carbone conſperſo; deinde ingenti è collo ejus appenſo lapide in mare dejecta aquam maris pro baptiſmo habuit. Unde emerſa ſeipſam Comiti oſtentavit, quæ poſtquam aſtantium animos rei magnitudine attonitos reddidiſſet, evulſis dentibus, præciſiſque manuum ac pedum digitis cum palma Martyrii ad Dominum advolavit.

Pridie Non. Octob. certamen ſancti Thomæ Apoſtoli.

VI.

93 POſt Domini noſtri Jeſu Chriſti Aſcenſionem cum Apoſtolorum ſinguli in eam, quæ ſorte venerat, regionem profecti docerent, obtigit & Thomæ Indorum regio, ubi Chriſtum prædicans, cum ad fidem Regis uxorem, & filium convertiſſet, defertur ad Regem, qui Thomam in carcerem cum aliis vinctis detrudi juſſit: corruptis autem pecunia militibus, regis filius cum matre, atque aliis non paucis carcerem ingreſſi baptizati ſunt. Cum autem idoneum tempus viſum eſt, lecti fuere ex his Presbyteri, & Diaconi, quos ubi reſcivit rex in Chriſti nomine docere, iratus eductum è carcere Apoſtolum & militibus traditum juſſit occidi, quem abductum in montem lancea transverberarunt.

Eodem die Commemoratio ſancti Patris noſtri Nicetæ Confeſſoris.

94 NIcetas Pater noſter Sanctus Chriſti Confeſſor Irenes Auguſtæ propinquus, cum ab ea non tam ob propinquitatem, quam excellentem illius in omnibus virtutem adhiberetur, quippe qui confectis feliciter bellis fortis viri nomen ſibi compararat, ad Sanctam Synodum Nicænam, quæ ſecundo habita eſt, legatus miſſus eſt. Qua in re cum ex præſcripto divino egregiè, & inſigniter ſe geſſiſſet homo cæteroqui maximè idoneus in Patritiatus ordinem cooptatus, Siciliæ Prætor declaratur, qua etiam provincia optime, & integerrime adminiſtrata, multaque præcipue erga viduas, & pupillos uſus benignitate domum rediit. Verum quia Imperio potitus erat Leon Armenion Iconumachus, remiſſo dignitatibus, divitiis, omnique mundanæ gloriæ nuncio Monachus factus eſt. Quod cum audiſſet Imperator ſuccenſuit, & imaginem Servatoris Nicetæ quam combureret miſit, ſed impietatem deteſtatus Nicetas relegatus eſt; quo in exilio multis affectus incommodis mortuus eſt.

Nonis Octob. certamen ſanctorum Martyrum Sergii, & Bacchi.

VII.

95 SErgius, & Bacchus inſignes Chriſti Martyres Maximiano Imperatore egregia corporis forma in oculis Imperatoris erant: Sergius quidem Primicerius, proximum vero Bacchus locum obtinebat: ſed accuſati, quod magna Chriſtum obſervantia, & pietate colerent, & cum ſollicitati, ut Chriſtum abjurarent, in ſancto propoſito fortiter perſiſterent, primum quidem dignitate, torque, & virili toga ſpoliantur, deinde muliebri medio foro tecti ſtola, & proſcripti mittuntur ad Auguſtinopoleos præfectum, ut ab eo torquerentur; in itinere vero præibat illis Angelus Domini. Perducti igitur ad præfectum, Bacchus prior certamine pro Chriſto fortiſſime inito in ipſis tormentis mortem oppetiit. Deinde Sergius calceamentis ferreis, quæ acutis ad pedes clavis affixerant, indutus & currere coactus, gladio cæſus eſt.

Eodem die, certamen ſanctæ Pelagiæ mart.

96 PElagia Martyr Tarſenſis Diocletiano Imperatore, cum Clinus Epiſcopus multos ex gētilibus baptizaret, ipſaque vidiſſet per quietem Epiſcopi phantaſma ſe ad baptiſmum adhortantis, petita à matre venia, ut nutricem ſibi convenire liceret, adiit Epiſcopum & baptizata eſt, traditaque ab Epiſcopo ſua, quam in pauperes erogaret, maximi pretii ſtola, rediit ad matrem, quæ filiam in vili ac ſordida veſte conſpicata, ea non admiſſa properavit filio Diocletiani, qui ſibi Pelagiam deſponderat uxorem, nunciare, Pelagiam ad Chriſtianorum ſacra tranſiiſſe, quod cum audiſſet adoleſcens, ſibi manum intulit. Quamobrem accenſus ira Diocletianus pater correptam Virginem juſſit bovi æneo ſubjecto luculento igni, includi, & cremari.

Octavo Idus Octob. Commemoratio alterius Pelagiæ Virginis Antiochenæ.

VIII.

97 PElagiam ad Sanctam Antiocheæ Syriæ ſummo loco natam mittit urbis præfectus, Numeriano Imperatore, milites, qui Chriſtianæ fidei cauſa comprehenderent: cum igitur milites domum circumquaque obſedisſent, Virgo omnia armis teneti intuita impetravit, ut paululum ſibi ad ornandum ſe temporis darent, quod ſua ſponte deſcenſura ad eos eſſet, tum erecto corpore, atque in orientem in eo quo orare conſueverat loco converſo, manibus, atque oculis in Cœlum ſublatis, diutius precata Deum eſt, ne in militum poteſtatem, ſed caſta, & pura ad Deum ipſum veniret. Hæc cum oraſſet, ſeque ipſam honeſtè compoſuiſſet, ſpiritum Deo reddidit.

Eodem die Commemoratio Sanctæ Pelagiæ quondam meretricis.

98 SAnctiſſ. Antiochiæ magnæ Patriarcha coegit aliquando Synodale Epiſcoporum ſibi Subditorum concilium in quadam Eccleſiæ difficultate, in quorum numero fuit & Nonnus Epiſcopus Sanctus, qui cum populum doceret, & Pelagia meretrix præteriret cum amatore ſuo, gemmis, margaritis, atque auro onuſta, luxurioſoque totius corporis cultu, ad hæc tanta unguentorum copia perfuſa, ut aer odoris inficeretur fragrantia, cæteris Epiſcopis oculos ab ea dejicientibus, ipſe ſolus oculos in eam defixit, converſuſque ad præſentes. Hanc etiam, inquit, Deus, qua eſt in homines humanitate, ſibi adjungeret. Quare cum Nonnus docere uti inſtituerat pergeret, Pelagia pœnitentia interiore ducta baptizatur, erogatiſque in pauperes omnibus ſuis divitiis, Hieroſolymam ſe recepit, & Monacha facta tantum apud Deum valuit, ut mirabilibus nobilitata factis migrarit ad dominum.

Septimo Idus Octob. certamen Sanctorum Martyrum Jubentini & Maximi.

IX.

99 JUbentinus, & Maximus Martyres Juliano prævaricatore imperante. cujus etiam ſervis a pedibus armatis iter facientē præcurrere ſoliti erant, cujuſque ſibi benevolentiam ſua ipſorum ſortitudo maxime conciliarat, cum Julianus eſſet Antiochiæ Syriæ, imperaſſetque victimarum ſanguine fontes, fluvios, venaleſque cibos pollui, & fœdari, ut qui ea deguſtaſſent, vel inviti ſacrificiorum gentilium participes eſſent, ſibi temperare non potuerunt, quin ingemiſcerent, ac lachrymarentur; at cum accubuiſſent, tum vero vehementius complorantes dixere, cur nos Deus tradidiſti Imperatori Apoſtatæ, & Maximo omnium gentium prævaricatori? Excepit hæc verba qui proximè aſſidebat, & detulit ad Julianum. Exarſit ira Imperator, ſtatimque ad ſe perductos, & variis tormentorum generibus graviter afflictos capitis damnavit.

Eodem die Commemoratio Sanctæ Popliæ Diaconiſſæ.

100 POplia Sancta & genere, & nominis celebritate nobilis, & illuſtris fœmina Juliano Apoſtata Imperatore, & in quodam Antiochiæ Syriæ templo Diaconiſſa, Virginum cœtum hymnos Deo concinentium celebrabat. Quadam igitur die cum magna voce illius pſalmi verba concineret, Simulachra gentium argentum, & aurum opera manuum hominum; ſimiles illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis; prætereunſque Julianus audiſſet, tacere juſſit, ſed tantum abfuit ut Poplia taceret, at majori etiam vocis contentione pſalleret. Quamobrem iratus prævaricator ad ſe adductę faciem cædi juſſit, at illa accuſata Imperatoris impietate regreſſa domum more, & inſtituto ſuo pſallebat, & laudes Deo cum Virginibus illis celebrabat, per quæ ſtudia traducta ſanctiſſimè vita, in pace quievit.

Eodem die, certamen Sancti Dorothei Archiepiſcopi Tyri.

101 DOrotheus vir magnæ famæ celebritate Epiſcopus Tyri, qui omnia memoria hiſtoriæ ſcripta tenebat, cum perſecutionis in Chriſtianos commotæ a Diocletiano, & Licinio vitandæ cauſæ fugiſſet, & poſt illorum mortem Tyrum rediiſſet, Sanctæ Dei Eccleſiæ ad Juliani prævaricatoris tempora præfuit; ſed cum Julianum prius occultè per præfectos ſuos Chriſtianorum cædes efficere didiciſſet, atque ob eam cauſam ſe in Thraciam recepiſſet, non tamen Idololatrarum manus effugere potuit. Comprehenſus enim a Juliani præfectis, & quæſtioni adhibitus in ipſis tormentis, annos centum, & ſeptem natus pro Chriſti confeſſione mortuus beatam Deo reddidit animam, & multa non mediocris utilitatis ſcripta reliquit.

Eodem die, certamen ſancti Jacobi Alphæi Apoſtoli.

102 JAcobus Chriſti Apoſtolus, filius Alphæi & Matthæi publicani, & Evangeliſtæ frater, Chriſti urbem, & ea, quæ ad æternum illius regnum ſpectant, omnibus promiſcue Judæis, & Græcis palam prædicabat, magnamque hominum turbam in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti baptizabat. Quod Judæi indigne ferentes, ejus interficiendi conſilium cepere. Quare in unum locum coacti comprehenſum, & vario crudeliter, & indigniſſimè affectum cruciatu, demum ſcipionibus cæſum interemere; cum interim Sanctus ad extremum, & laudes Domino noſtro Jeſu Chriſto tribueret, & gratias ſancto ejus nomini ageret, quod illius ope exceptum ſortiter Diabolum voluntatiſque ejus miniſtros viciſſet, & reddita inter hęc verba illi anima ſepultus eſt.

Sexto Id. Octob. Certamen ſanctorum Martyrum Eulampii, & Eulampiæ, & Sociorum.

X.

103 EUlampius Chriſti Martyr, & Eulampia ſoror Nicomedienſes, Maximiano Imperatore, ut perſecutionem indies gliſcentem devitarent, in montem ſe cum multis Chriſtianis abdidere. Profectus vero aliquando Eulampius in urbem ad annonam emendam, cum propoſita in publico imperatoria edicta, quæ commeatus imperabant, vidiſſet, & legeret, comprehenſus ab Idolorum cultoribus ſiſtitur Imperatoris tribunali, & pertractus in Idolorum templum, ut Diis immolaret, precatus eſt Deum, collapſiſque ad terram, & contritis Idolis torqueri cœpit. Quod ubi cognovit Eulampia ſoror deſcendit de monte, & media turba complexa fratrem, ſociam ſe in pugna illi adjunxit: in ferventem igitur cacabum ambo conjecti, & incolumes egreſſi, miraculo rei ducentos milites in Chriſti partes traxere, damnatique omnes capitis mortem oppetiere.

Eodem die, Commemoratio ſancti Patris noſtri Baſſiani.

104 BAſſianus Sanctus Pater noſter, Syrus, Marciano Imperatore Pio, Conſtantinopolim profectus virtute ſua ſtatim innotuit, & Imperatoris gratiam adeo ſibi conciliavit, ut non ſolum Sanctum virum tanquam patrem coleret, ſed & templum illius nomine, quod ad hanc uſque diem extat, extrueret, & conſecraret: fuit enim ad docendum appoſitiſſimus, ut multis perſuaderet relictis curis ſæcularibus monaſticam agere vitam, in quorum numero fuit Mionna ſancta, haberetque ad trecentos, qui ſecum in ea quam inſtituerat vita commilitium facerent. Ad hæc multis illuſtratus eſt mirabilibus factis. Præterea ſi quis in graviſſimum aliquod peccatum lapſus eſſet, & idcirco deploratam eſſe ſalutem ſuam exiſtimaret, vir ſanctus pari cum eo dolore ſuſcepto non prius conatu deſiſtebat, quam lapſum per pœnitentiam reſtitutum, atque è Dæmonis manibus extortum Chriſto clementiſſimo offerret. Inſuper providentiæ munere donatus a Deo cùm futura proſpiceret, & prædice-

ret, magnam multis utilitatem attulit, quibus ſemper ſtudiis exacta innocentiſſimè vita, confectus ſenio migravit ad Dominum, & a Diſcipulis in templo ejus nomini conſecrato funeratus eſt.

Eodem die, Commemoratio ſancti Patris noſtri Jacobi Aſcitæ.

105 JAcobus magnus Aſcita, cum ſæpe victoriam de Diabolo retuliſſet, victus & ipſe aliquando, tamen iterum cum eo congreſſus ſuperior è prælio diſceſſit. Nam cum in ſpelunca annos quindecim orationi, & commentationi impendiſſet, delataque ſibi etiam eſſet a Deo fugandorum Dæmonum poteſtas, commotus invidia Dæmon ſanctum virum in ſtuprum, & homicidium pellexit. Ingreſſus enim cujuſdam divitis filiam, ſuggeſſit ut Jacobum imploraret: perſcrutati igitur parentes puellæ ſpeluncam ductam ad ſanctum filiam precario rogarunt, ut liberaret, qui adhibita prece propulit ab eo dæmonem. Parentes vero veriti, ne, ſi ſtatim domum reducerent, iterum a dæmonio corriperetur, Sancti viri cuſtodiæ tradidere, quo ad liberam omnino redderet. At ille vitiavit puellam, & occidit. Quare timore perculſus, in fugam ſe conjecit, ſed in via pœnitentia ductus, effuſuſque in lachrymas in ſepulchrum ſe abdidit, ubi cum peccata ita expiaſſet, ut in magna ſiccitate imbrem de cœlo deduceret, mortuus eſt.

Quinto Idus Octob. Commemoratio Sanctarum Zenaidos, & Philonillæ ſociorum.

XI.

106 ZEnais, & Philonilla ſorores Sanctæ, Tarſenſes, fuere ſanguinis propinquitate S. Apoſtolo Paulo conjunctæ. Zenais quidem medicinam primum profeſſa, deinde ab ipſo Apoſtolo fide Chriſti imbuta valedixit arti, divitiis, & ſorori, atque in remoto montis antro ſolitariam agens vitam ſoli Deo vacabat, herbis tantum, quas prope ſpeluncam tellus ipſa ferebat, famem ſuſtentans; ad quas legendas aliquando egreſſa, preſſit imprudens, acutiſſimum clavum ligneum diaboli opera humi defixum indigniſſimè ferentis, quod multi occultè ad eam accedentes ad Chriſti fidem traducerentur. Quæ cum dolore impar conſediſſet, ut è pede clavum evelleret, migravit ad Dominum. Philonilla autem domi conſiſtens, cum non minore quam ſoror ſtudio ad virtutem contendiſſet, magnoque ſemper cultu Deum proſecuta eſſet, in pace quievit.

Eodem die, Commemoratio ſancti Philippi Apoſtoli, de quo facta eſt mentio in Apoſtolorum Actis.

107 PHilippus Chriſti Apoſtolus ex ſeptem Diaconorum numero, cùm Joppe Chriſtum prædicaret, juſſus eſt à Spiritu ſancto Gazam petere, quo in itinere obviam factus Candaci Eunucho Reginæ Ethiopum Præfecto quadrigæ inſidenti, Prophetamque Iſaiam legenti, accedens propius quæſivit, num quæ legeret intelligeret; cui Candax; Qui poſſum, inquit, aſſequi ſine interprete? elatuſque in currum Apoſtolus illo Iſaiæ loco expoſito, fide Chriſti Candacem inſtituit, & cum ad aquam perveniſſet Eunuchus, intento ad aquam digito. Quid prohibet, inquit, me baptizari? deſilienſque ad pedes baptizatus eſt, neque amplius vidit Philippum à Spiritu ſancto raptum, ſed reliquum iter conficere perrexit. Philippus vero Trallium Aſiæ Epiſcopus declaratur, poſtea in pace quievit.

Quartus Idus Octob. Commemoratio ſeptimæ Synodi trecentorum ſexaginta ſeptem Sanctorum Patrum.

XII.

108 SAncta Oecumenica Synodus ſeptima Nicææ ſecundo habita à patribus trecentis ſexaginta ſex, Conſtantino & Irene matre ejus Imperatoribus & Taraſio viro ſanctiſſimo, & divino patre noſtro Patriarcha Conſtantinopoleos, coacta fuit ab Imperatore adverſus Iconomachos. Quare conſcripto anathemate, quo omnes hæreſes, & hæreſiarchas tum & Iconomachos damnarunt, omnes uno ore conclamavere. Quiſquis ſacras imagines non adorat, abhorrere ab orthodoxorum fide: honoremque, qui imaginibus haberetur, ad imaginem nihil pertinere, ſed totum in prototypon, ut ait magnus Baſilius, recidere, qui enim adorat imaginem, & colit, adorat in ea & colit, quam imago refert perſonam, & hypoſtatim. Quæ cum decreviſſent, Orthodoxorumque fidem ſcripto firmaſſent, atque honorificè accepti ab Imperatore eſſent, in ſuum quiſque Epiſcopium ſeſe recepit.

Eodem die, certamen ſanctorum Martyrum Probi, Tharachi, Andronici.

109 PRobus, Tharacus, & Andronicus tres bellicoſi Martyres, Diocletiano Imperatore Chriſtianæ fidei cauſa vinciuntur à Ciliciæ Præfecto. Primuſque Tharachus colaphis contuſus in carcerem conjicitur. Deinde Probus ferreis virgis cæſus cuſtodiæ traditur. Tertio admotum Andronicum prius verberibus afficiunt, ejuſque femora gladiis lancinant: deinde latera ferreis ungulis excarnificant. Poſtremo ſale aſperſum in eundem cum reliquis includunt carcerem. Poſt hæc à Cilicia Mopſueſtiam ducti, cum à Chriſti confeſſione dimoveri non poſſent, rurſus torti, Tharachus quidem capite contuſo & abraſo, Andronicus autem cæſo ſcipionibus ventre, Probus vero poſt inuſtos candentibus ſubulis lumbos, & axillas, multiſque aliis cruciatibus omnes affecti, tandem capite plectuntur.

Eodem die, certamen ſanctæ Martyris Anaſtaſiæ Virginis.

110 ANaſtaſia Chriſti Martyr, & Virgo Romana, Decio, & Valeriano Imperatoribus Monaſticam cum aliis virginibus clauſtralibus agebat vitam, quare ad Præfectum delata Anaſtaſiam illi ad ſe capiſtro ferreo addictam, & in Chriſti fide perſeverantem, colaphis cædi, cum nudatæ ignem ſubſterni: deinde liquatam picem, oleum, ac plumbum ſuperinfundi, ad hæc in equuleum ſublatæ oſſa omnia haſtarum manubriis confringi, præterea ambas mamillas abſcindi, poſt hæc ungues extrahi, pedem utrumque, ambaſque manus præcidi, ac dentes convelli, multaque alia tormentorum genera adhiberi, denique gladio trucidari imperavit.

Eodem die, certamen ſanctæ Domninæ Martyris.

111 DOmnina Chriſti Martyr Diocletiano Imperatore, Anazarbi nata, comprehenſa à lictoribus Græcis ſiſtitur Lyſiæ Duci tribunali, quæ Chriſti Jeſu Domini noſtri nomen ſumma animi, & vocis libertate confeſſa, verumque Deum, unum, & totius orbis conditorem eſſe, ementitos autem gentilium Deos teſtata, ſed meras eſſe fabulas, ligna, lapides, & putrem materiam, crudeliſſime cæditur, pedeſque illius candentibus ſubulis aduruntur: deinde in carcerem, atque in tenebras arripitur; ſed iterum quæſtioni adhibita ſcipionibus acerrime verberatur: ad hæc ſinguli membrorum artus forcipibus illi luxantur, rurſuſque in carcerem includitur, in quo cum oraret, & gratias Deo ageret, pro quo etiam Martyrium ſubierat, ſpiritum illa reddidit, reliquiæ vero ejus honorifice ſepulchro illatæ ſunt.

Tertia Idus Octob. ſanctorum Martyrum Carpi, Papyli, Agathodori, & Agathonicæ.

XIII.

112 CArpus Epiſcopus Thiatyrarum & Papylus Diaconus Decio Imperatore vincti ab Achaiæ Præfecto, interrogatique Chriſti Domini nomen in conſpectu omnium prædicarunt, & reſtati ſunt, juſſique Diis immolare imperata facere recuſarunt. Quare alligatos ad equos, Sardis uſque præ ſe egit, & rapuit præfectus, ibique in equuleum actos ungulis ferreis miſerabiliter depecti, & ſcalpi imperavit. Agathodorus autem ſanctorum ſervus, atque officii pietatiſque cauſa illos proſecutus tandiu torquetur, donec martyrio conſumptus eſt. Porro Carpus cum in equuleo ſubrideret, rogatuſque à

præſecto quidnam rideret, ſublato cachino reſpondiſſet, ſe exhilaratum propterea quod poteſtas gloriæ videndæ facta ſibi fuiſſet, de equuleo cum Papylo depoſitus, in ignem conjicitur. Agathonica autem Papyli ſoror in rogum ardenrem ſua ſponre læta inſilit, itaque omnes Martyrii coronam adepti ad Deum advolavere.

Eodem die, certamen ſancti Florentii Martyris.

113 FLorentius martyr Theſſalonicenſis, totius honeſti, Chriſtianæque profeſſionis ſtudioſiſſimus, probra, & convitia maxime omnium in gentilium Deos jactare, vanamque eorum ſuperſtitionem deteſtari, & devovere ſolitus, omne rempus, aut in docenda vera Chriſti fide, aut confirmandis, cohortandiſque ad exhauriendam Dei voluntatem Chriſtianis tranſmittebat: cujus rei cauſa comprehenſus à regionis præſecto, cum in illius conſpectu Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum eſſe ſolum Deum, Græcorumque Deos, ligna, lapides, aurum & argentum, æs, & ferrum eſſe palam denunciaret, & teſtaretur, omniſque ſenſus atque animæ expertes, concitato in iram præfecto, vario afficitur cruciatu. Deinde in equuleum elatus ſcalpitur, præterea in ardentiſſimum rogum conjectus, orans, & gratias agens conſumptus eſt.

Pridie Idus Octob. certamen ſanctorum Martyrum Nazarii, Gervaſii, & Celſi.

XIV.

114 NAzarius Romæ natus Aphricano, & Perpetua, à ſancto Petro baptizatis claruit, Nerone Imperatore. Ipſe vero à Linu Patriarcha Romano baptizatus, annos viginti natus totam Italiam peragrabat, qui dum ubique Chriſti fidem diſſeminaret, reperit in urbe quadam Gervaſium, & Protaſium, in vincula ob Chriſti fidem à regionis præſecto conjectos. Cæſus igitur, atque ex urbe extruſus, in aliam urbem conceſſit: adjunctoque ſibi Celſo tertium annum agente, Mediolanum venit, ubi iterum ſanctos Gervaſium, & Protaſium in carcere invenit, retentuſque Romam à Præfecto remittitur. Verum ille Mediolanum regreſſus capite plectitur una cum reliquis Sanctis, & puero Celſo annum tunc nonum, & menſem ſeptimum ingreſſo.

Idibus Octob. certamen S. Luciani Martyris.

115 LUcianus martyr Antiochiæ Syriæ natus, Imperatore Diocletiano, mortuis parentibus. diſtributis in pauperes facultatibus ſuis, omne tempus divinarum ſcripturarum lectioni dabat: quo fiebat, ut illis inſtructus multos infidelium ad Chriſtum converteret. Relicta autem Antiochia, Nicomediam petiit, ubi Diocletiano per cædes in Chriſtianos debacchãte Chriſtianorum non paucos, vi, metuque tormentorum adactos defectionem ad gentilium ſacra cogitare, atque moliri deprehendit, ſuſcepto animo adeo in Chriſti partibus confirmavit, ut mutata ſententia martyrium fortiter, & ſubirent, & perferrent. Quæ res cum illis optime cederet, quod divina adjutus opera, dum urbem obiret, & luſtraret à nemine ipſe, niſi à quo vellet conſpiciebatur, effecit, ut Diocletianus veritus, ne, ſi ad ſe virum Dei acciret, liberius ab eo objurgaretur, ſumpto velo convenit Lucianum; cujus animum cum nullis artibus, captum, ac delinitum in ſententiam ſuam trahere potuiſſet, in tenebricoſum carcerem detruſum, atque inedia perpetua conſumptum in mare projecit.

Eodem die, commemoratio Sabini Epiſcopi patris noſtri in Divorum numerum relati.

116 SAbinus beatus propter eximias animi dotes, & ſanctum vitæ inſtitutum declaratur Epiſcopus: ſed poſtea cum ſeculares tumultus quietis ſtudio faſtidiret, in loca ſola procul ab omni hominum conſuetudine profectus, ita & ipſe in virtute proceſſit, ac progreſſus eſt, ſeipſum jejuniis, vigiliis, omnibuſque ſtudiis exercendo, ut miracula ederet, morbos depelleret, leproſos mundaret, dæmones fugaret, futura prænunciaret, & accedentes eruditiſſima oratione eò provexit, ut relictis parentibus, fratribus, domo, monaſticam profeſſi vitam Deo ſoli vacarent, eique omni puritate candoreque animi mandata illius digerentis ſervirent. Per quæ ſtudia acta ſanctiſſime vita in pace quievit, ſpiritum Deo, corpus autem terræ cognatione ſibi conjuncta reddidit, miraculorum celebritate ad hanc diem illuſtris.

Decimo ſeptimo Cal. Nov. Certamen ſancti Martyris Longini Centurionis.

XVI.

117 LOnginus Cappadox, Centurio, Tiberio Imperatore merens, ſub Pilato Judææ Præſecto, qui & illius juſſu pretioſis Chriſti cruciatibus, pœnæque per crucem expetitæ, ſedulam cum ſua Centuria navavit operam, cùm ea, quæ cœli, Chriſto crucis patibulo elato, non obſcura nefariæ cædis dedere ſigna, vidiſſet, rerram horrendo motu concuſſam, ſolis deliquium, ſepulchra ſponte ſua patentia, mortuos excitatos, diſciſſaſque petras, exclamavit. Vere Dei Filius erat iſte! renunciatoq; militiæ munere in patriam rediit, Chriſtum palam prædicans, ac denuncians; qui cum idcirco à Judæis ad Pilatum delatus eſſet, Pilatuſque pecunia corruptus rem ſcripſiſſet ad Tiberium, ejus mandato caput Longino præciſum, & in ſoveam Hieroſolymis dejectum, tandiu occultatum fuit, dum fœmina quædam Cappadox cęca divino admonita viſu Hieroſolyma profecta indicato capite, viſum recepit.

Decimo ſexto Cal. Nov. certamen Sanctorum Martyrum Chryſanthi, & Dariæ.

XVII.

118 CHryſanthus Numeriano Imperatore, Romam cum patre Patricio viro profectus, Chriſti fide ab Epiſcupo quodam in ſpelunca occultato inſtituitur. Quod ubi reſcivit pater in tenebricoſum includit carcerem, tum invitum compellit uxorem ducere Dariam Philoſopham, qua tamen non ſecus ac ſorore uſus ſemper eſt, quando id uterque conſilii ceperat, atque in animum induxit, ut virginitatem ad mortem uſque tuerenrur, & conſervarent, quare & ipſa baptizata eſt; ſed cum innumerabilem hominum ad vitam caſte, remperateque agendam hæc mulierum, ille virorum multitudinem inducerent, infideles ægerrime ferentes uxores ſuas facto divortio Chriſto initiari, & conſecrari, rem deferunt præfecto, quos ille vinctos tradidit Claudio Tribuno. Sancti igitur ex urbe ejecti, & variis torti cruciatibus in ſoveam cęno plenam dejiciuntur, atque obruti, & conculcati martyrio pariter conſumpti ſunt.

Eodem die, commemoratio ſancti Oſeæ Prophetæ.

119 OSias Propheta Dei, cœli, & terræ cultor, cum gentium Deos odiſſet, & execraretur, Judæorumque contribulium errores corrigeret, maximo prophetiæ munere dignatus à Deo eſt. Quare præter multa alia, quæ & Judæis. & gentibus prophetavit, illud præcipue ſignum, & oſtentum, tempus, quo Dominus è Cœlo in terram adveniens verſaturus eſſet inter homines pręmonſtraturum eſſe prædixit: Occidet, inquiens, ſol in *ſeloia*, diſſectaque in duodecim partes arbore in Siloe, naſcentur duodecim arbores; hoc eſt, cum in crucem egerint Judæi Chriſtum ſolem juſtitiæ, ſolque radios ſuos condiderit, dividentur duodecim tribus Iſrael in omnes gentes, orienturque duodecim arbores, quę ſunt duodecim Apoſtoli, convertentque omnes gentes ad Chriſti fidem. Quo prophetiæ munere, vitaque defunctus, ſepultus eſt.

Eodem die, certamen ſanctorum Anargyrorum Coſmæ & Damiani, fratrumque illorum Anthimi, Leontii, & Eutropii.

120 TRes ſunt Sanctorum Anargyrorum conjugationes, quibus & eadem, Coſmæ & Damiani nomina fuerunt, & medicinæ artem tractaverunt, & Anargyrorum cognomen habuerunt:

fue-

fuere enim alii Theodoræ pientiſſimæ fœminę filii, qui vita quieta perſuncti in loco Phereman nomine ſepulti ſunt. Alii, qui cum Romæ degerent, præceptore invido niſi per dolum ab eo in montem per ſimulationem legendi herbas deducti, lapidibus obruti ſunt. Alii, de quibus nunc nobis inſtitutus ſermo eſt, Arabes fuere, qui terrarum orbem peragrantes gratuitam morbo aliquo laborantibus operam præbebant. Diocletiani vero temporibus in Ciliciam profecti, & comprehenſi ſiſtuntur Lyſiæ Duci, quos variis affectos ſuppliciis capite damnavit, & tres qui eos proſequebantur fratres, Anthimum, Leontium, & Eutropium.

Decimoquinto Cal. Nov. commemoratio ſancti Apoſtoli & Evangeliſtæ Lucæ.

XVIII.

121 LUcas Evangeliſta in Antiochia magna ortus, medicus, & pictor cum Thebas Macedoniæ, Trajano Imperatore perſecutionis vitandæ cauſa veniſſet, congreſſus, collocatuſque cum Sancto Apoſtolo Paulo ut is, qui ex ſeptuaginta Apoſtolorum numero erat, Apoſtolo ſe in Chriſti, & Evangelii prædicatione ſocium adjunxit ad omnia promptiſſimum. Conſcripſit prius Evangelium ad Theophilum quendam Ducem, qui in Chriſtum crediderat, dictante ſibi Sancto Petro Apoſtolo, deinde Apoſtolorum acta ad eundem Theophilum, poſthæc in pace quievit.

Decimoquarto Cal. Nov. certamen ſancti Martyris Sadoch, & ſociorum viginti.

XIX.

122 SAdoch martyr, Saporio rege Perſarum, Chriſtianæ fidei cauſa comprehenſus, ductuſq; ad eundem regem, jubetur ſacrificare Igni, qui cum imperata facere recuſaret, graviſſime cæditur, tum cute à fronte ad pedes excarnificata, deque ejus pelle loris digiti latitudine detractis, iterum bubulis nervis laceratus, ad hæc ſpinis, lignis, ac teſtulis acutiſſimis corpori ejus ſic affecto ſubſtractis, nudus pertrahitur. Deinde digitis articulatim diviſis in concham haſtilis injectus haſtili contunditur. Præterea candentibus ſubulis, quod reliquum eſt corporis fodicant. Poſthæc capite de ſublimi ſuſpenſo, linguam præcidunt. Cujus conſtantiam in ſuperanda tanta tormentorum acerbitate homines mille ducenti ſeptuaginta conſpicati, in eam opinionem diſceſſere, ut nonniſi explorata magnarum rerum ſpe nixus, tanta perferre poſſet. Quamobrem Chriſti fidem ſecuti in vincula conjiciuntur, Sadoch vero cum centum viginti Sanctis capite plectitur.

Eodem die, commemoratio Amphilochii Epiſcopi Iconii, qui in ſanctorum numerum relatus eſt.

123 AMphilochius non per mortalis cujuſquam, ſed Sanctorum Angelorum manus impoſitionem renunciatus Epiſcopus commilito Sanctorum Patrum Baſilii Magni, Gregorii Theologi, & Gregorii Niſsæ Epiſcopi in acie adverſus hæreticos Arium, & Eunomium, & horum ſimiles inſtructus ſtetit, qui cum ad Theodoſii Majoris tempora vixiſſet, atque ab eo ad coercendas Arianorum in urbibus ſynaxes lectus eſſet, tunc quidem ſuperſedit, quod Imperator veritus, ne ea res magnos excitaret tumultus, rem producendam exiſtimaret, ſed poſtea cum quadam de cauſa Imperatorem conveniſſet, illumque ſolum Arcadio filio, qui prope aſsidebat, præterito adoraſſet, & rogatus, quamobrem id faceret, reſpondiſſet, ſicut tu Imperator indigne fers, ſi non idem filio, qui tibi honor habeatur, ſic & Deo Patri offenſionem eſſe ſcito illi, qui Filio, & Verbo contumelias & injurias impoſuerit, movit adeo Imperatorem, ut de illius ſententia ac voluntate rem confecerit.

Eodem die, commemoratio ſancti & glorioſi Prophetæ Joelis.

124 JOel Judæus voluntatem Dei ſemper executus, accepto à Deo Prophetiæ munere, cum multa alia, tum multo plura de Chriſto, quem Virgo citra omnem virginitatis noxam eſſet paritura, & de Spiritu Sancto prophetavit, quem magno Pentecoſtes die duodecim accepere Apoſtoli. Hæc, inquiens, dicit Dominus, & erit in noviſsimis diebus, effundam de Spiritu ſancto ſuper omnem carnem, & prophetabunt filii veſtri, & filiæ veſtræ, quod exitus comprobavit. Nam cum in ſuperiore domus parte hora diei Pentecoſtes tertia conſiderent Apoſtoli, deſcendit Spiritus ſanctus ſub candentium linguarum forma, conſcenditque ſuper ſingulos eorum, deditque non illis ſolum, ſed & iis, qui ſucceſsere, varia dona, & prophetias. Cumque Joel prophetiæ munus obiviſset, in pace dormivit, ſepultuſque eſt in terra ſua.

Decimotertio Cal. Nov. commemoratio ſancti Cornelii Centurionis.

XX.

125 COrnelius Centurio Cæſareæ Palæſtinæ ortus claruit Apoſtolorum temporibus, qui omnium gentilium primus in Chriſtum credidit. Deus enim cujus ſibi gratiam Cornelius beneficentia, & benignitate in pauperes conciliarat, monuit illum per Angelum, ut a Sancto Petro baptizaretur. Deinde cum Epiſcopus Scamandri declaratus, Chriſti fidem diſſeminaret, comprehenſus a Demetrio præfecto, compulſuſque in Idolorum templum, ut una cum populo, & uxore & filio Demetrii Diis immolaret, oravit, quare facto terræmotu, collapſoque cum Idolis templo, uxor, & filius Præfecti obruti fuerunt, quibus vociferantibus, & magnum eſſe Cornelii Deum inclamantibus, rogatus a Demetrio Cornelius, precibus a Deo impetravit, ut inde incolumes evaderent. Quamobrem Demetrius cum uxore, & filio, & aliis ducentis ſeptuaginta ſeptem in Chriſtum crediderunt, ipſe vero in pace quievit.

Eodem die, certamen Sancti Martyris Artemii Thaumaturgi.

126 ARtemius bellicoſus, Juliano prævaricatore imperante Dux Alexandriæ Ægypti; & in Patritiorum numerum, a Conſtantino Magno aſcriptus, cognita Juliani crudelitate, quam in Chriſtianos Antiochiæ exercebat, adiit, & impietate illi objecta, nervis bubulis cæditur; tum lumbis illius acutis muricibus laceratis, lateribuſque ac genis lancinatis medio ſaxo a lapicida diſſecto includitur. Deinde coagmentatis iterum partibus compreſſus, intolerabiles exilientibus oculis, diffuſiſque inteſtinis pertulit cruciatus, qui cum a propoſito pietatis ſtudio deduci non poſſet, Tyranni juſſu gladio trucidatur. Cujus reliquiæ Conſtantinopolim translatæ ſanitatem fidem ejus implorantibus reſtituunt.

Duodecimo Cal. Nov. certamen ſanctorum Martyrum Dacii, Gaii, & Zotici.

XXI.

127 DAcius, Gajus, & Zoticus Nicomedienſes, cum publicus Idolorum feſtus dies ageretur, audacter adorti, everſiſque quæ ſuper altaribus poſita erant, impiè a ſtultis infidelibus feciſſe exiſtimati ſunt. Quare injectis catenis ad judicem rapiuntur, in quibus quæcunque excogitari potuere tormenta, experti ſunt, verbera, plagas, equuleum, diſſecta flagellis latera, carnes ciliciniis pannis laniatas: quæ omnia cum non ſolum negligerent, ſed etiam Idolorum vanitatem vehementius accuſarent, & magna voce Chriſtum ſolum verum Deum eſſe teſtarentur, ſaxis de collo appenſis in gurgitem conjectos ſagittis confecit. Qui exoptatum martyrii finem conſecuti gratias Chriſto regi ſæculorum agebant, quod digni ab eo habiti eſſent, pro cujus nomine vitam profunderent.

Eodem die, commemoratio ſancti Patris noſtri Hilarionis Presbyteri, & Anachoritæ.

128 HIlarion Sanctus Gazæ Paleſtinæ natus Conſtantino Magno Imperatore claruit. Hic literarum ſtudio Alexandriam Ægypti profectus duo conſecutus eſt, ut & literas, & ea etiam quæ ad Chriſti fidem ſpectant, optime perdiſceret.

Qua-

Quare baptizatus cognita Antonii Magni diſciplina, ac inſtitutione, ſeſe in illius diſciplinam tradidit, à quo virtutis opera aliquandiu eruditus reverſuſque in patriam ſuam cum jam é vita diſceſſiſſent parentes ejus, omnes ſacultates diſtribuit pauperibus, ſumptoque cilicio & melota eremum petiit, ubi ſolitariam agens vitam, miraculorum munere donatus a Deo eſt, quæ cum illum multo illuſtriorem redderent, quam ipſe ſibi tutum eſſe putaret, ut hominum vitaret frequentiam, nunc huc. nunc illuc ſeſe recipiens nuſquam conſiſtebat, ſed mutatis frequenter ſedibus ſolitudinem captabat, cumque ſolitariæ vitæ inſtitutum nonaginta annos ſectatus eſſet migravit ad Dominum.

Undecimo Cal. Nov. commemoratio SS. & Apoſtolorum æqualis patris noſtri, Abercii Epiſcopi Hierapoleos.

XXII.

139 ABercius pater noſter ad Sanctorum numerum aſcriptus, Marco Imperatore, eſt Epiſcopus Hierapoleos a Sanctis Apoſtolis creatus, & celebre Thaumaturgi cognomen habuit. Dæmon vero, cum Sancti animum tentare vellet, ingreſſus Imperatoris filiam, effecit, ut quæſitus ad filiæ ſanitatem ſanctus, accitus per literas ab Imperatore, Romam poſt longum, ac laborioſum iter ingrederetur. Ad quod eum ſe compararet, imperavit ſervo, ut in unum, eundemque utrem, garum, acetum, & oleum commiſceret: ea quibus ſi quid ſibi ſanctus depromi juſſiſſet, ſeparatim, ac proprie ſingula, at ſi ſervus ſibi ſumere ſurtim auſus eſſet, promiſcuè fluebant. Romam igitur cum perveniſſet, Imperatoris filia liberata, Dæmoni imperavit, ut lapideum altare, quod in conſpectu jacebat, Hierapolim deſerret, ut qui ſibi tanti itineris author fuiſſet, illius & opera lapis Hierapolim perlatus ſepulcro ſuo imponeretur. Sanctus vero quod reliquum fuit vitæ ſanctiſſime cum traduxiſſet, ad Dominum advolavit.

Eodem die, certamen Sancti Sacromartyris Alexandri, & ſociorum Heraclii, Annæ, Theodotæ & Glyceriæ.

130 ALexander Sacromartyr, & Epiſcopus, cum liberius Chriſtum prædicando multos & ex Judæis, & ex gentilibus ad Chriſti fidem traductos baptizaret, retentus à regionis præfecto, cum diu tortus, & depexus a Chriſti cultu nulla tormentorum acerbitate deterreri potuiſſet, miles quidam Heraclius nomine, admiratus viri conſtantiam in Chriſtum credidit. Quare & ipſe multis affectus ſuppliciis capite plectitur. Alexander vero multis editis mirabilibus ſactis, quippe cujus plagæ Chriſti viſitatione ſanatæ fuerant, tres etiam fœminas ad Chriſti fidem pertraxit, Annam, Theodotam, & Glyceriam, quæ in conſpectum præfecti cum ſe dediſſent, ipſum graviter accuſarunt. Deinde in vaniſſimam Idolorum ſuperſtitionem liberius invectæ ſunt. Quamobrem vehementi incitatus ira præfectus, caput Alexandro primum amputari jubet: deinde & fœminas ſanctas peſſime fuſtibus mulctatas capitis damnavit.

Decimo Cal. Nov. certamen ſancti Sacromartyris & Apoſtoli Jacobi fratris Chriſti.

XXIII.

131 JAcobus Sanctus primus Hieroſolymorum Epiſcopus ab ipſo Chriſto renunciatus, primus, & ab eodem edoctus divini ſacrificii rationem conſcripſit, quam latius fuſam poſtea Baſilius Magnus, & poſt hunc Chryſoſtomus hominum infirmitati conſulentes compendiariam reddidere. Jacobus autem cum non contemnendam tam Judæorum, quam Græcorum manum ſecum ad Chriſti cultum traheret, præſenti Judæos iracundia exardeſcentes in ſe adeo concitavit, ut coacti in unum è Templi faſtigio deturbatum necaverint.

A

Eodem die, certamen Sanctorum Martyrum Theodotæ, & Socratis Presbyteri.

132 THeodota Sancta, Alexandro Imperatore, genere nobilis, natione Pontica, quietis ſtudio in Monaſterium ſe abdidit. Quamobrem delata ad Præfectum, & in equuleum ſemel, atque iterum ſublata ſcalpitur. Deinde in ardentiſſimum caminum conjecta, ſed Chriſti beneficio excepta mittitur Bizantium, deinde Ancyram, ubi cum Græci publicè Feſtum dæmonis diem celebrarent, ſimulacraque colerent, Socrates Presbyter ſtudio pietatis, cultuque Jeſu Chriſti in iram accenſus, evertit hoſtiarum altaria. Quamobrem extremo eſt ſupplicio affectus. Theodota autem juſſa Diis immolare, cum imperata ſacere recuſaſſet, in ſartaginem ferventiſſimi olei plenam conjicitur: ſed cum inde indemnis, & illæſa divinitus evaſiſſet, gladio martyrii coronam adepta eſt.

B

Eodem die, commemoratio manifeſtationis Sanctorum ſeptem Puerorum Epheſi factæ.

133 MAximilianus, Jamblichus, Martianus, Dionyſius, Joannes, Conſtantinus, & Antoninus Epheſi Chriſtianæ pietatis cauſa producti ad Decium Imperatorem, cum tempus ad deliberandum petiiſſent, idque impetraſſent, in montis cujuſdam ſpeluncam profugere, ibique ſomno ſe dedere obſtruſo ſpeluncæ aditu, Trecenteſimo ſeptuageſimo ſecundo poſt anno. Theodoſio Juniore Imperatore, cum hæretici novas res in Eccleſia moliri pernicioſiſſimo dogmate auſi eſſent, negando reſurrectionem, eaque res imperatorem maxime ſolicitum haberet, Deus, ut in omnium animis certam reſurrectionis fidem confirmaret, aperta ſpelunca, dormientes excitavit. Ex quibus Jamblichus ſumpto Decii nummo deſcendit in Urbem ad coemendos cibos, ut qui jam dudum dormiſſet, cognitus eſt: deductuſque ad Epiſcopum, rem omnem uti ſe habuerat expoſuit. Igitur, cum teſtatam apud omnes reſurrectionis fidem reliquiſſent, iterum mortui in ſpeluncam illati ſunt.

C

Eodem die, commemoratio Sancti Patris noſtri Ignatii Patriarchæ Conſtantinopolitani.

134 IGnatius ſanctus pater noſter, filius Michaelis Imperatoris, frater Theophili, & nepos Nicephori Imperatorum, Eunuchus primum, deinde Monachus factus, præfuit Monaſterio Archangeli, quod olim Orientis, nunc autem Satyri cognomen habet. Poſtea creatus Patriarcha Conſtantinopolitanus, cum præfuiſſet undecim annos, & menſes quinque, a Michaele Imperatore deturbatur, ſubrogato Photio Monacho, qui cum ſacram ſedem occupaſſet, eiicitur & ipſe a Baſilio Imperatore, reſtituto in priſtinum locum Ignatio, quem cum undecim annos obtinuiſſet, abrogato illi iterum Patriarchatu, ſubrogatoque Stephano Sancto Baſilii Imperatoris filio, privatam in Satyri Monaſterio vitam ad mortem piè ſanctèque traduxit.

D

Nono Cal. Nov. certamen ſancti Martyris Arethæ, & ſociorum.

XXIV.

135 ARethas Negræ urbis Æthiopiæ princeps claruit Juſtino Imperatore, Æthiopiæ autem Rege Edesbaam eximio Chriſtianæ religionis cultore, cum Omeritis, quæ regio in ſcripturis ſacris, Saba, a Græcis autem ſelix Arabia dicitur, Hebræus quidam imperaret. Nam cum Edesbaam ſuperato Hebræo, urbem ejus præſidiis firmaſſet; deinde commutata fortuna, Hebræus cæſo repente præſidio magnis ad urbem Æthiopiæ Negram contendiſſet itineribus, eamque non per vim, ſed dolo, & perjuriis cepiſſet, cædem in Chriſtianos omnes nulla ſexus, aut ætatis habita ratione crudeliſſime exercuit. Arethas autem ſanctus cum ſenio confectus jaceret, neque per ſe ingredi poſſet, ſuccollantibus cæteris ad cædem delatus eſt, quare in-

ter

ter gratiarum actionem una cum reliquis Chriſtianis Martyrii palmam adeprus eſt.

Eodem die, commemoratio Sancti Patris noſtri Procli Patriarchæ Conſtantinopolitani.

136 PRoclus, qui in Sanctorum Patrum numero habetur, pietate, ſapientia, & virtute inſignis, à Siſinnio Patriarcha Conſtantinopolitano Cytici Epiſcopus crearus, neque à Clericis Cytenis, quippe qui hæretici eſſent, receptus Conſtantinopolim redut, atque à turba, & populi oculis, totum ſe honeſto ocio, & litteris involvit, quoad in Maximiani Patriarchæ, cujus reliquiæ adhuc in ſanctiſſimæ, & Auguſtæ Dei Eccleſiæ ſacrario quieſcunt, demortui locum ſubrogatus in throno quinto ſalutaris Domini noſtri Jeſu Chriſti pœnæ & majoris hebdomadæ die collocatus eſt, qui Epiſcopi officia & munera, tam in manuum impoſitione, quam in doctrinæ ſtudiis annos duodecim, menſes tres diligentiſſimè executus in pace quievit.

Octavo Cal. Nov. certamen ſanctorum Martyrum, & Notariorum, Marciani, & Martyrii.

XXV.

137 MArcianus, & Martyrius Conſtantino Imperatore diſcipuli Pauli Confeſſoris, & Patriarchæ Conſtantinopolitani fuere, ejuſque qui à Conſtantio in Armeniam extorris ejectus, quod ab hæretica Arianorum factione longe abhorrens, nullam eum iis aut vitæ conſuetudinem, aut doctrinæ ſtudiorumque ſocietatem jungere voluiſſet, ibi etiam felicem beatumque vitæ ſuæ diem objerat, ab Arianis Orthodoxæ fidei cauſa ſtrangulatus. Cujus veſtigiis Marcianus, & Martyrius ingreſſi, à Philippo prætore Ariano diu torti in tenebricoſum includuntur carcerem, ut fame & tenebris conficerentur. Inde eductos, ſpe, & præmio, & promiſſis adorti, poſtquam omnia conſtanria ſepta eſſe caperti ſunt, ad parietis crepidinem adductos gladiis jugularunt, quorum corpora in eodem loco ſepulta ſunt.

Eodem die, certamen ſancti Martyris Vari, & Sociorum ſeptem.

138 VArus Martyr Sanctus, Maximiano Imperatore, ſtipendia in Ægypto merens, genere & pietate inſignis, cum Sancti ſeptem ex montium ſpecubus, in quibus diu latuerant extracti, in vincula ob Chriſti fidem eſſent conjecti, carcerem ingreſſus, ſolutos catenis ſanctos multa benignitate proſecutus eſt; cui illi authores fuerunt, ut abſterſo animi metu aperte Deum coleret. Quare cum in carcere eorum unus ad Dominum migraſſet, in defuncti locum cooptatus eſt Varus: quod ubi reſcivit præfectus, adductum in conſpectum ſuum Varum una cum reliquis ſanctis, & palam Chriſtum confeſſos, ſcipionibus cœdi juſſit, deinde in ſublime arreptos tandiu ferreis nogulis virgiſque laniari, donec quintam poſt horam expirarint.

Septimo Cal. Nov. certamen ſancti Martyris Demetrii.

XXVI.

139 DEmetrius Martyr celeberrimus, Maximiano Imperatore, Theſſalonicenſis, pietate, & Chriſtianæ fidei ſcientia illuſtria, tortus pro Chriſti nomine, cùm Lyæum quem apud ſe Imperator habebat oſtentaret, ac neminem fore aſſereret, qui ſingulari cum illo certamine congreſſus victor diſcederet; movit ea jactantia Neſtori cuidam adoleſcentulo ſtomachum, qui carcerem ingreſſus, ac Sancti Demetrii ope implorata, cum Lyæo congreſſus egregie vicit, & occidit. Tulit moleſtiſſime gladiatoris cædem Imperator, cujus authorem fuiſſe Demetrium cum cognoviſſet, miſit ſtatim, qui in carcere lanceis eum transverberarent, ubi multis ſanitatem reſtituit.

Eodem die, certamen ſanctorum Martyrum, Marci, Soterichi, & Valentini.

140 MArcus, Soterchus, & Valentinus, admirabili quodam ad pietatem omnem ſtudio concitati, Chriſtum palam profitebantur, infideleſque ab impietate ad Chriſti cultum traductos baptizabant in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Quare comprehenſos impii Græci multiſque affectos ſuppliciis, ingentibus clavis confodere, deinde humi ſtratos hinc & illinc miſerabiliter reptantes certatim viri, mulieres, & pueri indigniſſime tandiu proculcarunt, quoad felices Deo animas redderent. Quorum reliquias Terentianus inſigni pietate Chriſtianus, qui & certantibus Martyribus animum præſens addere, & defunctis ſuprema ſolvere conſueverat, ex Aſia in Taſum inſulam tranalatas honorifice ſepelivit, multis ad hanc diem mirabilibus factis illuſtres.

Eodem die, certamen ſancti Martyris Neſtoris.

141 NEſtor Martyr Theſſalonicenſis Maximiano Imperatore, Chriſti fide imbutus, frequenti tamen Demetrii congreſſu, & conſuetudine verbo veritatis accuratius inſtitutus, & edoctus eſt. Hic cum Theſſalonicæ Maximianus Circenſes Ludos committeret, gladiatoremque gentilem Lyæum nomine portentoſa corporis, & proceritate & fortitudine in Theatrum produxiſſet, qui omnea in certamen deſcendere auſos interficiebat, in zelum divinum accenſus, re cum Sancto Demetrio communicata, à quo non ſolum adhortatus, ſed etiam virtute Domini noſtri Jeſu Chriſti auctus, & confirmatus eſt, in arenam deſcendit, Lyæumque interfecit. Quamobrem commotus vehementer Imperator, capite damnavit Neſtorem, ſed ille glorioſum, & ex Lyæo, & dæmone triumphum egit.

Eodem die, commemoratio magni terræmotus.

142 VIgeſimoquarto Leonis Iſauri Imperatoris anno Ind. nona, Septimo Cal. Nov. Feſto Demetrii die, Conſtantinopolis magno, & horrendo terræmotu concuſſa eſt, ut omnibus prophanis, ſacriſque ædibus terribili fragore corruentibus innumerabilis mortalium multitudo extincta fuerit: quapropter miſerabilis hujus cladis memores feſtum hunc diem agimus, ſupplicationemque ad immaculatæ & glorioſiſſimæ Dominæ noſtræ Dei Genitricis Virginis Mariæ auguſtam, & ſacram ædem, quæ in Blachernis eſt, decrevimus, ſuppliciter implorantes impenſeque placantes cum ipſam, tum qui ſine ſemine, & corruptione pro eluendis animorum noſtrorum peccatis ex ea natus eſt, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ut juſtam in nos iram ſuam remittat. Ex eo quotannis precibus gratiiſque ſolemnem hunc diem celebramus.

Sexto Cal. Nov. certamen Sanctæ Martyris Capitolinæ, & Eroteis ancillæ ejus.

XXVII.

143 CApitolina Martyr, Diocletiano Imperatore, Cappadox, natalibus clariſſima, ad Præfectum adducta, & de patria, parentibus, & nomine interrogata; Ego, inquit, Chriſtiana vocor: patriam autem habeo Cœleſtem Hieruſalem, at parentes ſunt Chriſtiani doctores, inprimiſque Magnus Firmilianus Cæſareæ Cappadocis Epiſcopus. Igitur, quia generoſe Chriſtum confeſſa, ementitam autem eſſe Idolorum ad ſuperſtitionem atque errorem fallaciis inventam opinionem liberius teſtata eſt, vincta in carcerem truditur, ad quam Eroteis ancilla ingreſſa dominæ vincula oſculabatur; educta paulo poſt Capitolina obtruncatur. Eroteis autem in ignem injecta, & divinitus erepta tentatur, num de ſententia depelli poſſet, quæ cum obfirmato in Chriſti cultu animo perſeveraret, gladio trajecta occubuit.

Quinto Cal. Nov. certamen Sancti Sacromartyris Cyriaci, qui pretioſam Domini Crucem Helenæ monſtravit.

XXVIII.

144 CYriacus poſtea quam pretioſam, ac vivificam Crucem monſtravit, Baptiſmo in-

ſigni-

ſignitus eſt, & Hieroſolymorum Epiſcopus declaratus, ad Juliani prævaricatoris tempora vitam produxit. qui ſuſcepta adverſus Perſas expeditione, cum Hieroſolyma profectus, Sanctum Cyriacum ad Tribunal ſuum perductum conabatur ad Idolorum cultum pellicere, ſed reprehenſus ab eo, juſſit illi dexteram amputari, addito cavillo: Æquum eſt, inquit, præcidi, quæ per literas plurimos à Deorum cultu abſtraxit. Deinde liquatum plumbum in os infundi. Præterea in grabato ex ære candenti collocari: ad quem cum veniſſet mater ejus, corripitur & ipſa, ac de ſublimi capillis appenſa tandiu depectitur dum animam efflaret. Cyriacus verò in ahenum injectus, & lancea confoſſus martyrio conſumptus eſt.

Eadem die, cammemoratia ſancti Joannis Chozobitæ.

145 JOannes locupletibus parentibus Thebis Ægypti natus cum adoleviſſet, nullam ſibi unquam cum Eccleſia Catholica communionem eſſe volebat, Chalcedonenſi ſynodo offenſior: at cum aliquando eum ſancta loca viſendi cupido inceſſiſſet, viſus eſt ſibi per quietem præciſam crucem adorare cupienti, atque omnem aditum exploranti, portam invenire non poſſe, imò hujuſmodi vocem audiſſe, Crucem contemptui eos habere, quibus nulla eſſet cum Catholica Eccleſia communitas. Experrectus igitur juncta cum Catholicis communione, confeſtim ſe in proximam Eremum recepit, atque in Chuzeba monte ad mortem uſque conſedit, ubi & ſeipſum omni diſciplinæ genere, ſanctiſque inſtitutis probè excoluit, & multus ſuo exemplo ad eandem vitæ rationem ineundam allexit.

Quarta Calen. Novemb. Cammemoratio ſancti Patris noſtri Abrami.

XXIX.

146 ABramus Chriſtianis parentibus natus, uxore, quam invitus duxerat, propter Chriſtum dimiſſa, ſolitudinis ſtudio, ſe in anguſtiſſimam cellulam abdidit, ubi decem annos commoratus eſt, ad presbyteratum promovetur, & cum è vita ceſſiſſet frater relicta puella annos ſeptem ingreſſa, illam ſanctus ſecum adductam in altera ſuæ propinqua cellula incluſit. Quæ cum vigeſimum ætatis annum ageret, Diaboli opera non ſolum in fornicationem lapſa eſt, ſed ſancto etiam vitæ inſtituto valere juſſo, in meritorio hoſpitio fornicationi indulgens, in omne vitium præceps abibat. Quod ubi reſcivit ſanctus, ſumpta militari chlamyde, & conſcenſo equo inventam neptim ad priſtinam vitæ rationem retraxit, quæ expiatis per pœnitentiam ſordibus, tantos in virtute progreſſus habuit, ut miraculis inſignita, in ſancto propoſito ad mortem uſque perſtiterit. Abramus vero in ſumma ſenectute in Domino obdormivit.

Eodem die certamen ſanctarum Martyrum Claudii, Aſterii, Neonis, & Theonillæ.

147 CLaudius, Aſterius, & Neon Diocletiano Imperatore, & Lyſia Ciliciæ Præfecto, ætate integra, & florenti, & germani fratres è Cilicia Mopſueſtiam profecti facultates paternas à noverca repetere, & perſequi lite, ac judicio cœperunt, ſed illa, ne quid daret, detulit eos ut Chriſtianos. Quare retenti à Præfecto, & interrogati Chriſtum libere confeſſi ſunt. Inde in Theatrum deducti nudatique, & in equuleum ſublati primum fuſtibus mulctantur: deinde ungulis ferreis acerbiſſime depectuntur, tum multis aliis affecti ſuppliciis una omnes conſtricti catena, & extra urbis mœnia tignis in altum erectis affixi, martyrii coronam conſecuti ſunt. Poſt hos Sancta Theonilla in ſublime capillis ſublata ſcipionibus uſque adeo cæditur, ut inter diros cruciatus expirarit.

Tertia Calen. Novemb. Certamen ſancti Sacromartyris Epimachi.

XXX.

148 EPimachus Martyr Ægyptius eruditionis quidem expers, & ignarus, atqui facie

A liberali, & decora, cum præfectum Alexandrinum aliquando vidiſſet vi tormentorum ſanctos ad Deorum ſacrificia compellere, vehementi zelo divino exardeſcens, impetu facto, propoſitum altare ſubvertit. Quamobrem comprehenſus cuſtodiæ traditur, ſed nec in vinculis finem faciebat, eos, qui ſimul incluſi erant, cohortandi ad ſubeundum fortiter pro Chriſti nomine martyrium. Educti igitur ſancti de carcere, cum multo etiam liberius, quam conſueverant, Præfectum accuſarent, admiratus ille, unde tantos ſibi animos ſumpſiſſent, cognovit hujus rei authorem Epimachum fuiſſe, quem in ſublime arreptum ungulis ferreis ſcalpi juſſit, cujus ſanguis, cum in alterum ſubjectæ puellæ, ſanctique ſatum miſerantis, & deplorantis extinctum oculum defluxiſſet, lucemque illi reſtituiſſet, furore percitus Præfectus caput à cervicibus abſcindi imperavit.

Eodem die, certamen ſanctæ Martyris Eutropiæ.

B 149 EUtropia Martyr Alexandriæ Ægypti nata, cum magnus martyrum numerus in eadem urbe in vinculis eſſet, nunc quidem præſens ipſa, nunc vero per alios, neceſſarios ſanctis ſumptus ſuppeditabat. Quamobrem delata ad Apallianum præfectum in carcerem, & in tenebras arripitur. Inde poſt aliquanto educta tribunali ſiſtitur, & Chriſtianam ſe profeſſa, in equuleum agitur, & facibus ardentibus exuritur, quo in tormento cum magna tortores voce inclamans: Quantum ego, inquiens, ex hac frigus aqua capio, & quam terribilem, Deique filio ſimilem hominem video! (hunc autem, & qui aderant videre) cumque gratias Chriſto pro quo libenter hujuſmodi cruciatus pertulit, magnas ageret, beatam illi animam reddidit.

Pridie Calen. Novemb. certamen ſancti Sacromartyris Zenobii, & Zenobiæ ſororis.

XXXI.

C 150 ZEnobius Martyr, Diocletiano Imperatore, Zenodoto, & Thecla Chriſtianis natus, cum & in ætate ſimul, & in Dei cognitione pietateque procederet, & progrederetur Epiſcopus Ægearum, in quibus natus fuerat, renunciatur, qui cum plurimos, vel eos, quorum ſalus à medicis deplorata erat, priſtinæ reſtitueret ſanitati, correptus, Lyſiæ Præfecto ſiſtitur. Id ubi reſcivit Zenobia ſoror, ſeipſam ſponte ſua obtulit. Igitur primum cæſi, & lecto ferreo candenti impoſiti, deinde in ferventem cacabum pice plenum injecti, atque ex his omnibus divinitus erepti, compelluntur iterum, qua erat Præfectus vecordia, ſacra impuris dæmonibus facere. Sed cum de pia ſententia depellere eos Præfectus non poſſet, pronunciavit, ut capite mulctarentur.

Eadem die cammemoratio ſanctorum Apoſtolorum Stachis, Ampliæ, Urbani, & ſociorum.

151 STachis Apoſtolus Epiſcopus Bizantii ab Andrea Sanctiſs. Apoſtolo lectus, cum templum Argyropoli ædificaſſet, in quo Chriſtianorum duo millia docebat, præfuiſſetque annos ſexdecim, in pace quievit. Amplias autem Epiſcopus Ulyſſipoleos, quæ eſt in Macedonia, interemptus à Græcis eſt. Porro Urbanus Macedoniæ Epiſcopus, & ipſe à Judæis, & Græcis cum multis aliis necatus. Die igitur eodem contigit, ut alii alia ratione, & loco torti ab iis, qui Chriſtum ignorabant Græcis, & gentibus, felices Deo reddiderint animas: quorum pretioſæ reliquiæ Conſtantinopolim poſtea translatæ, in eo, qui Fons dicitur, loco quieſcunt.

N O V E M B E R.

Calen. Novemb. Dormitio ſanctorum Anargyrorum Coſmæ, & Damiani Theodotæ filiorum.

I.

152 COſmas, & Damianus Anargyri Sanctæ Theodotæ Chriſtianæ filii, fide Chriſti ab ea, medicinæ autem arte à Spiritu ſancto inſtituti, curandis non hominibus ſolum, ſed & jumentis operam ſuam nulla mercede ponebant: ſed tamen cum fœminam Palladiam nomine curaſſent, Damianus ab ea, quod ſe per Deum adjutaſſent, ova tria accepit. Quod ubi reſcivit Coſmas, mandavit, ne Damiani reliquias prope ſe poſt mortem collocarent. Mortuo igitur prius Coſma, deinde Damiano, deliberante populo, ubinam ſepeliendus eſſet Damianus, repente Camelus, qui à dæmone peſſime acceptus, ſanatus ab Anargyris fuerât, voce magna edixit, eodem ſepulchro, quo Coſmas condi debere, cum non mercedis loco, ſed juramento adactus ova accepiſſet.

Eodem die, certamen ſanctorum Martyrum Cyriænæ, & Julianæ.

153 CYriæna Martyr, Maximiano Imperatore Tharſenſis comprehenſa à Ciliciæ Præfecto cum cogeretur ut Chriſto abjurato ſacra Idolis faceret, conſtantiſſima in pietatis ſtudio permanſit. Quamobrem tonſo capite, & ſuperciliis, fronteque pittacio contumeliis pleno obducta Aſino impoſita ab otioſis pueris cædebatur ferulis, atque à mimis, & petulantibus militibus nuda per urbem traducebatur. Quæ cum oraſſet, ne nuda conſpiceretur, divinitus obtecta Idololatrarum oculos fallebat: deinde cum altera ejuſdem urbis Chriſtiana Juliana nomine in fornacem injecta inter laudes divinas, & gratiarum actiones beatam efflavit animam.

Eodem die, certamen ſanctorum Martyrum Joannis Epiſcopi, & Jacobi Presbyteri, cognominato Teloſe.

154 JOannes Epiſcopus, & Jacobus Presbyter, qui in Perſide verbum fidei diſſeminantes, non paucos ab impietate ad Dominum converterunt, claruere Saborio Rege Perſarum: Joannes enim cum per quietem vidiſſet carnificem, coronam, quam in enſis capulo circumferebat, capiti ſuo imponentem hujuſcemodi adhibita præfatione: Accipe, ò Epiſcope, quam tantopere expetiſti coronam, paucis poſt diebus comprehenditur una cum Jacobo presbytero, qui vario primum affecti cruciatu, gladio deinde trucidati, immortalem vitæ æternæ coronam adepti ſunt, cum interim ad extremum gratias Deo ſemper agerent, quod ſe, qui pro ejus nomine mortem oppeterent dignos judicaſſet: atque in eodem loco honorifice ſepulti ſunt.

Quarto Non. Novemb. certamen Sanctorum Martyrum Acidini, Pegaſii, Animpodiſti, Aphthonii, Elpidephori, & ſociorum.

II.

155 ACidinus, Pegaſius, & Animpodiſtus, Martyres, Conſtantino magno Imperatore, Perſæ, cum ſeparatim in cellula vitam agentes, verbo Dei ad veram pietatem populos inſtituerent, a Perſarum Rege retenti, ſcipionibus male mulctati mutum illum adhibita precatione reddidere, ſed reſtituta poſt aliquanto linguæ facultate, nihilotamen ſecius in lebetes plumbo ferventi plenos iniiciuntur. Qui incolumes inde egreſſi Aphthonium militem rei miraculo vehementer commotum ad Chriſti fidem traxere, qui ſtatim extra mœnia eductus & capite mulctatus vitam pro Chriſto profudit: illi vero ſolliculo inſuti & in mare projecti, viſi ſunt in littus ab Angelo ab Aphthonio deduci: militibus vero, qui in mare præcipites ſanctos dederant, manus præcidi rex juſſit. Elpidephorus tot mirabilibus factis impulſus Senatorii ordinis vir, regem accuſavit, & cum eo credidere ſepties mille homines, qui omnes capite damnati mortem oppetiere; ſed & vigintiquinque cum Saborii matre, quod Chriſti fidem amplexi eſſent, igni abſumpti ſunt.

Eodem die certamen Sanctorum Martyrum Carterii, Atici, Styracii, Eudoxii, Tobiæ, Agapiti, Nicopolitani, & ſociorum.

156 CArterius, Stiracius, Tobias, & Nicopolitanus Sancti, Sebaſtæ ſtipendia ſub Licinio Imperatore merentes, id omnes conſilii cepere, ut per omnem militiam in fide Chriſti manerent: quare a Marcello duce ſuſtibus mulctati in carcerem rapiuntur. Inde eductis, humeri, & venter, nervis lacerantur crudis, dentesque contunduntur, & ad Carterium converſus Marcellus: Tu, inquit, ſolus auſus es populum a fidem Imperatoris abductum ad defectionem impellere? Cui Carterius; Ego populo author fui, non ut à fide Imperatoris diſcederet, ſed ut immortalem Deum ſequeretur. Poſt hunc adduci Styracium, & Tobiam, & Nicopolitanum, eum in Chriſti confeſſione perſeverarent, jubet: deinde jubet ſanctos ſuſtibus, & ſcipionibus prius confractos atque aliis tormentis affectos igni ſimul cum magna credentium multitudine abſumi.

Tertio Non. Novemb. Certamen Sanctorum Martyrum Acepſimæ Epiſcopi, Joſephi Presbyt. & Aitalæ Diaconi.

III.

157 ACepſimas Epiſcopus, Joſeph Presbyter, Aitalas Diaconus Perſæ Martyres. Conſtantino Magno Imperatore, facti ſunt a Saborio Perſarum Rege. Acepſimas veneranda canitie (quippe qui nonageſimum ageret annum) & corpore adhuc firmo, proceroque & recto, ad hæc divitiis clarus, comprehenſus cum ſociis ſiſtitur Magorum Principi, qui cum adduci non poſſet, ut Soli, & Marti immolaret, quin potius illis imponeret contumelias, & iniurias, fuſtuario acerbiſſime plexus in vincula rapitur. Poſt hunc admotus Joſeph, ſpreto Archimagi imperio, extenſus flagris, uſque adeo cæditur, ut conciſis fœde carnibus oſſa omnia nudarentur: deinde in carcerem truditur: Aitalæ vero revinctis ad genua manibus, ita membra ſingula luxantur, ut tota corporis compages diſſolveretur. Tandem Acepſimas inter flagra expiravit: Joſeph capite de ſublimi appenſus, ac lapidibus petitus, & Aitalas in ſublimi actus animas Deo reddidere.

Eodem die, commemoratio S. Patris noſtri Joannicii Thaumaturgi.

158 JOnnucius magnus pater noſter in Bithynia natus, cum & in ea, quam ſub Conſtantino Caballino Imperatore adverſus Eſcovitas ſuſcepit expeditione, ſtipendia faciens, & in omnibus aliis bellis fortiſſime ſe geſſiſſet, Bulgarorumque gentem concidiſſet, vidiſſetque aliquando in quodam prælio magnam commilitonum ſuorum multitudinem trucidatam, tam incredibilem cepit animo dolorem, ut ſtatim renunciata militia, Olympum montem conſcendens ſolitudinem miro captaret ſtudio, ſed viſus forte a commilitone quodam in Lyciæ montem conceſſit, unde quoniam mirabilia quæ ediderat facta celebre ejus nomen per eam provinciam jam effecerant, in Eriſte Monaſterium ſeſe recepit, initiatuſque Monachus, cum nec ea ratione occultus eſſe poſſet, quando eum cum alia miracula, tum vero dæmonum depulſio, & prophetia ignobilem eſſe non patiebantur: omnem hominum occurſum vitabundus, è monte in montem fugæ, ac ſolitudini mandabat vitam. Præter cætera & Imperatorum, & Patriarcharum commutationes prædixit. Tertio tamen poſt die quam Methodium futurum Patriarcham prænunciavit, in Domino obdormivit.

Pri-

Digitized by Google

Pridie Noa. Novemb. certamen Sancti Martyris Porphyrii. IV.

159 PОrphyrius Martyr, Aureliano Imperatore, Epheſinus, egregius ſcenicorum ludorum actor erat, cujus ludicra arte delectatus Alexander Cæſarienſium Comes ſecum Cæſaream abduxit. Agebatur autem ſorte feſtus Dæmonum dies ſumma ludorum celebritate, in quibus, & Chriſtianorum ſacra, mores & effigies per ludum repræſentabantur. Productus igitur inter cæteros Ludiones Porphyrius, & Epiſcopi cultum atque habitum diu ludificatus, voluit & Baptiſmo ſacroſancto illudere; cum vero in aquam allatam nudum ſe demerſiſſet, ſacrumque illud Chriſtianorum carmen pſeudo Epiſcopus præfatus eſſet, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti baptizatur Porphyrius*, affuere confeſtim Angeli, qui indura Porphyrio ſtola alba, cum facibus alternis pſallebant vocibus. *Quicuaque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis:* quo miraculo commoti plurimi in Chriſtum credidere. Comes vero rubore ſuffuſus diſceſſit, ſed proximo die, ſanctum prætento magicæ vanitatis crimine capite damnavit.

Eodem die, certamea Sanctoram Apoſtolorum de numero ſeptuagiuta Patrobæ, Hermæ, Lini, Gaii, & Philologi.

160 PAtrobas, Ermas, Linus, Gajus, & Philologus, ex Septuaginta diſcipulorum numero fuere. Patrobas, cujus mentionem in ſuis epiſtolis Paulus magnus facit, Epiſcopus Puteolorum multos ad Chriſti fidem traductos baptiſmate inſignivit. Hermas autem, de quo etiam Paulus Apoſtolus in epiſtola ad Romanos meminit, Philippo poleos Epiſcopus fuit. Porro Linus, poſt Petrum Sanctiſſimum Apoſtolum magnæ Romæ Epiſcopus juri dicundo, rebuſque explicandis, ac conſtituendis vacavit. Atque Gajus, cujus idem Apoſtolus mentionem injecir, poſt ſanctum Timotheum Epheſiorum Epiſcopus renunciatur. Denique Philologus, de quo idem in ſuis epiſtolis ſcriptum reliquit Apoſtolus, Synopis declaratus eſt Epiſcopus ab Andrea primum omnium ad Apoſtolatum vocato. Qui omnes cum in ſua populi adminiſtratione multas moleſtias, & incommoda ab infidelibus pro pietatis verbo pertuliſſent, cujus etiam prædicatione multos in Chriſti partes traxerant, in pace quierunt.

Nonis Novemb. Certamea Sanctorum Galationis, & Epiſtimes. V.

161 GAlation Sanctus Emeſæ Onuphrii Monachi prædictione natus, a quo & parentes ejus baptizati fuerant, cum poſt matris obitum deſpondiſſet illi pater uxorem formoſiſſimam Epiſtimen nomine, adhuc infidelem, nuptiis celebratis adiit quidem uxorem, ſed nulla tamen ratione adduci potuit, ut ad oſculum aut amplexus eam admitteret: cujus rei cauſam ab ea rogatus, quia inquit, Chriſtiana non es. Quare ſtatim Chriſtianam ſe futuram pollicetur, ſed cum nulla presbyteri facultas propter perſecutionem daretur, ab ipſo Galatione baptiſmate inſignita eſt. Deinde ex compoſito diſtributis in pauperes facultatibus uterque in montem ſeceſſit, atque in Monaſterium ſeparatim ſe abdidit. Commota autem in Chriſtianos perſecutione, delati ad Regionis Præfectum ſunt; dum igitur Galation ad Præfectum perducitur, Epiſtime anteverrit, priorque retenta eſt: deinde ambo præciſis manibus, ac pedibus capite mulctati mortem oppetiere.

Eodem die Certamen S. Domniai, & Theotimi, Timothei, Philothei, Dorothei, Carterii, & Silvanii ſociorum.

162 DOmninus, Theotimus, Timotheus, Philotheus, Dotorheus, Carterius, & Silvanius, Maximino Imperatore, cum verbum Dei palam prædicando, multos ad Dominum convertereot, delati ad Maximinum, & comprehen-

A ſi, graviſſimiſque affecti ſupplicitis damnantur ad metalla. Poſt multum vero rempus ergaſtulo educti ſiſtuntur iniquo Maximini tribunali, quos in Chriſti fide conſtantiſſime perſeverantes, juſſit in equuleum actos, crudeliſſimè excarnificari: horum autem ſummam in tormentis tolerantiam Pamphilus quidam conſpicatus, ſecumque reputans nonniſi firma maximarum rerum ſpe nixos ſanctos poſſe tantis ſuppliciis pares eſſe, ad Chriſtum tranſivit cum tribus Virginibus. Quare pudore ſuffuſus Maximinus pronunciavit ut omnes capite plecterentur, qui abſciſſis à cervice capitibus, animas Deo reddidere beatas.

Octavo Idus Novemb. Certamra Sancti Pauli Confeſſoris Patriarchæ Conſtaatiaopolitani.

VI.

163 PAulus Theſſalonicenſis notarius Alexandri ſacratiſſimi Patriarchæ, & Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Diaconus, qui Alexandro
B vita perfuncto ab Orthodoxis Patriarcha renunciatus à Conſtantio Ariano Imperatore ab Antiochia reverſo in ordinem redigitur, atque in ejus locum Euſebius Nicomedienſis ſuffectus eſt. Paulus autem profectus Romam reperit ibi Athanaſium è proprio throno exturbatum, ſed Conſtans, qui Romæ imperabat, author fuit Conſtantio fratri, ut in ſuas uterque ſedes reſtitueretur, qui paulo poſt Arianorum opera, iterum à Conſtantio Magiſtratibus abrogati, minacibus Conſtantis litteris, quibus fratri illi bellum indicebat, ſin minus reſtituerentur, priſtinum dignitatis gradum jam tertio tenuere; verum poſt Conſtantis mortem Paulus in Cucurum Armeniæ relegatus, dum in ædicula incluſus ſacris operaretur, ſuo homophorio, quæ vulgo ſtola dicitur, ſuffocatus eſt.

Eodem die Commemoratio pulveris, ſive cineris, aut ſtactes de cælo lapſæ.

164 EXtremo Leonis Magni Imperatoris, co-
C gnomento Beſſi, imperio, hora diei ſexta obductum atris nubibus cœlum, quale ſolet eſſe imminentibus maximis imbribus, ardentem, quaque verſus faciem præſeferens, igni omnia ita correpturum eſſe videbatur, ut etiamſi ad terram & hujuſmodi nubibus pluvia differretur, inſtar tamen ignis ac flammæ, non ſecus, ac olim Sodoma, omnia eſſet incenſura. Sed cum Sacerdotes omnes, ac pii homines in templa confugerent. Deumque & Immaculatam Dei Genitricem lachrymis votiſque ſupplicibus implorarent, qui non vult mortem peccatorum, clementiſſimus Dominus pœnam qui humanitate temperare ſolitus eſt, imperavit nubibus, ut pluviam dimitterent. A veſperis igitur ad noctem mediam ſtacte defluxit, omnes carbonis inſtar arbores adurens, ſed quæ in tegulas decidit ad hominis ſpecimen excrevit.

Septimo Idus Novemb. certamen Sanctorum Martyrum Antonii, & parentum ejus Melaſippi, & Caſinæ.

D VII.

165 ANtonius cum Melaſippo, & Caſina parentibus in urbe Ancyra Juliano prævaricatore imperante comprehenſus eſt: & Antonio quidem in carcerem conjecto parentes ejus ſublime arrepti ſcalpuntur, atque igni aduruntur, Caſinæque mamillæ, Melaſippo autem crura abſciſſa ſunt, quo in tormento migrarunt ad Dominum. Productus vero Antonius cum parentes vidiſſet pendentes, eorum membra humi jacentia exoſculatus, ſeipſum ſanguine de membris illorum diſtillante unxiſſet, prævaricatoris faciem conſputavit. Quare in equuleo excarnificatur, ejuſque tali terebrantur, caput vero raditur. Deinde ad Agrippinum ducem miſſus, atque ab eo in furnum detruſus cum illæſus prodiiſſet, quadraginta pueros rei magnitudine commotos ad Chriſti fidem pertraxit, qui omnes una cum eodem exoptatam martyrii palmam gladio cæſi conſecuti ſunt.

Eo-

Eodem die, certamen Sancti Hieronis, ſociorumque duorum, qui in Melitenæ urbe, martyrio ſunt conſumpti.

166 HIeron, Nicander, Eſichius, & præter hos alii triginta Maximiano, & Diocletiano iniquis Imperatoribus, in Meliten Armeniæ urbe, cum vulgo in omne Chriſtianorum nomen per cędes ſæviretur, detenti à Melitenis Præfecto, variis ſuppliciis tentati diu ſunt, num à Chriſti cultu ad Idolorum impietatem traduci poſſent, ſed cum non ſolum imperata facere recuſarent, ſed magna etiam voce Chriſtum verum Deum, ac omnium rerum, cœli, & terræ, & eorum quæ in ipſis ſunt opificem eſſe confiterentur, nudati tandiu virgis conciduntur, dum omnia eorum inteſtina paterent, atque ita accepti in caminum traduntur, ubi diutius miſere confecti, omnique cusatione prorſus deſtituti, tandem è carcere educti, cum in ſancto propoſito etiam atque etiam perſeverarent, gladio cæſi ſunt.

Eodem die, certamen Sanctorum Martyrum, Aucti, Taurionis, & Theſſalonices.

167 THeſſalonice Martyr, Cleonis cujuſdam Idolorum Sacerdotis filia, Chriſti fide imbuta compellabatus à patru Chriſtum abjurare, quod ſcelus deteſtata, flagris nuda graviſſimè laceratus, ejuſque latera fuſtibus contunduntus: deinde bonis paternis exhæres in prædiolo, quod unum ſibi materna obvenerat hæreditate, habitabat. Quod ubi cognoviſſent Chriſtiani duo Auctus, & Tauſion, graviter Cleoni ſuccenſem. Quamobrem ab eo regionis Præfecto delati, & comprehenſi cæduntur, tum lapidibus petiti in ignem conjiciuntur. Inde egreſſi jaculis configuntus; deinde cum in ſtagnum pertracti incolumes etiam evaſiſſent, capite plectantur. Theſſalonice autem cum nunquam Chriſtum profiteri poſtea deſtitiſſet, in pace quievit, cujus pretioſæ reliquiæ Amphipoli ſumma magnificentia, & honore ſepulchro cum reliquis ſanctis conditæ fuere.

Sexto Idus Novemb. Archangelorum Congregatio.

VIII.

168 CUm rerum Univerſitatem initio Deus ipſe per ſe Beatiſſimus, nulliuſque rei indigns conderet, nulla alia cauſa, quam bonitate adductus ſua, quam rebus quæ ab eo crearentus benignè impertiretut, primum omnium Cœleſtes Virtutes Sanctoſque Angelos, mente, & intelligentia ſua complexus eſt, cogitatum in opus produxit. Cumque illis in ordines diviſis ſingulos ordinum ductores, ac Imperatores præfeciſſet, eorum ducum unus, cui tum quidem Samaez, at poſt ruinam, Diaboli nomen fuit, elatione animi correptus, cum ſe ipſum Deum exiſtimaſſet, de altiſſimo dignitatis gradu dejectus de cœleſti ſede unà cum eo, quem duxerat, ordine deturbatus eſt. At Michael Archangelus, qui alium Angelorum ordinem ductabat, ſimul vidit horribilem deſertoris caſum, coactis in unum Angelorum choris, iiſque monitis, ut ſumma animi attentione, ac vigilantia mente conſiſterent, verborum laudem rerum omnium Deo in hanc fere ſententiam tribuit. En nos miſeratione digni, Deo uni, & magno attente aſſiſtamus. Ecce quam cladem ſubierunt, qui nobiſcum hactenus lux, nunc autem facti ſunt tenebræ: hujuſmodi igitur Angelorum conſenſus appellatus eſt ſynaxis, ideſt, attenta concordia, & cœtus.

Eodem die, Commemoratis Oſſiæ Matronæ.

199 OSſia ex urbe Perſia Pamphilæ, Leone Magno Imperatore, floruit. Hæc cum viro ſuo filiam genuiſſet, profectaque cum eodem Conſtantinopolim, decimoquinto ætatis ſuæ anno, in familiaritatem ſe Eugeniæ Virginis bene penitus inſinuaſſet, ejus ſanctam vitæ rationem, ac inſtitutum imitata, nunquam à ſacris ædibus diſcedebat, imo ardentiore, quàm Eugenia, erga Deum

A ſtudio incenſa, cum aliquando vocem illam Evangelicam audiſſet; *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*, filiam fœminæ cuidam piæ educandam tradidit, relictoque viro & ſumpto virili cultu, ſe in Sancti Baſſiani clauſtrum recepit, monaſticam complexa vitam. Verùm ubi cognita eſt eſſe fœmina, ab ipſo ſancto viro Hieroſolymam mittitur. Unde poſt aliquot annos Conſtantinopolim reverſa ſolitariam agens vitam in pace quievit.

Quinto Idus Novemb. certamen Sancti Martyris Alexandri Theſſalonicenſis.

IX.

170 ALexander Martyr Maximiano Imperatore comprehenſus cogebatus Diis ſacra facere, quod facinus execratus, divino zelo vehementer exarſit, factnque in ſacrificiorum menſam impetu, eaque pede diſturbata, atque una cum hoſtiis everſa, inſpectantem Maximianum vehemen-

B tiſſimè commovit. Quare ſtatim pronunciavit, ut extremo afficeretur ſupplicio. Cùm igitur diſtricto carnifex gladio collum ſancti viri peteret, repentino mentis ſtupore oppreſſus eſt, qui eùm objurgaretur à Maximiano, quod non exequeretur mandatum; Ego, inquit, viſione quadam magno ſum perculſus metu, ſed cùm Sanctus ad orandum horam impetraſſet, tum demum à carnifice cæſus eſt, cujus animam, cum ſublimè ferri ab Angelis quatuor conſpexiſſet Maximianus, permiſit ut ſancti viri reliquiæ Theſſalonicæ ſepulchro inſerentur.

Eodem die, certamen S. Martyris Antonini.

171 ANtoninus genere Syrus, lapidicinam faciebat: hic cum gentiles in fanum quoddam ingreſſos, Diis operam dare vidiſſet, author illis erat, ut ſuperſtitioſam Idolorum culturam relinquerent: ſed cùm nihil dicendo efficeret in ſolitaria loca profectus, nactuſque hominem Anacho-

C ritam Deo ſervientem Theotimum nomine, biennium apud eum fuit: hujus poſtea precibus fretus, atque in patriam ad idem templum, quod variis dæmonum præſtigiis tranſverſam mortalium mentem agebat, reverſus, offendit, qui feſtum dæmoniis diem agitarent: ingreſſuſque templum, Idola comminuit. Quamobrem correptus graviſſimè cæditur. Deinde dimiſſus Apameam Syriæ conceſſit, cumque à ſanctiſſimo ejuſdem urbis Epiſcopo impetraſſet, ut Sanctæ Trinitati templum conderet, jactaque jam eſſent illius fundamenta, indigenæ hominem aggreſſi membratim concidere, cujus ſpiritus Deo ſeſe conjunxit.

Eodem die, certamen Sancti Martyris Oreſtæ.

172 ORestes Martyr Tyanis Cappadociæ urbe natus Idolorum contemptor, Chriſtum ſumma libertate prædicabat; retentus igitur à Maximo, qui dudum à Diocletiano fuerat Cappadociæ Præfectus, declaratus quod Diis ſacrificare re-

D cuſaret, & virgis peſſimè uſque adeo mulctatus, ut viſcera ejus nudarentur; iterum ad Idolorum templum, ut ſacra faceret, ducitur, ubi Chriſti nomine invocato, collapſa repente Idola in tenuiſſimum redegit pulverem. Deinde in carcerem rurſus traditur. Poſt ſeptem verò dies è carcere eductus ſiſtitur Maximo, qui cùm ſanctum virum ſemel atque iterum fruſtra ſollicitaſſet, ut ad gentilium ſacra tranſiret, juſſit, ut trajectis per illius talos ingentibus clavis, qui lora retinerent, ab indomito extra urbem raptaretur equo, quod ille tormentum cum paſſuum millia quatuor & viginti fortiſſimè tuliſſet, ſpiritum Deo reddidit.

Quarto Idus Nov. certamen Sanctorum Apoſtolorum, Martyrum & Confeſſorum, Olympæ, Rhodionis, Soſipatri, Tertii, Eraſti, & Quarti.

173 OLympas, & Rhodion, ex SS. Apoſtolorum numero, Petri Apoſtoli ſectatores, & comites Romæ à Nerone capitis damnati,

mortem oppetiere. Soſipater autem, cujus in ea, quam ad Romanos D. Paulus ſcripſit, epiſtola mentionem fecit, declaratus Iconii Epiſcopus, in pace quievit. Porro Tertius, qui divino Paulo in ſcribenda ad Romanos epiſtola operam navavit, ſecundus poſt Soſipatrum renunciatus Iconii Epiſcopus, ad Dominum migravit. Cæterum Eraſtus, cujus in eadem epiſtola idem meminit Apoſtolus, primum Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Oeconomus. Deinde Paneadis Epiſcopus fato conceſſit. Atqui Quartus Beriti Epiſcopus poſteaquam multa pro pietate perpeſſus, non parvam Gentilium manum in Chriſti partes traxiſſet, vita functus eſt.

Tertio Idus Novemb. certamen Sanctorum Martyrum Menæ, Victoris, Vincentii, & Stephanides.

XI.

174 MEnas Ægyptius inter Martyres primus, Maximiano Imperatore claruit, qui cum Cotiaii Phrygiæ urbe ſub Numerio mereret, fidei Chriſtianæ cauſa diriſſimè primum flagris conciſus, ac pexus eſt: deinde igni ambuſtus, ac ſuper acutiſſimas teſtulas pertractus gladio cæſus eſt. Victor autem Antonio Imperatore, ac Sebaſtiano Italiæ Duce, cum nulla ratione adduci poſſet, ut Chriſti deſertor eſſet, luxatis prius membrorum articulis in fornacem projicitur: deinde lethali pharmaco, quod ſibi porrectum à Mago fuerat, exhauſto, nulloque prorſus affectus damno; Magum ad Chriſtum convertit, qui erutis oculis capite damnatus eſt: quæ res inſpectantem Stephanida eo perpulit, ut ſummam ſancti felicitatem efferret, ac prædicaret. Quamobrem comprehenſam, atque ad palmas duas, quæ in unum immani virium contentione contortæ fuerant, alligatam; præciſis repente vinculis martyrem miſerè dilaniarunt. Eodem die in urbe Auguſta Vincentius, quod Chriſtianus eſſet, ab ejuſdem urbis Præfecto capite damnatus è vita exceſſit.

Eodem die, certamen Sancti Patris noſtri Theodori præfecti celeberrimi Monaſterii Studii.

175 THeodorus, Conſtantinopoli, Conſtantino Caballino Imperatore, natus, Irene autem imperante omnium artium ſcientiam, & cognitionem conſecutus, cum in Saccudionis Monaſterium ſeceſſiſſet, ab ipſo divino Platone Monachorum ſacris initiatus eſt; deinde a Tarraſio Patriarcha Presbyter creatus, & cum trigeſimum ætatis annum ageret, ejuſdem Monaſterii Præfectus declaratus eſt: ſed cum Imperatoris adulteria indignius ferret, Theſſalonicam in exilium ejectus eſt: poſtea ab Irene poſtliminio revocatus, ob excurſiones quas Sarraceni faciebant, relicta Irene, Monaſterium Studii gubernandum ſuſcepit. Verum a Nicephoro Imperatore eadem de cauſa ſolum vertere cogitur, eo inquam, qui in Bulgaria jugulatus concidit. Tandem Leone cognomento Iconomacho iterum relegatus, quod acerrimus eſſet Sanctarum Imaginum propugnator, cum multa fortiter pro pietate ſubiiſſet, ac pertuliſſet incommoda, hymnoſque in Deum conſcripſiſſet, extrema ſenectute migravit ad Dominum.

Pridie Idus Novemb. Commemoratio Sancti Patris noſtri Martini Franciæ Epiſcopi.

XII.

176 MArtinus Romanus, Gratiano Imperatore Dux bello delectus conſpecta infinita hoſtium multitudine vehementi metu corripitur, ſed cum nudum pauperem chlamyde, quam geſtabat, texiſſet, Chriſtus per quietem ſe ſe Martino pauperis illius habitu oſtentans juſſit, bono eſſet animo, ſperaretque fore, ut, quando ea erga ſe uſus eſſet benignitate, glorioſam ſe duce ex hoſte victoriam reportaret. Qua ille oratione bene animatus cum collatis ſignis, hoſtes egregie viciſſet, atq; ab Imperatore hilare, admirabiliterq; acceptus fuiſſet, gratias Deo agens, monaſticam complexus eſt vitam, in qua ſeptem verſatus annos, omnemque ſacræ Scripturæ ſcientiam aſſidua meditatione conſecutus, Franciæ Epiſcopus renunciatur. Multa autem edidit miracula. Inter cætera cum offendiſſet aliquando fœneratorem impedientem, quominus mortuus quidam humaretur, quod eum ſibi debere diceret: contra vero jacentis uxorem contendentem omnem illi pecuniam ſolutam eſſe: Sanctus a Deo precibus impetravit, ut revocatus ab inferis mortuus Sycophantam mendacii redargueret. Tandem aliis plurimis honeſtatus miraculis in pace quievit.

Eodem die Commemoratio Sancti Patris noſtri Joannis Eleemoſynarii Patriarchæ Alexandrini.

177 JOannes Cyprius, Epiphanii tum Inſulæ Prætoris filius fuit. Is uxore, quam de parentum authoritate duxerat, & filiis, quibus auctus fuerat, defunctis, omnem ſuam curam, ac cogitationem in unum illud contulit, ut divinam ſibi gratiam emereretur. Sancti igitur viri vitæ ſplendore, atque integritate commota civitas Alexandrina ab Heraclio Imp. impetravit, ut Alexandriæ Patriarcha canonica manuum impoſitione crearetur. Quo in Pontificatu cum multos annos optime ſe geſſiſſet, miraculorumque magnitudine ac frequentia illuſtrior factus eſſet, atque ex eo, quod admirabili, & ſupra omnem invidiam egenos benignitate complecteretur, Eleemoſynarii cognomen merito tuliſſet, ac ſupra humanum ſeſe faſtigium auguſtiorem colendumq; omnibus reddidiſſet, quemadmodum nobis apertè, qui de eo ſcriptus eſt liber, teſtatum reliquit, non parvam ad hæc Gentilium manum in Chriſti partes traxiſſet, extrema ſenectute deſpectis terris ad cœleſtes ſedes triumphans evolavit.

Idibus Novemb. Commemoratio exilii S. Patris noſtri Joannis Chryſoſtomi.

XIII.

178 CHryſoſtomi exilii memoriam, ac recordationem, non autem dormitionis eam ob cauſam celebramus, quod ſancti hominis exilium in idem tempus inciderit, quo pretioſæ Crucis feſtum exaltationis diem agitamus. Hic igitur Antiochiæ Syriæ natus ab ineunte ætate, tum ad omnes bonarum artium diſciplinas, tum vero ad dicendum in primis, plurimum ſtudii adhibuit, neque ulla eſt rei, vel prophanæ, vel ſacræ ſcientia, quam non ille brevi apprimè fuerit conſecutus. Quamobrem ſingularem viri virtutem admiratus Meletius Antiochiæ Patriarcha eum in Clericorum ordinem legit. Flavianus verò ad Diaconatus, ac Presbyteratus dignitatem promovit, qui poſtquam in exponendis ſacris litteris, omnibus egregiè verſatus eſſet, in Nectarii demortui locum de Arcadii Imperatoris authoritate, Epiſcoporum ſuffragio Conſtantinopolitanus Patriarcha cooptatur: ſed cum Eudoxiæ Reginæ animum a ſe alienaſſet, quod ejus avaritiam accuſaret, ab ea extorris longiſſimè factus Cucuſi Armeniæ oppido vita perfunctus eſt.

Eodem die, certamen S. Martyrum Militis Epiſcopi, & diſcipulorum ejus Eberæ, Papæ, & Seboæ Diaconi Martyrum.

179 MIles Perſa primum ſtipendia belli merens, poſtea militiæ munere renunciato, cùm ſe totum pietati Chriſtianæ dediſſet, illius urbis in Perſide Epiſcopus denunciatur, ubi Danieli Prophetæ divinæ olim objectæ fuere viſiones: ſed inde ab infidelibus fugatus, Hieroſolymam primò venit, deinde Alexandriam ad Antonium, demum in Perſidem reverſus à Myſtophoro regulo fratreq; ejus cæditur per præcordia gladio, quod Solis, ac Ignis cultum conſtanter deteſtaretur, quibus ille dum animam ageret, prænunciavit fore, ut die inſequenti mutuis Regulus, & frater vulneribus, eademque qua ipſe cæſus erat hora coinciderent. Quare vehementius commoti diſcipulos ejus Eboram, Papam, & Seboam Diaconum, fuſtibus tandiu con-

tu-

tudere, dum animas Deo redderent. Poſtridie autem ejus diei fratres, in furias acti, mutuis ſe ſe vulneribus confecere.

Eodem die, certamen ſanctorum Martyrum Antonini, Nicephori, Germani, & ſociorum ejus.

180 ANtoninua Martyr provectus jam ætate, Nicephorus autem, & Germanus adoleſcentes, cum à Chriſto ad Dæmonum cultum deſciſcere nollent, imò liberiùs Chriſtum confiterentur, capite plectuntur. Virgo autem quædam Manethò nomine Scythopolitana per totam urbem nuda traducitur. Deinde cùm graviſſimis totius corporis verberibus excepta, nulloque damno Dei beneficio affecta, innumeram hominum turbam illo ipſo, atque aliis ſexcentis mirabilibus factis ad Chriſtianam fidem traduxiſſet, ad ardentiſſimam fornacem rapitur, in quam prece prius adhibita, volens, ac lubens, Deoque gratias agens ſe ipſam injecit, ubi cùm diù oraſſet, ſacrum tandem Deo viventi ſpiritum reddidit.

Decimo octavo Calen. Decembris Ipatii Thaumaturgi.

XIV.

181 IPatius unua ex trecentis decem & octo Patribus, qui ad Nicænam ſynodum adverſus Arii delirationem convenerunt, Conſtantino Magno Imperatore, præter innumera alia illud imptimia edidit miraculom. Nam cùm portentoſæ magnitudinis draco in ærarium Imperaruris irrepſiſſer, omneſque ab ingreſſione propulſaret, accerſitur vir Dei ab Imperatore; prece adhibita, ſerpentem, qui mordicus virgæ ſummitatem tenens, non repugnanter ſequebatur, in ignem, quem medio foro luculentum excitari juſſerat, injecit, cujus admirabilis facti memoriam Imperator in ipſius ærarii aditu accuratè expingi voluit. Sanctus verò reverſus ad Eccleſiam ſuam Novarianorum hæreticorum inſidiis excipitur. Nam à muliere quadam capite illius lapide diminuto hujus vitæ ergaſtulo liberatus, ad æternam regni cœleſtia ſedem advolavit.

Eodem die commemoratio ſancti Apoſtoli Philippi unius ex duodecim.

182 PHilippus ex duodecim Apoſtolis unus Bethſaidæ Galilææ natua poſt Jeſu Chriſti aſcenſionem miraculorum frequentia inſignis, Trajano Imperarore, profectus eſt Hierapolim, cum ſeptem filiabus & Mariamne ſorore ſua, & Bartholomæo Apoſtolo, ubi Jeſu Chriſti verbum nuſquam non diſſeminando gentilium multitudinem ab Idolorum vanitate abducebat, cum illius loci indigenæ ſimul cum Nicanora Proconſul s hominis inter ſuos primarii uxore, ſerpentem divino dignarentur cultu, & honore. Quare cùm Proconſulis juſſu Bartholomæus, & Philippus ſublimibus è muro pedibus penderent, orante Philippo, omnes cum Proconſule, vipera, ejuſque Sacerdotibus repentino terratum hiatu hauſti ſunt. Verum ſingulari Dei beneficio omnibus in apertum præter proconſulem cædia ſanctorum authorem, & viperam evadentibus, ſolutoque Bartholomæo Philippus eo cruciatu conſumptua eſt.

Decimoſeptimo Cal. Decemb. certamen Ss. Confeſſorum Guriæ, Samonæ, Abibi, qui in urbe Edeſſa martyrium ſubiere.

XV.

183 GUrias, & Samonas Edeſſani ex Sacerdotum ordine, Imperatore Diocletiano, delati Antonino Duci, quod iis, qui Chriſtianæ fidei cauſa vincti eſſent, ſumptus benignè ſuppeditarent, neque à Chriſto deficere vellent, ſublimea per alteram tantum manum horas quinque pependere. Deinde depoſiti, cum iterum ſollicitati, ut ad Gentilium ſacra tranſirent, conſtanter tamen in fidei confeſſione permanerēt, ſublimibus contra pedibus diutius torti ſunt. Poſtea in tenebricoſum carcerem incluſi, tandem gladio cæſi ſunt. At Abibus Diaconus, Licinio Imperatore, quod vicos peragrans ſacrarum literarum lectione fidelium mentes in Chriſti partibus confirmaret, in ardentiſſimam fornacem injectus glorioſam Martyrii palmam eſt adeptus.

Eodem die, certamen ſancti Martyris Demetrii apud Dabudenum.

184 DEmetrius Dabudenus Martyr, Maximiano, & Maximino Imperatoribus, accuſatus ab Idololatris quod Chriſtianua eſſer, corripitur, ſed ille à Publio Præfecto quæſtione adhibita, non ſolum magna dicendi libertate Chriſti Dei noſtri fidem confeſſus eſt, ſed Spiritus Sancti etiam numine & auxilio apud circumſtantes, de Jeſu Chriſti Domini noſtri Incarnatione, deque ejus providentia majore ſane, quam ut dicendo poſſit explicari, tum de bonitate, ac propenſiſſima in mortales voluntate conſtanter diſſeruit, adjiciens vaniſſimum eſſe Idolorum cultum, quando & ipſa, & qui ea colerent cæci omnino eſſent. Exarſit vehementi iracundia Præfectus, juſsitque caput illi à cervicibus abſcindi, & ſanctus expetitam à ſe rantopere Martyrii palmam tulit, cujus reliquiæ ſepulchro à fidelibus conditæ ad hanc uſque diem miraculorum frequentia ſunt illuſtres.

Eodem die, Jugulatio ſancti Jacobi Fratris Joannis Theologi.

185 JAcobus ex duodecim Apoſtolorum Collegio filius Zebedæi Galilæi, qui dum ſecus ſtagnum Genezareth cum Joanne Theologo fratre, retia ex piſcium captura reficeret, vocatus à Domino, relicto ſtatim patre, ſecutus eſt eum; poſt Domini Aſcenſionem, & Sanctæ Dei Genitricis obitum, dum frater Epheſi prædicationis munus obiret, ipſe ut ſuſceptum Hieroſolymitanæ Eccleſię munus expleret, omnes Iſraeliticas tribus peragrans Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ubique prædicabat. Quamobrem Cæſareę Palæſtinæ retentus ab Herode Tetrarcha, atque jugulatus in Cœlum avolavit, ubi cum Chriſto Domino præceptore ſuo Deoque noſtro benigniſsimo regnat.

Decimoſexto Cal. Decemb. ſancti Matthæi Apoſtoli & Evangeliſtę.

XVI.

186 MAtthæua, & ipſe ex duodecim Apoſtolorum numeru, publicanua, etiam Jacobi Alphæi frater, quem Dominus ad Telonium ſedentem conſpicatus juſsit, ut ſequeretur, ac ſtatim ſequentem in ſuorum diſcipulorum numerum aſcripſit. Octavo poſt Chriſti aſſumptionem anno Sanctum Evangelium Hebraicè divino inſtinctu, afflatuque Hieroſolymitanæ Eccleſiæ conſcripſit. Deinde cùm multis diverſarum gentium terris peragratis ad Anthrupophagos uſque penetraſſet, nuſquam non Chriſti fidem diſſeminans, multaque interim tormenta perpeſſus eſſet, tandem creato illic Platone Epiſcopo Hierapolim Syriæ conceſsit, ubi plurimis Chriſtiana religione imbutis mortuus eſt.

Eodem die certamen ſancti Martyris Barlaam.

187 BArlaam martyr Antiochiæ Syriæ natus, confectus jam ætate, Chriſtianæ fidei cauſa à Præfecto vinctus, nulla arte adduci potuit, ut Diis immolaret. Quare nervis bubulis graviſsimè cæſus, deinde unguibua evulſis iterum admotus altari, explicata per vim manu thus ſimul cum igne accipere compulſus eſt. Exiſtimabat enim Præfectus hominem, excuſſo in altare una cum igne thure doloris violentia compulſum, ea ſaltem ratione viſum iri ſacra Diis feciſſe. At longè aliter res ceſſit: nam averſo ſemper, ſed conſtanti, atque interrito vultu paſſus eſt potius ignem paulatim abſumpta, & perforata manu, quovis ære, ferroque longè duriuri in terram decidere, quam quicquam de tam ſingulari conſtantia remittens, Idolorum rem divinam facere, quo in tormento beatam pro Chriſti nomine animam generosè perſudit.

Decimoquinto Kal. Decemb. Commemoratio ſancti Patris noſtri Gregorii Epiſcopi Neocæſareę, Thaumaturgi.

XVII.

188 GRegorius, qui Aurellano Imperatore floruit, parentibus natus infidelibus, fidei myſterium à Sanctiſsima Dei Genitrice, Joanneque Theologo per viſum edoctus, Thaumaturgi cognomen ob mirabilia facta, quorum magnus fuit numerus, merito tulit. Profectus aliquando Alexandriam, in ſcortum, quod de ſe obloqueretur, dæmonem immiſit, ſed paulo poſt etiam fugavit. A Phedimio Amaſiæ Epiſcopus abſens creatur, tanta erat ſanctitatis illius opinio, ſaxum ingens oratione aliò tranſtulit: eo ſigno Idolorum Proſmonarium, vulgo Manſionarium dicunt, Chriſtianam religionem complexum baptizavit. Paludem cauſam inter duos fratres diſcordiarum exſiccavit. Fluvium defixo in terra baculo, qui & excrevit in arborem magnam, coercuit. Migraturus ad Dominum gratias illi agebat, quod *tot relinqueret in ſua urbe Chriſtianos, quot gentiles invenerat cum Epiſcopatum adiiſſet*, quibus in verbis expiravit.

Decimoquarto Cal. Decemb. certamen ſ. Martyris Plutonis.

XVIII.

189 PLato Martyr Ancyræ Galatiæ natus, frater Antiochi Martyris adoleſcens, quod Chriſtianæ fidei, & religionis cauſa ab Idolorum cultu prorſus abhorreret, Agrippini Præfecti mandato virgis à duodecim militibus graviſsimè cæſus eſt. Deinde ſuper candens ferreum grabatum extenſus, iterum flagris admovetur: tum ferreis pilis candentibus, circa alas, & latera ita aduritur, ut flamma fumo permixta ex illius cute paſsim erumperet. Ad hæc pellis tota detractis à capite ad talos loris conciditur, quorum unum in Agrippini faciem, accuſata illius crudelitate, contorſit. Poſt hæc carceri includitur; unde cùm poſt octo dierum inediam ſuaderetur, ut allatum cibum ſumeret, illeque reſpondiſſet abundè ſe divino verbo ali, eductus, diuque etiam tortus, caput lictori amputandum lætus porrexit.

Eodem die, certamen ſancti Martyris Romani & Infantis.

190 ROmanus martyr, imperante Maximiano prævaricatore, obviam aliquando factus Aſclepiadi Præfecto, tum cum Idolis operaturus fanum ingrederetur, divino accenſus zelo, conatus eſt hominem ab hujuſmodi propoſito avertere, aſſerens, unum eſſe Deum, eumque, quem Chriſtiani ſoli colerent, cui Præfectus juſsit colaphos impingi, tum raptum in equuleum depecti, qui dum torqueretur, ac perſeveraret, unum tantum eſſe Deum Chriſtianorum prædicare vel infantes ipſos teſtatus eſt. Productus itaque infans, & interrogatus, quemnam coleret, accuſata priùs Præfecti ſtultitia, eum, inquit, quem Chriſtiani colunt, ſeque ita à matre edoctum. Verberibus igitur exceptus infans, aquam popoſcit, qua ſitim depelleret, cui mater, ne quæſo, ait, fili, bibas ex hac aqua, ſed perge viventem aquam bibere. Puer itaque capite plectitur: Romanus verò poſt exciſam linguam, atque eandem Dei munere reſtitutam carcere incluſus, ibique ſuffocatus martyrii coronam adeptus eſt.

Decimotertio Kal. Decemb. certamen ſancti Martyris Azæ Thaumaturgi.

XIX.

191 AZa Iſaurius relicta militari vita, quam ſub Licinio impio agebat, in ſolitaria loca profectus ſe totum orationibus, ac vigiliis tradidit, multis interim admirabilibus illuſtratus ſignis. Verum venatoribus montem indagine luſtrantibus inventus, ad Diocletianum defertur. Mittit itaque Diocletianus milites, qui correptum Azam ſuo ſiſterent tribunali. Quorum ille centum quinquaginta, cùm ſiticuloſam ingreſsi viam, ſitim qua conficiebantur educta repente per orationem aqua extinxiſſet, ad fidem convertit. In eos itaque omnes incenſus ira Diocletianus, tradidit Aquilino Præfecto, ut de illis ſupplicium ſumeret. Aza ergo de ſublimi per capillos appenſus unguibus ferreis excarnificatur. Deinde in fornacem ardentem injectus, cum illæſus intactuſque inde evaſiſſet, eoque ſigno Præfecti uxorem, ac filiam ad Chriſtum traduxiſſet, una cum militibus omnibus uxore, filiaque Præfecti capitis damnatus eſt.

Eodem die commemoratio ſancti Prophetæ Abdiæ.

192 ABdias Propheta Sichem Palæſtinæ natus, ſervus Achab Hebræorum regis, cùm quinquagenarum, unum, atque item alterum miſſos, qui Heliam magnum atque inſignem Prophetam de monte ad Regem accerſerent, evocatus de cœlo ignis Heliæ precibus cum ſua quemque cohorte conſumpſiſſet, ipſe tertius ob eandem cauſam miſſus, ubi in conſpectum Sancti venit, ſubmiſsis poplitum flexibus, orare cœpit ut ſibi parceret, & ad regem deſcenderet. Id cùm non gravatè feciſſet Helias, Abdias Prophetam ſecutus in illius ſe diſciplinam tradidit, & prophetiæ munere à Deo illuſtratus, cum è vita migraſſet, in ſepulchrum patrum ſuorum illatus eſt.

Duodecimo Cal. Decemb. certamen ſancti Martyris Daſii in urbe Doroſtolo.

XX.

193 IN Doroſtolo urbe moris gentilium erat, ut triginta ante diebus, quàm Saturnalia celebrarent, unum aliquem ex militibus inſigni forma adoleſcentem deligerent, quem Saturno ſacrificii primitias immolarent. Hunc cultu regio indutum hortabantur, ut genio indulgeret, omneſque ſuas libidines expleret, quippe qui poſt trigeſimum diem ad altare Saturni jugulandus eſſet. Lectus igitur forte Daſius miles apud commilitones, qui eum ad morem, inſtitutumque patrium revocabant & compellebant, hujuſcemodi ferè uſus eſt oratione. Quando moriendum mihi eſt, præſtat ſanè mihi pro Chriſti nomine Chriſtianam mortem oppetere. Quamobrem Diocletiani, & Maximiani juſſu multis affectus ſuppliciis gladio cæſus eſt.

Eodem die, certamen ſanctorum Narſę Epiſcopi, & Joſeph in Perſide Martyrum.

194 NErſas, & Joſeph Perſæ viri ſingulari virtute præditi, Deique veri cultores Creatoris cœli, & terræ, & maris, eorumque omnium, quæ in iis ſunt, nuſquam à recta via, ac præſcriptione divina aberrabant. Neſſas prior Epiſcopus renunciatus populum ad pietatem hortando, complures contraxit diſcipulos, in quibus fuit & Joſephus ab eodem poſtea, & quidem merito Epiſcopus declaratus. Cum igitur uterque daret operam, ut mortalium mentes magnis pravitatis erroribus imbutas ad rei veritatem traducerent, comprehenſi ab infidelibus Perſis, & ad Regem ducti: non ſi, inquiunt, nos ſepties occiſos ab inferis excitaris, poteris, tamen à Chriſti amore, & fide abducere. Gladio igitur cæſi ſunt; Nerſas quidem nonaginta: Joſephus autem octo & nonaginta annos nati.

Eadem die certamen ſanctorum Martyrum Joannis Saborii, & Iſaachii Epiſcoporum, Dapii, & Iſaachii Presbyterorum.

195 JOannes Saborius, & Iſaachius Epiſcopi, Dapius, & Iſaachius Presbyteri omnes Perſæ, cùm munus ſuum diligenter obirent, populum inſtituendo, errores depellendo, vehementique oratione reprehendendo gentilium vanitatem, qui Idola, Solem, Ignemque Deos exiſtimarent, quæ ad mortalium uſus creata à Deo ſunt, delati ad Regem, vinctique & nudati virgis conciduntur, tum unguibus ferreis depectuntur: qui cum Deum unum verum conſtantius etiam affirmarent, eumque erroris Perſarum depulſorem aliquando fore, Regis juſſu, una cum ſancto Onam aſceta lapidibus obruti ſunt.

Eo-

Eodem die certamen ſanctorum Boethazar Eunuchi, & Saſannis, & ſociorum virorum, ac mulierum, Theclæ, & Annæ in Perſide.

196 BOethazar Eunuchus in eadem impia, & Idololatriæ dedita Perſide à prima ætate Chriſtianus, correptus, cum à pia mente ad nefarium Solis, Ignisque cultum traduci non poſſet, poſt multa verberum ſectione, ac tormentorum varietate conſciſſos artus, cum multis aliis utriuſque ſexus extremo affectus eſt ſupplicio. In quorum numero Thecla, & Anna vehementius Regis immanitatem, & ſtultitiam inſectatæ poſt multa tormentorum genera, capitis damnatæ ſunt: & Virgines tres gladio transverberatæ: ex quarum ſanguine enata ficus, quæ admiranda edebat facta, neque enim morbus ullus erat, quem à fidelibus non depelleret, ab impiis atque invidis Manichæis ſucciſa fuit.

Eodem die commemoratio ſancti Gregorii Decapolitæ.

197 GRegorius Decapolita Iſauricus, quo tempore Iconomachi pietatem oppugnabant, ut nuptias, quas parentes adornabant, vitaret, Monachorum ſacris initiatus ſubiit ſpeluncam dæmonum frequentia infeſtam, è cujus demum poſſeſſione, peſſimè tamen priùs verberibus exceptus, oratione exturbavit: ſed per viſum à Deo monitus, relicta ſpelunca, cœpit terrarum orbem peragrare, quocunque pergeret ſignorum magnitudine nobilitatus. Cum igitur etiam Syracuſas Siciliç & Theſſalonicæ luſtraſſet, Bizantii tandem per phaſma a Divo Simone illic pietatis cauſa cincto juſſus conſedit, cum quo diutius verſatus, ac de anima philoſophatus, aliquanto poſt migravit ad Dominum.

Undecimo Cal. Decemb. Præſentatio Dei Genitricis cum in Sancta-Sanctorum introducta fuit.

XXI.

198 SEcundus poſt admirabilem illum Annæ Sanctæ partum, quo nobiliſſimam Dei Genitricem ſemperque Virginem Mariam peperit, jam cuibat annus, cum Joachim vir uxori author eſſe cœpit, ut devota dicata Deo filia in Templum duceretur: Cui Anna, tertium prius expleat annum, ne forte parentum deſiderio, quod pro ætate ferre non poſſit, non dirigatur in conſpecto Domini. Maria igitur annos tres nata, cum magno puellarum comitatu, quæ accenſas faces præferrent, ducebatur in Templum. Adhibita autem fuit a patre eo conſilio hæc pompa, ne ad ea quæ retro ſunt ſe converteret puella, ſed totam ſe templi miniſterio, manciparet. Exceptam igitur Mariam Zacharias, precatuſque, ut illius nomen augeret Dominus, in altaris gradu collocavit, ubi Angelico ad duodecimum annum ſuſtentata miniſtro, a Pontificibus Joſepho deſponſa fuit.

Decimo Cal. Decemb. certamen Sanctorum Martyrum Marci, & Stephani.

XXII.

199 MArcus, & Stephanus Antiochiæ Piſidię nati, in immortalitatis certamen, impio Imperatore Diocletiano, pro Chriſti nomine deſcendere, qui cum ſumma paſſim libertate eos qui ſe conveniebant, verbo veritatis inſtruerent, Chriſtumque prædicarent Deum rerumque omnium Dominum, cumque delati ad Magnum Præfectum, ac vincti nulla tormentorum vi, atque acerbitate de pia ſententia depelli poſſent, cum altero cognomine Marco, qui inter complures alios Martyres Calintenos nomine quaſi quoddam ſidus micabat, in cuſtodiam traditi ſunt. Verum omnes in ſancto propoſito perſeverantes poſt varia tormenta capitis obtruncatione martyrii coronam adepti ſunt, ſepultique in eadem, in qua nati erant, Piſidiæ regione.

Nono Cal. Decemb. certamen Sanctorum Martyrum Archippi diſcipuli Pauli Apoſtoli, & Philemonis Militis. XXIII.

200 ARchippus, & Philemon diſcipuli Divi Pauli, Nerone Imperante, Chronis Phrygiæ urbe Laodiceæ proxima, dum ſolemnis impuræ Dianæ dies in ejuſdem templo a ſuperſtitioſis gentibus ageretur, ipſi in ſanctiſſima Chriſtianorum Eccleſia laudes Deo decantabant. Quare facto a gentilibus in Chriſtianos impetu, cæteriſque in fugam converſis, Archippus, Philemon, & Amphia ſoli conſiſtere auſi, vincti, ad Androclea rei frumentariæ Epheſi præfectum perducuntur. Archippus quidem verberibus affectus, neque tamen quicquam de priſtina animi conſtantia remittens, in foveam injectus, atq; aggere ad umbilicum uſque obrutus puerorum ſtylis confoditur, demum lapidibus cooperitur. Philemon autem fuſtibus eouſque contunditur, dum vita pro Chriſti nomine profuſa martyrio defunctus eſt.

Octavo Cal. Decemb. certamen Sanctæ Cæciliæ Martyris, & ſociorum Valeriani, & Tiburtii. XXIV.

201 CÆcilia virgo locupletibus nata parentibus, Valerianum, cui in Matrimonium collocata fuerat, is autem Tiburtium fratrem ad Chriſti fidem, Angelico utrumque dignatum aſpectu tradaxit. Urbanus autem urbis Epiſcopus omnes fide Chriſtiana imbutos baptizavit. Porro Tiburtius eam apud Angelum gratiam inierat, ut quotidie ejus & aſpectu, & colloquio frueretur; ſed cum & ipſum, & Valerianum Martyrum reliquias ſepelire urbis præfectus reſciſſet, diutius tortos Maximo Capilicario tradidit, ut de iis ſupplicium ſumeret: Maximus verò, ſanctis, quorũ opera ad Chriſtum converſus fuit, capite damnatis, extremo & ipſe eſt ſupplicio affectus. At Cæciliæ in labrum ferventiſſimum conjectæ triduo poſt, nullo affectæ incommodo abſciſſum a cervicibus caput fuit.

Eodem die certamen Sancti Patris noſtri Sacromartyris Siſinnii Epiſcopi Cyziciæ.

202 SIſinnius Sacromartyr, Diocletiano Imperatore, Cyzici Epiſcopus, infideles populos a vaniſſima Idolorum ſuperſtitione a majoribus illis tradita in Chriſti partes trahere, eoſque baptiſmate luſtrare, fideles autem in fide continere, nutantes, labanteſque animos confirmare, eoſque in vincula conjecti erant, ſæpius inviſere, omnique benignitate excultos ad Martyrium fortiter ſubeundum hortari atque impellere nunquam non ſtudebat. Quare delatus ad Diocletianum, virgis primum miſerè conciſus deinde pendens graviſſimè depexus carceri includitur, ubi diuturna fame, ſiti, pædore, ac ſexcentis aliis ærumnis confectus eſt. Poſtea eductus, atque ut ad gentilium ſacra tranſiret, tentatus fruſtra, & ſollicitatus, gladio cæſus ovans migravit ad Dominum.

Eodem die, Commemoratio Sancti Gregorii Epiſcopi Agrigentinorum.

203 GRegorius Juſtiniano Imperatore cognomento Rhinotmeta, ideſt cui nares, & aures amputatæ ſunt, Agrigenti, Charitone, & Theodota hoſpitaliſſimis hominibus natus eſt, quem è ſacro baptiſmatis fonte ſuſceptum Epiſcopus educavit, & clericum fecit, ſed annos natus decem & octo, cum ſancta inviſeret loca, Diaconus a Macario Epiſcopo Hieroſolymitano creatus eſt; unde Bizantium, deinde Romam profectus Agrigentinorum Epiſcopus renunciatur. Hic Sabinus, & Creſcentius maximum Sancto faceſſebant negotium, quorum temeritatem, atque inſolentiam, multis editis ſignis, perpetua demum inuſtos nota compreſſit: nam & ipſos ea albis nigros reddidit, & omnem eorum poſteritatem ad hanc diem atro ſuffudit colore; pacataque hac ratione & aliis admirabilibus factis Eccleſia, extrema ſenectute vita functus eſt.

Septima Cal. Decemb. certamen Sancti Sacromartyris Clementis Epiſcopi Romani.

XXV.

204 CLemens ſapientiſſimus, Apoſtolorum diſcipulus, & ſucceſſor, naufragio, & fluctibus aliquando ereptus, & cum Petro Apoſtolo congreſſus ab eo Chriſti veritatem edoctus eſt, cum jam omnem gentilium ſcientiam teneret. Is Evangelii præco, præſcriptorum Apoſtolicorum ſcriptor, Epiſcopus Romanus factus, a Domitiano Imperatore male mulctatus in Ancyram Galatiæ relegatus, ubi pariete incluſa obſtructa lapidibus janua, atque legumine tantum ſuſtentatus in hoc ſquallore luctuque exceſſit è vita: cujus pretioſæ reliquiæ ab Idololatris in profundum projectæ, in littus, ut fideles referunt, ejectæ ſunt, in hanc uſque diem miraculorum celebritate inſignes.

Eodem die certamen ſancti Sacro-martyris Petri Alexandrini.

205 PEtrus Sacromartyr, Maximiano Imperatore, Epiſcopus Alexandriæ morti addictus expectabat, qui lege ageret, cum Arius hæreticus, cui ſanctus nullam ſecum, aut cum Dei Eccleſia communitatem, ac ſocietatem vitę eſſe volebat, ſui deprecator acceſſit, cui Petrus reſpondit: apparuiſſe ſibi noctu Dominum veſte a capite ad pedes uſque diſciſſa, ejuſque rei authorem ſciſcitanti dixiſſe Arium, quem nunquam ad communionem recipere vellt, quando neque in hoc ſæculo, neque in futuro impietatis impunitatem eſſet aſſecuturus, Sanctam Trinitatem blaſphemia ſua ita dilaceraſſe. Quæ cum dixiſſet, ſucceſſuremque ſuum illius ſimilem futurum nominatim indicaſſet, carnificem ſecutus caput illi præcidendum porrexit.

Eodem die certamen ſancti Mercurii.

206 MErcurius martyr, Decio, ac Valeriano Imperatoribus, in Aſiatico militans exercitu cum fortiter aliquando ab Angelo adjutus rem geſſiſſet, Dux belli declaratus a Cæſaribus, ſed cognitus eſſe Chriſtianarum partium, comprehenditur, & juſſu Imperatoris ad quatuor palos humi alligatus, & gladiis totus conciſus ignem ſuppoſitum ſanguinis flumine extinxit. Poſt hæc alligato ad collum ingenti ſaxo ſublime per caput rapitur, direptaque per artus cute, rurſus depoſitus vinctuſque Cæſaream Cappadociæ ducitur, ubi abſciſſo capite ſepultus quieſcit, ſignorum frequentia etiamnum illuſtris.

Eodem die certamen ſanctæ Megalo-Martyris Catharinæ.

207 CAtharina martyr Alexandrina regulo quodam nata, nobilitate, divitiis, forma, ingenio præſtantiſſima, ita ſe omni literarum genere excoluit, ut & omnium gentium linguas calleret, & omnes artes, præcipuè autem philoſophiam ſcientia comprehenderet. Cum vero feſtus aliquando dies ageretur ab infidelibus, videretque beſtiarum multitudinem jugulari, dolore affecta adiit Maxentium, accurateque & conquiſitis rationibus cum illo diſſerendo, coarguit ejus errorem, qui relicto Deo vivo inanimata adoraret Idola. Quare Maxentius retentam Virginem graviſſimè mulctavit, deinde accerſitis undique quinquaginta oratoribus ignem propoſuit, niſi Catharinam convictam de ſententia dimoverent. Verum illi ſuperati ſuſceptaque fide baptizati igni conflagrantur, Catharina autem dato lictori capite cæſa, martyrio coronati ſunt.

Sexto Cal. Decemb. ſancti Patris noſtri Alipii.

XXVI.

208 ALipius in Sanctorum album relatus, & Adrianopoli Paphlagoniæ natus, floruit Heraclio imperatore. Hunc mater gravida, qualis, quantuſque vir futurus eſſet, hujuſmodi ſpectro præſcivit: videbatur ſibi geſtare in ſinu inſignis formæ agnum, in cujus cornibus hærerent ardentes favi:

A nec eam ſua fefellit conjectura, etenim Clericus, deinde Diaconus factus remiſſo rebus hujus vitæ nuncio, columnam aſcendit, & factus ſtylites, ſub dio, nudus, ſtanſque vitam agebat, plurimis interim illuſtratus ſignis. Dæmonas verò, qui ſæpius ex inſidiis adorti hominem fuerant, in pedeſquoad potuit erectus ſemper orando egregiè vicit, ſed lapide ab illis petitus incidit in lateris morbum, qui cum annos tredecim laboraſſet, fato conceſſit, annos natus centum & octo.

Quinto Cal. Decemb. certamen Sancti, & bellicoſi Martyris Jacobi Perſæ.

XXVII.

209 JAcobus Martyr egregius Perſa, Theodoſio Romanorum imperatore claruit. Is, cùm ob egregiam animi virtutem in ſummo apud Perſarum regem honore eſſet, cujuſmodi delinitus illecebris, Chriſti, quem ante cum uxore, matre, & patre coluerat, deſertor factus ad Solis, igniſque B cultum deſcivit. Quod ubi mater, & uxor cognovere, affectæ dolore per literas egerunt cum eo, ut reſipiſceret. Quare vehementer commotus Rex, correpto artus omnes ſigillatim præcidi, cùm interim Deo ſemper gratias ageret, trunco caput abſcindi imperavit.

Quartus Calend. Decemb. certamen ſancti Martyris, Stephani Junioris, & ſociorum Petri, & Andreæ.

XXVIII.

210 STephanus, Petrus, & Andreas apud Conſtantinum Caballinum ſacris imaginibus infenſiſſimum accuſati, quod neglecto ejus Imperio Sanctorum imagines adorarent, eumque hæreticum nominarent, variis omnes ſuppliciis graviſſimè primum excruciantur. Deinde Stephanus dum media urbe raptaretur, à quodam gravi fuſte contuſo, ac in duas partes capite diſſecto interfectus eſt, atque in id ſepulchrum, in quo nunc eſt, illatus. C Porrò Petrus in carcerem priùs conjectus, deinde eductus, tandiu verberibus afficitur, dum inter verbera expiravit.

Eodem die certamen Sanctorum Martyrum cum Stephano Juniore pro imaginibus Sancti Baſilii & aliorum.

211 FUere complures milites, qui cum bene, recteque de imaginibus ſentirent, multa ſalute præſentis vitæ negotiis dicta, Monachorum ſacris initiabantur. Eos impius Conſtantinus valde mulctatos expulit è vita: nam Baſilio oculos effodit, cui adhuc in pia de adorandis imaginibus ſententia permanenti, calce pulſatu inteſtinum diſrupit, deinde extorrem factum è vita abire coegit. Alius autem equuleo incluſus Cherſonam relegatur; unde fuga ſaluti ſuæ conſulens Chazariam ſeſe proripuit, ubi Epiſcopus declaratus poſtea exceſſit è vita. Fuit & Stephanus Sugdiam relegatus, ubi optimè de republic. Chriſtiana meritus vivendi D finem habuit; eandem ſortem Gregorii duo cum aliis quamplurimis vertere ſolum coacti, tulere. Sed etiam Joannes, qui legationem obibat Dophnuſiam, in exilium ejectus ſtatis temporibus frequentiſſimè cæſus vita perfunctus eſt.

Eodem die certamen Sancti Martyris Irenarchi.

212 IRenarchus Martyr Sebaſtenſis ab adoleſcentia lictor mulctandis Chriſtianis officium præſtabat, ſed cùm videret obreptas ad quæſtionem à Maximo Sebaſtæ præfecto mulieres Chriſtianas multo plus agere, quàm vel fortis viri natura, nedum muliebris ſexus ferre poſſet, & cum ſummo tyranni probro, ac dedecore innumera edere miracula, divino afflatus numine ſumpto animo cœpitque apertè ſeipſum Chriſtianum prædicare. Qui primum tyranni juſſu in lacum, deinde cum ex eo incolumis evaſiſſet, in ardentem injectus eſt fornacem, quæ cum nullum Martyri detrimentum attu-

liſ-

liſſet, capite mulctatus mortem oppetiit.

Tertia Cal. Decemb. Commemoratio Sancti Patris noſtri Joannis Damaſceni.

XXIX.

213 JOannes, Leone Iſaurico, & Conſtantino filio Imperatoribus, patre & generis, & fidei, & virtutis nobilitate illuſtri natus, omnem Gentilium, Chriſtianorumque diſciplinam, ac ſcientiam percepit: qui Chriſti fide armatus monaſticam iniit vitam una cum Coſma, viro acuto, amœnoque in ſcribendis Sanctorum hymnis ingenio, qui feſtis, præcipue autem paſchalis hebdomadæ diebus decanterentur. Sed cum Sanctus Joannes indignam Iconomachorum hæreſim multa verborum ubertate, ſententiarumque gravitate, atque Sanctæ Scripturæ teſtimoniis facilè reprehenderet, & coargueret, ſæpè exilio, ſæpe carcere, ſæpè ignominia, atque infinitis ærumnis mulctatus ab hæreticis Imperatoribus è corpore exceſſit, atque à diſcipulis ſuo ſepultura affectus eſt.

Eodem die certamen Sancti Martyris Philomeni.

214 PHilomenes Lycaon, Aureliano Imperatore, Ancyræ Galatiæ negotia gerens advehendis frumentis operam dabat. Is Chriſtianæ fidei cauſa vinctus ſiſtitur præfecto Ancyræ, apud quem cum de Deo uno eoque omnium Creatore liberius diſſereret, ferreis clavis, manibus, ac pedibus confixis, contunditur ſcorpionibus. Deinde è ligno depoſitus in fervidum conjicitur furnum. ſed nullo Dei munere affectus damno, trajectis iterum manibus, pedibus, & capite clavis, contento curſu conficere ſtadia triginta compellitur, quo labore, cruciatuq; diuturno confectus ac conſumptus, Deo, cujus cauſa tanto defunctus erat martyrio, ſpiritum reddidit.

Pridie Cal. Decemb. certamen Sancti, & clariſſimi Apoſtoli Andreæ fratris magni Petri.

XXX.

215 ANdreas germanus magni Petri Apoſtoli frater poſt Domini noſtri Jeſu Chriſti Aſcenſionem maritimam Bithyniæ oram, Pontificatum, Thraciam, Scythiam, deinde magnam Sebaſtæ urbem, quam fluvii duo interſcindunt Pſarus, & Phaſis, cujas ſunt accolæ interiores Æthiopes, poſtremo Patras Achajæ Peloponeſii peragrando Chriſti fidem ubique prædicabat: ubi ab Ægea proconſule in crucem ſublatus mortem obiit. Ejus reliquiæ tunc quidem Patris poſitæ, poſtea verò Conſtantinopolim ab Artemio ſancto, Conſtantini juſſu tranſlatæ una cum Sanctis Apoſtolis, Luca, & Timotheo, ſub Sanctorum Apoſtolorum menſa conditæ fuerunt, miraculorum frequentia inſignes.

D E C E M B E R.

Calend. Decemb. Commemoratio Sancti, & illuſtris Prophetæ Naum.

I.

216 NAum magnus, atque inſignis propheta, Judæus ex Symeonis familia, vir ſingulari in Deum pietate divino prophetiæ munere dignatus eſt: nam aliquando poſt Jonam Prophetam Ninivitis prædixit fore, ut Ninive aqua igniquе conſumpta prorſus è medio tolleretur, quare & ſtagnum, quod urbem ipſam ambibat diſcedente terremotu terra alveo receptam obruit, & ignis ab eremo irruens aquarum reliquias penitus abſumpſit. Quo prophetiæ munere ſimul & vita defunctus honorifice à propinquis ſepultus eſt, annos quadraginta quinque natus. Erat Naum mento vetuſtè rotundo, facie gracili, capillo tenui ac profuſo, capite ſubcalvo, & procero.

Eodem die certamen Sancti Martyris Ananiæ.

217 ANanias Martyr Perſa Laicus quidem, ſed Chriſtianus, fidei cauſa retentus, & ad necem flagris conciſus, ut vix reſpiraret, ſublatis tandem oculis ita eos qui aderant allocutus eſt. Eja, video ſcalas cœlum attingentes, & ſuper eas homines igneos, qui me comiter hortantur, ut ſe conſequar in urbem lætitiæ, hilaritatis, luciſque pleniſſimam, quibus in verbis ſpiritus è corpore eacedens in patriam, quam viderat, ſuperam advolavit: at corpus in Perſide conditum expectat finem illum, quo unà cum omnibus ab inferis excitatum immortale Chriſti Dei noſtri regnum adipiſcatur.

Quarto Non. Decemb. commemoratio Sancti & Beati Philaretæ Eleemoſynarii.

II.

218 PHilaretes Paphlagon Irene ſingulari pietate fœmina Imperatrice ex fortuna ſatis ampla, & opibus, quas ſibi ipſi laborando paraverat, ad inopiam redactus non tamen idcirco oblitus eſt eleemoſynæ. Unum autem beneficentiæ ejus exemplum ob oculos nobis proponet, quanta, & quam incredibilis in eo viro fuerit. Aberrarat aliquando vicini ſui bos, quo apud Philaretem, ſementem tunc temporis in agello ſuo facientem, caſum ſuum deplorante, ſanctus ſoluta altera vaccula, eaque homini perbenigne tradita ipſe jugum cum altera ſubjens domum rediit: promeruit tam inſignis benignitas, ut Imperatrix divino inſtinctu commota, Mariam illius neptem Conſtantino filio in matrimonio collocaret. Quo factum eſt, ut & poſteri ejus ditati fuerint, & ipſe propenſior in pauperes factus, opibus, honoribus, & gratia florens ad ſummam pervenerit ſenectutem. Mortuus verò in Criſcos Monaſterio ſepultus eſt.

Eodem die, commemoratio Sancti Prophetæ Abacuc.

219 ABacuc Judæus ex Symeonis familia, qui ſuæ gentis everſionem, & reſtitutionem urbis Hieruſalem, cædemque, ac ſervitutem populi pronunciavit: inſtante Nabuchodonoſoris agmine, & jam Hieroſolymitanis rebus imminenti in alienam ſeſe terram ſtatim proripuit. Cum vero poſtliminio ex Perſia atque etiam ex Ægypto reverſi eſſent Judæi, rediit ipſe in patriam ſuam. Daturus aliquando prandium in agello meſſoribus, quibus miniſtrabat, monuit domeſticos, ut quando longum ſibi iter ineundum eſſet, ſi longiorem idcirco moram ageret, ferrent ipſi meſſoribus prandium, ſublatuſque ſtatim ab Angelo tranſlatus eſt Babylonem, quæ aberat millia paſſuum cclxv. datoque Danieli prophetæ damnato ad beſtias prandio, relatus domum, alterum meſſoribus prandium attulit, re nemini indicata. Qua prophetia, atque aliis compluribus obitis diem etiam ſuum obiit.

Eodem die certamen Sancti Martyris Abibæ.

220 ABibas, Licinio Imperatore, Eccleſiæ Chriſtianæ Diaconus, & Doctor, omnes ad ſe accedentes verbo veritatis inſtituebat. Quamobrem delatus ad Imperatorem & retentus, torquetur. Deinde in fornacem magnam injectus laudes Deo ſumma animi lætitia decantans extinctus eſt: quem furtim Chriſtiani ſublatum, unguentiſque ac thymiamatis delibutum, cum Pſalmis, Hymnis, & Canticis ſpiritualibus ſepelierunt apud ſanctos confeſſores, Guriam, & Samonam, eo miraculo inſignes, quod puellam a Gotho perjuro prætento nuptiarum fœdere deceptam, atque in ſervitute redactam, tum reluctantem, ac reclamantem in ſui templi ſepulturam, aut ſepulchrum detruſam, ab imminente morte vindicarunt.

Tertio Nonas Decemb. certamen S. Megalo-martyris Theodori Epiſcopi Alexandrini.

III.

221 ALexandrinus populus maxime omnium crudele Chriſtiano nomini bellum infeſto diu odio intulit: quare plurimi in ea urbe extitere Martyres, ex quorum numero Theodorus Epiſcopus, cum eam, quam ipſe in Chriſtum profitebatur, fidem paſſim omnibus prædicando ad Dei cul-

tum

tum infideles converteret, facto ab Alexandrino A
concurſu, atque impetu, comprehenſus crudeliſſime cæditur, deinde contexta ſpinis corona in caput adacta oculiſque graviter contuſis ſcommatis per jocum, & contemptum irridetur: ad hæc vinctus in mare projicitur, ſed inde incolumis evadens, juſſu præfecti capite damnatus mortem occubuit, cujus ſacer, beatuſque ſpiritus cœlos aſcendit. At pretioſæ reliquiæ in eadem urbe infinitos à fidelibus morbos depellentes quieſcunt.

Eodem die Commemoratio Sancti ac illuſtris prophetæ Sophroniæ.

222 SOphronias Judæus ex familia Symeonis Jacob Patriarcha nati, fratriſque illius Joſeph, cujus ſingularis forma cum ſingulari erat probitate conjuncta, omnia domini mandata digerendo, omniaque ad illius voluntatem referendo, prophetiæ munere ab eo ornatus eſt. Quare prædixit genti ſuæ everſionem, ac ſolitudinem Hieruſalem, exterminatiſque Hebræis peculiarem Deo ex gentibus populum futurum, cum ſummo impiorum dedecore, & probro, ſummaque piorum gloria, & dignitate, Chriſtumque Dominum omnis ſpiritus, B
regem, & judicem pro cujuſque merito, præmia, aut pœnam repenſurum eſſe. Perfunctus autem prophetiæ munere mortuus eſt, ſepultuſque domi ſuæ expectat tempus illud, quo à mortuis excitabitur: Joanni Theologo effigie ac lineamentis corporis ſimillimus, niſi, quod hic mentum paulo rotundius habebat.

Eodem die, Commemoratio S. Theoduli.

223 THeodulus Sanctus Cyprius indicto rebus hujus mundi bello, Chriſtumque complexus, ac Monachorum ſectam inſtitutumque perſecutus tanto paupertatis humilitatiſque ſtudio tenebatur, ut non molli culcitra, & ſtragulo, ſed duris exceptum ſaxis confectum multa inedia corpus quieti traderet. Quamobrem à Deo cum alia multa ſpiritualia dona accepit, tum illud potiſſimum, ut hominum omnium cogitationes, atque intimos animi receſſus penitus introſpiceret. Quare ſi quis C
auſus eſſet illi aliter atque ſentiret, ac cogitaret proloqui, accuſata ejus impudentia, quidquid is animo concepiſſet exponebat, quin etiam ſimulata ſtultitia ſua, cuique objectans crimina ad bonam frugem revocabat: qui cum vitæ inſtituto ſanctiſque præceptis ſalutem plurimis attuliſſet, in pace quievit, ſepultuſque in Cypro morbo affectos curat.

Pridie Nonas Decemb. certamen Sanctæ Martyris Barbaræ.

IV.

224 BArbara, Maximiano Imperatore impio, martyr, nata eſt patre gentili, qui veritus, ne filia ob eximiam formam raperetur, in altiſſima turri à ſe excitata Barbaram incluſit, adjunctis, quæ coleret, Idolis; verum illa comminutis Deorum ſimulachris Chriſti amore incenſa, illius unius cauſa omnia cupiebat, illum adorabat. Unde etiam cum balneum, ac feneſtram in ea pater fabris faciendam locaſſet, ipſa poſt diſceſſum patris, tres ſibi monumentum Sanctæ Trinitatis, Patris, D
Filii, & Spiritus ſancti aperiendas curavit. quod ubi reſcivit pater, præfecto torquendam tradidit. Barbara igitur indignis mulctata modis arrepta fugæ occaſione in montem ſeſe proripuit, quam pater ipſe contento curſu perſecutus obtruncavit. Neque id impune tulit; dum enim è monte deſcenderet, delapſa è cœlo flamma conflagravit.

Nonis Decemb. Commemoratio Sancti Patris noſtri Sabæ.

V.

225 SAba Sanctus Cappadox Theodoſio Juniore Imperatore, Joanne, & Sophia natus, à prima ætate valedicens parentibus, & Monachus factus eſt. Neque eo contentus, magnorum certaminum majoriſque virtutis ad magnum Euthimium ſe contulit, à quo in monaſterium inferius ad Sanctum Theoctiſtum miſſus maximis certaminibus ad ſummam virtutem contendens egregiè Monachos omnes ſuperavit, famaque ac nominis celebritate in Imperatorum Anaſtaſii, & Juſtiniani familiaritatem venit, ut eo arbitrio Hieroſolymitani Patriarchæ in ea, quam cum Imperatoribus habebant, controverſia uſi, rem omnem tranſegerint. Qui cum multos docuiſſet, & multa extruxiſſet monaſteria, multa etiam ediſſet ſigna, præter cætera autem aquam è terra eduxiſſet, ad Dominum migravit nonaginta quinque annos natus.

Octavo Idas Decemb. Commemoratio Sancti Patris noſtri Nicolai Archiepiſcopi Miræ Lyciæ.

VI.

226 NIcolaus Miræ Lyciæ natus, Pontifex, Magnus, & Thaumaturgus. Conſtantino magno Imperatore, Monaſticam primum egit vitam toto animo in virtutem connixus: deinde Epiſcopus factus, mille claruit ſignis. Tres homines falſo delati ducebantur ad ſupplicium, accurrit Sanctus, gladioque jam cervicibus imminente extortoque è carnificis manibus, ſolvit innocentes. Totidem alii falſo conjurationis in Conſtantinum nomine inſimulati à Flavio prætore, damnatique capitis, ſanctum invocarunt, qui per quietem Conſtantino, & Prætori apparens, alteri, ne inferendis falſis criminibus delectaretur, alteri ne oblatis facilè crederet monitis, homines ab impendente morte liberavit. Tandem poſt innumera miracula in pace obdormivit.

Septimo Idas Decemb. Commemoratio ſancti Patris noſtri Ambroſii Epiſcopi Mediolanenſis.

XII.

227 AMbroſius admirabilis Patritius Romanus, Conſtantio, & Conſtante Magni Conſtantini filiis Imperatoribus ob egregias animi dotes, imprimis autem virtutem, & juſtitiam, Epiſcopus Mediolanenſis declaratus eſt; vixitque ad Theodoſii magni tempora. Erat Ambroſius animo cum aperto, & ſimplici, tum etiam magno, atque excelſo, præſertim cum zelo divino moveretur. Quare Theodoſium Magnum, quia cædem Theſſalonicenſis populi, qui in ſe delictum commiſerat, crudelius effeciſſet, ingreſſu templi die Natalis Dominici prohibuit, adjecto elogio: Eccleſiam Dei non admittere homicidas, præſertim qui Chriſtianorum cædem facerent. At Imperator admiratione ſimul, & honore profecutus tantam viri ſanctitatem, receſſit: Ambroſium affirmans verum eſſe Antiſtitem. Sanctus vero cum multa alia commemoranda feciſſet, obdormivit in Domino.

Sexto Idus Decemb. certamen ſancti Martyris Athenodori.

228 AThenodorus è Meſopotamia Syriæ Diocletiano Imperatore, Monachus, eximia in Deum pietate, delatus quod Chriſtum haberet Deum, ad duas columnas alligatus candentibus, dehinc ferreos candenteſque globulos in illius humeros contorquent. Ad hæc laminæ æneæ inſtar januæ affigunt. Præterea bove æneo ſubjecta flamma, includunt: qui cum Angelico miniſterio ab omnibus his ſuppliciis liberatus, omnes qui aderant, ad Chriſtum traduxiſſet, pronunciavit Præfectus, ut extremo afficeretur ſupplicio. Carnifex igitur diſtricto gladio imminebat cervici, cùm manus, quæ collum petebat, repente ab humeris avulſa reliquos omnes à cæde Sancti deterruit, qui tamen fato conſumptus eſt.

Quinto Idas Decemb. Conceptio Sanctæ Annæ matris genitricis Dei.

IX.

229 DOminus, & Deus noſter, cùm animatum ſibi templum domumque ſanctam præparare vellet, miſit Angelum ſuum ad Joachim, & Annam juſtos, qui ſe ex eis matrem ſibi deſtinaſſe prænunciaret, ut infœcundæ & ſterilis Annæ Conceptio Virginis fœcunditati fidem poſtea faceret. Concepit igitur Anna Mariam, & peperit, non ut

qui-

quidam dicunt, ſeptimeſtrem, aut ſine viri opera, ſed Angelica quidem prædictione, exactis tamen novem menſibus, atque adeo ex viri conjunctione: Solus enim Dominus noſter, & Deus Jeſus Chriſtus ſine ulla commixtione, ac ſemine, modo quodam illi ſoli noto, nobis autem ineffabili, & inexplicabili Virgine ſancta natus eſt; cumque perfectus eſſet Deus, omnia ſibi, quæ ad carnis œconomiam pertinent perfecte aſſumpſit prout humanam naturam ab initio condidit, atque effinxit.

Eodem die commemoratio ſancti Patris noſtri Joannis Epiſcopi, qui poſtea in Monaſterium ſancti Sabæ ſeſe recepit.

230 JOannes Chriſti ſervus Nicopoli Armeniæ natus, mortuis parentibus, Martiano Imperatore, erogatis in pauperes facultatibus ſuis, monaſticam complexus eſt vitam, qui tantos in virtute progreſſus habuit, ut à Sebaſtiæ Archiepiſcopo Coloniæ Epiſcopus creatus fuerit. Epiſcopatu vero, quem annos decem geſſerat, renunciato, Hieroſolymam profectus, in Monaſterio Sancti Sabæ ad otium ſe ſe abdidit, eamque à Deo recte factis gratiam iniit, ut medio itineris labore defatigatus aliquando divina arreptus virtute, ad ſuam cellulam, quæ millia paſſuum quinque aberat, temporis momento deferretur. Infeſtam forte illius regionem excurſionibus habebant Perſæ, qui cum ad Monaſterium Sancti perveniſſent, excæcati repente fuere. Optavit etiam videre quo modo excederet de corpore anima, votique compos factus annos quinque ſupra centum natus migravit ad Dominum.

Eodem die Commemorat. Ss. Soſthenis, Apollo, Cephæ, Tychici, Epaphroditi, Cæſaris, & Oneſiphori ex ſeptuaginta Apoſtolorum numero.

231 SOſthenes Apoſtolus, cujus Sanctus Paulus mentionem facit, Epiſcopus Colophonis fuit: Apollo autem, de quo idem Apoſtolus in priore ad Corinthios epiſtola meminit, Cæſareæ Epiſcopus. Porro Tychicus de quo idem Paulus ſcriptum reliquit, Soſtheni in Epiſcopatu ſucceſſit. Epaphroditus autem, & Cæſar, quorum idem mentionem in ſuis epiſtolis injecit Paulus, hic quidem Coronenſis, ille vero Adriacenſis Eccleſiæ Epiſcopi fuere: qui omnes repub. bene geſta, paſtoralique munere diligenter, atque accurate obito, in earum quæ ſibi forte obvenerant eccleſiarum, populique adminiſtratione, multiſque ærumnis, ac tormentis perfuncti, animas ſuas Domino reddidere, pro quo etiam prompto animo mactati fuerant.

Eodem die commemoratio ſancti Patris noſtri Patapii.

232 PAtapius Bethis Ægypti natus, ſumptis Monachorum inſtitutis ſeceſſit in eremum, ubi aliquandiu otiosè egit. Poſtea relicta eremo Conſtantinopolim profectus, ſexcentis claruit miraculis: Cæcis enim viſum prece adhibita reſtituit: Intercute aqua laborantes, oleo ſancto curavit. Quendam cancro morbo, ut Medici dicunt, immedicabili occupatum liberavit, Cacodæmonas non ſolum ab humanis corporibus, ſed à multis etiam locis mortalibus infeſtis fugavit. Multiſque aliis inſignitus miraculis, commemorandiſque factis, atque in ſummo honore, ab imperatoribus, & Patriarchis merito habitus, finem præſentis vitæ habuit: reddita Deo anima, corpore autem ſepulturæ Conſtantinopoli tradito.

Eodem die commemoratio ſancti Patris noſtri Sophronii, Conſtantiæ Cypri Epiſcopi,

223 SOphronius in ſanctorum album relatus, Cypri parentibus Chriſtianis, & piis natus eſt, felicitate ingenii diurnaque & nocturna commentatione ſacræ ſcripturæ ſcientiam eſt aſſecutus; eò autem virtutis, pietatiſque proceſſit, ut innumeris gratiis à Deo dignatus, ſigniſque ac prodigiis nobilitatus in defuncti Damiani Archiepiſcopi ſanctiſſimæ Cypri Eccleſiæ locum totius populi ſuffragiis ſubrogatus fuerit, ſuſceptaque Eccleſiæ procuratione, pauperibus ducem, orphanis adjutorem, viduis præſidem, male affectis redemptorem, nudis indumentum, omnibus per omnem vitam inculpatum abſolutumque pro humana virtute virum ſeſe præſtitit, atque ſumma ſenectute ad Dominum migravit.

Quarto Idus Decemb. Certamen ſanctorum Martyrum, Menæ, Hermogenis, & Eugraphi.

X.

234 MEnas Martyr Sanctus, cùm Alexandrinæ res quædam in diſceptationem, quæſtionemque vocarentur, miſſus eò à Maximiano Imperatore, qui de hiſce rebus decideret, atque tranſigeret, ut is, qui & ſapientia, & eloquentia plurimum poſſet, ſublata ſedataque omni controverſia Chriſtianos promptiores, erectioreſque reddidit, eoſque, qui morbo aliquo conflictarentur, curavit. Quod ubi cognovit Imperator, mandavit Hermogeni, ut omni tormentorum acerbitate ſtuderet Menam à Chriſtiana fide ad gentilium ſacra traducere. Perſequitur ille diligenter mandata, Menæque & oculos effodit, & linguam præcidit; ſed reſtitutis Dei beneficio oculis, & lingua Martyri, credidit & ipſe Hermogenes, baptizatuſque à Mena Epiſcopus creatur ab iis, qui convenerant Epiſcopis: id autem cum Imperatori renunciatum eſſet, venit ipſe, eoſque una cum ſuo Notario fidem amplexo, morte mulctavit.

Eodem die certamen ſancti, & bellicoſi Gemelli Paphlagonis.

235 GEmellus Paphlagon cùm audiſſet Julianum Apoſtatam eſſe Ancyræ Galatiæ, adiit hominem coram, eaprobravitque, quod prævaricator, & deſertor eſſet, Chriſtique inimicus. Quamobrem Julianus Gemellum ferrea, & candente zona conſtrictum, multoque ob eam cauſam perfuſum ſanguine ſecum Edeſſam duxit, ubi perforatis illius humeris ſubulis candentibus, tum clavis in caput deſixis extentum humi ſanctum quaternis confixit, detractaque per hunc modum à calce ad caput pelle, in crucem demum rapuit, manibus, pedibuſque ſuffixum. Sanctus vero ſemper Deo ad extremum ſpiritum gratias agens è corpore receſſit.

Tertio Idus Decemb. Certamen ſanctorum Martyrum Aithalæ, & Apſei.

XI.

236 AIthalas Perſa, Idolorum Sacerdos, hoc modo Chriſti fidem cognovit; cùm enim morbo laboraret, veniſſetque in eam ſpem, ut ſi Epiſcopum Chriſtianorum adhiberet, ſtatim curaretur, idque illi ex animi ſententia ceſſiſſet, factus eſt Chriſtianus, reverſuſque in patriam dabat operam, ut propinquos in partes Chriſti traheret. Comprehenſus igitur à Præfecto abſciſſis manibus in vincula conjicitur; deinde cum Apſeo Diacono verberibus affecto mittitur ad Magorum principem, qui introducti ad Regem, cum à ſancto propoſito dimoveri non poſſent, morte mulctati occubuere.

Eodem die, commemoratio S. Patris noſtri Danielis Stylitæ in Anaplo.

237 DAniel è Meſopotamia Syriæ, Leone Magno Imperatore, annos quinque natus Monachorum inſtitutum cepit. Poſtea perrexit ad Symeonem Magnum Stylitem, qui, & Danieli benedixit. Tum cœleſtis mentis inſtinctu in Anaplum profectus ſe Idolorum templo incluſit, multis à dæmonibus affectus ſuppliciis, ac moleſtiis. Poſtremo conſcendens columnam factus eſt Stylites, cujus conſtantiam, atque animi firmitatem, nulla frigoris, nulla æſtus, nulla ventorum vis frangere unquam potuit, qui urbis incendia, rerumque converſiones prædicendo admirabilis adeo extitit, ut Leo Imperator præſens ſe illius precibus commendaret, multaque alia animæ utilia perdiſceret; tum illud in primis, ne duriorem ſe, ſed miſericordem, &

fa-

ſacilem delinquentibus præberet, exacta autem in his ſtudiis vita mortuus eſt.

Pridie Idus Decemb. commemoratio ſancti Patris noſtri Spiridonis Epiſcopi Trimiſontis Cypri.

XII.

238 SPiridon, Conſtaotio Imperatore, ſimplicis, atque demiſſi animi paſtor, defuncta uxore, ex qua filiam ſuſceperat, declaratos Epiſcopus, Thaumaturgi cognomen ex eo tulit, quod precibus ſuis in maxima ſiccitate aquæ licium fecerir; In ſumma rei frumentariæ caritate annonæ utilitatem intulerit, ſerpentem in aurum converterit: rurſuſque aurum poſtquam pauper ſame enectus eo oppigoorato mutuam in ſumptus pecuniam ſumpſiſſet, ad priſtinam revocarit naturam, atque dimiſerit, flumenque rapidiſſimum ad ejus imperium ſtatim conſtiterit. Interfuit Spiridon Nicæuo Concilio, & hæreticos egregiè redarguit. Mulier quædam apud ſancti viri filiam neſcio quid depoſuerat, eaque extincta, cum quæreretur depoſitum, ſciſcitatus eſt vir Dei ex mortua, quæ ſtatim depoſitum indicavit; infinitiſque aliis clarus prodigiis vitæ finem implevit.

Eodem die certamen ſancti Martyris Syneti.

239 SYnetus Martyr Romæ natus ab ineunte ætate Epiſcopo Romano à parentibus traditus, ſacras didicit litteras. Lector igitur Romanæ Eccleſiæ declaratus, excellenter ſe tradendis Chriſtianæ pietatis, veræque fidei præceptis geſſit, cum magna gentilium Deorum contumelia, & contemptu, magnaque eorum, qui hujuſcemodi colerent, irriſione, ac ſubſannatione. Quare delatus ad Aurelianum, correptuſque, cum nulla tormentorum acerbitate, quibus variè fuerat affectus, à vera certaque de Chriſto ſententia deterreri poſſet, capite mutilatus vitam pro Chriſto reddidit.

Idibus Decemb. certamen ſanctorum Martyrum Euſtratii, Auxentii, Eugenii, Mardarii, & Oreſtis.

XIII.

240 QUo tempore Maximianus, & Diocletianus immanem illam rabiem, & furorem per omne ſuppliciorum genus in Chriſtianum nomen effudere, Euſtratius à Lyſia duce indignis laceratus modis, affixiſque illius pedibus ferreis clavis cogebatur ambulare, cum interim ſemper cæderetur. Auxentius autem poſt multam verberum ſectionem obtruncatur. cujus caput cum nunquam appareret, paulo poſt ſuper arbore, cornice garritu indicium faciente, inventum eſt. Mardarius etiam nullis non tentatus ſuppliciis, ut à Chriſto deſciſceret, cum illud tantum repeteret, Chriſtianus ſum, perforatis talis, ſublimibuſque pedibus, ac membris poſterioribus igne conſumptus vitæ finem impoſuit. Porrò Eugenius, lingua, & manibus mutilatus poſt crura ſcorpionibus confracta extremum effudit ſpiritum. At Oreſtes detecto crucis, quam occultam geſtabat, amuleto, retentus, ſuper crate ferrea ſternitur, ſubjectaque flamma expiravit: ſed Euſtratius primus omnium petitus mille ſuppliciis tandem in caminum demiſſus extinctus eſt.

Eodem die certamen ſanctæ Luciæ Virginis.

241 LUcia Syracuſis Siciliæ nata matrem ſanguinis profluvio laborantem Catanam ad Sanctam Agatham duxit, quæ curata prædixit filiæ, fore ut pro Chriſto martyrium ſubiret: illæ reverſæ domum opes omnes pauperibus diſtribuere. Quare, qui impotenti animo ardebat Luciæ amore, eamque vel per vim ſibi jungere uxorem decreverat, ubi puellam virginitatis perpetuæ ſtudioſiſſimam expugnare non potuit, rem ad prætorem detulit; qui cum à Chriſti cultu virginem dimovere fruſtra tentaſſet, juſſit ad luſtra rapi, ſed illæſa intactaque divino præſidio conſervata in accenſam pyram conjecta, atque etiam inde liberata, capite damnata mortem oppetiit.

Decimo nono Cal. Januarii certamen ſanctorum Martyrum Thyrſi, & Leucii.

XIV.

242 CUm, Decio Imperatore, Bricius præfectus commota in Chriſtianos perſecutione rantas in dies fidelium cædes faceret, ut inſtar aquæ ſanguis profunderetur, indignè id ferens Leucius magnæ erga Deum pietatis Chriſtianus, adiit Præfectum; Et quando, inquiens, canis inexplebilis modum aliquem, & finem ſanguinis eorum fundendi facies, qui adduci non poſſunt, ut lapides, & ligna animæ ſenſuſque prorſus expertia adorent? Excanduit Præfectus, raptumque ſublime, & depexum obtruncari juſſit. Thyrſus verò obviam factus eidem Præfecto exprobravit, quod multo mortalium ſanguine exhauſto, nondum tamen animum expleſſet ſuum. Quare & huic vincto, oculis prius erutis, cruribuſque contuſis expediebatur deinde ſerra, quæ medium ſecaret, cum animam Deo reddidit.

Eodem die certamen ſanctorum Martyrum Philemonis, Apollonii, & ſociorum.

243 TRiginta Sancti Ægypti Thebis nati, Diocletiano Imperatore, cuſtodiæ traditi fuere, ex quorum numero Apollonius Clericus, data Philemoni cuſtodi pecunia, perſuaſit, ut ſumptis ſuis veſtibus iret, & pro ſe ſacra Diis faceret; ſed Philemon dum immolat, mutata repente ſententia Chriſtum confeſſus eſt. Præſes hujus rei ignarus jubet introduci Philemonem, qui nervorum, vocumque cantu (erat enim citharoedus) delinitos Chriſtianorum animos ad Idolorum cultum converteret: Agnitus ergo Philemon, tortuſque cum aliis, Præſidem ipſum cum tota domo in partes Chriſtianas duxit. Diocletianus verò Præſidem, atque Arrianum quendam opulentum hominem, totumque illum Chriſtianorum cœtum tormentis prius excruciatos, deinde culeis indutos in alto demerſit.

Inventio reliquiarum Arriani, &c.

244 CUm varia ſuppliciorum genera torquendis fidelibus adhibuiſſet Diocletianus, demiſit etiam Arrianum catenis conſtrictum in altiſſimam ſoveam, multoque aggere, & lapidum congerie obſtruxit, ſedenſque pro tribunali cœpit per jocum milites compellere, & dicere. Videamus, num Chriſtus Arriani ex ima hac voragine illum educat. Vix autem ſe ſe in regiam receperat, & accubuerat, cùm catenas, & lapidem, quæ geſtarat Arrianus, Arrianumque ipſum ad lectum afferri vidit. Quare perterritus Imperator, & eum, & milites ſuos, qui in Chriſtum crediderant, in mare projecit, quorum reliquias quinque inſutas ſaccis Delphines in humeros ſublatas in Alexandriæ littus deportarunt, quæ ab Arrianis ſervis agnitæ, amploque funere elatæ Alexandriæ repoſitæ fuere.

Decimo octavo Cal. Januarii, certamen ſancti Sacromartyris Eleutherii.

XV.

245 ELeutherius Sacromartyr Romæ natus, orbatuſque patre à pueritia, Chriſti fide imbuitur a matre, quam illa ab Apoſtolo Paulo didicerat, Chriſtianorumque litteris ab Aniceto Epiſcopo inſtitutus: deinde Clericatu, Diaconatu, Presbyteratuque perſunctus Illyrici Epiſcopus declaratur, qui Adriano Imperatore correptus, & graviſſimè tortus in ardentem furnum Præfecti juſſu detruditur, ſed egreſſus incolumis, Præfectum traxit ad fidem, qui etiam ipſe illæſus ultro citroque commeans multos alios ad Chriſtum traduxit. Quare cum omnibus fidelibus capite damnatus occubuit Eleutherio à carnificibus fœdè conciſo.

Decimo ſeptimo Cal. Januarii certamen ſancti Martyris Marini.

XVI.

246 MArinus, Macrino Imperatore, illuſtri loco natus, & poſtea Senator, detentus integra jam ætate Chriſtianæ pietatis cauſa, raptuſque in equuleum gladiis laceratur, igne peruritur, ſartagine torretur, in ferventi lebete elixatur, ad

be-

beſtias, emiſſis in eum leonibus, & urſis, damna tut: nulloque ab his omnibus divino numine accepto incommodo, in Idolorum templum compellitur, ut Diis ſacrificet. Hic ſanctus objecta Imperatori ſpe ſacrificandi, eoque lætitia elato, factoque totius populi in templum concurſu, oravit, dejectaque orando ſimulachra contrivit. Qua injuria exagitatus Imperator pronunciavit ut capite plecteretur, qui dato fortitet capite animam Deo reddidit.

Eadem die commemoratio Sancti Prophetæ Aggæi.

247 AGgæus, Levitica tribu, Babylone in captivitate natus, Deo poteſtatem eam Petſis in Judæos ob multa enrum ſcelera permittente, a prima ætate Hieruſalem venit, propbets vitque cum Zacharia annos ſex, & triginta Incarnationem Jeſu Chriſti futusam quadringenteſimo nonageſimo poſt anno. Varum Aggæus apertiſſimè prænunciavit Judæos reduces Templum teædificaturos, viditque ipſe jacta jsm Templi fundamenta; mortuuſque eſt, & ſacerdotali pompa, juſtis magnificentiſſimè factis, cum & ipſe ſacerdotali eſſet genere oriundus, ſacetdotum ſepulchro conditus eſt. Erat Aggæus canitie venerabilis, mento tereti, ſormoius, moribus autem omnibas amabilis.

Eodem die commemoratio Beatæ Theophanes uxoris Leonis clariſſimi Imperatoris noſtri.

248 THeophane beata Conſtantinopolitanæ urbis & alnmna, & Imperatrix, quippe quæ Conſtsntini illuſtris viri, ac cum tribus Impesatoribus propinquitate conjuncti filia erat, matrem habuit Annam, quæ Annam illam Samuelis mstrem ut ſtetilitate prius, ita etiam fœcunditate prolis eapreſſit nobis, ac teddidit. Hæc enim aſſiduis a Regina ſancta, atque ea, quæ a nobis, qui infimum hunc giobum incolimus, in honore habetur, Dei Genitrice precibus prolem contendens, concepit & peperit Theophanem Sanctam, ingenuèque educatam liberalibus inſtituit diſciplinis. Eam poſtea Baſilius magni nominis, & gloriæ Imperator dignam judicavit, quam Leoni filio ſumma prudentia Imperatori in matrimunio collocaret. Neque eam tamèn diademate coronatam, atque in altiſſimn dignitstis gradu collocatam puduit pauperum curam, ac cogitationem ſuſcipere, imo pro ſua conſuetudine, & morum benignitate eos eſt perſecuta: quibus ſtudiis tandem cœleſte regnum adepta eſt.

Eodem menſe, die Dominico, cum forte obvenit commemoratio Sanctorum Patrum Abraham, Iſaac, & Jacob.

249 ETſi de Sanctis Patribus Abraham, Iſaac, & Jacob, accuratè Moyſes in Geneſeos libro icripſit, nos tamen etiam paucis, quæ ex eodem hauſimus libro dicemns. Abraham Chaldæus patre Idololatra natus Aſtronomiæ peritiſſimus, cum cognoviſſet nullam in ſimulachris eſſe divinitatem, eaque idciren igni conſumpſiſſet, audivit a Deo vero: Egredere Abtaham de terra tua, & de cognitione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monſtravero tibi. Qui ſtatim omnibus valere juſſis, aſſumptaque uxore Sara, & Loth fratris filio, ſecutus eſt Deum, videns eum, quo poterat modo, ac digerens omnia illius mandata, a quo explorandæ pietatis cauſa Iſaac filium, quem admodum grandis natu genuerat immolare juſſus: jam cultrum jugulo admoverat, cum ſupernè admonitus eſt, ut cæde abſtineret. Iſaac autem genuit Jacob, de quibus mentionem facimus pridie natalis Chriſti, qui ex eis ſecundum carnem natus eſt.

Decimoſexto Cal. Januarii, certamen Sanctorum puerorum Ananiæ, Azariæ, & Miſael.

XVII.

250 ANanias, Azarias, & Miſael Hieroſolymitani Ezechia Rege nati, qui anſus eſt dicere Deo, ſe cuſtodiſſe quæ placita erant in conſpectu ejus, cuique cum in Bethlehem in murbum incidiſſet, pænitenti Deus vitam in annos quindecim prorogavit, expugnatis a Nabuchodonoſor Aſſyriorum rege Hieroſolymis, abducti ſunt Babylonem captivi, ubi nb virtutem facti ſunt principes regionis illius, ſed poſtea recuſantes ſtatuam ex auro a Rege poſitam adorare, demiſſique eam ob cauſam in fornacem, & Angelico præſidin liberati, effecere, ut Rex puerns complexus Deum cœli confiteretur, ſed poſtea a ſucceſſore pietatis cauſa capitis damnati ſunt, cumque cæderentur, alter alterius, Ananiæque Daniel caput excipientes ex hominum vita migrarunt.

Eodem die certamen ſancti Danielis Prophetæ.

251 DAniel Sanctus eandem cum tribus pueris captivitatis fortunam pſſns, Babylone nonaginta annos propbetavit, Chriſtique nativitatem præceſſit annis quadtingentis ſexaginta, vir ſnmma omnium rerum abſtinentia, nihilque niſi legumina in cibum admittens, enm ſibi à Deo amorem conciliavit, at per Angelum occulta edoctus myſteria, ſomnia Regi interpretaretut, deque ſingularum gentium regnis, Medorum, Aſſyriorum, Perſarum, Macedonum, Romanorum, eorumque omnium excidio prænunciavit, exceptò Romanorum, Chriſtianorumque imperio, quod quidem Chriſto Imperatore, futurum eſſet perpetuum. Demiſſns autem in Leonum foveam, miracuinque ſervatus, habitus eſt a Baltaſsaré rege filii loco: ſed poſtea ab Attico rege cum tribus pueris capite damnatus occubuit.

Eodem die certamen ſancti Bacchi Junioris.

252 BAcchus Palæſtinus imperantibus Irene, & Conſtantino, parentibns Chriſtianis natus eſt, ſed pater Chriſtianus primo, Chriſtianiſque ortus majoribus, fidei poſtea deſertor factus ad Saracenorum ſacra tranſivit, & filiis ſeptem adulterina fide imbutis mortuus eſt. Gelaſius vetu filiorum unus poſt patris obitum in Monaſtetium Sancti Sabæ, quod erat Hieroſolymis Monachus factus, nominatuſque Bacchus, ſanctè vixit. Sed veritus Monaſterii præfectus Saracenorum ſævitiam, ſi Bacchum Saracenorum baptiſma ſuſcepiſſe reſciſſent, hominem dimiſit, qui domum reverſns, quinque fratres baptiſmo inſignivit. Verum qui unus reliquus erat ad Amirathum detulit Bacchum, cui Amirathus caput a cervicibus abſcindi imperavit.

Decimoquinto Cal. Januarii commemoratio ſancti Patris noſtri, Pontificis, Flori.

XVIII.

253 FLorus patre ſibi cognomine Flori, atque Euphemia natus incidit in Juſtini Junioris, Tiberii, & Mauritii Imperatorum tempora, liberalibuſque inſtitutus artibus, Cbtiſtianaque diſciplina, Impetatoribus operas a manu dedit, a quibus in patritiorum ordinem cooptatus, uxore ducta, filios procreavit: quibus nmnibus peſte conſumptis, mœſtus ac ſorditatus ſe ſe iu agrum ſunm, qui eſt in Anaplo, recepit: deinde nb vitæ ſanctitatem creatus Epiſcopus Amiſi, cum creditum ſibi gregem paſceudo, versmque atque orthodoxam fidem docendo, perſeciſſet, ut quæcuaque Deum velle ſciret, ea diligenter perſequeretur, nbdormivit in pace miraculorum celebritate, quæ ad illius ſepulchrum in hanc uſque diem eduntur, admirabilis.

Decimoquarto Cal. Januarii certamen ſanctorum Promi, Arei, & Eliæ.

XIX.

254 PRomus, Areus, & Elias, genere Ægyptii, inſtituto Chriſtiani, divino accenſi zelo, eos, qui in cuſtodiis erant, adeuntes, in Chriſti partibus confirmatos ad ſubeundum fortiter martyrium accendebant, ſuppeditantes interim, quæ ad tuendam vitam neceſſaria eſſent. Profecti verò in Ciliciam aliquando Aſcalone a portæ cuſtodibus barbaro hominum genere, atque agreſti comprehenduntur ut exploratores, & proditores; & ad Firmilianum perducti, Chriſtianos ſe eſſe profeſſi ſunt. Quare flagris omnes prius conciſi: Areus quidem igni conſumptus, Promus verò, ac Elias capita mutilati ſunt.

Eodem die certamen ſancti Martyris Timothei Diaconi.

255 TImotheus Sacromartyr in Mauritania natus, atque ab ejuſdem gentis Epiſcopo lectus Diaconus, cum Chriſti fidem cœlorumque regnum paſſim prædicaret, converſoſque ſacra baptiſmatis aqua luſtraret, vanitatemque gentilium probè redargueret, corripitur a præfecto, & carcere, fame, & ſiti mulctatus, cum in ſententia pia permaneret, impuraque Dæmonum ſacrificia nauciraretur, in ſucceuſum rogum conjectus animam Deo reddidit: reliquiæ autem a fidelibus ſepultæ ſunt in gloriam Chriſti Dei noſtri.

Eodem die certamen Sancti Martyris Polyeucti Cæſarienſis.

256 POlyeuctus Martyr Cæſarienſis fidei cauſa, quam vulgo diſſeminando gentilium complures ad pietatem convertebat, publicæ cuſtodiæ traditur a Cęſareę Pręfecto, quoad vacuus a publicis negotiis, & liber, miſit, qui ſuo ſanctum ſiſterent tribunali; adortuſque variis artibus hominem, cum nulla ratione expugnare poſſet, ad vim converſus, ungulis ferreis totum excarnificat, tum dentibus contuſis in pyram conjicit, lætum, atque exultantem, ubi extremum Deo ſpiritum reddidit.

Decimotertio Cal. Januarii, certamen Sancti Sacromartyris Ignatii, Patriarchæ Antiochiæ Magnæ.

XX

257 TRajanus Imperator ſuſcepta in Parthos expeditione cùm Antiochiæ Magnæ diverſaretur, cognovit multos ab Ignatio fieri Chriſtianos: eum ergo vinctum tradidit decuriæ militum, quæ Romam ad beſtias damnandum veheret, à quibus in itinere peſſimè acceptus, Romamque ad Senatum perductum lacerandus, de imperatoris mandato beſtiis objicitur. Id autem mortis genus optarat maximè Sanctus, ut quaſi frumentum dentibus beſtiarum molitus, panis Deo mundus coqueretur. Fuit Ignatius Sanctorum Apoſtolorum ſucceſſor, & S. Joannis Theologi diſcipulus.

Eodem die, certamen Sanctorum Martyrum Eugenii, & Macarii.

258 EUgenius, & Macarius Julianum Apoſtatam convenientes; Cur, inquiunt, impie, & prævaricator, Deique veri deſertor factus, ad impuros Dæmones te adjunxiſti? quibus ille ira incenſus ſanctos in foveam ſerpentibus, & multis ferarum ſpeciebus plenam detruſit, ſed miraculo ſervati à Juliano in Aodedonem Mauritaniæ urbem vincti relegantur, ubi miraculorum magnitudine, & numero, interemptiſque omnibus oratione, quotquot loca illa incolebant, draconibus, & noxiis beſtiis complures ad Chriſti fidem traduxere, & quietam tranquillamque vitam degentes, in pace quieverunt, confeſſionis Chriſti corona decorati.

Eodem die certamen Sancti Martyris Bonifacii.

259 BOniſacius Diocletiano Imperatore, ſervus mulieris Aglaidis filiæ Acacii Conſulis Romani, etſi heræ ſtupri conſuetudine conciliatus, ac ſæpe vinolentus eſſet, animo tamen ipſe, & hera in pauperes, præcipuè autem martyres erant

A propenſiſſimo. Dixit itaque aliquando hera Bonifacio, ut ſi ita videretur, iret in Aſiam, indeque martyrum reliquias deportaret, quas apud ſe domi ad animæ ſalutem veneraretur. Cui ille per ludum; Ibo, inquit, & meas ipſius reſeram reliquias: ariſit hera, & cùm ebrium inclamaſſet, abire juſſit. Ille igitur, cum duodecim ſervis, multoque auro in Ciliciam profectus, ubi torquebantur ſancti, ultro ſe Præfecto ſiſtens profeſſus eſt ſe eſſe Chriſtianum, cui acerbiſſime torto juſſit præfectus caput amputari, cujus reliquias domum à ſervis relatas hera honorificè ſepelivit.

Duodecimo Cal. Januarii, certamen ſanctæ Martyris Julianæ.

XXI.

260 JUliana Martyr, Maximiano Imperatore, Nicomediæ locupletibus nata parentibus, deſponſa fuit Eleuſio viro patritio. Adornabat igitur ſponſus nuptias, cum Juliana negavit ſe velle, niſi urbis præfecturam adipiſceretur, quam cùm il-

B le aſſecutus eſſet, illa, niſi, inquit, Chriſtianus fiat, me nequaquam ducet uxorem. Quamobrem pater mœſtus cœpit ſollicitare filiam, ut à Chriſto deſciſceret, & nuberet, quam in fide permanentem tradidit ſponſo, & Præfecto, ut ex legibus quæſtioni adhiberetur. Præfectus igitur totum Virginis ſublime pendentis per capillos corpus depectit, cutem capiti detrahit, in ignem conjicit, demum cum multis aliis ejus cauſa Chriſtianis obtruncat.

Eodem die, certamen ſancti Martyris Themiſtoclis.

261 THemiſtocles Lycius, Decio Imperatore paſcebat in eo monte oves, ubi latebat, perſecutionis vitandæ cauſa, cumque milites miſſi à regionis Præfecto ad comprehendendum Dioſcoridem veniſſent in ea loca, ſciſcitarenturque à Themiſtocle Dioſcoridis latebram, ille ſeipſum pro ſancto, quem indicare noluit, conſtringendum tradidit, confeſſus ſe Chriſtianum eſſe. Adductus ad Præfectum ſupinus humi ſternitur, & tandiu cæditur,

C dum dirupto ventre diffluerent inteſtina: deinde in equuleum actus, & poſtea depoſitus, & per defoſſos in terra murices raptatus, atque interim fuſtibus contuſus expiravit.

Eodem die commemoratio ſancti Patris noſtri Philogonii ex Oratore Epiſcopi.

262 PHilogonius ab infantia pietatis cultor, viridi deinde ætate, ducta uxore filium procreavit, factuſque patronus, ſi qua cauſa ſuperiorem oppreſſum judicio laborantemque vidiſſet, ſuſcepta ipſe cauſa injuriam propulſabat. Mortua verò uxore, ex Oratore totius populi ſuffragiis ab Epiſcopo Epiſcopus electus, virtutum omnium, recteque factorum ſplendore lumen ſolis ſuperavit. Omnium enim artium bene vivendi diſciplinam non minus vita quam litteris proſecutus inoleſcentem morum intemperiem ceſſante nuper perſecutione coercuit: erumpenteſque ac emanantes hæreſes divino adjutus numine compreſſit, Angelorumque vi-

D tam imitatus in pace quievit.

Undecimo Cal. Januarii, Certamen ſanctæ Martyris Anaſtaſiæ, & ſociorum.

XXII.

263 ANaſtaſia Martyr, Diocletiano Imperatore, Romæ nobilibus, & divitibus orta parentibus, atque à matre in Chriſti fide, a Chryſogono verò Chriſtianorum doctore litteris inſtituta, Publio viro ſuo, quia gentilis erat, nullam ſui corporis poteſtatem faciebat, benigna, & liberalis in pauperes, & in eos qui Chriſtianæ pietatis cauſa erant in vinculis. Quamobrem in carcerem à viro ſuo traditur; ſed mortuo eo, dimiſſa, omnibus facultatibus pauperibus diſtributis, ſedulam ſanctis operam dabat, martyrio conſumptos ſepeliebat, alios ad perferendum martyrium impellebat: quare à multis diverſo tempore præfectis affecta tormentis, deinde in mare, poſtea in ignem demiſſa,

ſed

ſed ſemper miraculo ſervata, tandem capite damnata cum iis, quæ ſecum erant, mulieribus mortem oppetiit.

Eodem die, Commemoratio ſancti Sacromartyris Capitonis, Cherſonenſis Epiſcopi.

264 CApito, Theodoſio Magno Imperatore, in Atherii locum Cherſonæ Epiſcopus declaratur. Ut primnm rempub. attigit, coofilium cepit deſtroendi templum, in quo Idolum Parthenium nomine colebatur, excitandique in ejus area alterius S Petri Apoſtoli nomine. Jamque fornaces ad præparandam materiam accenderat, cùm Gentiles, & Judæi furore correpti poſt magnam contentionem hanc viro Dei conditionem tulere, ut ſi ipſe fornacem ingreſſus nulla afficeretur injuria, omnes non ſolum fidem Chriſti ſuſciperent, ſed filios etiam ſuos in caminum dejicereot. Accepit ille conditionem, egreſſuſque incolumis omnes ad Chriſtum convertit: hoc, atque aliis clarus miraculis migravit in cœlum.

Eodem die, certamen ſancti Martyris Chryſogoni.

265 CHryſogonus Romaous Diocletiano Imperatore Martyr, magnus Dei cultor, & amator, qui Sanctam Aoaſtaſiam, & fidem, & litteras docuit, commota perſecutione, cuſtodiæ traditur: à quo per literas Anaſtaſia petiit, ut precibus à Deo contenderet, ut, ſi vir ſuus futurus eſſet aliquando Chriſtianus, viveret, ſin minus moreretur, ne tantas opes Idololatræ conſumerent, ſed in Sanctorum, pauperumqne ſumptus expenderentur: factaque voti compos, & ſui juris, omnibus facultatibus in pauperes erogatis, ſumptoque pauperis cultu cœpit carceres adeundo ſanctis ſervire. Quo tempore Diocletianus ex orbe Nicæna literas Romam dedit, ut extremum de omoibus Chriſtianis ſupplicium ſumeretur, Chryſogonus verò ad ſe vinctus Nicæam deportaretur, adductumque obtruncavit.

Eodem die, certamen ſanctarum mulierum Irenes, Agapes, & Chioniæ.

266 CHryſogonus abſciſſo pro Chriſti nomine capite martyrio defunctus per quietem apparuit Zoilo cuidam ſervo Dei, prænunciavitque illi fore, ot Irene, Agape, & Chionia ſorores, quæ idem cum eo ſtagnum accolerent, citra diem nonum ſimul cum Anaſtaſio io nobile martyrii certamen deſcenderent: quæ cum audiſſet Sancta Anaſtaſia Chryſogonum ſecuta, convenit ſurores illas, eiſque ſerviebat. Diocletianus ergo comprehenſas tradidit regionis Præfecto, ut torqueret. Rurſuſque Præfectus alter nomine Siſinnius excruciatas Agapen, & Chroniam igni conſumpſit: Irenem autem gladio confecit.

Eodem die commemoratio ſanctæ Martyris Theodotæ, filiorumque ejus.

277 THeodota in Bithyuia nata, celebri Anaſtaſiæ fama commota pro magno habuit negocio eam convenire, atque apud eam diutius una cum filiis commorari. Cujus conjugium cum peteret Leucadius Præfectus, rogavit illa, ut pauliſper commoraretur, futura mox io illius poteſtate, quo temporis iotervallo erogatis in pauperes opibus ſuis, dabat operam ſanctis. Diocletianus vero, quoniam carceres, & ergaſtula Chriſtianorum numerum capere non poterant, edixit paſſim, ot genus univerſum nocte una, alii aqua, alii igni, alii ferro delerentur. Quamobrem Leucadius tradidit Theodotam cum filiis Nicetio Bithyniæ Præfecto, qui alterius filiorum vehemeoti objurgatione commotus matrem cum filiis io pyram projecit.

Decimo Cal. Januarii, certamen ſanctorum decem Martyrum in Creta.

XXIII.

268 THeodulus, Saturninus, Euporus, Gelaſius, Eunicianus, Gortynæ Metropoli Cretæ, Zoticus verò Gnoſſi, Leomenes Pontius, Epimiſi, Agathopus, Panormi, Baſilides Cydonæ, Evariſtus Heracliæ nati, Decio Imperatore, delati ſunt ab inſulanis ad Præfectum quod Chriſtiaoi eſſent: quibus ille imperavit, ut niſi Idolorum altaribus immolareot, variis eos, ut cuique collibuiſſet, ſuppliciis afficerent. Arreptos ergo illi ſanctos circumducunt, illuduot, verberant, lapidant, per ſtercora raptaot, demum Præfecti juſſu obtruncant.

Nono Cal. Januarii, certamen ſancti Martyris Eugeniæ, & ſociarum.

XXIV.

269 EUgenia, Commodo Imperatore, Martyr, Romæ Philippo urbis Præfecto nata, atque Alexandriæ, quò pater à Commodo Præfectus miſſus, totam ſecum familiam abduxerat, litteras gentilium, & Chriſtianorum apprimè edocta, dum libros ſacros diligeoter evolueret, incidit iu Divi Pauli epiſtolas, quarum lectione converſa ad Chriſtum, ſpreta præſeotis vitæ gloria, & ſplendore, ſumptoque virili cultu in Monaſterio ſuſcepit Baptiſmum, cum ſe Eunuchum aſſimulaſſet. Poſtea autem quam eſſet agnita, Philippum patrem, matremque ac propinquos ad fidem tradnxit. Paulo poſt patre creato Epiſcopo cæteri omnes martyrio coronati ſuot.

Octavo Cal. Januarii, commemoratio Immaculatæ Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti.

XXV.

270 DEus benigniſſimus miſertus humani generis, quod gravi dæmonis tyrannide premebatur, miſit Gabrielem Angelum, qui hæc Mariæ diceret: *Ave gratia plena Dominus tecum*; ſtatimque puriſſimo ejus utero conceptus eſt Dominus noſter, & Dens, exactiſque à conceptione novem menſibus, edictum eſt à Cæſare Auguſto, ut quidquid gentium Romano pareret imperio, cenſeretur. Habebatur autem in Judæa à Cyrino cenſus: profectus ergo eſt etiam cum Maria cuſtos illius Joſeph Bethleem, ut io ſua cenſeretor tribu, ibique loſtante partus tempore, cum nullus illi ob affluentem uodique multitudinem eſſet in diverſorio locus, anguſtam ſubiit ſpecum, atque inoffenſo utero peperit Dominum noſtrnm Jeſum Chriſtum, quem rerum univerſitatis conditorem faſciis involutum, in irrationabilium præſepio collocavit, ut noſtra nos irrationabilitate liberaret.

Eodem die, Magorum adoratio.

271 FUit olim vates Perſa Barlaam nomine, cujus præter multas alias prædicationes, illa imprimis extitit inſignis, *Orietur ſtella ex Jacob, & conteret filios Moab*. Quæ Prophetia à Perſarum deinceps vatibus, & Magis per manus jore quodam hæreditario poſteris tradita, obvenit demum tribus illis Magis, ſimul & Perſarum regibus, qui viſa, quam tam multis ſeculis obſervarant, ſtella, animadverterunt eam, ut periti Aſtronomi, diverſum à reliquis ſtellis tenere curſum, quippe quæ non ab ortu in occaſum, ſed ad meridiem tenderet, atque intelligunt cœleſte illud ſydus magni alicujus regis ortum portendere. Quare ſecuti ſtellam ducem, invenere Chriſtum Dominum, & procidentes attulere ei munera, aurum, thus, & myrrham, monitique ab Angelo per quietem, alia, quam venerant, via rediere.

Eodem die, commemoratio Joſeph Sponſi, cuſtodiſque Virginis, oraculo ab Angelo admoniti.

272 HErodes Judæorum Rex, cum didiciſſet ex Magis natum eſſe Regem, qui Orbem univerſum, in ditionem, ac poteſtatem ſuam eſſet redacturus, atque adhibitis Scribis cognoviſſet ex ſacræ Scripturæ carmine recitato, in Bethlem Judæ naſciturum, appellatis Magis; *Ite*, inquit, *& diligenter inveſtigate de puero, & cum inveneritis renunciate mihi, ut & ego veniens adorem eum*, cùm tamen longè aliter ſentiens infantem ad cædem quæreret. Nam miſſis poſtea militibus pueros omnes Bethlehemiticos, qui à biennio nati fuerant (tan-

tum enim temporis à Chriſti nativitate interceſſerat) trucidari imperavit: ſed Joſeph ſuperne monitus abiit in Ægyptum cum puero, & matre ejus.

Septimo Cal. Januarii, commemoratio fugæ Dei Genitricis in Ægyptum.

XXVI.

273 DUabus de cauſis Dei Genitrix in Ægyptum fugere, cum infante, & Joſeph jubetur, cum, ut impleretur quod dictum eſt à Propheta: *Ex Ægipto vocavi filium meum*; tum vero etiam ut impiam quorundam hæreticorum opinionem redargueret, affirmantium phantaſticè natum eſſe Chriſtum. Nam ſi ab infantia occiſus eſſet, nulluscerte ſaluti noſtræ relictus fuiſſet locus: ſin neque gladio, neque alio ſupplicii genere extingui potuiſſet, ut adminiſtrationem, diſpenſationemque obiret, multi exiſtimaſſent phantaſticè natum, neque revera carnem aſſumpſiſſe humanam, quando nulla etiam adducti cauſa, auſi tamen ſunt infelices hæretici dicere eum non hominis naturam, ſed imaginem induiſſe. Quibus de cauſis fugam arripuit in Ægyptum, atque etiam, ut corruentibus Ægyptiorum Idolis, declararet ſe, cùm cruci fuiſſet affixus, atque à mortuis reſurrexiſſet, ſalutem univerſo orbi allaturum.

Sexto Cal. Januarii, certamen ſancti & clariſſimi Protomartyris, & Archidiaconi Stephani.

XXVII.

274 STephanus Protomartyr, Ss. Apoſtolorum diſcipulus, poſt Domini noſtri Jeſu Chriſti aſcenſionem lectus fuit cum aliis ſex Diaconis, qui fidelibus menſas apponerent. Qui cum eſſet plenus gratia, & ſpiritu faciebat ſigna, & prodigia magna in populo, dum fidem Chriſti ſtudioſè doceret, & prædicaret: cumque eum Libertinis, & Cyrenenſibus in certamen veniſſet, ac ſuperior allatis librorum teſtimoniis diſceſſiſſet, illi quidem in furorem acti, cœpere dentes ſancto contundere, lapidationem facere: ipſe vero flexis genibus orare; *Domine*, inquiens, *ne ſtatuas illis hoc peccatum*, quæ cùm diceret, vidit Cœlos apertos, & Jeſum ſtantem à dextris virtutis Dei, & ſe compellantem, atque ita conſumptus eſt.

Quinto Cal. Januarii, certamen ſancti Patris noſtri Theodori, Graptæ, id eſt graphiis perfoſſi.

275 THeodorus Syrus frater Theophanis canonum ſcriptoris, Monachus primum in Sancti Sabæ Monaſterio optimis ſe artibus excoluit. Deinde Conſtantinopolim profectus Theophilo Iconomacho Imperatore, cum ſanctarum imaginum honorem, cultumque conſtantius tueretur, acubus perfoſſus, atramentoque non ſecus ac fugitivus ſervus per ignominiam notatus, in exilium ejicitur. Qua in ſententia & ipſe ad extremum perſeverans, & cæteros rectè de ſanctis colendiſque imaginibus ſentientes confirmans ex mortali vita migravit.

Eodem die, commemoratio ſancti Patris noſtri Theodori Archiepiſcopi Conſtantinopolitani.

276 THeodorus Conſtantinopolitanus natus, & altus, creatus primo Cathedralis Eccleſiæ Presbyter, & Cimiliarcha, & armarii cuſtos, ita ſe in Imperatorum, Patriarchæ, Senatus, totiuſque concilii benevolentiam inſinuavit, ingenii ſui dexteritate, & acumine, lenitate, benignitate, commiſeratione, denique omnium morum probitatem in ſe uno repræſentando, ut in demortui Patriarchæ locum, ſummo Imperatoris, Epiſcoporum, totiuſque populi ſtudio fuerit cooptatus: qui paſtorali munere, atque Eccleſiæ ſuæ adminiſtratione annos duos, & menſes tres, ex præſcripto divino diligenter obita, exceſſit è vita.

Eodem die, certamen ſanctorum Martyrum Jadæ, Eunuchi, & Domnæ.

277 DOmna Nicomediæ nata, Maximiano Imperatore martyr, ſacerdos duodecim deorum ſacra in Palatio procurabat, ſed cùm forte legiſset Apoſtolorum Acta, & Divi Pauli Epiſtolas, illuminata, veram ſuſcepit fidem, baptizataque à Cyrillo Nicomediæ Epiſcopo, ſportulam, quam in Palatio accipiebat, pauperibus dividebat. Quod cum reſciſset Archieunuchus, accingaretque ſe ad ſumendum ab ea pœnas, ſimulavit illa dementiam. Quamobrem ut ſanaretur miſsa ad Epiſcopum, optata Chriſtianorum conſuetudine utebatur: ſed Maximianus reverſus à Taxidio, percontatuſque de Domna, neque reperta, accenſus ira juſſit Chriſtianos omnes interfici: quorum corpora illa Domna ſumpto virili cultu noctu ſepeliebat, tandem agnita obtruncatur.

Eodem die certamen SS. viginti millium Martyrum.

278 MAximianus Imperator confecto feliciter bello, quod adverſus Æthiopas geſſerat, edixit Epinicia. Quare cum paſſim ob partam victoriam victimæ Diis immolarentur, renunciatum eſt, Chriſtianos ſolos (erat enim Natalis Domini) feſtum diem ſumma cum lætitia celebrare: neglecto Dæmonum cultu. Ille igitur mandavit, ut circa illud templum, in quo verſabatur cœtus ille Chriſtianorum conſtrata ſarmentis quaque verſus terra, ſuppoſitoque igni, omnes conflagrarent. Vix dum Epiſcopus baptizatis cathecumenis, operatuſque ſacris puriſſima myſteria communicarat, cum ſubjecto igni hominum viginti millia concremata mortem obiere, excepto Epiſcopo, qui miraculo ſervatus eſt, ut & alios ad Chriſti fidem converſos baptizaret.

Eodem die Certamen ſanctorum Martyrum, qui tam iis de quibus proximo capite ſcripſimus noti erant, Indes, Gorgonii, Petri, Zenonis, Dorothei, Mardonii, & Glycerii, & Theophili.

279 NOn ſatis habuit impius Maximianus, per illorum cædem, quos ignis in templo conſumpſerat, debacchari, ſed imperavit etiam ut Chriſtiani omnes interficerentur. Igitur Indes, Gorgonius, & Petrus, alligatis ad collum ſaxis in mari demerſi ſunt, Xenon copiarum dux contuſis oculis ac dentibus, cum Dorotheo præpoſito capite mulctatur: Mygonius altiſſima fovea obruitur: Mardonius, & Glycerius Presbyter igni abſumuntur: Theophilus præciſa lingua in campo lapidatur, compluresque alii martyrium ſubierè: quorum omnium corpora Domna in unum collecta loco ſatis honeſto tumulavit. Quamobrem & ipſa abſciſſo capite amburitur.

Quarto Cal. Januarii, Cædes Innocentium Bethleemitarum.

XXIX.

280 MAndarat Herodes Judæorum Rex Magis, ut adorato Rege infante, quem cæleſte illud ſydus monſtrarat, ad ſe redirent, & de tota re ſe plenius docerent, ut & ipſe natum nuper regem adoraret. Verum illi Angelo moniti non ad Herodem, ſed diverſo unde profecti fuerant itinere redierunt. Exarſit vehementi ira rex, quod illuſus eſſet a Magis, animadverſoque diligenter eo tempore, quo ſtella apparuerat, pueros omnes eo biennio in Bethleem natos occidit, eo conſilio, ut puer tanto imperio deſtinatus cum cæteris interemptus extingueretur, inſanus, qui ſacta divina humano conſilio labefactari, & convelli poſſe exiſtimaret, cum ipſe ſibi æterna ſupplicia, illis vero cœleſte regnum conciliaret.

Eodem die Commemoratio ſancti Patris noſtri Marcelli Monachi ex Acæmetarum Ordine.

281 MArcellus Apameæ in Syria honeſto, & illuſtri loco natus, atque omnibus artibus oppido eruditus, mundo, paternaque domo valere juſſis in Epheſinum Monaſterium ſe ſe abdidit. Inde deſiderio Alexandri Abbatis, cujus ſanctitatis fama percrebuerat, ad Acæmetas profectus, Mo-

na-

nachos omnes antecelluit virtutibus: ubi poſt Alexandrum, & Jacobum renunciatus Abbas, majori etiam ad virtutem contentione, eam a Deo gratiam iniit, nt miraculorum, prophetiæque munere ornatus fuerit. Quibus artibus factus Imperatoribus, ac populo admirabilis, vitæ finem fato implèvit.

Tertis Cal. Januarii Certamen Sanctæ Martyris Anyſiæ.

XXX.

282 ANyſia, Maximiano Imperatore, Martyr, Theſſalonicæ parentibus, divitiis, genere, & fide orta eſt nobiliſſima, quæ poſt illorum obitum congreſſus hominum ſolitudinis ſtudio fugiens, factis, & verbis Deo gratias agebat. Ibat autem aliquando pro conſuetudine in templum, factaq; obviam militi Idololatræ, qui reluctantem pro viribus ſanctam ad nefaria compellebat ſacrificia, ab irato milite rrajecto per coſtas gladio, acceptoque gravi vulnere concidit ſtatim, pauloque poſt orans, & gratias agens ſpiritum Domino reddidit.

Eodem die Certamen ſancti Apoſtoli Timonis ex ſeptem Diaconis.

283 TImon Chriſti Apoſtolus unus ex ſeptem Diaconis, in quorum numero erar Srephanus Protomartyr, à magnis Apoſtolis ad miniſterium menſarum lectis creatus fuit Epiſcopus Boſtrarum in Armenia ab iiſdem Apoſtolis: qui cum in nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti veri Dei doceret, docendoque, & admiranda ſigna edendo gentilium compluribus perſuaderet, nt relicta vaniſſima Idolorum ſuperſtitione ſibi a majoribus tradita, veram ſuſciperent fidem, petitus inſidiis Judæorum perinique ferentium tantam hominis in Chriſti nomine prædicando libertatem ab Idololatris variis afficitur ſuppliciis, deinda in caminum injectus, ſaroque ſervatur, atque aliquandiu ſuperſtes, poſtea triumphans Cœlum invectus eſt.

Pridie Cal. Januarii, Commemoratis Sanctæ Melanæ Romanæ.

XXXI.

284 CUm Theodoſius major terreſtri regno cæleſti permutato ad immortalem ipſe regem migraſſet, atque occiduum veteris Romæ imperium Honorio, novæ autem Arcadio natu majori per manus tradidiſſet, ſlorebat Melana fœmina in Urbe Roma generis nobilitare, divitiis, & forma inſignis, atque ob eam cauſam a multis in uxorem experita, cum tamen illius animus virginitatis ſtudio a nuptiis prorſus abhorreret. Quam cum invitam parentes cuidam in matrimonium collocaſſent, illa, prinſquam coirent, tantum dicendo profecit, ut ſponſus contemptis Idolis renunciatoque præſentis vitæ inſtituto Monachus fiaret, ipſa vero diviſa pauperibus, quam a parentibus acceperat, innumerabili rerum copia, monaſticam amplexa eſt vitam, in qua ſignis, & miraculis illuſtrata, ædificatoque Monaſterio corporis cuſtodia liberata eſt.

JANUARIUS.

Cal. Januarii, Commemoratis Sanctæ Circumciſionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti.

I.

285 DOminus, & Deus noſter, cui omne cor patet, futurorumque præſcius, ut fidem faceret iis hæreticis, qui tum non humanum, ſed phantaſticum quoddam corpus ſumpſiſſe contenderent, atque etiam, ut omnem cavillandi occaſionem Judæis adimeret, ſi paululum ab eorum inſtitutis, ac legibus deſlexiſſet, voluit octavo ab ortu die ab immaculata matre ſimul, & Virgine in templum deferri, & circumcidi, nominarusque Jeſus, quod illi nomen priuſquam in incorrupto Virginis utero conciperetur, ab Angelo fuerat impoſitum, reverſa eſt domum, ubi humanitus educatus progreſſum in dies in ſapientia, ætate, & gratia faciebat.

Eodem die Commemoratio Sancti Patris noſtri Baſilii Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopi.

286 BAſilius in ſanctorum numero collocatus Valentem Imperatorem deteſtabili Arianæ hæreſis peſte laborantem, dicendo, monendo, ac liberius accuſando propemodum curavir, qui, etſi de illa ſenſus pravitate deduci plane non potuir, quia palinodiam canere puderet, dum tamen Baſilius Magnus rem divinam faceret, ingreſſus templum aſtabat, ac dona offerebat. Fuit Baſilius Baſilii Pontici, & Emmeliæ Cappadocis filius, vir adeo omnibus diſciplinis egregiè inſtructus, ut & veteres omnes, & recentiores facile ſuperarit: pietate vero ita excellenti, ut Cæſareæ Epiſcopus declaratus ſtuporem ſimul, & terrorem Imperatoribus, & Præfectis incuterer: ſæpius pro orthodoxis in certamen deſcenderar, atque ex eo ſuperior diſcederet ſemper. Tandem cum multa litterarum monumenta reliquiſſet, innumera edidiſſet miracula, fatalem ſummam implevit.

Quarta Nonas Januarii Certamen Sancti Martyris Baſilii.

II.

287 BAſilius Juliano Apoſtata Imperatore Martyr, Ancyræ Galatiæ natus, Chriſtianæ fidei cauſa ad Præfectum perducitur, qui quæſtioni adhibitus reſpondit, nullum præter Chriſtum eſſe Deum. Quare in equuleum elatus depectitur: deinde vinctus Conſtantinopolim miſſus, variiſque tormentis affectus, in furnacem inicitur, ſed miraculo ſervatus Cæſaream deducitur, depugnaturus cum beſtiis. Ludis igitur Circenſibus productus in theatrum à Leæna fame prius diu confecta orans conſumptus eſt.

Eadem die Commemoratis Sancti Patris noſtri Silveſtri Papæ Romani.

288 SIlveſter ſapientia, & virtute excellens Miltiadi veteris Romæ Epiſcopo ſucceſſit. Suſcepta igitur republica, multa pro ſacro, & magno Chriſtianorum grege ſubiit certamina. Conſtantinoque Magno, qui primus Imperatorum Chriſti fidem ab Apoſtolis Petro, & Paulo in ſomnis monitus ſuſcepit, ducem ſe ac præceptorem præbuit: deindem ſacra baptiſmatis aqua, non lepræ ſolum, ſed animi etiam ſordes omnes eluit: autborque fuit, ut convulſis Dæmonum ſimulachris, templa Deo noſtro, Dei Genitrici, ſanctis Apoſtolis, & Martyribus excitaret. Præterea Bizantium uſque adjunctus comes complures ſalutari doctrina imbuit. Demum ſumma ſenectute, è corporis vinculis evolavit.

Tertio Nonas Januarii certamen Sancti Martyris Gordii.

III.

289 GOrdius Licinii Imperatoris comes Cæſareæ Cappadociæ natus, militum centuriam ductabat, ſed cum gentilium indignitatem, arrogantiam, & blaſphemias in Chriſtum nullo modo ferra poſſet, renunciato militiæ munere, fluxæque, ac evaneſcentis præſentis vitæ gloriæ in monte ſolitudinis ſtudio conſedit, ubi inter feras verſatus uni Deo orando vacabat. Verum Chriſti deſiderio vehementius accenſus, & quodam quaſi mentis impetu raptus, cœpit hæc ſecum cogitare: Quin hinc in urbem proiectus, Martyrium pro Chriſti mei nomine ſubeo, ut vitam adipiſcar æternam. Igitur cum Circenſes ludi maxima populi frequentia Cæſareæ ederentur, in medium prodiit, magnaque voce; En ego, inquit, non quæſitus ultro advenio, meque Chriſtianum confiteor, atque inanimata jam inde à pueritia deteſtor Idola: quibus verbis commotus Præfectus juſſit capite multari.

Eodem die Commemoratio ſancti, & Illuſtris Prophetæ Malachiæ.

290 MAlachias Propheta poſt reducem è captivitate Judæorum populum Levitico genere natus ab ineunte ætate eam vitæ rationem, & inſtitutum tenebat, ut ob eam cauſam appellaretur Angelus: accedebat inſignis in adoleſcente forma: præterea viſus ſæpe eſt ab iis, qui nullam peccati labem habebant: dictante Angelo prophetare. Incidit autem Malachiæ prophetia in id tempus, quo nullus erat in Judæa principatus, quemadmodum ſcriptum eſt in Judicum libro, mortuuſque eſt, & ſepultus in ſepulchro patrum ſuorum in agro: homo, ut diximus, egregia forma, facie venuſta, capite lato.

Pridie Nonas Januarii certamen ſancti ſacromartyris Theognis Epiſcopi Parii.

IV.

291 THeogenes ſacro-martyr Epiſcopus Parii retentus ab Inſulæ Præfecto militare compellebatur. quod ille detrectans, afferebat, ſe Chriſto nomen dediſſe, & idcirco ſe illi operam ſuam navare velle. Alligatum ergo ad palos quatuor, carnifices octo ſcipionibus cædebant: ſanctus vero per cavillum appellans Præfectum umbram evaneſcentem, prædixit illi, fore ut brevi moreretur: nec rei defuit eventus. Noctu vero ſancto carceri incluſo, & medio Angelorum choro pſallenti apparente, juſſum ne cibum à gentibus caperet, deinde eductus è cuſtodia projicitur in mare: ſed qui demerſerant, pœnitentia ducti cum multis aliis baptizati ſunt. Corpus verò tertio poſt die in littus ejectum diſcipuli ſepulchro intulere.

Eodem die certamen ſancti ſacro-Martyris Theopempti, & Theonæ Martyris.

292 THeopemptus commota à Diocletiano in Chriſtianos perſecutione primus omnium Chriſtum confeſſus Martyrii corona decoratus eſt. Nam in furnum conjectus, supernè ſervatus eſt: effoſſoque oculorum altero, cum poculum præſentaneo veneno Imperatoris juſſu ſibi à Theona mago dilutum exhauſiſſet, illæſus, magum rei novitate attonitum traxit ad fidem. Percitus ira Diocletianus Theopempto capite mulctato, Theonam in altiſſimam foveam demiſſum congeſto obrui aggere.

Eodem die certamen ſanctorum Zoſymi Monachi, & Athanaſii à commentariis martyrum in Cilicia.

293 ZOſymus Ciliæ ſolitudinem cum feris captare ſolitus, corripitur à Domitiano Præfecto, qui cum nulla ratione adduci poſſet ut Idolis rem divinam faceret, ambuſtis candenti ferro auribus in ferventem lebetem injicitur: ſed nulla affectus injuria, ſublimibus depectitur pedibus, cumque torqueretur, Leo ex locis ſolis in medium Theatrum progreſſus, humanaque voce Chriſtum confeſſus convertit Athanaſium à commentariis. Motus prodigio præfectus Zoſymum liberum abire permiſit, qui adjuncto ſibi Athanaſio, eoque baptizato in monte aliquandiu commoratus eſt. Deinde ambo altam ſpeluncam ſubeuntes inter orandum animas Deo reddidere.

Eodem die Commemoratio ſanctæ Syncleticæ.

294 SYncletica parentibus non minus pietate, quam genere, ac divitiis nata nobilibus, ob inſignem formam, atque opes, multos habebat procos, quibus illa Dei ſtudio neglectis, belloque voluptatibus, temporariæ gloriæ, rebuſque humanis indicto, ſe totam ſummo ad virtutem, & temperantiam ſtudio concitata pietati dedit. Invidit Diabolus, neque id obſcure tulit, ſed cum ſæpius congreſſus, luctatuſque cum Virgine, ſuperatus eſſet, corpus illius non ſecus ac olim magnum illum Job, miſeris adeo excepit modis, ut gravi diuturnoque conflictata morbo, totoque corpore exulcerato lurida defflueret tabe, graſſanteque indies vi morbi, paulatim tabeſcens intolerabili odoris fœditate accedentes depelleret, quibus tamen malis diu ſuperſtes tandem nonageſimo ætatis ſuæ anno glorioſum de tanto hoſte referens triumphum cœlum invecta eſt.

Nonis Januarii Commemoratio ſancti Prophetæ Michææ.

V.

295 MIchæas Propheta Judæus ex familia Ephraim, cùm vehementius impietatem Achab regis objurgaret, quod everſis divinis legibus, ac patriis inſtitutis Dæmonum præſtigia conſectaretur, alienavit à ſe regem, qui etſi ſancto eſſet iratiſſimus, veritus tamen divinum judicium, atque ſingularem viri probitatem à cæde abſtinuit, ſed mortuo Achab, cum apud Joram filium eadem de cauſa vehementius offendiſset, ejus juſſu de prærupta rupe præcipitatus occubuit. Cujus corpus obvolutum à propinquis ſepultum quidem fuit in patrio ſolo, ſed prope commune ſepulchrum.

Octavo Idus Januarii Commemoratio Baptiſmi Domini Noſtri Jeſu Chriſti.

VI.

296 DOminus, ac Deus noſter, cui propoſitum erat ſervare patrias leges, ac inſtituta, ne ſermonem Judæis daret, ſi à majorum more, atque iis legibus quas Moyſes tulerat diſceſſiſſet, ubi vidit Judæos magno concurſu Jordanem fluvium petere, atque in eo à Joanne baptizari, acceſſit & Ipſe, non quod inſtratione ulla egeret, ſed ut baptiſmo ſuo totius mundi ſordes elueret. Joannes, qui prophetico afflatus ſpiritu filium Dei agnoverat, detrectabat per ſummam animi dimiſſionem hujuſmodi miniſterium. Verum de illius authoritate, atque Imperio eum magno perſuſus horrore baptizavit: ſtatimque deſcendens è cęlis excepta eſt paterna illa vox: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.*

Septimo Idus Januarii; Synaxis ſancti, & Illuſtris Joannis Baptiſtæ Prophetæ.

VII.

297 JOannes præcurſor idemque Baptiſta Domini, ab ipſo Domino Prophetarum maximus indicatus, cum dixit. *Inter natos mulierum non ſurrexit major Joanne Baptiſta*: eam ob cauſam, quod cæteri Prophetæ de Chriſto quidem prænunciarunt, ſed eum non viderunt: at Joannes & vidit, & prophetavit, cùm intento ad Chriſtum digito, converſuſque ad Judæos: *Ecce inquit Dei, ecce, qui tollit peccata mundi*. Etenim agnus ille, quem Judæi conſueverunt immolare, unius tantum gentis, atque ejus exiguæ maculas eluebat; hic autem immolatus omnium mortalium peccata obliterat: Quamobrem ſancta Dei Eccleſia ſtatutum hunc & ſolemnem diem, quem ſynaxin appellavit, in honorem Dei, ac Præcurſoris ejus celebrare conſuevit.

Sexto Idus Januarii, certamen ſanctorum Martyrum Theophili Diaconi, & Helladii Laici.

VIII.

298 THeophilus Diaconus, & Helladius Laicus in Libya nati, cùm Chriſtum verum Deum, univerſorumque conditorem, cum ſumma & Idolorum, & Idololatrarum contumelia paſſim prædicarent, à Proconſule conſtrictis manibus, ac pedibus virgis conciduntur, ferreis ungulis excarnificantur, ambuſtiſque lumbis teſtularum aculeis perfodiuntur, cum interim ad ſingulos verberum ictus illud identidem carnifices ingererent, Chriſtum negate, Diis ſacrificate; at illi nihil de conſtantia ſua remittentes mirandum in modum raptati, & detracta corporis pelle conculcati, confractis demum totius corporis oſſibus animas Deo reddidere.

Quin-

Quinto Idus Januarii, certamen ſancti Martyris Polyeucti.

IX.

299 POlyeuctus Melitetiæ in Armenia natus, & miles, debacchantibus quotidie magis ac magis per Chriſtianorum cædes, & ſupplicia Decio, & Valeriano Imperatoribus, clariſſima ſe voce Chriſtianum profeſſus, gentiliumque templum ingreſſus, omnia Idola comminuit. Comprehenſus ergo præfecti juſſu cædebatur, cumque præfectus miſericordia motus, quippe qui ſocer ejus eſſet, genero ſuaderet, ut abjurato Chriſto ſalutis ſuæ rationem haberet, illa compellans Nearchum quendam ſibi amicum: Vidi, inquit, in ſomnis Chriſtum meum pretioſo me amiculo contexiſſe, juſſumque eo valere, & ſui meminiſſe; Deo gratias agens præſente uxore, quæ virum in Chriſti partibus confirmabat, in veſtigio capite mulctatus eſt.

Eodem die, commemoratio ſancti & Illuſtris Prophetæ Acheæ.

300 ACheas, in Urbe Eli, quæ eſt in Silone, ubi olim erat Judæorum tabernaculum, natus, pronunciavit fore, ut Salomon Propheta, & Rex, Davidiſque Prophetæ, & Regis filius infeſtum ſibi divinum numen prævaricatione ſua redderet, cujus verbis fidem eventus fecit. Prænunciavit etiam Jeroboam Regi, quod non ſimpliciter, ſed aſturè cum Deo acturus eſſet. Ejus eſt etiam viſum illud, par boum infeſtis excurſionibus populum omnem, ſacerdoteſque vexare, conculcare, & protetere, quo ſchemate oſtendit protendi Judaicæ gentis excidium, captivitatem, famem, cruciatus: cumque multa alia prophetaſſet, mortuus eſt, & prope quercum in Silone ſepultus.

Quarto Idus Januarii, commemoratio ſancti Gregorii Epiſcopi Niſſeni.

X.

301 GRegorius Baſilii Magni Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopi germanus frater, ſapientia, ac virtute inſignis Niſſæ Epiſcopus creatus eſt, eum cùm graviſſimum cum hæreticis contractum erat bellum ab Orthodoxis. Sanctus igitur ſuſcepta repub. in acie adverſus impios Eccleſiæ Catholicæ dogmata convellere auſos conſiſtens, nunc coram diſceptando, nunc ſcribendo omnes graviſſimis ſacræ ſcripturæ teſtimoniis ſublata hæreſi egregiè ſoperavit. Cumque Synodo, quæ ſecundò Conſtantinopoli acta eſt, intereſſet, incredibile eſt, quanta dicendi contentione, atque animi conſtantia in hæreticos invectus, ſermones, & linguam eorum cum ſumma orthodoxorum lætitia retuderet. Unde ad Eccleſiam ſuam reverſus, poſtquam paſtorale munus diligenter obiviſſet, multoſque animæ ſalutares libros divinitus ſcripſiſſet, ſumma ſenectute ad Dominum lætus evolavit.

Eodem die commemoratio ſancti Patris noſtri Domitiani Epiſcopi Melitinæ.

302 DOmitianus Juſtino Imperatore parentibus Chriſtianis, ac locupletibus natus, atq; ab iiſdem, omnibus cum gentilium, tum Chriſtianorum diſciplinis abunde inſtructus, mortua, quam paulo ante duxerat, uxore, totum ſe ad pietatem colendam contulit, qua in re tantum profecit, ut creatus Melitenæ Epiſcopus tantam famæ nobilitatem fuerit conſecutus, ut Perſarum Rex, quem ſibi amicum, & ſocium optabat, maxime Mauritius Romanorum Imperator, ad eum ſcripſerit, futurum, ut ſi Domitianus ad ſe cum certis mandatis veniret, ipſe non ſolum in illius amicitiam, & ſocietatem ſe conjiceret, ſed in ſervitutem etiam addiceret. Quod cum uterque egregiè præſtitiſſet, urbem, & univerſum orbem ſumma extulere lætitia: Domitianus vero in urbem reverſus fatò conceſſit; Melitenemque poſtea tranſlatus eſt miraculis clarus.

Eodem die commemoratio ſancti Patris Marciani Presbyteri, & Oeconomi Eccleſiæ Cathedralis.

303 MArcianus à magna Roma oriundus, ſed Conſtantinopoli natus, Marciano viro ſanctiſſimo, & Pulcheria fœmina pientiſſima Imperatoribus, pluribus ac magnis, adnitente Imperatore, præfuit Eccleſiis. Nam & ſacram Irenes ædem tenuit, & eam, quam ipſe Anaſtaſiæ nomini in Domini aditu dicatam, ab incendio, cum jam vetuſtate arida flammam concepiſſet, precibus liberavit. Fuit tanta in viro miſericordia, ut dum ſacris operaretur, quærenti pauperi pallio, quando nihil aliud ad manum haberet, tradito, nudus præter ſacratam ſtolam, quæ miraculo videbatur aurea, à Clericis conſpectus ſit, ad extremum multis aliis, præter excitatum ab inferis mortuum, editis ſignis, fatalem ſummam implevit.

Eodem die commemoratio ſanctæ Dominicæ.

304 DOminica, Carthagine nata Theodoſio Majore, Leone, & Zenone Imperatoribus floruit. Hæc Conſtantinopolim profecta, & à Nectario ſanctiſſimo Patriarcha divinitus monito perhumaniter accepta, non ſolum illi Monaſterio, quod ipſa poſtea nomini Zachariæ Prophetæ inſtauravit, præficitur, ſed ad Diaconatus etiam dignitatem provehitur. Quare majori etiam ad virtutem contentione tantum profecit, ut miraculorum, & prophetiæ munere à Deo dignata futura proſpiceret, & de Imperatoribus, Patriarchis, aliiſque compluribus prædiceret: quibus rebus cum in ſummo ſemper honore apud omnes fuiſſet, in pace quievit.

Tertio Idus Januarii, certamen ſancti Martyris Petri.

XI.

305 PEtrus Martyr in villa Anea Eleutheropoli proxima natus, parique, & corporis, & animi fortitudinis laude commendatus, ab adoleſcentia ſenilem prudentiam præferebat, cum de Chriſti fide doctè diſſerendò complures ab Idolorum cultu ad Chriſtum verum Deum, unumque noſtræ ſalutis authorem converteret. Quamobrem ab Eleutheropolitano Præfecto comprehenſus, cum de pia ſententia dimoveri nulla ratione poſſet, in fornacem injectus eſt: ubi diu gratias agens, & pro œcumenica tranquillitate, Eccleſiarumque quiete orans ambuſtus eſt.

Eodem die commemoratio ſancti Patris noſtri Theodoſii Cœnobiarchæ.

306 THeodoſius Cœnobiarcha in ſanctorum numero habitus, Cappadox parentibus piis natus, ſumpto Monachorum inſtituto, Antiochiæ primum Simeonem Stylitem convenit, à quo etiam optimis ominibus auctus Hieroſolymam, atque inde in ſolitudinem abiit, ubi nihil præter caricas, & olera in cibum triginta annos adhibuit. Denique cum multa edidiſſet miracula, fugaſſetque ſacro carmine Cacodæmonas, atq; in ſumma rei frumentariæ caritate grano, quod unum reliquum fuerat, benedicens, exhauſtum prorſus Monaſterii horreum frumento impleſſet, & iis de cauſis in magna ſermonis omnium hominum celebritate vixiſſet, mortuus eſt.

Pridie. Idus Januarii, certamen ſanctæ Martyris Tatianæ.

XII.

307 TAriana Alexandro Imperatore Martyr, Romæ patre illuſtri, & locuplete, ac tertium conſule nata, cùm Subdiaconarum, & Diaconatum optimè gereret, fidem Chriſti populum docendo, multitudinemque ab Idololatria ad pietatem traducendo defertur ad Imperatorem, qui Tatianam ſecum in templum adductam compellebat Idolis ſacrificare: illa verò adhibita prece, detracta in terram ſimulachra comminuit. Quamobrem virgis mulctatæ oculi effodiuntur, actaque in equuleum laceratur, pellis capiti penitus abraditur, in ignem

conjicitur, ad beſtias damnatur: tandem his omnibus miraculo ſervata capite mulctatur.

Eodem die Certamen Sancti Martyris Merotii.

308 MErotius, Imperatore Diocletiano ſtrenuus miles, ub navatam egregiè adverſus Barbaros operam commilitonibus æquè charus, ac Imperatori, Chriſtianæ tamen fidei cauſa vinctus perducitur ad Imperatorem, qui armis, ac baltheo militari exutis, manibuſque, ac pedibus ad quatuor palos alligatis, graviſſima, multaque verberum ſectione conſcindi totum ejus corpus jubet, ſine ſuſpirio, ſine gemitu, ſine ulla Martyris voce, cujus ſingularem patientiam admiratus Imperator; En, inquit, o milites, qualis miles quam miſerè moritur? Deinde in carcerem includitur, ubi octavo poſt die lætus, & orans migravit ad Dominum.

Idibus Januarii, certamen Sanctorum Martyrum Hermyli, & Stratonici.

XIII.

309 HErmylus, Licinio Imperatore Martyr, Imperatori, qui ad Danubium flumen caſtra habebat, ſiſtitur, delatus quod Chriſtum coleret, quem fuſtibus graviſſimè contuſum Stratonico militi cuſtodiendum tradidit. Stratonicus vero, cum a porta Angelum Sanctu aſſidere, conſolarique vidiſſet, ultro Chriſti fidem ſuſcepit. Hermylus
B
verò eductus e carcere, cum a ſancto propoſito diſcedere nollet, iterum ſcipionibus cæditur: deinde ungulis ferreis excarnificatur. Non tenuit in tam miſera indignaque martyris cæde lacrymas Stratonicus: quare & ipſe poſt multos cruciatus, & Hermylus in Danubio merſi ſunt.

Decimo Nono Cal. Februarii, certamen Sanctorum Patrum in Sina Monte occiſorum.

XIV.

310 EX diverſis Orbis partibus convenerat ſanctorum hominum multitudo in montem
C
Sina, qui miſſo propinquis, divitiis, omnibuſque præſentis vitæ deſideriis nuncio, Monachorumque ſectam, & inſtituta proſecuti, uni Deo ſe ſe addixerant, & conſecrarant, vitam ſimpliciſſimo agreſtium olerum cibo tolerantes, in quorum numero erat Nilus, olim Conſtantinopoli præfectus, vir ſingulari, & pietate, & ſapientia. Non tulit Diaboli invidia tam ſanctum vitæ inſtitutum: quare adverſus ſanctos concitavit agreſte illud, & efferum Blemyorum hominum genus, quod ab Arabia Ægyptum uſque Erythræum mare accolit. Hi ſpe ingentis prædæ, quam animo conceperant, fruſtrati, cum nihil amplius, quam tegetes, & cilicia repeririſſent, verſi in furorem, ſanctos omnes nihil reluctantes gladiis confecere.

Eodem die Commemoratio Sanctorum Patrum in eodem Monte Sina à Blemyis, Diocletiano Imperatore, occiſorum.

311 DIocletiano Imperatore, & Petro Alexan-
D
driæ Patriarcha, Saraceni, mortuo illorum Duce, ex incultis, deſertiſque locis, excurſione facta in Sina montem, Aſcitas octo, & triginta interfecerunt, cæteris ſe ſe in munitionem recipientibus, quæ noctu Saracenis viſa omnino conflagrare, ut Cœlum ipſum flamma attingeret, tantum barbaris incuſſit terroris, ut abjectis armis, in fugam ſeſe conjecerint. Aſcetarum autem qui ceciderant, alii aliter, omnes tamen gladiis trucidati ſunt, præter Sabam, & Iſaiam, qui vivi inter jacentes reperti, cæteris omnibus ſepultura affectis, hæc etiam memoriæ prodiderunt.

Eodem die Commemoratio triginta trium patrum in Rhaitho à Blemyis occiſorum, qui ſedes habebant apud duodecim fontes & 70. palmas.

312 BLemyi trecenti tranſmiſere aliquando magnis cratibus Æthiopum mare, navique,
A
quam fortuna oblatam conſcenderant, ad Pharanitas appulſa, Pharanitas, qui primis illorum conatibus occurrerant, vicere; interfectis centum triginta ſeptem, abductiſque mulieribus, & pueris, oppidum cujus januam obſtruxerant ſancti triginta ſex, & ſe ſe in templum receperant, nullo negocio expugnarunt; cumque nullam in eo prædam inveniſſent, cæſis omnibus ad navim cum captiva multitudine redierunt, qua non reperta (interea enim a quibuſdam in mari demerſa fuerat) furiis agitati captivus omnes, deinde ſe ipſos mutuis vulneribus trucidarunt.

Eodem die, Commemoratio Sancti Patris noſtri Theoduli.

313 THeodulus cum Nilo patre, eodemque Conſtantinopoli præfecto multa ſalute dicta temporariæ hujus mundi gloriæ aſceticam in monte Sina vitam agebant; cum diſcurrentibus huc illuc ad ſanctorum cædem barbaris, pater quidem fugam arripuit, filius verò cum altero adoleſcente
B
captus eſt: quos cum decreviſſent Luciſero immolare, alter fuga ſibi conſuluit, Theodulus deſtinato in proximum diem ſacrificio reſervatur. Verum cum Aſtro, cui Theodulus mactandus erat, occultato ſol dormientes barbaros oppreſſiſſet, venalem expoſuere. At nemini pluris duobus aureis nummis licitante, diſtricto gladio cædi imminebant, cum Epiſcopus emptum in libertatem vindicavit: ille autem traducta ſanctiſſimè vita fato conceſſit.

Eodem die commemoratio Sancti Patris noſtri Stephani conditoris Monaſterii Chinolatii.

314 STephanus in Aſia illuſtri loco natus, relictis opibus, Monachorumque ſacris initiatus, ſanctorum Patrum, qui Jordanem accolebant, Monaſteria obeundo, ex ſingulis optima quæque legebat. Ita inſtructus Conſtantinopolim ſe contulit, exceptuſque perhumaniter a Germano Patriarcha, donatuſque agello, condidit Monaſterium, cui Chinolanos nomen eſt: ubi coactam in Dei ho-
C
norem piorum multitudinem omni virtutum genere imbuebat, docens qua potiſſimam ratione Deum ſibi conciliarent: iis autem qui ſe adirent, caduca hic eſſe omnia, fragilia, & fugacia nunquam non in memoriam revocabat. Itaque boni paſtoris officia, & munera diligenter executus, in pace Deo animam reddidit.

Decimo octavo Cal. Februarii obitus Sancti patris noſtri Pauli Thebani.

XV.

315 PAulus Thebis in Ægypto natus floruit Decio Imperatore. Hic cum reſciſſet, generum in hæreditatis ſpem ingreſſum comparare ſe, ut Chriſtianæ ſibi religionis crimen inferret, ſe ſe in montem omni humano cultu deſertum ſubito proripuit. Indeque interiora Eremi magis, ac magis potens in ſpelunca conſedit, victum, cultumque ſuppeditante ſibi palma. Cujus vitæ inſtitutum cum Deus notum, atque apud omnes pervulgatum eſſe vellet, Antonium magnum, qui ſe ſolitariæ
D
vitæ authorem exiſtimabat, monuit, ut Paulum in intimo Eremi receſſu latitantem adiret. Paruit ille oraculo, & vix in Pauli congreſſum colloquiumque venerat, cum delato a corvo pane integro cibum cepere; Antonius verò domum reverſus, ut pallium afferret, quo Pauli corpus involveret, cum rediiſſet, mortuum invenit, magnaſque Deo laudes tribuit.

Eodem die Commemoratio Sancti Patris noſtri Joannis Calybitæ, cujus erat aureum Evangelii volumen.

316 JOannes Calybites Conſtantinopoli Eutropio patricio, & Theodora natus, cum puer eſſet, oravit parentes, ut quando cæteris condiſcipulis Evangelium legentibus ſibi turpe erat non legere, curarent etiam ſibi eum librum. Indulſere tam pio filii deſiderio parentes, & librum auro, gemmis, margaritiſque inſignem quingentis aureis nummis mercati ſunt: litteris igitur oppido inſtructus cum quodam Monacho Acæmetarum Ordinis

Monaſterlam ingreſſus, acerrime cum Dæmone depugnabat, qui cum ſibl omnia tentanti oullos ſuos adverſus Joannem conatus procedere intelligeret, ad extremum illud deſcendit conſilium, ut ſummo adoleſcenti injecto parentum deſiderio, Sanctum viri propoſitum expugnaret: ſed neque hoc illi ceſſit. Nam Joannes re communicata cum Cœnobiarcha, iovlſit quidem domum, & parentes, ſed ſtatim digreſſus extructo extra januam tugurio, ibi ut mendlcans conſedit, non niſi poſt mortem ex Evangeliorum libro agnitus.

Eodem die certamen Sanctæ Charitinæ.

317 CHaritina Martyr Claudiani cujuſdam Chriſtiani hominis ſerva, Diocletiano, & Domitiano Imperaroribus, delata quod Chriſtiana eſſet, Comiti ſiſtitur, qui caput Martyri primum radi: deinde ferventi lixivio, tum aceto acerrimo perfandi, præterea lateræ facibus aduri. Poſt hæc eam in mari demergi imperavit, ſed divinitus ſervata ſtetit ad Comitis tribuual; ille conſternatus animo juſſit rotam fieri, atque in eam alligatam Martyrem ſubjectis carbonibus amburi, tum dentes omnes illi contundi, & evelli, quæ omnia conſtantiſſimè perferens extremum in tormentis ſpiritum effudit.

Decimoſeptimo Cal. Februarii, Adoratio pretioſarum Sancti Petri Apoſtoli Catenarum.

XVI.

318 CUm Herodes interfecto Jacobo fratre Joanuis Theologi intellexiſſet rem gratam ſe feciſſe Judæis, comprehenſam etiam Perrum, duabuſque conſtrictum catenis io carcerem conjecit, eo conſilio, ut ex ejus etiam cæde popularem auram colligeret. Verum Angelus apertis noctu portis ſolutum Petrum, ereptumque è manibus Herodis io priſtinam aſſeruit libertatem; Catenæ verò à quibuſdam fidelibus repoſitæ per manus poſteris traditæ, poſtremo Conſtaotinopolim ab Imperatoribus in D. Petri ædem auguſtiſſimo Sophiæ templo conjunctam illatæ iu ſumma ſunt apud Chriſtianos veueratione.

Eodem die certamen Sacro-martyris Panſophii.

319 PAnſophius Martyr Alexandriæ Nilo proconſule natus, atque ab eo omuibus liberalibus diſciplinis imbutus, mortuo patre, diſtributis io pauperes facultatibus io ſolitudine ſeptem, & viginti annos orando vitam agebat, cum ad Auguſtalium Præfectum Alexandriæ à Decio declaratum delatus Chriſtianæ religionis cauſa ab improbis, ac perditis hominibus, perductuſque ad Præfecti tribunal, eo uſque ſcipionibus cæditur quoad inter verbera expiravit, eum interea gratias Deo ſemper ageret, vanamque eſſe idolorum ſuperſtitione prædicaret.

Eodem die certamen Sancti Martyris Donatis Anagnoſtæ.

320 DOnax in Illyrio Aulonæ natus, Eccleſiæ ſanctæ lector. ſacros Chriſtiaoo populo libros explicabat, cum non contemnenda agreſtium, atque infidelium manus Illyrium populabunda miſerabili ſupplicio Chriſtianos enecabat. Donax igitur ſumpto Eccleſiæ tabernaculo io mnoltionem procul Aulonæ paſſuum millia quinque mari imminentem couſugir, ſed agreſtes dimiſſi per ſunes compellebant ut Baccho optime de genere humano merito ſacrificaret: ille contra non Bacchi ſimulachrium nullius ſenſus particeps, ſed Chriſtum & vinum, & omnia, quæ cœli ambitu continentur, condidiſſe aſſerebat. Cujus verbis magis etiam irritati trucidatum io ſubjectum pelagus dedere præcipitem.

Decimoſexto Cal. Februarii, Commemoratio S. Patris noſtri Antonii Magni.

XVII.

321 ANtonius Magnus Ægyptius Aſcetarum maximus, divitibus natus parentibus, ab adoleſcentia repudiatis omnibus hujus vitæ deſideriis ſolitariam agebat vitam, in qua plagis male mulctatus à Dæmoniis, adhibita prece curatus eſt. Neque ullum fuit Dæmonis ſtratagema, quod ejus viri militis bello laceſſiti ſcientiam fugeret. Cumque ſemper ſummo ſtudio io jejunia, & preces humi proſtratus incumberet, nunquam tamen quicquam de priſtina vi ac contentione remiſit. Quare Deus ſtrenuum bellatorem reddidit miraculorum magnitudine, & numero, tum rerum futurarum, Arianæque præcipuè hæreſeos prædictione: ad hæc earum cogitationum, quæ in altis humanarum mentium receſſibus, ac latebris inſunt coguitione valde inſignem. Floruit autem Conſtantino Magno, relictiſque aliquot ſui inſtituti diſcipulis, & ſucceſſoribus, in quibus fuere Athanaſius magnus, & magnus Hilarion, mortuus eſt annos nonaginta quinque natus, atque in ignoto loco à duobus diſcipulis ſepultus.

Eodem die certamen Sanctorum trium Puerorum Speuſippi, Elaſippi, & Veleſippi.

322 SPeuſippus, Elaſippus, & Veleſippus tergemini Cappadoces, & optimi equorum domitores, & agitatores, cum aliquando inſtructa menſa Jovi ſacrificarent, Neonillamque aviam Chriſtianam ad convivium invitaſſent, Chriſti fidem ſuſceperunt, edocti ab ea, non Deos, ſed lignea, & lapidea, & inanimia Dæmonum ſimulachra, quæ certum cultoribus ſuis exitium afferrent: ſtatimque ſublata menſa Idola contrivere. Quod ubi reſcivere Palmatus, Hermogenes, & Quadratus, eorum domini, omnia prius fruſtra experti, ut tergeminos à pia mente, & conſilio deducerent, io caminum conjecto combuſſere. Tuſſilla autem fœmina quædam ſecum puerum trahens, ſeque Chriſtianam profeſſa cum puero, & Neonilla tergeminorum avia, & Turbone notario, qui, quæ reliqua fuerant Idola, ſubvertetat, obtruncatur.

Decimoquinto Cal. Februarii, Commemoratio Sanctorum Patrum noſtrorum Athanaſii, & Cyrilli.

XVIII.

323 AThanaſius, Conſtaotino Magno Imperatore, Eccleſiæ Alexandrinæ Archidiaconus, ab Alexandro Archiepiſcopo ad Concilium Nicænum miſſus, vehementiſſima animi atque ingenii contentione impii Arii audaciam contudit, & fregit. Quamobrem mortuo Alexandro in ejus locum ſuffectus, incredibile eſt, quanta propter orthodoxam fidem quadraginta duos annos, aut non multo ſecus pertulerit, qui ſæpius inſidiis, ſæpius aperta vi oppugnatus, ſæpius fugam capeſſere, & ſolum vertere coactus, tandem obdormivit in Domino. Cyrillus verò Theodoſio Juniore Imperatore Theophili Patriarchæ Alexandrini patruelis, & ſucceſſor profectus in Epheſinam Synodum, eorum omnium, qui ad convellendam vaniſſimam Neſtorii hæreſim coiverant, Epiſcoporum, facile primas tulit, qui multis aliis rectè factis illuſtratus ad vitam migravit æternam.

Eodem die Commemoratio Sanctæ Euſebiæ cognomine Xenæ.

324 EUſebia cognomine Hoſpita Virgo Romana non minus forma, quam genere & opibus inſignis, à nuptiis, quas apparato jam convivio adornarant, prorſus abhorrens, arrepta occultè fuga adjunctiſque fugæ comitibus duabus ancillis, navim conſcendit, qua Alexandriam delata anguſtam domum ſubiit, incerta quonam ſe reciperet: cum non ſine divino numine Paulus quidam ultro ſe illis in earum ſalute ducem præbuit, atque io patriam ſuam Mylaſſam nomine Cariæ proximam adductas in ſacra Divi Stephani æde, quam ipſe extruxerat, collocavit. Ibi igitur traducta ſanctiſſimè vita, multiſque admirabilibus nobilitata factis è vita diſceſſit.

Eodem die certamen Sanctæ Martyris Theodulæ.

325 THeodula Diocletiano Imperatore, Martyr Anazarbi nata, Chriſtianæ fidei nomine retenta à Præfecto Anazarbi, cum virgis graviſſimè cæderetur, oſtentis atque portentis complures traxit ad Chriſtum, in quorum numero fuit Commentarius & Helladius ſocius, quibus eſt caput à cervice præciſum. At Theodulæ perfoſſa primum candentibus ſubulis mamma, deinde ſublimis per capillos de Cypariſſo pendenti pedes aculeatis confixi ſurculis, concepto igne ambuſti ſunt. Præterea depoſita, & in fornacem injecta cum multis aliis, ſupinis ad Cęlum manibus diu orans, ac gratias agens ſpiritum Deo reddidit.

Decimoquarto Cal. Februar. certamen ſancti Theodoti Epiſcopi Cyrenes in Cypro.

XIX.

326 THeodotus Licinio Imperatore in Cypro Epiſcopus delatus ad Sabinum Inſulæ Præfectum, quod Chriſtum coleret, nervis duriſſimis mulctatus, deinde in equuleum raptus depectitur: ad hæc ſuper ferreo grabato ſubjecta flamma torretur, ſed divina ſervatus voluntate inductis ejus pedibus calceis ferreis, iiſque clavis confixis currere compellitur: demum carceri incluſus tandiu in vinculis fuit, quoad, ceſſante Conſtantini Magni Romanorum Imperatoris edicto perſecutione ſolutus ad paſtorale munus liberiùs obeundum depoſito omni metu rediit. Poſt biennium autem compluribus ad Chriſti cultum traductis mortuus eſt, & honorificentiſſimo funere à diſcipulis ſuis elatus.

Eodem die certamen Sanctæ Martyris Euphraſiæ.

327 EUphraſia Maximiano Imperatore Martyr Nicomedienſis pari, & morum, & generis laude commendata Chriſtianæ fidei cauſa comprehenſa, cum nulla cruciatuum denunciatione moveretur, ut idolis immolaret, traditur homini barbaro, & agreſti, quæ verita ne ſibi vim inferret, hujuſcemodi commento hominem ludificata eſt. Si me, inquiens, dimiſeris, docebo te pharmacum, quod amuleti nomine, ſi tecum tuleris nullum protſus teli genus injuriam tibi ullam afferre poterit. Cui ille: Qui mihi id probabis? Euphraſia extento ſtatim collo, ſi me, inquit, gladio percuſſeris tu ipſe in me facies hujuſce rei periculum, qui adhibita illius verbis fide diſtricto ſtatim gladio caput à cervicibus abſcidit.

Eodem die commemoratio ſanctorum Patrum noſtrorum Macarii, Romani, & alterius Macarii Ægyptiaci.

328 MAcarius Major Romanus à patre invitus uxorem ducere coactus, ea ſtudio ſalutis renunciata, fugæ ſe mandavit, in qua & tum, & poſtea ſemper, quacumque pergeret, Angelo duce uſus, vel in ipſum Paradiſum ad paſſuum millia viginti penetravit, ibique conſedit, ad quem cum perveniſſent etiam Monachi tres, Theophilus, Sergius, & Iginius, expoſuit illis, quæcunque viderat admirabilia, & paradoxa: tandem decrepita ætate mortuus eſt. Macarius verò Junior Alexandriæ Ægypti natus, indicto præſentis vitæ deſideriis bello, ſolitudinem captabat, Monachorumque ſacris à ſene quodam initiatus, in eo vitæ inſtituto, cum ſumma laude, & gloria, ſummaque omnium virtutum commendatione vehementiſſimè ſe exercuit, ut omnia Dei mandata diligenter executus, vel in dæmones ipſos, qui illius aciem nunquam fugiebant, jus omne, poteſtatemque haberet, ex quibus, atque aliis magnis rebus, clarus, & nobilis ceſſit è vita.

Decimotertio Cal. Februarii, certamen ſanctorum Martyrum Valeriani, Candidi, Aquilæ.

XX.

329 QUo tempore Diocletiani crudelitas Chriſtiano ſanguine expleri non poterat, &

A Agricolaus Præfectus, & Lyſias dux carnificinæ illius miniſtri in urbe Sebaſtæ quadraginta Sanctos, Nicopoli vero quinque & quadraginta occiderant, delati ad Lyſiam fuere aliquot Chriſtiani, qui in montium latebris ſeſe abdiderant. Hos igitur comprehenſos, & graviſſimè cæſos, tum ſebo oblitos, & perfuſos ſuppoſita flamma miſerabiliter ambuſſit. Id conſpicatus Eugenius cum Præfecto Idolorum fanum ingreſſus, atque in lachrymas effuſus impetravit à Deo, ut Idola ſponte præcipiti caſu, & ruina comminuerentur. Quod portentum complures ad Chriſtum traduxit, ex quibus, Candido, Aquila, & Valeriano obtruncatis, Eugenius in equuleum actus in carcerem, variis tormentiſque affectus, tum in ignem injectus, atque ab omnibus miraculo ſervatus capite mulctatus eſt.

Eodem die certamen ſanctorum Martyrum Baſſi, Euſebii, Eutychii, & Baſilidis.

B 330 BAſſus, Euſebius, Eutychius, & Baſilides Diocletiano Imper. Martyres, Palatinæ aulæ facilè principes, ut qui dignitate, opibus, ac gloria cæteris præſtarent, conſtantiam Theopempti Epiſcopi in perferendis fortiter pro Chriſti nomine cruciatibus admirati, fidem complexi ſunt, ſolutiſque militaribus baltheis, & ante Diocletianum projectis, ſe Chriſtianos prædicarunt. Jubet itaque Imperator, ut ſi ex animo id dicerent, irent, & pecuniam ſuam omnem aliis dividerent: exequuntur illi promptiſſimo animo Diocletiani mandatum, deinde ſe tribunali ſiſtunt. Quorum Baſſus in foveam demiſſus, terraque ad ſumma pectoris obrutus, præciſiſque quæ extabant manibus expiravit. Euſebius deinde ſublimibus pendens pedibus, ſecum cæſus eſt. Eutychius manibus, ac pedibus ad quatuor palos alligatis in tres partes diſceptus ſpiritum Deo reddidit. Baſilides verò diſſecto gladiis alvo vitam cum inteſtinis libenter pro Chriſto profudit.

Eodem die certamen ſanctorum Martyrum Innæ, Rimæ, & Pinnæ.

C 331 INnas, Rimas, & Pinnas, Scythæ Septemtrionales, Andreæ Apoſtoli diſcipuli, cum in Chriſti nomine populares ſuos docendo complures ad rectam fidem converſos baptizarent, retenti ſunt à barbarorum Rege, quoscum nullis artibus, nulla pœnarum aut mortis comminatione à ſancto propoſito deterrere poſſet, tignis tribus medio fluminis alveo defixis aſtrinxit, tum cùm brumali tempore horrent omnia, & rapidiſſimi aliqui fluvii magna hyemis vi gelu aſtricti ſubito conſiſtunt, ut non hominibus ſolum, ſed equis etiam, & curribus calcandos tuto, pulſandoſque ſeſe præbeant. Sancti igitur ſubſilientibus, quæ tigna repercutiebant, undis, iiſque paulatim glacie concretis, & ad collum uſque ſuccurrentibus, intolerabilis hyemis dolore conſumpti ſunt.

Eodem die commemoratio ſancti Patris noſtri Euthimii presbyteri, & vitæ ſolitariæ Magiſtri.

D 332 EUthimius Magnus, Gratiano Imperatore, Melitenæ in Armenia, Paulo, & Dionyſia oraculo natus eſt. Siquidem à Deo didicerat, fore ut cum primum in lucem prodiiſſet puer, univerſus orbis lætitia exultaret, ob quam cauſam, & à lætitia Euthimii nomen illi inditum eſt: cùmque adoleviſset in clericorum primum, deinde presbyterorum ordinem lectus, Monaſteriis præfuit: deinde Hieroſolymam profectus ad honeſtiſsimum in ſpeluncam Theodecti ſancti otium ſe ſe recepit, ubi acerrimè depugnans ſanctiſsimæ vitæ ſplendore, ſummaque virtutis opinione Saracenos gregatim in Chriſti partes trahebat, & baptizabat. Cùm ſacrificaret aliquando, viſus eſt igneæ columnæ ſpeciem induiſse, quo atque aliis innumerabilibus prodigiis factis illuſtris nonageſimo ſeptimo ætatis ſuæ anno valetudine adhuc proſpera vegetoque corpore Leone Magno Imperatore migravit ad Dominum.

Digitized by Google

Duodecimo Calend. Februarii, certamen ſancti Martyris Neophyti.

XXI.

333 NEophytus Diocletiano Imperatore Martyr, Nicææ in Bithynia Chriſtianis parentibus Theodoro, & Florentia natus, jam inde à pueritia prodigiorum gregatum cæterorumque animos in ſui admirationem convertebat; cum condiſcipulos oratione paſceret, & columbam humana ſecum voce colloquentem quocunque ſe verteret, comitem haberet, quam cum mater exterrita occidiſset, Sanctus puer excitavit. Poſt hæc Chriſtianæ fidei nomine delatus ad Decium Præfectum, & de monte, ubi & tum, & antea frequentiſsimè orabat, deductus, verberibus crudeliſsimè pulſatur, in furnum ardentem conjicitur, ad beſtias damnatur, atque ab omnibus divino numine liberatus gladio conciditur.

Eodem die commemoratio S. Zoſimi Syracuſani.

334 ZOſimus in Sanctorum numerum relatus in Sicilia Chriſtianis parentibus non copioſis quidem illis, & divitibus, ſed mediocribus certè præditis opibus in villa Monaſterio Sanctæ Luciæ virginis proxima natus eſt, donoque Sanctæ Luciæ datus in eodem Monaſterio altus & educatus eſt, atque ejuſdem Virginis pretioſi ſepulchri Proſmonarius factus. Qui, ſi quando parentes inviſebat, nullam illi moram faciendam putabant, quin ſtatim poſt mutuam ſalutationem, ad Monaſterii ſepta rediret, quod cum oportere ibi eſse dicerent, ubi etiam ab ipſis dicatus erat. Triginta autem annos natus cùm Monaſterii ejuſdem præfectus renunciaretur, non multo poſt à Theodoro Papa Romano Syracuſarum Epiſcopus creatus, officio ſuo populum ſibi creditum de æterna vita, de judicio, deque remuneratione aſſiduè docendo, diligenter gubernando: deinde vita perſunctus eſt annos quinquaginta natus.

Undecimo Cal. Februarii, certamen S. Apoſtoli Timothei Epiſcopi, Epheſini, & diſcipuli Apoſtoli Pauli.

XXII.

335 TImotheus Chriſti Apoſtolus Lytris patre gentili, matre Judæa natus, Pauli Apoſtoli diſcipulus, prædicationiſque illius comes, ab eodem Apoſtolo Epheſi Epiſcopus ante Joannē Theologum declaratus eſt. Nam poſt Sanctæ Dei Genitricis obitum, venit Joannes Epheſum. Timotheus igitur cum ſuſceptam Eccleſiam recta fide imbuere, falſis autem opinionibus erroribuſque turbulentis liberare toto animo ſatageret, vidit aliquando gentiles, dum diem feſtum Idolis ſuis agitarent, effrænata libidine raptos promiſcue mares, & fœminas, abjecto omni pudore in concubitus ruere, & in fœda voluptate bacchari, cœpitque cum populo hortatione, monitis, & precibus agere, ut ab ea pravitate deſiſterent, ſed tantum abfuit ut quicquam profecerit, ut irritati etiam magis ſcipionibus, quos per manibus habebant, eum in ipſa urbis porta, ubi & ſepultus eſt, confecerint.

Eodem die certamen ſancti Martyris Vincentii Diaconi.

336 VIncentius, Maximiano Imperatore, & Diocletiano Præfecto, Martyr, Auguſtopoli natus, una cum Valerio Epiſcopo Valentiam ad Domitianum ductus cuſtodiæ traditur; inde eductus virgis mulctatur, ferreis ungulis excarnificatur, rurſuſque ſublime raptus facibus circa latera aduritur, & candentibus fibulis perfoditur: ſatiſcentibus autem carnificibus, & vel ipſis tormentis defeſſis, Martyr Dei voluntate ſalvus, & planè integer, ac recens in medio conſiſtens majores pugnas depoſcere, valentioreſque provocare videbatur, cum Domitianus mutato conſilio cœpit pollicitationibus, atque omnibus artibus capere, ac delinire Martyris animum, cujus blaſphemias iniquiſſimo ille ferens animo precatus eſt Dominum, ſtatimque expiravit, atque in eodem loco ſepultus eſt.

A

Eodem die, certamen Sancti Martyris Anaſtaſii Perſæ.

337 ANaſtaſius Perſa Imperante Romanis Heraclio, Perſis autem Coſroa Mago, Magus etiam ipſe, & in tyronum numerum adſcriptus, cum Perſæ excurſione facta in ſancta loca, aſportatoque una cum reliqua præda pretioſo Dominicæ Crucis ligno, vulgo canerent, veniſſe in eorum poteſtatem Chriſtianorum Deum: (exiſtimabant autem pretioſam crucem Deum, propter ea, quæ per illam fiebant prodigia) commotus hiſce vocibus pro magno habuit negocio de re tota ſtatim quærere, & percontari. Ita Chriſti fide imbutus, primum cum Perſis Chalcedonem venit, ibique plenius edoctus, renunciata militia, & mundo, Hierapolim, deinde Hieroſolymam conceſſit: baptizatuſque in Monaſterio Sancti Sabæ Monachus factus eſt: aliquanto poſt deſiderio perferendi martyrii flagrans, in patriam reverſus eſt, multiſque B affectus tormentis, præciſo à cervicibus capite pro Chriſto occubuit.

Eodem die, Recuperatio reliquiarum ejuſdem Anaſtaſii Perſæ.

338 CUm Heraclius vigeſimo ſui Imperii anno infeſtis ſignis adverſus Coſroam Perſarum Regem inferretur, Monachus quidam ex Anaſtaſii Monaſterio amicum agmen, & dum in hoſtem tenderet, & cum re feliciter geſta pretioſum crucis lignum referret, ſecutus, retulit & ipſa ad Monaſterii Præfectum Anaſtaſii colobium, expoſuitque Dæmone oppreſſos in Perſide, injecto humeris Sancti colobio liberatos fuiſſe. Epiſcopus verò quidam à Catholico Archiepiſcopo miſſus martyris reliquias Cæſaream detulit, relictaque ibi particula, reliquum apud ſe habuit, excepto capite, quod Romæ una cum ejus ſimulachro à fidelibus colitur.

Eodem die, certamen Sanctorum Manuelis, Georgii, Leonis, & ſociorum ab impiis Bulgaris imperante Leone Armenio.

C 339 LEone Armenio Imperatore, Crumus Bulgarorum princeps expugnata Adrianopoli in Thracia Manuelem ſanctiſſimum urbis Epiſcopum præciſis manibus diſſectumque gladio medium beſtiis conficiendum objecit. Quare excæcatus à Deo cum ſumma flagraret invidia, funibus ab univerſo populo ſtrangulatus eſt: cujus ſucceſſor Tzocus impiiſſimus Chriſtianos omnes, Presbyteros, Diaconos, Laicos (nondum enim Chriſti fide imbuti erant Bulgari) in unum coactos, alios aliis affectos tormentis omnes miſerabiliter interfecit.

Decimo Cal. Februarii, certamen Sancti Clementis Ancyræ in Galatia Epiſcopi.

XXIII.

340 CLemens Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus Martyr, Ancyræ Galatiæ, patre gentili, matre Chriſtiana nomine Euphroſyna natus, quæ etiam filium prædixit fore martyrem, & poſt illius mortem à Sophia fœmina D opulenta altus, Monachorum primum ſacris initiatus eſt: deinde poſt Diaconatus, & Presbyteratus dignitatem declaratus Epiſcopus annos viginti natus, cum pueros infidelium baptizaret Ancyræ à Domitiano Vicario, Romæ à Diocletiano, Nicomediæ à Maximiano, & Agrippino: rurſuſque Ancyræ, Amiſi, & Tharſi tortus eſt: tandem Ancyram reductus, & carceri incluſus, cum in eo loco ſacris operaretur, ab Alexandro Præfecto una cum Chriſtophoro & Chritone Diaconis, martyrii coronam abſciſſo capite adeptus eſt.

Eodem die, certamen Sancti Martyris Agathangeli, & ſociorum virorum, mulierum, & puerorum.

341 CUm Clemens Romæ in cuſtodia cum multis aliis eſſet, Agathangelus vidit Angelum Dei adire martyrem, & delato pane, ac vino diſcedere: ea re commotus fidem cum aliis complu-

ribus

ribus complexus eſt: quibus omnibus capite damnatis, ipſe etſi fugere potuiſſet, tamen cum cognoviſſet Clementem navi Nicomediam delatum iri, antavertit, conſcendenſque navim, ſanctum præſtolabatur; cujus aſpectu Clemens petinde, ac Angelico magnopere lætatus eſt. Agathangelus igitur Nicomediam, deinde Ancyram Clementem proſecutus, ibi à Lucio cum pueris, viris, & mulieribus, qui ſecum erant, & Clemente damnatus capitis mortem oppetiit.

Nono Calen. Februarii, certamen Sanctorum Martyrum Pauli, Pauſini, & Theodotionis.

XXIV.

342 PAulus, Pauſinius, & Theodotion fratres, Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, & Ariano Præfecto martyres, Cleopatri denati ſunt, qui repudiato mundo monaſticam complexi ſunt vitam. Poſtea à Præfecto vincti Paulus, & Pauſinius, quorum ille trigeſimum ſeptimum, hic vero quintum, & vigeſimum agebat annum, graviſsimè torquebantur: cum Theodotion, qui ſpreto Monachorum inſtituto, vitam latrocinio jam antea addixerat, deſiderio fratrum, quos in vinculis eſſe audierat, venit in urbem, & perterritus tormentorum acerbitate, non auſus eſt propius accedere, & congredi: ſed procul in tumulo conſiſtens, ſpectabat magnam fratrum in ſuperanda vi patientiam: mutatus repente, atque apud ſe propoſita fratribus præmia diligentius reputans, in medium accurrit; ſe ipſumque Chriſtianum profeſſus Præfectum de tribunali detraxit. Quamobrem in veſtigio obtruncatus eſt, fratribus in profluente demerſis.

Octavo Cal. Februarii, Commemoratio Sancti Patris noſtri Gregorii Theologi.

XXV.

343 GRegorius Theologus Magnus in Cappadocia Nazianzæ Gregorio, & Nanna oraculo natus, floruit, Conſtantio Conſtantini Magni filio Imperatore, vixitque ad Theodoſii majoris tempora: hic ſummo diſciplinarum omnium ſcientiæ comprehendendæ deſiderio flagrans Cæſaream primum, deinde Alexandriam, poſtremo Athenas conceſsit, cui toto animo conſtitutum iter contendenti magnus ſtimulus acceſsit Baſilii Magni concertationis, quo factum eſt, ut dum alter alterum vincere, & ſuperare glorioſè contenderet, uterque ad exitum ſibi propoſitum pervenerit, atque omnibus artibus, & diſciplinis oppido inſtructus in patriam ſuam redierit. Quare Saſimorum Epiſcopus Gregorius factus eſt. Deinde Nazianzi ingraveſcentis jam ſenectute patris munus, tum docendi, tum ſacra faciendi ſtudioſa ſubiit, & confecit. Poſt hæc Bizantium profectus orthodoxorum animos in recta adverſus Arianam hæreſim fide confirmavit, atque etiam ejuſdem urbis Patriarcha renunciatus eſt; ſed non multo poſt, allata conſilii ſui cauſa; ſe Patriarchatu abdicavit, atque in villam ſuam ſe recipiens honeſtiſsimo otio vitam exegit.

Septimo Cal. Februarii, Commemoratio Magni terræ motus.

XXVI.

344 EXtremò Theodoſii Junioris Arcadii & Eudoxiæ filii imperio, ſeptimo Calendas Februarii Conſtantinopoli horribilis, qualis numquam poſt urbem conditam terræmotus factus eſt: nam & mœnia, maximaque urbis pars, & complures aliæ in Thracia, Macedonia, & Bithynia urbes perpetuo trium menſium terræmotu conquaſſatæ, & convulſæ miſerabili ruina concidere. Cujus rei cauſa Theodoſius decreta publice Deo immortali ſupplicatione, ipſe cum Patriarcha, univerſoque Clero, & populo nudis incedens pedibus, & vim lachrymarum profundens, hiſce à Deo verbis pacem, & veniam precabatur. Remitte quæſo, iram tuam juſtam Domine, & delictorum noſtrorum pœnam, pœnitentiæ condona, commoviſti terram, & conturbaſti eam propter ſcelera noſtra, injice animis noſtris tui timorem, ut debitum tibi uni bono, hominumque amantiſsimo Deo laudem tribuamus. Ex eo tempore terræmotus hujus memoriam celebramus.

Eodem die commemoratio ſancti Xenophontis, & conjugis ejus, & filiorum Arcadii, & Joannis.

345 XEnophon in Sanctorum numero habitus, vir Senatorii ordinis Conſtantinopoli, excellentique in Deum pietate, in pauperes benignitate, in omnes juſtitia, omnibus denique ſuis numeris, & partibus abſolutus duos ſuſcepit liberos, quos bonis moribus & timore Domini imbutos Berytum miſit, ut in celeberrimo tum temporis omnium artium gymnaſio jus civile diſcerent, atque in urbe Bibliothecarum, librorumque refertiſsima. Verum illos navigantes mare, fracta navi, ajecit in oram Syriæ. Pater verò ubi cognoviſſet ex ſervo feciſse adoleſcentes naufragium, cœpit cum uxore omnes terras obire, ut filios inveniret, quos cum Hieroſolymis inveniſſent Monaſticam profiteri vitam, ſumptis Monachorum inſtitutis, ita ſe in ea vivendi ratione excoluere, ut miraculorum gratia dignati à Deo, actaque ſanctiſsimè vita migrarint una cum filiis ad Dominum.

Sexto Cal. Februarii, certamen Sanctorum Martyrum Ananiæ Presbyteri, Petri cuſtodis carceris, & ſeptem militum.

XXVII.

346 ANanias, Diocletiano Imperatore, ultro Maximum Præfectum adivit, ſeque Chriſtianum prædicans, cum multa verborum contumelia in Idola invectus eſt. Quamobrem vinctus ſcipionibus contunditur, & circa lumbos candentibus ſubulis perfoditur, ſale & aceto, & cilicino panno perfricatur, & atteritur: ſed ejus precibus Idolis ſimul cum templo concidentibus, carceri includitur, ut ibi inedia vitam finiret; quem cum a Domino cœleſti cibo ſeptem diebus ali vidiſſet carceris cuſtos Petrus, abjiciens ſe ad ſancti pedes baptizatus eſt, ſed a Maximino, qui Maximo ſucceſſerat, rotæ uterque alligatus, in craticula ſubjecto igne collocatur. Verum cum deſtitutus repente miraculo propria vi ignis refrixiſſet, ſeptem milites, a quibus torquebantur, ſtupore defixos convertit ad fidem. Igitur omnes in mare projecti ſunt.

Eodem die Recuperatio Reliquiarum ſancti Patris noſtri Joannis Chryſoſtomi.

347 JOannes Chryſoſt. in exilium actus Comanam Armeniæ conceſſit, ubi ſunt S. Baſiliſci reliquiæ, a quo in quiete audivit; Ne timeas frater Joannes: cras enim ſimul erimus; cum jam ante eadem ratione Proſmonario Baſiliſcus imperaſſet, ut locum advenienti magno Martyri Joanni præpararet. Igitur Joannes ſacris cum ſtola alba operatus, in iis verbis, quæ ſemper habebat in ore: *Gloria Deo omnium*, expiravit, ſepultuſque eſt prope Sancti Baſiliſci tumulum. Trigeſimo autem poſt anno, authore Proclo Patriarcha Theodoſius miſit, qui Joannis reliquias Conſtantinopolim deferrent, ſed cum ſepulchrum nulla aut ratione, aut vi reſerari poſſet, mœrore affectus Imperator dedit litteras ad Sanctum precum pleniſſimas, quibus ad tumulum recitatis, aperto ſtatim ſepulchro pretioſæ ejus reliquiæ Conſtantinopolim deportatæ in SS. Apoſtolorum æde collocatæ ſunt.

Quinta Cal. Februarii, commemoratio Sancti Patris noſtri Ephræmi Syri.

XXVIII.

348 EPhræmus Edeſſæ in Syria, Conſtantino Magno Imperatore, Chriſtianis parentibus natus vixit ad Valentis tempora: ex cujus infantis ore videre aliquando in ſomnis parentes prodire vitem, quæ quaqua verſus diffuſa, & ramos ſuos ad extremam terram protendens, terram ipſam

im-

impiere videbatuv, de cujus fructu alerentur volucres, intellexereque eam in ſomnii figuram uberrimam rerum omnium cognitionem, quæ in filio futura eſſet, porteudere. Nec defuit conjecturæ eventus. Etenim omnibus virtutum expletus numeris magno fuit Chriſtianæ Reipublicæ uſui, & commodo, atque ut magis etiam mortalibus prodeſſe poſſet, cum Cæſaream veniſſet, a Baſilio Magnu creatus presbyter repente linguam Græcam, cujus erat, ut homo media Syria natus, prorſus rudis, & expers, callere cœpit, qui poſtea cum præclarè multa ſcribendo, docendo, & faciendo optime de Republica meritus eſſet, extrema ſenectute ex hominum vita migravit.

Quarto Cal. Februarii, Recuperatio Reliquiarum ſancti Sacromartyris Ignatii, Patriarchæ Antiocheni.

XXIX.

349 IGnatius vir divinus a Trajano Imperatore Antiochia Romam ad Martyrium miſſus cum beſtiis in Theatro depugnavit, a leone, ſenatu inſpectante, præſocatus: dedit autem Dominus genus id mortis Sancti votis, quippe qui dicere ſoleret, tantum abeſt, ut beſtiarum timore a Chriſti fide diſcedam, ut etiam optem maximè beſtiarum dentibus moli, quo hac ratione purior Chriſto Deo meo panis conficiar. Ejus igitur a leonibus confecti reliquias Chriſtiani honeſtiſſima pompa elatas Roma Antiochiam deportarunt: prodeunte obviam univerſo populo cum cereis, facibus, & thure, pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus, & magnificentiſſimo ſepulchro condidere, ut tota civitas illius tutela, & præſidio gauderet.

Eodem die certamen Sanctorum Martyrum Sarbeli Sacerdotis, & Babææ ſororis.

350 SArbelus Edeſſenus, Trajano Imperatore Martyr, cum eſſet Idolorum Sacerdos, & de more feſtis Dæmonum diebus ſacra conficeret, objurgatus a Barſimæo urbis Epiſcopo, & probri accuſatus, quod multorum eſſet author perditionis, & interitus, adjutrice Dei gratia, adhibita verbis illius fide, Chriſtiana religione imbuitur, & ab eodem Epiſcopo baptizatur, una cum ſorore Babæa. Quod cum reſciviſſet Lyſias, arreptum Sarbelum virgis cædi, ſcalpro laniari, faciem ejus radi, igni torreri, duobuſque lignis incluſum ſecari: demum capite una cum ſorore prius acerbiſſime torta mulctari imperavit.

Eodem die certamen ſancti Sacromartyris Hippolyti Papæ, & Sociorum.

351 SAcer Hippolyti Sacromartyris cœtus Martyrium Claudio Imperatore, & præfectum agente Vicario pertulit, cum Cenſurinus militum Magiſter, & Imperatori charus, Chriſtum coleret, Chriſtianoſque ab injuriis vindicaret, graviter, & acerbè accuſatus in carcerem truditur, ubi prodigiis, & ſignis, præcipuè autem mortuo ab interitu vindicato, milites omnes, ut Chriſti partium eſſent, effecit. Quam rem indigniſſimè ferens Tyrannus, omnes capite damnavit, in quibus fuit Chryſa beata, & ejus ſervus Sabinus. Commotus tanta Chriſtianorum cæde Hippolytus Papa, & divino incenſus zelo coram Tyrannum gravius accuſavit, qui impotenti ita correptus Papam, ejuſque comitatum, Presbyteros, Diaconos, & Epiſcopum, acerbiſſimè prius tortos, alligatis ad manus, pedeſque graviſſimis ſaxis in mare projiciendos curavit.

Tertio Cal. Februarii, certamen ſancti Martyris Barſimæi Epiſcopi, ejus qui Sarbelum baptizavit.

XXX.

352 BArſimæus ſacro-Martyr, de quo paulo ſuperius mentio facta eſt, Edeſſanæ Eccleſiæ Epiſcopus, paſtoralis officii munus diligenter obibat, docendo infideles, eoſque ad Chriſti fidem traductos baptizando in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti; inter cæteros Idolorum Sacerdotem Sarbelum gravi accuſatione inſectatum, quod unus univerſum populum perverteret, & perderet, convertit, & baptizavit, qui & Martyrio ſimul cum ſorore paulo poſt defunctus eſt. Quas ob res retentus a Lyſia graviſſimè vapulavit, ſed ceſſante paucis diebus perſecutione dimiſſus è carcere nihil ab inſtituto jam dudum propoſito diſcedens, ſed ſe omni virtutum genere excolens ex hac ad æternam vitam migravit.

Eodem die certamen ſancti Theophili Junioris.

353 THeophilus Conſtantinopolitanus Ordinis Senatorii, a Conſtantino, & Irene Orthodoxis Imperatoribus declaratus cum tribus aliis Dux adverſus Civerræotas, ubi primum Saracenorum claſſis in conſpectu fuit, inſtruxit ſe ſtatim ad pugnam, dubitantibus ſociis prælium inire, ipſe cum ſuo dromone, facto in hoſtilem claſſem impetu fortiſſime pugnabat, cum cæteri Duces gloriæ ejus invidentes, arrepta fuga, ſolum reliquere. Circumventum itaque Saraceni capiunt, & parta victoria domum reverſi carceri includunt. Unde quarto poſt anno eductus ſollicitatuſque fruſtra, ut deſertor Chriſtianæ religionis Idolorum cultui ſe ſe addiceret, capite mulctatus occubuit.

Pridie Cal. Februarii, Certamen Sanctorum Martyrum Cyri, & Joannis.

XXXI.

354 CYrus Alexandrinus Diocletiano Imperatore Martyr, & Medicus, cum operam ſuam nulla mercede poneret, eodem etiam tempore ſimul Chriſti fidem docebat, quo nomine delatus eſt ad Præfectum, timore perculſus, profugit in Arabiam, atque in loco mari proximo conſedit, Monachi vitam complexus. Joannes autem cum Hieroſolymis eſſet, audiſſetque Cyrum in magna eſſe apud omnes laude, ob ea quæ faciebat ſigna, & prodigia, abiit, & vitæ rationes omnes cum eo junxit: cum vero Chriſtiana quædam Athanaſia nomine, ejuſque filiæ tres, Theodote, Theoctiſte, & Eudoxia comprehenſæ a Præfecto torquendæ eſſent, veriti ne illæ, ut fœminæ, animum deſponderent in tormentis, accedunt, hortantur, & confirmant. Tulit iniquiſſimè eam rem præfectus, & graviſſimis affectos tormentis obtruncari juſſit.

Eodem die certamen ſanctæ Martyris Triphænæ.

355 TRyphæne Martyr Anaſtaſio patricio, ſed generi, & Socratia Chriſtiana Cyzici nata cum ſacer Dæmoni dies celebraretur, zelo Chriſtianæ fidei, cujus erat ſtudioſiſſima, commota, & in medium procurrens, ſacra execranda conſputare, & eorum ſpectatores reprehendere cœpit, docereque renunciandum eſſe Idolis, tranſeundumque in Chriſti partes, & ſuſcipiendum baptiſmum. Eam ob cauſam Cæſarii Præfecti juſſu in caminum injicitur, ſed divinitùs ſervata in equuleum rapitur, defixis humi acutiſſimis clavis, ſolutaque repente, & ſuper clavos prolapſa miſerabiliter confoditur. Deinde cum immiſſæ in Martyrem variæ beſtiæ non auderent propius accedere, taurus dèmum adactis in præcordia cornibus ſtatim interemit.

FEBRUARIUS.

Calendis Februarii, certamen ſancti Martyris Tryphonis.

I.

356 THryphon in Phrygia, Gordiano Imperatore, natus, à pueritia anſeres paſcebat, qui etſi tam vili defungeretur munere, tamen quia mandata Domini exequebatur, promeruit ut nullum eſſet morborum genus, quod non confeſtim depelleret, & curaret. Nam & Imperatoris filiam à Dæmone oppreſſam liberavit, ipſumque Dæmonem in ſpecie, & figura nigerrimi canis oſtenſum compulit, ut ipſe de ſe, deque ſuis præſtigiis, dolis, & impuriſſimis factis diſſereret. Quæ res mul-

tos

tos ad Chriſti fidem traduxit. Poſt hæc Decio Imperatore vinctus ab Aquilino Præfecto Nicæam perducitur, ubi ad equos indomitos alligatus per invia hyberno tempore raptatus, deinde ſuper acutos clavos volutatus, poſt hæc facibus circa latera ambuſtus, poſtremo capite mulctatus occubuit.

Eodem die certamen ſancti Martyris Victorini, & ſociorum ſex.

357 VIctorinus, Victor, Nicephorus, Claudius, Diodorus, Serapion, & Papias Corinthii recenti à Tertio Conſule variè torti ſunt. Victorinus enim eruto oculo dextero, abſciſſiſque manibus, ac pedibus, in pila contuſus marmorea conſumptus eſt. Victor verò præciſa lingua, alligatuſque ad quatuor palos, eadem ratione in pila contritus diſceſsit è vita: at Nicephorus tandiu calcatus, & preſſus, donec ſanguis è naribus erumperet: deinde per capillos ſuſpenſus, tandem in eodem mortario pilo pinſitur, quoad animam efflaret. Porro Claudius mutilatis manibus, ac pedibus, ac in ignem conjectus expiravit: ſed Diodorus igni tortus, animam Deo puriſsimam reddidit. Verum Serapion ſublimibus pendens pedibus capite mulctatur. Poſtremo Papias amputatis pedibus, ac manibus ſaxoque alligatus in mari demergitur.

Eodem die commemoratio ſancti Patris noſtri Vendemiani Diſcipuli ſancti Auxentii.

358 VEndemianus Auxentii patris noſtri Diſcipulus, ejus qui in monte Calcedoni proximo Oxia nomine ſolitariam agebat vitam, ſedulum Sancto ſe miniſtrum ſemper præbuit, factuſque ſacelli præceptoris hæres, atque veſtigiis inſiſtens, non ſolum facta illius aſsequi, ſed etiam ſuperare contendebat. Quare prope Sancti Monaſterium inter montium duorum anguſtias, obſtructo utrimque aditu cellulam ſibi extruxit, atque in ea annos duos & quadraginta incluſus omnia ſua ſtudia ad excolendam virtutem contulit, ſexcentis laceſsitus Dæmonum infeſtationibus: quibus rebus conſecutus eſt à Deo, ut quoſcunque, vel corporis, vel animi morbos ſanaret. Cumque mortis ſuæ præſcius biſtorico cuidam, quam litteris commendaret, Auxentii vitam enarraſset, ſubmiſsis poplitibus obdormivit in Domino.

Quarto Non. Februarii, Commemoratio Occurſus Symeonis Senis excipientis Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum

II.

359 DOminus noſter Jeſus Chriſtus œconomiæ ſecundum carnem, quam revera aſſumpſerat, fidem facturus, ut cætera omnia, quæ lege ſancita erant, præſtitit, ita illud Judæorum inſtitutum ſervare voluit, quorum moris fuit, ut quadrageſimo à puerperio die, marem, cui bene precaretur Sacerdos, & par turturum, aut duos pullos columbarum Domino ſiſterent. More igitur, & inſtituto agens Dominus noſter Jeſus Chriſtus à Maria matre Deique genitrice, & Joſepho opinione tantum patre, delatus in Templum exceptus eſt à Symeone juſto, qui hiſce Deo verbis gratias egit. *Nunc dimittis ſervum tuum Domine ſecundum verbum tuum in pace.* Anna etiam Prophetis, quæ tam ſancto cœtui intererat, dato Chriſto Servatori teſtimonio, Deo laudem tribuit, qui populum ſuum reſpexiſſet. Hujus igitur congreſſus memoriæ hic dies feſtus dicatus eſt.

Eodem die certamen Sanctorum Perpetuæ, Satyri, Revocati, Saturnini, Secundi, & Felicitatis.

360 PErpetua Afra Chriſti Martyr Chriſtianæ religionis nomine delata ad Provinciæ Præfectum, comprehenſa eſt, & cum aliis compluribus ſanctis, in quibus Perpetuæ infans adhuc lacteus fuit, & nomine Dinocratis. Igitur poſt multos cruciatus cuſtodiæ traditur, ubi Perpetua viſa ſibi eſt in quiete videre ſcalas Cœlo hærere, in quarum extre-
A mitatibus ab imo ad ſummum infixæ eſſent omnes tormentorum ſpecies, ad cujus calcem portentoſæ magnitudinis draco conaretur aſcendentes detrahere, & præcipites dare. Satyrum autem, qui jam in tutum evaſerat, converſum hiſce verbis compellare. En hic te Mater Perpetua expecto. Frater verò altero carcere incluſus vidit in ſomnis Satyrum ex quadam pelvi portaſſe aquam: ex quo viſo mortuum eſſe intellexit. Mox Perpetua, & Felicitas ceteris jugulatis ab agreſtibus juvencis cornu transverberatæ mortem oppetiere.

Tertio Nonas Februarii Sancti, & juſti Symeonis, qui in ulnas ſuas Dominum ſuſcepit, & Annæ Prophetidis commemoratio.

III.

361 SYmeon inſigni juſtitia, & pietate ſenex ſeipſum ab omni peccati labe avocans, cum à Templo nuſquam diſcederet, ſed aſſiduis Deum
B precibus fatigaret, ut mundum miſeratus tandem aliquando mortales à Dæmonis poteſtate vindicaret, audivit ab Angelo ſe non prius ex hominum vita migraturum, quàm videret Chriſtum Domini, eum qui Univerſo Orbi eſſet allaturus ſalutem. Eodemque etiam Anna prophetis oraculo donata eſt à Deo. Cum igitur quadrageſimo ab ortu die detuliſſent parentes puerum Ieſum in templum, ad legis præſcriptionem, Symeon ulnis complexus dixit. *Nunc dimittis ſervum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei ſalutare tuum*; Cumque & de Chriſti morte, de Cruce, deque Dei genitrice, quæ Filium cruci affixum viſura eſſet, prophetaſſet, Anna vero gratias egiſſet Deo, uterque fatalem vivendi ſummam explevit.

Eodem die certamen Sanctorum Martyrum Adriani, & Euboli, Cæſareæ Martyrum.

362 ADrianus, & Eubolus Chriſti Martyres
C in Vanea nati Chriſtianæ pietatis tuendæ ſtudio profecti Cæſaream Chriſtianis in vinculis, vel quæſtioni acceptis præſto eſſe, conſolari, hortari, animum addere; gentilibus autem verbum Chriſti diſſeminare, complures baptizare non deſinebant, quo factum eſt, ut facilè cogniti, & comprehenſi Firmiliano Præfecto traderentur, qui verberibus malè affectos Martyres & facibus circa latera exuſtos ad Leones damnavit: ſed cùm tantum abeſſent Leones ab inferenda ſanctis injuria, ut flexis etiam poplitibus pedes eorum lamberent, vehementi incitatus ira Præfectus martyres capite mulctavit.

Pridie Nonas Februarii, certamen Sanctorum Martyrum Papiæ, Diodori, & Claudiani.

IV.

363 PApias, Diodorus, & Claudianus colendi Martyres, Decio Imperatore, Attaliæ
D in Pamphilia nati, & Paſtores, fidem Chriſti paſſim promulgando, complures ad Chriſtum convertebant, quo nomine delati ad Publium Pamphiliæ Præfectum, & interrogati, magna libertate Chriſti nomen confeſſi ſunt, arguebantque nullum præter eum eſſe Deum, quippe qui Cœlum, terram, mare, & quæ in eis ſunt, condidiſſet. Commotus tam libera voce Præfectus ad crudelem vim animum convertit, & cum eos in propoſito perſeverantes omni excruciaſſet ſupplicio, caput à cervicibus abſcidit, quorum corpora à fidelibus honeſtiſſimè ſepulta ſunt.

Eodem die commemoratio Sancti Patris noſtri Iſidori Peluſiotæ.

364 ISidorus Peluſii in Ægypto piis parentibus, & Theophili, Cyrillique Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcoporum perneceſſarius, domeſticis, externiſque diſciplinis, & artibus apprime erudi-

tus

tus eſt, ſed miſſo, divinæ pietatis ſtudio, parentibus, divitiis, & gloriæ nuncio in montem non procul à Peinſio ſeceſſit, ubi monachorum ſacris initiatus omnem ſuam operam nunc precibus, nunc ſacrorum librorum commentationi, nunc ſcribendis per univerſum orbem epiſtolis, nunc omnibus ſacris libris exponendis dedit. Quare cum non privatis ſolum, ſed præfectis etiam, & Epiſcopis, & Imperatoribus, epiſtolis ſuis, quarum decies millenas conſcripſit, mirum in modum profuiſſet, acta ſanctiſſimè vita quievit in Domino.

Eodem die, certamen Sancti Sacro-Martyris Abramii Perſæ.

365 ABramius in Perſide Epiſcopus Saborio Perſarum potius tyranno, quam rege, cum Igni, & Sole gentilitiis Perſarum numinibus ſpretis, divinum Chriſto cultum exhiberet, catenis ferreis conſtrictus à Magorum principe compellebatur, abjurato Chriſto rem divinam vaniſſimis illorum diis facere: ſed cum de pia ſantentia deduci nulla pœnarum comminatione poſſet, ſexcentis mulctatur ſuppliciis, ad quæ divinam his verbis opem implorabat: Domine Jeſu Chriſte Deus, præſto ſis mihi peccatori ſervo tuo, quia in te credidit anima mea; deinde in carcerem truſus, atque etiam non multo poſt eductus, tortuſque inter gratiarum actiones capite mutilatus eſt.

B

Nonis Februarii, certamen Sanctæ Martyris Agathæ.

V.

366 AGatha Panormi in Sicilia nata, virgo divitiis, forma, pietate in Deum illuſtris, Decio impio Imperatore, Chriſtianæ fidei cauſa retenta Siciliæ Præfecto ſiſtitur, atque ab eo Aphrodiſiæ cuidam traditur, ut ſi fieri poſſet delinitum illecebris animum Virginis à Chriſtiana pietate ad Idolorum ſuperſtitionem traheret: ſed cum ſe operam ludere renunciaſſet in expugnando virginis animo, quæ vel vitam ipſam pro Chriſti nomine libentiſſimè profunderet: Præfectus verberibus mulctatæ mammillam abſcindi imperavit: deinde in carcerem includi, qua deinde reſtituta noctu à Petro Apoſtolo mammilla, è cuſtodia educitur, & raptata per acutiſſima teſtularum fragmenta, & admotis candentibus laminis torta, atque ab his omnibus Chriſti virtute ſervata, iterum in vincula conjicitur, in quibus inter preces, & gratiarum actiones extremum effudit ſpiritum.

C

Octavo Idus Februarii, certamen Sancti Martyris Juliani Emiſſeni.

VI.

367 JUlianus Emiſſenus ab adoleſcentia medicus, arrepta per ſpeciem adhibendæ corporibus medicinæ occaſione, illud in primis ſpectabat, ut fidem Chriſti docendo, & baptizando animabus medicinam faceret: cum verò Silvanus Epiſcopus, Lucas Diaconus, Mocius Anagnoſtes, Numeriano Imperatore, vincti è carcere in theatrum conficiendi a beſtiis educerentur, cohibere ſe non potuit Julianus, quin pro Chriſtianæ pietatis zelo accurrens ſanctos oscularetur, & ſupplex eſset, ut fortiter agerent: quare comprehenſus claviſque capite, manibus, & pedibus confixis in ſpelunca quadam expiravit.

D

Eodem die, certamen Sanctæ Martyris Fauſtæ, Evilaſii, & Maximi ſociorum.

368 FAuſta Cyzicena Maximiano Imperatore Martyr, mortuis parentibus piis, & locupletibus, ſpretis in ampliſſima domo atque omnium rerum affluente, florentiſſima ætate virgo, voluptatibus renuncians, pudicitiam inedia, vigiliis, profuſa in pauperes liberalitate, aſſidua Sacrorum librorum lectione, colebat & tuebatur: Quarum rerum fama cùm ad Imperatoris aures perveniſſet, miſit illi Evilaſium Prætorem, qui virgini perſuaderet Idolis immolare: tantum vero abfuit, ut quicquam dicendo efficeret, ut ipſe etiam miraculorum magnitudine, quæ à Vir-

A gine edebantur, commotus in Chriſtum crediderit: Mittitur ſecundo Maximus Proprætor, ut utrumque torqueret, qui mandata diligenter proſecutus in ferventem lebetem æneum Fauſtam, & Evilaſium injecit, ſed admiratus nullum Martyres accipere incommodum, ſuſcepta & ipſe Chriſti fide, ultro ſeipſum in lebetem demiſit, omneſque per hunc modum conſumpti ſunt.

Eodem die, certamen Sanctorum Silvani Epiſcopi, Lucæ Diaconi, & Mocii Anagnoſtæ.

369 SIlvanus Epiſcopus, Lucas Diaconus, & Mocius Anagnoſtes, Emiſſeni, Numeriano Imperatore, cum Deum, & Chriſtum filium Dei, & Deum confiterentur, & prædicarent, vincti ab infidelibus ad Prætorem eum temporis Tyri diverſantem perducuntur, quos prætor acerbiſſimè mulctatos feris dilaniandos objecit. Cum autem in Theatrum ad ſupplicium ſaperentur, percurrit in medium Julianus, ſanctoſque, à quibus baptizatus ante fuerat, ut æquiſſimo animo Martyrium obirent, precabatur; ſolutæ itaque feræ maximas Deo gratias agentes confecere.

B

Eodem die, Commemoratio Sancti Patris noſtri Bucoli Epiſcopi Smyrnæi, diſcipuli Joannis Theologi.

370 BUcolus ad Sanctorum numerum adſcriptus ab ineunte ætate omnem ſuam cogitationem ad pietatem in Deum excolendam conferebat: cujus ſanctum ſtudium ubi cognoviſſet Joannes Theologus, accerſitum habuit aliquandiu rerum divinarum diſcipulum. Poſt aliquanto ejus virtute in multis, magniſque rebus ſpiritualibus cognita, & ſpectata, Smyrnæ Epiſcopum declaravit, qui munus ſuum accuratè Spiritu Sancto duce obeundo, infinitam infidelium multitudinem ab errore ad veritatem traductam baptizavit: cumque nihil eorum prætermitteret, quæ ad conſtituendam diſciplinam pertinebat, prophetico munere dignatus à Deo futura prædicebat. Quare Polycarpum, & ſucceſſorem ſibi fore prænunciavit, & adhuc in humanis agens Epiſcopum. Paſtoremque renunciavit. Mortuus verò, & ſepultus miraculo ligni, quod tumulo defixum redivivum in arborem excreverat, & ſanctitatem efferebat, illuſtratus eſt.

C

Septimo Idus Februarii, certamen Sanctorum trium millium Nicomediæ Martyrum.

VII.

371 TRia ſervorum millia cum dominos ſuos, eoſque principes viros, qui Diocletiani Imperatoris juſſu Petrum Alexandriæ Archiepiſcopum capite damnarunt, converſos ad fidem pro Chriſti nomine occubuiſſe vidiſſent, eorum fortunam æmulati, adjunctiſque ſibi pueris, & uxoribus, & propinquis omnibus veniunt in Diocletiani conſpectum, claraque voce Chriſtianos ſe eſſe teſtati fuerunt, quos omnibus artibus fruſtra tentatos, ut de ſententia deduceret, juſſit omnes à militibus occidi.

D

Eodem die, commemoratio Sancti Parthenii Epiſcopi Lampſaceni.

372 PArthenius in Sanctorum numero habitus Conſtantino Magno Imperatore claruit. Is Chriſtophoro Militenſis Eccleſiæ Diacono natus litterarum quidem expers, & ignarus, ſed ſumma tamen pietate, & virtute præditus piſcatoriam agebat vitam, capturamque mendicis dividebat: cujus ſanctitate dedit Deus, ut Dæmones fugaret, morbos depelleret. Cumque poſtea litteras etiam didiciſſet presbyter à Philippo Melirenſi Epiſcopo, deinde ab Acholio Cyziceno Metropolitano Epiſcopus creatur: Qui tandem reſtituto cuidam, quem taurus cornu effoderat, oculo, ſanatoque alterius cancro, atque alio, qui à plauſtro proculcatus fuerat, ad vitam revocato, & prophetico etiam illuſtratus ſpiritu in pace quievit.

Sexto Idus Februarii, commemoratio Sancti, & Illuſtris Prophetæ Zachariæ unius ex ſexdecim Prophetis.

VIII.

373 ZAcharias Propheta, in Judæa natus in terra Chaldæorum, jam provecta ætate, multis ſignis, ac prodigiis, fidem rebus quas prophetabat faciendo, prædixit Joſedecho, quod filium, qui in Hieruſalem Sacerdotio fungeretur, ſuſcepturus eſſet, Salathiel verò benedixit in filio, cui futurum eſſet Zorobabelis nomen: at Cyro ſigno perſuaſit, fore ut victoriam de hoſte referret, necnon & de ſe ipſo, quod in Hieruſalem eſſet rem divinam facturus: denique de infidelitatis, prophetiæ, Sacerdotii Judaici exitu, Templique demolitione, Idololatriæ interitu, æterno Chriſti regno prænunciavit. Mortuus eſt, & ſepultus prope Aggæum Prophetam.

Eodem die, certamen Sancti Magni Martyris, Theodori Euchaitæ Ducis exercitus.

374 THeodorus Dux exercitus, Licinio Imperatore, domicilium certum, ſedemque ſtabilem in Euchaita habebat, ſed tamen Heracleæ in Ponto diverſabatur, eloquentia, forma, & prudentia, fortitudine, quæ omnia in eo præclara erant, magnam nominis celebritatem aſſecutus: Ejus ergo videndi deſiderio flagrans Imperator miſit qui ad ſe Nicomediam accerſerent: At ille, quin potius, inquit, ad me veniat Imperator, ſecumque advehat Deos aureos, & argenteos, quibus velit ſacrificari. Affectus Imperator gaudio contendebat Heracleam, cùm Theodorus cognito ejus adventu vectus in equo obviam honoris causâ proceſſit, & Imperatorem, ut debebat, adoravit. Ingreſſus Imperator urbem hortabatur Theodorum, ut ſacra Diis faceret, ille oſtendit imperata ſe facturum, ſi prius domi Diis quos ſecum advexerat ſacrificaſſet, quos non repugnanter traditos, Sanctus comminuit, & in pauperes erogavit: Quamobrem verberibus, atque omni ſupplicio excruciatus, capite mulctatus eſt, cujus reliquiæ Euchaitam deportatæ ſunt.

Eodem die, commemoratio Sancti Patris noſtri Theodoſii.

375 THeodoſius Antiochiæ in Syria illuſtri genere natus, parentibus, gloria, divitiis, & mundo valere juſſis, ſeceſſit in quendam Ciliciæ montem, extructoque in parva ingentis ſaxi caverna, in mare vergente tugurio, ibi conſedit, jejuniis, chameuniis, vigiliis, & precibus toto animo deditus: accedebat ad extenuatas corporis vires indumentum hirſutis contextum ſetis, & laminæ ferreæ, quas collo, & medio geſtabat corpore. Quibus rebus eam à Deo gratiam iniit, ut aquam præter multa alia miracula ex arida eliceret petra, periclitantesque in mari ſervaret. Tandem profectus Antiochiam, Iſaurorum excurſione occubuit.

Eodem die, certamen Sanctorum Martyrum Marthæ, & Mariæ germanarum ſororum, & Lycarionis.

376 MArtha, & Maria ſorores, non minus pietate, quam virginitate inſignes, cum provinciæ Prætorem aliquando vidiſſent prætereuntem, à feneſtra prominentes eum compellunt, & clara ſa voce Chriſtianas eſſe teſtatæ ſunt. Suſpexit Prætor, & integram virentemque Virginum ætatem intuitus: Salvas, inquit, omnino vos eſſe velim. Quare ſi mutata ſententia animum induceretis Diis ſacrificare, vitæ, & ſaluti veſtræ conſulueritis. Cui Virgines, vita eſt, vitam ipſam pro Chriſto profundere. Idem fecit & Lycarion adoleſcens monachus, qui cum illis virtute certabat, atque addidit: Idola non Deos, ſed Dæmonia eſſe, infeliceſque, & miſeros eorum cultores. Iratus igitur Prætor juſſit militibus, ut extremum de eis ſuppli-

A cium ſumerent, qui Virgines in crucem actas gladiis confecere, Monachum autem capite mulctarunt.

Quinto Idus Februarii, certamen S. Martyris Nicephori.

IX.

377 NIcephorus obſcuro quidem loco natus, ſed Martyrio tamen, quod Valeriano, & Gallieno Imperatoribus pertulit, illuſtratus, & nobilitatus, utebatur Sapricio quodam Eccleſiæ Chriſtianæ Presbytero familiariter; qui poſtea diabolico inſtinctu alienatus a Nicephoro odium concoquebat. Commota autem perſecutione, cùm retentus Sapricius ab Idololatria compelleretur ſimolachris immolare, accurrit Nicephorus, etiam, atq; etiam orat Sapricium, ut ſi illo prius martyrio defungi patiatur, averſatus ille, & Idololatriæ ſcaius, & Nicephori preces, trahebatur ad ſupplicium: cum Nicephorus Sapricii pedibus advolutus omnibus precibus iterum orare, & obteſtari cœpit, ſed tamen non exoravit.
B Quare repudiatus à Deo, eum jam extento collo diſtrictum carnificis gladium vidiſſet, conſternatus animo: dimittite, inquit, me, & Diis immolabo; procurrit ergo Nicephorus, & pertenta ſtatim cervice, amato Sapricio capite pro Chriſto mulctatus occubuit.

Eodem die, commemoratio Marciani Epiſcopi Siciliæ, & Philagrii Epiſcopi Cypri, & Pancratii Epiſcopi Tauromitani.

378 MArcianus, Philagrius, & Pancratius Epiſcopi, uſi ſunt præceptore Petro Apoſtolo. Nam Pancratii pater commotus celebritate famæ, & miraculorum Chriſti Jeſu, dum in terris degeret, adjuncto ſibi Pancratio perrexit Hieroſolymam, & in Petris ſa amicitiam, & familiaritatem inſinuavit. Igitur poſt Chriſti Jeſu Aſcenſionem à Petro Tauromini Epiſcopus creatus eſt, & cum in Chriſti nomine doceret, occulte interfectus eſt ab infidelibus. Marcianus verò ab eodem
C Apoſtolo Siciliæ Epiſcopus factus, poſtquam multos ab impietate ad Chriſtum convertiſſet, fato conceſſit. Porro Philagrius Cypri Epiſcopus, cum mille moleſtias à Dæmonibus atque impiis pro Chriſti doctrina, & nomine ad extremum uſque ſpiritum pertuliſſet, exceſſit è corpore.

Quarto Idus Februarii, certamen Sanctorum Charalampi, Porphyrii, Daucti, & trium mulierum Martyrum.

X.

379 CHaralampus Magneſiæ Chriſtianorum Sacerdos, Severo Imperatore, cùm veritatem prædicaret, comprehenſus à Luciano Præfecto exuitur ſacrata ſtola; deinde eum detracta toto corpore pelle æquiſſimo animo perferret, incenſus ira Præfectus voluit ferreo pectine miſere Martyrem laniare, cùm ſtatim manus illius miraculo avulſæ ſunt, quem cum ſanctus adhibita prece ſanaſſet, magnitudine rei commoti Porphyrius, &
D Dauctus carnifices, & tres mulieres renunciata Idolorum ſuperſtitione ſe ſe Chriſto addixerunt, quos omnes Præfectus in impietate permanens capite mulctavit.

Tertio Idus Februarii, Certamen Sancti Sacromartyris Blaſii, & ſociarum mulierum.

XI.

380 BLaſius Licinio Imperatore Sebaſtenſis Epiſcopus, vitandæ perſecutionis cauſa in cujuſdam montis ſpeluncam ſe abdidit, & ibi immanem belluarum naturam ex feritate ad manſuetudinem benedictione traduxit. Cumque eſſet medicinæ artis peritus, accepit tamen etiam à Deo magnam in ſanandis morbis miraculorum edendorum poteſtatem. Ductus autem ad Agricolaum Præfectum, profeſſuſq; ſe Chriſtianum eſſe virgis mulctatur; deinde in eculeum actus, pectine ferreo carminatur: poſtea cum abduceretur in carcerem mulieres ſeptem, conſecatæ Martyrem, & Chriſtum confeſſæ

in-

in veſtigio capitis damnatę mortem oppetiere: cumque in altiſſimum lacum projectus, ſiccis per ſummam aquam pedibus, in littus evaſiſſet, capite cum duobus infantibus, qui una in vinculis erant, mutilatus eſt.

Eodem die, Commemoratio Theodoræ, quæ Orthodoxiam conſtituit.

381 THeodora Auguſta. Theophili Imperatoris Iconomachi uxor, ejus, qui Methodium Coſtantinopolitanum Patriarcham optimè de Sanctorum Imaginibus ſentientem exilio affecerat, ſuffecto Joanne Lecanomante, conſumptis igni ſanctis imaginibus, nullis tamen hæreticæ pravitatis erroribus imbuta, etſi apertè non auderet impiis viri conatibus obviam ire, occulte tamen in cubiculo ſuo habebat ſanctorum imagines, noctuque Deum precibus fatigabat, ut tandem aliquando Orthodoxorum miſereretur. Igitur poſt viri mortem, ſtatim reducto Methodio, coactaq; ſacra Synodo, anathemate mulctavit Iconomachos, exturbatoque Joanne è throno, & reſtitutis in priſtinam dignitatem imaginibus, traditoque per manus imperio Michaeli filio, quem Orthodoxa fide inſtituerat, ea hominum vita migravit.

Pridie Idus Februarii, commemoratio Sancti Patris noſtri Antonii Archiepiſcopi Conſtantinopolitani.

XII.

382 ANtonius cognomento Bacleas parentibus, divitiis, pietate, & genere illuſtribus natus (nam pater erat Senatus facile princeps) ſeptimo ætatis anno ſenili prudentia, quæ erant puerilia, contemnebat. Ferebat iniquè tum præcocem in filio modeſtiam mater. At pater illum, mortua matre, Monaſterii ſeptis incluſit; in quo vitæ genere tantos in virtute progreſſus fecit, ut vel invitus Presbyteratum ſuſcipere coactus fuerit, patremque virtutis ſuæ, ſanctique inſtituti æmulum monaſtico ipſe induerit cultu, ut cujus natura filius eſſet, ejus ſpiritu eſſet pater: Nobilitavit etiam hominem inſignis in pauperes beneficentia, ut dum aliquando deambularet, audierit, qui ſe invitaret, ut magnum auri pondus pauperibus diſtribuendum acciperet, porrigentem tamen non videret: quapropter Imperatoris, & Concilii ſuffragio creatus Patriarcha Conſtantinopolitanus, poſtea mortuus eſt.

Eodem die, commemoratio S. Mariæ, quæ mutato nomine Marinum ſe dixit.

383 MAria ſtudio ſalutis latebram quærens, poſita muliebri ſtola, ſumpto virili habitu Marinum ſe nominavit, unaque cum Patre Eugenio, Monaſticam amplexa vitam, capillum totondit. Quare celato diligenter ſexu ſuam Monachis, & Patri operam tribuebat. Verum cum aliquando in diverſorio verſaretur, accuſatur ſtuprum filiæ ſtabularii intuliſſe. Tulit illa æquiſſimo animo calumniam, quam nullo negocio diluere potuiſſet. Quamobrem Monaſterio ejecta, ac foribus miſere aſſidens, filium quem non genuerat, utcumque poterat, annos tres patienter aluit. Deinde in Monaſterium una cum filio admiſſa non multo poſt ex hac vita diſceſſit, illatique falſo criminis cauſa, non ſexu ſolum, ſed & clamoſa filiæ ſtabularii à Dæmone correptæ declaratione à milite ſe vitiatam eſſe defenſa omnium præ admiratione in ſtuporem mentes rapuit.

Idibus Februarii, Commemoratio S. Patris noſtri Martiniani.

XIII.

384 MArtinianus Cæſareæ in Palæſtina natus, Monachorum ſacris initiatus, in montibus ſolitudinem captans annos quinque, & viginti aſceticam egerat vitam, cùm Diaboli inſidiis exceptus eſt. Nam meretrix quædam impellentibus pecuniæ pactione perditis hominibus, tenui atq; ea vili veſte induta, noctu magnis clamoribus homini opem implorabat, ut quæ tota jam diu aberraſſet via, timeretque vehementer, niſi admitteretur, ne à feris miſerè laniaretur. Commotus ille introducit mulierem, quæ multis verborum lenociniis delinire animum ſancti viri ſtudebat, atque ad fœdam libidinem pellicere: verum, ubi labentes jam ſenſus vir Dei preſenſit, ſuccenſa ſarmentorum materia, in mediam ſe flammam conjecit, ſibi ipſi illud identidem inculcans: Infelix Martiniane, ſi potes ignis ſupplicium perferre, committe peccatum. Quæ res perpulit impudicam fęminam, ut ad temperantiam converſa ſaluti ſuæ conſuleret: ipſe verò inde in ſcopulum medio poſitum mari profectus, ibique iterum à Dæmone vehementer tentatus, victor ad Dominum migravit.

Eodem die, Certamen Sanctorum Aquilæ, & Priſcillæ.

385 AQuilas gentilis ſutoriam faciebat artem: propenſiſſimo tamen ſemper in pauperes animo, ut lucrum, quod ex arte ſua faciebat, pauperibus benignè impertiret. Cumque fama Pauli Chriſtum paſſim prædicantis in dies percrebreſceret, pertexit una cum Priſcilla uxore ad Paulum, tamquam ad ejuſdem artis profeſſorem, inſtitutique ab eo verbo veritatis baptizati ſunt: ſeque illi comites, & ſervos quocunque pergeret adjunxerunt, eaſdem cum eo moleſtias, & incommoda adeuntes. Quamobrem vehementer amati ſunt à magno Apoſtolo, quorum & in ſuis ille ſcriptis mentionem fecit. Poſt mortem verò illius, cum nunquam à Chriſti prædicatione deſiſterent, correptis ab Idololatris poſt multa tormenta capite mulctati ſunt.

Eodem die, certamen Sancti Eulogii Epiſcopi Alexandrini.

386 EUlogius in ſanctiſſimorum patrum numerum relatus: Alexandriæ, Heraclio Imperatore, Epiſcopus, ante Joannem Eleemoſynarium. Magnam ſe apud Deum rectè factis gratiam iniiſſe, admirandis, quas fecerat, rebus arguit: in quibus illud commemorandum videtur; nam cum allatam à Leone Sanctiſſimo Archiepiſcopo epiſtolam in qua erant quę Chalcedonenſi Synodo decreta erant, legiſſet, laudaſſet, & rata habuiſſet, eamque Orthodoxiæ columnam appellaſſet, Deus, ut utrique Antiſtiti honorem faceret, miſit Angelum ſuum, qui in figura, & ſpecie Leonis, cùm gratias Eulogio egiſſet, quod Epiſtolam à ſe miſſam ratam habuiſſet, poſt multum ſermonem ultro citroque habitum evaneſcens declaravit ſe Angelum eſſe. Tandem Eulogius in pace quievit.

Decimoſexto Cal. Martii, commemoratio Sancti Patris noſtri Auxentii.

XIV.

387 AUxentius, quem in Sanctorum numero reponimus, Theodoſio Juniore Imperatore in Oriente natus, omiſſo litterarum ſtudio, ad Monaſticam ſe vitam contulit, atque in monte Oxia nomine, Chalcedoni proximo, qui & Auxentius poſtea dictus eſt, ſolitudinis ſtudio conſedit, vir mirifica in aſcetico inſtituto tolerantia, & in fide conſtantia, qui ſæpiùs adverſus Eutychium & Neſtorium pro iis, quæ Chalcedonenſi Synodo IV. decreta fuerant, decertarit: præterea maxima apud Imperatorem, & populum dignitate, exiſtimatione, & gratia, virtutis opinione atque miraculis, prophetiæque munere inſignitus: nam iram Dei, & mala impendentia prævidit, averruncavit, & avertit: denique mortuus eſt, & ſepultus in Monaſterio à ſe extructo, Trichenaria appellato.

Decimoquinto Cal. Martii, certamen Sancti Sacro martyris Oneſimi, diſcipuli Sancti Pauli Apoſtoli.

XV.

388 ONeſimus Philemonis civis Romani ſervus, Paulo Apoſtolo ſe ſe adjunxit, relicto Philemone, illique ſervivit. Quare Paulus ad Philemonem litteras dedit, quibus hortatur, ut Oneſimi digreſſum à ſe, & diſceſſum æquiori ferat animo. Poſt mortem vero Pauli detentus à Tertillo urbis Præfecto, ductuſque Puteolos graviſſime cæditur. Deinde cum à Chriſto ad Dæmonum cultum deſciſcere nollet, quin potius aſſereret ſe credere in Chriſtum Deum Creatorem cœli, & terræ mariſ-

que & omnium quæ in eis ſunt, eaque dicendi libertate ſtomachum Præfecto faceret, contulit minutatim cruribus, & brachiis animam pro Chriſti nomine profudit.

Eodem die, certamen Sancti Martyris Majoris.

389 MAjor, Diocletiano, & Maximiano merens, Chriſtianæ fidei nomine Gazæ comprehenſus, tantum aberat ut Chriſtum abjurare vellet, ut liberius etiam, contemptis Idolis omnis ſenſus expertibus, Chriſtianum ſe profiteretur, in quem incenſi ita jubent eatenſum humi Martyrem à triginta ſex militibus ſibi viciſſim ſuccedentibus miſerandum in modum cædi, & lacerari, ut figuram hominis in eo nullam agnoviſſes. Deinde ſemivivum, & vix ſpiritum ducentem in carcerem delatum ſeptem dies confici, rurſuſque eductum torqueri, deindeque in ſancto propoſito permanentem ad præſcriptum locum trahi, & capite mulctari.

Decimoquarto Cal. Martii, certamen Sanctorum Martyrum Pamphili, Valentis, & ſociorum ejus.

XVI.

390 PAmphius, Valens, & ſocii complures, nulla aut patriæ, aut ſtudiorum, aut dignitatis gradus conjunctione, ſed Chriſtiana tantum ſocietate devincti, Cæſaream ſimul pergebant. Cumque ab urbis cuſtodibus rogati quinam hominum eſſent, & cujus rei gratia venirent; Chriſtianos ſe eſſe, & cœleſtem Hieruſalem eſſe ſibi patriam reſpondiſſent, ſtatim vinculis conſtricti Firmiliano Prætori traduntur: ex quibus Elias, Hieremias, Iſaias, Samuel, & Daniel poſt multos cruciatus capite damnati occubuere. Pamphius verò, & Seleucus, Valens, & Paulus cuſtodiæ primùm traditi ſunt, inde & ipſi capite mulctati mortem oppetiere.

Eodem die, certamen SS. Martyrum Porphyrii, Iuliani, & Theoduli.

391 POrphyrius, Julianus, & Theodulus, ex Pamphiis, & Valentis Synodia fuere: nam Porphyrius Pamphii ſervus, cum domini reliquias quæreret, ut ſepulchro inferret: Julianus verò dum Sanctorum reliquiis oſcula figeret, uterque cognitus eſt Chriſtianus. Vincti igitur, & in ardentem caminum injecti conſumpti ſunt. At Theodulus, quia ſancti cœtus deſiderio lugeret, oraretque Dominum, ut acerbiſſimam in Chriſtianos perſecutionem ſedaret, primum quidem variis eſt cruciatibus affectus: deinde in Crucem actus, magnis affigitur clavis, ubi cùm multa gratiarum actione ſpiritum Deò reddidit.

Eodem die, Collectio Sanctarum Reliquiarum in Martyropoli, & Maruthæ Epiſcopi.

392 MAruthas inſigni Epiſcopus ſanctitate à Theodoſio majore Romanorum Imperatore ad Perſarum Regem miſſus, honorificentiſſimè à Perſis, opinione, quam de illius virtute habebant, exceptus eſt: præſertim autem, quia Dæmonem a Regis filia expuliſſet: cùmque illi multa auri pondo offerrent, ſanctus Reliquias tantum Martyrum, qui in Perſide erant, petiit. Ea re faciliimè à Rege impetrata, extruxit urbem nomine Martyropolim, quæ nunc Meſpherea dicitur, in quam Martyrum reliquias intulit. Obita in hunc modum legatione, multo poſt tempore obiit Maruthas, Deo authore, eo ipſo die, quo Sanctorum reliquias in eum locum congeſſerat, atque in eodem loco ſepultus eſt.

Decimotertio Cal. Martii, certamen Sancti Megalo martyris Theodori Tyronis.

XVII.

393 THeodorus Megalo Maximiano, & Maximino Imperatoribus acerbiſſimis Chriſtianorum oppugnatoribus, ab adoleſcentia ſtipendia faciens, in legione Tyronum rudimenta poſuit ſub Brigga præpoſito. Cumque audiſſet aliquando in Armeniæ finibus, ubi natus fuerat, complures Martyrium fortiter pro Chriſti nomine perfungi, æmulus eorum laudis cœpit Amaſæam verſus iter facere; & cum cognoviſſet draconem portentoſæ magnitudinis eſſe in Euchaitarum agro, perrexit illò ire, ſecum reputans, ſi draconem viciſſet, omnino ſe ſuperaturum etiam Diabolum. Interfecto igitur dracone, ingreſſus Amaſæam adit Briggam, ſeque Chriſtianum profeſſus multis verberibus excipitur: deinde juſſus certum tempus ad deliberandum ſumere, noctu Idolorum templum incendit. Quare commotus vehementer Briggas juſſit in ejuſdem templi buſto hominem exuri: qui de flamma Cleonicum quendam ſibi notum compellans: Cleonice, inquit, te expecto, atque ita conſumptus eſt.

Eodem die Commemoratio Sanctæ Mariamnæ ſororis S. Philippi Apoſtoli.

394 POſt Chriſti Aſcenſionem Philippus adjuncto ſibi Bartholomæo, & Mariamne ſorore germana, profectus eſt Hierapolim, ubi propter fidei prædicationem ſublime raptus oravit Dominum: quo deſcendente, terra obrutus eſt Proconſul cum innumera populi multitudine. Conſternati cæteri, atque in preces verſi Bartholomæum, & Mariamnam, qui & ipſi pendebant, etiam implorant; quorum precibus motus Philippus non ſolum incolumes eos præſtitit, ſed illos etiam, quos terra hauſerat, prætorem, proconſulem, & viperam quam indignè colebant, rurſum in apertum evadentes liberavit. Quamobrem cum jam extinctus eſſet Philippus, ſolutus eſt Bartholomæus, & Mariamna: & ille quidem in India Felici cruci affixus eſt, hæc vero in Lycaonia cum Chriſti verbum diſſeminaſſet, obdormivit in Domino.

Eodem die, Commemoratio Sancti Patris noſtri Lyſibii Epiſcopi Soliorum in Cypro.

395 LYſibius Romanus virtutibus clarus, in Chriſti fide à Marco Apoſtolo, & Evangeliſta imbutus, & baptizatus Diaconus primum, deinde Presbyter, demum Epiſcopus Soliorum in Cypro creatur. Igitur illò profectus, cum ſuſceptum munus, non gulæ & ventri, non voluptatibus indulgendo, ut nonnulli faciunt, ſed vigilando, & humi cubando, & jejunando, diu, noctuque Dominum orando, ut populi ſui miſertus perſecutionem à Tyrannis concitatam ſedaret, omneſque ad ſui cognitionem, & fidem converteret, perfectiſſimè obiiſſet, in pace migravit in cœlum, ubi cum Sanctis triumphat in æternum.

Eodem die, Commemoratio Sancti Patris noſtri & Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Flaviani.

396 FLavianus inter ſanctos adſcriptus Conſtantinopoli Presbyter, ob vitæ integritatem, Deo authore, Imperatoris autem, & Senatus, Sacræque Synodi, atque Cleri ſuffragio Patriarcha ejuſdem urbis renunciatus eſt. Qui cum creditum ſibi gregem virtutibus, ſanctiſque moribus, ac præceptis inſtituiſſet, Deo permittente, à Dioſcoro, & conſpiratis eatorris ejicitur, cum Eccleſiæ annum unum menſes decem præfuiſſet. Igitur in exilio, fame, ſiti, multiſque incommodis, & moleſtiis pro orthodoxa fide confectus, cùm tamen Deo gratias ageret, dieſque, ac noctes oraret, tandem morbo correptus migravit ad Dominum.

Duodecimo Cal. Martii, Commemoratio Agapiti Epiſcopi Synai Thaumaturgi.

XVIII.

397 AGapitus, Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, Cappadox Chriſtianis parentibus natus, Monaſticæ ſe addixit vitæ, complexuſque à Monaſterii Præfecto ob egregiam in omni virtute indolem ſacras docetur litteras, à Deo autem multis nobilitatur miraculis, ex quibus illud unum eſt, quod Draconem inuſitatæ magnitudinis non procul à Monaſterio, homines, & jumenta conficientem precatione interemit, cu-

jus

jus ſingulari virtute motus Licinius invitum, & recuſantem militiæ adſcripſit, ſed eo mortuo imperante autem Conſtaotino Magno, ab Epiſcopo Synai presbyter, eoque vita functo, Synai Epiſcopus renunciatas eſt, actaque ſanctiſſime vita, fato conceſſit.

Eodem die, commemoratio Sancti Leonis Papæ Romani.

398 LEo admirabili pater virtate animi, ſapientia, & ſanctitate Romanæ Eccleſiæ Pontifex, præclariſſimis monimentis virtutem ſuam, præcipuè autem rectam fidem teſtatam nobis reliquit. Coacta enim Chalcedonenſi Syoodo ſexcentorum triginta patrum adverſus eorum hæreſim, qui unam tantum voluntatem in Chriſto unamque actionem, & vim eſſe dicebant: cùmque iis præſcriptis, & decretis, quæ ad veritatem ſpectabant. hæretici ſtare nollent, in eam ſententiam omnes diſceſſere, ut quid Leo Sanctiſſ. Romanæ Eccleſiæ Papa ſanaiſſet, id gratum, ratum, firmumque haberetur. Rogatus itaque Leo ab omnibus patribus, factis precibus conſcripſit Epiſtolam, in qua arguebat duas in Chriſto voluntates, duaſque actiones, quam orthodoxiæ columnam appellarunt. Poſt hæc in pace quievit.

Undecimo Cal. Martii, certamen Sanctorum Martyrum Maximi, & Theodoti.

XIX.

399 MAximus, & Theodotus cum terras omnes, urbeſque obeuntes veritatem, Chriſtumque Deum, verum, & Dominum omnium, ac opificem, Idola autem opera manuum ex lignis, & lapidibus fabrefacta eſſe liberius prædicarent, traduntur ab Idololatris regionis Præfecto: quos eam multa verberum ſectione a pia ſententia deducere non poſſet, ab alia in aliam urbem vinctos trahi, eum feris depugnare, ungulis excarnificari, denique in ardentiſſimum rogum injici juſſit: ubi læti cum gratiarum actione animas Deo beatas, & ſacras reddidere.

Decimo Cal. Martii, certamen Sancti Martyris Sadoch Epiſcopi, & centum viginti ſociorum.

XX.

400 SAdoch in Perſide Epiſcopus, prædicatione fidei in Chriſtum, qua multos Deo viventi, & vero adjungebat, indignationem, ac ſtomachum movit Magis cultoribus ignis, qui illo ipſo tempore, quo ſanctus pes quietem videbat Symeonem Sacromartyrem, & anteceſſorem ſuum, ſummis inſidentem ſcalis, ſe invitare, ne ad regem ceſſaret venire, catenas illi, & iis, qui cum eo erant, Chriſtianis injiciunt, & in carcerem traduur, quoad, cognitione ſibi à Saberio rege data, eductos ac graviſſimè tortos omnes obtruncaverunt.

Eodem die, Commemoratio Sancti Patris noſtri Leonis Epiſcopi Catanæ in Sicilia.

401 LEo Thaumaturgus Ravennas, piis, & illuſtribus ortus parentibus, ſacris litteris oppido inſtructus, an ſingulari virtute prædisus, cum magna edidiſſet ſigna, Ravennæ Presbyter, deinde Catanæ, quæ Metropolitana Eccleſia erat, Epiſcopus declaratus eſt: tanta autem contentione cum hæreticis decertavit, nunc coram diſceptando, nunc ſcribendo, ut nemo congredi auſus non ſine ſumma ignominia victus diſceſſerit. Thaumaturgi autem cognomen merito tulit, nam Heliodorum magicis artibus ſimplicium mentes decipientem, ſeque nihil non poſſe efficere ita gloriantem, ut vel ipſum ignem commoveret, evocato de Cælo igne combuſſit. Cujus fama permoti Romani Imperatores accitum Romam orarunt, ut Deo pro ſe preces faceret: deinde honorificè dimiſſum ad Eccleſiam ſuam Dominus aſſumpſit.

Nono Cal. Martii, Commemoratio Sancti patris noſtri Agathon Epiſcopi Romani.

XXI.

402 AGathon Thaumaturgus in Italia parentibus piis oatus, atq; à bilis ſummo ſtudio omnibus ſacræ Scripturæ litteris eruditus, tantum ex ea utilitatis, tantumque compunctionis cordis percepit, ut mortuis parentibus, ſtatim coogeſtas in unum locum facultates die uno pauperibus diviſerit, deinde in Monaſterium incluſus totum ſe divino cultui manciparit, dies, noctesque Deum pro mundi ſalute precibus fatigans, à quo miraculorum munere dignatus, Thaumaturgi cognomen tulit. Poſt hæc Romanæ Eccleſiæ Pontifex creatus, Republica optimè adminiſtrata, ſe ipſum, vitamque ſuam omnibus, ſingulare bene vivendi exemplum reliquit.

Octavo Cal. Mart. commemoratio Athanaſii Confeſſoris, cujus hiſtoria deſideratur, ſed vide decimoquinto Cal. Febr.

XXII.

Septimo Cal. Mart. certamen Sancti Sacro-martyris Polycarpi Epiſcopi Smyrnæ.

XXIII.

403 POlycarpus Joannis Apoſtoli, & Evangeliſtæ diſcipulus, Smyrnæ Epiſcopus in demortui Bucoli locum ſubrogatus eſt, quem is ſibi dum adhuc in humaois ageret ſucceſſurum prædixerat. Commota autem à Decio in Chriſtianos perſecutione comprehenſus tandiu tortus eſt dum animam efflaret. Is ante creationem inſigne illud præter cætera edidit miraculum; nam exhauſtum nutricis ſuæ penu omnium bonorum copia ad egentium utilitatem factis precibus replevit. Poſt creationem vero magnum incendium eadem uſus oratione reſtrinxit. Poſt hæc obdormivit pluvimis ad hanc uſque diem nobilitatus miraculis.

Sexto Calend. Martii, commemoratio Inventionis pretioſi capitis Præcurſoris Domini.

XXIV.

404 CUm Joannem Domini Præcurſorem capite plecti vidiſſet Herodes, incluſum caput in vaſe fictili in Regia Herodis, occultum tandiu fuit, quoad Monachi duo Hieroſolyma ad Sanctum Jeſu ſepulchrum profecti, indicato ut quiete a Joanne loco repertum in ſummo honore habuere, ſed poſtea a figulo quodam furtim ſublatum in Emeſinorum urbem tranſlatum eſt: ab eo poſtea cum moreretur, ſorori, & deinceps per manus traditum loes urbe permanſit; quo ad Michael Imperator, qui Orthodoxiam reſtituit, & Ignatius Patriarcha Conſtantinopolim deportavit, ut in S. Joannis fide urbs, & tutela eſſet.

Eodem die, certamen Sancti Rhegini Epiſcopi Scopulorum.

405 RHeginus in Græcia parentibus Chriſtianis ortus, a quibus tam pietate quam ſacris excultus litteris vir ſummus evaſerat, ab ejus loci Epiſcopo Diaconus factus eſt; deinde Presbyter, demum Scopulorum Epiſcopus, qui in munere obeundo eam ſibi virtatis famam collegit, ut ad Synodum, quæ Sardis habita eſt, accitus, hæreſes omnes dicendo retuderit. Excitata non multo poſt in Chriſtianos perſecutione comprehenſus, poſt varios cruciatus capite mulctatus eſt.

Quinto Cal. Mart. certamen Sancti Alexandri Martyris in Thracia.

XXV.

406 ALexander Puteolanus Maximiano Imperatore à Tyberiano Præfecto compellabatur idolis immolare, qui tantum abſuit ut ſimulachris rem divinam faceret, at cum multa verborum contumelia, Idola, & Præfectum accuſaret. Quam ſtulte loquens, facis miſer, & infelix, qui huic vanitati te addixeris. Quamobrem vinctis pendens manibus, appenſiſque ad pedes ſaxis diu torquetur: deinde ſolutus & Carthaginem ductus,

actuſque in eculeum depectitur. Inde Martyropolim raptus, facibus exuritur, demum capite mulctatus incorruptam coronam, vitamque æternam à Chriſto Deo noſtro accepit.

Eodem die, commemoratio Sancti Patris noſtri Taraſii Archiepiſcopi Conſtantinopolitani.

407 TAraſius Conſtantinopoli natus, & altus, ob maximam rerum cognitionem, multamque virtutem, Patriarcha Conſtantinopolitanus factus eſt: hic præſcriptis de Sanctorum imaginum cultu decretis, Romanum imperium ad Sanctorum Apoſtolorum traditiones atque ad ſeptem œcumenicarum Synodorum placita traduxit, conjunctis cum orthodoxis omnium Eccleſiarum ſententiis. Igitur in his pietatis ſtudiis nunquam non verſatus, atque idcirco ab imperatoribus in honore habitus, ædificatoque ultra freti anguſtias Monaſterio, multiſque ad monaſticam vitam traductis, cum Eccleſiam annis duobus, & viginti, & menſibus duobus rexiſſet, in pace quievit, ſepultuſque eſt in Monaſterio ſuo.

Quarto Cal. Martii, commemoratio Sancti Porphyrii Epiſcopi Gazæ.

XXVI.

408 POrphyrius Theſſalonicæ Chriſtianis ortus parentibus Arcadio, & Honorio Imperatoribus, indicto omnibus hujuſce vitæ deſideriis bello, in Ægyptum profectus, Monaſticum ſuſcepit inſtitutum: deinde Hieroſolymam petens Judæis, Græciſque author erat, ut Chriſto ſe adjungerent, cum interim ſutoria arte ſe & pauperes ſuſtentaret, ubi ab Ilio Patriarcha Hieroſolymitano Presbyter, poſtea à Joanne Archiepiſcopo Cæſareæ Philippi Gazenſium Epiſcopus creatus eſt. Qui cum ſignis, ac prodigiis, vitæque ſanctitate non contemnendam Græcorum, & Judæorum manum ad Chriſtum convertiſſet, templaque Idolorum à ſe diruta, ſanctorumque nomini dicata reſtituiſſet, migravit ad Dominum.

Tertio Calen. Mart. commemoratio Procopii, & Baſilii Confeſſorum, Commartyrum, & Condiſcipulorum.

XXVII.

409 PRocopius, & Baſilius, Leone Iconomacho Imperatore, mundo, mundaniſque rebus vale dicentes, Monachi facti ſunt, qui cum ſe prius aſcetica vita diligenter excoluiſſent, hæreſi, quæ ſanctis imaginibus bellum indixerat, ſe oppoſuere. Quamobrem capti, & tormentis affecti, cum nihil de priſtina animi ſententia remitterent, ſed audacius etiam vel morte propoſita veritatem prædicarent, Baſilius quidem toto corpore, & collo pectine ferreo carminatur, deinde cuſtodiæ traditur; Procopius autem in carcerem includitur. Sed mortuo tyranno è vinculis educti ad priſtina ſtudia orthodoxæque fidei defenſionem rediere, tandem diverſis temporibus ad Dominum, cujus deſiderio ab ineunte ætate flagrarant, læti commigrarunt, vitam ſuam ſingulare cæteris exemplum relinquentes.

A *Pridie Cal. Martii, certamen Sancti Martyris Neſtoris.*

XXVIII.

410 NEſtor, Decio impio, & injuſtiſſimo Imperatore, martyr, & Publico Præfecto, Pergæ in Pamphilia Chriſtianis parentibus natus, atque ab iis ſacras edoctus litteras, gentilium linguam, & ſermones ſacræ Scripturæ teſtimoniis retundens, complures ad Dominum traductos baptizabat. Quare ab Irenarcho prætore comprehenſus atque ad Præfectum ductus, cum Chriſtum Deum verum mundique opificem confeſſus eſſet, primum multa verberum ſectione conſcinditur, deinde ferreis ungulis laniatus in crucem agitur; unde ad extremum uſque ſpiritum, de via veritatis, vitæque præſentis contemptu apud adſtantes diſſeruit.

Eodem die, Commemoratio Sancti Patris noſtri Thalelæi.

411 THalelæus Cilix aſceticæ vitæ ſtudio Gavalos urbem profectus, loco quodam urbi
B proximo ac dæmonibus dicato cellulam ædificavit, fugatiſque dæmonibus Deum ibi colebat, & ſeipſum vigilando, humi cubando, carnem macerando, conficiebat. Moleſte autem ferebant dæmones tantos viri in virtute progreſſus, & idcirco conati ſæpius ſunt timorem illi injicere: ſed cum oratione ſancti evaneſcerent furore perciti, oleas, ficuſque, & arbores convellere cœperunt, nocturniſque terroribus, monſtris, & phaſmatis hominem perterreſacere: verum cum nullum illis conſilium prodeſſet, victi diſceſſere, nulla amplius illata Sancto moleſtia: qui extructa ſibi anguſtiore etiam cellula in ea ſe incluſit, neque ex ea pedem unquam extulit.

Eodem die, Commemoratio Sanctarum Mulierum Maranæ, & Cirræ.

412 MAtana, & Cirra Veriæ in Cilicia natæ, miſſo patriæ, & divitiis nuncio, non procul ab urbe in cellulam ſe abdidere, obſtructaque lapidibus, & creta janua, per feneſtrellæ anguſtias
C porrectum parciſſimè cibum cum aqua admittebant, cumque perpetuò tacerent, ſemel tamen quotannis Pentecoſtes die congredientes mulieres ad virtutem adhortabantur. Ad hæc magno ferri pondere ſe ſe onerabant. Præterea tanta erat in victu earum temperantia, ut ſolemne quadraginta dierum jejunium ſemel tantum ſolverint. Quibus rebus conſecutæ ſunt, ut fugatis dæmonibus, cæciſque viſus & claudis inceſſus facultate reſtituta, multiſque aliis claræ miraculis, è corporis vinculis evolarint.

Eodem die, Commemoratio Sanctæ Domninæ.

413 DOmnina Cyri parentibus, non minus pietate, quam genere orta nobilibus, tanto ab ineunte ætate extitit in Deum amore, ut in aſceticæ vitæ certamen deſcendens in tugurium, quod ea arundinibus domi contiguum extruxerat, ſe incluſerit, ubi diu noctuque cum lachrymis pro totius Orbis, Eccleſiarum, pro Orthodoxorum
D Imperatorum, pro exercitus, pro Reipub. denique pro ſui ipſius ſalute Deum orabat, quæ cum vitam lente maceratam, & modica aqua toleraret, extenuatoque aſſiduis laboribus corpore, vitam duceret Angelicam, migravit in cœleſtem illam ſedem, ubi cum Domino, cujus ſemper arſit amore, æternis perfruitur bonis.

CHRO-

Ex Ughelli tomo ſexti.

CHRONICA MONASTERII S. BARTHOLOMÆI DE CARPINETO,

Quod in Epiſcopatu Pennenſi conſtruxit Comes Bernardus Liuduni anno ſal. MCCCCLXII.

Auctore Alexandro Monacho, qui eam ſcripſit Cœleſtini III. Papæ temporibus, nunc primum in lucem edita, ex Membranaceo M. S. codice Monaſterii Caſanovæ Aprutii fideliter exemplata.

PROLOGUS.

CUM quædam inſtrumenta hujus Eccleſiæ vetuſtas magna pene conſumpſerit, quædam verò infirmis litura calami fecerit, ad legendum ſatis horrienda, & deceſſorum neglectus diverſorum eorum contractuum, & variorum eventuum ſcriptis nulla, vel pauca notaverit, noſtrorum ideo multos in negotiis hujus Monaſterii ſcientiæ magna dudum coarctavit anguſtia. Ob id igitur univerſi fratres hujus ſacri Cœnobii, me fr. Alexandrum eorum minimum, & Commonachum importuna coegerunt petitione, ut Chronicorum librum deſcriberem, cujus operis omnis mihi puſillanimitas arduum aſſerebat, quia verebar ne ſcientiæ mediocritas ignominię mihi ſuſcitaret detrimentum: aquam enim ſapientiæ non potaveram, ſed ejus modicam, & minimam ſtillam, quaſi ut electionem, & fugam deliberaveram, melius ideò credebam meam imperitiam ſilendo tegere, quam loquendo undare. Verum precibus, & præceptis Fratrum devictus cunctatione poſtpoſita temprare præſumpſi quod hortabantur, quia perfecta charitas foras mittit timorem. In primis igitur ſingula capitula ſingulorum Capitulorum, deinde qualiter Bernardus Liuduni vir quondam magnificus Monaſterium iſtud conſtruxerit, quibuſve illud dotaverit poſſeſſionibus, quem Abbatem inſtituerit, calamo brevi compegi. Poſtmodum qualiter cæteri Abbates huic Monaſterio ſeriatim conſequenter præfuerunt, cenſus eorum, actus, & contractus, donationeſque bonorum virorum ſub eorum temporibus huic Monaſterio factas compendioſiori quam potui ſtylo congeſſi. Deinde omnia inſtrumenta ſeriatim ſtatui, litteras vero ab Apoſtolica Sede manantes, & Regia curia, vel quorumlibet hujus Regni Principum ad lites facientes in ultimo poſui. Eorum ſiquidem quæ narravi alia ſcriptis utcumque notata reperi, alia me antiquorum traditio docuit, alia vero noſtris geſta novi temporibus, quæ omnia licet mendicantis ſtyli jejuna oratio nequiverit èxquiſito polire dictamine, & limpidarum dictionum operimento veſtire, humiliter tamen vobis, & devotiſſimè, o lectores, ſupplico, ut ſi quid reprehendendum videritis, potius corrigere, quàm deridere curetis.

Explicit Prologus Fr. Alexandri Monachi Sancti Bartholomæi in Aprutio.

INCIPIT LIBER Chronicorum Primus.

EGregius itaque vir totus ex ſapientia, & virtutibus factus, meritis parentum nobilis, fama celebris, vita perſpicuus Bernardus Liuduni quondam filius totius Comitatus Pennenſis Dominus die quadam, dum gravi eſſet corporis infirmitate correptus, occulta eſt divinæ gratiæ infuſione reſperſus; & diù intra plectibile conſcientiæ penetrale deliteſcens animo volvebat, quia velox eſt hominis tranſitus, & repentinus abſceſſus. Nam dum exierit ortum, rapitur ad occaſum, cujus felicitatis tela tunc ſucciditur, cum orditur, adjuſque de mane ad veſperum gaudia finiuntur. Cogitat ergo qualiter gehennalia poſſit vitare ſupplicia, & fieri particeps vitæ perennis. Gratia igitur divinæ miſerationis, quam nil meriti præcedit humani, ejus animo ſtillicidium ſacri roris infudit, eumque ad conſulendum Beneventanum Archiepiſcopum affinem ſuum excitavit; quem adiens diligenter conſuluit quid horum ſit acceptius Deo, Sepulcrum Dominicum viſitare, an Monaſterium conſtruere? qui majoris ait eſſe meriti, & potioris retributionis Monaſterium de propriis rebus conſtruere, quatenus illis ſub regulari norma Religioſorum virorum concentus altiſſimo Deo laudes jugiter inibi reddant, & vota. Addauit ſiquidem jam dictus Archiepiſcopus inquit: Ego dabo tibi de oculis Domini, ideſt de Reliquiis Apoſtolorum qui fuerunt oculi Domini. Reverſus igitur in honore glorioſi Apoſtoli Bartholomæi Monaſterium conſtrue, cujus te poſtmodum ſacris ditabo Reliquiis. Tunc felicis memoriæ Bernardus vir magnificus tanquam fœcunda tellus celerirore compluptus, divini verbi ſemine recepto huic prudentiſſimo ſe obtemperaturum promittens conſilio lætus remeavit ad propria. Quò cum incolumis repedaſſet, cœpit æſtuanti animo cogitare ubi locum Monaſterio aptum, & Monaſticæ utilitati poſſet invenire competentem. Divina ergo providentia factum eſt, ut quadam cum venatoribus die dum iret venatum, Dei nutu immanis urſus ei obvius in nemore proſiliit, juxta Fluvium Nauram, quem inceſſanter una cum ſociis, & canibus ſequens interfecit in Inſula, quæ eſt inter fluvios Nauram, & Rivum de vite. Qui locus eſt in provincia Piceno in Territorio Pinnenſi ad radicem montis Appennini, a quo Pennis nomen aſſumpſit, dictus collis de Lecina quia multa erat ilice plenus inter fluvios Nauram & Rivum de vite, qui de radice ipſius montis profluentes licet diverſis locis prolenitiſimul ſetamen in ipſius inſulæ fine conjungentes, & per unum deinde alveum diſcurrentes inſulam gratam, ac protegentium arborum umbroſa denſitate feſtivam, & garrulo modicum murmure, ſuarumque leni venarum ſuſurro laſcivam efficiunt, & ab æſtu protegantur horrendi fervoris: nam loca ſana ſolent frigidio-

gidloſa ſore. Quam dum videret habilem, & ea aptitudine poſitionis, & ſitus, & aquarum amœnitate, atque aeris puritate ſanitati hominum, & Monachorum uſibus admodum congruentem, gaudio gaviſus eſt magno, quia ille, qui quondam providit Abrahæ quid ſacrificaret in monte, providerat ei locum ubi poſſet in actu prodere, quod in affectu mentis conceperat. Subito itaque Capellam ad honorem Sancti Martini, deinde Monaſterium ad honorem Sanctiſſimi Apoſtoli Bartholomæi conſtruxit, atque ipſum, ut ejus continent inſtrumenta, ſuis dotavit poſſeſſionibus, & magna libertate donavit, quia illud nulli perſonæ, niſi ſolo Deo commiſit. Congregavit Monachorum cœtum, ut ibidem ſub Beati Benedicti Regula Deo jugiter militantes laudes perſolverent. Statuit Abbatem, virum diſcretum atque Religioſum gratia, & nomine Benedictum. Poſſeſſiones, quas idem vir jam dictus Bernardus longa memoria dignus huic Monaſterio tradidit ſub Abbate Benedicto, licet prolixius ſint in ejus autenticis inſtrumentis deſcriptæ, dignum tamen æſtimo hic eas aliquo modo prænotare. In Colle de Lecina dedit terram 300. modiorum, & ipſos fluvios Naaram, & Rivum de vite. In Battutis terram modiorum centum. In plagis de Peſcio modiorum 40. In Melenaro juxta petram ficcatam terram modiorum 30. In Sanguineto modiorum 120 In Latapara modiorum 38. In Monte malo modiorum 12. In Locretano ad Napozzanum modiorum 20. Et ad Cortinas de Sancto Petro terram modiorum 30. In Caſali ſpeſſo terram unius modii cum vinea ibi plantata. His igitur ita peractis Beneventanum de promiſſo cum ſuppoſitione repetit Archiepiſcopum, expoſito ei per ordinem quicquid egerit. Qui ut cognovit ſalutiferi ſui conſilii ſemen meſſem uberem protuliſſe, & conceptum piæ devotionis in partum felicem transductum, videns ſe illum lucratum fuiſſe in Domino, in eodem lætus, & gaudens donavit ei brachium dextrum a cubito ad humerum glorioſiſſimi Apoſtoli Bartholomæi, quod eo tempore, quo diſponente Deo almifici corpus Apoſtoli de Lippari fuit Beneventum translatum, principante Sicardo quinto filio Siconis Principis ad roborandam fidem videntium, ut illic Apoſtoli corpus quieſceret ſuper altare in argentea capſa fuit locatum. Tunc ille per Venerabilem Archiepiſcopum, cui per tres menſes cum centum ſervierat militibus, pretioſo ditatus theſauro cum exultatione magna remeavit ad propria. Et convocatis poſtmodum Epiſcopis Pennenſi, Aprutino, Theatino, Valvenſi, & Marſicano fecit ipſum ſacratiſſimum Brachium, in majori Altario hujus Eccleſiæ conſecrari, ipſamque totam Eccleſiam ſolleniter dedicari, anno Dominicæ incarnationis 962. VI. Kal. Septembris. Statuit præterea, ut nullus ſuorum hæredum, & conſanguineorum in eodem Monaſterio licentiam habeat dominandi, vel ex debito aliquid exigendi. Obeunte vero Abbate, Fratrum Conventus, vel pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & Beati Benedicti Regulam, alium Abbatem, quem mallent eligerent. His igitur ſtatutis in ordine, cœpit Monaſterium Religione vigere, & munere divinæ gratiæ, ac prudentia præſcripti Abbatis Benedicti in poſſeſſionibus cottidie augeri. Et quia, ut dixi, Monaſterium Religione vigebat, plures divinitus illuſtrati venientes de ſuis poſſeſſionibus huic Eccleſiæ offerebant, & eorum oblationes ſcriptis corroborabant, quæ in hoc Monaſterio uſque hodie conſervantur. Ipſe vero Bernardus ſolennis memoriæ ea quæ dederat in primordio Monaſtico regimini pauca dijudicans, addidit in Ara antiqua Eccleſiam Sanctæ Luciæ cum quinquaginta modiis terrarum, & in Todeliano Eccleſiam Sancti Pancratii cum terra modiorum centum. Leo quondam filius Joannis dedit huic Monaſterio terram unius modii, & Albertus Conſtantii in ara antiqua terram modiorum quatuor, Attenolſus filius Attonis in Ozana in fluvio Tabe unum Molendinum, & dedit prænominato Abbati, & ſucceſſoribus ſuis licentiam faciendi molendina ubicumque in Ozana fieri poſſent. Hic verò Abbas fuit quaſi primus in ædificio lapis, quia primus hujus Monaſterii extitit Abbas, & juxta nominis etymologiam gratia Benedictus, & nomine. Cujus opus, & meritum benedictionis gratia non vacabant, ſuper quem, quaſi ſuper lapidem hujus Eccleſiæ ſtructura ſurrexit. Qui poſt decem annorum curricula, quibus huic Monaſterio præfuit, vitam ſuam felici exitu conſummavit. Quo tamulato fratres quendam de ſuis nomine Conſtantium elegerant, & more debito incathedraverunt, tempore cujus Petrus, & Aczo filii Joannis germani fratres dederunt huic Monaſterio Eccleſiam S. Juſtæ de Locretano ſitam in Colle Joannis. Deinde poſt trium annorum decurſum, quibus huic Eccleſiæ præfuit idem Abbas correptus infirmitate Deo jubente finem vitæ ſuſcepit. Cujus corpus fratres de conſuetudine tumulantes poſtmodum in unum conveniunt, & ne Monaſterium diutius, & res Eccleſiæ deperirent, elegerunt, & in ſede poſuerunt quemdam ex ſuis nomine Beſone, qui cœpit contemplationi, & actioni vacare cum neceſſitas propulſaret: conabatur enim quotidie Monaſterii poſſeſſiones augere, & adeptas ſolerti ſtudio laborare, & cuſtodire. Tempore cujus Mainardus Presbyter dedit huic Monaſterio in Ara antiqua Eccleſiam Sancti Pauli, & ibidem terram modiorum duorum, & vineam ibi plantatam, & alibi juxta rivum Moraldi in Freviano Petrus filius Irtuperti terram modiorum 5. & ſcatariorum ſex. Lupus cui ſuper nomen Geczo filius Joannis dedit partem ſuam de Sancta Juſta de Locretano. Has & alias poſſeſſiones tempore hujus Abbatis adeptum eſt Monaſterium divino dono, & aptitudine morum ejus ſagaci, qui cum tres annos ad profectum Eccleſiæ deſudaſſet, ægritudine gravi percuſſus obitum ſuum fratribus commendans diem clauſit extremum. Cujus funeris, ut debitus ordo poſcit exequiis celebratis, fratres communicato conſilio pari voluntate de ſuo conventu, quemdam virum providum, & diſcretum Azonem nomine in Abbatem elegerunt; qui commiſſi gregis cœpit vigilem curam habere, & ad profectum Eccleſiæ laborare. Tempore cujus Ango filius Urſi dedit huic Monaſterio in Colle de Lecina Eccleſiam Sancti Silveſtri cum terra trium modiorum, ſed cum ad correctionem morum, & obſervantiam Regulæ aſſidue invigilaret, ictu infirmitatis perculſus, & viam univerſæ carnis ingrediens migravit ad Dominum poſt XVII. annos, quibus in regimine hujus Monaſterii laboraverat. Poſt quem fratres elegerunt Bernardum, quo poſt XVII. annos defuncto, eligitur in Abbatem Dominus Giſo; & hic poſtquam XVIII. annis iſti Eccleſiæ præfuit, mortis debitum ſolvit. Poſt paucos vero dies fratres convenerunt in unum, & ne Monaſterium diutius ſine Rectore maneret, & res Eccleſiæ deperirent, elegerunt in Abbatem quemdam de ſuis nomine Stephanum virum contemplationis amatorem, & circa frequens Eccleſiæ miniſterium valde ſollicitum, tempore cujus Monaſterium cœpit bonis temporalibus creſcere, & opibus multis abundare. Ipſe autem Bernardus ſapiens architectus hujus Eccleſiæ memoriæ celebris bonum opus curabat reparare frequenter, & ſemper recentiores ſacræ oblationis apponere flores, & addens nova prioribus, aliis atque aliis pietatis actibus vetera innovabat, adjiciens in territorio Penenſi, in Valeczo, in Denſana, & in Coſſis, & in tribus ſoliis, in valle de Rubo in Nepoczano, & in Mortula terram cultam, & incultam modiorum mille quadringentorum. Et Eccleſias S. Felicis, Sancti Joannis, Sancti Angeli, & Sanctæ Mariæ, quæ infra iſtos fines ſunt ædificatæ. Nam quia Monaſterium iſtud adhuc cingebatur modicarum poſſeſſionum finibus, poſtmodum vero augmentum accepit dono Dei, in cordibus hominum ſuam infundens gratiam, qua plures illuſtrati, prout propria ſuppetebat fa-

cul-

Digitized by Google

enitas de ſuis poſſeſſionibus huic Eccleſiæ offerebant. Inter quos duo nobiles viri de Valle Tritona Senebaldus, & Joannes filii Berardi de loco qui dicitur Capreaque dedere huic Monaſterio in territorio Valvenſi Terram modiorum ccl. tam in montibus, quam in planitie, cujus fines ſunt, Furca de Urſulis, & vadum de corno, & Summa cum vineis, & arboribus ibi plantatis. Item Dedo filius Aldonis dedit terram modiorum lx. in tribus ſoliis in valle de rubo, in Valeczo, in Polode mortula, in Caſtello vetulo, & in Coſſis cum vineis. & arboribus ſuis, & medietatem Eccleſiæ Sancti Angeli, Sanctæ Mariæ, S. Felicis, & Sancti Andreæ, & Molendinum quod eſt infra ipſos fines ædificatum. Item Lebrandus Moczus de Brittulo, quia diabolico inſtinctu Ancillam ſuam in illa Eccleſia interfecerat, ad redemptionem tanti criminis dedit huic Monaſterio Caſtellum Faram de Macclis, cum omnibus pertin. ſuis, cum cccc. modiis terrarum, quæ habent fines verticem montis, & vallem bonam. Et quia Eccleſiam. quam humano, quem ibi effuderat, ſanguine, maculaverat, ſanctificationis oportebat gratia expiari, dictus Lebrandus Reatinum conduxit Epiſcopum, qui ut Canonica ſanciunt inſtituta, ſanctificationis munere pollutionis maculam abolevit. Item Raynaldus Bernardi filius, quam bonus palmes bona radice prodiens felicibus paternis inhærens veſtigiis conceſſit, & dedit jam dictum Caſtellum, & quicquid ejus dominio attinebat. Et in Carpineto dedit huic Monaſterio unam inſulam in fluvio Naura menſura trium quartariorum, & duo molendina. Presbyter Joannes filius Oczonis dedit in Caſulis terram modiorum xl. & alibi in loco qui dicitur Morum Eccleſiam Sancti Petri, & terram unius modii & ſextariorum ſex, & unam vineam, & unam petiam terræ ad Sanctam Luciam, & in Capeteniano duas petias, & duas in Pexinulis. Joannes & Andreas presbyteri filii Joannis dederunt medietatem Eccleſiæ S. Martini de Catiniano. Deodatus Judex dedit huic Monaſterio in Salajano terram modiorum novem: Urſus filius Polle dedit in Sculeula terram modiorum quatuor. Theodinus, & Attenolfus filii Joannis dederunt in Acriſolletto terram modiorum octo, & ſextariorum totidem. Sanſo filius Luponis, & Aezo filius Petri dederunt Eccleſiam S. Martini de Seconſano, & terram modiorum trium, & ſextariorum ſex, de qua Eccleſia Sanſo Joannis dedit partem ſuam. Rodelandus dedit Eccleſiam S. Annæ. Joannes filius Joannis in Caſteldano terram modiorum octo. Ardemmannus Gualberti cum Acza conjuge ſua filia Todemarii Caſtellum Tellanum cum terra 600. modiorum cum Eccleſiis & tenimentis, & hominibus, & omnibus pertinentiis ſuis. Hi omnes quos ſupra notavimus, & alii plures, qui in præſenti pagina non ſunt connexi, dederunt huic Monaſterio S. Bartholomæi poſſeſſiones, Caſtella, Eccleſias, & prædia ſua tempore præſcripti Abbatis Stephani. Qui quandiu vixit in hoc ſæculo, & Eccleſiæ ſibi commiſſæ ſolertem curam gerebat, & ſui cordis aditum ſervabat omni cuſtodia, & quia Deus tam ſervum fidelem, & vigilantem volebat intrare in gaudia omnem ſelicitatem offerentia, ei finem vitæ impoſuit. Qui cum decem & ſeptem annos profectibus Eccleſiæ deſudaret, ſeptimo Idus Septembris diem clauſit extremum. Cujus ſucceſſor fuit Joannes, cui prænomen erat Caſtaldus vir prudens & contra adverſa ſecurus. Qui poſtquam tres annos regimini Eccleſiæ præfuit in quarto carnis debitum ſolvit. Cui ſucceſſit Erimundus ejuſdem Congregationis Monachus, de quo quia multiplex nobis offertur materia, plectrum linguæ reparemus per otium. quo & ingenii vena ad votum reſpondeat, & officium ſuum promptior lingua expediat.

LIBER SECUNDUS.

Loquendi virtus ſilentio reformata, excuſſo torpore mentis exurgat robuſtior, Spiritu ſeptiformis gratiæ dantes, quod promiſimus, ut loquamur de Erimundo hujus Monaſterii venerabili Abbate: tempore cujus quanta Monaſterium iſtud fuerit adeptum, ſcriptura diſerta notatur, de quibus aliqua duximus præſenti pagina prælibanda. Giſo filius Camponis dedit huic Monaſterio unam ancillam Maurialam nomine, filiam Rocce, cujus prænomen fuit Moriea, & unum ſervum nomine Joannem, qui ſi aliquomodo a jugo hujus Monaſterii vellent excutere colla, & a dominio Eccleſiæ fugere, legali mandato dedit licentiam Erimundo Abbati, & ſucceſſoribus ſuis plagis eos vapulare multis, & iterum eos dominio Eccleſiæ ſubdere. Quos ipſe Abbas ſtatuit habitaturos in quodam ſuo tenimento, a quibus uſque hodie dicuntur terræ ſervorum. Gualterius Bruni dedit huic Monaſterio in Caſtello ſabriea terram modiorum centum. Cujus fines ſunt lamæ, & ripæ, & mons Canatimius. Conſtantius Illebrandi, & Paparus filius Coni, dederunt in Caſtello Fara de macclis, terram modiorum ducentorum, & omnes homines quos ibi habebant, nihil ſibi vel ſuis hæredibus reſervato, & in fluvio Naura unum molendinum propter quod Erimundus Abbas dedit eis ſexcentos ſolidos denariorum. Qui tali pacto ſunt huic Monaſterio fidati, ut ſi de donatione illa præſumerent aliquid ultra demere, vel exinde Monaſterio inferre moleſtias, ei decem libras optimi auri componerent, & ſoluta pœna exinde perpetuo ſilendo quieſcerentur. Hæc tranſactio celebrata eſt in trivio inter Baliarinum, & ſanctum Deſiderium in præſentia Traſmundi, Bernardi, Gottefredi, Actonis, Gualberti, & aliorum bonorum virorum. Joannes filius Joannis dedit huic Monaſterio in Todellam terram modiorum viginti. Dodo presbyter, Eccleſiam S. Mariæ ſub Brittulo. In colle de Mandula, terram modiorum decem, quæ habet fines viam Salariam, & rnigagines. Gualterius Dodonis in pertinentia Brittuli terram modiorum quindecim, & unam vineam in loco qui dicitur Franconis, & in Valle Criſtina, quæ habet fines a capite montem Cannativum, a pede viam Salariam, & Vallem Joannis Longi. Todaldus filius Gualberti in pertinentia Brittuli terram modiorum quinquaginta, quæ habet fines a capite montem Cannativam, a pede viam Decinlanis, & ex uno latere baſam muratam, & ex alio pertinentiam de Fara, & inſuper dedit aliam terram modiorum 60. in pertinentia ejuſdem Caſtelli infra fines Cannatinum & fluvium Nauram. Illebrandus filius Gualberti tres maſas Seminum in Caſtello Farra. Randiſius Gualterii Eccleſiam S. Sepulchri, Eccleſiam S. Silveſtri de Veſtigio. Raverius, filius Deodati, & Erimundus filius Bernardi dederunt huic Monaſterio in Todellano terram unius modii, & unum molendinum; Adenolfus filius Deodati medietatem Eccleſiæ S. Savini de Caſali Spaſſo. Joannes presbyter filius Litolphi de Valle aritana totam portionem ſuam, de Caſtello Deſſano, videlicet de caſis, & caſarilibus, terris, vineis, ſilvis, ſalectis, arboribus, ſamulis, ancillis, & quartam partem Eccleſiæ S. Januarii, quæ fundata eſt in Colle pretioſo cum medietate molendini de Portecello, & medietate molendini de Orphanello, omnia dedit huic Monaſterio quæ attinebant ei in Valle tritana. Joannes & Lambertus filii Lamberti dederunt in Alano Eccleſiam S. Petri. Lupo presbyter terram modiorum quatuor in Andravano ad Fontecellos. Item Bernardus filius Bernardi commutavit cum Abbate Erimundo; hic Abbas dedit ipſi Bernardo Caſtellum Pallecantum, & Eccleſiam Sancti Pancratii cum centum modiis terrarum, & ipſe Bernardus dedit huic Monaſterio S. Bartholomæi medietatem Eccleſiæ Sancti Savini de hortis, cum

ter-

terra modiorum centum octoginta, & alibi in loco qui dicitur Maccle, terram modiorum 60 quæ habet fines a pede Rigumloragarii, & Eccleſiam S Enlanii de Collo frigido, aliam vero medietatem ſupraſcriptæ Eccleſiæ S. Sabini dedit cum toto ſuo tenimeoto. Traoſmuodus Bernardi, qui a nobili ſtipite ſcilicet a Bernardo Ejuduol trahens originem, & volens ſuccedere meritis cujus ſucceſſor esat progenie, dedit huic Monaſterio Eccleſiam S. Nicolai de Ocertano. Hic cum haberet Caſtellum de Buphis ipſa ſui parvitate debile, ita quod imbecillitate ſua hoſtium oon poſſet devitare aſſultus; ſimiliter Monaſterium iſtud cum haberet Caſtellalum Mortulam magna debilitate invalidum, pepigerunt ſimul ea duo Caſtella ponere in loco, qui nunc dicitus Locretanum, dante ibidem ipſo Traſmundo prænominato Abbati terram Sextasiorum ſex, & pugillorum quatuor, & extra Carbonarias ipſins Caſtelli terram modiorum duorum tali pacto; ut uouſquiſque eorum haberer homines ſuos ſicut in proprio Caſtello ſuo, & Abbas haberet Eccleſias ipſius Caſtelli, ordinandas, & diſponendas arbitrio ſuæ voluntatis, & ſic exinde habuit ipſe, & ſucceſſores ejus quiete poſſederunt in ſna Caſtellania, & dominio, ſicut in proprio ſuo Caſtello, homines, & Eccleſiaa; ipſe vero Traſmundus cum aliquam facultatem ejus temporis mioiſtrabat, congruitas in commodum hujus Eccleſiæ diligentiſſime exuberabat. Addidit quæ huic Monaſterio dederat Monaſterium S. Vitalis cum Eccleſiis ſuis, & dote, & omoi tenimento. Cujus fines ſunt Petraſcripta guardia major Scorriblum ſervorum, Caput montis Aquæpendens; quod ſicut ipſius continet inſtrumentum, dividit teoimeotum ejus, a teolmento Carpineti, & Miratoria, boxxa de acera, Fluvius Sclaonis, & via quæ revertitur ad Perram ſcriptam. Hoc igitur Monaſterium S. Vitalis dedit huic Monaſterio Sancti Barthulomæi tempore Abbatis Erimundi cum toto tenimento, quod eſt infra iſtos fines menſura modiorum quingentorum, & ſi hanc menſuram excedit, ut ejus aſſerit inſtrumentum, olhil ſibi, vel ſuis reſervavit hæredibus. Sed omnia in integrum huic largitus eſt Monaſterio. Prædictam Eccleſiam cum hoc tenimento, & omnibus aliis ſuis poſſeſſionibus in ejus inſtrumento deſcriptis ad poſſidendum, hæreditaodum, & de ea ſecundum voluntatem ſuam diſponendum. Deinde procedente tempore vir iſte magnificus, & io mundanis negotiis ſtrenuus, perhorreſceos perſidiam fortunæ pernitioſam, ludentis falſæ felicitatis illecebris, & ejus cæci numiois vultus ambiguos deprehendeos, rotam orbicuları ſapeu cuncta verſantem, ſapienter deſcendit, & veniena ad Monaſterium iſtud, cui multum erat devotus, cervicem ſuam ſub regulari norma Beati Benedicti Deo jugiter militaturus domandam ſubmiſit, ubi poſt tempora felici exitu migravit ad Dominum, & io hoc Monaſterio ſepulturam accepit. cujus nepotea Sanſo, & Carboncelius filii Raynaldi fratris ejus deſcendentes per conſanguinitatis lineam a nobili ſtirpite Bernardo Linduol memoriæ celebrandæ, a quo tertio gradu ſecundum Canooes diſtincti avitæ plantationis devoti eultores Monaſterio iſti magna dilectione tenebaot obnoxii. Cui dederunt Eccleſiam Saoctæ Mariæ in Geneſtrula, & Eccleſiam S. Mariæ Inſereno, cum terra modiorum centum. Has duas Eccleſias dederuot huic Monaſterio poſſidendas, & pro ſua voluntate judicandas, & ordinaodas. Iterata igitur oblatione dederunt io Carpineto juxta loparcum terram modiorum quatuordecim. Præterea ipſi Carboncelius, & nepotes ſui Raynaldus, filii fratria ſui Sanſonis dederunt huic Monaſterio S. Bartholomæi medietatem Caſtelli Carpineri, cum carbonariis, cum hominibua, eum introitu, & exitu ſuo, cum tenimentis, & pertinentiis ſuis, quæ habeot fines a capite verticem montis Aquæpendentem, Coculum, ulteriotem petram fluris, & metam fagum Raynaldi, Perellum collendæ pio oeca focem, Montem Rotundum, Rivum, ſilvam planam. Scoriblum ſervorum, miratoria, guardiam majorem, Petras Raymundi, Caſtillonem, & Foſſatum a fecatilis. Præter hæc dederunt medietatem Eccleſiæ Sanctæ Agathæ, & in Burgo terram menſura unius modii. Raynaldus, & Bernardus filii Sanſonis paternum, & patruele imitantea exemplum, ut quibus ſuccedebant progenie, ſuccederent meritis, dederunt huic Monaſterio Eccleſiam S. Nculai de Viculo perperuo poſſidendam, & pro ſuæ voluntatis arbitrio indicandam, & diſponendam nihil ſibi, vel ſuis hæredibus reſervato. Item ipſe Carbuncellus, cujus affectus nunquam a bono refrixit circa Monaſterium iſtud, cui oblationis munus recitare curabat, ut meritum ſuæ retributioois augeret, dedit huic Monaſterio Eccleſiam S. Chriſtophori ordine prætaxato, ſed poſtquam eſt ipſe ſepultus in gloria, reliquit filium ſucceſſorem hæreditatis non probitatis nomine Bernardum, qui proavi abutens vocabulo ejus moribus, & meritis fuit omoloo diſſimilis, ita quod noo ab illo floriſero ſtipite Bernardo Linduni hujus Monaſterii fundatore, ſed ab architecto ioiquæ conſtructionis diabolo crederetur traxiſſe originem. Nam non ejus erat filius, cujus locum tenebat, ſed cujus opera exercebat: hic pabulum Antichriſti, maſſa dæmonis, coluber tortuoſua a majorum virtute degenerans cœpit contra Monaſterium iſtud liventi animo ioſanire, & quaſi crueota beſtia fremere, & ad everſionem ipſius tota mente aſpirare, bona Monaſterii lacerare, detrahere, & modis quibus poterat devaſtare, & anoullare; rodebat eoim mordaci deote quidquid de bonis hujus Monaſterii capere poterat, vel attrectare. Ad cumulum igitur ſuæ nequitiæ, & Monaſterii, quam optabat, deſtructionem, mittit Camerarias ſuas ad lavandum paooos ſecus portam Monaſterii, quæ venientes frequentabant, & utebaotur officinis Monaſterii tamquam propriis domibus. pro pudor? intrabant clauſtrum, & refectorium auſerentes panes de meoſis, Monachorum victui deputatus, & quod erat ſceleſtius, domum ad expurganda fratrum exquiſita naturæ propriis uſibus deputabant. His laqueis conabatur Monachorum intercipere anl ıos, has eis ſoveas ad ruinam parabat. Tanta itaque perſecutio e vexabat Monaſterium, quod ejus Abbas Erimundus vir vitæ veoerabilis cum ſuis fratribus compellitur Monaſterium egredi; ſequens illud evangelicum; Si vos perſecuti fuerint in civitate una, fugite in aliam. Ivit locratanum. cui toto tempore illius perſecutionis, tanquam domui cohabitavit: datur locus viro nequiſſimo, ut dum injuſtus ſævit Bernardus, juſtus cum fratribus purgatur Erimundus, quia utilitati innoceotium militat vita pravorum. Sed Deus omnipotens, qui baltheum regum diſſolvit, & accingit fune renes eorum, ad abolendam hujus viri nequitiam excitavit Normaonos, ad quorum adventum, ut pulvis ante faciem venti, &, ut lutum platearum, eſt hic Bernardua gravi deletus exterminio, & proſcriptus ab hæreditate paterna, qui egeous, & exul, gravi poſt detentus infirmitate ſpiritum exhalavit. Verum Normannorum quidam vir nobilis, & magnificus Ugo Malmozeitus omnes provincias iſtas nutu divino, ſuo ſubdidit dominatui. Septem filios quos habebat ſtatuit Ducea, & Comites, venit ad Monaſterium iſtud, & dum videret ejus deſolationem horrendam, & tyrannide Bernardi ſepeliendæ memoriæ Monaſterium deſtructum Monachis, & Abbate vacuum, ejus miſeriæ condolens, & valde compatiens revocavit Abbatem, & Monachos, & eos propriis reſtituit ſedibua; Monaſterii bona congregavit diſperſa. Compegit confracta, & compacta ſervavit. Ubi autem Erimundus Venerabilis Abbas eſt propriæ ſedi cum Fratribus reformatus, qui fuerat prius lucerna latens ſub modio, cœpit poſt modum lucere ſupra candelabrum. Diſſolutis igitur perſecutionis nebulis ipſe Abbas Monaſterii profectibus cœpit indeſinenter ioſiſtere, & opus campanilis, quod imperfe-

ctum

ctum reliquerat, conſummavit, & dum ad regimen Monaſterii viginti & quinque annos deſudaſſet, octavo Calendas Februarii monitus ſacro Viatico migravit ad Dominum, cui ſucceſſit Adam, qui vivens in regimine annis tres, quintodecimo Calendas Januarii vitam conſummavit in brevi. Sed cum de Fratribus Monaſterii non eſſet quiſquam ad regimen Eccleſiæ ſufficiens, qui poſſet illud a tanta inopia relevare, quoniam adhoc calamitate ſqualebat, ob miſeriam per iniquum Bernardum inlatam, adeunt Fratres Ugonem Malmozettum, qui glutino devotionis, & magnæ dilectionis erat Monaſterio fœderatus; conſulunt eum de invenienda perſona, quæ regimini Monaſterii eſſet ſufficiens, & ad proponendum idonea, cujus conſilio, & auxilio elegerunt quendam Monachum Caſinenſem Præpoſitum Eccleſiæ ſeptem Fratrum de Aprutio virum prudentem religione, & vita probabili notum, nomine Joannem; qui juxta morem ſublimatus in ſede cœpit ad reſtaurationem Eccleſiæ diligenter laborare. Verum eo tempore Monaſterium S. Clementis, quia Paſtore vacabat, & fratres ipſius Monaſterii ſcientes hujus Abbatis prudentiam, & vitam commendabilem, petierunt ipſum in Abbatem S. Clementis, & quoniam enixius clamaverunt, ſecuta eſt eorum clamoris exauditio, transfertur ad ipſam Abbatiam, & ei proponitur Abbas poſt decem annos, & menſes totidem quibus huic Monaſterio præfuerat, qui pro morum honeſtate, & ſapientiæ prærogativa poſtea in Epiſcopatum S. Pelini meruit ſublimari, & dimittens Abbatiam, tenuit Epiſcopatum, pauco tempore quidem, duobus videlicet annis, menſibus quinque & vigintiquatuor diebus in regimine, tam Abbatiæ S. Clementis, quam Epiſcopatus S. Pelini, & vivere deſiit, & in S. Pelino octavo Idus Auguſti meruit tumulari. Verum quoniam a Monaſterio iſto per ſeriem orationis videor digreſſionem feciſſe, per eandem ad illud faciamus. Quia per hujus translationis contractum Eccleſia iſta fuerat viduata paſtore, cœperunt fratres de eligendo Abbate tractare, circa quod ipſe Malmozettus cœpit eſſe ſolicitus, eo quod dominus erat hujus Monaſterii, cui ſatis devotus, qui ad ſuggeſtionem uxoris ſuæ veniens ad Monaſterium iſtud cœpit diligenter inquirere, ubi eſſet Sanſo Monachus quondam filius Carboncelli recordationis felicis, qui ob iniquitatem fratris ſui Bernardi in adventu Monachorum fuerat per eos una cum illo proſcriptus, & tunc apud Monaſterium S Juannis in Venere, propter perſecutionem imminentem ſibi, quaſi deliteſcens manebat: quod ut comperit præfatus Ugo, miſit, & eum ad Monaſterium iſtud fecit venire, credens, immo quaſi divino præſagio illum imitationi boni Patris Monaſterio huic profuturum prævidit: cœpit igitur fratres monere, ac exorando rogare, ut illum in Abbatem eligerent, ad cujus ſiquidem exhortationem immo ad Dei aſpirationem Fratrum communis electio cum Monaſterio iſtum Rectorem præfecit, & more ſolito in cathedra ſublimavit, de cujus vita & actibus in ſubſequenti libro duximus plenius differendum. Hæc in præſenti nos dixiſſe ſufficiat, ut reparati per ſilentium inoffenſis greſſibus noſtræ locutionis intrepidum pedem ponamus.

LIBER TERTIUS.

Reparati per otium, & tædio, quo fueramus affecti, jam per ſilentium liberi, revocantes in gratiam calamos abdicatos radicem linguæ quam vulut in molem arboris fiximus in altum creſcere culmen, & in ramos multiplices dirivari cogamus, & ad narranda geſta magnifici viri Sanſonis Abbatis noſtrum ſtylum totum vertamus. Prænominatus igitur Sanſo poſtquam divina gratia, in ſede hujus Monaſterii, more ſolito, eſt ſublimatus, toto

A animo cœpit hujus Eccleſiæ vacare compendio, & domeſticæ utilitati deſerviens ſe in exterioribus commodis nihilominus exercebat. Sed quia terra, quæ prius pace ſiluerat per adventum Normannorum eſt in ſeditionem maximam excitata, Monaſterium iſtud, per quoſdam eorum non modicam jacturam incurrit. Verum quia res poſtulat, & materiæ competit, ut quare, qualiter, & quomodo fuerit Normannorum adventus, breviter ſtyli depingat officium, quatenus evidentius amodo cognoſcatur, per quos illorum Monaſterium tulit diſpendium, & per quos dignum recepit compendium. Eo igitur tempore, quo Græcorum exercitus dominabatur Apuliæ, contigit, quoſdam Normannorum ad cryptam S Angeli ſitam in monte Gargano cauſa orationis venire, ubi dum viderent, quemdam virum nobilem civem Barenſem, nomine Meluum, more Græcorum veſtibus indutum, caput mirifice habentem quaſi mitra ornatum, interrogantes eum, quis, & unde eſſet, qui ſe Barenſem eſ-
B ſe reſpondit, & Græcorum perfidia exulare a patria, ſed dicebat, ſi Normannorum haberet ſubſidium, & patriam poſſe recuperare, & facile Græcos ab ea expellere. Normanni itaque hoc audientes, & ſua, & ſuæ gentis promiſerunt ei dare auxilia, & repatriantes, cum magno poſt exercitu, Roma tranſeuntes inermes in Campaniam deſcenderunt, ubi eis malum occurrit, & primo fecit eos arma parare, deinde ad invadendam Apuliam properare, & primo cum Pontiano ad Arenulam juxta Fortorium flumen æquali eventu, ſecundo cum Ternitio Catapano Græcorum pugnantes vicerunt: ſequenti anno cum Baſilio Catapano miſſo ab Imperatoribus Baſilio, & Conſtantino pugnantes, victi ad Aufidum juxta Cannas. Meluus igitur Barenſis, Dux Normannorum cum ſuperatus eſſet, Henricum imperatorem Alamanorum auxilia petiturus adiit, ibique defunctus eſt. Normanni vero hoc audientes in Campaniam, ubi ei quondam Meluus occurre-
C rat, revertuntur, & nullis certis locis caſtra figentes auſtris properarunt, ibique caſtra fixerunt, conſtituentes ex ſuis quemdam Principem nomine Arnulphum, deinde aptum locum ad habitandum non longe inveniunt, ibique Averſa condiderunt, & nunc Capuano, qui cæteris fortior erat, nunc Salernitano, nunc Sorentino, nunc Neapolitano Principi adhærebant, nulli prorſus fidem ſervantes, ne alter alterum ſobilceret. Facta igitur Averſana civitate, mittuntur ultra montes ad ſuos, & feſtinanter ad ditiſſimam Provinciam, cum eis capiendam venerunt multi pauperes, ut fuerunt divites, ut fuerunt ditiores, ſtatuuntur eis xii Comites velut Domini a reliquis celebrandi atque colendi. Deinde Apuliam intraverunt, & totam occupaverunt terram. Inter quos fuerunt duo nobiles viri, Umfredus, & Drogo cæteris prælati Comitibus fratris Roberti Guicardi fortiſſimi Ducis filii Tancredi de Alta villa, vico provinciæ Normaniæ; octo enim fratres, uno genitore, diverſis tamen matribus
D progeniti inter reliquos Normannos, qui regnum iſtud occuparunt, primatum tenuerunt. Robertus vero audiens fortunas fratrum ſuorum quam felices eſſent, cupidine dominandi ultimus omnium venit in Apuliam. Cum ergo fratres ſuos Drogonem ſcilicet & Umfredum, prælatos cæteris Comitibus inveniſſet, eorum fretus auxilio, ad invadendam Calabriam properat. Eo ſiquidem tempore Nicolaus Papa Apremelfiam Sedem Ducatum honorifice recepit, qui in centum Epiſcoporum Concilio habito Subdiaconos, & Diaconos, ac Presbyteros, ne uxores haberent, corripit. Tunc Robertus Ducali ab eo dignitate accepta, & Romanæ Eccleſiæ fidelitate facta ſe ſubdidit poteſtati. Sic deinde Dux Apuliæ, & Calabriæ habitus eſt, qui poſtquam Apuliam, & Calabriam, Barmum, aliaſque maritimas urbes adeptus eſt, Panormum una cum fratre ſuo Rogerio, qui jam magna ex parte Siciliæ inſulam tenebat. Poſt hæc Civitate Salernum verſus Dyrra-

chium

chium Ultramare aliaſque circa eas plurimas terras egrediens comprehendit, deinde Alexium Imperatorem Conſtantinopolitanum pugnando devicit. Poſtremo de Ultramarinis partibus, Boamundo filio ſuo ibi relicto ad præſidium eorum, quæ acceperat, rediit. Deinde Romam adiens Gregorinm Papam expulſo Henrico Rege liberavit, eumque Salernum duxir, ibique ipſe Papa mortnns eſt. Et bic poſtea idem Robertus trans mare rediens ibi diem mortis clauſit extremum in urbe inſulæ Cephaloniæ, ad quam Rogerium filium Ducem Apuliæ miſerat capiendam, ibique inter lacbrymas filii ſui Rogerii Ducis, & uxoris ſnæ Dux ille obiit an. Ducatus ſui xxv. ætatis autem lxx. corpus vero ejus exanime Venuſium delatum in Monaſterio Sanctæ Trinitatis ſepultum eſt honorificè. Cui ſucceſſit in Ducatu Apuliæ Rogerius filius ejus, de quo natus eſt Guillelmus Dux, in quo ſucceſſio genitæ prolis ab illo nobiliſſimo Duce Roberto finem ſuſcepit. Drogo vero qui & Taſcio frater ejus, quem ſupra memoravimus, Comes Lamberti vir magnificus, & potentiſſimus, ut Caſtellum ſuum Lambertum, quod anguſtis finibus cingebarnr, ampliare atque augere undique poſſet cum adjacentibns Caſtellis tenimenta plurima depreſſit, & Monaſterio iſti tenimentum Valeczi indigne, & irreverenter abſtulir, & præſcriptum ſuum Caſtellum exinde ampliavit. Elabente itaque tempore, idem Comes divino intus ſpiratus a flamine, quod indigne geſſerat, hoc modo revocavit, videlicet, ut tenimentum Valeczi, juxta quod continetur inſtrumentis, præter id quod in dominio ſuo Monaſterium habnerit hominibus Laureri habitantibus ad laborandum, ipſique decimas eidem Monaſterio reddant, quas ſi recte noluerinr reddere, Abbas præſcripti Monaſterii licentiam habeat illas terras hominibus ipſis retollere, eaſque aliis hominibus quibus voluerit in eodem Caſtello babitantibus donare: ita ſiquidem, ut & ipſi eidem Monaſterio recte decimæ reddantur; propter quod Dominus Sanſo præſcriptns Abbas prætaxato Comiti promiſit, ut per ſingulos annos in die obitus ſui ſolemnes vigilias, & miſſas pro anima ejus celebraret bujus Monaſterii Conventus, & faceret omnia ſigna pulſari. Ob id igitur ſæpe dictus Comes convenit præfato Abbati, & huic Monaſterio ſupra ſcriptura tenimentum defendere, & antiſtare contra quemlibet moleſtiam facientem, & nullum exinde ſervitium ab hoc Monaſterio quærere. Poſtquam enim hic Magnificus, & Illuſtris Comes xiv. Kalend. Septembris mortis commune debitum ſolvit, tam dictus Abbas, qui circa frequens miniſterium bujus Eccleſiæ ſatis erat ſolicitus, cnm quibuſdam Monachorum ſuorum Lauzanucui ad Robertum fratrem prænominati Drogonis Comitem Loreteili adiit, ei devote ſupplicans, ut quod prædictus Drogo felicis memoriæ convenerat huic Monaſterio de tenimento Valeczi, ipſe ratum haberet, ac irrefragabiliter obſervaret, & neque ipſe, neque aliquis Comes Laureti pro hujus tranſactionis obſervantia peteret a Monaſterio ſervitium. Quod idem Comes libera ſponte conceſſit. Et ſcripti memoria roboratum coram Domino Bainovo Thetano Epiſcopo, & Ugone Malmozetto, & aliis bonis hominibus. Tunc ſæpe memoratus Abbas pro anima prædicti fratris Taſconis mille Miſſas Deo facere offerri, & per ſingulos annos anniverſarium celebrare ordine prætaxato promiſit. Poſtqnam vero, ut diximus, jam dictns Drogo ſatis conceſſit, filius ejus Gulielmus Taſconis ei ſucceſſit, qui neſcio quo inſtituto, vel invidiæ incentivo quandam arcem bnjus Monaſterii ſitam in monte Sanato fecit latenti fraode furari, quod ut comperit præfatus Abbas ſtrenuus & ſagaciſſimus artem arte refellir, & dolum dolo deluſit, præſcriptam artem ſimili fecit arte retolli, & devitans ne impoſterum ſimilem poſſet jacturam incurrere, fecit eam dirni. Deinde poſt tempora jam dictns Guilelmus divino ſpirarus amore intrinſecus pro indulgen-

A tia in ultimo, & tremendo examine a Domino impetranda, dedit huic Monaſterio Eccleſiam S. Mariæ in Plano, addidit totum tenimentum, quod fuerat Serbie, pro qno tenimento ſæpe dictus Abbas dedit ei ducentos Bizantios. Item qnia hic prudentiſſimns Abbas magno erat cum Eccleſia Pennenſi amoris glutino fœderatus, Paulo Pennenſi Epiſcopo cum toto Conventn, & Capitnlo Eccleſiæ ſuæ dedit bnic Monaſterio, & domno Sanſoni Abbati Eccleſiam S Mariæ in Catnviano cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnia jura Epiſcopalia iſtorum Caſtellorum ſcilicet Catuniavi, Onuzavi, Cocletavi, Genuſtrale, Carpineti, Farie, Brituli, quodcumque ipſi Epiſcopatui pertinebat, vel pertinere debebat, omnia & in omnibus huic Monaſterio, & prænominato Abbati conceſſit ſolvenda, indicanda, & perpetuo poſſidenda, præterquod Monaſterium iſtud tenetur perſolvere annuatim Pennenſi Eccleſiæ infra Octavam Sanctæ Aſſumptionis Mariæ xii. denarium, & aut poſt revolutio- B nem unius anni, vel duorum, ſecundum temporis qnalitatem, nnum bovem, vel pecuniam, unum bovem, vel cutem. Et hæc præſcripta vendere, vel alienare non poſſit alicui niſi Pennenſi Eccleſiæ. Ad hæc igirur Epiſcopus nna cum prænominato Abbate ſtatuit, ut ſi qua partium contra hanc tranſactionem venire præſumpſerit, componat libras auri centum, & hoc ſcripti munimine roboravit cum ſubſcriptione idoneorum teſtium. Procedente vero tempore Eribertus Pennenſis Epiſcopus ſucceſſor hujus Pamponis, quod ejus prædeceſſor Pampo cum Abbare Sanſone, & Monaſterio iſto fecerat, conceſſit & ſcripti munimine roboravit, & addidit Eccleſiæ huic omnia Epiſcopalia jura iſtorum Caſtellorum ſcilicet, Vicoli, Penne, & Caſtilionis, & Eccleſiam Sancti Joannis in Baluto cum omnibus pertinentiis ſuis de his omnibus huic Monaſterio dedit cum toto Capitulo Eccleſiæ ſuæ quantum ipſi Epiſcopatui pertinebat, vel pertinere debebat. Item ſub eodem Abbate Sanſone Ugo Malmozettus C nobilis vir Normanniæ magnificns, & munificentiſſimus bujus Eccleſiæ præcipuus benefactor dedit hnic Monaſterio Caſtellum Fellonacum cum tenimentis trium millium modiorum. Item Raynaldus, & Bernardus filii Sanſonis filii quondam Rainaldi, Bernardi quidem a bono ſtipite non degenerantes, ſed avitis inhærentes veſtigiis huic Monaſterio quaſi proavitæ plantæ ſemper conabantur opima irrigua propinare, dederunt ei Eccleſiam Sancti Nicolai de Viculo cum omnibus pertinentiis ſuis ordinandam, indicandam, liberè, & abſolute prout voluerit poſſidendam. Similiter hoc eodem tempore Rofredus filius quondam Mayfredi dedir huic Monaſterio Eccleſiam Sancti Laurentii Deonezano. Verum quia hujus Abbatis, ut diximus, prudentia, licet pro agendis hujus Eccleſiæ vigilem curam, & operam impenderet efficacem, quandoque tamen, ut eſt humanæ naturæ, pro illis, quibus eum carnalis urgebat affectio, aſperioris caſus interiorem in animum transfundebat illiſio; & quæ D benignitas ſortis melioris indulgebat in ejns pectore exultationis ſtillicidum inſpirabar. Ut antem audivit, quia qnidam Normannorum eo qnod ire diſpoſnerat nltra mare, vendere volebat Caſtellum Brituium, quod nepoti ſuo gentili filio fratris ſui Bernardi Carboncelli, cnjus in priori libro memoriam fecimus, jure patrimonii attinebat ne cum Guilielmo Taſonis viro fortiſſimo hujus venditionis tranſactio fieret, per quam a genere ſuo illins Caſtelli in alios transferretur poſſeſſio, tranſegit illi Normanno dare centum libras, ut prædictum Caſtellum ſno nepoti redimeret, ne horrenda paupertas eum oſtiatim cogeret exulare; venit ad Monaſterium iſtud, & fratres dulci colloquio cœpit rogare, nt de theſauro hujus Monaſterii permitteretur debitum iſtud perſolvere, promittens huic Eccleſiæ optime impoſterum recompenſare. Tandem a fratribus ſumpta licentia fecit tabulam Altaris argenteam ſibi præſentari, quam præſentatam

juſſit

juſſit confringi, quod cum nullus auderet, quidam Monachus orinndus de Penna nomine Joannea Bonihominis proſiluit in medium dicens, Filioa Bernardi Carboncelli nequaquam exulare permittamua. Er hoc inquiens argenteam Crucem Salvatoria malleo duro confregit, quem præſumptionis exceſſum evidenriſſimum poſtea eſt ſubſecutum miraculum, quia crus illius audaciſſimi Monachi totum ſcaturiens putrnit, & ſic horrido languore interiit. Prænominatus vero Abbas ex ære hujus Ecclesiæ debitum quo tenebatur perſolvit. Et Caſtellum Briculum ſuo nepoti redemit. Procedente autem tempore idem Abbas ægrotavit ad mortem, tunc ſecit ad ſe gentilem ſuum Nepotem venire, & cnm ſinguitn longa trahens ſuſpiria cum lacrymia ajebar; Hen, heu dura ſunr mihi parara Inſernorum ſupplicia, eo quod Apoſtoli Bartholomæi ſum novua ego decoriator, acriua eum, quam antiqui carnifices pro te dulciſſime Nepoa decoriavi. Volo enim, ut dimidium Caſtelli Carpineri in eommutationem Caſtelli Brituli, quod de Theſauro Apoſtoli redemi, Monaſterio ipſius Beati Apoſtoli donea; quod ille libera ſponte ſacere promiſit. Tunc venir, & cum litteria, in qnibua hanc donationem ſcripſerar, & teſtimoninm ſubſcriptione roboraverat, totum Carpinetum huic Alrario Beati Apoſtoli Bartholomæi coram omni Fratrum Conventu obtulit, poſitis litteria inſtrumentariis ſuper Altario: obtulit autem ſic libere habendum, indicandum, poſſidendum, & perperno jure hæreditandum. Poſt hæc vero prænominarus Sanſo Abbas, iii. Idns Novembris felice exitu migravit ad Dominum, poſtqnam xxxv. annos hujus Eccleſiæ vacavit miniſterio. Cujus nimirum Ducia conſuetudo tam dulceſcebat in moribus, quam parentum merita nobilem prædicabant, & nobilitas reverendis actibus clarum, diſertum ſacundia demonſtrabat; corpus autem ejus licet lapidis ſepulchri tegumento obduceretur, animam tamen ejus credimus in Paradiſo gaudere. Celebratis igitur tanti viri exequlia ſratrea uno die, quem opportunitas dedit, ſimul conveniunr, & ne viduitatia moleſtiis Eccleſia diutiua fatigaretur, cœperunt de eligendo Abbate tractare. Et ſubito qui elegir David de poſt ſœtanrea in regem, de eligendo Paſtore docnit iſtum gregem. Pari ergo voto, & communi deliberatione elegerunt, ac in ſede poſnerunt, quendam de ſuia nomine Joannem vira perſpicuum, fama celebrem, modeſtia ſimplicem. ſolertia circumſpectum, eruditione cautum, honeſtatis, & Religionis lacte a tenero ungue in virum perſectum nurritum. Reſultat tunc iraqne ad Dominum tota hic exhilarata Eccleſia, quoniam illum ei conceſſerat in paſtorem, ſub cujus, tam provido, quam benigno regimine floruit. Ne igirur tanti viri denigret tituloa oratio ruſtica, & tædio loquacitate narrarionis in recitandis actibns ram elariſſimi hominis lingua balbutiat, decrevi oſtio circnnſtantiæ labia mea obducere, & taciturnitatis repagnlia ſermonis aditnm intercludere, ur reparata per otium virtua ingenil, & liber eloquentiæ curſns ad explicanda geſta Sanctiſſimi Abbatia Joannis æquo ſœdere aſpiretur, & in ſequenti libro concordetur.

LIBER QVARTUS.

INgenii vivacitas quietis reintegrata ſolatio, & eloquentiæ virtua multiplici conceptum materię ſermonis ſobolem parit, & licet eam limpidæ dictionis nequeam operimento veſtire, ac renero pollre dictamine, veritate tamen fulcietur inconcuſſa, quia narrandorum evidenriſſima certitudo prorſua abjnrat omne mendacium, eliminat ſalſitatia opprobriuni, nec qnærit deſucata fallacia figmentari. Prænominatus igitur Joannes vir vitæ venerabilia in Abbatem hujus Monaſterii electus Sancti Salvatoria Eccleſiæ Magellenlis abrennnciavit Prioratui, cui de Monaſterio iſto ſnpradictua neſcio quotannia præſnerat. Deinde adiit Dominum Paſchalem Romanum Ponrificem felici memoria dignnm, quem ipſe Papa benignè ſuſcipiena, eique conſecrationis munus impertiens, Monaſterium iſtud exemit, & privilegii robore communivit. Sic nimirum noſter Abbas lætus in Domino remeavit ad propria. Verum dum Religionia operibns libenter intenderet, & Eccleſiæ neceſſitares in exterioribnr eliminaret, & in interioribus cultum divinæ ſervitutia inſtauraret, callidus hoſtis humani generia, ut ei poſſet in his pietatia operibua aliquod impedimentum parare, adverſus eum excitavit Grimualdum Pennen. Epiſcopnm, qui pro rribus Caſtellia, ſcilicet, Viculo, Caſtilione, & Penna, quæ Eribertus Pennenſis Epiſcopua prædeceſſor ipſius huic Monaſterio dederat, Romano Pontifici de præſcripto Abbate querelam depoſuit. Ad cujns ſuggeſtionem Dominus Papa, D. Berardo Marſicano Epiſcopo Romanæ Eccleſiæ Cardinali viro ſanctiſſimo cauſam ipſam audiendam, & terminandam commiſit. Tnoc idem Epiſcopua ad hujns cauſæ deciſionem venit ad locum, qui dicitur Septem viæ, ibique partea ante ſuam præſentiam congregaras, talis convenientiæ glutino ſœderavit, ut per ſingulos videlicet annos infra octavas Aſſumptionis Sanctæ Mariæ Monaſterium iſtud redderet Pennenſi Eccleſiæ xxiiii. denarios, & poſt decurſum unius anni, vel duorum, ſecundum temporis qualiratem, nnum bovem, vel pecuniam unum bovem valentem eidem Eccleſiæ redderet. Et ſic deinde ipſe Abbas, & cæteri ſubſeqnentes Abbates conſueverunr perſolvere prædicto Epiſcopo ſex ſolidos denariorum, quando bovem dare nolebant. Ob id igitur Grimualdua Pennenſia Epiſcopus confirmavit, & inſtrumento corroboravit omnia, quæ Pampo, & Eribertus Epiſcopi ejus prædeceſſorea huic Monaſterio dederant. Hac igitnr tranſactione celebrata idem Epiſcopus cum præſcripto Abbare commutavit pro Caſtello Viculo præter ſepulturas bonorum virorum ad hoc Monaſterium voluntarie venientium, & Eccleſiam Sancti Nicolai dedir huic Monaſterio Caſtellum Fabricam, dedit utique qnicquid ad juriſdictionem ſui ſpectabat Eiſcopatua. Pro Caſtellione vero, & Penna ſtatuit, ut Pennenſia Eccleſia vi. denaria huic Monaſterio perſolveret annuatim. Sic deinde jam dictus Grimualdus Epiſcopus ab illa infeſtatione quievit. Poſtmodum etenim prælmemoratus Abbas ſanctiſſimus licet exterioribus curis pro diſpenſatione ſuſcepti regiminia prudenter invigilarer, diſciplina ramen bonæ Inſtitutionia interius myſteriis etiam occupatua vacabat. Quodam igitur poſt hæc inopinato rei eventu icona Imaginis Salvatoria, quæ eſt in tribunali de medio ſuper Altare Beati Bartholomæi, cecidit, ipſumque confregit ex parte; tunc præſcriptus Abbas ad innovandam conſecrationem congregatis Epiſcopia Marſicano, Theatino, & Pennenſi fecit ipſam Eccleſiam xvii. Kal. Decembris in honore Apoſtoli Bartholomæi titulo Beati Petri Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ dedicari, cujus jam fuerat per Romanum Ponrificem in conſecratione Abbatis, & indultu privilegii exemptione munira; Conſecrato in Majori Alrario in columnella de medio dextro humero, quod eſt ſuperius à cubito Beatiſſimi Apoſtoli Bartholomæi; nam nullua credat me ſalſitatis aſtruere verbum, quia ex ſubſcripto miracnlo debet dnritia incredulitatis confriugi. Quadam igitur die, dum quidam Monachus nomine Berardua de Carapelle diceret ſe nullo modo fidei aſſenſum præbere, quod brachium Beati Apoſtoli Bartholomæi eſſet in hoc Monaſterio reconditum; ſubſequenti nocte dum ſe ſopori dediſſet, & coram Alraai Beati Bartholomæi per viſionem aſtaret, vidit ipſum Apoſtolum coram eodem Altario ſtantem dextrumque humerum ſuum in manibus tenenrem, ac dicentem: Numquid non credis brachium meum eſſe in hoc Monaſterio? Amodo ſciaa, & ultra exinde nullatenus dubires, quia hic propriè humerua meus eſt in hoc meo Altario reconditua. Ex ranta

itaque viſione prædictus Monachus pavore correptus evigilavit, & narravit Abbati, & cæteris Fratribus, quæ viderat, & ego ipſe hæc eadem eum poſtea narrantem audivi. Verum licet digreſſionem videamur feciſſe, ad inceptæ narrationis ſeriem redeamus. Igitur finitimi Barones quidem nobili ſtipite Bernardi Luiduni hujus Eccleſiæ Fundatoris fuerant ſecundum carnem progeniti, audientes iſtam Eccleſiam Romanæ Eccleſiæ titulo inſigniri, non ſunt gaviſi de augmento proavitæ plantationis, quia per hujus conſecrationis titulum, & per Romanæ Eccleſiæ exemptionem hujus Monaſterii etiam à Fundatore indulta libertate gaudentis credebat ſe privari dominio, quibus nec unius quadrantis fuerat opportunitas de dominio reſervata. Cœperunt itaque rapaci dente poſſeſſiones hujus Monaſtetii, quæ apud ipſos erant, quiq; diſtrahere, & eis hoc Monaſterium deſtituere. Tunc qusdam conventione compoſitum eſt inter Venerabilem Abbatem Joannem, & Bernardum de Civitaquana, ut in communi Curia ordine judicia diſceptarent. In cujus cauſæ ventilationem cœpit idem Abbas Eccleſias Sanctæ Mariæ in Ceneſtruia, & S. Mariæ in Sereno, & S. Chriſtophori, quas ei ipſe Berardus injuſte abſtulerat, repetere habendas, & poſſidendas ſecundum inſtrumentorum obtentum juxta quem prius poſſederat. Ille vero de contrario dicebat, non ita illum debere poſſidere. Et hoc ſingulari offerebat facere probari duello, quod ita compoſitum eſt ut ſingularis certaminis hoc terminaretur diſcrimen. Ad ſtatutum igitur locum, & terminum pars utraque convenit, & pro Monaſterio illo Ratterius Ricardi de Fabrica armatus ad duellum proſiliit: tunc alterius partis Campio qui fuerat hic armatus contrarius audiens virum illum fortiſſimum, & ad bella ſatis edoctum, & ſtrenuum ſecum dimicaturum, & rationis obtentu diffidens, & fortitudinem famoſi hoſtis admodum reformidans arma deiiciens tenuit cum eo dimicare. Sic igitur rationis cenſura idem Bernardus in lite conteſtata ſuccubuit. Ob id nimirum nuper Sanctiſs. Abbas in retributione præſtiti obſequii prædicto Ratterio Ricchardi redditum unius feudi in Caſtello Farra conceſſit. Deinde jam dictus Bernardus, ubi ſe vidit rationi ſuccubuiſſe, Dæmonum afflatus præſtigiis fervorem malignitatis exæſtuans ab iniquitatis opere nolebat pollutas manus retrahere, nec ablatas Eccleſias huic Monaſterio reſtituere. Tunc prætaxatus Abbas ad Civitaquanam adiit, obſecrans eum, & monens, ut ab illa tyrannica infeſtatione ſe converteret, & quod injuſte fecerat, juſte revocaret. Verum quia ut acetum initio, qui cantat carmen cordi peſſimo, nec monitis paruit, nec precibus acquievit, immo in perſonam ejus contumelioſa verba refundens exprobrando, & obloquendo minabatur eum de Caſtello contumeliis affectum dejicere. Tunc Abbas ille Sanctiſſimus non pro illatis injuriis, ſed ad conſtringendam illius mentis duritiam non materialem, ſed ſpiritualem exemit gladium, eumque anathematis ſententia vulneravit. Poſt hoc iter revertendi arripuit, poſt cujus diſceſſum tantum hemicraniæ illum Bernardum dolor invaſit, quod ad modicum exhalare ſpiritum credebatur. Tunc duo milites ejus veſtigia ſubſequentes vix eum multis precibus reduxerunt, cujus ſignaculo Sanctæ Crucis præſcriptus Bernardus devotè ſupplicans, & omnem emendationem promittens, benedictus, & inſignitus priori ſanitati eſt illico reſtitutus, qui ſubſequenter juxta promiſſum confeſtim ablatas reſignavit Eccleſias. Tandem itaque hujus Abbatis celeberrima innotuerat fama, quod miro eum omnes venerabantur affectu, & quidem de propriis facultatibus devotè huic Monaſterio offerebant, quorum unus Beraldus filius quodam Roffredi confirmavit huic Monaſterio Caſtellum Foſſonachum, quod ei Ugo Malmozzetta memoriæ felicis, & poſtmodum Roffredus pater ejus dederant. Rambertus Comes Laureti reddidit huic Monaſterio Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Plano, quam Comes Zaſcio dederat in hoſpitio Gentili Grandinato, reſervatis huic Monaſterio ſtatutis debitis. Item Tranſimundus filius Berardi dedit huic Monaſterio in Caſtello Civitella unam petiam terræ in plano. Cujus fines ſunt a pede Terra Sancti Michaelis, à capite via Salaria: ab uno latere via publica, & ex alio Iſtere limites, & foſſatus. Item Ratrerius filius Joannis de Fabrica dedit huic Monaſterio in Caſtellario Nitano terram menſura unius ſextarii; & infra ipſius Caſtelli Nirani pertinentia terram menſura modiorum centum, & in fluvio Naura juxta Carpinetum medietatem unius molendini. Item Ratterius filius quondam Riccardi de Fabrica, Ildebrandus Tranſmundi cum ſuis conſobrinis, Tranſmundo, Suaierto, & Bruno, Rainaldus Pagani cum ſuis fratribus Berardo, Oderſio, & Beraldo, Gualbertus Guiniſil dederunt Eccleſiam Sancti Laurentii de Fabrica cum omnibus pertinentiis ſuis libere habendam, abſolutè poſſidendam, & perpetuo jure hæreditandam, nihil ſibi de dominio reſervato. Item ipſe ſæpedictus Abbas Joannes ſtatuit Eccleſiam Sanctæ Mariæ ſub Brittuio Baptiſmalem, commiſſis ſibi Eccleſiis ejus caſtelli ſcilicet Sancti Eraſmi, S. Heliæ, S. Pii, S. Martini, S. Pauli, & S. Joannis. Verum quia ſæpe feriunt ſummos fulgura montes, ſemperque zelo percutitur virtus, ut commota per flagella ſuavitatis diffundat odorem, prædictum Abbatem cœperunt adverſa concutere. Bernardus igitur filius Carboncelli in ſecundo libro præmemoratus, in quo paternæ radicis viriditas aruit, & proavitæ plantationis ſtetit ſucceſſio, reliquit filium iniquitatis, & poſſeſſionis hæredem nomine Gentilem licet forte non fide, gentilitatis tamen pravitate armatum, qui poſt mortem Clariſſimi Abbatis Sanſonis Patrui ſui donationis, immo venditionis dimidii Carpineti, quem tempore præſcripti Abbatis huic Monaſterio fecerat, cœpit violare contractum, in eodem Caſtello, ut in proprio habitare, ac dominari, & Monaſterium multis inſectationibus fatigare. Qui nimirum dum quodam tempore ictu gravis quateretur infirmitatis, Roſfredum de Oneczano tam in Caſtellis hujus Eccleſiæ, quam in ſuis propriis ſtatuit tutorem pupillorum filiorum ſuorum. Quod præſcriptus Abbas ut novit, illum excommunicationis mulctavit ſententia, ſed e veſtigio divinæ ultionis clades acceſſit, quia dum idem Gentilis ageret in extremis, & corpus Dominicum quod ore ſumpſerat, nec eiicere poterat, nec glutire, ita intercluſerat ſpiramina gutturis, ſæpe ſignis, & nutibus petens, ut pro ſe ſupplicaretur Abbati, qui dum rogatus iviſſet, ipſe Gentilis acceptis manibus quorundam majorum militum Carpineti, ſcilicet Lotherii, Grimaldi, Joannis Davidis, & Squamarii, eos, & per eos totum Caſtellum reſignavit Abbati, cum ſignaculo Sanctæ Crucis benedictionis gratiæ reſtitutus Dominicum corpus gutturis aditu intercluſum celeriter glutiens ſpiritum exhalavit. Deinde poſtquam more ſolito eſt traditus, ſepulturæ, Uxor ejus nomine Gajetelgrima ſimiliter ſupplicavit Abbati, ut ſaltem tamdiu eam in Carpineto morari permitteret, quo ſtaturas erogaſſet eleemoſynas pro marito: quo impetrato, ut omnibus exequiis pro defuncto perfectis mandat ei Abbas, ut relicto Caſtello Eccleſiæ ad proprium revertatur. Quod cum juxta mandatum peregiſſet, cœpit fervore cupiditatis ad id quod reliquerat mente avida reſpirare. Tandem, quia male conſuetum pudebit deſueſcere, iterum ad conſuetas perpetrandas iniquitates Carpinetum revertitur, & dæmonum hic ut altera Hærodias afflata præſtigiis juſtum Joannem & Eccleſiam ſuam perſequitur; hæc ſimili immanitate ſæviens Athalia hujus Eccleſiæ regale Sacerdotium extirpare moliebatur. Ipſe autem Abbas felici dignus memoria, canonica utens juſtitia eam ſubdidit anathemati: ſed velociter juſtam, à juſto prolatam ſententiam divina ſubſequitur ultio, eamque diro hemicraniæ morbo perculſit, ita quod

oculi imminerent ultionem veram, quia pœna quan-
doque terret qui pœnas non evitant, & arguunt,
tum correptionis eſt flagellum doloris. Vario illa
tandiu cruciatu hujuſmodi languoris afflicta, quod
deliquerat, licet in vita correxit. Quam Sanctiſſ. Ab-
bas benedictionis remedia poſtulantem ab excom-
municationis enodavit ſententia, cui benedictionis
reſtitutio facta eſt velox ſanitatis reintegratio. Re-
verſa eſt igitur Britulum propriæ domui eo habitatu-
ra. Poſt hæc iterum larvali inſtinctu vexari, & ini-
quæ cogitationis multiformi prodigio ludificari ac
nequam pœnitudine afflicta turbari: nam ut canis a
corio non deterrebitur uncto, ſic & iſta nulla pœna
te verberante corripiebatur, ſed moliebatur Carpi-
netum, quod reliquerat, reverti, ut ad enormes mor-
ſus poſſet dentes extendere, ſed milites Carpineti,
quibus Dominus Joannes Abbas tenimenta, & poſ-
ſeſſiones addiderat, ut eos in debito fidei ſibi redde-
ret efficaces, illi non acquieverunt, quæ ad ſuæ ini-
quitatis emolumentum proponendo dicebat, quia
vir ejus Gentilis literas de diviſo Carpineto non po-
ſuerat ſuper altare hujus Eccleſiæ. quod ita fuiſſet,
ſi vellet jurare domnus Joannes de Feletta iſtius
Monaſterii Monachus, promittebat ſe deinde per-
petua taciturnitate quieſcere. Quod cum Abbati eſ-
ſet inſinuatum, vir piæ mentis volebat, juramen-
ti vitare ſuffragium, quia omnis ejus affirmatio,
vel negatio erat ſolummodo eſt, & non. Tandem
ne ejus Eccleſia per eum jacturam incurreret, ve-
nit Carpinetum, & coram prætaxata muliere, & fi-
liis ejus Domnus Joannes de Felletta tactis Sacro-
ſanctis Evangeliis juravit; quia ipſe ſuis oculis vi-
derat, quando Gentilis Berardi Carboncelli literas,
quas tunc in præſentiarum manutenebat, continen-
tes commutationis contractum, quod dimidium Car-
pineti pro Caſtello Britulo empto de theſauro hu-
jus Eccleſiæ huic Monaſterio dederat, propria manu
ſuper Altare B. Bartholomæi poſuerat. Nam ſi quis
aſtrueret ibi nepotem ſuum nomine Bernardum
Scallonis ſtrenuum militem paratum probare cuili-
bet adverſa volenti ipſum verum juramentum feciſ-
ſe. Et hoc non ad vanitatis, vel proprii favorem
fecerat, ſed ne in ſuccedendis temporibus poſſet ali-
quomodo juri Eccleſiæ præjudicari. Nam nullus
venire contra præſumpſit. Sed præſcripta mulier
adhuc virus eructabat nequitiæ, & in omnibus his
non eſt averſus furor ejus, ſed adhuc manus ejus
ad iniquitatem extenta. Quodque rodere non va-
let, odit. Cum igitur flammivomæ cupiditatis
ejus cognoſceret Abbas fervorem inextinguibilem,
attemptavit obſtinatam mentis illius duritiem bene-
ficiorum linire fomentis, & in bono vincere malum,
ut vel ſi poſſet litigii vitare diſſidium, & optata pa-
ce quieſcere. Sæpe utique filios ejus videlicet Ri-
cardum, Berardum, Raynaldum, & Bernardum
Fundatoris amore, a quo ſecundum carnem proge-
niem traxerant, paterno affectu diligere atque multis
beneficiis circumvenire, credens ſovendo, benefican-
do devotos filios huic Eccleſiæ adoptare. Sed qui in
gremio lupum nutrit, diſpendium parat ovili, & mus
in petra, ignis in pectore, ſerpens in gremio male
ſuos remunerant hoſpites. Cum vero in anno iſto-
rum ramus hujus generis putruit, & quaſi in illa
radice a dilectione hujus Eccleſiæ aruit, fulmina-
tus illius reatus eſt propagatus in prole, & lugubris
ejus ritus eſt in poſteros promulgatus. Igitur præ-
ſcripti filii Gentilis in legitimam ætatem provecti,
quos hæc Mater Eccleſia in ſuam perniciem enutri-
verat, in conculcatione ejus hoſtilitate barbarica fre-
muerunt: ad invadendam enim ipſam eorum ma-
trem cum poſſeſſionibus ejus ſe ordinarunt. Divi-
ſerunt utique veſtimenta ejus, quia ipſa duo Caſtel-
la Monaſterii, ſcilicet Carpinetum, & Faram quaſi
hæreditario ſibi jure ſuccedentia impetierunt, &
quod nequius eſt, ipſam inconſutilem veſtem Chriſti,
videlicet hanc Sanctam ejus Eccleſiam, ſicut alias
ſuas poſſeſſiones elegerunt in ſortem. Statuerunt ſibi
domanium molendinorum, domus, hortorum, ter-
rarum, ac vineæ. Sed ad hæc quid alter faciet Abra-

A ham ſiniſtra nuntiis excitatus, munitus crucibus, &
thuribulis atq; candelabris, cum cæteris fratribus
Monaſterii quaſi ad proceſſionem iturus, quanto-
cyus properat Carpinetum profanas gentes expu-
gnaturus, & coram omni populo in ipſa platea Ca-
ſtelli eos anathematis dira innodavit ſententia, tunc
Bernardus unus perſecutorum in eum multa contu-
melioſa verba ſuperbo, & tumenti animo diffun-
dens lancea ſua illum minabatur perfodere, ſed
Chriſti Confeſſor timore nudus, fidei lorica veſtitus,
Dominus, inquit mihi adiutor eſt, non timebo, quid
faciat mihi homo, & ſe exponebat, & aptabat mar-
tyrio. O beatum virum! in ſummo diſcrimine non
timuit inimicum, &, O admiranda conſtantia! in
magno furore tyranni Canonicam non timuit exer-
cere juſtitiam, ſed mirabilior Dei potentia, per quam
è veſtigio clades acceſſit. Poſt diſceſſum namque S.
Abbatis tanta ventorum flavit immanitas, quod
portas ipſius Caſtelli, pluresque domos evertit, ita
ut ipſa tellus putaretur concuti. Exterriti itaque
B filii ſcelerati ceſſaverunt tunc opera iniquitatis
complere, ſed eorum culpas pœna non diluit, quia
ipſorum actiones non expiavit. Poſt paucos igitur
dies ad mentem conceptum redierunt opus maligni-
tatis, & ipſam matrem Eccleſiam viperea exentera-
re crudelitate, atque in partes, ut cæteras ſuas poſ-
ſeſſiones dividere, atque ejus ubera, quæ ſuxerunt,
non verentur exulcerare, quorum unus videlicet
Ricardus cum eſſet Monachus hujus Eccleſiæ, de-
inde Caſinenſis Monaſterii, poſtmodum factus eſt
Abbas Monaſterii Sancti Joannis in Venere. Alter
vero, ſcilicet Berardus defunctus, in hoc Monaſte-
rio ſepulturam accepit, pro ejus anima Eccleſia S.
Joannis de Britulo, quæ bapeiſmalis erat tunc tem-
poris, huic Monaſterio tradita eſt. Reliqui autem
duo ſcilicet Raynaldus, & Bernardus hujus Eccle-
ſiæ in magnos perſecutores ſuperſtites remanſerunt.
Qui quantis afflictionibus Eccleſiam oppreſſerint,
quantis vexationibus inquietaverint, longum eſſet
enarrare per ſingula: bona Eccleſiæ quaſi propria
C ſuis uſibus vendicabant: conculcabatur, ut totius
Eccleſiæ pater ſic Sacerdos, & Monachus, & in-
ter cætera enormia, etiam mortualia huic Monaſte-
rio a fidelibus oblata, & ea quæ in cibos, vel po-
tum fuerant parata pro fratribus, omnia cogebant eo-
rum uſibus cedere. Quid plura? quidquid crudelita-
tis, vel iniqui Domini poſſent excogitarunt hoc Mo-
naſterio uſu barbarico exercere; ſic igitur hi novi
perſecutores vitæ nequitia ſe conformantes in lacte
matris viros perfidiæ haurientes, hanc Sacroſan-
ctam Eccleſiam jam quaſi medullitus eviſceratam
nullam permittebant requiem aſpirare. Longo utiq;
tempore tali expoſita ludibrio, plorans plorabat in
nocte, & lachrymæ in maxillis ejus. Sed alter eorum
ſcilicet Bernardus inſtituto forte divino Ultramari-
nas partes proficiſci diſpoſuit: veniens itaque ad
Monaſterium iſtud, & Caſtellum Faram, quod in
ſorte diviſionis in ſorte acceperat, huic Monaſte-
rio libere reddidit, & abſolute petens veniam de
commiſſo ſic juxta propoſitum peregre profectus eſt
D relinquens filium nomine Ricardum nequiorem ſe
iniquitatis, & poſſeſſionis heredem. Nunc autem
ab iſtorum perſecutione facientes digreſſionem, ad
obitum Sanctiſſimi Patris acceleremus narrandum,
qui cum triginta, & novem annis ad profectum hu-
jus Eccleſiæ laboraſſet 5 Kal. Januarii humo corpus,
felicem animam reddidit Domino, qui quandiu in
hoc ſeculo vixit, non mundo, ſed Deo vivere pro-
babatur; pervigil enim erat in orationibus, corpus at-
terebat jejuniis, patientia, caritate, & ut breviter
explicem, omnium virtutum erat amator, propter
quod nimirum, poſt ejus deceſſum etiam noſtris tem-
poribus, quæ oculata fide nos ipſi proſpeximus, mul-
ta eſt Dominus operatus miracula: infirmis ſanita-
tem, claudis greſſum, mutis loquelam reſtituit.
Ad cujus nimirum mira geſta narranda citius ani-
mus, quam materia laberetur. Nunc autem ad ſer-
monis ſeriem revertamur. Tumulato igitur hoc San-
ctiſſimo Viro in Eccleſia, & celebratis de more

exequiis funeris, fratres pro eligendo Abbate, ne diutius vacaret Eccleſia, in unum convenerunt. Ad quorum vocem immo ad Dei electionem præponitur quidam de fratribus nomine Oliverius, de quo, quia fœcunda, & multiplex nobis offertur materia, reſpirare delectat, & vexatæ linguæ optatam indulgere quietem, ut ad narranda magnifica geſta Oliverii Abbatis lingua fiat expeditior, & vacans animus ingenio liberiori contendat alacrior.

LIBER QUINTUS.

INexhauſti vigoris ſinceritatis mentis glebis quondam ſepulta torporis interpolatione temporis commodo vacationis tædii diſſoluta repagulis, & jam per exercitii gratiam elimata exurgat vivaciori & quia multorum plexura toporum exuberanti turgeſcit materia, in ſermonis diffundatur campeſtribus, & quæ de Oliverio venerabili Abbate viſu, vel auditu geſta concepit, brevi parat narrationis compendio. Electus igitur in Abbatem vir ſolemnis memoriæ, & celebratis de conſuetudine feſtivæ promotionis ejus officiis, tranſtulit ſe ad Eugenium Romanum Pontificem, quem ipſe Dominus Papa benigne apud Tuſculanum recipiens munus benedictionis, & ejus inſignia ſolemnitate debita celebrata ei clementer indulſit, ſicque noſter Abbas optata gratia laureatus remeavit exultans. Deinde ut fidelis Summi Regis famulus talentum ſibi à domino ſuo collatum non in ſudario reponens, ſed ut cum uſuris, & incrementis poſſet illud exigenti Domino reddere, jugiter conabatur. In primis namque fieri fecit tres interiores partes clauſtrorum, regiam majorem Eccleſiæ, tabulas ipſius chori, unum Olivetum in Valeezo, unum ad Sanctam Mariam in Plano, unum in Felonaco, aliud Planelle: ſic nimirum, & interiorum, & exteriorum curam gerebat ſolicitam: ſed ejus tantæ ſolicitudinis commendabilis diligentia non poterat ad notivos profectus hujus Eccleſiæ latiùs propagari, quia Raynaldi, Gentilis, & Ricardi filii jam dicti Bernardi paternarum iniquitatum hæredum immanis ſævitia viſcera hujus Eccleſiæ doloribus cruciabat, & impia concuſſione acriter fatigabat. Nam contra Fundatoris huic Monaſterio libertatem indultum duriſſimo jugo exactionis indebitæ cervicem ejus gravabat, nec erant impoſiti debiti, immo, ut verius dicam, indebiti exactione contenti, ſed ad reſiduum bruci erant, ut locuſta parati: nam ea etiam qua fidelibus, ei mortalia offerebantur, vel ipſi, vel uxores eorum, veloci ruptu ſuis uſibus deputabant, cæteris vero aliis non ut Eccleſiæ bonis, ſed ut proprie ſuis ſatis ineptè, ac enormiter abutebantur, & quod magis eſt horrendum, Monachos hujus Eccleſiæ, ſi quam poſſent invenire occaſionem, in Clauſtro Monaſterii captos vinctos Caſtello mancipabant, uſque tandiu captivos tenebant, donec omnia bona eorum ad ſe rapacitatis hamo trahebant, ita quod unum eorum nomine Angelum ſub Altari Beati Bartholomæi latentem vinctis à tergo manibus Carpinetum duxerunt, eumque jurare compulerunt, ut quidquid haberet, eis ſine diminutione aliqua aſſignaret, quod ita fecit, & ne fieret juramenti tranſgreſſor eis etiam acum, & fila, & digitale donavit. Flebat nimirum hæc noſtra mater Eccleſia, & ſub tali conditionis mole gemebat, ſed benedictum nomen divinæ Majeſtatis: vox in Rhama audita eſt, ploratus, & ululatus noſtræ Rachel plorantis, & quia enixius clamavit, ſecuta ejus clamoris exauditio. Sed antequam hujus exauditionis narrare incipiamus effectum, conſequens eſt, & materia compellit, ut qua iter à prole narrare famoſiſſimi Ducis Roberti Guiſcardi ſit Regnum translatum dicamus. Nam uſque in ſecundam & tertiam generationem fuit ejus prolis ſucceſſio. Roamundo enim tranſmiſſo in Antiochiam acquirendam reliquit Rogerius alterum filium ſuum Ducem Apuliæ, & ſui conquæſtus hæredem, cui ſucceſſit filius ejus Dux Guilielmus, & hic ſine hærede mortis debitum ſolvit. Rogerius vero Comes, ſcilicet frater præmemorati Roberti Guiſcardi reliquit ſibi hæredem filium ſuum ſuo nomine Rogerium. Hic autem cum videret de patruo ſuo Rogerio nullam legitimam prolem ſuperſtitem, nemini credidit patruelem conquæſtum æquius quam ſibi competere, proſilieos terram adipiſcitur armis, & primo Dux Apuliæ, deinde Rex Siciliæ factus eſt. Hic autem reliquit ſibi ſucceſſorem in regnum filium ſuum nomine Guillelmum, mandans ei ut Robertum Detuttavilla filium ſororis ſuæ faceret Comitem Loretelli, qui paternum mandatum patre mortuo adimplevit. Factus autem Robertus Comes Loretelli poſt modicum tempus contra dominum ſuum Regem Guilleimum rebellis arma levavit, qui, ut Regiæ potentiæ poſſet obſiſtere, Imperatori Romano ſe ſubdidit juramento, ſed ejus ſpes eſt è vicino fruſtrata. Nam Imperatore in Alemaniam reverſo, Robertus ejus auxilio deſtitutus remanſit. Miſit poſtmodum Legatos ad Conſtantinopolitanum Imperatorem ei pro ſe auxilia petituros, & pacturos ei dare Civitates Apuliæ, portum habentes, ſeſeque de cæteris ejus dominio ſubdendum. Igitur navigio velociſſimo, cum infinita pecunia Imperator tranſmiſit exercitum, quo apud Brundusium caſtrametato Roberti Comitis Loretelli quaſi uſque pharum obedivit terram mandatis: quæ tot moleſtiis illaqueata, tantoque ſchiſmate erat turbata, quod vix limen ſuæ domus poterat quis ſecurus exire. Tunc nimirum magnificus Rex Guillelmus Apoſtolicis litteris citatus & incitatus, quaſi pernicitate vulturis velociſſime invadit Apuliam, & devictis Græcis, eorumque copioſa quas attulerant accepta pecunia, capto Principe Capuano, fremens, ut Leo rapidiſſimo veniens curſu Beneventum obſidet, quo prædictus Comes Robertus, & Comes Andreas, regia potentia territi ad Dominum Papam confugerunt. Tunc interventu Domini Papæ Adriani permiſit eos Dominus Rex Regno ſecure exire, ibique ipſe Rex famoſiſſimus à Domino Papa Regni Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ inveſtituram recepit, facta fidelitate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Sic demum ipſe magnificus Rex lætus Siciliam repetit: prædictus vero Robertus ſeditionis amator cum exercitu Regnum invadit, ſed Regio expulſus exercitu iterato paulo poſt regreſſu occupans Regnum Regia potentia per Stephanum Ammiratum, iterum Regno depellitur, quem plurimi de Regno ſequentes facti ſunt ei obnoxii juramento, inter quos Ricardus, & Gentilis de Britulo hujus Eccleſiæ invidos, cum latores & ſanctos examinatores, apud Aternum homagio præſtito Comiti Loretelli eademque cæteros Regia proſcripſit ſententia. Tunc ipſe munificus Rex triumphator ſuos donis proferebat fideles, infideles autem gravi delebat exterminio. Præpoſitum itaque univerſo Regno uſque Pharum Meſſanæ, Simonem Seneſchalcum ſuum atque Collateralem virum prudentem, diſcretum, ſtrenuum, & ſagaciſſimum, cui tanquam viro elegantiſſimo inſcribendi, exaltandi, & humiliandi, dandi, & auferendi plenitudinem poteſtatis indulſit; ad quem Berardus de Viculo accedens Caſtellum Britulum, Ripaltam, & ſabricam, quæ fuerant Gentilis, & Ricardi de Britulo, & Caſtella hujus Eccleſiæ Carpinetum, & Saram, quæ dixerat eorum viris fuiſſe, ſugeſtione mendacii, & falſitatis impetravit. Quod ut præfatus Abbas comperit, propere ſe Simoni Seneſchalco præſentat, à quo tanta eſt gratia benignitatis receptus, quod nullus poſſet cum eo Eccleſiæ jacturam aliquam, vel diſpendium erogare. Verum falſarius ille Berardus de Viculo non ceſſabat in auribus ejus inſtillare venenum mendacii, & dicere Carpinetum, & Faram fuiſſe filiorum Gentilis de Britulo, non hujus Monaſterii, ſed ibi Eccleſiam parum habuiſſe. Tunc illuſtris memoriæ jam dictus Seneſchalcus cupiens ſcire utrum Domini Abbatis, vel ipſius Bernardi innitetetur aſſertio veritati, miſit literas ſuas Samaro Regis Camera-

Digitized by Google

gio, ut diligenter inquireret, quid huic Monaſterio pertineret de Caſtellis Carpineto, & Fara, & veritatem inventam propriis literis ei ſignificaret; ipſe vero Samarus veniens Britulum, cœpit hoc diligenter inquirere, & fecit ad ſe venire quatuor homines de Britulo, ſcilicet Enaletum Riſonis, Lebrandum Oderiſum, Prandum Conſtantii, & Conſtantium Giſonis; totidem vero de Carpineto, ſcilicet Loterum, Paganum, Attenulſum, & Todaldum. Hi jurati dicere veritatem pariter, & concorditer ſunt teſtati coram Domino Abbate, & Berardo de Viculo, & ipſo Samario Camerario, Carpinetum, & Faram cum omnibus pertinentiis ſuis, & tenimentis nulli alii pertinere, niſi ſoli Monaſterio S. Bartholomæi Has itaq; atteſtationes jam dictus Samarus prænominato Simoni Seneſchalco litteris ſuis proprio ſigillo ſignatas mandavit, quibus Seneſchalcus inſpectis & prænotis inſtrumentis Eccleſiæ ejuſque juſtitiæ diu debita certis cognitione illuſtratus, eaemit Monaſterium cum omnibus ſuis poſſeſſionibus, & omni libertati reſtituit, recipiens illud in domanio Domini Regis ſub ejus protectione, & tutela reddens ei Caſtella Carpinetum, & Faram cum tenimentis, & pertinentiis ſuis, ut illa haberet, & poſſideret ſine alicujus moleſtia, vel contradictione, &, ut hic perpetuo manerent illibata, & irreſragabilia, recepit a præmemorato Abbate trecentos Bizantios Regio ærario infiſcandos. Nam hæc omnia ſunt quaternionibus annotata ad memoriam poſterorum. & propriis literis Domino Regi ſignificavit, quæ ipſe magnificus Rea memoriæ felicis tenuit rata & habuit corroborata; poſtmodum vero tantam hujus contractus, & donationis ſeriem membraneæ paginæ ſcripſit, & inſtrumento publico prænotavit, ipſique Abbati donavit. Poſtmodum miſit litteras Samaro Camerario, ut Monaſterium, & ejus poſſeſſiones deinde ſub tutela, & protectione Domini Regis teneret, & defenderet. His enim temporibus terra ſiluit per biennium, & in pace quievit, & Monaſterium optata reſpiravit libertate: ſed lubricus hoſtis architectus iniquus conſtructionis pacis, & tranquillitatis Eccleſiæ invidus mactator, iterum reduait in Regnum Robertum Comitem Loretelli cum eaercitu copioſo, in cujus adventum Gentilis, & Richardus, qui improbo conamine moliebantur Eccleſiam iſtam ancillare, eam tanquam leæna rapaciſſima impetu velociſſimo invaſerunt, ſed per Abbatem, & Monachos ſunt paſſi repulſam. Bernardum igitur filium præſcripti Bernardi de Viculo proditoria deditione in Caſtello de Britulo acceperat, quem variis, & innumeris tormentis per non modicum ſpatium temporis afflia erat: ſæpe dictus vero Olibrius Abbas memoriæ venerandæ, quia infidelibus Domini Regis, cum ei juramento eſſet obnoaius, nolebat aliquo participio jungi, toto illo tempore ſchiſmatis a Monaſterio eaulavit, quo tempore prædicti perſecutores Gentilis, & Ricardus Eccleſiam iſtam gravibus, & indebitis eaactionibus anciliare, & barbaro dominio non ceſſaverunt opprimere. Poſtmodum vero divina clementia hujus calamitatis Eccleſiæ miſerata iterum eacitavit ad debellandos hoſtes invictiſſimum Regem Senlialū, quos, ut tenuiſſimum pulverem flatus validiſſimi venti regius terror fugavit. Tunc præmemoratus Gentilis de Britulo cum eſſet in procinctu, fugam dedit, & calicibus argenteis, thuribulis, crucibus, & alio multo argento confracto, pluvialibus paliis altarium ſericis, inſtrumento quod fecerat avus ejus Gentilis huic Monaſterio de Carpineto, inſtrumento Simonis Seneſchalci, & aliis litteris, quas Dominus Rea Guillelmus miſerat D. Abbati Olibrio, Monaſterium iſtud eapoliavit, & hæc omnia in Marchiam ſecum portavit. Poſt elapſum vero temporis non longi inquietus Robertus Regnum intravit, & in Provincia iſta Caſtella plurima occupavit. Veniens in Comitatum Pennenſem caſtrametatus eſt in loco, qui dicitur Curlani: Gentilis autem, ut canis corium non ceſſat rodere unctum, ſic Monaſterium iſtud rodere non ceſſabat, quotiens op-

A portunitas facultatem aliquam ſibi præſtaret. Ricardus vero in Caſtello Fara ab exercitu Comitis Loretelli fecit obſidere Abbatem, qui diu expugnatus, & victus captus ad Comitem ducitur, qui tandiu eum detinuit, donec ab eo quingentos violenter evulſit Bizantios. Iterum ergo Bartholomæus Apoſtolus nudatur corio per totum corpus ejus, quod eſt Eccleſia iſta, iterum in eum crudelis ſævit Aſtyages, qui Dei virtute eſt illa privatus potentia, quia Regio eaercitu cum omnibus ſuis iteratam repulſam incurrit, tunc Eccleſia ipſa, heu prodolor! afflicta, & ſpoliata, divina providentia, edaces luporum fauces licet ſemiviva evaſit: incipit deinde ad modicum reſpirare, & vitam cum libertate reſumere. Revertitur dignæ memoriæ Olibrius Abbas ab apparitoribus totis Regia iniquitate temporalibus rebus exutus, pro fidei tamen ſinceritate ſtola libertatis indutus. Tunc in tanta ſolicitudine, ac ferventi eaercitio repetit Eccleſiæ commodo, & laboris vacare compendio: fecit in Valuzo con-
B ſtrui quamdam Eccleſiam, eamque a Grimoaldo Pennenſi Epiſcopo in honore Beatæ Mariæ ſemper Virginis, ædificari ſtatuit ibi quodam Caſale ad ſervitium hujus Monaſterii. Eo igitur tempore quidam presbyter nomine Ciſo veniens conſtruait Eccleſiam ad radicem montis ſub Sancto Marco præter Domini Abbatis licentiam, ſed cum idem Abbas conduxiſſet Grimoaldum Pennenſem Epiſcopum ad dedicandam Eccleſiam S. Michaelis de Civitella, Ricardus de Padula cœpit Epiſcopum exorare, ut Eccleſiam illam, quam prænominatus presbyter conſtruaerat in honorem S. Blaſii, ſibi ædificaret: quod ut audivit Dominus Abbas prohibuit Epiſcopum ne id præſumeret facere, dicens a petra ſcripta ſuperius quod eſt a via publica, ita huic Monaſterio totam terram illam propietatis jure competere, quod prædicto Ricardo præter licentiam Abbatis, nequaquam licet aliquod ibi ædificium facere Tunc idem Ricardus, alterum horum duorum commiſit eligendum Abbati, an tantæ proprietatis dictum
C ſuperius duodecim hominum vellet juramentis probare, an vellet ab hominibus ſuis totidem juramenta negationis recipere. Abbas vero juramenta probationis elegit: ſic igitur duodecim homines fecit jurare, quod a petra ſcripta ſuperius, & a via publica, tota illa terra tanto proprietatis jure huic Monaſterio ſpectabat, quod prænominato Ricardo nequaquam liceret præter Abbatis licentiam aliquod ibi ædificium facere. Sic deinde Ricardus quievit, & Eccleſia a prædicto presbytero facta donatur ruinæ: nomina eorum, qui juraverunt ſunt hæc, presbyter Benedictus Monachus, presbyter Comes, Lando. Petrus Rubeus, Joannes Petri Andreæ, Joannes Thodini Comes Gelborti, Adam magiſtri Adæ, Todaldus, Joannes Anolini, Lebrandus Ninuli, Atinolſus. Sic ergo ut dixi dum tota circa hujus Eccleſiæ utilitatem præſcripti Abbatis verſaretur intentio, & libertatis favore noſtra reſultaret Eccleſia, totumq; Regnum pacis, & tranquillitatis quiete gauderet, ſæpe memoratus celebrandæ recor-
D dationis eacellentiſſimus Rex Guillelmus felici eaitu migravit ad Dominum, cui ſucceſſit filius ejus, alter Guilielmus. Sed quia ſub modicis annis puerilis ætatis tenera pubeſcebat infantia, ut nec dum æquo moderamine regni poſſet gubernare habenas, antequam idem Rex famoſiſſimus viam univerſæ carnis intraſſet, ſtatuit uxorem ſuam Reginam Margaritam tutricem, quæ poſt obitum viri ſui famoſiſſimi Regis Guillelmi, ne filius ejus alter Rea Guilielmus ætatis imbecillitate per ſeditionem poſſet aliquam ſui Regni pati jacturam, & per ſchiſmata tolerare diſpendium, concordavit Robertum de Baſſavilla filio ſuo Regi Guilielmo, & ſic jam dictus Robertus poſt culparum purgamina, homagio, & fidelitate præſtita Domino Regi lætabundus, & alacris Comitatui reſtituitur Loretelli. Ergo reformata pace, omnis ſeditionis eſt inquietudo ſopita; deinde ex quo dicto Comiti Loretelli felicis temporis cœpit arridere fortuna, oblitus præteritæ

lanitatis, & prioris in calamitate manſuetudinis Monaſterium iſtud obliquabili, & liventi animo moliebatur denuo ancillare, & dominio Gentilis de Britulo iterum ſubdere. Cum veniſſet igitur ad Civitatem Pennenſem ibidem Curiam celebraturus, ſub prætextu dilectionis cœpit Dominum Abbatem Olibrium latenter allicere, & peſtifera ſuaſione paulatim irrepere, ut Gentilis de Britulo ſaltem domicilium unum in Caſtello Carpineto ſui amoris obtentu concederet, credens illum modico habitaculo, totius Caſtelli, & Eccleſiæ paulatim ſubreptum ſibi dominium vendicare: noſter Abbas diſcretionis alumnus, vir providus, & circumſpectus, nec potuit ſeduci fallaciis, nec abduci blanditiis, & illius iniquis precibus non præbuit quemquam aſſenſum: illæſus igitur remeavit ad propria. Verùm quia videbat Comitem Robertum Loretelli virum potentem, & omnium illarum provinciarum, hujuſque Monaſterii dominum, ſed Eccleſiam iſtam odio habentem inextinguibili, communicato conſilio fratrum, & amicorum Eccleſiæ, ſe conſpectui Domini Regis diſpoſuit præſentare. Igitur arripiens iter per eundem Comitem fecit tranſitum, ut ejus licentia, & litteris optatum perficeret greſſum; tandem licentia vix impetrata, ſub prætextu auxilii Baronibus ſuis, quos ad Curiam Regis pro ſuis agendis tranſmiſerat, dandas litteras ei aſſignavit Viſio, ſed divino doctus ſpiramine, ſocius ejus frater Britius, quem ſecum duxerat ſui Monaſterii Monachorum latenter eas aperuit, ibique anguem in herba latentem, & laqueos proditionis cognovit paratos: mandaverat enim idem Comes Baronibus ſuis, ut ſi dominus Abbas vellet aliquid contrarium Gentilis de Britulo in Curia Domini Regis proponere, ipſi quantum poſſent, obſiſterent. Vocatus igitur Dominus Abbas ad Curiam regiæ conſpectui eſt præſentatus, juſſuſque per Matthæum Vicecancellarium, cui ſua negocia plenè innotuerat, Domino Regi, & Genitrici ſua negocia expoſuit, quibus Dominus Rex unà cum matre ſua pleniùs auditis, & intellectis, roboravit in primis quicquid libertatis, & doni Simon Seneſchalcus bonæ memoriæ huic Monaſterio fecerat, recipiens Eccleſiam in ſuo demanio, ſub regia tutela, & protectione cum omnibus ſuis poſſeſſionibus, indulgens ei litteras protectionis ſigillo Regio inſignitas. Poſthæc ſuper ſingulis hujus Eccleſiæ negociis ei ſignificatis, Dominus Rex ſpeciale fecit mandatum, quod poſtea regiis eſt litteris annotatum, aliud Comiti Loretelli ſuper querimoniis, quas Dominus Abbas fecerat de Ruberto de Pulis, & Annibale de Civitaquaua, & fratribus ſuis, aliud vero Petro Comiti Manupelli donandum contra Ricardum de Pudolis, qui noviter ſine regio ſpeciali mandato ſuper tenimentum hujus Eccleſiæ Caſtellum ædificaverat. His omnibus ita ſtatutis præſtito juramento fidelitatis Domino Regi noſtro Abbas cum vigore ſalutis rediit lætus ad propria: poſtmodum verò regias litteras Comiti Manupelli donavit, quarum mandatum ipſe Comes eſt facilè proſecutus: cum eſſet apud Ruſſanum, præcepit jam dicto Ricardo, ac regia parte, & ſua, ut Caſtellum, quod in tenimento hujus Monaſterii fecerat, repentè dirueret, quod ipſe Ricardus veniens illicò cœpit efficere, & cum jam eſſent fere duodecim domus everſæ, affuerunt viri iniqui ab eodem Ricardo corrupti, qui tantum Domino Abbati ſuaſerunt, & fratribus, quod tali pacto Ricardus, & Dominus Abbas ſunt fœderati, videlicet in primis ut Monaſterium iſtud haberet, & poſſideret Eccleſias S. Vitalis, & S. Mariæ de Rubeis cum omnibus ſuis poſſeſſionibus ſecundum inſtrumentorum obtentum. In Caſtello autem ea una parte, quam ipſe decerneret eligendam, ſtatueret homines ſuos quid vellet, eoſque ſicut in Caſtello Carpineto haberet, homines Ricardi de his, quæ Monaſterium ibi haberet, jurarent Abbati ſecuritatem, homines verò Monaſterii idem jurarent Ricardo. His ita ſtatutis Ricardus poſtmodum firmavit Caſtellum; ſed modico tempore huic tranſactioni Ricardus fidem illæſam firmavit, quoniam paulò poſt reddidit Eccleſiam S. Vitalis Qualerto de Civitella; hominibus verò, quos Dominus Abbas in Caſtello ſtatuerat, eum è vicino deſtituit; Nunc autem ad executionem aliorum regalium præceptorum noſtrum calamum dictando vertamus. Veniens ergo Robertus Comes Loretelli apud Aternum Curiam celebraturus fecit Robertum de Pullis, & Anitam de Civitaquaua, cum fratribus ſuis regio & ſuo citari edicto: tunc prædictus Robertus Aternum adiens, & nolens cum Abbate contendere, cum de jure diffideret, diſſimulavit languorem, Comes verò Loretelli credulus diſſimulationis illius ei ex regia, & ſua parte præcepit, ut donec cauſa, quæ inter eum, & Monaſterium vertebatur, legitimæ deciſionis ſortiretur effectum, nihil de his, quæ ſub litigio erant, præſumeret accipere. Poſt hæc verò Arribam, & fratres ejus præmemoratus Abbas in cauſam conveniens, cœpit Eccleſias S. Mariæ in Sereno, & S. Mariæ in Geneſtrula tanto jure proprietatis repetere, quanto huic Monaſterio certum erat eas competere, ut earum inſtitutio, & deſtitutio, ſive in Monachis, ſive in quibuslibet Clericis ejus eſſet ordinationis, & diſpoſitionis pro ſuæ voluntatis arbitrio ſecundum quod ante tempora Regis Rogerii, & poſt tempora ejuſdem fuerat, & hoc teſtibus aſſerebat. Petebat etiam earundum Eccleſiarum totum huic Monaſterio ſpectare dominium, & hoc inſtrumentorum probabat obtentu, tunc jam dictus Aniba, & fratres ejus adverſus teſtes inſilierunt dicentes ſe illos probare atteſtationem eorum eſſe mendacem, & hoc protulerunt duello probare; datis igitur induciis, ad ſtatutum poſtmodum locum & terminum ſcilicet ad Civitatem Pennenſem, prænominatus Comes Loretelli miſit Qualertum de Caſtillione, & Theodinum de Averſa ſuos Juſtitiarios curiam celebraturos, ubi dum noſter Abbas, quod fidem juſſerat eſſet paratus duellum proficere; adverſa pars de jure diffidens defecit venire. Cum ergo prænominati juſtitiarii, & tota Curia illos defeciſſe cognoſcerent, poſſeſſionem illarum Eccleſiarum ut petierat, adjudicaverunt Domino Abbati. Nam hujus ſententiæ ipſi poſtmodum juſtitiarii mandato Comitis Loretelli executores fuerunt, quia primo Qualertus de Caſtilione, ac poſtea Theodinus de Averſa venientes illarum Eccleſiarum ſecundum latam ſententiam Dominum Abbatem poſſeſſorem fecerunt. Poſtmodum verò Raynaldus Comes Aprutii, quia Dominus Comes non proceſſerat per eum in factum illud, ad adverſariorum ſuggeſtionem miſit, & expulſis Monachis, quos ibi Dominus Abbas inſtituerat, nullo juris ordine conſervato, fecit eum violenter deſtitui, ſed quia Domini Abbatis vigilantia circa frequens miniſterium hujus Eccleſiæ valde ſolicita ad omne quod nocere poſſet, ſe muniebat ſolerter, & quia undique circumurgebant perſequentium anguſtiæ, undique neceſſaria erant circumſpecta munimenta. Oſennates igitur campum Blutenginum, qui huic Monaſterio, & ſoli competit Carpineto, & Faræ proprietatis ſibi jure vendicantes præter voluntatem Domini Abbatis violenter invaſerunt, & tentoriu fixo animalibus occupaverunt. Requiſito à Domino Abbate, ut quod illicitè deliquerant corrigerent, penitus facere renuerunt. Abbas ergo virorum multitudinem collectam ad evacuandum campum tranſmiſit, qui pergens inciſo tentorio, & animalibus partim ferro cæſis, partim uſque domum vivis deductis, & cæteram inventam ſupellectilem ſecum deferentes victores cum gaudio remearunt ad propria; ſic nimirum omne de campo litigium deinde ſiluit. Poſt hæc cum Dominus Rex Guilielmus Secundus veniret in Apuliam, Dominus Abbas acceſſit ad eum, ut ei querimoniam ſuper negotiis Eccleſiæ deponeret. Mandatum igitur Curiæ juramentum eſt Odoni de Collealto, ut vel paciſceretur cum Domino Abbate, vel ei juſtitiam faceret: tranſegit tandem cum eo, & reddidit

Eccleſiam S. Cæciliæ de Felonaco Domino Abbati habendam in domanio, & Dominus Abbas dedit ei octo biſantios, & de terris S. Cæciliæ reliquit ei tantum, quod erat capax ſementis 8. modiorum. Sic igitur deinde habuit Eccleſiam illam in domanio; & locabat pro ſuæ voluntatis arbitrio, ita quod inſtituit ibi quendam Monachum hujus Monaſterii nomine Libandum, ſtatuitque ibi bubulcos ſuos terras arantes. Poſtmodum autem Odanus Pennenſis Epiſcopus ad mendacem ſuggeſtionem quorundam coram Domino Papa Alexandro pro S. Maria in Plano adverſus Dominum Abbatem querelam depoſuit. Commiſſa eſt ergo cauſa per Romanum Pontificem primò Aprutino Epiſcopo, ſecundò eidem Aprutino, & Domino Leonati Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diacono Cardinali, & Abbati S. Clementis de Piſcaria concordia, vel judicialiter terminanda. Muſcuſum igitur delegati Judices adeuntes, partes ante ſuam præſentiam convocarunt, & dum ab utraque parte ſuper dicta quæſtione collitigatum eſſet, ſufficienter teſtibus hinc inde productis, cum jam productioni teſtium eſſet abrenunciatum, pars Epiſcopi, quæ pro Abbate S. Petri de Laureto de prædicta quæſtione agebat, cum de prolatione ſententiæ conciperet diffidentiam, copioſam multitudinem convocans armatorum virorum, advocatis Domini Abbatis ut terrorem incuteret, & cauſa non terminaretur, in eos arma concutiendo cœpit minacia & contumelioſa verba proferre. Cum prænominati Judices tantam violentiam cernerent, magna ſunt indignatione commoti, & Dominus Abbas pro tanto gravamine ad Sedem Apoſtolicam appellavit, ſcriptis atteſtationibus, & judicum ſigillo ſignatis. Verùm quia ſæpe bonos ad tempus exercet adverſitas, callidi hoſtis antiqui colubri tortuoſi pernicioſus ſibilus filios hujus Eccleſiæ populum Carpineti effreni commovit impulſu adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus, id eſt adverſus venerandum Patrem Abbatem Oliverium, qui in demolitionem cujuſdam Caſalis, quod idem Dominus Abbas fecerat in monte Somatu, miſera ſe ſocietate conglutinarunt, quos prænominatus pater, & Dominus, ne ſuper hoc ultra procederent, conſtanti mandato prohibuit: In primis eos obteſtans juramento, quo huic modo, & ei tenebuntur obnoxii, ſecundo eos, qui mandatum ejus excederent, anathematis innodavit ſententia, promittens ſe cuicunque terras abſtulerat cambium æquum & competens redditurum, & ſi his omnibus acquieſcere nollent, in Curia hujus Eccleſiæ ſe illis obtulit juſtitiam facturum. In omnibus his verò eſt averſus furor eorum, ſed adhuc ad iniquitatem ſunt manus eorum extentæ. Euntes igitur ad Comitem Raynaldum Aprutii pacti ſunt pecuniam illi dare, ſi ipſe faceret deſtrui jam dictum Caſale, quod antefatus Comes pecuniæ avidus promiſit, promiſſum poſtmodum exequens facto. Illi autem abeuntes conſilium injerunt, & conſpirantes ſimul omnes conjuraverunt. Nam conſpiratores etiam in venerabilis Abbatis præſentia violenter homines contra prohibitionem ipſius ad conjurationem trahebant, multoſque invitos jurare compellebant perſolvere pecuniam, quam pepigerant. Quid plura? deſtructo Caſali, deſtruitur Carpinetum, extorta pecunia centum bizantiorum, vel plurium. Flebat nimirum cum omnibus Fratribus Monaſterii pater noſter ſenior, & de impia concuſſione lacerantium filiorum gemebat. Hæc de venerandæ memoriæ Oliverio Abbate dicta ſufficiant; quia ſi omnia ejus magnifica geſta per ſingulos articulos velim diſtinguere, loquacitatis tædioſa prolixitas voces intercluderet mihi ſpiramina, & audientium in ſubſannationem, & nauſeam animos verteret. Cum ergo prænominatus Pater Oliverius ann 35. profectibus hujus Eccleſiæ diligentiſſimè invigilaſſet, eamq; à jugo indebitæ ſervitutis liberaſſet, Dominico die ingrediens Eccleſiam auditis Miſſarum ſolemniis, ſacro ſumpto viatico iterum lecto proſternitur languidus, & illam Angelicam ſalutationem Virginis *Ave Maria* ſæpius iterando, in hujus prolatione verſiculi pridie Kal. Septembris, corpus terræ, animam cœlo, utraque in ſua dimiſit exordia. Præſtitis igitur debitis exequiis funeri, eoque cum celebratione de conſuetudine tumulato, fratres ſicut de regia inſtitutione obitum patris Regio auditorio inſinuarunt, tunc Dominus Rex litteras ſuas mandavit Conventui pro eligendo Abbate; Fratres ergo, quia diſſidebant, duas nominaverunt perſonas, & eorum nominationes per quoſdam ſuorum Domino Regi miſerunt; ſed quia illæ perſonæ fuerant in diſſidio nominatæ, Domino Regi non placuerunt. Tandem verò fratres delegati, quibus ab univerſo Conventu fuerat de electione plenitudo poteſtatis indulta, in unum conveniunt, & pari voto, ac communi deliberatione elegerunt quendam Monachum S. Clementis de Piſcaria Dominum Boamundum de Luco, & celebrata in præſentia Domini Regis electione, attulerunt regias litteras Conventui hujus Monaſterii, & alias Epiſcopi Valvenſis, & Aprutini, qui venientes ad Monaſterium iſtud regio mandato, communi voluntate omnium fratrum celebraverunt electionem Domini Boamundi, quem fratres pariter & concorditer in Sedem ſublimaverunt, & in Abbatem receperunt, de quo quia plura . . . . . eis modò duximus ſuperſedendum. Ergo conſequens eſt, ut abdicato calamo concionanti linguę taciturnitas indicat ſilentium, ut & ingenium refloreat per otium, & auditorum reparata devotio, ab ore narrantis pro affectu narrandorum dependeat.

Nunc titulus talis illuſtrat nobilitatis
De meritis quædam laus proveniens probitatis.
Proſapia carnis quamvis fuerit generoſa,
Nobilior factis ut narrat in ordine proſa.
Iſtius Eccleſiæ ſtudioſus & ipſe miniſter,
Sanæ doctrinæ virtutum quippe magiſter,
Per quem libertas tunc venit mortua pridem
Iſtius Eccleſiæ quam reſtauravit eidem.
Liber Oliverius ſit ab omni comprede pœnæ,
Quem loca ſuſcipiant vitæ dulcedine plene.
Si quid deliquit Chriſto miſerante lavetur,
Civibus Angelicis, & Sanctis aſſocietur,
Quod Pater, & Flumen donent, & Filius. Amen.

LIBER SEXTUS.

DEſidiam mentis, quam exercitium peperit quietis, ab animo excuſſit ſolatium juge animi, quam labor attriverit, commodum otii reformavit in melius. Nunc igitur ad ea, quæ de Abbate Boamundo narranda ſuperſunt, accingamur veloces, & ne illa obducat oblitteratio, depingat officium. In præſentia itaque prædictorum Epiſcoporum regio mandato ad Monaſterium iſtud venientium electioni Domini Boamundi concorditer, & ſolemniter celebrata, quidam prædictorum, ut divulgata poſtmodum opinio docuit, ut in flagitium conjurati Caſtellum Carpinetum igne cremaverunt, quod tanta velocitate totum ignis obſtruxit, ut quemdam Sacerdotem in Eccleſia S. Agathæ, dum pro ejus ornamentis ſalvandis huc illucque diſcurreret, velox flamma combureret, quæ totum Caſtellum à portis interius in brevi diſſolvit. Poſt hæc itaque electio Domini Boamundi ex parte totius Conventus per Dominum Britium, & Dominum Petrum de Carapelle ſignificatur Domino Papæ Alexandro Tertio, quam idem Papa confirmans Capitulo Eccleſiæ reſcripſit. Verùm quia priuſquam à Domino Papa munus benedictionis acciperet, regiam fidelitatem illum oportebat jurare; ideo Panormum adiens, & facta fidelitate Domino Regi Siciliæ Guilielmo Secundo alacris remeavit ad propria, afferens litteras Capitulo, & univerſis hominibus hujus Eccleſiæ, & præterea contra Marſillum, & Yvonem de Populo ad Comitem Raynaldum Aprutii attulit litteras; poſtmodum verò Romanam Curiam adiit, ut à Domino Papa

Lucio

Lucio Tertio munus benedictionis acciperet; tunc Odorus Pennenſis Epiſcopus cupiens Monaſterium iſtud ſuo dominio ſubdere, per quoſdam Canonicos Eccleſiæ ſuæ mandat Domino Papæ ſuppiicando, ut noſtram electionem munere non inſigniat benedictionis, aſſerens hoc ſun juri competere; ſed Dominus Papa rationibus, & allegationibus utriuſque partis plenius auditis, & intellectis, & privilegiis hujus Eccleſiæ diligenter inſpectis, ſequenti die in Eccleſia Sancti Clementis de Veletro, hujus Monaſterii electo munus contulit benedictionis: poſtmodum tamen cauſam litis Domino Attoni Apratino Epiſcopo, & Domino Beraldo de Colomento Caſinenſi Monacho Domini Papæ Subdiacono audiendam commiſit, & poſt litteras hujus commiſſionis privilegium Domini Innocentii ſui prædeceſſoris huic Monaſterio innovavit. Sicque Abbas in litteris quas dimiſorias dicuot lætus repatriavit. Poſt hæc autem prænominati Auditores per Dnminum Papam delegati in termino utrique parti præfixo, apud Catinianum Curiam celebraverunt, ubi dum pro litis conteſtatione de benedictione Abbatis quæſtio agitaretur, Penneo. Epiſcopus per litteras commiſſionis nitebatur probare, quia munus benedictionis Abbati à Domino Papa indultum Eccleſiæ Pennen. præjudicaret; tamen Abbas per Advocatos ſuos probavit contra per privilegium ſibi poſterius indultum à Domino Papa, & per idoneos teſtes, videlicet Berardum filium quondam Ratterii de Fabrica, & Philippum Grimoaldi Petiti, qui coram præſcriptis Auditoribus præmiſſo juramento teſtati ſunt, ſe propriis oculis vidiſſe Dominum Abbatem Olibrium, cujus In ſuperiori libro memoriam fecimus, à Domino Papa Eugenio apud Tuſculanum munus ſuſcepiſſe benedictionis. Hac itaque teſtatione inſcripta per Abbatem, & Monachos, ad Sedem Apoſtolicam eſt appellatum, delegati autem Auditores litteras, quas Apoſtolicas nomiuant, utrique parti donantes, ſinguli redierunt in ſua. Poſt hæc autem inter Epiſcopum, & Abbatem, licet Monachorum conſenſus non interceſſerit, talis eſt tranſactio celebrata, videlicet, ut omnes quæſtiones utriuſque partis quatuor Monachorum hujus Monaſterii, & totidem Canonicorum Penneuſis Eccleſiæ deliberarentur memoriæ, & quod vel ipſi octo jurati, vel eorum ſex concorditer dicerent, partes haberent ratum. In eo autem, in quo ipſi concordes non eſſent, Magiſtri Berteranni Penneuſis Eccleſiæ Canonici, & meo judicio ſtarent utraque pars. Cum autem Canonici, & Monachi jurati convenerunt in unum, in his tantum Capitulis concordes fuerunt, ſcilicet in annnocenſu, quem Eccleſia iſta Pennæ debet Eccleſiæ pro eo quod in quibuſdam Caſtellis quicquid Epiſcopale eſt, tenet ab ea in uno exenio, quod ei ſecundum conſuetudinem, non ſecundum inſtrumentorum obtentum reddit in uno ſeudo, quod Epiſcopus Grimoaldus in Caſtello Fara tenuit, Monachis aſſerentibus, quod perſonaliter tantum, Canonicis vero neſcientibus, utrum perſonaliter, vel perpetuo. In Eccleſia Sancti Peregrini, quæ hujus Monaſterii debet eſſe, de qua Epiſcopus Abbati in continenti reſtituit; in reliquis vero Capitulis non fuerunt concordes; elabente itaque tempore, ut reor, duorum annorum coram nobis electis arbitris pars utraque ſtetit, ot dum nova Capitula a tempore tranſactionis inventa vellent veteribus cumulare. Nos electi arbitri, vetera, quibus conceſſeramus audire, & terminare volentes omnino abrenunciaciavimus novis, & dum partes nollent nova pro veteribus abdicare, & nos fuimus a ſtipulationis obligatione ſoluti, & partes tranſactionis vinculo enodatæ; procedente autem tempore cum præmemoratus Dominus Lucius Papa iret in Lombardiam ad loquendum cum Domino Friderico Romanorum Imperatore, Abbas Apoſtolico mandato citatus, ei & univerſæ Curiæ ſuæ in tertia expenſarum parte cum Priore congreſſi apud Salinum Servlum. Verum quia Pennen. Epiſcopus à vexationibus hujus Eccleſiæ nolebat quieſcere, miſit ad Magiſtrum Girardum Diaconum Cardinalem S. Adriani Domini Papæ Vicarium, & fecit Abbati præcipi, ut vel ipſe, vel ſufficientes reſponſales ſe conſpectui ejus repræſentarent. Tunc Abbas miſit Dominum Gentilem hujus Monaſterii Decanum, & Dominum Gualterium de Catiniano, qui vicem ſuam gererent in hac parte. Epiſcopus vero illius rei avidus ſe in propria perſona repræſentavit, & cum utraque pars coram præſcripto Vicario aſſiſteret, diu per partium Advocatos, ſuper quæſtionibus eſt diſputatum. Poſt hæc ad petitionem Epiſcopi Dominus Vicarius commiſit cauſam ipſam audiendam in partibus iſtis Magiſtro Gregorio, & Presbytero Ugonis ſuis Collateralibus Clericis, qui venientes ad partes iſtas, utramque partem in campo Sacro congregari fecerunt, ut dum de duobus Caſalibus Marmora, & Mozæ Abbas, & Monachi adverſus Epiſcopum litem conteſtarentur, dixit Epiſcopus ſe de quæſtione illa non reſponſurum, eo quod Caſalia illa tenebat a Domino Rege: ob id igitur quia Epiſcopus de principali quæſtione reſpondere nolebat, ad Sedem Apoſtolicam appellavimus: tunc datis Apoſtolis in Kalen. Februarii Domino Papæ repræſentandi per ſe, vel ſufficientes reſponſales utrique parti præfigitur terminus. Epiſcopo autem in utroque deficiente, Abbas deſtinavit me ipſum ad Dominum Papam, qui apud Veronam a Domino Papa Urbano ſucceſſore Domini Lucii benigne receptus, ei per litteras Domini Vicarii, & propriam narrationem qualiter, & quomodo in cauſam proceſſerimus litis ſeriatim expoſui. Tranſacto vero ſtatuto termino, cum Epiſcopus, neque per ſe, neque per aliquem reſponſalem Apoſtolico ſe conſpectui repræſentaret, Dominus Papa communicato conſilio fratrum, privilegium Domini Lucii ſui prædeceſſoris huic Monaſterio innovavit, & Magiſtro Gerardo ſuo Vicario, ac ipſi Pennen. Epiſcopo pro Monaſterio iſto Apoſtolica ſcripta mandavit, ut ipſe Epiſcopus cum Abbate, & Monachis ſe pacifice componeret, vel Domino Vicario ſe repræſentaret, reſponſurus Abbati, & Monachis de omnibus, de quibus eum vellent convenire. Poſt diſceſſum itaque Domini Urbani apud Ferrariam, & Domini Gregorii apud Piſas Romanorum Pontificum, Dominus Clemens in Sedem Apoſtolicam ſublimatus, Romamque reverſus, ad petitionem Pennen Epiſcopi mandat Abbati, ut vel in propria perſona, vel per ſufficientes reſponſales Pennen. Epiſcopo reſponſurus ſe conſpectui repræſentaret. Mittit igitur Abbas prænominatos fratres Gentilem, & Dominum Gualterium ſuam in hac parte vicem gerentes, qui una cum Epiſcopo coram Cardinalibus, quibus fuerat cauſa ipſa ad audiendum commiſſa ſuper quæſtionibus per Advocatos ſuos in Palatio Lateranenſi cum diutius diſceptaſſent per eoſdem Cardinales Domino Papæ ſignificantur propoſita, quibus auditis, & privilegiis hujus Eccleſiæ diligenter inſpectis, quorum obtentu, & Cardinalium aſſertione, ut Dominus Papa Monaſterium iſtud ad Romanam Eccleſiam nullo mediante ſpectare cognovit, de benedictione Abbatis perpetuum Epiſcopo indixit ſilentium, & ſcriptis aliis quæſtionibus utriuſque partis ſub ſigillo Domini Papæ, hæc inter alias non eſt admiſſa, immo pœnitus abdicata, eaſque ad petitionem Epiſcopi Domino Attoni Aprutino Epiſcopo & Domino Berardo Monacho S. Clementis audiendas commiſit, ſicque Dominus Epiſcopus ſpe vana fruſtratus receſſit. Sed de magnis moleſtiis, & gravibus infeſtationibus, quibus Pennen. Epiſcopus Monaſterium iſtud afflixit, pauca pro multis narrata ſufficiant. Nunc igitur ad ea, quæ de Ricardo de Padula dicenda ſuperſunt, ſtylum noſtri ſermonis proferamus. Pro Caſtello utique, quod idem Ricardus in tenimento hujus Monaſterii Abbati, Monachis contradicentibus conſtruxerat, & præmemoratus Abbas Olibrius, ſicut in ſuperiori libro narravimus, ad Comi-

tem

tem Petrum Manupelli regium mandatum attulerat. Poſtmodum Boamundi Abbatis ſui prædeceſſoris queſtionem innovavit, & Presbyterum Ægidinm Prælarum Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Rubeis crudeliter per ipſum Ricardum expulſum, atque proſcriptum ad Regiam Curiam deſtinavit, qui à Matthæo Vicecancellario Domini Regis ad Comitem Petrum Manupelli litterss impetravit, ut de Caſtello veritatem inquiſitam ſuis litteris diſtinctè, & aperte Regiæ Curiæ ſignificaret; de cæteris verò querimoniis tam plenam juſtitiam Abbati, & Monachis faceret, quod pro defectu juſtitiæ iteratam querimoniam Curia non audiret. Ipſe autem Comes citatis partibus apud Manupellum ad ibi Curiam celebrandam. ubi Abbas, & Monachi, dum nun de Caſtello, ſed de aliis querimoniis convenirent, Ricardus ipſe de Caſtello, ait, de quo non conveniebatur? Reſpondit in primis ad hæc Abbas, nullam, inquit, ad præſens de Caſtello querimoniam facimus, vel clamorem aliquem, vel appellum; ſed dum Curia Comitis vellet ſuper quo Abbas appellum non fecerat, ſententiam dare, Abbas & Monachi ab iniquis judicibus ad Majeſtatem regiam appellarunt; poſt lapſum itaque temporis non longi, cum idem Ricardus Regiam Curiam regio mandato adiret, Abbas Domnum Bretium, & me ad Regiam Curiam deſtinavit ad proſequendam appellationem, qui cum ſæpe dictus Ricardus in Regia Curia conveniremus, reſpondit litem ipſam judicio Curiæ Comitis Petri Manupelli fuiſſe ſopitam, & ipſum Comitem teſtem vocavit. Nos autem cum reclamaremus, contra mandat Dominus Rex Comiti Petro, ut appellum, & clamorem Abbatis, & reſponſum Ricardi, ac ſententiam ſi qua fuit, ei ſuis literis tranſmittat. Comes autem reſpondit, reſcripſit, quoniam Abbas in Curia ſua nullum appellum, vel clamorem de Caſtello fecerat. Mandat iterum Curia Domini Regis Comiti Petro, ut cum ipſe Ricardus reverſus eſſet ad propria, quia ſicut erat contra majeſtatem regiam appellatus, ſi Abbas & Monachi vellent eum convenire, idem Comes primùm regium mandatum, quod per venerabilem Abbatem Olibrium quondam acceperat, ita ſequeretur, atque perficeret, ut iteratam querimoniam ulterius Curia non audiret, qui ad proſequendum regium mandatum, dum apud Manupellum Curiam celebraret, & nos de Caſtello jam dicto conveniremus, Ricardus ipſe quidem dilationis amator, reſpondit, quoniam Dominus Rex iſtud Caſtellum ei ſuo dederat dono, ita quod de eo nemini reſpondere deberet, & hujus rei Dominum Regem teſtem invocavit. Curia verò Comitis teſtimonio Domini Regis factum iſtud reſervandum decrevit. Item de decimis terrarum tenimenti Valerii per Comitem Drogonem huic quondam Monaſterio reſervatis Geruſulinus Comes Laureti, nun conſiderato rationis ordine, Monaſterium iſtud deſtinavit. Qui cum plurima Apoſtolica & regia mandata, nec non & munera ſæpius per Abbatem Olibrium ſuſcepiſſet, noluit unquam opus iniquitatis corrigere. Hujus ergo Abbatis tempore divino perfuſus ſpiramine, vocato Abbate, & Monachorum quibuſdam populum Laureti coram ſe congregatum obteſtatus eſt per fidem, qua erant Deo, & Regi, ſibiq; obnoxii, ut cui decimæ illæ competerent, vel cui eas prædeceſſores eorum reddiderint, teſtarentur; tunc omnes ſunt una voce teſtati, prædeceſſores ſuos huic ſoli Monaſterio decimas illas antiquitus reddidiſſe. Juſſit ergo Comes deinde juxta inſtrumentorum noſtrorum obtentum huic Monaſterio decimas illas reddendas; Tranſmundo vero de Sinitio juſſit, ut vel ipſe juraret decimas ſui tenimenti huic Monaſterio de jure non ſpectare, vel domini Gentilis Decani, Silveri Monachi ibidem aſtantium juramentum reciperet, decimas ſui tenimenti huic ſoli Monaſterio de jure competere, eique prædeceſſores ſuos illius tenimenti poſſeſſores reddidiſſe. Tranſmundus verò Monachorum juramentum elegit, tunc illis ſupra librum aſtantibus, & jurare vo-

A lentibus, Tranſmundus eis juramentum indulſit, & quaſi juraſſent, acquievit, decimaſque deinde huic Eccleſiæ reddere promiſit. Item pro decimis de Fellonacu, Odorus de Collealto ſimile ſacramentum exegit ab eodem dumno Gentile, quod cum ille facere vellet, Odorus acquievit, & deinde huic Monaſterio reddi decimas fecit. Item Bartholomeus, & Guilelmus, & Ricardus de Caſali germani fratres reddiderunt huic Monaſterio Eccleſiam Sancti Joannis de Catiniano, quam eorum pater Berardus de Caſali hactenus huic Eccleſiæ dederat, ipſique poſtmodum ei injuſtè abſtulerunt, eamque octo denariorum in Natali Domini huic Monaſterio cenſualem fecerunt. Nunc igitur ad ſcribendam calamitatem, quæ iſtud Monaſterium repentè, ac inopinatè, graviterque concuſſit, calamum noſtrum vertamus. Poſt obitum namque illuſtris Regis Siciliæ Guilelmi Secundi memoriæ celebrandæ, cum non haberet filium, qui ei hæreditario jure in regnum ſuccederet, tota terra, quæ favorabili prius
B pace floruerat, fraticoſa poſtmodum ſeditione inhorruit, & qui antea converterant gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces, abdicata poſt hæc arma reformant. Hujus ergo diſſidii tempore Ricardus, & Fredericus de Britulo, quoniam à fundatore hujus Eccleſiæ ſecundum carnis propaginem proſapiam traxerant, licet ſecundum diſtinctos canonum gradus per longiſſimam veſtim ab eo penitus alieni, quaſi proavito jure Monaſterium iſtud ſibi vendicare volentes, & non attendentes tantam libertatem ab ipſo conſtructionis exordio huic indultam Eccleſiæ, in auribus Comitis Raynaldi Aprutij, iniquæ perſuaſionis venena diffundunt ſuadentes ei terram hujus Eccleſiæ ipſis hæreditario jure competere, trahentes ad argumenta fidei prædeceſſorum ſuorum iniqua opera, & aſſerentes ſe diu per Reges Siciliæ violentiam magnam perpeſſos. Ergo ad iniquæ ſuggeſtionis damna hujus rei credulum Comitem flectunt. Quare me Abbas tranſmittit veris propoſitionibus falſitatis
C argumenta refellere, & judiciariæ diſceptationis terminum petere. Sed, ò nos miſeros! judicem noſtrum virus falſitatis irrepſerat; lancem noſtram malleus contriverat aureus, ollam ſpei noſtræ maſſa oppilaverat plumbi. Judex denegat audientiam judiciariæ diſceptationis, jubet adverſariis Carpinetum, & Faram aſſignari, ſtatimque dicta factis complentur; proh dolor! primo die ante vigilias Nativitatis Domini dilecta libertatis luce privamur, intrant furibundi Caſtella, eaque ſub unius horæ ſpatio occupant violenti, tunc ſanguinem ſanguini, & exceſſum exceſſui adiicientes in ipſo crepuſculo noctis Monteflorum quoddam Caſale ſitum in monte invadunt, deprædantur miſeros illos homines, nihil tam in ſupellectili, quam in omni animali præter ſolam vitam carnis ſit eis reſiduum, diripiunt, lacerant, & omnia quaſi beſtiali more conſcindunt, & in tantam crudelitatis rabiem exarſerunt, ut etiam infantes exſpoliarent in cunis. Plorat igitur hæc tota noſtra mater Eccleſia filiorum, ſuamque
D perniciem, nec eſt qui conſoletur eam ex omnibus caris ejus, adverſus quam fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania: flet Monachorum Conventus, totaque familia domus, & ex alto pectoris longa trahens ſuſpiria lachrymabiles mittit voces ad cœlum, dies feſti ejus converſi ſunt in luctum, Sabbatha ejus in opprobrium, feſtus dies Nativitatis Dominicæ ſit nobis horridus atque infeſtus; re vera potum miſcentes cum lachrymis manducabamus panem doloris; tunc enim dormiente Chriſto, navicula Petri expoſita eſt ventis, & fluctibus, & in circuitu eius tempeſtas valida. Nam totus populus huic Monaſterio fidelitatis, & homagii lege obnoxius priſtinæ velut immemor fidei vbera huius matris Eccleſiæ, quæ hactenus ſuggere conſueverat, exulcerare non veretur, turba etiam famulorum, atque domeſticorum ſit nobis oppoſita. Nam cum fortuna ſtatque caditque fides. Sævit igitur lippa fortuna, & quaſi ſingulari con-

gressu

greſſu experiri conatur, quod ipſa valeat malignari, nos autem pati. Abbas ergo coram omnibus fratribus in Capitulo recognoſcens Abbatiam Simoniacam ſe fuiſſe adeptum, & ei abrenuncians, ad Monaſterium Sancti Clementis, de quo aſſumptus fuerat, rediit, me ſolo de fratribus ipſum ſecuto, qui ab illis adverſariis odio habebar inextinguibili, eorum furorem declinans, domeſtica ſepta reliqui, ut compendio propriæ libertatis, poſſem pro communi laborari licentiùs. Idem verò Abbas me ſolo ſibi adhærente de fratribus ad Comitem Raynaldum acceſſit, undè nobis tanti turbinis fluxerat ventus, eique rationes hujus Eccleſiæ ſecundum inſtrumentorum noſtrorum obtentum, & antiquorum memoriam pleniùs exponentes, illum ad pœnitentiam malè facti tandem inclinavimus. O bone Jeſu, paraſti in conſpectu noſtro menſam adverſus eos, qui tribulant nos. Communicato erga quorundam fratrum conſilio, conſcientia ſecurus, non via, divino conductu, non humano ad partes Lombardiæ acceſſi ad quendam Henricum Teſtam Italiæ Legatum Mareſchalcum Imperatoris, cui de præſcripto Comite flebilem ex parte totius Eccleſiæ noſtræ querimoniam faciens, factum in ordine per ſingulos expoſui, eo quod ipſe Comes poſt mortem prætaxati Regis Guilielmi, Imperatori juraverat, qui in ſuo reſcripto non modicum Comitem arguens, mandat ei ut Reate ipſi locuturus accedat, promiſit enim omnibus ablatis ibidem per Comitem facere nos reſtitui: reverſus enim, licet cum diſcrimine multo dictum Comitem uſque Reate ſum poſtea comitatus, ubi præfatus Mareſchalcus prædicto Comiti dat in mandatis, ut Eccleſiam iſtam de omnibus ablatis in priſtinum ſtatum reformet. Poſthæc nimirum ad noſtram petitionem Dominus Papa mandat eidem Comiti, quatenus Monaſterium iſtud Caſtellis, & omnibus ablatis reſtituat, ipſumque deinde manuteneat, & defendat, quod cum ipſe Comes differret perficere, iterum Dominus Papa reſcribit formam prioris mandati ſecutus, addens, ſi non faceret, mandat Aprutino, & Pennen. Epiſcopis, & Abbati Sancti Clementis, ut illum commonitum, & corrigi nolentem excommunicationis ſententia feriant. Tot igitur prætaxatus Comes mandatorum impulſu, & pediſſequæ voluntatis applauſu communicato ſuorum Baronum conſilio apud Sanctum Joannem in Balneo, ubi erat in expeditione Regis Henrici cum præmemorato Mareſchalco, quem Imperator ad conquirendum Regnum miſerat, nos Caſtellis, & omnibus ablatis reſtituit, ſuſcipiens Monaſterium cum omnibus ſuis ſub tutela & protectione ſua, conſtituens Gualterium de Camarda Comeſtem ſuum hujus reſtitutionis executorem, qui veniens Carpinetum, & à ſupradictis R. & F. præpeditus, quia dolor eſt deſerere, quæ delectant, præceptum Domini Comitis non potuit exequi. Iterum ergo reverſus ad Comitem, & ab eo in tenimento Civitatis Teatinæ litteras protectionis accipiens prænominatum reduxi Comeſtem, qui veniens fortioris robore mandati ſuccinctus in Dominico die ſolemnia Pentecoſtes nos Caſtellis, & omnibus ablatis reſtituit, expulſa ſupradictorum noſtrorum adverſariorum familia, quæ à remotis & diverſis locis collecta uberem agrum paſtura confluxerat. Multis igitur moleſtiis Eccleſia iſta diutius fatigata poſt labores & diſcrimina ſpiritu jucunditatis exhilarata veteres oblita mærores, viſitavit utique nos Omnipotens ex excelſis, tantas noſtrum miſeratus gravedinea. Congratulantur ergo nobis vicini & cognati, quia magnificavit Dominus miſericordiam ſuam nobiſcum. Verum quia res poſtulat, & materia competit, ut de ſucceſſione Regni breviter aliquid perſtringamus, quatenus hujus Eccleſiæ innovata, & reformata libertas evidentius cognoſcatur. Cum autem famoſiſſimus quondam Rex Rugerius duos filios genuiſſet, Rogerium videlicet primogenitum ſuum, poſtmodum Ducem Apuliæ, & Guilielmum poſt mortem patris, & primogeniti

A fratris Regem Siciliæ. Rogerius Apuliæ Dux reliquit ſuperſtitem unigenitum ſuum nomine Tancredum, Guilielmum verò alterum nomine ſuo Guilielmum reliquit filium, & hæredem coronæ ſucceſſorem & Regni. Hic amitam ſuam Conſtantiam ſororem ſui Patris Henrici Romanorum Imperatori matrimonio copulavit. Poſtmodum verò mortuus ſine hærede Sedem vacantem, & ſceptrum dimiſit inane. Poſt modicum igitur tempus prænominati Rogerius Ducis filius à populo electus, & plebe ungitur, & coronatur in Regem; ſed quia certamen præmia magna movent, Henricus Romanorum Imperator ad conquirendum ſibi Regnum quantum potuit laboravit; viriliter ergo & ſatis potenter Regnum iſtud invadit, & capta Terra laboris obſedit Neapolim: inde poſt longam obſidionem exercitu ejus pro majori parte divinitus interempto, ſpe fruſtratus, & mole graviſſimæ infirmitatis depreſſus, de Regno ſemivivus abſceſſit. Poſt ejus diſceſſum prænominatus Rex Tancredus

B cum exercitu copioſo uſque in Comitatum Pennen. perveniens Comitem Raynaldum Aprutii ſuo dominio ſubdidit. Cui apud Aternum cum jam dictus Boamundus hujus Monaſterii Abbas cum duobus ex fratribus hujus Monaſterii, domno Britio, & me cæterorum ultimo ſe præſentaſſet, idem Rex Monaſterium iſtud cum ſuis poſſeſſionibus ſub tutela ſua, & protectione recepit muniens illud ſuæ protectionis litteris. Nunc itaque quæ de jam dicto Boamundo hujus Monaſterii Abbate dicenda ſuperſunt, breviori quam poſſumus calamo proſequamur. Hic ſiquidem Abbas cum eſſet ſuis Caſtellis monaſterio reſtitutus, pœnitus confeſſionis, & abrenunciationis mutata voluntate, ſua tantum auctoritate prælaturam reſumpſit, indeque cœpit bona Monaſterii dilapidare, & ipſius negotia ægrè tractare, ita quod ad tantam illud deduxit inopiam, quod fratres extra ipſius Monaſterii clauſtrum cogebantur ſua neceſſaria quærere, & de propriis marſupiis contra ordinem, & Eccleſiæ conſuetudi-

C nem ſibi victualia miniſtrare, & quod nequius eſt, ipſa Caſtella Carpinetum, & Faram Ricardo & Friderico de Britulo lupis edacibus hujus Eccleſiæ hoſtibus dolo fertur expoſuiſſe, quam expoſitionem, ſeu, ut tunc ferebatur, diſpoſitionem repente ſequitur ſceleratus effectus: iterum Apolloius ſuo corio denudatur, iterum ſuis Caſtellis privatur, abraſo clamatur Philiſtini ſuper ſe incurſuri. Nos ergo cum ſæpius jam dictum Abbatem monuiſſemus, & emendari de dilapidatione, & aliis iniquitatibus nollet, domino Papæ Cœleſtino Tertio cauſam detulimus, quam audiendam, & cognoſcendam Domino Benedicto Subdiacono Sanctæ Romanæ Eccleſiæ idem Papa commiſit, qui ad Monaſterium veniens cauſam ipſam diutius cogitavit, & teſtibus ſuper litem conteſtatam hinc indè receptis, & eorum dictis redactis in ſcriptis, ut ſe Domino Papæ repræſentarent terminum competentem utrique parti præfixum. Ubi lis ipſa conteſtata & diutius cogitata, antequam legitimæ deciſionis ſortiretur

D effectum, divina prævenitur ſententia, quia idem Abbas xviii. Kal. Maii diem mortis clauſit extremum, & apud Monaſterium S. Laurentii foras muros Urbis Romanæ ſepulturam accepit. Prænominatorum verò hujus Eccleſiæ hoſtium antiquorum R. & F. de Britulo tanta crudelitas fuit, quod ipſa duo Caſtella hujus Monaſterii Carpinetum & Fara more barbarico ita expoliaverunt, ut nihil penè reſidui miſeris hominibus facerent. Et quia quidam Teutonicus nomine Bertoldus Imperatoris Legatus ſororem Comitis Laureti uxorem acceperat, totum Comitatum Pennen. & Aprutinum conſumpſit, Caſtella diruit, Eccleſias expoliavit, homines miſeros beſtiali feritate truncavit, ita quod Teutonicorum humanitas in belluinam videretur mentem mutata. datur locus ſæviendi præmemoratis Ricardo, & Frederico, & ſcelera ſua efficiundi. Ab his igitur digreſſionem modicam facientes de ſubſtituto Abbate aliquid interlocutoriè proferamus.

mus. Cum eſſet itaque Monaſterium iſtud viduitate paſtoris, & malitia temporis multa perſecutione attritum, commuoicato fratres conſilio pari voto, & communi deliberatione elegerunt quendam Monachum Caſinenſem Domnum Gualterium de Civitate Quava, virum nobilem, totum virtutibus & ſapientia prædirum, qui juxta morem cathedratus in Sedem per Comitem Raynaldum Aprutii, præſcriptos adverſarios Ricardum, & Fredericum de Britulo convenit, eoſque de injuſta Caſtellorum hujus Monaſterii occupatione, & furtiva invaſione per me contra illos allegantem impetiit, & Monaſterio ea omnia, quibus expoliatum fuerat, juxta decretorum, Sanctionum & legum ordinem petiit redintegrari. Sicut igitur ab adverſa parte contra reſtitutionem nihil obvium poſſet prætendi, tota Curia Comitia concordi ſententia hoc Monaſterium omo:bus ablatis adjudicavit reſtitui, & in eo ſtatu, in quo ante deſtitutionem fuerat, redintegrari; & tale judicium Dominus Comes fecit litteria annotari; tunc ergo ex parte, quia Caſtellis fuimus facile reſtituti, B ex parte verò minimè, quia pecunia fere mille biſantiorum fuit oobis redintegrata. Taliter igitur hac quæſtione ſopita, noſter electus Apoſtolico ſe conſpectui præſentavit, ubi ubi dum eſſet; Domnus Oddo Penneoſis electus cum Domno Nicolao tunc Præpoſito Pennen. Eccleſiæ filio quondam Serronis, & presbytero Alberto Notario Pennen. Canonico, & aliis pluribus ipſius Civitatis petiit à Domino Papa Cœleſtino Tertio, ut noſtrum electum ſibi benedicendum relinqueret, dicens jure ſui Epiſcopii hoc ſibi compe-

A tere: tunc Domino Papa cum Cardinalibus exinde communicante conſilium, Domini Cardinales ejus reliquerunt memoriæ, atque judicio, quia ipſe & temporis vetuſtate, & antiqua omnes præcedebat memoria; ipſe verò Dominus Papa taliter exortus eſt dicens: Cum ex privilegiorum obtentu, & longa temporum præſcriptione Monaſterium Sancti Bartholomæi ad Romanam Eccleſiam nullo medio ſpectare noverimus, memorantes per antiquorum traditionem & propriam viſionem à centum annis, & pluribus ejus Abbates à Romanis Pontificibus benedictos, jure igitur ipſi electo, ſi vobis placet, munus benedictionis impartiri debemus; in quam ſententiam omnes Cardinales pariter convenerunt. Sequenti ergo die in Capella Lateranenſis Palatii in præſeotia prænominati Pennen electi, & præſcriptorum ſociorum Dominus Papa noſtro Electo munus benedictionis indulſit, eumque mitræ, virgæ, annulique propria manu inſigniis decoravit. Sic noſter Abbas mecum, & Domno Britio comiti- B bus lætus repatriavit cum litteris dimiſſoriis, & indulgentiæ, quas idem Papa nobis fieri fecerat. Verum in longum narrationem produximus, igitur abdicato calamo, & linguæ taciturnitatem, & membris indulgeamus quietem; iſta tamen legentibus omnia ſupra digeſta eſſe veriſſima ſignificantes, quæ nullius ſunt ab lectione fallaciæ figmentata. Et licet ea non pingat, vel læviget nitor eloquii, & exquiſitarum dictionum ſplendor noo palliet; tameo ſimplicitas ſtyli vera diſcrevit, & veritatis operimento veſtivit.

Ex Ughel. II tomo ſexto.

DE FUNDATIONE ET DOTATIONE

Ejuſdem Monaſterii ſancti Bartholomæi de Carpineto.

IN Dei nomine Amen. Anno ab Incarnatione Dominica DCCCCLXII. die 18. menſis Martii 13. Indict. Imperante glorioſiſſimo Imperatore Ottone, anno Imperii ſui ſecundo præfatæ Indict.

Nos Bernardus q. Liudoni filius Comes Comitatus Pennen. à flumine Tabe uſque ad flumen Piſcariæ præſenti ſcripto declaramus, quod dum quondam infirmitate gravati in lecto noſtro jaceremus, cogitavimus, qualiter in peccatis concepti ſumus, & qualiter per dies ſingulos peccata commiſimus, & qualiter in die Judicii de noſtris peccatis ſumus Deo rationem redituri, & qualiter juſti cum Domino gloriabuntur, & peccatores in illo Judicio damnabuntur, quibus penſatis conſilia quæſivimus à religioſis viris, quomodo poſſumus peccata noſtra redimere, & iram ſuperni Judicis fugere, à quibus perceptis conſiliis, vidimus, nulla poſſe nos facere majora opera charitatis, quam conſtruere aliquod Monaſterium, & rebus noſtris dotare illud, ut Monachorum cœtus in eo valeant famulari Deo, & pro animabus anteceſſorum noſtrorum, & noſtra Dominum Deum inceſſanter orare, & Chriſti pauperes ab eodem Monaſterio poſſint recipere alimoniam tempore neceſſitatis. Poſt hæc autem incepimus cogitare intra nos, & locum aptum quærere, & Deo concedente invenimus in noſtro Comitatu locum ſatis habilem ad fundationem Monaſterii excogitati, videlicet in contracta ad radices Montis Apennini, in loco, qui dicitur Collis de Licina poſita in Inſula, quæ eſt inter flumen Naure, & rivum de Vito, in quo loco conſtrui fecimus in honorem Dei, & Beati Bartholomæi Apoſtoli Monaſterium cogitatum, in quo adhibito ſolemni cœtu Monachorum, eorundem votis concurrentibus, ab ipſo toto Collegio vir multæ Sanctitatis Domnus Benedictus canonicè eſt electus Abbas, & debito modo confirmatus, quibus Abbati & Monachorum Congregationi, tanquam fundator ipſius novi Monaſterii infraſcripta bona noſtra ſtabilia, titulo liberalis donationis ceſſimus, videlicet per circuitum Monaſterii tantum de terra, quod capit in ſemine modios trecentos pro faciendis campis, & vineis dicti Cœnobii, & Montem Somati, qui ſitus per directum ſuper ipſum Monaſterium. Damus etiam & concedimus titulo prædicto tibi Abbati Benedicto, & tibi Congregationi ejuſdem Cœnobii recipientibus pro ipſo Monaſterio S. Bartholomæi Caſtellum noſtrum Carpinetum, & Caſtrum noſtrum, quod dicitur Fara, & locum, qui dicitur Varleczum, cum hominibus, juribus, & pertinentiis ſingulis ipſorum Caſtrorum. quæ Caſtra confinia ſunt, & ſunt de ipſo noſtro Comitatu, & in ipſorum caſtrorum, terrarum, & locorum prædictorum poſſeſſionem ipſum Abbatem, & Collegium dicti Monaſterii poſuimus, & induximus, ut ipſi, & ſucceſſores eorum abſque noſtra & cujuslibet alterius calumnia poſſint prædicta omnia in perpetuum retinere, & poſſidere. Cedimus ipſi Monaſterio Vicennam noſtram, quæ dicitur Sanguinetum per menſuram modiorum centum, exhibentes etiam fratribus, & famulis ejuſdem ſancti Cœnobii liberam licentiam conſtruendi

A Molendina, & Balcatoria ubicunque voluerint per totum Comitatum noſtrum, & vendendi, emendi, & paſcua libere ſumendi pro animalibus ſuis in omnibus locis totius noſtri Comitatus. Et hanc noſtram donationem, & conceſſionem ſtabilem & perpetuam volumus permanere juxta illud, quod Carolus Imperator in ſuo Capitulari ſic conſtituit: ut ſi quis Longobardus recogitans caſus humanæ fragilitatis pro ſalute animæ ſuæ de rebus ſuis voluerit aliquam donationem alicui pio loco facere, liberè poſſit, & abſolutè, nullo contradicente; & etiam juxta illud, quod Luitprandus Rex in ſuo Capitulari ſic affixit. Si quilibet Longobardus ægrotaverit, quanquam in lectulo rejaceat, poteſtatem habeat, dum vivit, & rectè loqui poteſt, pro anima ſua de rebus ſuis judicare, & facere, juxta votum ſuum, teſtamentum, & ut ſibi placuerit de his, quæ poſſidet, diſpenſare. Volumus etiam, ac concedimus, & per præſens ſcriptum perpetualiter confirmamus, ut ipſum ſanctum Monaſterium

B ad honorem Omnipotentis Dei, & Beatæ Mariæ ſemper Virginis, ac Beatiſſimi Bartholomæi Apoſtoli, ſic fundatum & dotatum cum omnibus rebus ſuis ſit liberum, & nulli unquam perſonæ ſubjectum, nec nobis, vel alicui de generatione noſtra, ad præſtandum, ſeu etiam faciendum aliquid teneantur publice, vel privatim aliquo modo, niſi tantummodo ad ſolam Orationem faciendam, & exhibendam piam eleemoſynam miſerabilibus perſonis, & pauperibus Domini noſtri Jeſu Chriſti pro anima noſtra, & recolendæ memoriæ Liudoni Patris noſtri, & omnium prædeceſſorum noſtrorum, & pro anima Gaidolfi Reverendi & Venerabilis Epiſcopi germani noſtri, & pro anima genitricis & uxoris noſtræ, pro quibus bona ſumus omni tempore facere obligati, & Dominus noſter Jeſus Chriſtus cum venerit ad judicandum vivos, & mortuos, & ſæculum per ignem, in illo tremendo, & terribili judicio, in quo boni, juſti, & electi pro ſuis bonis, & juſtis operibus in præſenti ſæculo dum vi-

C xerunt, curaverunt facere, recipiant glorioſa, & æterna præmia, & impiis & peccatoribus pro ſuis iniquitatibus, & ſceleribus, quæ in præſenti vita commiſerunt, & dignam pœnitentiam non egerunt, juſta Dei ſententia dabuntur incendioſa, & horrenda, atque infinita ſupplicia, per orationem ipſam Sanctorum Monachorum, & donationem præfatam ſanctarum eleemoſynarum, & alia ſupradicta bona, veniam & miſericordiam per ſuam ſanctam pietatem nobis tribuat de peccatis noſtris, quæ in præſenti ſæculo fecimus, & participes nos faciat ſuæ glorioſæ vocis cum dixerit; Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi, & elonget nos ab illa terribili, & tremenda voce cum dixerit: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis ejus: & hæc bona omnia ſupraſcripta, & notata, per nos liberaliter data & conceſſa per titulum donationis, ac etiam aſſignata ipſi ſancto Monaſterio ſolemni promiſſione promitti-

D mus per nos & omnes & ſingulos hæredes noſtros ſub pœna quadringentarum librarum argenti ipſi prænominato Monaſterio ab omni perſona, magna,

& par-

& parva & quolibet loco, & contra omnia præſcripta, ſeu etiam aliquod ipſorum in parte, vel in totum nmquam ullo tempore ſacere, vel ire, ſeu etiam attentare aliquo modo, & præſcriptum noſtræ prædictæ donationis, & conceſſionis, atque judicationis deſideramus, & volumus cum plena noſtri animi deliberatione ſub prædicta pœna, ſcilieet quatriogentarum librarum argenti firmum, & ſtabile, atque irrefragabile perpetualiter omni tempore permanere, & ſtare. Quod ſcriptum donationis, & conceſſionis, atque indicationis ego Benedictus ejuſdem Domini Bernardi Curiæ Judex atque Liberius de ipſins Domini Bernardi rogatu atque mandato propria manu ſcripſi, & juxta ſolitum & conſuetudinem advocati. *Factum eſt Anno, menſe, die, & Indictione prædictis in dicto Comitata Pennenſi. Amen.*

Signum manus Bernardi, qui hanc donationem pro redemptione animæ ſuæ fecit.
Signum Joannis rogati teſtis.
Signum manus Leonis teſtis.
Signum manus Boſoni teſtis.
Signum Accolini rogati à ſuprad...

Principium fundationis hujus Sancti Monaſterii.

IN Dei nomine. Ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni nongenti ſexaginta duo, dies menſe Martio, ind decima quinta. Ideoque ego Bernardna filiua quondam Liudum declaro enim, quia cum quadam die propter ægritudinem tacitus jacerem in lectuln meo, cogitare cœpi intra memetipſum, qualiter in peccatis conceptus ſum, & natus, & qualiter ab infantia mea die, noctuque, & horia atque momentis innumerabilia peccata commiſi, & qualiter in illo terribili judicio de omni facto meo, vel cogitatione Deo rationem redditurus ſum, & qualiter juſti, & electi Dei cum Domino gloriabuntur, & impii peccatores in illa pavenda pœna cum Diabolo damnabuntur, & ſubito me reſpexit divina pietas, & commotum eſt cor meum cum tremore, & æſtuatione cordis cœpi enixe quærere conſilia a Sacerdote, & Religioſo viro, qualiter innumerabilia peccata mea redimere potuiſſem, ut iram æterni Judicis evadere potuiſſem, & accepi conſilium ab eis, excepto, ſi ſæculo renunciare potuiſſem, nullum aliud melius inter eleemoſynarum virtutem, quam ſi de propriis rebus, & ſubſtantiis meis Monaſterium conſtruxiſſem, & Monachorum cœtum famulatum Deo coadunaſſem, qui ibidem laudem Deo reſultent, & vota perſolvant, pro animabus noſtria inceſſanter exorent, & cogitare cœpi intra memetipſum, ubi aptum locum invenire potuiſſem, & ſubito Deo concedente invenimus locum in ipſa inſula, quæ eſt inter fluvium la Naura, & rivum de Viti, & fecimus ipſam Eccleſiam in honore Dei, & Glorioſi Apoſtoli Bartholomæi, & congregavimus Monachos, & ordinavimus Abbatem Domnum Benedictum, & dedimus terram, in uno ſe tenentes in menſuram modiorum trecenti, & habet finis capo fine ipſi parti de ipſa peſcla, de Somati, de uno lato fine rivo, de viti, & de alio lato fine fluvio la Naura, & da pede fine fluvio la Naure, & fine fluvio de Viti, & quomodo ipſo fluvio la Naure, & ipſo rivo de Vite inſimul ſe conjungunt, & ipſo fluvio, & ipſo rivo cum aqua ſua, & concedo in ipſa jam dicta Eccleſia de alia res mea in vocabulo dello Peſco in loco, ubi dicitur Battute, terra menſura in uno ſe tenentem modiorum centum, & habet finis capo fine terra, quæ mihi remanſit da pede fine fluvio la Naura cum aqua ſua, & cum locis molendinis ubicunque molina ædificare potueritis de uno lato fine rivo de Viti, & de alio lato fine ipſa peſcla, & limite, & concedimus in ipſa jam dicta Eccleſia de alia res mea, quæ mihi ſupraſcripto in hæreditatem obvenit in locum in ipſe plage, quæ eſt ſuper ipſo Caſtello de Carpineto, & in ipſe plage de ipſo

A peſclo, qui eſt terra modiorum quadraginta, & habet fines capo fine limite de pede, fine via de uno lato fine via, quæ pergit ab ipſo Caſtello de Carpineto, & quomodo pergit in ipſa forma de ipſo molino, qui Lovammo, & Joannes præſtitum tenet, & fine capo de ipſa forma, de ipſa ſerta, & fine fluvio la Naura cum aqua ſua, & molendinis, & cum molina, qui ibidem ædificare potueritis, de alio lato fine limite, & concedo de alia res mea in ipſa jam d. Eccleſia terram per menſuram modiorum viginti in ipſo vocabulo de molenario, & habet finis capo fine limite, & prete ficte, qui ibidem ſtare videntur da pede, & de uno lato terra, quæ mihi remanſit, & de alio lato fine via, & fine pretæfictæ, & concedo de alia res mea, in ipſa jam dicta Eccleſia terram per menſuram modiorum centum viginti in ipſo vocabulo de Sangnineto, & habet fines capo fine valle ſecca de pede, & de uno lato fine via, & fine fluvio la Naura, & de alio lato fine via, & terra, quæ mihi remanſit, & concedo de alia res
B mea in ipſa jam dicta Eccleſia in loco qui nominatur lata pura vocabulo ad ipſe colle terra per menſuram modiorum triginta, & octo in uno ſe tenente, & habet finis capo in fluvio la Naura pede, & de animes latere limite, & in alio loco, qui nominatur pede de monte malo terra per menſuram, in uno ſe tenentem modiorum duodecim, & habet fines capo, & pede fine limite de uno lato fine via, alio lato fluvio la Naura, & concedo de alia res mea in ipſa jam dicta Eccleſia terra per menſuram in uno ſe tenentem modiorum viginti in locum, qui nominatur Ocretana, in ipſo vocabulo de Nepotano. Et habet finis capo fine terra quæ mihi remanſit da pede fine limite, & de uno lato fine via, & de alio lato terra, quæ mihi remanſit, & concedo de alia res mea in ipſa jam dicta Eccleſia in locum, qui nominatur ad ipſe cortine de S. Petro, quæ eſt terra per menſuram in uno ſe tenentem modiorum triginta, & habet fines capo, & de uno lato terra, quæ mihi remanſit, & pede fine rivo, & alio lato
C fine rivo, & terra de ipſa ſupraſcripta Eccleſia Sancti Bartholomæi, & tradimus in ipſa Eccleſia in locum, qui nominatur Caſali ſpeiſo, terram per menſuram modiolo uno, ubi eſt vinea plantata; & habet finea capo fine via de pede, & fine via de ambos latere fine terra de ſingulis hominibus, & tradimus ipſa Eccleſia Sancti Bartholomæi eum ipſe ſupraſcriptæ rebus in manu Domini Benedicti Sacerdote, & Monachus, & inde eum Abbas conſtituimus, & conceſſimus a locis ipſius neceſſarius ſupplementum, Chriſtique ſervorum illuc degentium, ſeu undecumque adventantium pereone ſubſidium ipſa ſcripta mea hęreditate, quę mihi ſupraſcripto Bernardo in hæreditatem, & ad meum cõqniſitum obvenit ipſa ſupraſcripta res infra ſupraſcriptæ fines, qui ſunt totæ inſimul per menſuram modiorum ſexcentum octuaginta, & unum, & ex prædicti omnibus ipſi ſupraſcripti rebus infraſcriptæ fines cum ipſa Eccleſia Sancti Bartholomæi, & cum riveis, pomis, & arboribus ſuis, &
D cum locis molendinis, ubi ædificare potueritis, & cum ornamenta de ipſa jam dicta Eccleſia, & cum omnia, & in omnibus, quantum ipſa ſupraſcripta res infra ſe, vel ſuper ſe habentes in integrum, & in omnibus ſic concedo, dono, trado, atque confirmo tibi Domine Benedicte vir venerabilis Abbas, vel ad poſteriſque ſucceſſoribus tuis perenniter permanſurum, confirmamus in ea videlicet ratione, pro quo Domnus Liprandus Rex in ſuo Capitulare ſic affixit. Si quilibet Longobardus ægrotaverit, quamqua in lectulo rejaceat, poteſtatem habeat, dum vivit, & recte loqui poteſt, pro anima ſua judicare, vel diſpenſare, & quod judicaverit pro anima ſua, ſtabile debeat permanere. Similiter ipſe in ſuo Capitulo ſic adjunxit, ut qui res ſuas in ſanctis locis, vel in Xenodochiis judicaverit pro anima ſua, ſtabile debeat permanere. Et quia Domnus Carolus Imperator in ſuo capitulare ſic conſtituit. Si quis Longobardus habet caſus huma-

næ fragilitatis recogitans pro ſalute animæ ſuæ de rebus ſuis cartula donationis cuilibet facere voluerit, abſolure faciat de rebus ſuis quod velit, & voverit, in ea videlicet ratione. Ego ſupraſcripto Bernardus ſic dono, & trado, atque concedo, ſeu judico ipſa jam dicta Eccleſia cum ipſe ſupraſcriptæ rebus, qui ſupraſcripto D Benedicti venerabilis Abbas, vel ad poſteriſq; ſucceſſoribus ſuis, & pro anima mea, & pro anima Gardolfi Epiſcopus Germano meo, & pro anima ſupraſcripto Liudum Genitorem noſtrum, & pro Genitrice noſtra, & pro anima de Conjuge meæ, & pro filioli mei, ut nobis Dominus Noſter Jeſus Chriſtus veniam retribuere dignetur, & ad ſua ſancta gratia revocare dignetur, nt cum venerit die illa futurum judicium mirandæ a Domino accipere mereamur, & cum electis vocem ejus audire mereamur, quando Dominus dicturus erit; Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, qnod vobis paratum ab origine mundi. Propterea tradimus tibi Domine Benedicte Venerabilis Abbas, vel ad poſteriſque ſucceſſoribus tuis, nt habeat, & teneat arque poſſideat ipſa ſupraſcripta Eccleſia cum ipſe ſupraſcriptæ rebus ad jure, quiere, & non ſit ſubjecta neque ſub Epiſcopio, neque ſub alio Monaſterio, neque ſub ulle perſone, niſi ſolo Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, cum omnia ſubjecta ſunt, & nullum ibi dominentur, vel judicentur, neque nos neque generatione noſtra. Et quando Abbas de ipſo prædicto Monaſterio de hoc ſæculo migraverit, licentiam habeat de ipſa Congregatione de ipſo ſupra prædicto Monaſterio Abbas inter ſe eligere, quale ille melius prævideri, qui ibidem regula S. Benedicti melius teneat, & ſi inter eos orta fuerit propter Abbas eligere quale majore pars elegerit, ille ſit factus Abbas, & ponatur in Sede, qui ejuſdem ſacrum regimine teneat, & nos, vel noſtra generatione ibi nullum aliud ſervitium habeat, niſi ſola oratione pro animabus noſtris, & pro anima de Genitore, & Genitricis noſtras, & pro anima de Conjuge meæ, & quicunq; de generatione noſtra, aut qualibet perſona ipſa jam dicta conceſſione, ſeu ordinatione quod pro anima noſtra conceſſimus, atque ordinavimus, ſeu judicavimus moleſtare, aut inquierare, vel diſtribuere præſumpſerit, & Monachos de prædicto Monaſterio quieté, ac pacificé eſſe non permiſerit, non habeat partem in prima Reſurrectione, ſed cum Juda traditore, qui ruat Apoſtolico agmine ſegregatus eſt, ſequeſtratus pars illius ſit in ſtagnum iguis ardentis, & ſulphuris, & hoc repromitto me Ego ſupradictos Bernardo, & obligo me, vel meis hæredibus tibi ſupraſcripto Domni Benedicti Venerabilis Abbas vel ad poſteriſque ſucceſſoribus ſuis, vel Monachis, qui ibi nunc habitare videntur, & habitaturi ſunt, ibi habitandum, ut ipſa ſupraſcripta Eccleſia cum ſupraſcriptæ rebus pro anima mea, & pro anima Gardolfi Epiſcopus germano meo, & pro anima Liudum Genitorem noſtros, & pro anima de Conjuge meæ vobis judicavi; atque concedi ab omnes homines antiſtare atque defendere debemus vobis, & à qualibet homines antiſtare, & defendere non potuerimus aut noluerimus, aut ſi exinde aliquid retollere præſumpſerimus, aur ſi ego ſupraſcripto Bernardo, vel meis hæredibus contra te ſupraſcripto Domnus Reverendus Venerabilis Abbas, vel contra poſteriſque ſucceſſoribus tuis, aut contraque ſucceſſoribus, aut contra jam dicto Monaſterio aliquam occaſionem mittere quæſierimus, ut componam ego ſupraſcripto Bernardo, vel meis hæredibus tibi ſupraſcripto Domni Benedicti Abbas, vel ad poſteriſque ſucceſſoribus tuis pœna argentum libræ quatuor centum, & cartula iſta donationis ſeu conceſſionis, atque judicationis, omnique tempore ſemper firma, & ſtabile permaneat. Quem vero hanc cartula donationis, atque judicationis rogatus à Domino Bernardo ſcripſit Ego Benedicto Judice, & Librario primo die iſtius menſe Indictio ſupraſcripta, actum in Pinne, feliciter.

† *Signum manuum Bernardi, qui hunc cartulam pro redemptione animæ meæ fieri rogavi manu manu mea ſubſcripſit, & ſignum Crucis fecit.*

† *Signum manuum Adelberti teſtis rogatus a ſupraſcripto.*

† *Ego Joannes rogatus a ſupraſcripto manu mea ſubſcripſi.*

† *Signum manuum Leoni teſtis rogatus a ſupraſcripto manu mea ſubſcripſi.*

Manum Boſoni rogatus à ſupraſcripto manu mea ſubſcripſi.

† *Signum manuum Azzolini rogatus à ſupraſcripto manum mea ſubſcripſit.*

Donatio Pamponis Epiſcopi Pennenſis.

Pampo Eccleſiæ Civitatis Pennen. Epiſcopus, quæ Eccleſia eſt ædificata in honorem S. Mariæ Genitricis Dei, & S. Maximi, ipſo Almifico Præſule electo, atque omnium ordine Papæ per conſenſum Domini Iſembarti Præpoſiti, Joannis Cuſtodis, & aliorum Canonicorum, qui ordinati ſunt in officio de Sancto Epiſcopatu, & per conſilium Benedicti Presbyteri de Cateniano, & Joannis Abbatis, & aliorum donat Monaſterio Eccleſiæ Sancti Bartholomæi, quod eſt ædificatum in Territorio Pennenſi inſra ipſa tenentia de Carpineto in Colle de Lecina juxta fluvium de Naura, & rivum de Vite, & pro iſto Monaſterio Sanſo Abbati ejuſdem Monaſterii rem juris de dicto Sancto Epiſcopatu, videlicet Plebem S. Mariæ de Cateniano, & Caſtellum de Cateniano, Onerano, Locretano, Geneſtrula, Carpineto, Brittole, & Fara cum omnibus in quantum ad Epiſcopatum pertinet, & pertinere debet de dictis Caſtellis cum clauſula, quod aliquid non alienetur ſine licentia Epiſcopatus, cum onere tamen reſponſionis annui cenſus Eccleſiæ Pennenſi in feſto Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ſeu per totam Octavam dictæ feſtivitatis denariorum duodecim pro reparatione Eccleſiæ Pennen. prout latius apparet in quodam Chirographo ſub Anno Dom. 1070. 6. menſ. Aprilis Indict. viii. Actum Pennæ feliciter, &c. ſubſcriptiones, &c.

Ego Pampo Epiſcopus in hoc ſcripta una cum conſenſu Domini Iſembardi Præpoſiti, & per conſenſum Joannis noſtræ Eccleſiæ Cuſtodis, & omnium Canonicoram manum meam poſui, & illud confirmavi.

Signum manus Ornini teſtis, &c.

Signum manus Boni teſtis, &c.

Signum manus Paſtoris teſtis, &c.

Donatio Erberti Epiſcopi Pennenſis.

Dominus Eribertus Epiſcopus S Mariæ, & S. Maximi, quæ ædificata eſt infra mura de Civitate Pennenſi cum conſenſu Canonicorum in officio de Sancto Epiſcopatu donat Monaſterio S. Bartholomæi, quod eſt ædificatum in Territorio Pennenſi intra ipſa tenentia de Carpineto in Colle de Lecina juxta flumen de Naura. & pro ipſo Monaſterio D. Sanſo Abbati ejuſdem Monaſterii, rem & jus de Sancto Epiſcopatu prædicto, ideſt infra Territorium Pennen. videlicet ipſam Eccleſiam Sancti Bartholomæi, Eccleſiam Sancti Joannis in Balneo cum quarta parte, quantum ad dictum Epiſcopum pertinet vivorum, & mortuorum de la Pinna, & de Viculo, & de Caſtellione, quodque teneatur Abbas, & Monaſterium annualiter dare, & perſolvere Eccleſiæ Pennen. in menſe Auguſti in Aſſumptione Beatæ Mariæ, aut infra octavam denarios duodecim ad ipſum Altare S. Mariæ, & Sancti Maximi, quæ Eccleſia ædificata eſt infra ipſa mura civitatis Pennenſis, prout latiùs apparet in chirographo ſub Anno Domini 1109. Indict. p menſe Auguſti.

Amicus filius ad ipſa convenientia fui.

Digitized by Google

Amtric. filius Paſtoriſ ad iſta convenirntiafui.
Joannes Albtric. ad iſta conuenicntiafui.

Donatio Grimaldi Epiſcopi Pennenſis, ſeu conventio ejuſdem cum Monaſterio S. Bartholomæi.

In Dei nomine Amen. Scriptum conventionis quod ſecit Dominus Grimaldus Epiſcopus Pennen. Eccleſiæ aimificus Præſul electus atque ordinarus ab omni ordine Paſchalis Papæ, & a cuncto populo generaliter ipſe prædictus Epiſcopus ſua bona voluntate, conſentientibus ſibi videlicer, Msuritio Archipresbytero, Berardo Archidiacono, Joanne Præpolito, Leone Msnſionario, Petro Presbytero, Ronce filio, Giſo Presbytero Leonis filio, Hentico Diacono, Mauritio Diacono Giſonis filio, Rainaldo Tramatia, & cum omnibus Clericis convocatis ab Epiſcopo, Ego prædictus Grimsldus Epiſcopus per ipſum ſcriptum convenientiæ dono, trado, confirmo ipſi Monaſterio S. Bartholomæi Apoſtoli conſtituto ad Collem de Lecina, & tibi Vener. Viro Domno Joanni Abbati, veſtriſque ſucceſſoribus in ipſo Monatierio reſidentibus, quæ prædeceſſores mei, videlicet, Pàmpo Epiſcopus, & Eribertus Epiſcopus dousverant, tradiderant, & per ſcripta confirmaverant, hoc eſt de rebus proprietatis noſtræ Penneu. Eccleſiæ, Epiſcopatus S. Mariæ, & S. Maximi, videlicet Caſtrum Cateniani, & Merani cum ipſa plebe S. Mariæ, & cum ſuis pertinentibus Eccleſiis, & Clericis, cum Chriſmate, & Oleo, ornamentis Eccleſiaſticis, terris, vineis, cultis, quarta, & decima, eodem modo Caſtrum Locretani, & Geneſtrulæ, Carpineti, Terræ Brittoli, de iſtis omnibus ſupradictis Caſtris, & de ipſa plebe S. Mariæ dederunt, & confirmaverunt ipſi prædeceſſores mei, videlicet, Pampo Epiſcopus, & Eribertus Epiſcopus ipſi ſupradicto Monaſterio S. Bartholomæi quantum ad noſtrum Epiſcopatum perrinet, vel pertinere debet. Inſuper Eccleſiam S. Joannis in Balneo, & Caſtum Viculi Pinnæ, & Caſtellioni, quæ Domiuus Eriberto Epiſcopus dedit in ipſo ſuprsdicto Monallerio Sancto. Hæc omnia ſupradicta confirmo, & concedo ego ſupradictus Grimaldus Epiſcopus ad ipſum ſupradictum Monaſterium S. Bartholomæi, & tibi Joanni Abbati, veſtriſque ſucceſſoribus, & de iſtis tribus Caſtris, videlicet, de Caſtro Viculi, Pennæ, & Caſtellioni convenientiam commutationis inter Eccleſiam Penuen & Eccleſiam S Bartholomæi fecimus, quod ego ſuprsdictus Grimaldus Epiſcopus recepi ab Abbste Caſtrum Viculi ſine Eccleſia S. Nicolai, & ſepulturis bonorum hominum voluntarie venieutium, dedi tibi Abbati Caſtrum Fabricæ cum omnibus quæ ad noſtram Eccleſiam pertinere debent. Inſuper ipſe Abbas dedit in beneficia, & in ſeudo Caſtrum Pennæ, & Caſtellionis, ut annualiter reddant tibi, & ſucceſſoribus iu feſtivitste S. Bartbolomæi atque in octava denarios iex, & ſi ad dedicandam aliquam Eccleſiam ipſius Eccleſiæ invitatus fuerim, ſine querimonia libenter expleam, & ſi in sliqua cauſa neceſſitatis provocatus ſuero, adjutorium, & conſilium impendam. Hoc ſcriptum coovenientiæ definitum eſt intus in Civitare Pennenſi io Eccleſia S. Mariæ & S. Maximi ante præſeutiam Domini Epiſcopi, & Clericorum ejus, & Giſonis Abbatis S. Clementis, & Gualretii filii Bersrdi, & Joannis Aifredi, & aliis pluribus hominibus ſedentibus, & aſtantibus. Et in cenſum debetis date ad noſtram Eccleſiam Epiſcopalem propter illud ſcriptum confirmare, & noſtram Eccleſiam reſtaurare per omnes annualiter infra menſem Auguſti in Aſſumptione B. Mariæ, aut iutra ipſam octavsm denaria vigintiquatuor ibidem portans sd ipſum Altare S. Mariæ ſi hoc feceritis, & impleveritis, habeatis, & poſſideatis, & in unoanno, aut infra duos, unum Bovem ſecundum qualitatem temporis, & talis fuit noſtra conveuienria, & quicumque hoc ſcriptum
A convenientiæ frangere, caſſare, calumniare, minuere præſumpſerit, ſit anathematizatus, & ex communicatus, & iu perpetua damnatione damnatus, & a trecentis viginti octo Sanctis Patribus ſit maledictus, & cum Pharaone, & Herode, & Juda traditore demiſſum ſit in Infernum. Et inſuper pro pœna ſit compoſiturus Eccleſiæ S. Bartholomæi centum libras optimi auri, & hoc ſcriptum ſtabile roboratum ſemper permaneat.

Hæc conuenientia ſcripta eſt in anno 1153. Ind. xv. ſcripſi

Ego Mainard. Jud. de ipſa Civitate Cart ad. Srpr.
Ego Grimaldus Epiſcopus in iſto ſcripto manum miſi, & confirmavi, & ſignum feci.
Signum manus Dom. Giſonis Abbatis S. Clementis in hoc inſtrumento teſtis, &c.
Signum man. Gualteri Berardi filii. &c.
Signum man. Aimerici filii Paſtoris de Civitate Pennen. &c.
Signum man. Joan. Aifredi, &c.
B *Signum man. Joan. Marſcaal, &c.*

Privilegium Paſchalis Secundi ad confirmationem datum omnium bonorum Monaſterii S. Bartholomæi ad Joannem Abbatem.

Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Joanni Abbati Monaſterii S. Bartholomæi, quod in Pennenſi Patria ſitum eſt, ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Ad hoc in Apoſtolicæ Sedis regimen Domino diſponente promoti conſpicimus, ut ipſo præſtante Religionem augere, & ejus ſervis tuitionem debeamus impendere. Tuis igitur dilecte in Domino fili Joannes Abbas juſtis petitionibus annuentes B. Bartholomæi Monaſterium, cui Deo auctore præſides, in tuitionem, & protectionem Beati Petri ſuſcipimus, & contra pravorum hominum nequitiam auctoritatis ejus privilegio communimus. Præſenti itaque decreto ſtatuimus, ut quæcumque
C bona, quaſcumque poſſeſſiones idem Monaſterium in præſenti decima iudictione, conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium ubilibet juſtis modis poſſidet, vel in futurum auctore Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneat, in quibus hæc propriis viſa ſunt nominibus exprimenda, Caſtellum Carpinetum, Caſtellum Fara, Eccleſiæ S. Vitalis, Sancti Tegrini, S. Nicolai de Viculo, Eccleſia S. Mariæ. in Serene, Eccleſia S. Mariæ, S. Felicis in Latumaoo cum pertinentiis ſuis, Eccleſia S. Nicolai, & Mariæ, S. Juſtæ de Caſtello Deretani, Eccleſiæ Ss. Joannis, & Pauli, S. Sepulchri, S. Angeli, Eccleſiæ S. Mariæ Brittulenſis, S. Herarmi, S. Mariæ in Piſciano, S Joannis in Balneo, S. Laurentii Unciani, S. Mariæ in Plano, & Mariæ in Cellulis, & S. Luciæ in ara antiqua. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere,
D minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, Sed omnia integra conſerventur eorum pro quorum ſubſtentatione, ac gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Sepulturas quoque ejuſdem Monaſterii omnino liberas eſſe decernimus, ut eorum qui illic ſepeliri deliberaverint devotioni, & extremæ voluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat; cunctis autem eidem Monaſterio juſta ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fru-

ctum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen, Amen, Amen.

Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Datum apud Transſtyberim, per manum Joannis S. R. E. Diac. Cardinalis Bibliothecarii 4. Nonas Decemb. Ind. X. Incarnationis Dominicæ Anno MCXVI. Pontificatus autem Domini Paſchalis Secundi Papæ anno XVIII.

Privilegium Innocentii Secundi eidem Joanni Abbati conceſſum.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Joanni Abbati Sancti Bartholomæi quod in Pennenſi Parochia ſitum eſt, ejuſque Fratribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

Piæ poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, ut & devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Eapropter dilecte in Domino fili Joannes Abbas tuis juſtis poſtulationibus præbentes aſſenſum, Monaſterium Beati Bartholomæi, cui auctoritate divina præeſſe dignoſceris, ſub Beati Petri tutela, & noſtra protectione ſuſcipimus, & contra pravorum hominum nequitias Apoſtolici privilegii robore communimus. Statuentes ut quæcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Cœnobium in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, videlicet Caſtellum Carpinetum, Caſtellum Fara cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam quoque S. Vitalis, S. Michaelis, S. Joannis, Sanctæ Mariæ, S Peregrini, S Nicolai de Vicolo, Eccleſiam S. Mariæ in Sereneo, Eccleſias S. Mariæ, S Felicis in Catuniano cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Chriſtophori, & S. Mariæ in Geneſtrulo, Eccleſiam S. Nicolai, S. Juſti de Caſtello Occetano, Eccleſiam S Mariæ Britulenſis, Eccleſiam S. Laurentii de Fabrica, & Joannis in Balneo, S. Laurentii Unicani, Eccleſiam S. Mariæ in Plano, S. Mariæ in Cellulis cum pertinentiis ſuis. Earum ſane Criſma, Oleum Sanctum, conſecrationes Altarium, benedictiones Clericorum à Diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, eamque gratis, & ſine pravitate vobis voluerit exhibere. Alioquin Catholicum quemcumque malueritis adeatis Antiſtitem, qui vobis poſtulata indulgeat. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratrum communi aſſenſu, vel fratrum pars ſanioris conſilii ſecundum Dei timorem, & Beati Benedicti regulam providerit eligendum à Romano ſemper Pontifice conſecrandum. Sepulturam quoque ejuſdem loci omnino liberam eſſe decernimus, ut eos, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, devotioni, & extremæ voluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Nulli ergo hominum fas ſit prædictum Cœnobium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel oblatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur impoſterum &c. *ut ſupra*. Pacis inveniat. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſc. ſſ.
† *Ego Corradus Sabinenſis Epiſcopus ſſ.*
† *Ego Guido Tiburtinus Epiſcopus ſſ.*
† *Ego Gerardus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem ſſ.*
† *Ego Lucas Presb. Card. tit. Sancti Joannis, & Pauli ſſ.*
† *Ego Martius Presb. Card. tit. S. Stephani ſſ.*
† *Ego Anſelmus Presb. Card. tit. S. Laurentii in Lucina ſſ.*

Datum Laterani per manum Aimerici S. R. E. Diac. Card. & Cancellarii viii. Kal. Aprilis Indict. 1. Incarnationis Dominicæ M.C.XXXVIII. Pontificatus vero Domini Innocentii PP. II. Anno VIIII.

Plurima alia Pontificum privilegia erant exſcripta in eodem codice, iiſdem fere conceptis verbis, aliæque donationes, & inſtrumenta, quæ brevitatis gratia omiſſa ſunt. Cæterum hoc S. Bartholomæi Cœnobium, perpetuo unitum fuit cum Monaſterio S. Mariæ de Caſanova Ordin. Ciſtercienſis Pennenſis Diœceſis, anno 1258. per Alexandrum Quartum.

Ex Ughelli tomo ſexto.

HISTORIA

De fundatione Monaſterii S. Clementis Inſulæ Piſcariæ, quod Ludovicus Secundus Imperator in Pennenſi Diœceſi condidit.

Ad fidem membranacei Codicis quondam Illuſtriſs. Petri Columnæ ejuſdem Monaſterii perpetui Commendatarii.

LIBER PRIMUS.

ANte conditionem Monaſterii Piſcarienſis invenitur Ludovicus Imperator per diverſas Italiæ Provincias acquiſiiſſe poſſeſſiones plurimas, eo animo, & affectu, ſicut poſtea claruit, ut cum aptum locum inveniret, in quo Monaſterium conſtrueret, eas ibidem omnipotenti Deo largitori omnium bonorum offerret. Voluntatis enim erat, & voti, ædificare domum Domino Deo; & ideò ex quo cœpit Italiam frequentare, omni ſollicitudine ſtudebat prædia, & poſſeſſiones acquirere, donec ei ſuperna proviſio aptiſſimum Monaſticæ Religionis locum oſtenderet. Prædia verò, & poſſeſſiones quas acquirebat, pretio vel aliis juſtis modis eas acquirebat, ut juſto, ac legali ordine de ipſis Deum ſibi faceret hæredem. Sanè qualiter idem glorioſus Imperator, de genere Karoli Magni & Pipini Regis Francorum, ex patre Lothario natus, mirabilibus bellis, necnon magnificis actibus in Romanum Imperium ſublimatus effulſit, dicendum eſt; ad gloriam enim dignitatis, & honoris Monaſterii Piſcarienſis pertinet, Ludovicum iſtum ſcire quis fuerit.

Eccleſia Romana cum multis adverſitatibus quateretur, & ſicut in Eccleſiaſticis Hiſtoriis, & Romanorum Pontificum geſtis reperitur, & legitur, ab Aſtulfo Longobardorum Rege tota penè Italia vaſtaretur, Stephanus Papa, qui, ut habetur in Chronicis, ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecundo Dominicæ Incarnationis anno pontificari cœpit, vocavit Pipinum Francorum Regem Karoli filium, ejuſque auxilio Aſtulſum expulit, Ravennam liberavit, & viginti civitates, quas idem Aſtulfus abſtulerat, ſub jure Beati Petri redegit; unde à Romanis Patritius effici meruit. Quo defuncto, filius ejus Karolus omnium generali conſenſu Francorum omnem Monarchiam Regni gubernandam ſuſcepit. Qui Karolus Pipini filius ab Adriano I. Papa vocatus ad defendendas res Eccleſiæ, obſedit Longobardos in Papia. Ibique relicto exercitu, in ſancta Reſurrectione ab Adriano Papa Romæ honorificè ſuſceptus eſt. Poſt ſanctam verò Reſurrectionem reverſus Papiam, cepit Deſiderium Regem, & Uxorem ejus, & ſecum portavit in Franciam, & indè rediens Romam, conſtituit ibi ſynodum cum ſupradicto Papa in Patriarchio Lateranenſi, in Eccleſia Sancti Salvatoris; quæ Synodus celebrata eſt à centum quinquaginta tribus Epiſcopis Religioſis, & Abbatibus, & reſtituit Beato Petro quæ Pater ejus dederat, & Deſiderius abſtulerat; addens etiam Ducatum Spoletanum, & Beneventanum. In cujus temporalibus Leo Papa Romanus ab ipſis Romanis cæcatus, cum ejus lingua truncaretur, ei Dominus, & linguam, & viſum reddidit. Qui pergens ad eundem Karolum, ſecum adduxit, & facta vindicta de inimicis, ipſum Karolum Imperiali diademate coronavit.

Per idem igitur tempus Karolus Imperator Regni jura feliciter moderans Ludovicum filium Cæſarem conſtituit, quia ipſe ſolus ſuperſtes remanſit, cui nomen, & Regni potentiam Auguſti ſecum habere conſtituit. Regnavit autem glorioſus Rex Karolus annis quadraginta ſeptem, poſt ſuſceptum Romanum Imperium annis quatuordecim, qui intra ipſos concluduntur. Vixit autem annis ſeptuaginta, & apud Aquas Grani febre correptus obiit quinto Kalendas Februarii anno ab Incarnatione Domini DCCCXIV. cui ſucceſſit filius ejus ſupradictus in Regno Francorum, & Imperio Romanorum, qui Lotharium primogenitum ſuum diademate coronatum Regem, & Auguſtum ſecum conſtituit. Defunctus eſt autem anno ab Incarnatione Domini DCCCXLI. anno vitæ ſuæ ſexageſimo quarto. Præfuit quidem Aquitaniæ per annos triginta ſeptem, Imperator autem vigintiſeptem. Mortuo autem Ludovico Auguſto, qui ob merita clementiæ Ludovicus Pius cognomen accepit, Lotharius ejus filius Regni, & Imperii hæres effectus eſt. Lothario quoque imperante, primogenitus ejus filius Ludovicus nomine regnavit Italiæ. quem Sergius Papa in Imperatorem Auguſtum coronavit. Iſte ſiquidem Ludovicus fuit ſanctus, & incomparabilis vir, & bellorum ſtudiis eruditus; qui paterno more Italiam ſæpiſſimè viſitabat, & in his quæ Beato Petro erant neceſſaria, ſeque ſuoſque, ut boni patris bonus filius præparabat. Hic cum audiret Calabros, & Apulos velle repugnare Romanis, exercitum copioſum aggregavit, Alpes tranſcendit, & ad Piſcariam veniens inſulam delectabilem, cui nomen eſt Caſa Aurea, undique aquis cinctam invenit.

Ludovicus igitur divina inſpiratione tactus cum ſupradictam inſulam circumſpexiſſet, & ex omni conſideraſſet parte, ac uſibus ſervorum Dei profuturam cognoſceret, cujus eſſet, & ſub cujus poteſtate devotiſſimè requiſivit. Qui cum eam ſub poteſtate cujuſdam Siſenandi Illuſtriſſimi viri eſſe, & de jure Pinnenſis Epiſcopii deſcendere comperiſſet, prius à dominio ejuſdem Siſenandi abſolvit, tribuens indè ſibi decem libras argenti, & cum Epiſcopo Grimbaldo nomine, qui eo tempore Pinnenſem regebat Eccleſiam, cambitionem fecit, totamque inſulam ſub jure regio retinens, quod magis valebat, & prope Epiſcopium Pinnenſe erat, pro eadem inſula dedit, & teſtibus idoneis, & ſcripto ipſam donationem confirmavit. Grimbaldus verò Epiſcopus ne aliqua controverſia à ſucceſſoribus ſuis indè oriretur ex parte ſua ſcriptum fecit, & teſtibus idoneis corroboravit, & Siſenandus ſimili-

rer, ſicut in Inſtrumentis libri ſequentis deſcribitur,

Quæ ſcripta in Eccleſia Beati Clementis uſque hodie conſervata, ipſam inſulam cum ſuis pertinentiis habitatoribus loci quietam reddunt.

Ludovicus itaque, ſicut ſupra diximus, divina inſpiratione præmonitus, cum videret inſulam omnibus bonis refertam, & quaſi verum paradiſum omnibus optimis fructibus redundantem, ipſam Deo omnium conditori, poſtquam liberam habuit, conſecravit: & in ea Monaſterium in honore Sanctæ, & individuæ Trinitatis ædificari præcepit, credens ſine dubio ſuæ pro hoc animæ redemptionem, imperiique ſui continuatam protectionem, & adverſariorum ſuorum efficacem contritionem, divinæ ſibi reſpectu miſericordiæ præparari. Erat autem in eadem inſula quædam Eccleſiola in honore Beati Martyris Quirici ab antiquo ædificata, penes quam juſſit Eccleſiam de qua loquimur ædificari, aptam videlicet Monaſticis uſibus, & congruentem: quatenus coadunato illic ſub regulari norma Religioſorum virorum cœtu, altiſſimo Deo laudes jugiter inibi votaque reſultent.

Jactis igitur ſundamentis, & collocata ibi non paucorum artificum multitudine, ea penſiſque omnibus ſufficienter præparatis, Imperator Ludovicus cum exercitu ſuo Beneventum perrexit, ibique infidelem Theobertum ejuſque complices, qui a facie ejus fugerant, proſtravit, eorumque bona facta ſolemni donatione Piſcarienſi Eccleſiæ, quam noviter ædificari præceperat, conceſſit, tribuit, confirmavit. Præparatis igitur his, de quibus ad præſens ſumus locuti, & armatis exercitibus ſuis impatiens moræ tendit in Apuliam, & Tarentum obſidens, quæ, proditorum nutrix, & eorum qui contra patriam ſuam juraverant latibulum, fovens inſanibat, tamdiu pugnavit ibi, donec quoſdam ex eis Romanis ſubjiceret, alios detruncaret, alios vero nudatos armis a finibus illis exire compelleret. Inde petens Brunduſium, Calabros, ac Siculos eodem, & ſimili exitio devaſtavit, Romanoque Imperio ſubjugavit. Urbes poſſedit, Romamque reverſus Imperiali laurea pro triumpho a Domino Papa Adriano, & omni populo, & Senatu Romano in Capitolio eſt coronatus. Tantam ei gratiam Deus contulit, ut univerſa terra ei ſe ſubditam imperio congauderet, & de reparatione novæ pacis omnis tribus, & lingua omnipotenti Deo gratias redderet. Ille vero quamquam in ſublimitate Imperiali ſe poſitum eſſe conſideraret, non tamen humilitatem, quam erga ſuum conditorem habere ſolitus erat, deſeruit, ſed humilior ex ſublimitate, & ſubjectior fuit. Erat ei in animo aſſidua, & frequens cogitatio circa conſtructionem, quam in inſula Piſcariæ fieri præceperat, quatenus eam ad finem uſque felicem perduceret: & tales ibi collocaret, qui pro ſe, & pro ſtatu Imperii Romani Deo ſupplicarent, qui regulariter viverent, quorum converſatio in Cœlis eſſet, quorum preces, & pro vivis, & pro defunctis Deus clementer audiret. Cogitabat etiam clementiſſimus Imperator de Rectore, & conſervatore Eccleſiæ, qui poſt ejus diſceſſum ante Deum, pro ſervientibus inibi mitiſſimus appareret: qui hoſtes ipſius loci, & maleſactores expelleret, benefactores vero ad majora, & utiliora ſibi provocaret, & mercedem ſuorum operum, indulgentiam peccatorum a Deo conſequeretur, & eis præſtaret. Hæc eo jugiter cogitante, juſſit convocari Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Nobiles Conſiliarios ſuos: & habito cum eis conſilio in hæc verba prior ipſe prorupit: Viri bellatores, quos mater ſapientiæ, & totius ſcientiæ inventrix Gallia enutrivit, qui adverſarios Dei Saracenos fortiſſima dextera expuliſtis, quorum virtutem ultima ſub ſole terra cognovit, quod conſilium mihi datis? Credo quia vos mecum cogitatis, quomodo nova Eccleſia, quam conſtruere juſſi, honoribus amplificetur, reliquiis Sanctorum Martyrum muniatur, & talem habeat protectorem, qui pro Chriſto mortem ſumpſerit, & ſtolam ſuam in ſanguine laverit agni. Et dum ad hæc ſinguli titubarent, neſcientes quid reſponderent ei: acceſſit quidam veteranus Antiſtes ſtudioſus valde in ſanctis Scripturis, & Sanctorum Martyrum plenarie geſta cognoſcens, clara voce dixit Imperatori. Imperator Auguſte, cui Deus tantam contulit gratiam, ut quæ ipſe in cœlis prædeſtinat per te operetur in terris, conſilium quod requiris, ab homine tibi non poteſt dari. Immo ipſe Deus, cujus nutu inſulam elegiſti, quæ revera alter paradiſus poteſt dici, ipſe talem tibi elegit protectorem, qui in aquis vitam pro Chriſto fuderit, ſi tua Celſitudo ad hunc perquirendum voluerit inclinari. Cui Imperator. De quo, Pater ſcientiſſime, loqueris? De Clemente reſpondit ſenex ille, qui ſucceſſor extitit Petri Apoſtoli, qui huic Romanæ præſidens Eccleſiæ Apoſtolum totius Galliæ Dionyſium delegavit, qui noviter repertus, & ad hanc urbem per quemdam philoſophum nomine Conſtantium delatus, tuæ a Deo prædeſtinatus eſt Cuſtos Eccleſiæ, ut qui in aquis pro Deo ſpiritum exhalavit, demerſos in aquis Piſcarienſibus ne pereant liberare poſſit. Ad hæc Ludovicus tanquam a Deo viſitatus, quæ ſenex dixerat, mente concepit, & Sanctum Clementem ante ſuos oculos ponens omnes Cardinales præcepit convocari. Et cum ſingulis habens colloquium, ſciſcitatus de Beato Clemente, quo erat, quomodo repertus fuerat, orans ut ſuarum precum forent apud Dominum exauditores, & apud Dominum Papam fideliſſimi interceſſores. Cui cum ſinguli ſuper interrogatis unam reſponderent ſententiam, & in precatu regio ſuam fideliſſimam promitterent opem, accerſitis Primatibus ſuis, cum Archiepiſcopis & Principibus totius urbis acceſſit ad Papam; Adrianus quidem Secundus Papa ille vocabatur, qui Beatum Clementem ſuſcepit a Philoſopho, & eundem Clementem poſtea dedit Regi Ludovico. Quem Dominum Adrianum tali voce Imperator alloquitur: Si rectum eſt filios hoc requirere, quod eorum patres promeruerunt, ego paternis hoc addo meritis, quod meis addere meritis parentes minime potuerunt. Parentes mei Romanis neceſſitatibus ſuccurrere parati fuerunt, & ſua Regna relinquentes ſemetipſos, & ſuos exercitus ad excidium propter vos poſuerunt. Ego autem cum audirem rebelles noſtros contra vos inſurgere, non vocatus, ſed ſpontanea mea voluntate veni, veſtroſque inimicos cum Dei adjutorio ſub pedibus veſtris poſui, totamque terram quæ a barbaris vaſtabatur quietam vobis reſtitui. Si quid promeruerunt parentes mei, ſi quid & ego ipſe talibus in obſequiis quæro, ſupplico, rogo, obteſtor, quatenus in præſentiarum reddatis mihi. Non quæro dilationem, volo in præſenti remunerationem, non aurum, non argentum, non caſtella, non civitates, ſed illum qui propter Dominum in marinos demerſus eſt gurgites. Ut mihi Deus clemens efficiatur, Clementem requiro, non alium niſi illum qui fuit ſecundus a Petro.

Ille in aquis demerſus extitit, ego vero illum in medio aquarum locare deſidero, ut ſummerſos in aquis juvet precatu ſanctiſſimo. Ne confundas, quæſo, Pater ſanctiſſime, faciem meam. Reduc ad memoriam quæ ſuſtinuerunt parentes mei, & in his quæ poſtulo efficacem præbens audientiam, da mihi quæ poſtulo, Clementem propter Dei clementiam, ut Clemens ipſe poſtulet velocem indulgentiam. His Adrianus reſpondit; Imperator Auguſte, quem tu poſtulas non eſt poſſibile me dare tibi; ſed in voluntate eſt, tam Cleri, quam populi, quibus nolentibus aliquid pretioſum non poſſum præbere alicui. Verum tamen ſi eorum rogatus tibi faverit, his quæ poſtulas mea voluntas deeſſe non poterit. Quibus Imperator auditis, converſus ad Clerum & populum ait. Quid ſuper his quæ poſtulo, Sanctiſſimi Patres & orbis domini, viſum eſt vobis? Si majora poſtularem in mea erat fiducia, quod facillime impetrare deberem. Nunc vero minima po-

ſtu-

ſtulo, quæ mibi non petentia vobis offeri deberent ultro. A Ad hæc Cardinales: Non hoc, inquiunt, Domine Imperator, debes poſtulare: immo tibi non poſtulatum accipere, & acceptum ubicumque volueris ponere. Tu es enim Orbis terrarum dominns, & Romanæ Eccleſiæ filius, & per te crevit & creſcet Deo volente noſtrum & Eccleſiæ decus. Accipe quod poſtnlas, quia in hoc favemus tibi, & totus populus. Audiens hæc Papa Adrianus, cujus erat ad perficiendam Imperatoris petitionem promptus animns, reſpondit Clero, & in reſponſione Cleri, reſpondit populo. Licet agnoſcam Dominum Imperatorem Ludovicum majora promeruiſſe, non tamen volui ejus petitionibns aſſenſum præbere, donec audirem ex veſtro ore quid ſuper his quæ poſtulabat judicaretis. Quia ergo vobis placet quod poſtulata accipiat, ne conſundere videar faciem ejus quem honorare decrevi, dnno ſibi & concedo corpus Beati Clementis & Præſulis, qui juſſu Trajani Imperatoris in mare demerſus fuit, & nobis volente Deo reddims. B In ſuper & addo reliquias Apoſtolorum Petri, & Pauli, ut in omnibus lætificetur mens Imperatoris, & habeat bonum animum erga filios pacis. His auditis, Imperator Auguſtus procidit ad genna Papæ, ipſe & Procerum ſuorum cœtus, & lacrymis effuſus exultat in his laudibns. Gratias tibi reddo, Imperator cœleſtis, cnjus ego potentia teneo Regnum in terris. Tu Domine adimpleviſti deſiderium meum, da mihi quod poſſim videre ſanctum tuum, & in tali loco ponere ubi honorificetur nocte dieque per nomen unigeniti Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti, cum quo & cum Spiritn ſancto vivis & regnas in ſæcola ſæculorum. Et cum omnes dixiſſent Amen, juſſu Beatiſſimi Papæ Adriani allatum eſt corpus Clementis Martyris glorioſiſſimi, & traditum Ludovico Imperatori, qui frangens illico vas, in quo erat poſitum, traxit ſingulatim omnia oſſa ejus, & ne aliquid deeſſet diligenter aſpiciens, involvit totum corpus in pretioſo pallio. Deinde poſuit in vaſculo pretioſo, quod ipſe Rex ſecum habebat, C factum de alabaſtro; ibique celebravit excubias, & ſolemnes vigilias per aliquot dies. In quo tempore tractavit cum Petro Conſule & Duce urbis Romanæ de poſſeſſione & Capella ſancti Blaſii infra eandem urbem ædificata, & una curte in loco & fundo Tuſciano, quam noviter à præfato Petro Imperator emerat: datis indè ſibi, cum eſſet Salerni, per Hermenalſum Comitem & Miſſum ſuum octingentis libris argenti, & de aliis multis rebus cum Domino Papa, & cnm Cardinalibus & Senatoribus, & cum tota Romana plebe.

Perfectis igitur illis, quæ in Romana civitate decreverat facere, levaverunt corpus Sancti Martyris, & cum Hymnis & Canticis ſpiritualibus domino Apoſtolico præeunte exierunt ab urbe, pſallentes & gaudentes, & pro tanto theſauro ſibi cœlitns collato gratias agentes omnium Conditori. Hujus facti fama egreſſa eſt in univerſo orbe Romano, & tanta convenit hominum multitudo, ut arenæ maris poſſet æquari: D laudantes & magnificantes virtutem Imperatoris Ludovici, videntes in eo gratiam eſſe Dei. Cum autem veniſſent ad Inſulam Piſcariæ, quæ validis aqnis cingitur undique, in ea parte qua erat pons regalis conſtitit omnis multitudo juſſu Imperatoris. Et illis ſtantibus, Ludovicns ait: Sicut credimns, nos portamus oſſa B. Clementis, quæ tumulare deſideramus in loco quem cernitis. Verumtamen ad hoc agendum habemus opus auxilio noſtri Redemptoris. Rogemus ergo eum qui omnia poteſt, ut demonſtret nobis hodie in veſtra præſentia, ſi hic veraciter ille Clemens eſt qni in profundo maris præcipitatus invenit templum marmoreum Angelicis manibus ſibi præparatum: item præbens popnlo terræ in annuis feſtivitatibus ſuis, ut videntes enarrent mirabilia Dei. Si hic eſt, de quo non diffidimus, oſtendat nobis Deus tali conditione, ut mulus iſte qui portat eum incedat per medios fluctus ſicco veſtigio, & dirigatur non homine duce ad illum locum, in quo loco honorificè eum ſepelire decrevimus, præſtante Domino noſtro Jeſn Chriſto. His dictis mulus aqnas ingreditur valdè profundiſſimas, quæ impetu vaſto currentes marinas repræſentabant nndas, & ſuper ipſas ambulans ſicco veſtigio longo tractu uno ferè ſtadio intravit inſulam, & ibi conſtitit ubi Dominus præordinaverat Sancti Martyris glebam. Quod videntes populi omnes, nna voce laudaverunt Omnipotentiam Dei, qni præſens eſt omnibus invocantibus ſe in veritate, qui tam mirificè declaraverat merita Sancti Martyris ſui. Erant ibi quamplures diverſis infirmitatibus laborantes, qui audito adventu Martyris glorioſi fecerant ſe apportari de civitatibns & habitaculis ſnis, habentes in Deo fiduciam, qni per Sanctos ſuos operatur mirabilia magna nimis. Hi revoluto corpore Sancti Clementis, cum ejus oſſa nuda teneret ſacratiſſima manus Imperatoris, tantus odor egreſſus eſt de oſſibus ipſis, nt viſum eſſet illis qni aderant, quod eſſent in paradiſo Dei. Ex quo odore ubi fuerunt tacti languentes quos ſupra diximus, & multi paralytici, illico ſunt redditi ſanitati. O quantus luctus præ gaudio, & quantus clamor ſublarus eſt in excelſo; cum videret illos ſanos quos moribundos attulerant, videre qui nihil antea videbant, audire, qui ſurdi multo tempore fuerant. His exhilaratus Dominus Imperaror, præcipit Clerum ornari veſtibus ſacris, & populum intendere orationibus ſanctis, & ipſe cum Archiepiſcopis & Epiſcopis involverunt membra S. Clementis, & Reliquias Apoſtolorum Petri & Pauli in medietate pallii, quia alia medietas reſervata eſt ad poſteros in memoriam hnjus translationis, & recondi fecit enm in ſupradicto alabaſtro, & in ipſo die translationis locari in altaris medio, anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, indictione quinta 6. Kal. Junii, ad honorem & gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Expletis igitur bis, quæ animo firmiter inhærebant Imperatoris, videlicet de compoſitione Monaſterii, & de ſuſceptione Sanctorum reliquiarum Clementis, & Apoſtolorum Petri & Pauli, cum ipſe videret locum aptiſſimum Monaſticæ Religioni, ibi poſuit nobiles genere, probos moribus, ſanctos converſatione: quibus præfecit Abbatem Romanum nomine, virum honeſtum moribus, literali ſcientia eruditum, & quaſi quoddam ſpeculum bonitatis & innocentiæ, qui omnibus erat reſpicientibus ad ſe quaſi murus inexpugnabilis, & contra omnia adverſa ſecurus. Fecit etiam præceptum ſuper Abbatis electione, nt non eligatur de extranea Congregatione. Sed quotieſcunque qui preeſt Abbas objerit, habeant Fratres licentiam ex ſua propria Congregatione eligendi Abbatem. Quod qui tranſgreſſus fuerit, ſciat ſe non paſtorem ſed lupum ponere, & in eſtremo judicio pœnam præparatam habere. Poſthæc Ludovicns, habito cum ſuis conſilio, juſſit plures Epiſcopos convocari, & in die congrua & competenti fecere Eccleſiam in honorem Sanctæ Trinitatis & Sancti Clementis, & aliorum Sanctornm ſolemniter dedicari. Tantaque multitudo populi fuit ibi, ut ab eadem inſula, quæ ſatis lata & ampla eſt, vix poſſet capi. In cujus dedicatione maxima donaria fecit Eccleſiæ, videlicet ad majorem ſuæ mercedis cumulum, ac loci ipſius neceſſarium ſupplementum, Chriſtique ſervorum, ibique degentium ſeu illoc nndecnmque adventantium, perenne ſubſidium contulit in præfato Cœnobio, quodcumqne habebat in proprio, & juſte, ac legaliter videbatur tenere intra fines Italiæ. De quibus fecit plura præcepta, quę ſervantur in Archivis publicis ipſius Eccleſię ad notitiam poſterorum profutura. Dedit ad honorem ejnſdem Eccleſiæ in ejus ſolemni dedicatione plurima vaſa ex ſolido auro & argento fuſilia, quæ multo tempore reſplenduerunt in ea ad Chriſti ſervitium dedicata. Fuerant etiam in ejus dono diverſa pallia auro & gemmis radiantia, quibus

pa-

parietes Eccleſiæ ornabantur, & fratres indne-
bantu- qooties ma.na feſtivitas iu Eccleſia ce-
lebr batur. Et ut affectus illius, quem erga
Monaſterium hoc habebat ſupra omnia Mona
ſteria, quæ à Regibus cæteris in Regno ſuo
fuerant ædificata, manifeſtaretur, & cunctis in-
noteſceret, dedit eidem Monaſterio in perpetuum
jure hæreditario Sceptrum regale, quod geſtabat
in dextera, ut illud Abbas portaret in ſolemnibus
feſtis, in loco baculi paſtoralis. Et in tantum dile-
xit Cœnobium, ut omnem cauſam ipſius tanquam
peculiariſſimę domus ſuę quoadusq; vixit pro amore
ſuperuo exequi modis omnibus præordinavit. Poſt
ſuum verò ex hac luce diceſſum illi ejuſdem Eccle
ſiæ commiſit tutelam, ad eujus honorificentiam
ſuo ſtudio eam conſtat extructam. Ludovicus igi
tur perfectis omnibus, quæ ad regimen præfati
Monaſterii, & ad decus totius Imperii pertine-
re videbantur, regreſſus eſt ad propria, ibique
religioſè & piè vivens & religioſius & magis piè
moriens, animam Deo reddidit, Regnumque &
Imperium ſuis hæredibus dereliquit. Cujus mortis
indicio, ſicut in quibuſdam Chronicis reperitur,
ſtella ſicut facula ardere viſa eſt poſt Septentrio-
nem ſeptimo die menſis Junii. Et tunc idem di-
væ memoriæ Imperator Ludovicus diem claudens
extremum, defunctus eſt 23. die menſis Augu-
ſti. Romanus autem Abbas, quem ab eo ordina-
tum fuiſſe memoravimus ſupra, audito obitu ejus,
tanto ardore memoriam ejus fecit, tot lacrymas
pro eo fudit, tot pauperes & nudos veſtivit & pa
vit, ac ſi eum ab inferis ſuis beneficiis crederet ſe
poſſe revocare. Et non ſolum in illis diebus quibus
auditus fuit obitus ejus, verum etiam uſque in ſem-
piternum, memoria Ludovici Sanctiſſimi Regis,
& victorioſiſſimi Imperatoris, in Monaſterio Piſ
carienſi non derelinquetur, dum lapis erit ibi ſuper
lapidem, & aliquis in eo vivens inveuietur. Ro-
manus vero prudentiſſimus Abbas poſt obitum Lu-
dovici Imperiali tenore Monaſterium rexit, aug-
mentavit bonis omnibus, & religione cumulavit,
& peractis in regimine decem & octo annis felix
migravit ad Dominum.

Verum quia ſuperius de dedicatione Eccleſiæ ali
quantulum breviter locuti ſumus, hic placet in-
ſerere lectioni de conſecratione altarium, & poſi-
tione iuibi ſanctarum reliquiarum: ut noſcant po
ſteri continuam celebrare memoriam illorum, quo-
rum ſciunt ſemper ſibi ineſſe præſentiam. Dedica-
ta igitur Eccleſia, conſecratum eſt altare majus in
honore Sanctæ & Individuæ Trinitatis & Beati
Clementis, cujus corpus honorifice ſepultum ibi
requieſcit. Et ſunt ibi reliquiæ Sanctorum Apoſto-
lorum Petri & Pauli, quas ſanctæ recordationis
Papa Adrianus dedit Ludovico Imperatori cum
corpore Beati Clementis excellentiſſimi Papæ &
Martyris glorioſi Ad dexteram vero ipſius altaris
medii conſecratum eſt altare aliud in honore om-
nium Apoſtolorum, & conditæ inibi ſunt reliquiæ
Sancti Andreæ Apoſtoli, Sancti Clementis, San-
ctorum Stephani & Laurentii, Chryſanthi & Da-
riæ, quadraginta Martyrum, Sanctæ Romulæ,
Sanctorumque Marii & Marthæ, & Sanctæ Nym-
phæ, Ad ſiniſtram autem conſecratum eſt altare in
honore Beatiſſimi Benedicti Patris Monachorum,
& Inſtitutoris cœleſtis normæ, ibique poſitæ ſunt
reliquiæ Sancti Stephani Papæ, Sancti Xiſti, San-
cti Calixti, Hermetis, Chryſanthi & Dariæ, &
Sanctorum Cyri & Joannis, quatenus eorum pa-
trociniis conſervetur Eccleſia illa, in qua eorum
per ſingulos dies celebratur memoria. In crypta
verò, quæ ſubtus altaribus iſtis eſt, tria altaria con-
ſtructa & conſecrata ſunt: quorum medium eſt
conſecratum in honore Beatæ Mariæ genitricis Dei
& Domini noſtri Jeſu Chriſti, dextrum vero in hono-
re Sancti Blaſii Martyris, & Epiſcopi, ſiniſtrum
autem in honore Sanctiſſimi Nicolai. Hæ reliquię,
quas modo memoravimus, & aliæ plures, quas
præſenti ſcripto tradere vitantes tædium lectoris

A nolumus, conditæ habeutur in Eccleſia, earum-
que memoria celebratur in ea ad laudem Domini
noſtri Jeſu Chriſti, cui etiam una majeſtas eadem-
que divinitas cum Patre & Spiritu ſancto per infini-
ta ſæculorum ſæcula. Amen.

LIBER SECUNDUS.

ILlis temporibus, quibus Eccleſia Chriſti ſub
Imperatore Ludovico florebat, Piſcarienſe Cœ-
nobium deſiderabiliter per eundem clementiſſimum
Auguſtum a fundamentis ædificatum ſublimi & co-
pioſo rerum mobilium, & immobilium apparatu
intra breve tempus ſurrexit, & in poſſeſſionibus de
prope, ſeu de longe, largiter, & affluenter excrevit.
Cum enim idem piiſſimus Imperator divinitus in-
ſpiratus circa ipſius Monaſterii a ſe constructi dota-
tionem valde eſſet intentus atq; ſolicitus, copioſam
auri & argenti ſubſtantiam ex ſuo fiſco protulit, &
ad emendas poſſeſſiones Abbati Romano, quem
B ab eo ſupra ordinatum memoravimus, diligenter
commiſit, & liberaliter aſſignavit. Cui nihi-
lominus præcepit, ut ſpecialiter omnem ipſam
provinciam, quæ ipſi Piſcarienſi Monaſterio adja-
cet, & de monte qui dicitur Mortula circa eundem
locum toto viſu poteſt æſtimari. Omnia vero, quæ
intra circuitum montium, qui de proximo conſide-
rantur, & intra meatus fluviorum concluduntur,
continuatim & legaliter emeret. Quatenus omnis
ipſa Pennenſis, & Teatenſis de circuitu Caſau-
rienſis inſulæ finitima regio, prout eam ipſa cacu-
mina montium proximorum ambiunt & concludunt
& termini fluviorum diſcernuntur atque circundant,
eſſet ſacro jure Beatis Clementis continuata poſſeſ-
ſio, & ejus Abbatiæ Piſcarienſi juſto & legali teno-
re pertinens foret addicta, ipſique regali Monaſte-
rio ſine interruptione regaliter & perpetuo manci-
pata. Per hanc ſiquidem emptionem Monaſterio
pertinere cognoſcitur omnis poſſeſſio, quæ circa
Piſcarienſem inſulam a parte Pinnenſis territorii
C cernitur, in qua conſpiciuntur Montes Sori, Bru-
niſati, & Aquiliæ. Quæ poſſeſſio ſuis finibus, tri-
bus videlicet fluminibus, Cigno, Piſcaria, & Tri-
tano circumcluditur & terminatur. Incipit enim a
quodam caſtello nomine Furca, prope quod eſt quæ-
dam petra Cervaria nuncupata, ubi naſcitur rivus
qui dicitur Cignus, quique ſuis meatibus fluens ten-
dit in Piſcariam. Citra quem fluvium quidquid in-
tra flumen Piſcariæ & flumen Tritanum conſiſtit,
& per vallem Catoppli revertitur ad priores fines,
ſcilicet furcas, tam in habitaculis, quam in cæte-
ris aliis rebus, videlicet terris, vineis, arboribus
campis cultis & incultis, ſilvis, ſalectis, planis
& montuoſis, molendinis ac piſcationibus, & cum
omnibus circum circa meatibus aquarum. Omnia
tam ab eodem clementiſſimo Cæſare, quam ab Ab-
bate Romano, & aliis antiquis Abbatibus acquiſi-
ta & legaliter empta, de Beati Clementis jure fuiſ-
ſe & eſſe manifeſtis indiciis & rationibus compro-
bantur, ſicut & antiqua tradit opinio, & ipſius
D Monaſterii chartulæ conteſtantur. Facta eſt autem
ſimiliter ex regali pecunia tam per Dominum Ro-
manum, quam per alios antiquos Abbates a parte
Teatenſis territorii, de finitima & circumjacenti
Monaſterii poſſeſſione continua & largior emptio,
& legalis acquiſitio, quæ his fluminibus & mon-
tium ſummitatibus dilata, concluditur & termi-
natur, videlicet fluvio Lavino & fluvio nomine
Legio de pede montis Magellæ, indeque conſurgit
in celſitudinem montis Tatini, & pertranſiens per
Vallenſem Furcam, aſcendit in montem qui dici-
tur Vaſa, & quo modo per ipſius cacumen venit
& deſcendit inter montes ad fluenta Piſcariæ, ubi
Piſcaria Tritanas aquas interfluenter recipit. De-
inde deſignatur iſta poſſeſſio ex alveo fluminis Piſ-
carienſis, donec ſupradictum flumen Lavinum in
eo fluens ingrediatur. Infra quam poſſeſſionem qui-
dam Monachus nomine & opere Karus, cum eſſet
de genere Karoli & conſanguineus ipſius Auguſti Lu-

do-

dovici ſub ipſo tempore fundationis Monaſterii Piſcarienſis Deo devote in eodem loco ſe reddidit, & Monachus ſactus miſſus eſt propter induſtriam ſuam ad poſſeſſiones montanas noviter emptas gubernandas. Ibi quoddam oppidum ædificavit, quod ex ſuo nomine Catamanicum eſt vocatum, per quod omnis ipſa pertinentia dicitor Vallis de Caramanico, quaſi de Caro Monacho. Ipſa vero & quæcumque infra ſupraſciptos & conſignatos prædictorum fluviorum & montium terminos conſiſtunt, in villis, caſalibus, & oppidis & cæteris rebus omnibus integrum ſimiliter de Beati Clementis jure fuiſſe & eſſe nolli ſit dubium.

Qualiter autem, & quo pretio, vel à quibus perſonis empta fuerint omnia ſupradicta, qui ſcire voluerit, vel inſtrumentales chartas revolvat, vel librum ex eildem chartis adhuc Monaſterio reſiduis compoſitum diligenter relegat, & ibi ex maxima parte cognoſcere poterit. Romanus autem excellentiſſimus Abbas à Regis liberalitate ſufficienter accepta pecunia, cœpit eam ad Eccleſiæ profectus ſimul & ornarus ſecundum imperiale votum fideliter & prudenter expendere, Monaſterium de ipſa in omnibus bonis, & maxime in poſſeſſionibus longe lateque opulenter augmentate. Cum vero oportebat, cum multo religionis habitu procedens ad hujuſmodi exteriora negotia conſilio providus egrediebatur, & infra Monaſterium contemplationis dulcedine fruens in ſacri Ordinis obſervantia quiatus atque tranquillius aſſidué permanebat. In ipſius quoque inſulæ amœnitate ſe jugiter exercebar, & tanquam in medio paradiſi poſitus, eam delectabiliter excolebat. Eſt enim ipſa Caſaorienſis inſula valde delectabilis & amœna, fructuom & berbarum ſuavitate referta, fluminis inſuper Piſcariæ concluſa meatibus, itaut, ſicut ſupra ſcriptum eſt, velut alter paradiſus appareat. De cujus nominis & naturæ pulcbritudine quidam ſapiens verſificans ait.

Ad patriæ laudes naturæ nomen obedit:
Auro tota nitens, aurea nomen habet.
Ut verum fatear, ſi quid pretioſius auro
Mundus habere poteſt, hoc habet iſte locus.
Omne genus granı, vini genus omne videres,
Arboris omne genus, ſponte parare cibum.
Hic Domino vivit Sanctorum turba virorum,
Hic Martyr Clemens gaudet honore ſuo.

Habet enim Piſcarienſis inſola proprium nomen ſuum, videlicet Caſam Auream. Nam io antiquis ea eadem inſula conditis inſtrumentis invenitur habuiſſe nomen Caſauræ, ab aura ventorum, quæ potenter ibidem flare dignoſcitur. In regalibus quoque privilegiis, & ſequentibus Monaſterii chartulis deſcribitur Caſa aurea, pro eo nimirum quia de regali theſauro fuit eadem inſula comparata, & ex ipſo etiam Sanctæ Trinitatis Eccleſia io ſua conſtructione ſublimi ornatu ditata reſulſit. Poteſt etiam dici aurea propter excellentiam pulchritudinis, & honoris ejus, quia vineis, hortis, & fructiferis arboribus conſita, & Piſcariæ flumine circumcluſa naturaliter, ſicut dictum eſt, fertilis eſt & amœna. Unde quidam ſapiens verſificans ait.

Aureus iſte locus tanto ſplendeſcit honore,
Ut res & nomen comprobat inde datum.
Nec tamen ex æquo nomen reſpondet honori,
Nam minus ipſa re nomen honoris habet.
Tot natura locabona, tam bene contulit iſti,
Ut ſupplere nihil vel renovare queat.

Fluvius namque Piſcatiæ, qui Caſaurienſem inſulam undique cingit & circumvallat, ſicut tradidit liber de mirabilibus mundi, & ipſa rei veritas oſtendit, naſcitur in imo carnum valvæ, in loco ad radices montis, qui dicitur Calmentinus, indeque progrediens & profluens, moltiſque jam aliorum fluviorum aquis in ſe receptis, meatu per montana vel mœnia caualium Alpium Magellæ, ſcilicet intet montes duos Soti & Urſæ decurrit. Poſtea vero egreditur in quandam planitiem, ubi competenter incipit dividere Pinnenſe territorium

A à Teatenſi, & tanqaam terminus eorundem intet utrumque fluens, ſuiſque meatibus pulcherrimis & amœnis iſtarum doarum regionum fines uſque ad marc determinans diſtinguit. Antea vero quàm ad ipſam Caſaurienſem inſulam deveniat, in impetu & velocitate, magnoque ſonitu à loco, qui ab antiquo dicitur Pons regalis, in locum concavum & immenſæ profunditatis defluit, & in largam atque profundam inundationem ſe celeriter expandit. De cujus profunditate ac inundatione fit mirabilis aquarum diviſio. Et una quidem pars à latere Pinnenſis territorii tendit. Altera vero à parte Teatenſis, & circa radices montis Mortulæ decurrit, donec inſula undique aquis cincta & circumvallata, ipſæ aquæ ſibi reoccurrant. Quæ adinvicem rejunctæ in unum intet Comitatum Pinnenſem & Teatenſem per ſuum alveum uſque ad mare diſcurrit, & ſic in pontum Adriaticum Orientale ſe inſinuat. Currit vero prædictus Piſcaria millia quadraginta quatuor, & ſic ſe in prædicto ponto obcludit.

B Ut autem melius atque melius cognoſcatur à poſteris, & à progenie in progeniem innoteſcat, quanta fuerit in principio ſui Piſcarienſis Abbatia S. Clementis, quæ terra poſſeſſionis ejus, qoibus terminis atque confinis concludator, quo quantove pretio fuerit acquiſita: nomina quoque villarum ſeu caſalium, & ex qoibus villis, atque caſalibus in ipſo fundo caſtella poſtea fuerint ædificata, quæ namque in ipſis pertinentiis & tenimentis locorum Eccleſiarumque vocabula, quemadmodum in inſtrumentali volumine reperiuntur, ſummatim & liquido dignam duximus in hoc opere declarare. Eſt igitur, ut ſupra tetigimus, in finibus Pinnenſis Comitatus circa Monaſterium & Caſaurienſem inſulam Piſcariæ tantum flumine intercurrente, regio tribus ambita & conterminata fluminibus; quorum fluviorum unus naſcitur in loco, ubi propter cervos, qui de proximis ſylvis potatum ibidem venire ſolebant, dicitur Petra Cervaria, nomine Cignus, qui ſuis meatibus in Piſcariam defluens, quia C ejus aqua in quibuſdam ſuis gorgitibus ſerpenticulos, & anguillulas nutrit, Cignus vocatur. Hujus verò regionis poſſeſſio facit initium ab eodem loco, ubi Petra Cervaria nuncupatur, & Cignus naſcitur, & ſubit tranſitque per ſureas Pinnenſes: & deſcendens in Valle de Trite, in confinium Valvenſis Comitatus protenditur uſque ad locum ubi Caputaquæ dicitur, indeque propter quod ea tribus Fontibus, quod emanat flumen Tritanum vocatur, vel ob copiam truttarum piſcium dicitur Trutanum vocatur, vel ob copiam trottarum piſciom dicitur Trutanum. Poſſumus etiam dicere aquas Tritanas, quia trutta & anas io ea fœcundiſſimo foetu congignunt. Itaque flumen iſtud per ipſam vallem de Trite decurrens prædictæ regionis extrema determinat, donec in Piſcaria uempe, vel quia juxta ſui magnitudinem piſciom multitudine caret, vel propter piſces, quos valde ſaporoſos & caros habet, tale nomen accepit. Cujus curſus cum poſtquam circa radices montis Soti & Monaſterii Beati D Clementis inſulam pertranſierit, uſque ad locum, in quo prædictum Cignum flovium in ſe recepit, devenerit, prædictam regionem deſignat atque concludit. Supradicti vero tres montes, qui intra regionem iſtam ab Occidentali plaga Monaſterii conſpiciuntur, unus eorum, quoniam in ſummitate ſui eſt durus & aſper, ab aſperitate vocatur Mons Soti. Altera Brungis & Prungis vocatur Brungata. Tertius vero mons vocatot Mons Aqoiliæ, ideſt Aquilæ, eo quod Aquila ſolet ibi nidificare. Eſt etiam à Septentrionali latere alius mons, & in quo ſitus eſt quidam collis, qui dicitur Falconis, qui ſive quod à quondam viro nomine Falcone olim fuit inhabitatus, ſive à volatu ipſius voluctis Falconis, totus ipſe Mons dicitur Falconius.

Præterea fontes & rivos aquarum habet hæc regio, videlicet rivum de Pantano, qui de prædicto monte Soti defluit, rivos Ceculi, rivus Candidi, in quo panni candidantur: quem etiam Adam Piſ-

carienſis Abbas, cum à Rocca ſua reverteretur, & inveniret paſtores ovium ſuarum ibidem uncioos facientes, commutavit oomen ejuſdem rivi, & vocavit eum Rivum de Uocinis. Sunt & aliæ aqoæ in eo deſiuentes quæ tres rivi appellantur. Rivus etiam qui dicitur Vomeris, rivus de Fleccine, qui in loco nomine Vadaluto Piſcariam ſubintrat. Demum rivus qui vocatur Merdariolum, & deficit in aveum de Piſcaria.

Ante principium ergo Monaſterii Piſcarienſis iofra terminos ſupradictæ regionis eraot villæ, caſalia, locorumque habitacula, quæ legitima venditione ſuerunt empta, io juriſdictiooem, & proprietatem Beati Clementis de regali pecuoia legaliter acquiſita.

Hæc verò ſunt nomina villarum, & caſaliom ipſorum, ſecundum quod aſtruunt ioſtrumenta chartarum. Vicus Pinnenſis, Pantaoum, Rangiauum, Collis, Caſaleccium, Tectanicum, Victorita, Blunela, Colmella, Stabuli, Pirolum, Loceriolo, Opaculum, Fleceine, Vadulatum, Curtis de Leriano, Petacſanum, Peteliaoum, Cedeſſe, Cerbaranom, Collis Falconius, Carcoſani, Morus, Lecertus, Caſulæ, Capitioianum, Oſanum, Bleſeanum, Madici, Niranum, Mortuia, Aſinarii, Retianum, Andrailanum, Legonianum, Paleariitia, Caſale de Maringe, Sancta Victoria, Sanctus Angelus, Mortianum, Fiola, Collis Superone, Banio, Collis de Cortina, Ruginoſum, Carpentum, Sanctula, Collemanianum, Novæ, Banianum.

Io ipſis profecto pertinentiis villarum, caſalium, ac habitaculorum, inveniuntur prædiorum, locorum, Eccleſiarumque vocabula, ex quibus doximos quædam ipſis ſuis exprimenda vocabulis. In pertinentia de Vico Pinneoſi hæc inveniuntur locorum Eccleſiarumque vocabula. Eccleſia Sancti Caiixti vocata Cluſura, Caſore, Lacus Rotundus. Lacus minor, Lacus major, Pratum regale, obi pons ſuit conſtructus, qui pons regalis eſt dictus, Via cava, locus qui olim dictus eſt Avium, ubi eſt nominc Saoctæ Mariæ Eccleſia dedicata, & ubi Sancti Joannis oomine Capeila eſt conſtituta. Gemmetum, Piro Corbulo, Gemeruti, Nuſeule, Lamacina, Romaciaoi, Caſatrottuli, Cennegetum, Spinetum, Subtuſgratta; Poſſeſſio nempè vici Pionenſis, ſicut io otraque parte voluminis Inſtrumentalis ſupputatur eſſe ad menſuram triticei ſeminis terra modiorum ſeptiogentorum octoginta unius. Pecunia verò inde à vendentibus exacta, & ab ementibus perſoluta, necnon ab Abbatibus à principio Monaſterii data, vel locatione accepta, mille ſexcentorum ſeptuaginta duorum ſolidorum: & caballi duo, & boves ſeptem ſicut ex ſingolis chartis colligitur, & ſupputatur.

2 In pertinentia de Ragiano, Pontaoo, & Colle, ioveniuntur locorum, Eccleſiarumque vocabula. In Pantano Eccleſia Sancti Pelini nomine dedicata. In Ragiano Eccleſia Saoctæ Mariæ, & alia Eccleſia Sancti Angeli nominibus dedicatæ Caſa de Antonio. Cæſa, Morus, Cluſura, Fons de Curtioa, Viniale, Tuſagie, Porcianum, Pons remedii, Pattina, Eccleſia Sancti Silveſtri in ipſo Ragiano ſita, locus ubi dicitur Mandra. & Garagentum; Locus ubi dicitur Foſſa, ubi dicitur Rucciolum, & ubi dicitur ad Rivum ſub ripa, & ad Clium, & Fornella, Plagia, Longezes, Quercus Croſſa, Piſcina de aquaviva, Bolobro, Vallis de Fectomata, Transrivum, Moos Soti, Eccleſia Sanctæ Triotatis, & Crypta in ipſo Monte Sancti Michaelis nominibus dedicata, Locos nomioe Collis, & Eccleſia Sancti Petri in pertinentia ipſius Collis in loco qui dicitur periculi ædificata, Pomariolum, poſſeſſio, nempe ipſorum trium Caſalium, Ragiani, Pautani, & collis eſt ad menſuram triticei ſeminis terra modiorum mille qoiogentorum viginti ſeptem. Pecunia verò inde à vendentibus exacta, & ab ementibus perſoluta, necnon & ab

A Abbatibus à principio Moosterii data, vel locatione accepta, ſolidorum mille quiogentorum quadraginta uoius: conca una argeotea, caballi tres, buves octo, ſicut ex ſingulis chartis colligitur, & ſupputatur.

3 In pertinentia de Caſale Caſaleccio, & de Villa Tezanico, inveniuntur locorum, Eccleſiarumque vocabula Sancti Martini vocata, locus qui dicitur Collis, & ſubtus Colle Atrium Sancti Martini, Terra Piniataria, Via Saracineſca, Eccleſia Sancti Felicis oomine conſecrata in eodem Teſanico, Locus ubi dicitur Foris de Altula. Cluſura, Poſſeſſio nempe ipſorum duorum Caſalium Caſaleccli, & Teſanici, eſt ad menſuram triticei ſeminis terra modiorum ſexcentorum quatuordecim. Pecuoia verò inde à vendentibus exacta, & ab ementibus perſoluta, necnoo ab Abbatibus à priocipio Monaſterii data, vel locatione accepta, ſolidorum ſexceutorum ſeptuaginta uoius, ſicut ex ſiogulis chartis colligitur, & ſupputatur.

B 4 In pertinentia de Victorita, & Biunza, Colmella, Stabulis, & Perule, inveniuntur Eccleſiarum locorumque vocabula, Caſa vetere, Orgule, Plano, ſupradicto Gemmeto, Noale, Manareſce, Viotioni, Cellario, Terra ubi dicitur S. Angeli, Locus obi dicitur Sacorum, Capella in ipſius Victoritæ receptaculo conſtituta S. Nicolai nomine, extra ipſam Villam Eccleſia S Antonini vocabulo conſecrata, Eccleſia alia in Blunſa S. Nicolai vocabulo dedicata. Vinea majore, Tuſo, Urciona; Poſſeſſio nempe ipſarum quinque villarum, Victoritæ, Bluniæ, Colmellæ Stabulis, & Peruie, eſt ad menſuram triticei ſeminis terra modiorum octingeotorum viginti trium. Pecunia verò inde à vendentibus exacta, & ab ementibus perſoluta, necnon à priocipio Monaſterii ab Abbatibus data, vel locatione accepta, ſolidorum ſeptingentorum quinquaginta duorum, boves ſeptem ſicut ex ſiogulis chartis colligitur, & ſupputarur.

5 Io pertineotia Villarum, atque Caſaliom,
C videlicet, de Opaculo, Fleccinc, Vaduiato, & Petaczano, inveniuntur Eccleſiarum locorumqoe vocabula Petroſula, Fonſallonis, Eccleſia S. Pancratii nomine cooſtructa, Pojum de Godaculis, Luciano, Vallis ſub Forcella, Caſalina, Fraduncli, Ripa anſonis, Corni. Cortina, Maranello, Collecelli, Campus de Lenteſco Viniali, Caleara, Eccleſia Sancti Martini vocabulo extructa. Poſſeſſio nempe ipſorum quatuor Caſalium eſt ad menſuram triticei ſemiois terra modiorum ſeptingentorum decem & octo. Pecunia verò indè à vendentibus exacta, & ab ementibus perſoluta, necnon à principio Monaſterii ab Abbatibus data, vel locationc accepta, ſolidorum octingentorum ſeptuagiota quinque, ſicut ex ſingolis Chartis colligitur, & ſupputator.

6 In pertinentia Caſalium de Peteliaoo, Cediſſe, & Cerbarano, inveniuntur locorum Eccleſiarumqoe vocabula, videlicet Eccleſia Sancti Viti nomioe conſtructa, Cori, Caſtelloveccio, Co-
D tiiulello, Foſſatum de Fonte Savina inter rivos, Petræ majores, Eccleſia Sanctæ Juſtæ nomioe dedicata, Eccleſia Sancti Comitii oomine dedicata, Eccleſia Sanctæ Mariæ vocabulo Ciaciris, Eccleſia Sancti Petri nomine conſtructa, Summa, Vico, Eccleſia Sanctæ Mariæ honore dedicata, Seſſiano, Furcella. Poſſeſſio nempe ipſarum triom Villarum eſt ad menſoram triticei ſeminis terra modiorum trecentorum octogiota novem. Pecunia verò à vendentibus exacta, & ab ementibus perſoluta, necnon à principio Monaſterii ab Abbatibus data, vel locatione accepta, ſolidorum trecentorum octoginta, ſicut ex ſingulis chartis colligitur, & ſupputatur.

7 In pertinentia Villarum atque Caſalium de Caruſani, Moro Lecto, Caſule, Capitiniano, Ozano, Bleſiano, & Madici, ioveniuntur locorum Eccleſiarumque vocabula, Manſiano, Porcareza, Sculcula, Petorci, Sancta Maria de Morel-

lo,

lo. Eccleſiæ Sancti Nicolai, & Sanctæ Juſtæ nominibus dedicatæ. Eccleſia Sanctæ Luciæ nomine dedicata in Moro. Sancta Maria de Cerraniano. Sanctus Apollinaris, Sanctus Vincentius in Lecto. Faſensrio Sanctæ Mariæ Eccleſia dedicata, Potcari, Paganeco, Pontiano, Cluſo, Cancello, Macalæ, Treſoliæ. Eccleſia S. Leuterii vocabulo, & ſanctæ Luciæ vocabulo, in Oſano. Eccleſia ſanctæ Matiæ in ipſo Bleſiano. Eccleſia ſancti Petri in Madici. Poſſeſſio nempe ſuptadictorum octo Caſalium eſt ad menſuram triticei ſeminis terra modiorum trium millium. Pecunia vero à vendentibus exacta, & ab ementibus perſoluta, necnon à principio Monsſterii ab Abbatibus data, vel locatione accepts ſolidorum ſeacentorum, ſicut ea ſingulis chartis colligitur, & ſupputatur.

8 In pertinentia Caſalium de Nerano, & Fabrica, Mortnla, Legoniano, & Aſinariis, Retiauo, & Andravano, inveniuntur locorum Eccleſiarumque vocabnla. Vocabulum de Sancto Savino, & de Sancto Andrea, & de Sancto Antonino. Mecclabona, vocabulum de Sancto Petro ad Aſinarios; Ruginoſum, Vocabulum de Sancta Lucia, & Pontiano. Vocabulum, de Sancto Petro Plaja Aſole. Vocabulum de Sancto Damiano. Putella de puteo, Foſſato cupo, Colle peluſo; Poſſeſſio nempe prædictorum ſeptem Caſalium eſt ad menſuram triticei ſeminis terra modiorum mille trecentorum viginti nuins. Pecnnia vero à vendentibus exacta, & ab ementibus perſoluta, necnon à principio Monaſterii ab Abbatibus data, vel locatione accepta, ſolidorum trium millium centum quadraginta novem.

9. In pertinentia quoque Villarum, ſeu Caſalium de Palearicia, Caſale de Maringe, S. Victoria, & Sancto Angelo, Mortiano, Ruginoſo, Carpineto, Biano, Fiola, Campuli, & Superone, inveniuntur locorum Eccleſiarumque vocabula, Pectiæ, Plajæ, Cluſurulæ, Serrum cello, Imbricæ Caſtellum, vocabulum de Sancto Eleutherio. Cluſura, Furcells de Rugenoſo. Vocabulum de Sancto Simeone, & Sancto Angelo, Vallis de Arne. Vocabulum de Sancto Salvatore, Fons turturis, Collis de Lenteſco, Planum de Fara, Cava de Sancto Joanne, Rojaro, Gerretum, Waldari, Cortins. Vocabulum de Sancto Victorino, Pratum Lenſaroſe. Vocabulum de Sancto Leopardo, Eccleſia Sancti Leucii in Caſtello Campuli. Collis Mnndnli. Celluiæ, Collis Stabionis, Foncella, Oſelici, Plaia pretioſa, via de Sancta Lncia, Macerinæ, Rivus de Buſſi, Vorago de Plaja ſicca, Neretulo, Caſadeladi, Caſule, prata inter Rigora, Balentii, Foſſa Guarnonis, Ceppeta, Valentino. Sancta Agatha, Sanctus Laurentius, via Oſtoleſæ, Collemsjo, Lacus. Poſſeſſio nempe prædictorum undecim Caſalium, ſeu Villarum eſt ad menſuram triticei ſeminis terta modiorum mille centum viginti octo. Pecunia vero à vendentibus exacta, & ab ementibus perſoluta, necnon à principio Monaſterii ab Abbatibus data, vel locatione accepta, ſolidorum trium millium ſeptingentorum ſeptuaginta, boves quatuor.

Ludovici II. Imperatoris Auguſti Privilegium fundationis, & dotationis Monaſterii S. Clementi in Piſcaria anno Domini DCCCLXXV.

In nomine D. N. Jeſu Chriſti Dei, &c.

Ludovicus divina ordinante providentia Imperator Auguſtus cunctis ſummis ſapientibus liquet, &c. magis cultibus divinis inſtitimus eo amplius ſupernæ Majeſtati, &c. Proinde univerſorum ſanctæ æternæ Eccleſiæ, noſtrorumque fidelium præſentium ſcilicet, ac futurorum agnoſcat humanitas, quia Nos divino afflati inſtinctu ad honorem, & reverentiam tremendæ, ac individuæ Trinitatis Sacroſanctum Templum in Inſula, quæ Caſa aurea vocitatur, fundari, ac confirmari hilari mente præcipimus; &c. Et almificum Beatiſſimi Pontificis, & Martyris Clemens Corpus venerabiliter recondi fecimus, quod quidem Sacroſanctum templum, Monaſterium ſancti Clementis in Piſcaria in antea vocitari præcipimus. Ad &c famulorum Dei Cœnobium perpetuis temporibus permanendum auguſtaliter, atque liberaliter inſtituimus, quatenus coadunato illic ſub regulari norma Religioſorum virorum cœtu, Altiſſimo, &c. laudes jugiter inibi, votaque reſultent. Qua de cauſa ad majorem noſtræ mercedis cumulum, ac loci ipſius neceſſarium ſupplementum, Chriſtique ſervorum in ipſo degentium, ſeu illic undecunque advenientium perenne ſubſidium, Caſtella, & res infraſcriptas cum poſſeſſionibus, & juribus, Vaſſailis, Vaſſallorum redditibus, requiſitionibus, molendinis, aquarum decurſibus, piſcationibus, valcatoriis, ſilvis, rupibus, domibus, maſſstitiis, aidionaritiis, arrenditiis, mercatis, nundinis factis, & ordinatis, & in antea in ipſis Caſtellis, & locis pro ipſorum Religioſorum virorum arbitrio conſtruendis, & ordinandis jam dicto Venerabili ſummæ Trinitatis Cœnobio, quod Monaſterium ſancti Clementis in Piſcaria ſupra nuncupati præcepimus præſentialiter, ſolemniterque largimur; Quę Caſtella, & res inferius deſcribuntur. Primo in Thete, Caramanicum, Piccaticum, Paternum, Bononianum, Moſiloium, Sallum, Roccum, &c. Cantalupum, Ranile, Petra ſancti Valentini cum ipſo Caſtello: Acculæ ſuperdi, Manupellum, Turri, Fullonicæ, Fara ambriiiæ, Inſulam, & Caſtellum ipſius inſulæ. In Pennæ, &c. Uliculam, Peſculum, Roccade Soti, Corvarjam, Petram Iniquam, &c. Alandum cum Caſalibus ſuis, Caſale ſancti Deſiderii. In Civitate ſancti Angeli, Caſtellum ſancti Mori cum Portu. In Comitatu Aprutino, Caſtrum guardiæ, Caſtellum Vetulum Monaſcum, Caſtrum ſancti Georgii; in Marebia Caſtrum Lori, Caſtrum Caldarole, Caſtrum Veſtiman- Montem obcerannum, Rocellum, Bricciam, ſanctum Vincentium, ſanctum Angelum ad Fabaram cum omnibus Eccleſiis prædictorum Caſtellorum, & locorum. Et per hujuſmodi noſtri præcepti imperialem auctoritatem irreſragabiliter ſtabilimus, ut habeant ea, & poſſideant, fruanturque jure quieto, ac pacifico ab hodierno die, ac deinceps, tam qui præſentes ſunt, quamque illi, qui venturi ſunt famuli Chriſti, omnium noſtrom, hæredumque, & ſucceſſorum noſtrorum repetitione, moleſtatione, vel qualibet publica ex auctoritate, ſeu &c. remota, ita quod nec prædicti viri Religioſi, nec ipſorum vaſſalli nobis in aliquo alio teneantur, niſi quod prænominati Sacri Cœnobii, &c. Religioſi tres quotidie pro Nobis miſſas, & omnibus nocturnis, &c. Centeſimum vigeſimum decantare non deſinant Salmum, exceptis dumtaxat veſpertinalibus, & matutinalibus hymnis, quæ in perpetuum pro noſtræ remedio animæ repetere jugiter non ceſſabunt. Cunctis igitur tam præſentibus, quam & futuris cognitum ſit ſuptatsxatum Cœnobium, habitatoreſque ipſiuscum univerſis, &c. Caſtellis, rebus, & Vaſſallis ipſius ſub noſtri, &c. continua tuitione a Nobis jamdudum etiam recepimus. In tantum ut omne ipſius tanquam peculiariſſime domna, &c. pro amore ſuperno quoadusque ſpiramus exequi modis omnibus decrevimus: poſt noſtrum vero ex hac vita diſceſſum illi ſoli ejuſdem Venerabilis loci tutelam committimus, &c. cujus honorificentiam noſtri ſtudio conſtat exercitus. Quapropter cunctos, qui Nobis in Imperium pro tempore ſucceſſuri ſunt, Imperatores, Reges, Duces, ac Principes quoque Lo. &c. ſupradictorum, ac Judices per ipſam Trinam, & Unam Majeſtatem diſtincte obteſtamur, & terribiliter abjuramus, ut prænominatum Sacratiſſimum colendæ Trinitatis &c. pium juxta hujus noſtri præcepti tenorem ratum, ac ſtabilitum ut ſemel ordinavimus eſſe permittant, nullam violentiam, diminutionem, vel ſubtractionem, ſeu in-

va-

vaſionem, vel moleſtiam, neque etiam quamlibet functionem eidem venerabili loco, rebus, ſeu vaſſallis ejuſdem quocunque in tempore inferre præſumant. Et ſi forte reclamaverint ad quemcunque eorum querela pervenerir pro Dei ſummi amore omnem illis juſtitiam adimplere non differant. Si quis autem hujuſmodi noſtræ inſtitutionis, & quod magis eſt, divinæ promulgationis ſacrilegus contemptor, & temerarius violator extiterit, ſciat ſe in tremendo juſti Judicis examine cauſam Nobiſcum dicturum, ac per hoc cum Juda proditore ab Apoſtolico examine cum impiis, ac ſacrilegis ſequeſtratus ſit in ſtagno ignis ardentis, & ſulphuris. Et ut hæc noſtræ liberalitatis, ac piæ largitionis, ſeu præfixæ inſtitutionis noſtræ pagina perpetuum obtinere valeat robur, eam noſtræ manus adnotatione ſolemniter inſignivimus, noſtræque Bullæ plumbeæ impreſſione ſubter confirmari juſſimus. *Signum manus Domini Ludovici Sereniſſimi Imperatoris. Erulbertus Presbyter, & Not. ſcripſi, & ſubſcripſi. Datum tertio Idus Octobris, Indictione octava. Actum Olonna Curiæ Imperiali anno Imperii D. Ludovici Sanctiſſimi Imperatoris vigeſimo quinto, Deo propitio feliciter. Amen. Anno Dominicæ Incarnationis DCCC.LXXV. Indictione viii.*

Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dominico Venerabili Abbati Eccleſiæ Sanctæ & Individuæ Trinitatis, quæ eſt in Inſula Piſcaria, quæ etiam Caſa Aurea vocatur, ubi Corpus Beati Clementis Papæ, & Martyris requieſcit, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum Convenit Apoſtolatui noſtro digne petentibus benivola compaſſione ſuccurrere, & poſcentium animis alacri devotione impertiri ſuffragium; ex hoc enim lucri potiſſimum præmium à Conditore omnium Deo proculdubio promerebimur, dum piis petitionibus annuentes, ea quæ diſtorta, vel injuſte ſublata ſunt, noſtro pio fuerint ſine dubio moderamine reſtituta atque directa. Quapropter tibi, Frater cariſſime, quem magis bona Eccleſiæ tuæ in quantum poſſibilitas tua obtinet, augere, quam minuere, vel deſtruere novimus, caritativa, ut oportet, dilectione in recta tua pulſatione aperimus oſtium miſericordiæ Apoſtolicæ, confirmantes, & corroborantes per Sanctum ſummæ noſtræ Sedis privilegium ſine omni læſione, vel aliqua perturbatione obtinere Eccleſiam tuam omnia, quæ uſque modo poſſedit, vel modo poſſidet, vel poſſeſſura eſt impoſterum. Unde ex Apoſtolica Apoſtolorum Principis Petri, & noſtra, cujus vicem gerimus, auctoritate præcipimus atque interdicimus, ut nullus ſub noſtri Apoſtolici regiminis jure degentium, ſcilicet, Imperator, Rex, Dux, Marchio, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Comes, vel Vicecomes, aut aliquis exactorum alicujus rei, tam Laicorum, quam Eccleſiaſticorum, aut magna, aut parva cujuſcunque conditionis perſona invadere, diſtrahere, violare, aut perturbare præſumat præfatæ bona Eccleſiæ in cellis, & caſtellis, in villis, ac prædiis, vel poſſeſſionibus, & quæ ubique in pagis, vel territoriis quibuslibet præſcripta legalia, vel per præcepta poſſidet regalia. Si quis autem contra hujus noſtræ preceptionis privilegium.... præſumpſerit, aut præſumentibus conſenſerit, aut fautor extiterit, & non potius obſervare in integrum ſtuduerit, & noſtram Apoſtolicam hanc præceptionem, interdictionem tranſgredi præſumpſerit, ſciat ſe auctoritate Beati Petri Apoſtolorum Principis, Cælorum Regni Clavigeri, noſtroque anathematis vinculo, innodatum, & à Regno Dei alienatum, atque cum Diabolo, & ejus atrociſſimis pompis tranſgreſſionem, Sanctorum Patrum canonica traditione deputatum. Quoniam ſcriptum eſt, terminos Patrum noſtrorum nulla auctoritate illicitæ temeritatis tranſgredi præſumi; Et quia opportunitatis exigit ratio propter vos, & tranſgreſſores canonicæ correctionis debere fræno conſtringi. Illius inſuper ſpirituali jaculo perdat

A animam, cujus temporali gladio Malchus amiſit auriculam. Qui autem obſervator extiterit, ditetur dono Apoſtolicæ benedictionis &c.

Benevalete.

Datum x. Kal. Iulii per manum Federici Diaconi, & Bibliothecarii, ac Cancellarii Sanctæ Apoſtolicæ Sedis, vice Domini Heremanni Colonienſis Archiepiſcopi, & Archicancellarii, Anno D. Leonis IX. Papæ iii. Indictione iiii.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Rogerius divina ſavente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ. Regum, Catholicorumque Principum nil conſtat glorioſius eſſe, quàm Deum vereri, loca ſancta venerari, pauperibus Chriſti, qui ſua ſpernentes, ſe Deo largiti ſunt, alimenta vitæ neceſſaria providere, ſimulque conſerre. Nec eo minus glorioſum, quod à bonis Principibus pro Dei amore laudabili devotione factum eſt, pro ejuſdem reverentia ſancto
B deſiderio colere, conſnvere pro temporum varietate, & loco tueri, & conſervare. Quocirca Monaſterium, quod Rex bonæ memoriæ Ludovicus in Inſula, quæ Caſa Aurea vocatur, ad honorem, & reverentiam Sanctæ, & individuæ Trinitatis conſtruxit, & dotavit, in quo Corpus Beati Clementis Papæ, & Martyris venerabiliter recondi fecit, jam vetuſtate temporum, perverſorumque hujuſmodi, qui nec Deum timuere, nec homines veriti ſunt, avida, & inexplebili rapacitate in quamdam ſervitutem redactum, Nos divino tactu admoniti priſtina libertate donare decernimus: & ab omni infeſtatione, & moleſtiis, quietum, & liberum, ſub noſtræ manus regia protectione, ſucceſſorumque noſtrorum ſervavimus. Ne de cætero quorumlibet temeritati in bona ejus, ſeu poſſeſſiones quatenus liceat deſervire. Quorum quia importuna voracitas res præfati Monaſterii in tantum imminuerat, quod nec Fratrum . . . . .
. . . ſuperant pauperum Chriſti indigentium miſeri-
C cordiam, honorem, gloriam ſummæ, & individuæ Trinitatis eidem Monaſterio ſubſcripta Caſtella videlicet, Inſulam, & Caſtellum ipſius Inſulę cum pertinentiis ſuis, molendinis, ac piſcationibus, & meatibus aquarum: Caſtellionum: Ulivola: Peſculum: Rocca de Soti: Corvariam: Petram iniquam: Bectoritam cum Eccleſiis, & pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sanctæ Trinitatis de Rocca de Soti cum toto ipſo monte, & rupibus, & ſylvis ejus, & omnes alias Eccleſias de Terra Sanzoniſca: Alannum cum Eccleſiis, & pertinentiis ſuis, Caſale Sancti Deſiderii cum Eccleſiis, & pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sancti Martini de Muſculo. In Civitate Sancti Angeli, Caſtellum Sancti Mori cum portu, & pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sancti Cirici de Monte Silvano: Eccleſiam Sancti Salvatoris juxta flumen de Nora, cum ipſo Pojo, & pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sancti Gervaſii cum pertinentiis ſuis: homines qui engnomine dicuntur Palumnii cum familiis, & pertinentiis
D ſuis: Eccleſias Sancti Ruſtici de Saliano: Sancti Angeli de Monte Apriano: S. Flavani: Sanctę Mariæ ad Capri, S. Mariæ de Colle cum Capella de Rocca, cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Nicolai ad Cornilam cum pertinentiis ſuis, In Comitatu Theatino, Caſtrum Bononianum cum Eccleſiis, & pertinentiis ſuis, Faram de Ambriliæ, Eccleſiam S. Mariæ de Peſcle: Eccleſ. S. Marię de Caſul, Eccleſiam S. Ceſidii, Eccleſiam S. Trinitatis de Lapidaria, cum Eccleſia S. Nicolai de Cardia, & aliis Capellis cum ſuis pertinentiis, Eccleſiam S. Victorini poſitam in Territorio Tocci. In Caramanico Eccleſiam S. Crucis, Eccleſiam S. Nicolai, Eccleſiam S. Euſemiæ cum Cellis & aliis pertinentiis, Eccleſiam S. Martini ad Gruetam, S. Joannis Staniarii, S. Silveſtri de Oligeto cum pertinentiis ſuis. In Comitatu Aprutino, Caſtrum Guardiæ, Caſtellum veterum Monaciſcum. In Civitate Sulmona, Oratorium, domum, &

Palatium quondam Simonis, Caſas Callu, & omues poſſeiſiones infra, vel extra ipſam civitutem veſtro Munuſterio attributas, in perpetuum regia liberalitate duximus confirmanda, ut & nobis, & hæredibus noſtris animabuſque parentum, & prædeceſſorum noſtrorum omnium B. Clementis Pupæ, & Martyris patrocinium impetremus. Ad confirmanda uutem prædicta omnia churtam iſtum noſtro Regio ſigillo inſignlri præcipimus: In quu etiam Regiæ dignitatis ſignum uſcribitur.

Data in Territorio civitatis Theutin. ſuper flumen Piſcariæ per manus Roberti Cancellurii, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo centeſimo quadrugeſimo menſis Auguſti Indictione tertia. Anno vero Regni Rogerii Glorioſiſſimi Regni Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ decimo, Deo propitio. Amen.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Leonati Abbati Monaſterii S. Clem. de Inſula Piſcariæ, quæ Caſa aurea vocatur, ejuſque fratribus tam præſentibus quam futuris regulari vita profeſſis in perpetuum.

Religioſis votis annuere, & eam operis exhibitione complere officium nos invitat ſuſcepti Regiminis, & ordo videtur exigere rutionis. Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præſutum Monaſterium, ubi corpus B. Clementis Papæ, & Mart. requieſcit, & in quod divino eſtis mancipati obſequio ad exemplar Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum fel. me Leonis, Caliſti, & Adriani ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ut ordo monaſticus, qui ſecundum Dominum, & B. Benedicti Regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea poſſeſſiones quaſcunque, quæcunque bonu idem Monaſterium in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitute Regum vel Principium, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino puterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimen. vocubulis, in Comitatu Pendenſi Caſtellum Incuiæ cum tota ipſa Inſula, Caſtillionem, Ubicolam, Peſeuliam, Roccham de Sutri, Corvaniam, Petraminiquam, Betorites, Mandeſorum, Cuſule Planum, Coiedunum cum pertinentiis ſuis, Caſtrum quod vocatur Caſale S. Deſiderii in Civitate S. Angeli, Caſtellum S. Mori cum portu, & ſuis pertinentiis, in Comitatu Theatino Caſtrum Bolonianum cum pertinentiis ſuis, in Comitatu Aprutino Caſtrum Guardiæ, Caſtelium vetulum, Monaciſcum cum pertinentiis ſuis, in Comitatu Vulveuſi Caſale quod dicitur S. Trinitatis cum pertinentiis ſuis. In Murchiu Caſtrum Lori cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Mariæ in Pleſiano, Eccleſiam S. Mariæ ad Fuſinariam, Eccleſiam S. Quirici de monte Silvano cum pertinentiis ſuis. In ſupradicto Comitutu Theatino Eccleſiam S. Mariæ de Peſilo, Eccleſiam S. Angeli de Caſule, Eccleſium S. Ceſidii, Monaſterium S. Trinitatis de Lapidaria cum pertinentiis ſuis. In Caramanico Eccleſiam S. Crucis, & S. Nicolui cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Martini ad Grictum, Eccleſiam S. Joannis Iſcumari, Eccleſiam S. Silveſtri upud Manupellum cum pertinentiis ſuis; Cellam S. Clementis in Liſinu cum pertinentiis ſuis. Monaſterium S. Mauri de Emiterno cum pertinentiis ſuis, Montem de Urſa Monte de Tarini, Montem Soti cum rupibus, & ſylvis eorum. Concedimus etium vobis, veſtriſque ſucceſſoribus decimationem terrarum Eccleſiæ veſtræ, & partem oblationum quæ pro mortuis offeruntur. Interdicimus inſuper, ut nullus Epiſcopus ibi Synodum celebret, Chriſma, Oleum Sanctum, conſecrationes alturium, ſeu Baſilicarum, ordinationes alturium, ordinutiones Monachorum, ſeu Clericorum, qui ud ſucris ordines fuerint promovendi, à quocumque malueritis ſuſcipiatis Epiſcopo. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem . . . . de communi conſenſu vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dominum, & B. Benedicti Regulam providerint eligendi. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceut præfatum monaſterium temerè perturbare, uut ejus poſſeſſiones uuferre, vel ablatas obtinere, minuere, aut aliquibus vexationibus futigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernutione, ſuſtentutione conceſſu ſunt uſibus omnimodis profuturu, ſulva in omnibus Apoſtolicæ Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſæculariſque perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non reatum ſuum congrua ſutisfuctione correxerit, poteſtute, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetratu iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore & Sunguine Dei, & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſuu jura præſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmiu æternæ pucis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Nos itaque qui ſupra Nicoluus Petri Judex inſtantia prædicti D. Abbatis prædictum privilegium per manus mei prædicti Noturii Nicolai, & in præſentiu teſtium ſubſcriptorum auctoritate noſtri officii uutenticatum, & tranſcribi de verbo ad verbum nihil uddito, vel mutato, & ipſius tranſumptum in præſens redigi fecimus publicum inſtrumentum. De quibus omnibus qualiter in noſtri præſentia geſtu, & acta ſunt pro futuri temporis memoriu & prædicti D. Abbatis, uc Monaſterii, & omnium quorum intereſſe poterit cautela factum eſt hoc præſens publicum inſtrumentum de mundato prædicti Judicis, ſigno mea ſolito ſignutum ſignis, & ſubſcriptionibus prædictorum Judicis, & teſtium legitimè roboratum. Quod ſcripſi ego qui ſupra Nicoluus Francisci de prædicto Caſtro Aiandi publicus ubilibet per totum Regnum Siciliæ Regiu, & Reginali auctoritate Notarius: & quia de prædictis omnibus rogatus interſui ipſum ſolito meo ſigno ſignavi, ſuper quibus omnibus præfatus Colu Ciccarelli Camerarius pro Tribunali ſedens, & Curiam regens, ſuam auctoritatem interpoſuit, & decretum.

Ego Alexander Cathol. Eccleſiæ Epiſc.
† *Ego Beraurdus Port. & S. Ruſinæ Epiſ.*
† *Ego Gualterius Albanus Epiſc.*
† *Ego Ugo Taſculanus Epiſc.*
† *Ego Corradus Maguntinæ Sedis Archiepiſc. & Subiaen. Epiſc.*
† *Ego Ubaldus Presb. Card. tit. S. Crucis in Ieruſalem.*
† *Ego Joannes Presb. Card. Ss. Joannis & Pauli tit. Pammachii.*
† *Ego Henricus Presb. Card. Ss. Nerei, & Achillei.*
† *Ego Guillelmus Presb. Card. tit. S. Petri ad Vincula.*
† *Ego Boſa Presb. Card. S. Pudentianæ tit. Paſtoris.*
† *Ego Hyacinthus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin.*
† *Ego Oddo Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano.*
† *Ego Arditio Diac. Card. S. Theodori.*
† *Ego Manfredus Diac. Card. S. Georgii ad velum aureum.*

† *Ego Uga Diac. Card. S. Euſtachii juxta templum Agrippæ.*

† *Ego Vitellius Diac. Card. Ss. Sergii, & Bacchi.*

† *Ego Theodinus Diac. Card. S. Mariæ in Portico.*

† *Ego Petrus Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.*

Datum Laterani per manum Ermanni Diac. Card. S. Angeli decimoquinto Kal. Aprilis Indiƈt. decimaquinta, Incarnat. Dominicæ anno milleſimo centeſimo ſexageſimo ſexto Pontif. vero D. Alexandri Papæ Tertii anno ſexto.

Cæleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dileƈtis filiis Jobeli Abbati Monaſterii S. Clementis de Inſula Piſcariæ, quæ Caſa aurea vocatur, ejuſque fratribus tam præſentibus, quàm futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Religioſis votis annuere, & ea operis exhibitione complere officium nos invitat ſuſcepti regiminis, & ordo videtur exigere rationis. Eapropter dileƈti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præſatum Monaſterium ubi corpus B. Clementis Papæ, & Mart. requieſcit, quod ſolius B. Petri juris exiſtit, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum fe. me. Leonis, Calixti, Adriani, ac Alexandri ſub B. Petri, & noſtra proteƈtione ſuſcipimus, & præſenti ſcripti privilegio communimus, ut ſoli Romanæ Eccleſiæ ſubditum ab omnium Eccleſiarum, ſeu perſonarum jugo liberum habeatur. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & B. Benediƈti Regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Manſuro igitur in perpetuum decreto ſtatuimus, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſenti legitimè poſſidet, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, in Comitatu Pinnenſi Caſtrum Inſulæ, Caſtellionem, Vinulam, Peſculum, Roccam de Sori, Corvarium, Petraniquam, Beƈtoritum, Alanne Farum. Caſale planum, Colledunum cum omnibus Eccleſiis, & pertinentiis ſui, Caſtrum quod vocatur Caſale S. Deſiderii, cum Eccleſiis ſanƈti Petri de Panepenna, S. Martini de Muſcuſo, & S. Juſtæ de Tagliano. In Civitate S. Angeli, Cellam S. Clementis, Caſtellum S. Mori cum portu, & ſuis pertinentiis, eccleſiam S. Cirici de Monte Silvano, Eccleſiam S. Salvatoris juxta flumen de Nora, cum ipſo portu, & pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Gervaſii cum pertinentiis ſuis, Priores qui cognomine dicuntur Palummani cum familiis, & pertinentiis ſuis, Eccleſias ſanƈti Ruſtici de Saliano, S. Angeli in Monte Apriano, S. Flaviani, S. Mariæ ad Cap. S. Mariæ de Colle cum Capella de Rocca, & omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Nicolai ad Corniſam cum pertinentiis ſuis. In Comitatu Theatino, Bononiſatum cum omnibus Eccleſiis & pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Mariæ de Peſula, Eccleſiam S. Angeli de Caſula, Eccleſiam S. Ceſidii, Monaſterium S. Trinitatis de Lapidaria cum pertinentiis ſuis. in Caramanico Eccleſiam S. Crucis, Eccleſiam S. Nicolai cum cellis & aliis pertinentiis ſuis, Eccleſias S. Martini ad guttam, S. Joannis in Scaviari. S. Silveſtri de Oligeto, cum pertinentiis ſuis. In Comitatu Aprutino, Caſtrum Guardiæ, Caſtellum Verulum, Monachiſcum, Caſtrum S. Georgii cum omnibus Eccleſiis, & pertinentiis ſuis. In Marchia. Caſtrum Lori, Caſtrum Caldaroie, Caſtrum Vettimani, Montem Obtetanum, Rotellum, Bricciam, S. Vincentium S. Angelum ad Favaram cum aliis Eccleſiis, & pertinentiis ſuis. In Comitatu Valven. Caſale quod dicitur S. Trinitatis cum cellis, & pertinentiis ſuis, in Civitate Sulmone, Oratorium, domum, & palatium q. Simeonis, Caſas, Caſilia, & omnes poſſeſſiones intra, vel extra ipſam Civitatem veſtro Monaſterio attributas, Eccleſiam ſanƈti Mauri de Amiterno cum pertinentiis ſuis, Montem de Tarino, cum rupibus, & ſilvis eorum, Cellam S. Clementis in Liſina cum pertinentiis ſuis. Concedimus etiam vobis veſtriſque ſucceſſoribus, omnem decimationem prædiƈtarum literarum Eccleſiæ veſtræ, & partem oblationum, quæ pro mortuis offeruntur. Interdicimus inſuper ut in ſupradiƈtis locis nullus Epiſcopus audeat ſynodum celebrare, vel aliqua jura Epiſcopalia exercere, niſi a te, vel a ſucceſſoribus tuis vocatus fuerit. Chriſma vero, Oleum ſanƈtum, conſecrationes altarium, ſeu Baſilicarum, ordinationes Monachorum, ſeu Clericorum veſtrorum, qui ad ſacros Ordines fuerint promovendi, à quocumque malueritis ſuſcipiatis Epiſcopo. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdiƈti ſint, nullus obſiſtat. Quæcumque præterea in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium, vel aliis juſtis modis poteritis adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus in qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponere, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & B. Benediƈti Regulam duxerint eligendum, eleƈtus a Romano Pontifice conſecretur. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paterna inpoſterum ſollicitudine providere volentes authoritate Apoſtolica prohibemus, ne quis infra ambitum domorum veſtrarum furtum committere, ignem apponere, hominem capere, aut interficere audeat, ſeu vobis, vel rebus veſtris, aut iis, qui ad vos confugerint, violentiam aliquam temeritate qualibet inrogare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præſatum Monaſterium temere perturbare, vel ejus poſſeſſiones auferre, ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita niſi reatum ſuum digna ſatisfaƈtione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtriƈtæ ultioni ſubjaceat. Cunƈtis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fruƈtum bonæ aƈtionis percipiant, & apud diſtriƈtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego Cæleſtinus Catholicæ Eccleſiæ Epiſc.

† *Ego Albinus Albanen. Epiſc.*

† *Ego Oƈtavianus Oſtien. & Velletren. Epiſc.*

† *Ego Joannes Prænеſtin. Epiſc.*

† *Ego Pandulfus Baſilicæ XII. Apoſtolorum Presb. Card.*

† *Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Cæciliæ.*

† *Ego Petrus Presb. Card S. Petri ad Vincula tit. Eudoxiæ.*

† *Ego Jord. S. Pudentianæ tit. Paſtoris Presb. Card.*

† *Ego Joannes tit. S. Clementis Card. Tuſcan. Epiſc.*

† *Ego Joannes Felix tit. S. Suſannæ Presbyt. Cardin.*

† *Ego Roman. Presb. Card. tit. S. Anaſtaſ.*

† *Ego Guido Presb. Card. S. Mariæ Transtyberim tit. Calliſti.*

† *Ego Joannes tit. S. Stephani in Cælio monte*

Pres-

Presbyt. Card.

† *Ego Cinthius tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card.*

† *Ego Gratian. Ss. Coſmæ, & Damian Diac: Card.*

† *Ego Berard. S. Adriani Diac. Card.*

† *Ego Goffredus S. Mariæ in Vialata Diacon. Card.*

† *Ego Gregor. S. Mariæ in Porticu Diac. Card.*

† *Ego Joannes S. Theodori Diac. Card.*

† *Ego Bernardus S. Mariæ Novæ Diac. Card.*

† *Ego Gregorius ſanctæ Mariæ in Aquiro Diac. Card.*

† *Ego Gregorius S. Georgii ad velum aureum Diac. Card.*

† *Ego Lotarius Ss. Sergii, & Bacchi Diacon. Card.*

† *Ego Nicolaus S. Mariæ in Coſmedin Diacon. Card.*

† *Ego Gregorius S. Angeli Diac. Card.*

Dat. Romæ apud S. Petrum per manum Ægidii S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. Id. Junii Indict. nona, anno Incarnat. Dominicæ MCXCI. Pontif. vero D. Cæleſtini Papæ Tertii anno primo.

B

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Abbati S. Clementis de Piſcaria ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Conveniens eſt, & honeſtum, ut cum viſum fuerit opportunum, quod perſonis, & locis a Romana Eccleſia deferatur, & honoris præbeatur augumentum. Sedes Apoſtolica, quæ diligenter id conſuevit attendere, ac inſignia concedenda conferre, libenter pro perſonarum meritis, & locorum honoris titulos largiatur. Ea propter, fili Abbas, devotionem tuam, & tui Monaſterii diligentius attendentes, uſum Mitræ, & Anuli in Miſſa ſolemnium feſtivitatum, & Conventibus Synodalibus tibi, tuiſque ſucceſſoribus duximus perpetuo con-

A cedendum, ut tam tu, quam Abbas, qui pro tempore fuerit, his inſignibus decoretur. Dat. Lateran. 3. Kal. Junii, Pont. noſtri anno ſecundo.

Clementis Quarti Pontificis Maximi. Privilegium Exemptionis, & Confirmationis Territorii, bonorum, & Jurium Monaſterii S. Clementis.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Conventui Monaſterii S. Clementis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ord S. Benedicti Theatin. Diœc. ſalutem & Apoſt. benedict.

Cum a Nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates, & immunitates a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus B per privilegia, vel alias indulgentias Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertatis, & exemptionis ſæcularium exactionum à Regibus, & aliis Chriſtifidelibus rationabiliter vobis indultas; Terras quoque decimas, & alia bona veſtra, ſicut ea juſte, ſc pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Salva in prædictis decimis declaratione Concilii generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. *Datum Viterbii ſexto Idus Novembris pontificatus noſtri anno tertio.*

Hactenus privilegia inſigniora Piſcarienſis Monaſterii ad calcem Hiſtoriæ conſcripta: ibi & alia plura documenta, quæ brevitatis gratia omiſimus, obſervavimus.

Ex Ughelli tomo octavo.

CHRONICON
BENEVENTANI MONASTERII
S. Sophiæ Ordinis S. P. N. Benedicti,
Ab Anonymo Benedictino ejuſdem Monaſterii Monacho ante DC. annos conſcriptum, nunc primum in lucem editum.

Originale habetur in Bibliotheca Vaticana.

De Privilegiorum auctoritate.

ANACLETUS ſervus ſervorum Domini, omnibus Epiſcopis & reliquis Chriſti fidelibus Sacerdotibus ſalutem. Privilegia Eccleſiarum, & Monaſteriorum inveterata, & inviolata quibus decrevimus manere temporibus leges Eccleſiæ, Apoſtolica confirmamus auctoritate, & peregrina judicia ſubmovemus.

LEO Papa, Marciano Auguſto. Privilegia Eccleſiarum, & Monaſteriorum ſanctorum Patrum auctoritate inſtituta, nulla poſſunt improbitate convelli, nulla novitate mutari. In quo opere, auxiliante Chriſto. fideliter exequendo, neceſſe eſt hujus ſanctæ Sedis Pontifices perſeverent exhibere famulatum. Diſpenſatio enim nobis credita eſt; & ad noſtrum reatum tendit, ſi Patrum Regulæ, nobis conſentientibus, vel negligentibus violentur: privilegium omnino videtur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.

In Decretis Gregorii.

Gregorius Romanus Eccleſiæ Præſul, Scillitano Epiſcopo. Grave nimis & contra Sacerdotale conſtat eſſe propoſitum, cujuſquam Monaſterii privilegia olim indulta confundere.

Item in iiſdem. Gregorius Boniſacio primo Defenſori. Juſtificationis noſtræ decreta, quæ ſunt privilegiis, & ordinatione diſpoſita. perpetua ſtabilitate, & ſine aliqua conſtituimus refragatione ſervari: ſive quæ ſcripta decrevimus: ſeu quæ in præſentia videntur eſſe diposita; nec à quaque Pontificum ſententia ea qualibet occaſione convelli decrevimus, vel mutari. Nam nimis eſt aſperum, & præcipuè bonis Sacerdotibus inimicum, niſi quempiam quacunque rationis excuſatione quæ bene ſunt ordinata, reſcindere, & exemplo ſuo docere cæteros, quandoque poſſe conſtituta diſſolvi.

Item in iiſdem. Gregorius Carthaginenſi Epiſcopo. De Eccleſiaſticis privilegiis quod in terra Fratrum manus ſcribit, hoc poſtpoſita dubitatione teneatur; quia ſicut noſtra defendimus, ita ſingulis quibuſcunque eccleſiis ſua jura ſervamus.

Item ex eodem. Valentinianus quoque & Valens decreverunt, dicentes: univerſos quos conſtiterit cuſtodes Eccleſiarum eſſe, vel ſanctorum locorum, ac religioſi obſequiis deſervire, nullis attentationibus moleſtiam ſuſtinere decrevimus.

Item ex eodem, Arcadius nihilominus, & Honorius; Quęcunque à parentibus noſtris diverſis ſunt inſtituta temporibus, manere inviolata, atque incorrupta ſacroſanctæ Eccleſiæ præcipimus; nihil quod à privilegiis immutetur, quæ temporibus noſtris addi reverentiæ cupimus, quam ex his quæ olim præſtita ſunt immutari.

Item. Non tam nova aliqua præſenti ſanctione præcipimus, quam illa, quæ olim videntur indulta ſir-

A mamus: privilegia quoque, quæ olim reverentia religionis obtinuit, mutilari ſub pœna etiam excommunicationis prohibemus; ita ut hi quoque, qui eccleſiæ obtemperant, ipſis beneficiis perfruantur.

Item ex eodem. Si eccleſiæ venerabilis privilegia cujuſquam fuerint, vel diſſimulatione neglecta, commiſſum, duodecim librarum auri. ſicut etiam prius conſtitutum eſt, condemnatione plectatur; ipſaque privilegia nihilominus obtineant vigorem.

Ut nullus Decreta Sedis Apoſtolicæ temerare præſumat, quia hoc ad potentiſſimum Sacerdotem proprie corrigendum pertinet.

Hilarius Papa. Nulli fas ſit, cujuſcunque ſtatus ſit, ſine periculo divinas Conſtitutiones, vel Apoſtolicæ Sedis decreta temerare. Siquidem reatu majori delinquit, qui potiori honore fruitur; & graviora facit vitia peccatorum ſublimitas dignitatum.

Ut nulli fas ſit attentare Divina, & Apoſtolicæ Sedis ſtatuta.

B Quoniam religioſius ſancto Spiritu congregante Conventus hortatur, ut quædam, quæ pro diſciplina eccleſiaſtica neceſſaria ſunt, cura diligentiori tractemus, ſi placet, fratres, ea. quæ ad ordinationum tenorem pertinent, juxta Divinæ legis practicam, & Nicænorum Canonum ſtatuta, ita juvante Domino deum ſulvemus.

Ut nulli fas ſit ſine periculo vel divinas Conſtitutiones, vel Apoſtolicæ Sedis Decreta temerare.

Ut Conſtantinopolitana civitas ſua habeat privilegia, & habeat cæleſtia.

Leo Papa ad Chriſtianum, & vere religioſum, vereque Orthodoxum Principem loquitur. Multum Anatholius Epiſcopus proprio merito, ſollicito creſcere optat augmento. Habeat ſicut optamus Conſtantinopolitana civitas gloriam ſuam, & protegente Domini Dei dextera diuturno clementer fruatur imperio; alia tamen ratio eſt rerum ſæcularium, alia Divinarum, nec petat illam petram,

C quam Dominus in fundamento poſuit; ſtabilis erit illa conſtructio. Propria perdit qui indebita concupiſcit. Satis prædicto ſit, quod noſtræ pietatis auxilio, & mei favoris aſſenſu optatum tantæ urbis obtinuit Epiſcopatum. Non indignetur regia civitas, quæ Apoſtolicam non poteſt facere ſedem, nec ulla omnino ſpes quod poſſit per aliorum offenſiones augeri. Privilegia enim eccleſiarum ſanctarum, Cœnobia inſtituta, & venerabilibus fixa decretis nulla poſſunt improbitate convelli. nulla novitate mutari; in quo opere, auxiliante Chriſto, fidem hanc exequendo, neceſſe eſt me perſeverantem exhibere famulatum; quoniam diſpenſatio mihi credita eſt.

Digitized by Google

Ut privilegia trigiata annis poſſeſſa, à nullo ſæculari ſublevata videantur.

Privilegia huic ſanctæ Synodo, ac magnæ ut res, vel privilegia, quæ de longa conſuetudine proveniunt, & ſive a Divinæ recordationis Imperatoribus, ſive aliis Domini cultoribus in ſcriptis donata, & ab iis annos 30. poſſeſſa ſunt, nequaquam a poteſtate Præſulum earum, quæcunque perſona ſæcularis per poteſtatem ſubtrahat, aut per argumenta quæ habet auferat; ſed ſint omnia in poteſtate, ac uſu Præſulis Eccleſiæ, quæcunque infra triginta annorum ſpatium ab eccleſiis poſſeſſa fuiſſe noſcuntur. Quiſquis ergo ſæcularium contra præſentem diffinitionem egerit, tanquam ſacrilegus judicetur; & donec ſe correxerit, & eccleſiæ propria privilegia ſeu res reſtituantur, anathema ſit.

Ut conſtituta Sedis Apoſtolicæ, & ſanctorum Patrum irrefragabilitatem ſervent.

Damaſus Epiſcopus Stephano Archiepiſcopo. Omnia decreta cunctorum prædeceſſorum noſtrorum conſtituta, quæ de eccleſiaſticis Ordinibus, & Canonum promulgata ſunt deſcriptis, ita ab omnibus Epiſcopis, cunctiſque generaliter Sacerdotibus cuſtodiri debere mandamus, ut ſi qui in illa commiſerint, veniam ſibi deinceps noverit denegari.

Ut antiquae Sacerdotum ſui juris limites ſufficiant.

Leo Epiſcopus, Anatholio Epiſcopo. Abiiciantur penitus. Sufficiant limites, quos ſanctorum Patrum providentiſſima decreta poſuerunt; ut quieta ſit ſuis meritis, & antiquis privilegiis dignitas omnium Sacerdotum.

Confirmatio Privilegiorum quæ ſacroſanctis Eccleſiis facta fuerunt.

Imperatores Vslerianus *, & Marcus Papa. Privilegia quæ generalibus conſtitutionibus, univerſis ſacroſanctis Eccleſiis orthodoxæ Religionis retro Principes præſtiterunt, firma & illibata in perpetuum decrevimus: omnes ſane pragmaticas ſanctiones, quæ contra Canones eccleſiaſticos inventæ ſunt, robore ſuo & firmitate ceſſare præcipimus; at quod humanitatis noſtræ eſt proſpicere egenis, ac dare operam ut pauperibus alimenta non deſint, ſæcularia etiam quæ ſacroſanctis Eccleſiis in diverſis ſpeciebus hactenus de publico miniſtrata ſunt, jubemus, nunc quoque, ſacro inconcuſſa, & a nullo prorſus præſtari imminuta, liberalitatique huic promptiſſime perpetuam tribuimus firmitatem.

* Valentinianus.

Ut privilegia Catholicis facta non proſint hæreticis.

Imperator Conſtantinus Auguſtus ad Gracilianum. Privilegia quæ contemplatione religionis indulta ſunt, Catholicæ tantum legis obſervatoribus prodeſſe oportet: hæreticos non ſolum his privilegiis alienos eſſe volumus, ſed etiam adverſis muneribus conſtringi & ſubjici.

Item confirmatio privilegiorum, quæ locis venerabilibus facta eſt.

Imperator Leo, Andiolcoro Papæ. Omnia privilegia, quæ a Principibus & noſtra Serenitate, vel juridicis diſpoſitionibus, aut libertatibus, pro ſingulis quibuſque temporibus, vel conſtitutione, ſive contra jus mercatorum, ſive in aliis quibuslibet rebus præſtita ſunt, orphanotrophio, ſive aſceteriis, Eccleſiis, aut parochiis, ſeu xenodochiis aut Monaſteriis, atque cæteris hominibus etiam ac rebus juris eorum ad curam Niconis viri religioſiſſimi Presbyteri, & orphanotrophii, vel ad eos qui poſt eum loco ejus ſucceſſerint pertinentibus, ad ſimilitudinem beatiſſimæ memoriæ dicit, per hanc pragmaticam ſanctionem firma illibataque in perpetuum cuſtodiri decrevimus. Valde enim hoc videtur eſſe neceſſarium, cum exinde ſuſtentatio, vel educatio orphanis, atque egenis, & uſibus eccleſiaſticis, ac Parochiis, vel Aſceteriis compareant.

De Monachorum, Monaſteriorumque libertate.

Gregorius Epiſcopus, Epiſcopis omnibus. Quam ſit neceſſarium Monaſteriorum, Monachorumque quieti proſpicere, & de eorum perpetua ſecuritate tractare, anteactum nos officium, quod in regimine Cœnobii exhibuimus, informat ea. Quia in plurimis Monaſteriis, multa à Præſulibus præjudicia, atque gravamina Monachos pertuliſſe cognoſcimus, oportet ut noſtræ fraternitatis proviſio de futura quiete eorum ſalubri diſponat ordinatione, quatenus converſantes in illis in Domini ſervitio, gratia ipſius ſuffragante, mente libera perſeverent. Sed ne ex ea, quæ magis emendata eſt conſuetudine, quiſquam quicquam Monachis moleſtiæ præſumat inferre, neceſſe eſt ut eos ſubmoveamus, ita ſtudio fraternitatis Epiſcoporum debeant cuſtodiri, ut Eccleſiis non poſſit ulterius inferendæ inquietudinis occaſio reperiri.

Item in iiſdem. Interdicimus igitur in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, & auctoritate Beati Petri Apoſtolorum Principis, cujus vice huic Romanæ Eccleſiæ præſidemus, ut nullus Epiſcoporum, aut ſæcularium ultra præſumat de redditibus, rebus, vel chartis Monaſteriorum, vel de cellis, vel villis quæ ad ea pertinent, quocunque modo ſeu qualibet occaſione, minuere, vel dolos, vel immiſſiones aliquas facere; ſed ſi qua cauſa forte inter aram venientem ad partem ſuorum eccleſiarum, & monaſteriorum evenerit, & pacifice non potuerit ordinari, apud eccleſiaſticos Abbates, & alios Patres timentes Dominum, ſine voluntaria dilatione, mediis ſacroſanctis Evangeliis finiatur. Defuncto vero Abbate cujuſque Congregationis, non extraneus eligatur, niſi de eadem Congregatione, quem ſibi propria voluntate concors fratrum ſocietas elegerit; ut qui eccleſiaſticus fuerit, ſine dolo, vel venalitate aliqua ordinetur. Quod ſi aptam inter ſe perſonam invenire nequeant, de aliis Monaſteriis ſibi eandem eligent ordinandam; neque conſtitutæ huic in Abbatem perſonæ quæcunque alia qualibet occaſione præponatur; niſi forte obſtantibus, quod abſit, criminibus; quæ ſacri Canones punire monſtrantur. Dein quoque attendendum eſt, ut invito Abbate, ad ordinanda alia monaſteria, aut ad Ordines ſacros, vel Clericatus officium tolli exinde ex Monachis non debeant.

Item in iiſdem. Reſcriptiones quoque rerum & chartarum Monaſterii ab Epiſcopo eccleſiaſticas fieri omnino denegamus. Sed quando res exigit, Abbas loci cum aliis Fratribus cauſas rerum inventarum faciat, & eorum conſilio ſive judicio firmet. Abeuntibus quoque Abbatibus, Epiſcopis in deſcribendis providendiſque rebus Monaſterii, acquiſitiſque, vel datis, acquirendis, ut nullatenus ſe permiſceant. Miſſas quoque publicas ab eo in Cœnobio fieri omni modo prohibemus, ne inferorum Domini receſſibus, & eorum receptaculis ulla popularis præbeat occaſio, conventus, nec mulierum introitus; quia omnino non expedit animabus eorum; nec audeat ibi Cathedram collocare, vel quamlibet poteſtatem habere imperandi, nec aliquam imperationem, quamvis leviſſimam faciendi, niſi ab Abbate loci fuerit rogatus; quatenus Monachi ſemper maneant in Abbatum ſuorum poteſtate; nulluſque Monachum ſine teſtimonio, vel conceſſione Abbatis in eccleſia aliqua teneat, vel ad alium promovendum honorem. Hanc ergo, ſcriptorum noſtrorum paginam in futurum tempore ab omnibus Epiſcopis firmam ſtatuimus, illibatamque ſervari; ut & ſuæ eccleſiæ, juvante Domino, tantummodo ſint jure contenti, & Monaſteria Eccleſiaſticis conditionibus, ſeu angariis, vel quibuslibet obſequiis ſæcularibus, nullo modo ſubjaceant, nullis Canonicis juribus deſerviant, ſed remotis vexationibus, ac cunctis gravaminibus, Divinum opus cum ſumma animi devotione perficiant. Univerſi Epiſcopi reſponderunt: libertati Monachorum congaudemus, & quæ nunc Deus

ſtatuit, beatitudine noſtra firmamus.

Ego Gregorius Epiſcopus Catholicæ, atque Romanæ Eccleſiæ, huic conſtituto a nobis, atque promulgato ſubſcripſi.

Ego Agnellus Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Ferentinenſis, huic conſtituto a nobis promulgato ſubſcripſi.

Ego Joannes Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Bellitrenſis, huic conſtituto a nobis promulgato ſubſcripſi.

Et cæteri Epiſcopi numero viginti, Presbyteri numero quatuordecim, & Diaconi numero quatuor die nonis Aprilis Ind. 4.

Duces, & Principes Longobardorum, qui Beneventi præfuere.

1 *Zotto primus Dux Beneventi præfuit annis viginti.*
2 *Arichis ſedit ann. 50.*
3 *Ajovitus ſedit ann. . . 1. . . ., menſibus 5.*
4 *Radoaldus, ſedit annis . . , quinque . .*
5 *Grimoaldus frater ejus ſedit annos 25.*
6 *Romoaldus filius, qui ſedit an. . . 16.*
7 *Ajan Grimoaldi filius, qui ſedit an. 3.*
8 *Giloaphus frater, qui ſedit an. 17.*
9 *Romualdus filius, qui ſedit an. 27.*
10 *Audelays, ſedit ann. 2.*
11 *Gregorius, ſedit ann. 7.*
12 *Godſcalchius, ſedit ann. 4.*
13 *Giſolphus filius Romualdi, ſedit an. 17. dies 10.*
14 *Luitprandus filius Luitprandi Regis, ſedit ann. 8. menſ. 3.*
15 *Arechis Dux & primus Princeps, ſedit annis 30.*
16 *Grimoaldus filius, qui ſedit annis 19. menſ. 6.*
17 *Altnaader, ſedit ann. 12. menſ. 5.*
18 *Sico, ſedit ann. 25. menſ. 2.*
19 *Sicardus, ſedit ann. 6. menſ. 10.*
20 *Radelchis, ſedit ann. 11. menſ. 20.*
21 *Radelcharius filius, qui ſedit ann. 4.*
22 *Radelchis frater, qui ſedit ann. 8.*
23 *Syderiſius filius Radelchari ſedit an. 5.*
24 *Ajan Radelchi junior filius, ſedit annis 3.*
25 *Aio frater, qui ſedit ann. 6.*
26 *Urſus filius, qui puer decennis fuit, ſedit an. 5. menſ. 6.*

Cujus temporibus Symbaticus Strategos cum valida manu Græcorum venit, & bellum intulit eis annis tribus, menſibus novem.

Hoc tempore completi ſunt anni 400. & menſes 4. à Zotto primo Duce Beneventi. Poſt hoc Guido Marchenſis intravit in Regnum, ſedit anno 1. menſ. 8. dieb. 3. Radelphis junior iterum ſedit ann. 2. menſ. 6. Deinde Atenolphus ea Capuano Caſtello jam Comes cum filio Jandulpho, & etiam deinceps multas peregrinationes fecit. Atendolphus regnavit ann. 2. & cum Jandulpho filio ſuo regnavit ann. 10. menſ. 6. & facti ſunt inimici Regis iſtius Atenolphi. Poſtea iſte Jandolphus cum Atenolpho fratre ſuo, & cum Atenolpho & Jandolpho filiis ſuis, regnaverunt ann. 26. Et poſtea iſte Jandolphus regnavit ann. 4. & cum Pandulpho filio ſuo regnavit an. 8. & mortuus eſt. Et poſt obitum Jandolphi patris ſui, regnavit iſte Pandolphus cum Jandolpho fratre ſuo ann. 7. menſ. 6. Et poſt mortem filii ſui, regnavit cum Jandolpho filio ſuo ann. 12. Et poſtea iſte Jandolphus quartus poſt mortem Pandulphi patris ſui regnavit menſes 6. fuitque ejectus de ſede ſua. Et Pandolphus nepotem Dom. Pandolphi iterum dejecit, & fecit Regem filium ſuum Tandolphum, qui regnavit ann. 2. menſ. 8. Et fecit Principem Pandulphum nepotem ſuum, filium Domini Tandolphi; & regnaverunt illi ann. 3. & ejectus eſt de Benevento, & mortuus eſt de menſe Auguſto; & facti ſunt omnes ante Regnum Dom. Pandolphi . . 38. menſes 8. Et poſt mortem Dom. Pandulphi, Regnum tenuit Tandolphus filius, qui cum Pandolpho filio ſuo ann. 23. menſ. 9. rexit, & mortuus eſt idem Tandolphus menſe Septembri. Sunt autem anni Principatus 40. & 6. menſes. Poſt-

A modum cum reverteretur in Beneventum, regnavit Dominus Pandolphus ann. 14 & factus eſt Monachus in hoc Monaſterio ſanctæ Sophiæ menſe Martio, in feſtivitate ſancti Benedicti, & vixit ann. 44. Taodolphus filius, qui regnavit annis 23. menſ. 2. de menſe Novembri obiit in die prima anni Dom. 1077. Adolphus filius, qui veniente patre ſuo ab eo dejectus eſt menſe Auguſto in die 8. anni Domini 1056. regnavit cum filio ſuo ann. 3. menſ. 7. & poſt mortem filii ſui regnavit cum genitore ſuo an. 17. menſ. 5. diebus 7. occiſus eſt cum aliis à Normannis ad montem Serlium 7. die intrante menſe Februario, anno Domini 1073. in die 12. Poſt cujus obitum ſuper vixit, & regnavit genitor ejus ſolus annis 3. menſibus 11. qui vixerunt ſimul annis 39. menſ. 4. Eorum Principum temporibus venit Domini* Gregorii Papæ Vejentini. Obiit anno Domini 1073. intrante menſe Auguſto, primo anno Pontificatus ſui, in die 11. ſuæ conſecrationis: poſt ejus adventum ſupervixit idem Pandolphus Princeps menſes 6. & dies totidem. B Poſt ejus obitum vixit pater ejus annis 6. menſ. 4. Quo moriente menſ. Novembri, factus Dux Robertus Benenatus, qui etiam expulſus eſt cum omnibus ſuis aulicis; obiit juxta mare, menſe Julio 8. die. Poſt eum Regnum deficere incœpit. Et principati ſunt ann. 77. a primo Atenolpho uſque ad noviſſimum ſextum Pandolphum. A Zotone primo Duce Beneventi, uſque ad annum decimum quintum Siconis, fuerunt ann. 17. & uſque ad primum annum Radelchis Princeps regnavit 8. ann. menſ. 4. temporibus Imperii Tiberii, qui imperavit ann. 6. Giſolphus prior Dux Beneventi, qui devaſtavit Capuam, qui præfuit Samnitibus ann. 17. Ab iſto Giſolpho uſque ad alium Giſolphum juniorem ſunt anni 9. Ab iſto Giſolpho juniore uſque ad decimum quintum annum Siconis Principis, ſunt ann. 76. Ab eo Benedicato uſque ad Gregorium Papam ſunt ann. 78. & a Gregorio Papa, uſque ad Giſolphum qui devaſtavit Capuam, ſunt anni 73. & ab eo Benedicato uſque ad Griſolphum juniorem ſunt anni 2. C Ab eo autem Benedicato uſque ad decimum quartum annum Siconis Principis ſunt anni 407.

In nomine Domini noſtri
Jeſu Chriſti.

Dominus Arichis piiſſimus atque excellentiſſimus Princeps gentis Longobardorum, divina præmonitus manu, offero Eccleſiæ S. Sophiæ, quam à fundamentis ædificavi, & pro redemptione gentis noſtræ, & patriæ libertate integra.

Tractatus Arichis de mortuorum, ſive vivorum oblatione.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti; Dominus Arichis piiſſimus atque excellentiſſimus Princeps gentis Longobardum, divina præmonitus manu, offero Eccleſiæ ſanctæ Sophiæ quam a fundamentis ædificavi, pro redemptione æternæ vitæ, ſeu pro ſalvatione gentis noſtræ, & patriæ, oblationes omnes tam vivorum quam etiam mortuorum, quæ in eodem Monaſterio à D quocunque hominum genere datæ, ſeu oblatæ fuerunt, ſeu homines illos quicunque res ſuas fideliter Monaſterio offerunt, hæc omnia monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſimus poſſidenda. Quod præceptum oblationis ex juſſione & dictatu noſtræ poteſtatis ſcripſi ego Evvaldus Notarius.

Actum Beneventi in feliciſſimo Palatio, in anno decimo ſeptimo menſe Novembri, pro Indictione 13. feliciter.

De ſancta Maria in Cumano.

In nomine Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Dominus Arichis piiſſimus atque excellentiſſimus Princeps gentis Longobardorum, divina præmonitus manu, concedo in Eccleſia S. Sophiæ, quam à fundamentis ædificavi, pro redemptione animæ noſtræ, ſeu pro ſalvatione gentis noſtræ & patriæ excellentiſſimæ, eccleſiam s. Mariæ, quæ ſito eſt in ipſo dominio Cumano noſtro, quæ nominatur de Albutio in finibus Jamenſis, ubi Cumanum dicitur, cum

ter-

* Dominicum.

terra illic in ipſam eccleſiam, in longitudine trium milliarium, & in latitudine duorum milliarium. Hæc omnia S. Sophiæ Monaſterio conceſſimus poſſidenda. Quod vero præceptum ex oblatione, & juſſione dictatus noſtræ poteſtatis, ſcripſi ego Evvoldus Notarius. *Actum Beneventi in feliciſſimo Palatio Anno 17. menſe Novembri per Indictionem 13. feliciter.*

Incipit titulus in libro Præceptorum.

In nomine S. Sophiæ, anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti, milleſimo centeſimo decimo nono. Equidem Domnus * tam Principum quam Imperatorum, Pontificumque Romanorum, necnon Beneventanorum, aliorumque probatiſſimorum virorum exemplar præceptorum, hoc in libello generaliter ſtudium fuit annotare, quatenus ſiquid rerum tam poſſeſſorum, quàm conceſſorum quidem Eccleſiæ, ſive in inſtanti, ſive in præterito, ſive in futuro tempore per ſupradictorum perſonarum præcepta, quæſtiones oriantur, facile in primis ad hunc libellum quaſi generaliter recurratur; deinde per ſingulum, quod quæritur, præceptum, ſine labore atque ambiguitate, titulo quidem inſpecto, & libelli diviſione conſiderata, ſpecialiter perveniatur; quod ex præcepto, auctoritate ſumpta inviolabili, ſupradictæ quæſtioni ſatis fieri valeat. Quocirca & in diviſiones libellum ſecari, & titulum unicuique præcepto placuit aſcribi.

* Domnula

Incipiuntur capita primæ partis.

Arrichis, de Eccleſia S. Benedicti, loco qui vocatur Xenodochium, & quod poſitum eſt juxta ſanctæ Sophiæ Monaſterium; & quod ibi debeat eſſe porta ad hoſpites ſuſcipiendos; & de eccleſia ſancti Modeſti, quam Leonardus ædificavit; & de eccleſia ſanctæ Mariæ foris portam Summam, quæ ſita eſt intra duas vias, & de portatico ex lignis per ſingulas portas hujus civitatis, & de quercu ex mercatu ſancti Valentini, & de portioalorum ex Beneventano Palatio, & de aureis ſolidis ducentis ex eodem ſacro Palatio annualiter, & intus porta Summa cum aqua & fiſtula ſicut Monaſterio S. Sophiæ, & de diverſis pleriſque aliis eccleſiis ac ſubſtantiis.

1 *Arichis, in Eccleſia ſancti Mercurii, inter modiorum quinquaginta.*
2 *Arichis, de Eccleſia ſanctæ Mariæ, loco quidem amœno.*
3 *Arichis, de Eccleſia S. Gregorii, quam feliciter à fundamentis ædificavit.*
4 *Arichis de piſcatione in mari Sipontino, & condomis ad ſalem faciendum.*
5 *Arichis de Eccleſia ſancti Petri*
6 *Arichis de Eccleſia ſancti Nicandri, & S. Felicis in agro Sipontino.*
7 *Arichis de Eccleſia ſancti Stephani inſtaurata.*
8 *Arichis de * Corte in monte Virginali.*
9 *Arichis de Corte in campo Senatum.*
10 *Arichis de caſis in ſaltibus ad ſalem laborandum.*
11 *Arichis de Condomis in Soſſe, loco quidem bono.*
12 *Arichis de Caſale in Jucertola.*
13 *Arichis de rebus impartitis atque communicatis.*
14 *Arichis de Condomis in ſeptimo loco poſitis.*
15 *Arichis de ſubſtantia vana & gravi.*
16 *Arichis de ſubſtantia Euphemiæ monialis.*
17 *Arichis de caſa in Papiana ſuper Aranam.*
18 *Arichis de corte inſima ad monumentum.*
19 *Arichis de rebus & ſervis ad aquam ſanctam.*
20 *Alphanus Arichi Epiſcopo de ſancto Martino.*
21 *Romualdus de Caſale decima quinta.*
22 *Ciſolphus de ſancto Benedicto ad Xenodochium.*
23 *Ciſolphus de condomis in Capuano de actione in Conſina.*
24 *Ciſolphus de Eccleſia ſancti Lazari in valle Conſina.*
25 *Sico de portica in Urbe magnifica.*
26 *Sicardus Arichus de loco Ferſiano.*

* Corte.

27 *Sicardus de flumine longo piſcatorum.*
28 *Sicardus de piſcatione in mari Sipontino.*
29 *Radelchis de rebus in Collina, & in Venticano.*
30 *Radelchis de rebus in Collina & defenſis Monaſterii.*
31 *Radelchis de ſubſtantiis, & ſervis inſimul.*
32 *Radelchis de loco qui eſt ad fluvium Calvium*
33 *Radelchis de terra quæ dicitur Bubata.*
34 *Radelchis de terra, quæ dicitur bubata.*
35 *Radelchis de turre juxta portam ſummam.*
36 *Radelchis de penſione ſervorum in finibus campi.*
37 *Pandolphus de terris in finibus Jamienſis.*
38 *Pandolphus & Tandolphus de ſcriptis in loco Janto.*
39 *Pandolphus & Tandolphus, de libris Monaſteriorum.*
40 *Pandolphus & Atenolphus de ſervis Monaſteriorum, qui duxerunt liberas fœminas.*
41 *Pandolphus & Tandolphus, de territoriis & fundamentis juxta Arichis Monaſterium.*
42 *Pandolphus de fundamentis quæ ad legem pertinent.*
43 *Pandolphus & Tandolphus de area juxta Eccleſiam S. Sophiæ Virginis.*
44 *Tandolphus & Pandolphus de omnibus rebus & fundamentis juxta Monaſterium & fluvium Sabathi & Caloris*

In nomine Domini Salvatoris Jeſu Chriſti.

Regina dives opum mihi pulchris inſtructa gazis excreſcere cœpit, dum diverſa gemmarum metallorumque genera redundaret, & alia multa: quidquid fert Indus, quicquid à ſe vana Creta, & mollis mittit Arabs, mandatque nigræ pellis Æthiops, & veſtiunt Seres, huc mentis quæ inventio huc illucque aduſque mundi originem finemque duxit, conſiderans, quid fuere præterita quidve ſint preſentia e quidve erunt futura, omnia ſub ſole phyſica conjectura vanitatem ratus ſum; quorum eſſentia, ortus, tentatio, labor, & mors. Nil ergo rerum copia proderit, niſi Deo poſſeſſori oblata. Quingentos priſcorum reminiſcimur annos olim tranſcendiſſe; vix jam ſexagenarium ætatis contingit: Etenim ſi quoſdam ad centum recolimus perveniſſe, æſtuant, ut ſaltem nocte quietem habere queant: Si novimus alios incolumi dulcedine opibus eſſe potitos, nunc amariſſimam deflent poſſidere egeſtatem. Cuncta quidem prætereunt, deteriora quæq; breviaq; ſequuntur. Jam mundus ingemiſcens, egeſtatibus anguſtatus, moribundus diffugit. Salvatoris voce, cælum terraque tranſire dicuntur; præſertim mortales fragiles quorum vita quaſi flos egreditur, ac velut lampas oppoſita vento rapitur. Nil igitur utilius nilq; ſalubrius, niſi futuræ vitæ ſemper meminiſſe, quo omnia pergunt, & anticipantes noſtra Domino offerre, ut in cæleſtibus & æternam vitam, & quietem perpetuam, indeficientes veras divitias habere, atque obtinere ſemper valeamus. Sicut idem cæleſtis Magiſter diſcipulos edocens pollicetur: Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & devorant; theſaurizate autem nobis theſauros in cœlo, & reliqua. Nempe difficillimum eſt, aut grates referre, tantaque pro Deo portare, quanta pro hominibus miſeratus pertulit; cum eſſet Dominus Majeſtatis, Rex Angelorum, cælitus humillima terræ petivit ſervilem dignatus induere formam, ſponte ſeſe ſceleratæ intulit neci, & reſurgens æterni Patris repetivit gloriam, relinquens exemplaria; ut, inquam, in veſtigii callem, inoffenſo pede, greſſum ponamus, Itaque quia pro me paſſus eſt, equidem ex bonæ voluntatis hilaritate quæcunque infra dicenda ſunt, obtuli, non mea, ſed quæcunq; ſunt Dei appetens: multa quidem & innumera mihi donavit perfrui, quibus indignus mereor. At ego, qui fragilis equidem creatura ſum, Arichis eximius Princeps, caducæ vitæ caſus percurrens, &

porren-

perennis immortalitatis opes adipiſci cupiens credo equidem nec vana ſpe divinitus inſpiratus, conſecravi Aulam tuæ S Sophiæ nomine, qui es vera Domini Sapientia Chriſte, in qua etiam Xenodochium puellarum extruens, obtuli ex tuis donis atque datis. In primis Eccleſiam S Benedicti, loco qui vocatur Xenodochium quod poſitum eſt juxta ipſum Monaſterium, cum omnibus ſibi pertinentibus. Hoc & ſtatuimus; ut Præpoſitus jam dicti S. Sophiæ Monaſterii ibi ſedeat; ibique ſit poſta ad hoſpites ſuſcipiendos. Pro quo & addimus ut decima omnium frugum ibi annualiter ex Monaſterio detur ad ſtipendium peregrinorum. Et ſicut ab antiquis Rectoribus prædicta S Benedicti Eccleſia poſſeſſa fuit, amodo & deinceps S Suphiæ Monaſterii poteſtati ſubjaceat. Sed & eccleſiam S. Petri Principia Apoſtolorum. quę ædificata eſt in Galo, largiri ſumus in territorium Monaſterio S. Sophię, a fine Venatoris per ſerra, uſque in Straſilum inter duo tora; & per Carbonarium de Oſculo uſque in finem de novo Frontino; de alia vero parte primam * publicam uſque ad fluvium Calabium; deinde uſque in terminum qui dicitur alarre. Ea conceſſi equidem s Sophiæ Monaſterio. Porro caſæ numero hæ ſunt. Caſa quæ regitur per Mauriſſionem cum uxore filiis & omnibus ſibi pertinentibus, Caſa quę regitur per Francoaldum, cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus Caſa quæ regitur per Anſelmum, cum uxore filiis & omnibus ſibi pertinentibus Caſa quę regitur per Ferrandum cum Germanis & uxoribus & filiis & omnibus eorum: Caſa quæ regitur per Scalconem cum uxore & filiis ſuis & omnibus ſibi pertinentibus: Caſa quæ regitur per Vimulum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus. Hi omnes cum mobilibus atque immobilibus, & paſcuis, & omnibus ſibi pertinentibus, qui fuerunt de Judicaria Faroaldi mare pazis noſtro Necnon Eccleſiam ſancti Habundi, quæ ſita eſt in Galo noſtro Paline: noſtra vero poteſtas circa ipſam Eccleſiam conceſſit territorium in ſanctæ Sophiæ Monaſterio modiorum ducenta. Necnon & eccleſiam ſancti Mercurii, quæ poſita eſt in Jano noſtro; & de ipſo Jano circa ipſam Eccleſiam largiti ſumus terram modiorum quingenta. Sed & Eccleſiam S Reparatæ quæ in ipſo Jano poſita eſt, poteſtatem conceſſit in Monaſterio S. Suphię territoria modiorum centum. Necnon & eccleſiam ſancti Magni, quæ ædificata eſt in Jalo noſtro Nocero, & circa ipſam Eccleſiam largiti ſumus in Monaſterio ſanctæ Sophiæ terram modiorum centum; quantum Presbyter ipſius Eccleſiæ, abſque Palatii conceſſione, tenebat. Sed & eccleſiam ſancti Joannis, quę fundata eſt in Jalo noſtro Caſa polluci; & ab ipſa Eccleſia largiti ſumus in Monaſterium ſanctæ Sophiæ territorium hoc eſt, ab ipſa Eccleſia in fluvio Fertore ubi Vaccina flumen ſe conjungit, & de alio latere quantum clauſum habere videtur; & vineas quæ ibidem poſitæ ſunt. Necnon & eccleſiam S Angeli, quam ædificare præcepimus in loco qui dicitur Altiſſimus; & ex ipſo Galo circa ipſam eccleſiam largiti ſumus in Monaſterio S. Sophiæ territorium, longitudine milliaria duo, latitudine autem unum; & conceſſimus in nominato Monaſterio ſanctæ Sophiæ Condonas 4. ex ipſo Gaſtaldato. Necnon & eccleſiam ſancti Martini, quæ poſita eſt in Motolo in noſtro territorio, ubi Maurus Presbyter ſedere videtur, cum omnibus ſibi pertinentibus, ſicut ipſe Presbyter per ſuam chartam omnem conqueſtum ſuum ſanctæ Sophiæ Monaſterio tradidit; ſimiliter & ſubſtantiam quæ ſub noſtro palatio ſupradicti S. Martini Eccleſiæ tradidit; noſtram vero poteſtatem omnino hic in S Sophię Monaſterio firmabimus poſſidendam; & conceſſimus nominato ſanctæ Sophiæ Monaſterio ex ipſo Galo Motula territorium milliaria duodecim. Necnon & Eccleſiam ſancti Archangeli, quę ſita eſt in Galo noſtri Palatii; & conſtituimus atque conceſſimus ſanctæ Sophiæ in ipſo loco cortes & condomas ſex, cum uxore & filiis ſuis; necnon & ex ipſo Galo territorium milliaria novem. Sed & eccleſiam ſancti Stephani Protomartyris, quæ poſita eſt in ſtrada, quam Rimus Abbas à fundamentis ædificavit, & per ſuam cartulam ipſam eccleſiam cum omnibus ſibi pertinentibus, Monaſterio ſanctæ Sophiæ tradidit; noſtra vero poteſtas omnia in Monaſterio ſanctæ Sophiæ firmavit; & conceſſit ſupradicto ſanctæ Sophiæ Monaſterio de Galo noſtro territorium, ſcilicet quod eſt ſupra ſanctum Stephanum uſque in aliam viam publicam, & per longam uſque in ſtrada malorena, qui vadit in Torrerium, & conceſſimus in nominato Monaſterio Condomum Iſnam in Canui, id eſt cum uxore & omnibus ſibi pertinentibus. Necnon & Eccleſiam ſancti Angeli & Mariæ, quæ poſita eſt in Galo noſtro Manere; largiti ſumus & in Monaſterio ſanctæ Sophiæ vineas & territoria quæ Presbyter ipſius Eccleſiæ ſine Palatii donatione tenebat; & inſuper conceſſimus in eodem galo paſcuum ad pecualia Monaſterii ſanctæ Sophiæ. Sed & eccleſiam ſanctæ Mariæ quæ ſita eſt in Aliſa, loco qui dicitur Maſſana cum omnibus ſibi pertinentibus. ſanctæ Sophiæ monaſterio conceſſimus poſſidendam. Sed & Eccleſiam ſanctæ Modeſtæ, quam Leonianus ædificavit, & per ſuam offertionis chartulam omnes poteſtates ſuas eidem Eccleſiæ obtulit, & noſtræ poteſtati prædictam chartulam tradidit ut in noſtro ſemper eſſet judicandi arbitrio; quam & eccleſiam noſtra poteſtas ſanctæ Sophiæ Monaſterio firmavit poſſidendam. Necnon & Eccleſiam ſanctæ Sophiæ, quam Garobin Abbas à fundamentis ædificavit, ubi & omnes facultates ſuas obtulit, & nobis offertionis cartulam tradidit, ut in noſtro eſſet arbitrio judicandi; noſtra vero poteſtas monaſterio S. Sophiæ confirmavit poſſidendum. Sed & Eccleſiam ſancti Stephani, quæ ſita eſt ante civitatem Beneventanam prope S Paulum, quam Traſoaldus Clericus poſſidere viſus fuit, & ſicut ſortem ſuam ipſe Traſoaldus in prædicta Eccleſia obtulit nobis, & quod ad noſtram pertinuit poteſtatem ipſam Eccleſiam cum omnibus ſibi pertinentibus Monaſterio S. Sophiæ conceſſimus perfruendam. Necnon & eccleſiam S. Gregorii, quam Felicitas ancilla Domini à fundamentis ædificavit, & per ſuam chartulam omnes facultates ſuas eidem Eccleſiæ obtulit; & eo quod ad manus noſtræ poteſtatis pertinuit eandem Eccleſiam Monaſterio ſanctæ Sophiæ cum omnibus ſibi pertinentibus confirmavit poſſidendam. Conceſſimus etiam monaſterio ſanctæ Sophiæ ſubſtantiam, quæ fuit Cradeꝛii filii, quam legibus per culpam ſuam perdidit, & quod contra ſtatum noſtrum conſiliatus eſt, & furatus eſt nobis decem millia ſolidos, de quibus nec unus comparuit; & pro his duabus perfidis offenſis equidem ſubſtantia ad noſtræ poteſtatis manum pervenit: itaque dum legibus ad nos prædicto Monaſterio ſanctæ Sophiæ integrum conceſſi poſſidendum, ſervos & ancillas, univerſas cortes, caſas, campos, prata, territoria, ſylvas, agros, mobilia, & immobilia quæque haberet nominatus Gaderius prædictus, ſed & ſubſtantiam germani equidem, qui cum ipſo familiariter contra noſtrorum animum eſt conſiliatus; & pro alia culpa, quod uxorem ſuam nomine Simpliciam, quæ in medio noſtri Palatii fuit, ſine culpa occidiſſe viſus eſt; unde pro ipſa culpa debuit componere ſecundum legem ſolidos mille ducentos; & propter tam iniquum conſilium, omnis ſubſtantia legibus ad noſtram devenit poteſtatem, noſtra vero poteſtas omnino integram eam ſubſtantiam quantum ipſe Urſus poſſidere viſus fuit, in Monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſimus perfruendam. Sed & ſubſtantiam aliquam Dominiꝰ ancillæ, quæ derelicto Religionis habitu, Tauro filio Ranifoni inlicito ſe tradidit matrimonio; unde ſecundum edicti tenorem, omnis ſubſtantia ad noſtram denuo pervenit poteſtatem; noſtra vero poteſtas omnes bujus Alipergæ ſubſtantiam integram, una cum ipſa Aliperga monaſterio s. Sophiæ tradidimus poſſidendam.

Per viam publicam ſ.

Sed

Sed & Condomæ Impronellæ, hi ſunt filii Aroaldi
ſervi noſtri, quos Stephanus ſtratos per præceptum
falſum liberavit, & res eorum abſtoſit, ſed legibus
ſervi, & res eorum ad noſtram poteſtatem devene
runt. Similiter & in Robbiano condoma una nomi-
ne Urſi cum uxore & filiis ſuis, quam nominatus
Stephanus falſo tenebat, ad noſtram poteſtatem
pervenit; noſtra vero poteſtas has condomas cum
omnibus ſibi pertinentibus, Monaſterio ſanctæ So-
phiæ donavit poſſidendas. Sed & ſubſtantiam Eu
phemiæ filiæ Archis, quæ ſe religioois habitu in
Monaſterio ſanctæ Sophiæ tradidit, cum omnibus
ſuis facultatibus, tam maternam quam paternam
omnem ſuam peculiam, quæ tum illi ea parte ſua
à ſororibus contigit, omnem ſuam portionem mo-
bilia & immobilia omnia, & in omnibus integram,
in prædicto ſanctæ Sophiæ Monaſterio tradidit; un-
de & per hoc conceſſionis præceptum, ex univerſis
prædictæ Euphemiæ pecuoiis ſanctæ Sophiæ mona
ſterio integrum conſtituimus & firmavimus. Nec
non & terram in Apulia ad S Felicem ad Sruxia-
num ioperviam, quam Abbas monaſterii S. Joan-
nis de porta aurea tenebat contra rationem, quia
ad ſervos noſtros pertinuit; & dum comprobatum
fuiſſet, ipſam aram integram recipere juſſimus, &
quia ad noſtram pertinuit poteſtatem, prædicto ſan
ctæ Sophiæ Monaſterio integram conceſſimus pote
ſtatem poſſidendam. Sed & offertionem, quam in
ſupradictæ ſanctæ Sophiæ Monaſterio Roderiſius
filius Rodichis habitatoris civitatis noſtræ, conſen
tiente noſtra poteſtate, obtulit, ſecundum teſti-
monium offertionis, firmavimus perſruendam.
Necnon & caſam in Papiano ſuper Trane, quæ fuit
de ſervis Palatii noſtri, quam Joannes Notarius per
præceptum falſum poſſidebat, unde legibos ad no-
ſtram devenit poteſtatem. Noſtra quoque poteſta
te largiti ſumus in eodem loco caſas ſex, quæ re
guntur per Gayderiſium cum uxore & filiis & om-
nibus ſibi pertinentibus: Caſam quæ regitur per Ge-
roaldum cum uxore & filiis & omnibus ſibi perti-
nentibus: Caſam quæ regitur per Anſeraoum cum
uxore & filiis, & omnibus ſibi pertinentibus: Ca
ſam quæ regitur per Pertuſum cum uxore & filiis,
& omnibus ſibi pertioentibus: Caſam quæ regitur
per Cautecaudum cum uxore & filiis & omni-
bus ſibi pertinentibus: Caſam quæ regitur per
Firmium, ſinguli cum uxore & filiis & om-
nibus ſibi pertinentibus, quæ frater de judi-
ciaria canoſina de ſubactione Roderici Gaſtaldio
noſtro. Sed & ſubſtantiam Theuſprandi & Joannis
& Faſolphi noſtram propter furtum ſolidorum ſex
millia quos nobis ſorati ſunt, unde non plus, quam
quatuor millia recolligimus ſolidos, & res eorum
omnes legibus ad noſtram pervenerunt poteſtatem,
noſtra vero poteſtas ipſum locum intra S. Sophiæ
Monaſterium conceſſit poſſidendum. Nec non &
in Gaſtaldaro Bifernenſi conceſſimus Cortiſanos, hi
ſunt cum uxoribus ſuis, & omnibus ſibi pertinen-
tibus: ſed & unam ſororem Judari. Hos autem in
tegra portione eorum ſanctæ Sophiæ Monaſterio
conceſſimus poſſidendum. Item & in eodem Ga
ſtaldato conceſſimus Baccarios; hi ſunt, Grauſo
cum uxore & filiis; ſed & nepotes, omniaque eo-
rum pertinentia: necnon & Sindonem cum uxore
& filiis ſuis. Sed & Baccos qui fuit ſervus Rimichi,
& de germano qui carpentarii noſtri. Sed & cortem
ad S. Stephanum inter flumina, qui fuit Andoali
Canuſini, qui nobili Perachino omnes res ſuas tra
didit; locum igitur illum ſanctæ Sophiæ conceſſi
mus poſſidendum. Sed & Eccleſiam ſancti Adjuto-
rii in ſancta Agatha io boibus limaram S. Sophiæ
Monaſterio integram obtulit noſtra vera poteſtate
ſecundum teſtimonium offertionis ſanctæ Sophiæ
ſemper firmavimus perfruendam. Necnon & ſub-
ſtantiam Cruarnipeſti, quam & ipſe S. Sophiæ Mo-
naſterio integram per omnia obtulit; ideoque no-
ſtra poteſtas omnem ſubſtantiam ſecundum textum
offertionis monaſterio ſanctæ Sophiæ confirmavit
poſſidendam. Sed & ſubſtantiam Majonis filii Dra-

A bunii, qui & ipſe ſimiliter S. Sophiæ Monaſterio
omnes res ſuas obtulit; noſtra vero poteſtas ſubli-
mata ſubſtantiam ſecundum textum offertionis in
eodem monaſterio ſanctæ Sophiæ firmavit poſſi-
dendam Necnon caſam & vineam ad Sanctum Va-
lentinum, quam Leo Cellararius per chartulam
offertionis ſanctæ Sophiæ Monaſterio tradidit; no-
ſtra vero poteſtas, ſecundum textum offertionis in
eodem Monaſterio firmavit poſſidenda. Sed & ſub
ſtantiam Peregrinæ filiæ Theuſperti araſpadiam,
quam ſecum cum omnibus rebus ſibi pertineotibus,
mobilibus & immobilibus in ſanctæ Sophiæ Mo
naſterio Divioa contemplata manu fideliter obtulit,
noſtra vero poteſtas omnia quæ ad eandem Peregri-
næ ſubſtantiam pertinent, ſanctæ Sophiæ mona-
ſterio firmavit poſſidenda. Necnon in Salerno ad
ſanctum Salvatorem erga ipſum lacum, largiti ſu-
mus territorium, hoc eſt modia quinquaginta. Sed
& in Guaido io nne Confina loco qui vocatur ad
Mooumenta cum integris finibus ſuis ſanctæ Sophię
B monaſterio conceſſi perſruenda. Necnon & con-
ceſſi S. Sophiæ Monaſterio condomas, nomine Alle
riſii cum uxore & germanis ſuis, & filiis & filiabus,
vel omnia eorum quæ habuit in Catula teneri Ga-
ſtaldo. Necnon & ſervos ſeu ancillas, necnon &
vineas & territoria, quantum Manchaldus Pres
byter in Eccleſia S Petri ad aquam ſanctam laxare
viſus eſt, ad noſtram pertioentia poteſtatem;
uode omnia & in omnibus Sanctæ Sophiæ monaſte-
rio conceſſimus poſſidenda. Sed & Eccleſiam ſan-
cti Stephaoi in Galo noſtro equidem monaſterio S.
Sophiæ conceſſimus poſſidendam. Necnon cortem
quam Rimetuſus Abbas ſine præcepto conceſſionis
Palatii tenuit, & ad noſtram legibus pertinet po-
teſtatem; noſtra vero poteſtas omnia in integrum
S. Sophiæ Monaſterio conceſſit poſſidenda. Sed &
Eccleſiam ſancti Marcelli loco qui dicitur Inditom-
bato qui ad ooſtram pertinuit poteſtatem; noſtra
quoq; poteſtas omnia in integro prædicto Monaſte-
rio S. Sophiæ conceſſit poſſidenda. Sed & ſubſtan-
C tiam Thujarici notarii qoi pro multis chartulis fal-
ſis eſt condemnatus, & inſuper extra provinciam,
id eſt in Neapolim fugatus eſt; unde legibus omnis
ſubſtantia ad noſtram pertinuit poteſtatam, quam
iotegram monaſt. S. Sophiæ conceſſimus poſſiden-
dam. Conceſſimus & in præd. S. Sophiæ Monaſte-
rio cortem quæ videtur eſſe in campo Senercunis,
quam Ararunt filio comparavit, ſecundum textum
chartulæ, integram S. Sophiæ Monaſterio conceſ-
ſimus perfruendam. Et inſuper in eodem monaſte-
rio largiti ſumus in prædicto loco de Galo noſtro in
longitudinem milliaria tria, in latitudinem unum;
quæ fuit de ſubactione Faroaldi mare. Sed & cor-
tem ad pontem Pianum, quam comparavimus à
Joanne filio Urſi juxta textum chartulæ, omnia in
iotegrum Monaſt. S. Sophiæ cooceſſimos poſſidenda
Necnon omnia quæ comparavimus ab Ilprando fi-
lio Alerili, ſervos & ancillas, caſas & vineas terri-
toria, campos & ſylvas, prata, mobilia & immobi-
lia io partibus Lucaoiæ ſecundum textum chartu-
D læ, integrum monaſterio S. Sophiæ conceſſimus
poſſidendum. Sed & quod comparavimus in Ponti-
cello caſas cum curtibus ſuis de Ægypto fluvius qui-
dam qui eſt inter duas vias, una via quæ tendit ad
S. Valentinum, altera ad S. Marcum per hos fines
de capite finis uſq; ad res ſanctæ Sophię de fine io ip-
ſo rivo, integrum Monaſterio S. Sophiæ conceſſi-
mus poſſidendum. Necnon & Gualdum in monte
Virgineo qui pertinuit ad Lucerinum cum integro
fine ſuo, omnia monaſterio S. Sophiæ donavimus
poſſidenda. Sed & ſubſtantiam Calendini Cortiſa
ni noſtri, qui habitare viſus fuit in Uriniano, om-
nia integrum inſuper, & in nominato loco qualiter
ad noſtræ poteſtatis manum devenit, Monaſterio
S. Sophiæ conceſſimus perſruenda. Necnon & ca-
ſas intra Beneventanam civitatem; ſed & caſales
ejus quas Grauſo notarius per ſuæ offertionis char-
tulam, integrum & cum duobus ſervis Pitulo &
Mauro cum uxoribus & filiis ſuis S. Sophiæ mona-

ſte-

ſterio obtulit, noſtra vero poteſtas, ſecundum textum offertionis chartulæ, integrum in prædicto Monaſterio ſanctæ Sophiæ firmavit poſſidendum. Necuon & in Hariuo caſas de Caballariis, cum caballis, & ſtadariis: Hæ ſunt, caſa quæ tegitur pet Urſum cum uxore, & filiis ſuis, & omnibus ſibi pertinentibus; caſa, quæ regitur per Lopum, & Fuſcilium germanos cum uxoribus & filiis, & omnibus ſibi pertinentibus; caſa, quæ regitur per Vitoaldum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus; caſa quæ regitur per Joannem cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus; caſa quæ regitur per Juſtulum & Gaudioſum germanos, cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: ſecundum qualiter hæc omnia paſcua, clauſoria, ſilvas, vineas, prata, campos, mobilia & immobilia, quantum ipſi ſetvi poſſidere viſi ſunt, & ad noſtram poteſtatem pertinuerunt; omnia integrum Sanctæ Sophiæ Monaſterio conceſſimus poſſidenda: necnon & caſas duas, quæ reguntur cum uxore & filiis ſuis; & olivetum, ſeu vineas in loco, qui dicitur Seſſa, quæ fuerunt Godefridi Notarii, quæ propter multas chartulas falſas legibus perdidit, & ad noſtram devenere poteſtatem; noſtra vero poteſtas, omnia & in omnibus, quantum ipſo loco habere viſus eſt nominatus Godefridus, Monaſterio ſanctæ Sophiæ donavit poſſidenda. Necnon caſam, quam Rademundus illicitè tenuit cum nepotibus ſuis, loco qui dicitur Peretola, & legibus ad noſtram pertinuit poteſtatem, quam caſam integram S. Sophiæ Monaſterio conceſſimus poſſidendam. Sed & eccleſiam S. Laurentii quam Tyroaldus Monachus ædificavit, loco qui dicitur Trenetentum, ubi & ſe, & uxorem ſuam nomine Geſſoara, & filium ſuum nomine Stephanum Monaſticæ tradidit converſationi; poſtea vero eccleſiam, & omnes facultates ſuas, & ſeipſum & uxorem ſuam & filium ſuum Monaſterio ſanctæ Sophiæ obtulit; noſtra vero poteſtas omnia & in omnibus mobilia & immobilia, ſecundum textum offertionis prædictæ ſanctæ Sophiæ monaſterio firmavit poſſidenda. Conceſſi ſanctæ Sophiæ monaſterio poſſidendum corvem in Lucania loco qui dicitur Quarta, ad condomas duodecim; quæ hæc ſunt: caſa quæ regitur per Fuſcum cum uxore & filiis, & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Pelagionem cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ tegitur per Maurinum cum uxore & filiis, & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Gataulum cum uxore & filiis, & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Bonitum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Marcum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Populum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Brutium cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus in eodem loco cum integris finibus, monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſimus poſſidenda, quæ fuerunt de ſubactione Gaimedarii noſtri. Sed & corvem in fine cum Conſina loco qui dicitur ad momentum, & condomam: caſas quæ reguntur pet Urſum & Lupualdum germanos, cum uxore & filiis, & omnibus ſibi pertinentibus. Caſam quæ regitur per Ancellum cum uxore & filiis, & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Malonem cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus, caſam quæ regitur per Gaudioſum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitor per Theo pertum & per Goaldum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Caſulum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Gatulum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Albinum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus, quæ fuerunt de ſubactione Urſi Gaſtaldi noſtri. Necnon Corvem in Luceria, loco qui dicitur Aquilone in territorio Cerboli ſervi noſtri: & condomas tres ibi-

A

dem permanentes; & hoc eſt: caſam quæ regitur per Teroaldum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Ferrandum cum uxore & filiis & omnibus eorum pertinentibus: caſam quæ regitur per Pepinum, cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus, de ſubactione Gaſtari Traſaldi noſtri. Sed & in Siponto condomas tres, loco qui dicitur Sipeſſo: caſam quæ regitur per Andiſuſum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Audualdum cum uxore & filiis & omnibus eorum pertinentiis: caſam quæ regitur per Malonem cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus, quæ fuerunt de ſubactione Emeriſſi Gaſtaldi noſtri. Necuon & in Salerno piſcatorias caſas duas; id eſt, caſam quæ regitur per Malerinum cum uxore & filiis, & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Radichiſum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: & lacum ad piſcandum integrum loco qui dicitur ad ſanctum Salvatorem. Sed

B

ipſas caſas duas ad ſalem laborandum; id eſt, caſam quæ regitur per Sircam cum uxore & liberis & omnibus ſibi pertinentibus: necnon & in Viviamo condomam unam nomine Lumchis eum uxore & filiis, & omnibus ſibi pertinentibus, quus Stephanus Sarto per præceptum falſum liberavit, & res abſtulit; ſed legibus & ipſi & res eorum ad noſtram devenerunt poteſtatem; & noſtra vero poteſtas nominatas condomas Monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſit perfruendas Necnon & ex Galo noſtro largiti ſumus prædicto ſanctæ Sophiæ monaſterio aliqua facienda annualiter in eo loco, in quo commoditas fuerit, ad nominata ligna adtrahenda. Sed & porticum ex lignis per ſingulas portas civitatis noſtræ Beneventanæ: id eſt, de porta Turrea de lignis carras quinquaginta, de porta Rufini carras triginta; hæc omnia Monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſimus poſſidenda. Necnou & Siliquem cum mercatu ſancti Valentini integrum ſicuti ad noſtram poteſtatem pervenire viſum fuit,

C

ita ſanctæ Sophiæ monaſterio conceſſimus exigendum. Sed & annualiter de ſacro noſtro Palatio ad cardum in eodem monaſterio conceſſi porcos capita centum. Conceſſimus & jam dicto S. Sophiæ monaſterio, ut habeat ex ſacro noſtro Palatio annualiter aureos ſolidos ducentos, pro veſtitu comparando illa quæ opus fuerint. Necnou etiam & hoc ſtatuere viſi ſumus, ut noſtra conceſſio ſit firma in nominato monaſterio. Et inſuper conceſſimus in præd. monaſterio ipſum terminum intus portam Summam cum aqua, & fiſtula pro ipſo balneo in eod. monaſterio, id eſt, de porta Liſcardi de ligna carra viginti, & ibidem caſam cum parietibus ſuis. Hæc omnia ſicut legitur, conceſſimus poſſidenda in prædicto monaſterio ſanctæ Sophiæ poſſidere ſemper. Necnon etiam & hoc conceſſimus in præfato monaſterio; omnia territoria ex fundamentis pertinentia ſacro noſtro Palatio, quæ cum terris pertinentibus eidem monaſterio conjuncta ſunt, tam in finibus Beneventi, quam in Apulia & in finibus

D

Capuæ, & Alifanæ finibus, & in aliis civitatibus, caſtellis, ubicunque res ex fundamentis ſacri noſtri Palatii pertinentibus fuerit conjoncta cum rebus ejuſdem monaſterii, dono in eodem monaſterio ſanctæ Sophiæ illa conceſſimus poſſidenda. Sed & eccleſiam ſanctæ Mariæ, quæ ſita eſt intra duas vias foris ante portam Summam, cum propria terra ſua, quæ dicitur Dominica, per hos fines de capite uſque ad ipſam Eccleſiam habet paſſus ſedecim, de uno latere via, de alio latere quoque via, integrum monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſimus poſſidendum. Necnon & Eccleſiam ſancti Martini, quæ in Matulo ſita eſt, cum omnibus ſuis reditibus, monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſimus. Sed & ipſam curtem noſtram in prata in loco qui Pazzano dicitur, cum ipſa eccleſia ſancti Petri, & ipſo monte, cum ipſo plano, & ipſa ferrara; hæc omnia ſanctę Sophiæ monaſterio conceſſimus poſſidenda. Necnon & ipſam eccleſiam S. Mariæ in finibus Janien-

ſibus,

ſibus, loco qui dicitur Lunianus, cum omnibus ſuis pertinentibus, S. Sophiæ dedimus poſſidendam. Sed & eccleſiam B. Archangeli Michaelis, quæ fundata eſt in galo noſtro, terram modiorum centum erga ipſam Eccleſiam, ubi Dacoaldus venerabilis Abbas ſervire videtur; quæ fuit ſubactione Terdolphi Gaſtaldi noſtri, ſecando de eccleſia S. Mercurii in galo noſtro. Hæc omnia S. Sophiæ monaſterio conceſſimus poſſidenda. Quod præceptum oblationis ex juſſione, & dictatu nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Evvaldus Notarius.

Actum Beneventi in feliciſſimo Palatio, anno decimo ſeptimo, menſe Novemb pro Indictione 13. feliciter.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Dominus Arichis piiſſimus, atque excellentiſſimus Princeps gentis Longobardorum.

Divina præmonitus manu, offero in Eccleſia ſanctæ Sophiæ, quam a fundamentis ædificavi pro redemptione animæ meæ, & pro ſalvatione gentis noſtræ, & patriæ, Eccleſiam ſancti Mercurii, quæ poſita eſt in galo noſtro; de ipſo galo circa ipſam Eccleſiam largiti ſumus in ipſo monaſterio ſanctæ Sophiæ terram modiorum centum: ſed & Eccleſiam S. Reparatæ, quæ in ipſo galo poſita eſt; noſtra vero poteſtas conceſſit in monaſterio ſanctæ Sophiæ territorium quantum Presbyter ipſius Eccleſiæ Palatii conceſſionem tenebat. Quod vero præceptum oblationis ex juſſione, & dictatu nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Leopoldus Notarius.

Actum Beneventi in feliciſſimo Palatio, in anno decimo ſeptimo, menſe Novembri, per Indictionem decimam tertiam.

Arichis de Eccleſia ſanctæ Mariæ in Aliſa:

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ego Dominus Arichis piiſſimus, atque excellentiſſimus Princeps gentis Longobardorum, divina præmonitus manu offero in eccleſia ſanctæ Sophiæ, quam à fundamentis ædificavi, pro redemptione animæ meæ, & pro ſalvatione gentis noſtræ, & patriæ, eccleſiam ſanctæ Mariæ quæ ſita eſt in Aliſa, loco qui dicitur Maſſana, cum omnibus ſuis pertinentibus, Monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſimus poſſidendam. Quod vero præceptum oblationis ex juſſione, & dictatu nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Leopoldus Notarius.

Actum Beneventi in feliciſſimo Palatio, in anno 17. menſe Novembri, per Indictionem decimam tertiam.

Arichis de ſancti Gregorii templo, quod Felicitas à fundamentis ædificavit.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ego Dominus Arichis, &c. *ut ante*. Offero Eccleſiæ S. Sophiæ, quam à fundamentis ædificavi pro redemptione animæ meæ, ſeu ſalvatione gentis noſtræ & patriæ, Eccleſiam ſancti Gregorii, quam Felicitas ancilla Domini à fundamentis ædificavit, & per ſuam chartulam, omnes facultates ſuas eidem Eccleſiæ obtulit; & eo quod ad manus noſtræ poteſtatis devenit, eandem eccleſiam cum omnibus ſuis pertinentibus, monaſterio S. Sophiæ confirmavimus poſſidendam. Quod vero præceptum oblationis, ſeu firmitatis, ex juſſione & dictatu nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Leopoldus Notarius.

Actum Beneventi in feliciſſimo Palatio, in anno 17. menſe Novembri, per Indictionem decimam tertiam feliciter.

Arichis de marina piſcatione in Siponto.

In nomine Domini; *omnia ut ante*. Offero integram piſcationem ſacri noſtri Palatii in mari Sipontino, paſſus trecentos, ex una parte uſque ad monaſterium ſancti Vincentii, & de alia parte uſque ad Monaſterium ſancti Petri. Necnon & conceſſimus in eodem loco, Eccleſiam S. Euphemiæ cum integris terris ſacri noſtri Palatii. Et inſuper in eodem Monaſterio conceſſimus in prædicto loco condomas tres ad piſcandum, & ad ſalem faciendum; in eodem Pantano, caſam quæ regitur per Teroaldum, cum uxore & filiis, & omnibus ſibi pertinentibus; & caſam quæ regitur per Anſetamum cum uxore & omnibus ſibi pertinentibus; & caſam quæ regitur per Garoaldum, cum uxore & filiis omnibus ſibi pertinentibus, qui fuerunt de ſubactione Hermeriſſi Gaſtoaldi noſtri. Sed & eccleſ S. Reparatæ, quæ poſita eſt in galo noſtro, & circa ipſam Eccleſiam largiti ſumus monaſterio S Sophiæ territoria modia centum, quantum Presbyter ſine ipſius Palatii conceſſione tenebat ejuſdem Templi. Quod vero præceptum oblationis, &c. *ut ante*.

Arichis de S. Petro ad Aquam ſanctam.

In nomine Domini; *ut ante*. Offero Eccleſiam ſancti Petri, quæ ædificata eſt in galo noſtro, ubi dicitur Aqua ſancta, & de ipſo galo largiti ſumus in monaſterio ſanctæ Sophiæ territorium, à ſiue Venatoris per Serram uſque in Strafilum, intra duo rora, & de Gerbonario per Aſcuinum, uſque in finem de novo Fruntino; de alia vero parte per viam publicam, uſque in fluvium Cabium; deinde uſque in terminum qui dicitur Alatre. Et conceſſimus eidem ſanctæ Sophiæ monaſterio bocarias caſas noſtras novem: hæ fuerunt, caſa quæ regitur per Mauriſſinem cum uxore, & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Francoaldum, cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Auſonem cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Aldichum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus; caſa quæ regitur per Maurizonem cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Mauroaldum cum uxore & filiis omnibus ſibi pertinentibus; caſa quæ regitur per Urſum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Urimulum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſa quæ regitur per Scalconem cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus. Quod vero præceptum oblationis ex juſſione, &c. *ut ante*.

Arichis de ſancto Nicandro.

In nomine Domini: *ut ante*. Offero Eccleſiam quæ ædificata in honorem ſancti Nicandri & Felicis in agro Sipontino, loco ubi Bubata dicitur, cum integris territoriis ſacri noſtri Palatii, per hos fines: à Fraſino per ripam Decerbarum uſque in viam publicam, & per ipſam viam uſque in finem de caſale Boccellati, & deinde in Mandra Ballata, uſque in fluvium Cerbarum, & exinde uſque in Budum de Marzucani. Hæc omnia in Monaſterio S. Sophiæ obtuli poſſidenda. Quod præceptum oblationis; *ut ante*.

Arichis de ſancto Stephano.

In nomine Domini; *ut ante*. Firmo Eccleſiam ſancti Stephani, quæ poſita eſt in ſtrada, quam Rimecauſus Abbas à fundamentis ædificavit, & per ſuam chartulam, ipſam Eccleſiam cum omnibus ſuis pertinentibus Monaſterio S. Sophiæ tradidit; noſtra quoque poteſtas hæc omnia monaſterio S. Sophiæ firmavit, & conceſſit prædicto S. Sophiæ monaſterio de galo noſtro territorium, ſcilicet quod eſt ſupra ſanctum Stephanum uſque in aliam viam publicam, & per longum uſque in ſtradam majorem quæ vadit in Tarentum. Et conceſſimus in nominato S. Sophiæ monaſterio condomam unam in Canni, ideſt Ratolus cum uxore & filiis & cum omnibus ſibi pertinentibus. Quod præceptum oblationis, &c. *ut ante*.

Arichis de Cone in Monte Virgineo.

In nomine Domini; *ut ante*. Offero corvem in Monte Virgineo, per hos fines; de capite uſque ad finem Volanam de terra deſcendente per mediam aquam uſque in Pleſco ſubtus caſtello Petraſturminea; de alio vero latere uſque ad finem viæ publicæ & deſcendente uſque in aquam, & ſubtus eodem Pleſco qui pertinuit in agrum Lucetinum. Sed & Eccleſiam ſancti Salvatoris, quam ædificavit in finibus Collinæ loco, ubi Adamazanus dicitur, condomas tres; caſa quæ regitur per

Toremundum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus; caſa quæ regitur per Joannem cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus. Quod præceptum oblationis &c. *at retro*.

Arichis de Corve in Campo Senarcuni.

In nomine Domini; *ut ante*. Offero corvem qui videtur eſſe in campo Sinarconis, quem Arichi filio comparavimus, ſecundum textum chartulæ integrum S. Sophiæ monaſterio conceſſimus poſſidendum. Et inſuper in eodem monaſterio largiti ſumus in prædicto loco de galo noſtro, longitudinem milliarium trium, in latitudine unum, qui fuit de ſubactione Faroaldi Mare. Quod præceptum oblationis, &c. *ut ante*.

Arichis de Caſis in Alpibus.

In nomine Domini; *ut ante*. Offero in Alpibus caſas duas ad ſalem laborandum; id eſt, caſam quæ regitur per Syrecanſum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus. Hæc omnia monaſterio S. Sophiæ conceſſimus poſſidenda. Quod præceptum &c.

Arichis de condomis in Seſſa.

In nomine Domini; *ut ante*. Offero condomas tres in finibus Seſſa, loco qui dicitur Urbunanus; caſam quæ regitur per Turrellum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus; in ponre Ractari, caſam qoæ regitur per Mutulum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Beneroſum, cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus. Sed & olivetas, ſeu vineas in loco Stephaniſchi, quæ fuerunt Godefridi Notarii, quas propter multas chartulas ſalſas legibus perdidit, & ad noſtram venerunt poteſtatem; noſtra quidem poteſtas has condomas cum omnibus ſibi pertinentibus in monaſterio S. Sophiæ donavit poſſidendas. Quod præceptum oblationis, &c. *at retro*.

Arichis de Caſale in Luceriola.

In nomine Domini; *at ante*. Firmo caſulam in Luceriola, quam prædicto monaſterio S. Sophiæ firmavimus perſruendam. Quod præceptum, &c.

Arichis de rebus in partibus Lucaniis.

In nomine Dominis; *ut ante*. Offero Corvem, qui videtur eſſe in campo Sinaecunis, quem Arichi filio comparavimus, ſecundum textum chartulæ integrum, S. Sophiæ monaſterio conceſſimus poſſidendum. Necnon omnia, quæ comparavimus ab Alpirando filio Alleriſii, ſervos & ancillas. caſas & vineas, territoria, campos, & ſylvas, prata, mobilia & immobilia, in partibus Lucaniæ, ſecundum textum chartulæ, integrum S. Sophiæ monaſterio conceſſimus poſſidenda. Quod vero præceptum, &c. *ut ante*.

Arichis de condomis in Siponto.

In nomine Domini; *ut ante*. Offero in Siponto condomas tres, loco qui dicitur Sapeſſe; caſam quæ regitur per Andeſuſum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Andoaldum, cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus; caſam quæ regitur per Malonem cum uxore et filiis et omnibus ſibi pertinentibus; quæ fuerunt de ſubactione Remeriſſi Caſtaldi noſtri. Quod vero præceptum &c.

Arichis de ſubſtantia Veratrii.

In nomine Domini; *ut ante*. Offero ſubſtantiam Veratrii filii Auremonis, qui novem homicidia abſcondite eſt auſus facere, & inſuper extra provinciam in Neapolim fugere tentavit; unde noſtra poteſtas, quia ſubſtantiam ad parentes occiſorum componere juſſit, & noſtro edictum æquum afferimus, & quod reliquum fuit, & quia ſubſtantia pro ſua culpa ſecundum legem ad noſtram devenit poteſtatem; noſtra vero poteſtas omnia, quæ reliqua fuerunt, monaſterio S. Sophiæ conceſſit poſſidenda. Quod vero præceptum, &c.

Arichis de ſubſtantia Euphemiæ.

In nomine Domini; *ut ante*. Offero ſubſtantiam Euphemiæ filiæ Alchis, quæ ſe religionis habitu in Monaſterio S. Sophiæ tradidit cum omnibus ſuis

A facultatibus, tam paternam quam maternam omnem ſuam pecuniam, quantum illi ex parte ſua à ſororibus contigit, omnem ſuam portionem, mobilia & immobilia omnia, & in omnibus integrum in prædicto S. Sophiæ Monaſterio ſe tradidit; unde & in hoc conceſſionis præcepto ex univerſis prędictæ Euphemiæ pecuniis, S. Sophiæ Monaſterio integrum conſtituimus firmari. Quod præceptum, &c.

Arichis de Caſa in Papiano.

In nomine Domini; *at ante*. Offero caſam in Papiano ſuper Teane, quæ fuit de ſervis Palatii noſtri, quam Joannes Notarius per præceptum falſum poſſidebat; unde legibus ad noſtram devenit poteſtatem; noſtra vero poteſtas S. Sophiæ conceſſit. Super hæc largiti ſumus in eodem loco caſas ſex, quæ reguntur per Gagderiſum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus; caſam quæ regitur per Giroaldum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus; caſam quæ regitur per Anſoramum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Radecauſum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Firmum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus, quæ fuerunt de Judiciaria Canoſina, de ſubactione Rodoriſchi Gaſtaldi noſtri. Quod præceptum, &c.

B

Arichis de Confina.

In nomine Domini; *ut ante*. Offero corvem in fine Confina, loco qui dicitur ad Monumentum, & condomas duodecim: caſam quæ regitur per Bodoaldum & Felicem, cum uxore & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Canicellum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Malonem cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Gaudionem cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Fromecouſum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Fuſcum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Theuſpertum & Goaldum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per caſulam cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus. caſam quæ regitur per Gutulum cum uxore & filiis et omnibus ſibi pertinentibus: caſam quæ regitur per Albinum cum uxore & filiis & omnibus ſibi pertinentibus; qui fuerunt de ſubactione Urſi Gaſtaldi noſtri. Quod præceptum, &c.

C

Arichis de rebus & ſervis ad Aquam ſanctam.

In nomine Domini; *ut ante*. Offero ſervos & ancillas, necnon & vineas et territoria, quantum Munepaidus Presbyter apud eccleſiam S. Petri ad Aquam ſanctam habere viſus eſt, & ad noſtram pertinuit poteſtatem; unde omnia & in omnibus S. Sophiæ Monaſterio conceſſimus poſſidenda. Sed & eccleſiam in galo noſtro S. Stephani Monaſterio quoque S. Sophiæ conceſſimus poſſidenda. Quod præceptum; *ut retro*.

D

Alphanus de S. Martino, tempore Arichis.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ejuſque Sanctiſſimæ Genitricis, temporibus Domini viri glorioſiſſimi Aricbis ſummi Ducis gentis Longobardorum, anno viceſimo quarto glorioſiſſimi Ducatus, qui menſe Martio Indictione quarta firmatus. Nos Dominus vir beatiſſimus hujus ſanctiſſimæ ſanctæ Sedis Beneventanæ Alphanus Reverend. Epiſcopus, ob ſolutionem eccleſiæ ſancti Martini tibi Traſemundo Schuldachis, qualiter tu nominate Traſimunde ipſam ſæpius dictam Eccleſiam à novo fundamine uſque ad culmen conſecrationis perducere viſus es, in tuo proprio territorio, loco qui vocatur Monsbonionis, qui eſſe videtur in Buente loco, Canonica ratione abſolvimus eam præd. non Presbyter, Diaconus vel Subdiaconus eccleſiam, ut habeat poteſtatem eam dandam in plebutea parte eſſe voluerunt, aut ſubtrahendam; per quem & titulum, excepto Presby-

te-

tero, quem tu nominate Traſimunde, vel tui hæredes per tempora ordinare volueris, ipſa jam facta Eccleſia nobis, vel à noſtris ſucceſſoribus in nominatam ſanctam ſedem noſtram pervenit conſecrandus, ſecundum Canonicam ſanctionem; nam aliam nullam rerum habeat poteſtatem dandi ea, neque à me Alphano Domini gratia Epiſcopo, neq; ex poſteris meis nunquam habeas aliquam requiſitionem, aut reprehenſionem de hac mea abſolutione; ſed ex nunc & uſque in perpetuis temporibus, qualiter ſuperius legitur, in ipſa ratione permanere valeat ipſa nominata Eccleſia. Quod monumentum abſolutionis tibi Nicolao Notario noſtro, ut ſcriberes, præcepimus; & ut robur habeat, effigiem ſanctæ Crucis affiximus.

Actum Beneventi in Epiſcopio, menſe, & Indictione nominata feliciter.

Ego Majorachi Presbyter me teſtem ſcripſi, aſtantibus Sacerdotibus noſtris, vel cuncto Clero.

Ego Arſpaldus ſcribere me juſſi, & teſtes aſcribere.

Romualdus de Caſale in Quintodecimo.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti; conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Romualdus, ſummus Dux gentis Longobardorum tibi Zachariæ Abbati noſtro, Eccleſiam in loco qui nominatur Quintuſdecimus, cum caſa, vineis, territoriis cultum & incultum, clauſuris, in quantum in ipſum locum Goaldus habere viſus fuit, tibique Zachariæ conceſſimus poſſidendum, quatenus ab hodierna die habeas & poſſideas ipſum Caſetum Zacharia, et quodcunque exinde facere volueris in tua ſit poteſtate, et à nullo quopiam homine ullam habeas aliquando quæſtionem, aut reprehenſionem, ſed perpetuis temporibus per hoc noſtrum firmiſſimum præceptum ſecuriter, et firmiter ipſum jam nominatum caſale, cum omni quod ſuperius ſcriptum eſt, habere et poſſidere valeas. Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione noſtræ poteſtatis, dictavi ego Perſus Vice-Dominus, et Referendarius tibi Grauſohi Notario ſcribendum.

Actum erga mare ad S. Stephanum menſe Maio, per Indictionem quintam feliciter.

*Giſolphus de ſancto Bernardo * ad Xenodochium.*

* Benedicto.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Dum divina Omnipotentis Domini Dei noſtri gratia deſuper inſpirante miſericordia, noſtri piiſſimi Domini Reges nos in noſtro ſolio revocare dignati ſunt, firmamus, atque concedere providimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Giſolphus ſummus Dux gentis Longobardorum, ea quæ in primordio Ducati noſtri per noſtrum præceptum vobis Zachariæ Reverendiſſimo Abbati firmamos, ſecundum qualiter à bona recordatione Dominus Romualdus genitor noſter vobis ipſum præceptum concedere viſus eſt, hoc eſt, Xenodochium, ubi Monaſterium ſancti Benedicti Domino auxiliante tenere videris, tam domorum ædificia cum corve, & omnibus ad pertinentibus, vel omnem cenſum quem ibidem prædeceſſores parentes noſtri conceſſerunt, & quidquid in eodem venerabili loco adpertinere videtur; ut omnia & in omnibus in tua ſit poteſtate, & quem tu ipſe in vita decreveris Abbatem poſt tuum diceſſum, ipſe Abbas eſſe inveniatur; & nullius Epiſcoporum aliquarum ſubjacebit ditioni, ſed in ſuo permanebit libero arbitrio, & ſub privilegii roborea firmitate tenendus ad ſacram noſtram audientiam veniat. Et hoc vobis firmare prævidimus, ut neque filii, aut poſteri noſtri, neque Judex ullus Palatii noſtri unquam habeant licentiam vobis, aut poſteris veſtris quemlibet hominum in Xenodochio, niſi quem tu nominatus Zacharias, aut poſteri tui Abbates qui ibi præfuerint, & Monachi, ad habitandum ſpontanea voluntate ſuſceperitis; ſed ſecuriter per hoc noſtrum firmiſſimum renovationis præceptum in nominata priſca conceſſione ſtabiliter debeat permanere. Quod vero præceptum renovationis ex juſſione nominatæ poteſtatis dictavi Emerius tibi Gratiano Notario ſcribendum.

Actum Beneventi in Palatio menſe Novembri per Indict. 11. feliciter.

Giſolphus de Condomis in Papiano.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Dominus vir glorioſiſſimus conceſſimus ego Giſolphus ſummus Dux gentis Longobardorum vobis Zachariæ ſanctiſſimo Abbati Patri noſtro condomam unam nomine Pantione Caballario cum uxore, filiis & filiabus noſtris, & nepotes eorum, cum caſis, vineis, & territoriis, peculiis, mobilibus & immobilibus, cum omnibus & in omnibus in quantum uſque nunc ad manum noſtræ poteſtatis deſervierunt, qui habitare videntur in Papiano, & fuit de actione Conſina, quam & noſtra juſſione per Gualdum vobis tradere fecimus jam nominatam condomam, quatenus amodo habeatis & poſſideatis, tam vos, qui ſuper, Zacharia, quam & poſteri tui, & quod exinde facere volueritis, in veſtra ſit poteſtate; & a nullo quopiam Gaſtaldo, aut actore, nulla vobis exinde ſubtrahantur, ſed noſtris feliciſſimis, atque perennibus temporibus hoc noſtrum donum omni tempore ſtabile debet permanere. Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione noſtræ poteſtatis ſcripſi ego Gratianus Notarius.

Actum Beneventi in Palatio, menſe Novembri, per Ind. 12. feliciter.

Giſolphus de Sancto Nazario, in Valle Alitana.

Dum in nomine Domini reſidentes nos Dominus vir glorioſiſſimus Leoprandus Dux Longobardorum, adſtantibus erga nos Engilbertone, & Joanne Maleparo ſeveris Judicibus noſtris; tunc veniens in noſtram præſentiam Engilberta ancilla Domini una cum nepote ſuo, id eſt, Comis Presbytero, & Haliſco, altercandum adverſum Mauritium Abbatem, dicendo: quia Eccleſiam S. Nazarii quam tu tenes in Valle Alitana, genitor noſter & nos eam ædificavimus a fundamentis, & contra rationem nobis eam abſtuliſti, & per legem eam nobis reddere debes. Ad hæc reſpondit nominatus Mauritius Abbas: verum eſt, quod genitor veſter, & vos eam ædificaſtis, ſed nobis ex bona, & ſpontanea voluntate ipſam præfatam Eccleſiam, cum omnibus rebus ſuis obtuliſtis in Eccleſia ſancti Archangeli, & ſancti Benedicti in Xenodochio, & ecce offertio quam nobis exinde feciſtis. Ideo nos per noſtram glorioſiſſimam poteſtatem, audita eorum altercatione, primo omnium fecimus legere ipſam offertionem in noſtra præſentia, & requiſivimus teſtimonia quæ ibidem ſcripta erant, ſi in eorum præſentia ipſam jam nominata Engilberta Eccleſiam S. Nazarii obtulit in ſancto Benedicto: Sed illi profeſſi ſunt nobis quia in noſtris præſentiis ipſa offertio facta fuit, & quia ſupra Gentilis nos rogavit ut per earum rogationem manum in charta poſuimus; propterea decrevimus inter eos per ipſa teſtimonia, ut præbeant ſacramenta, ſecundum partem Mauritii ut jurarent quinque Monachi, *quia ipſa Eccleſia S. Nazarii cum rebus ſuis aut Egildi cum Germana tua obtuli in S. Benedicti, & eſſet cauſa finita, quod eſt dein præſentes præbuerunt ipſa ſacramenta; ſed & Egildis una cum nepote non voluerunt eam ſuſcipere. Proinde hoc noſtrum fieri voluimus, ut nullo adveniente tempore habeant vigorem Egildis aut Germana, vel nepos ejuſdem in ipſa Eccleſia aliquid quærendo, tantummodo ſi ipſa Sacramenta ſuſcipere voluerit, ſed perpetuis temporibus ſecundum hoc noſtrum edictum ſecuriter & firmiter tam tu Mauritius Abbas, quam & poſteri tui ipſam nominatam Eccleſiam cum rebus ſuis habere & poſſidere valeatis. Quod vero indictum ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Joannes Notarius.

* Mendoſa.

Actum Beneventi in Palatio, menſe Junio, per Indictionem nonam feliciter.

Sicus de Porticu Millone uobis tollendo.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Nos vir glorioſiſſimus Sico Dei providentia Beneventanæ Provinciæ Princeps, motu omnis poteſtatis noſtræ Radichio Referendario noſtro fidelis noſter, concedimus in Monaſterio B Sophiæ ubi Arrichiſa Abbatiſſa præeſſe videtur, porticum quod ex ipſo Cœnobio per conſuetudinem de vino Arriſo vel omnibus alimoniis, vel quibuslibet rebus dare debetis noſtris portoriis in civitate hac Beneventana tam de dominicali quam etiam de ſervis ipſius monaſterii, ſeu de liberis hominibus inibi pertinentibus, quibus in præfata noſtra civitate ſuas miſeramus cauſas, ita ut nec à Gaſtaldis noſtris neque portariis aut qualibet perſona accipiant, ſed cuncta quæ annualiter * ex ipſo cœnobio in prædictam noſtram civitatem miſſa fuerint tanquam à liberis hominibus, ſicut ſupra ſtatuimus, ſine omni datione inibi habeantur, atque poſſideant; & à nullis ex noſtris Judicibus, id eſt Comitatibus Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeant requiſitionem Cuſtodes præfati Monaſterii, vel hi vel alibi, ſed amodo & præfatis temporibus ea quæ nunc conceſſimus ibidem ſecuriter poſſideantur Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Leo Notarius.

* Mendoſa.

Actum in Sabba quinto anno, menſe Auguſto Ind. 14. feliciter.

Sichardus de Arrichis in Liguria.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Sicardus Domini providentia Longobardorum gentis Princeps, motus Domini Omnipotentis miſericordia, pro redemptione animæ meæ, ſeu gentis & patriæ, ſuggerente poteſtati noſtræ viro Venerabili Baſcario Præpoſito Monaſterii ſanctæ Sophiæ ſiti intra hanc Beneventanam civitatem noſtram, per rogum Godeſridi Referendarii noſtri concedimus in præfato B Sophiæ monaſterio, ubi Vileronia Abbatiſſa præeſſe videtur ipſas terras in * Gejuria, quas emptas habent per chartulam ipſi ſervi ſacri noſtri Palatii, qui habitaverunt in Maricomi, & alii fuerunt habitatorii ad nucem, & alii ubi ad ſylvam nominatur, integrum ipſas terras in ipſarum chartula contentas per ſingula loca, in eodem Monaſterio ipſo conceſſimus; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum robur & præceptum, cuncta quæ præleguntur, ſicut ipſi ſervi & eorum hæredes habere * valuerunt, ſicut in chartula eorum continetur; & à nullo ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis vel quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem perpetuis temporibus poſſidendam. Quod vero præceptum Conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Theodoricus.

* Liguria.

* voluerunt.

Actum Beneventi, ſecundo anno, menſe Aprilis Indict. 12. *feliciter.*

Sicardus de flumine longo.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Nos vir glorioſiſſimus Sicardus Domini providentia, &c. *ut ante* Suggerente poteſtati noſtræ viro Venerabili Baſſario Præpoſito Monaſterio S. Sophiæ ſito infra hanc Beneventanam noſtram civitatem per rogum Radelchiſi theſaurarii noſtri, concedimus in præfato S Sophiæ monaſterio, ubi Vileronia Abbatiſſa præeſſe videtur, Piſcariam ſacri noſtri Palatii, quæ dicitur Flumen longum in integrum, & ab ipſo flumine intra Panatanum ſignatum & poſitum eſt, in longitudine milliarii unius, & in latitudine paſſus ducenti erga ipſum flumen, & infra panatanum cum ripis & viis ſuis, & infra firma terra modiorum quinquaginta, ubi habitatio de ipſis piſcatoribus eſt, & paſcuum in ipſa Inſula ad peculia eorum qui ibi reſidentur. & de ipſo Panatano connas & paleas tollendum quantum opus eſt, & ligna de ipſa Inſula quantum opus fuerit ad eorum utilitatem in ipſo loco peragenda. Hæc omnia ſupradicta pertinuerunt de agro Lucerina judicria Azonis Gaſtaldi noſtri; Et conceſſimus in eodem Monaſterio terram in finibus Apuliæ in territorio Viriſiano propinquo Eccleſiæ S. Decorentii modia trecenta, quæ fuerunt de quadam Gertrude relicta Viconis Gaſtaldi, cum caſa quæ ibidem ædificata eſt, & cum ſuperioribus & inferioribus ſuis integrum, qualiter ſecundum legem ad ſanctum noſtrum Palatium evenit, quæ pertinuit de judiciaria ſupradicti Radelchi, in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum robur & præceptum, cuncta quæ perleguntur, idem ipſum Monaſterium, & qui rectores, ſecuro nomine habere, & poſſidere & perfrui valeant, & à nullis ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus, hobeant aliquam requiſitionem rectorii, præfati Monaſterii, ſed perpetuis temporibus ea quæ nunc conceſſimus, ibidem ſecuriter poſſideantur. Quod vero præceptum conceſſionis, ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Audoaldus Not.

Actum Beneventi in ſacro Palatio anno tertio, menſe Martio.

Sicardus de Piſcatione in mari Sipontino.

In nomine Domini, &c. *ut ante*. Per rogum Roffridi Referendarii noſtri concedimus in præfato B. Sophiæ cœnobio, Piſcationem in mari Sipontino; per hos vero fines ſcilicet, paſſus ducentus ex una parte uſque ad finem piſcationis S. Mariæ Beneventanæ Eccleſiæ; ſed de alia parte uſque ad finem piſcationis, quem noſtræ ſervamus poteſtati, & de terra Arma uſque ad finem Salzolam; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum robur & præceptum, ſupra nominatum Cœnobium, ejuſque rectores integram ſupradictam piſcationem per jam dictos fines & menſuras habere & poſſidere atque piſcari valeatis, & à nullo ex noſtri Judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunq; gentibus habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideatis. Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Theodoricus Notarius.

Actum Beneventi, ſecundo anno, menſe Aprilis, Indict. 13. feliciter.

Radelchis de rebus in Collina & in Venticano.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Nos vir glorioſiſſimus Radelchis Domini providentia gentis Longobardorum Princeps, filius Domini bonæ recordationis Adelchis, ob ſalutem animæ noſtræ conceſſimus in Monaſterio S. Sophię, quod ædificatum eſſe videtur inſta hanc noſtram Beneventanam civitatem, integras res quæ fuerunt Leopardi, ex loco qui vocatur Collina, ſeu integras res quæ fuerunt Gualdrandi in loco Venticano; pro eo quod ſine hæredibus deceſſerunt, ſicut legibus ad ſacrum Palatium devenit; in ea videlicet ratione ut amodo & deinceps per hoc noſtrum robur & præceptum ſupra Palatium præfatum Monaſterium ejuſque rectores, integras habere & poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideatis. Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Petrus Notarius.

Actum Beneventi primo anno, menſe Januar. Indict. 14. feliciter.

Radelchis de rebus in Collina.

In nomine Domini; *ut ante*. Conceſſimus per rogum Arnibergæ dictæ conjugis noſtræ, tibi Chriſcio Præpoſito Monaſterii S. Sophiæ, omnes res, & ſubſtantias quæ fuerunt Gualprandi, & Malonis ſeu Adoaldi germani, quibus fuerunt defenſis ſupradicti Monaſterii S. Sophiæ in loco qui dicitur Collina, veluti legibus ad ſacrum noſtrum devenit palatium; pro eo quod ſine hæredibus deceſſerunt; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboteum præceptum, ſupradictas omnes res, uti prælegitur, habere valeatis, & à nullis ex noſtris Judicibus, &c. *ut ante*. Quod vero

præ-

præceptum conceſſionis, ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Petros Not.

Actam Beaeventi, primo anno menſe Februarii Indict. 14. feliciter.

Rodelchis, de rebus & ſervis in finibus Liguriæ.

In nomine Domini; *ut ante*. Conceſſimus omnes illas res & ſubſtantias prædicti Cœnobii, & ex finibus Liguriæ cum ſervis & ancillis, omnibuſque ſuis pertinentiis, quas & Monachi monaſterii S. Benedicti tulerunt de poteſtate ipſius S. Sophiæ Moſterii, & dederunt illas ad Neapolitanos; necnon & integras res illas jamdicti monaſterii S. Sophiæ ex finibus Aliſanis & ex finibus Caſtelli S. Joannis ſeu ſingulis aliis locis, quas ſervi equidem Cœnobii ad liberos homines vel ad alios ſervus dederunt, aut per venditionem, aut aliter quomodocunque, ita ut intra poteſtates non ſit eis confirmatum, aut per capitularem aut per aliquam repromiſſionem. ſed liceat rectoribus præfati monaſterii ſupradictas res poſſidere; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps præſatum Monaſterium S. Sophiæ & Rectores qui prædictas res & ſamulos habere & poſſidere valeat, per hoc noſtrum roboreum præceptum à nullo ex noſtris Judicibus, id eſt Comitibus, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideatis. Quod vero præceptum conceſſionis, ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Petrus Notarius.

Actam Beneventi primo anno, menſe Januarii Indictione decima quarta.

Radelchis de Vualdo.

In nomine Domini; *ut ante*. Concedimus Waldum quod eſt in eodem loco. quod & diſcurrere ſolet, id eſt, ab ipſo vado carrario ſubtus Eccleſiam S. Marciani uſque ad Caſam Vulterii integras ipſas inſulas ex eo fluvio pertinentes, ut annuè & ſemper homines de ipſa Eccleſia in prædicto fluvio piſcationem faciant, & in ipſis inſulis omnes ſuas utilitates peragant; in ea videlicet ratione ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum, ſub præfatum Monaſterium ejuſque rectores in jam nunc dicto fluvio & ipſis inſulis poteſtatem habere, & poſſidere valeatis. & à nullo ex noſtris Judicibus, id eſt. Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus aliquam habeatis requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideatis. Quod vero præceptum Conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Erchemirid Notarius.

Actam Beneventi, primo anno, menſe Julio Indict. 14. feliciter.

Radelchis Vuilerona Abbatiſſæ, de terra quæ dicitur Bubata.

In nomine Domini, *ut ante*. Nos vir glorioſiſſimus Radelchis, Domini providentia Longobardorum gentis Princeps ob ſalutem animę noſtræ per rogum Venerabilis Joannis Abbatis noſtri, concedimus in Monaſterio B. Sophiæ, ubi Wilerona religioſiſſima Abbatiſſa præeſſe videtur, ſacri noſtri Palatii terram, quæ dicitur Bubata, quæ habet hos fines: de uno capite uſque ad Eccleſiam S. Petri, de alio quidem latere uſque ad viam aliam publicam, quę vadit ad caſale Buccellati, integrum cum inferioribus & ſuperioribus, quantum ſupradicti fines diſtant. pertinent de actu Sipontino ea videlicet ratione ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum, ſupradictam terram, ſicut ſupra legitur, Rectores jam dicti Monaſterii ſecuro nomine habere valeant, & à nullo ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeant aliquam requiſitionem rectores jam dicti Monaſterii; ſed perpetuis temporibus poſſideant. Quod vero præceptum oblationis ex juſſione ſupraſcriptæ poteſtatis ſcripſi ego Audolphus Notarius.

Actum Beneventi in ſacro Palatio, tertio anno, menſe Octobris Indict. 15.

De turri juxta ſummam portam.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Adelchis Dei providentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Jandemari fidelis noſtri, tibi Viſo fideli noſtro filio Putri, turrem illam ſacri noſtri Palatii intus noſtræ Beneventanæ civitatis, juxta noſtram portam ſummam, quam Audolphus notarius & Judex ipſe Audolphus eam tenuit ita, & nos in noſtra detinemus poteſtate, & ad tuam tibi agendam utilitatem: ſimulque & conceſſimus tibi prænominato omnes res & ſubſtantias, quę fuerunt Stornini liberi hominis, id eſt, mobile & immobile, ſervos & ancillas, omnia & in omnibus, qualiter ſecundum legem res ipſa ad noſtram devenit poteſtatem; pro eo quod ſine hærede deceſſerat; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps, per hoc noſtrum roboreum præceptum. omnia quæ deinceps leguntur ſuperius, tu & hæredes tui habere & poſſidere valeatis; & à nullo deinceps ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus & Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideatis. Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione ſuperius dictæ poteſtatis ſcripſi ego Erechemfridt Notarius.

Actum Beneventi, an. 5. menſe Mart. Ind. 6.

Adelchis, de penſione ſervorum in finibus Campi baſſi

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Concedimus nos vir glorioſiſſimus Adelchis, Dei providentia Princeps gentis Longobardorum, per rogum Malonis filii noſtri, in monaſterio S. Sophiæ, omnes illas dationes, vel penſiones quaſcunque ſervis prædicti Monaſterii S. Sophiæ ex finibus campi baſſi, & ex finibus Biſſetnenſibus ad Gaſtaldos, vel Judices ex ipſis Caſtellis ſeu locis perſolvere debuerunt per malam conſuetudinem, ita ut nullus Gaſtaldus vel Judex aliquam dationem ab eis tollant vel angariam faciant, aut quamcumque laborationem pro utilitate ſua faciant, aut in hoſtem pergant; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum, omnia quæ ſuperius leguntur, prædictum monaſterium aliique rectores habere & poſſidere valeant, & à nullo ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeant aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideant. Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Erchemirid Notarius.

Actum Beneventi, vigeſimo quinto anno menſe Majo Indict. 11.

Pandulphus de terris in finibus Janienſis.

Nos Pandolphus Divina ordinante providentia Longobardorum gentis Princeps, notum facimus quia Godſrid Comes dilectus noſter noſtram obſecravit Excellentiam, eo quod Leo venerabilis Abbas Monaſterii ſanctæ Sophię conſtantis intra civitatem Beneventanam ſecundum legem dederat Sadelfrido Judici Capuano filio integras ipſas terras pertinentes præfato Monaſterio S. Sophiæ, quæ eſſe videntur in finibus Janienſis in ipſo Gualdo qui nominatur de Albatio ad tenendum, & donandum, uſque in annos viginti novem expletos, & remiſerat apud eum duas ſcriptiones, quæ continent jam dictas terras, una ex ipſis exſcriptionibus fuerat præceptum quod continebat, quomodo Dominus Arichis Princeps per idem præceptum inter alias cauſas conceſſerat in præfato Monaſterio. integras ſuas portiones de caſale, quas habuerunt de ipſo Gualdo per hos fines; de uno latere ſcilicet ad aliud latus padule, de tertia parte terræ Palumbi Abbatis; ſed dum filii prædicti Sadelfridi Judicis debuiſſent ipſas poſſidere annos quinque, & illi contra animam noſtram cogitaverunt, conſiliaverunt, & cum noſtris inimicis ſe conjunxerunt, & nobis ſe perjuraverunt; pro talibus ſupra nominatis, territoria & omnes alias res, & ſubſtantias eorum, ad ſacri noſtri Palatii poteſtatem legibus devenerunt. Proinde præfatus noſter obſecravit noſtram clementiam, ut pro amore Omnipotentis Dei, & pro ſalvatione animæ noſtræ ſupranominata territoria concedere-

mos, & confirmaremus ipſa in præfato monaſterio; cujus preces nos pro Domini amore audientes, hos firmitatis apices in eodem ſancto Monaſterio exlode fieri juſſimus, per quos omnes omnino ſancimus & perpetualiter habendum, & ex noſtris & futuris temporibus concedimus, confirmamus in eodem ſancto Monaſterio integra ipſa ſupranominata territoria, qualiter ipſi tenere debuerunt prædicti filii Sadelfridi Judicis, ut amodo & in perpetuis temporibus ipſa firmiter habeat poſſidenda pars præfati monaſterii, & ejus Abbates & Rectores, abſque contrarietate cujuſcunque perſonæ hominum.

Quod ſcripſi ego Adelbiſius ſcriba ex juſſione ſupradictæ poteſtatis, in anno 18. Principatus menſe Octobr. Indict. 14. Actum in civitate Capuana feliciter.

Pandolphus & Landolphus, de Galefri-
di ſcriptionibus.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Nos vir glorioſiſſimus Paudolphus & Landolphus divina ordinante Providentia Longobardorum gentis Principes. Cum principalis excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus juſta petentibus clementer annuere debeat: igitur noverit omnium fidelium noſtrorum, omnium præſentium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, quia Grimualdus Comes dilectus noſter noſtram exoravit excellentiam, ut pro amore Omnipotentis Dei concederemus in Monaſterio ſanctæ Sophiæ, ſito intra Beneventanam civitatem, ubi vir venerabili Azzo Abbas regimen tenere videtur, omnes ſcriptiones, & monimenta quæ Sadelfrid Judex filius Unzelgari per convenientiam habuit à præfato Monaſterio, vel quod id Monaſterium apud eum remiſit ad cauſandum pro ipſis terris, de finibus Janienſis in ipſo gualdo qui nominatur Dealbutum, ſed propter quod ipſi filii prædicti Sadelfridi contra animam noſtram cogitaverunt, conſiliaverunt, & cum noſtris inimicis ſe conjunxerunt, & nobis ſe perjuraverunt, & ipſæ ſcriptiones, & aliæ omnes res. & ſubſtantiæ eorum ad poteſtatem noſtri ſacri Palatii devenerunt; de quibus petiit ad noſtram excellentiam, ut firmitatis apices in eodem ſancto Monaſterio fieri juberemus, cujus preces prædicti amore exandientes hos firmitatis apices ibidem fieri juſſimus; per quos omnino ſancimus ad perpetualiter habendum noſtris, & futuris temporibus concedimus in præfato Monaſterio ſanctæ Sophiæ, ubi vir venerabilis Azzo Abbas regimen tenere videtur, & omnes ſcriptiones & monimenta illa, quæ nominatus Sadelfrid Judex per convenientiam habuit à præfato Monaſterio ſanctæ Sophiæ, vel quæ idem Monaſterium apud eum remiſit ad cautandum, ſcilicet ipſa terra de finibus Janienſis in ipſum Gualdum qui nominatur Dealbutum. Sed propter quod ipſi filii jam dicti Sadelfridi Judicis contra animam cogitarunt, conſiliarunt, & cum noſtris inimicis ſe conjunxerunt, & nobis ſe perjuraverunt, prædictæ ſcriptiones & aliæ omnes res, & ſubſtantiæ eorum ad ſacri noſtri Palatii poteſtatem devenerunt. Nunc autem quemadmodum prædictæ terræ de jam d. Gnaldo Dealbuto qualiter illas habere & detinere debuerunt ſimul cum prædictis ſcriptionibus continentibus jam dictas terras, præd. filii jam dicti Sadelfridi Judicis, in præfato Monaſterio ipſas integrum concedimus ad habendum & poſſidendum ipſas, pars præfati Monaſterii, ejuſque Abbates & Rectores, abſque omni contrarietate, & moleſtatione de prædictis filiis Sadelfredi Judicis, vel de eorum hæredibus, vel à qualicunque perſona. Quod ſi quiſpiam hanc noſtram conceſſionem, quomodocunque violare præſumpſerit, tam filii prædicti Sadelfridi, vel hæredes eorum, ſciat ſe compoſiturum auri libras centum in præfato Monaſterio, vel ad ejus Abbates & Rectores, & ſupradicta conceſſio, qualiter continet, firma permaneat ſemper. Ut autem hæc noſtra conceſſio verius obſervetur, manu propria ſubſcripſimus, & ex annulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.

† Signum Domini Pandolphi glorioſiſſimi Principis.

Ego Adelchis ſcriba ex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſi.

Datum tertio nonas Decembris, anno decimo octavo, principatus Domini Pandolphi glorioſiſſimi Principis, ejuſque filii anno ſecundo, Indictione 14. Actum in civitate Capuana feliciter.

Pandolphus & Landolphus, de rebus exfundatis infra rebus Monaſterii ſanctæ Sophiæ; & de liberis hominibus qui res proprias non habent, & in rebus equidem Monaſterii reſident ad laborandum, ut non cogantur in datione, & exactione ſervitii publico.

In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini Æterni. Pandolphus & Landolphus divina ordinante Providentia Longobardorum gentis Principes. Cum principalis excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus juſte petentibus clementer faveat. Igitur noverit omnium fidelium ſanctæ Eccleſiæ, præſentium ſcilicet, ac futurorum ſolertia, Azzonem venerabilem Abbatem Monaſterii S. Sophiæ per Jandolphum Comitem dilectiſſimum Barbanum noſtrum, noſtram adiiſſe à Domino protegendam principalem dignitatem, deprecans ut per augumentum ſanctiſſimi ipſius loci, noſtræque patriæ ſalvationem, concederemus in eodem ſancto Monaſterio cuncta qualiter hic inferius declaratur, poſſidenda jure quinto, de quibus petiit a noſtra excellentia munitionem fieri in eodem Monaſterio; & ne religioſitati qui inaudiat fieret poſtulatio petitionis qui libenter aſſenſum præbentes hos noſtræ munitionis apices in eodem venerabili loco fieri juſſimus, per quas omnino ſancimus, & per præſens hoc noſtrum roboreum præceptum perpetualiter concedimus in præſato Monaſterio ſanctæ Sophiæ omnes res ſundaras, quantum infra in rebus ejuſdem Monaſterii fuerit, atque in ipſis rebus conjunctum; pariterque concedimus in prædicto Monaſterio omnes illos liberos homines, qui res proprias non habent, & in rebus equidem Monaſterii reſident ad laborandum, vel illos qui ſponte ibidem ad laborandum intraverint, & res proprias non habent, ut ſint defenſi ab omni datione & cuncto ſervitio publico; ſimiliter concedimus in eodem Monaſterio omnes illas liberas fœminas, quæ ſervos ejuſdem Monaſterii ſibi ſociaverint maritos, vel illas, quæ antea ex ipſis ſibi viros copulaverunt, pariterque & ipſos ſervos cum filiis & filiabus illorum in ipſo Monaſterio concedimus, ut quomodo omnes legaliter ad noſtrum ſacrum devenire debuerunt palatium, ſic illis in eodem Monaſterio devenier ad ſerviendum & dominandum. Hæc omnia, qualiter ſuperius legitur, in eodem venerabili Monaſterio conceſſimus, qualiter amodo & deinceps pars præfati Monaſterii, ejuſque Rectores prædicta omnia qualiter dicta ſunt, habeant & poſſideant, ſine ullius Comitis ſeu Judicis noſtri, vel cujuſcunque perſonæ contrarietate: facientes inde omnia quæcunque voluerint, à nemine aliquid contrarium agente, ſed à præſenti & deinceps perpetuis temporibus illa omnia poſſidentes, ſine aliqua moleſtatione cujuſcunque perſonæ. Porrour hoc quod habemus atque concedimus, ab omnibus immobiliter obſervetur, manu propria ſubſcripſimus, & annulis noſtris juſſimus ſigillari.

† Signum Domini Pandolphi glorioſiſſimi Principis.

Adelmarius excellentiſſimus ſcriba, ex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſit.

Datum 14. Kal. Auguſti, anno decimo octavo Principatus ſuperius dicti Dom. Pandolphi glorioſiſſimi Principis, & in primo anno Principatus ſupradicti Domini Landolphi excellentiſſimi Principis, Indict. 14. Actum in ſacratiſſimo Beneventano Palatio.

Landolphus & Arnulphus, de ſervis.

In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti

Domini æterni. Landolphus & Atenolphus divina ordinante Providentia Longobardorum gentis Principes. Cum principalis excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus juſte petentibus clementer faveat. Noverit omnium fidelium noſtrorum, præſentium ac futurorum ſagacitas, quo omnium divina inſpiratione compulſi, ac pro mercede & redemptione animæ noſtræ conceſſimus nos Atenolphus Domini gratia Princeps Longobardorum ſanctæ Sophiæ, ubi nunc Rodelgarda religioſa Abbatiſſa regimen tenere videtur, quod conſtructum eſt intra veterem Beneventanam civitatem non longe à ſacro noſtro Palatio; videlicet, omnes illas liberas fœminas, quæ ſervos ipſius Monaſterii ſibi ſociaverunt viros, vel quæ antea noſtro tempore ſervos ipſius Monaſterii ſibi in maritos ſociaverant, una cum ipſis ſervis & cum filiis & filiabus illorum; qualiter ſecundum legem ad noſtrum ſacrum devenerunt palatium, ut habeat prædictas fœminas, & jam nominatos ſervos, necnon & filios, & filias, qui ex iis geniti fuerunt, prædictum Monaſterium ejuſque Rectores, ſine ullius Comitis, Gaſtaldi, ſeu Judicis noſtri, vel cujuſcunque perſonæ contradictione; ut nullus de prædictis omnibus fœminis, aut de jam fatis ſervis, & de filiis, necnon filiabus eorum invaſionis, aut contrarietatis ingerere ullam violentiam præſumat, ſed perpetuis temporibus jam dictum Monaſterium, ejuſque Rectores per hanc noſtram principalem conceſſionem illos jam nominatos ſervos & uxores præfatas, & filios ac filias illorum habeant & poſſideant, facientes exinde quod voluerint. Porro, ut hoc quod habemus, ab omnibus immobiliter obſervetur, manu propria ſcripſimus, & annulo noſtro juſſimus ſigillari.

† Signum D. Pandolphi glorioſiſſ. Principis.

Urſus excellentiſſimus ſcriba ex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſit.

Datum 13. Kal. Jul. in anno 23. Principatus Domini noſtri Pandolphi glorioſiſſimi Principis 13. anno Principatus Domini Landolphi.

Pandolphus & Landolphus de territoriis exfundatis.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti æterni Dei, ac Patris. Pandolphus & Landolphus divina ordinante Providentia Longobardorum gentis Principes. Cum Principalis excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus juſte petentibus clementer faveat. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet ac futurorum ſagacitas, quia Azzo venerabilis Abbas Monaſterii ſanctæ Sophiæ exſtructi in Beneventana civitate noſtra, petiit excellentiam noſtram pro amore Omnipotentis Dei, & ſalvatione animæ noſtræ, concederemus in eodem ſancto Monaſterio omnia territoria illa ex fundata pertinentia ſacro Palatio, quæ infra fines de terris pertinentibus ipſius Monaſterio conjuncta ſunt, & unde ipſum Monaſterium veraces ſcriptiones habuerit, vel oſtenderit; ſimulque concederemus in eodem ſancto venerabili loco omnes illos extraneos liberos homines qui in curte & terra ipſius Monaſterii habitaverint, de quibus petiit à noſtra excellentia, ut firmitatis apices in eodem ſancto Monaſterio fieri juberemus; cujus petitionem exaudientes hos firmitatis apices ibidem exinde fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter habendum noſtris, & futuris temporibus concedimus in eodem S. Monaſterio ad poſſeſſionem Rectorum omnia territoria ex fundata pertinentia ſacro noſtro Palatio, quæ infra fines de terris pertinentibus ipſi Monaſterio conjuncta ſunt, unde idem Monaſterium veraces ſcriptiones habuerit, vel oſtenderit; necnon & concedimus in eodem S. Monaſterio, ut nullum ſervitium parti noſtræ publicè faciant illis liberis hominibus extraneis qui hæreditatem non habuerint, & in curte, & in terris præfati Monaſterii habitaverint; ea videlicet ratione, ea omnia quæ ſuperius leguntur, qualiter ſacro noſtro Palatio pertinere videntur, in ſupradicto ſancto monaſterio concedimus ad conceſſionem præfati Monaſterii, ejuſque Abbatum & Rectorum habendi, ac poſſidendi abſque contrarietate Comitis, Gaſtaldi, Judicis, aut cujuſcunque perſonæ contradictione, vel inquietudine, ſed perpetuis temporibus habeat poſſideatque pars prædicti Monaſterii ea omnia, quæ ſuperius leguntur, faciendi exinde aliqua contraria ingerente. Ut autem hæc conceſſio verius obſervetur, manu propria ſcripſimus, & ex annulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.

† Signum Domini Pandolphi glorioſiſſimi Principis.

Petrus Notarius ex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſit.

Datum 4. Non. Maii, anno vigeſimo tertio Principatus Domini Pandolphi, & anno octavo principatus Domini Landolphi glorioſiſſimi Principis, Indictione nona. Actum in civitate Capuana.

Pandolphus de monuminibus exfundatis, ut poſſint ea Abbates ſanctæ Sophiæ ad legem oſtendere.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Nos Pandolphus, divina ordinante Providentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Godifridi Comitis dilecti noſtri, & pro augmento ſanctæ Eccleſiæ, noſtræque patriæ ſalvatione, concedimus in venerabili Monaſterio ſanctæ Sophiæ, ubi nunc Domino favente Dominus Azzo venerabilis Abbas regimen tenere videtur, omnia monimina exfundata, quæ pars ipſius Monaſterii habere videtur, quæ continent hæreditates illas quas tenere videtur, & dominare pars ejuſdem Cœnobii, & unde nec offertiones, neque quemlibet titulum alienationis non habet pars ejuſdem Cœnobii, ut licentiam & poteſtatem habeant Rectores, vel pars ejuſdem Monaſterii, ipſa monimina ad legem oſtendere, & cum illis cauſare, & ipſam hæreditatem recolligere, & omnem diffinitionem exinde facere, per hanc noſtram principalem conceſſionem, veluti ſicut per chartulas offertionis, ſeu emptionis vel venditionis, aut mutationis ipſa monimina in eodem Monaſterio data eſſent; in ea ſiquidem ratione per ſupradictam noſtram conceſſionem, concedimus in eundem venerabilem ſanctum locum, quatenus amodo & deinceps perpetuis temporibus ſecuriter illud habeant & poſſideant, atque omnia inde faciant, pars præfati Monaſterii, quæ voluerint, ſine ullius Comitis, Gaſtaldi, ſeu Judicis, vel Schuldarii noſtri, aut cujuſque perſonæ contrarietate, a nemine exinde aliquod contrarium in partem ipſius Monaſterii in aliquo ingerente, ſed ſecuriter illud habeat & poſſideat.

Scripſi ego Tando Clericus, & ſcriba ex juſſione ſupradictæ poteſtatis, in anno quinto principatus ſupradicti Domini Pandolphi glorioſiſſimi Principis, menſe Auguſti, Indictione decima quarta.

Pandulphus & Landolphus, de tranſitu, qui it retro Eccleſiam ſanctæ Sophiæ.

In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni. Pandolphus & Landolphus divina ordinante Providentia Longobardorum gentis Principes. Cum principalis excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus juſte petentibus clementer faveat. Quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, Azzonem venerabilem Abbatem Monaſterii ſanctæ Sophiæ, quod conſtitutum eſt intra hanc Beneventanam civitatem juxta ſacrum noſtrum Palatium, per Landolphum Comitem dilectiſſimum Barbanum noſtrum, noſtram protegendam principalem dignitatem deprecantem, ut per augmentum ejuſdem Monaſterii, noſtræque patriæ ſalvationem, concederemus in eodem Monaſterio cuncta qualiter hic inferius declarantur, de quibus petierunt in prædicto ſancto Monaſterio fieri munitionem à noſtra excellentia; & ne ejuſdem religioſitatis ejus inaudita fieret poſtulatio, uſ-

quequaque aſſenſum præbentes hos noſtræ munitionis apices in eodem venerabili Monaſterio exinde fieri juſſimus; per quos omnino ſancimus, & perpetualiter per præſens noſtrum roborenm præceptum concedimus in nominato Monaſterio ſanctæ Sophiæ ipſam traſendam, quæ vadit retro ipſam Eccleſiam, & quæ in parietibus ejuſdem Eccleſiæ conjuncta eſt, id eſt, à caſa Engelberti Caicioiarii, & in ipſam plateam pnblicam quæ vadit ante Eccleſiam S Mariæ ſubdicta Domini Saivatoris Capella noſtri palatii; ita ut poteſtatem habeat pars ejuſdem Monaſterii eandem traſendam claudere, & fnæ proprietati illam tenere, & dominare. Denique & concedimus in eodem venerabili Monaſterio omnes illas liberas fœminas, quæ ſibi viros copulaverant ſervos ipſius Monaſterii, vel quantæ amodo & antea ſibi viros copulaverint ſervos ejuſdem Monaſterii, videlicet una cnm ipſis ſervis & cum filiis & filiabus ſuis, veluti legibus ad ſacrum noſtrum evenire debuerunt Palatinm. Pariterque & concedimus in eodem ſancto Monaſterio, nt omnes illi liberi homines, qui in rebus ejuſdem Monaſterii reſident ad laborandum, vel illi qui antea ibidem fuerunt ſponte ordinati ad laborandum, & res proprias non habent, nt amodo & deinceps defenſi ſint ab omni datione & ſervirio publico. Necnon & concedimus in prædicto Monaſterio omnes res illas exfundatas, quæ nunc cum rebus ejuſdem Monaſterii conjunctæ ſunt; ea etenim ſanctione cuncta qualiter ſuperius leguntur eidem ſancto Monaſterio conceſſimus poſſidenda; quatenus amodo & deinceps idem ſanctum Monaſterium, ejuſque Abbates & Rectores omnia ſupraſcripta habeant & poſſideant ſine ullius Comitis, Gaſtaldi, ſeu Judicis, vel Sculdarii noſtri, aut cujuſconque perſonæ contrarietate, facientes inde omnia quæ voluerint, à nemine aliquid contrarium exinde in aliquo ingerente. Ut autem hæc noſtra conceſſio plenius in Dei nomine habeat vigorem, & ab omnibus inviolabiliter ſervetur, manu propria ſcripſimus, & annulis noſtris ſigillari juſſimus.

† Signum Domini Pandolphi glorioſiſſimi Principis.

Madelgrdus Clericus & Notarius atque ſcriba, ex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſit.

Datum Kalend. Septemb. in anno viceſimo ſecunda Principatus Dom. Pandolphi glorioſiſſimi, & in anno quinto Principatus Dom. Landolphi excellentiſſimi Principis, Indictione nona. Actum in ſacratiſſimo Beneventano Palatio.

Landolphus & Pandolpus, de omnibus rebus exfundatis de aquis, & fluviis.

In nomiue Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni. Landolphus & Pandolphus divina ordinante providentia Longobardorum gentis Principes. Cum principalis excellentia petitionibus dilectorum ſnorum omnibus juſte petentibus clementer faveat. Quapropter noverit omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet, ac ſuturorum agnoſcat ſolertia, Biſantium venerabilem Abbatem Monaſterii S. Sophiæ, qnod ædificatum eſt intus hanc noſtram Beneventanam venerabilem civitatem propinqui noſtro ſacro Beneventano Palatio, per Pandolphum Comitem noſtrum dilectiſſimum parentem, noſtram adiiſſe à Deo protegendam principalem dignitatem, deprecans, ut pro augmento præd. Monaſterii, noſtræq; patriæ ſalvatione, concederemus, atq; confirmaremus in præſ. Monaſterio in quo ipſe regimen tenere videtur ad perpetualiter habendum cuncta qualiter hic inferius declarantur, jure quinto; de quibus etiam noſtram petiit celſitudinem, ut in eodem ſacro Monaſterio pro perenni auctione, uti mos eſt, anteceſſorum noſtrorum Principum fieri juberemus munitionem. Quapropter ne qua inaudita fieret poſtulatio, equidem petitionibus uſquequaque libenter aſſentientes ipſis omnibus petitionibus, in eodem hoc ſancto ven. Monaſterio hos noſtræ munitionis apices fieri præcepimus; per quos videlicet omnino ſancimus, & perpetualiter per præſens hoc noſtrum roborenm præceptum concedimns, atque confirmamns in præfata Eccleſia ſanctæ Sophiæ. omnes res, exfundatas, quæ fuerunt de hominibus qni ex hoc ſæculo abſque hærede migraverunt, & qnæ cum rebus prædicto Monaſterio ſunt pertinentes, vel infra fines de ipſis rebns ejuſdem Monaſterii eſſe videntur, totum & integrum illud concedimns in eundem venerabilem locum, ſicut ad noſtrum ſacrum Palatium pertinet, unaque munimina ipſa inde pertinentia, ad ſemper eandem Eccleſiam, ejnſque Rectores illud habendum, & poſſidendum. Similirerque concedimus in prænominato Monaſterio, nt omnes liberos homines qui res proprias non babent, & in rebus ipſius monaſterii habitaverint ad laborandum ſua ſponte, ſemper defenſi ſint ab omni datione, & ſervitio publico; ſed quicquid ad partem publicam perſolvere, & facere debent, præ omnibus cæteris illud faciant in eodem Monaſterio, ejnſque Rectoribus. Denique & concedimus in prædicto loco aquas & fluvius Sabbati quantum continent res equidem Monaſterii, & aquas de fluvio Caloris, ſimilirer quantum res ejuſdem Eccleſiæ continent cum ripis, ex variiſque partibus ad laborandum & faciendum pars nominatæ Eccleſiæ ejuſque Rectores omnia quę voluerint. Necnon & concedimus in eodem venerabili Monaſterio viam illam publicam, quæ pergere videtur ad pontem ligneum ad fluvium Sabbati, atque conjunctam cum Iſcla ejuſdem Monaſterii, ab alveo illo deſcendit ad Molina ejuſdem Monaſterii uſque in terriam pilam de prædicto ponte ligneo, nt liceat parti ejuſdem Monaſterii, ejuſque Rectoribus in eadem via publica omnem laborem facere. Denique & concedimns in prędicto loco aquas & fluvios, qui illis utiles & neceſſarii fuerint, ad omnia quæ voluerint faciendum; ſic tamen, ut prædictum laborem, & ædificium, quod in prædicta via fecerit pars ejnſdem Monaſterii, ſic illud facere debeat, ut non ſit contrarium ad carros oneratos, vel animalia, quæ exinde tranſitura ſunt, prædictas vero hæreditates, homines, vel viam, vel aquam, vel omnia per noſtram conceſſionem, & omnia quæ ſupra diximus tibi eidem Biſantio Abbati, tuiſque ſucceſſoribus ad partem præd. Monaſterii illa omnia conceſſimus, & confirmamus ſemper habenda necnon poſſidenda, & facienda omnia quæ voluerint, abſque ullius Comitis, Gaſtaldi, ſeu Judicis, vel Schultarii noſtri, vel cujuſcunque huminum contrarietate, & ut nullus ex prædictis omnibus quippiam invaſionis, aut contrarietatis in ſupradicta noſtra conceſſione, atque confirmatione, parti ejuſdem Eccleſiæ ullo unquam tempore agere præſumat. Ut autem hæc noſtra conceſſio, atque confirmatio plenius in Domini nomine habeat vigorem, & ab omnibns inviolabiliter ſervetur, manu propria ſcripſimus, & annulis noſtris juſſimus ſigillari. Subſequenter concedimus in eundem venerabilem locum, ut de quanto continent ipſæ caſæ ejuſdem Monaſterii, quæ ædificatæ ſunt intus hanc veterem Beneventanam civitatem juxta plateam majorem illam publicam, quæ aſcendit de porta Summa, & juxta traſendam publicam, quæ olim pergere videbatur erga ipſum prædictum Monaſterium, & ea una prædicta platea, ut nullus ſit qui eadem platea deſuper eandem jam dictam traſendam aliquod ædificium facere, aut laborem ſine voluntate Abbatum ejuſdem Monaſterii, & ſpurcitias in eas jactare, aut letamen, ſed poſſit pars ejuſdem Monaſterii pontes, atque ædificia facere juxta illorum voluntatem. Si quis autem hanc noſtram conceſſionem irritam facere præſumat, ſciat ſe eſſe compoſiturum auri libram unam in excellentiſſimo noſtro Palatio, & in edicto ipſius Cœnobii; & hæc noſtra conceſſio, ut prælegitur, firma permanebit ſemper.

Joannes Clericus & ſcriba ex juſſione prædictę poteſtatis necnon conceſſionis ſcripſit.

De-

Datam à nobis menſe Julio in anno quadrageſimo ſeptimo, Principatus Domini Landolphi glorioſiſſimi Principis, & vigeſimo tertio anno Principatus Domini Pandolphi magni Principis filii Indict. t. Actum in ſacro Beneventano Palatio.

Incipiunt Capita ſecundæ partis.

1 *Romivialdus Zachariæ Abbati de ſancta Sophia ad Ponticellum.*
2 *Romualdus de aqua ducta erga muros hujus urbis.*
3 *Romivialdus de ſancta Sophia ad Ponticellum.*
4 *Romivialdus de rebus in Ponticello.*
5 *Grimoaldus de ſervis qui ducunt liberas fœminas.*
6 *Siſolphus de ſancta Sophia in Ponticello.*
7 *Siſolphus de ſancta Sophia ad Ponticellum.*
8 *Siſolphus de ſancta Sophia ad Ponticellum.*
9 *Siſolphus de judicatu Feidichis Cellarii.*
10 *Siſolphus de ſubſtantia Aucoaldi Cortiſani.*
11 *Siſolphus de Condoma Palumbi Piſcatoris.*
12 *Romivialdus de ſubſtantia Antoaii.*
B
13 *Siſolphus de Monaſterio ſanctæ Mariæ, & ſancti Petri apud Altas in Maſſano.*
14 *Romivialdus de Eccleſia ſancti Petri, & ſanctæ Mariæ in Maſſano.*
15 *Arrichis Mauritio Abbati de Condoma in prata judicatum.*
16 *Radelchis de ſervis in decimo quinto, ubi dicitur Pontilia, Aatonio Præpoſito.*
17 *Radelchis de ara intra Eccleſiam ſanctæ Sophiæ, & ſancti Benedicti ad Xenodochium.*
18 *Radelchis de terra, & vinea in loco qui dicitur, ad fabricam, Chriſo Præpoſito.*
19 *Siſolphus de ſylva & terra ſancti Stephani Protomartyris de Strata.*
20 *Siſolphus Rinecauſo Abbati, de S. Stephano in Strata.*
21 *Siconis Adelchiſæ filiæ Arrichis, de caſa & curte infra hanc civitatem.*
22 *Adelchiſi de Aldionibus inceptis, ut nullo cogatur ad Rempublicam.*
C

Rimivialdus Zachariæ Abbati de ſancta Sophia ad Ponticellum.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Firmavimus, atque conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Romivialdus ſummus Dux gentis Longobardorum in Eccleſia ſanctæ Sophiæ, quam Zacharias venerabilis Abbas noſter à fundamentis ædificare viſus eſt in loco, qui nominatur ad Ponticellum, qui fuit de quodam Waldulpho, omnia & in omnibus de quibus noſtra poteſtas prædicto Zachariæ Abbati conceſſit; unde & noſtra habet firmata præcepta; id eſt, in primis caſas cum curtibus vel hortis, molino & balneo, clanſurias ubi ipſa Eccleſia ædificata eſt, & tertia bucua quæ eſt trans rivum, & alius hortus qui eſſe videtur juxta fluvium Sabbathum, qui fuit de quodam Traſoaldo, caſas, terras, vineas, prata & clauſurias, cultum vel incultum, omnia & in omnibus, in quantum & in eodem loco habere viſus fuit, ſimul & D omnem ſubſtantiam Totonis tranſpadini caſas, terras, vineas, cultum vel incultum, mobilia & immobilia, qui habitare viſus fuit erga ſanctum Bajentinum territorium in loco qui dicitur Salicto, de rivo qui deſcendit de monte Benedicti, & uſque fluvium Sangrum, & de alio latere à rivo Sonoio, qui vergit de Caſtello Urſi, & uſque in noſtrum fluvium Sangrum, & ſuper finem habet unum in capite de ripa, & uſq; in ipſum fluvium Sangrum; & omnem ſubſtantiam quæ fuit Ajoaldi filii quondam Sajoli, tam caſas intra Beneventanam urbem, quam caſale & domos cultas, vineas, terras cultum, & incultum, mobilia & immobilia; territorium in loco qui nominatur fluvium Laurii, quod Paulo dedit, & venerabilis Abbas habere viſus fuit, pecores cum mandris & paſtoribus ſuis quæ fuerunt de Joanne; & alios pecores cum mandris & paſtoribus ſuis, quæ fuerunt de Vigili; ammeſſarium unum cum jumen-

A tis ſuis, caballos domitos capita quindecim de armentis de vaccis & bovibus domitis; carras ferratas, argentum, hæreditatem; & omnia quæcunque ipſe Abbas Zaccharias ſua, & ſpontanea voluntate in ipſum venerabilem locum Beatæ Sophiæ offerri voluit; in ea vero ratione de his omnibus in venerab. Eccleſia ſanctæ Sophiæ noſtrum præceptum firmavimus, eo quod ab omni ſubjugatione hominum eam abſolvimus, ut neque à monaſterio ſubdatur, neque Synodochio defendatur, ſed Sacerdoti qui in eodem Monaſterio deſervierit, abſoluta ſecuritas ejuſdem permaneat; excepto ad noſtrum ſacrum Palatium obedientiam habeat. Et ſi quis contra hoc præceptum firmationis atque offertionis tentare voluerit, habeat portionem cum Juda traditore Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatenus ab hodierna die ſit hoc noſtrum præceptum firmum, necnon ſtabile, & ab omni ſubjugatione ſolutum, & in perpetuis temporibus firmum & inviolatum ſemper permaneat. Quod vero præceptum B firmationis, atque offertionis ex juſſione nominatæ poteſtatis dictavi ego Perſus Vicedominus; & Referendarius tibi Theodoaldo Notario ſcribendum.

Actum Beneventi in Palatio menſe Martio per Indict. 17. feliciter.

Romivialdus Zachariæ Abbati de aqua ducta erga muros Beneventi.

In nomine Domini Dei Salvatoris Jeſu Chriſti, conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Romivialdus dominus atque ſummus Dux gentis Longobardorum in Eccleſia beatæ ſanctiſſimæque virginis Sophiæ, quam Zacharias venerab. Abbas à fundamentis ædificavit; hoc eſt, de aqua ducta publica fiſtulam aquæ, quam erga murum feliciſſimæ hujus civitatis noſtræ inſtruere viſus eſt, & uſque ad præfatam Eccleſiam comparavit; ut perennis temporibus ipſa fiſtula in ipſa Eccleſia ſine detentu currat, præfatæ Eccleſiæ Sacerdotes ſibi eam privatim defendant, & nullus habeat licentiam exinde ſine voluntate Sacerdotum ipſorum, quid implere, aut C ibi facere invaſionem, niſi qui ab ejuſdem loci ſervientibus permiſſus fuerit; neque ad noſtri ſacri Palatii Judicem aliquando ſubtrahatur. Simul etiam & conceſſimus in noſtrum venerabilem locum Waldum de fluvio Calore, hoc eſt uſque vadum Carrarum ſancti Marciani, & uſque ſub caſa Valerii, ut annuè & ſemper homines de ipſa Eccleſia piſcationem faciant. & nullus ſine permiſſu Sacerdotis nominatæ Eccleſiæ in ipſum Waldum habeat licentiam introire ad piſcandum, ſed ſicuti hactenus ad noſtram manum defenſum eſt, ita & à ſæpenumero dicta Eccleſia defendatur, & à nullo quopiam homine numquam ob ipſo venerabili loco aliquando ſubtrahatur, ſed perpetuis temporibus jure ab antelata Eccleſia & à Zacharia Abbate, vel ab ejuſdem Ordinis Sacerdotibus detineatur.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione noſtræ nominatæ poteſtatis dictavi ego Audelachis Vicedominus & Referendarius tibi Adelcho notario ſcribendum trado. Actum Beneventi in Palatio noſtro D *menſe Novemb. per Indict. 10. feliciter.*

Romualdus de S. Sophia ad Ponticellum.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Firmavimus atque conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Dominus Romualdus ſummus Dux gentibus Longobardorum Eccleſiæ B. Sophiæ, quam Zacharias Venerabilis Abbas noſter à fundamentis ædificare viſus eſt, in loco qui nominatur ad Ponticellum, qui fuit de quodam Wandolpho, omnia & in omnibus, de quo noſtra poteſtas prædicto Zachariæ Abbati conceſſit, unde & noſtra habet firmata præcepta, vel quodcunque antea conquiſiturus fuerit, & qui ſua ex ſpontanea voluntate in eodem ſancto loco offerre voluerit, integram eiſdem tribuimus poteſtatem: quia licet, & oportet omnem Chriſtianum de ſuis facultatibus & ſubſtantia Domino offerre unum, quia ipſe ſic ait. Primitia & decima mea ſunt, & omnipotenti Domino offerte ea; In ea vero ratione de his omnibus

in Venerab. Eccleſia S. Sophiæ noſtrum præceptum firmavimus, eo quod ab omni ſubjugatione hominum eam abſolvimus, ut neque ab empto donetur, neque a Monaſteriis ſubdatur, neq; à Xenodochio defendatur, ſed ſacerdos qui in eodem loco ſervierit, abſoluta ſecuritas ei permaneat; excepto quod ad noſtrum ſacrum Palatium obedientiam habeat; & hoc tangimus, ut dum Dominus ſpatium Zachariæ Abbati vivendi conceſſerit, qui dum ſacrum locum à fundamentis ædificiis ad culmen perduxit, omnia & in omnibus in quidquid per hujus ſeriem præcepti roborei eſt, in eo ſit poteſtas regendi, gubernandi, vel qualiter ipſi placuerit, dominandi, quam & prædictam Eccleſiam in ſua habeat proprietate & quemcunq; voluerit eligere ſacerdotem, qui in eodem loco Domino perſolvat officium, integram habeat poteſtatem, quatenus ab hodierna die noſtra ſit firmatio ſeu abſolutio firma & ſtabilis. & ſicut ſuperius fixum eſt, neq; ad emptum dominium, neque ad ſacerdotum potentiam, neque ad quampiam perſonam aliquando ipſam Eccleſiam ſubjugamus; ſed perpetuis temporibus omnia, & in omnibus quæcunque in præceptis continentur, quod nominato Zachariæ Abbati per fidele ſuum ſervitium à nobis conceſſum fuit, & in eodem loco obtulit, firma & ſtabilia permaneant.

Quod vero præceptum firmitatis ſeu abſolutionis ex juſſione nominatæ noſtræ poteſtatis dictavi ego Perſus Vicedominus & referendarius tibi Theodoaldo notario ſcribendum. Actum Beneventi in Palatio, menſe Febuario per Indictionem ſextam feliciter.

Romualdus de rebus in Ponticello.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Dominus Romualdus gentis Longobardorum ſummus Dux tibi Zachariæ Vener. Abbati noſtro caſas ad Ponticellum in quantas ibidem Wadulphus habere viſus fuerit, cum curtibus & hortis ſimul & terricellam vacuam quæ trans rivum eſt; denique molinum & balneum quod in nominato loco eſſe invenitur; ſimul etiam & familiam nomine Albinus cum uxore ſua nomine Candida, cum filiis & filiabus ſuis, omnia & in omnibus in quantum jam nominatus ad Ponticellum Wandolphus habere viſus fuerit, tibi ſupra dicto Zacharia Abbas, ea ratione ut à nullo quopiam homine nullam habeas aliquando aliquam quæſtionem aut reprehenſionem. ſed perpetuis temporibus, per hoc noſtrum firmiſſimum præceptum ſecuriter & firmiter habere & poſſidere valeas, & quicquid exinde facere volueris in tua ſit poteſtate.

Quod vero præceptum Conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis dictavi ego Petrus Vicedominus & Referendarius tibi Teodoaldo Notario ſcribendum. Actum Beneventi menſe Novemb. in Palatio per Indict. 5.

Grimoaldus de ſervis qui aſſociaut ſibi liberas fœminas.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Nos vir glorioſiſſimus Grimoaldus Domini providentia Beneventanæ Provinciæ Princeps, motus Omnipotentis Domini providentia ac miſericordia, & pro redemptione animæ noſtræ, ſuggerente glorioſæ poteſtati noſtrę Zero Gaſtaldo fideli noſtro, concedimus in beatiſſimis Sophiæ & Euphemiæ Monaſteriis omnes ſervos ipſarum Eccleſiarum, qui liberas mulieres duxerunt vel duxerint cum ipſis ſuis uxoribus & cum filiis atque filiabus ſuis, ſicut ad noſtrum Palatium evenerunt vel evenerint; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum rector prædictarum eccleſiarum præfatas omnes familias, ut ſuperius legitur, habere & poſſidere valeat, & à nullo ex noſtris judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel a quibuſcunque gentibus habeat aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus, quicquid ſuperius conceſſimus, poſſideat.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Leo notarius. Actum Beneventi in ſacro Palatio. an. 2. m. Jan. Ind. 1. feliciter.

Giſolphus de S. Sophia in Ponticello.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Firmamus atque concedimus, nos vir glorioſiſſimus Dominus Giſolphus ſummus Dux gentis Longobardorum in Eccleſiam B. Sophiæ, quam Zacharias Venerabilis Abbas Pater noſter à fundamentis ædificare viſus eſt, in loco qui nominatur ad Ponticellum, qui fuit de quodam Wandolpho, omnia & in omnibus de quibus Dominus bonæ memoriæ Romualdus genitor noſter, prædicto Zachariæ Abbati conceſſit; unde & præcepta poteſtatis firmata habere videtur, id eſt in primis caſas cum curtibus vel hortis, molinum & balneum clauſurias, ubi ipſa Eccleſia ædificata eſt, & terram vacuam, quæ eſt trans rivum, & alium hortum qui eſſe videtur juxta fluvium Sabbathis, qui fuit quodam Traſoaldo; ſimul & eam caſam quæ fuit in Decimoquinto, quæ fuit de quodam Pergoaldo, ſimul cum terris, vineis, pratis ſeu clauſuris, cultum, & incultum, omnia & in omnibus, quantum in eodem loco habere viſus fuit; ſimul & omnem ſubſtantiam cujuſdam quod totum trans tadini, caſas, terras, vineas, cultum & incultum, mobilia & immobilia, qui habitare viſus fuit erga S Valentinum, ſimul etiam & omnem ſubſtantiam quę fuit cujuſdam Ajoaldi filii cujuſdam Seduli; tam caſas intra hanc Beneventanam civitatem, quam & caſale & domum, cultas, vineas, territoria, cultum & incultum, mobilia atque immobilia, & omnem ſubſtantiam cujuſdam fiſculi caſarii caſas, vineas, territoria, cultum & incultum, mobilia atque immobilia, ſervos & ancillas, omnia & in omnibus de quantum nominato fiſculo pertinuit in ſubſtantia; ſimul etiam & terram in loco qui nominatur Lauri fluvius, quam Paulus, Deusdedit Venerabiles Abbates habere viſi ſunt per Dominum Zachariam; ſed & ſubſtantiam quæ fuit cujuſdam Juliani, omnia & in omnibus quantum ei portio fuit, quod Deusdedit Abbas habere viſus eſt, ſimul greges pecorum cum mandris paſcuis ſeu paſtoribus ſuis, quæ fuerunt de Corbulo Amaſſario tres cum jumentis ſuis caballos domitos quindecim, armentum de Vaccis & bovibus domitis carra ferrata, argentum, vel omnia quæcunque ipſe Abbas Zacharias ſua ſpontanea voluntate in ipſum Venerabilem locum B. Sophiæ offerre prævideri: ; in ea vero ratione ut de his omnibus in Eccleſia B. Sophiæ noſtrum præceptum firmemus, & quod ab omni ſubjugatione hominum eam abſolvimus, ut neque ad Epiſcopos donetur, neque à Xenodochiis defendatur, neque ab ullo Monaſterio, aut à quolibet eccleſiaſtico ordine ſubjugetur, ſed ſacerdos qui in eodem monaſterio deſervierit abſoluta ſecuritas ei permaneat, excepto quod ad noſtrum ſacrum Palatium obedientiam habeat. Et qui contra hoc præceptum oſſertionis atque firmationis ire tentaverit, ſicut ſacrilegus ab altari repellatur, & in trecentorum & octo Patrum maneat anathemate, & cum Juda traditore ęterno mancipetur ſupplicio; & ſic noſtra præſens definitio atque roborationis præceptum ſecundum præceptum genitoris noſtri ex hoc & in perpetuis temporibus maneat roboratum.

Quod vero præceptum offertionis ex juſſione nominatæ poteſtatis dictavi ego Audefuſus referendarius tibi Adelcho notario ſcribendum. Actum Beneventi in Palatio, menſe Jul. per Indictionem 13. feliciter.

Siſulphus Zachariæ Abbati de S. Sophia ad Ponticellum.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Firmamus nos Dominus vir glorioſiſſimus Siſulphus ſummus Dux gentis Longobardorum in Monaſterio B. Sophiæ, cujus Baſilicam Domino auxiliante Zacharias Venerabilis Abbas in proprio juris ſui ſolo noviter conſtruere, atque monaſterium ibidem ſtruere, atque Monaſteriali definitione conſecrare omnia & in omnibus eidem nominato Zachariæ Abbati à bonæ memoriæ Domino Romoaldo genitore noſtro conceſſa ſunt, quantum ipſe

Ab-

A

Abbas in eodem Monaſterio offerri providerit, atque conceſſerit, vel antea ex dono antelatæ poteſtatis, vel noſtræ, aut de quolibet conqueſtum obtinuerit vel donaverit, ſit firmum & ſtabile, & à nullo quopiam homine, nullo quoque adveniente tempore ab eodem venerando loco aliquando ſubtrahatur, neque à nobis, neque à poſteris noſtris, & hoc firmamus, ut nulli Epiſcoporum ſubjaceat aliquando idem Monaſterium, aut Abbas, qui diebus vitæ prædicti Zachariæ patris noſtri in eadem ſit poteſtate tam Abbas quam Monachi ſeu cuncta ſubſtantia, ſive Abbatem voluerit ordinare, vel quidquid de rebus & monaſterio facere voluerit, in ejus permaneat ditione; poſt vero obitum Abbatis ipſius Monaſterii in ſua ſit privilegii poteſtate, & ad emptum quemlibet, neque ad Synodum nullum habeat audientiam, ſolummodo ad noſtrum ſacratiſſimum Palatium; & hoc firmamus, ut neque poſteris aut Judicibus noſtris per nullam quamvis rationem, in ipſum monaſterium quamlibet

B

perſonam ad habitandum aut pro ora applicandum quiſquam mittatur, niſi quem ſibi ſponte Abbas & monachi, ſive ad habitandum, ſive ad hoſpitandum ſuſcipere voluerint; & ab hodierna uſque die, & in perpetuo tempore ſit ipſe locus ab omni conditione ſolutus, & à ſæcularium, & à quolibet Eccleſiaſtico gradu: & ſi quis hoc ad infringendum tentaverit, nulla ei licentia tribuatur.

Quod vero præceptum firmationis ſeu privilegii, ex juſſu nominatæ poteſtatis dictavi ego Triſuſus Duddus & Referendarius tibi Adelpho Notario ſcribendum. Actum Beneventi in Palatio, menſe Aug. per Indictionem 12. feliciter.

Giſolphus Abbati Zachariæ de S. Sophia ad Ponticellum.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Firmamus atque concedimus nos vir glorioſiſſimus Dominus Giſolphus ſummus Dux gentis Longobardorum in Eccleſia S. Sophiæ, quam

C

Zacharias venerabilis Abbas a fundamentis ædificare viſus eſt, in loco qui nominatur ad Ponticellum, qui fuit cujuſdam Wandolphi, omnia & in omnibus quæ bonæ memor. Dominus Romualdus genitor noſter prædicto Zachariæ Abbati conceſſit, & per ſua roboravit præcepta; id eſt, in primis caſas cum curtibus & hortis, molino, balneo, ſeu clauſuris, omnia & in omnibus, quæ fuerunt de quodam Walduipho, integrum ſicuti præceptum firmatum eſt à Domino genitore noſtro; ſimul & omnia quæcunque ipſe Abbas Zacharias ſua ſpontanea voluntate ſuaque ſpontanea mente ipſum venerabilem locum B. Sophiæ offerri voluit; in ea vero ratione hæc omnia in ſæpefata Eccleſia ſanctæ Sophiæ per noſtrum præceptum denuo firmavimus, quod ab omni ſubjugatione hominum eam abſolvimus, eo, ut neque ab empto dominetur, neque ulli ſubeſſe debeat Monaſterio, neque à Xenodochio defendatur, ſed ſacerdoti qui in eodem monaſterio deſervierit, abſoluta ſecuritas ei permaneat,

D

excepto, quod ad noſtrum ſacrum palatium audientiam habeat; & dum Dominus ſupernotato Zachariæ ſpatium vivendi conceſſerit, in ejus ſint poteſtate omnia. Et ſi quis contra hoc præceptum firmationis atque offertionis tentare voluerit, habeat portionem cum Juda traditore Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatenus ab hodierna die ſit noſtrum præceptum firmum ſtabile, & ab omni abſolutione ſolutum, & in perpetuis temporibus firmum & inviolatum permaneat.

Quod vero præceptum firmationis, atque offertionis ex juſſione nominatæ poteſtatis dictavi ego Adeſuſus Duddus & Referendarius tibi Adelbo notario ſcribendum. Actum Beneventi in Palatio, menſe Julio per Indict. 13. bene atque feliciter.

Giſolphus de judicatu Frederici Cellarii.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Firmamus nos Dominus vir glorioſiſſimus Giſolphus ſummus Dux gentis Longobardorum, vobis Zachariæ ſanctiſſimo Abbati noſtro judicium ſeu judicatum Domini genitoris noſtri bonæ memor. Domini Romualdi, de altercatione quam tecum habuit uxor cujuſdam Friderici Cellarii de quodam Wandulpho una filiaſtro ſuo, qui genitori noſtro falſum præceptum oſtenderunt, quaſi ut eis poteſtatem conceſſiſſet, ut eis caſam ad Ponticellum, quæ poſita eſt ſecus viam, ubi prius ipſe habuit ſtationem, & dum vos qui ſupra Zacharias in præſentia genitoris noſtri præceptum ei oſtendiſtis quod continebat conceſſionem de prænominato Wandulpho, integrum pertinentem ipſum locum, ubi continuo moratus eſt Dominus genitor noſter, quæ vobis Zachariæ Abbati omnia & in omnibus in eodem pertinentia loco ad Ponticellum antea conceſſerit, & ipſum præceptum firmaverit, & nulli alii cuiquam homini exinde aliquid aliquando donaverit; neque per ejus juſſionem ejus præceptum firmatum eſt, ſed ſolummodo vobis, qui ſuper, Zachariæ continuo vobis ſuum firmiſſimum judicatum fieri præcepit, ut nullo quoquo tempore adveniente unquam habeat vigorem; uxor autem & filii quondam Friderici, aut quælibet alia perſona, neque per poteſtatem, præceptum, neque per aliud quodlibet præceptum, aut chartulam de ipſo loco caſam aut terram de quondam Wandulpho requirendum, ſed perpetuis temporibus, ſicut per ejus poteſtatis præceptum ſæpefato Zachariæ conceſſum eſt, in Eccleſiam quam ipſe ædificavit, poſſidendum permaneat. Propterea noſtra, quæ ſupra, glorioſa poteſtas, dum Domini genitoris noſtri legere feciſſet judicatum, ſtatim placuit nobis juxta timorem Dei, per hoc noſtrum firmitatis præceptum, hoc judicium & judicatum renovare atque firmare, ut nullus aliquando habeat vigorem cauſare, quærere, aut prædictum Abbatem vel ejus poſteros quoquomodo inquietare, neque per chartulam neque per præceptum, ſed ex hoc & in perpetuum ſecuriter & firmiter omnia & in omnibus, quantum Wandulpho fuit, ad Ponticellum valeant poſſidere.

Quod vero præceptum firmitatis judicati, ex juſſione nominatæ poteſtatis, dictavi ego Andeſuſus Duddus & referendarius tibi Adelbiſo Notario ſcribendum.

Actum Beneventi in Palatio, menſe Novembri, per Indict. 14. feliciter.

Giſolphus Zachariæ Abbati de ſubſtantia Auroaldi Cortiſani.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Giſolphus ſummus Dux gentis Longobardorum, vobis Zachariæ Abbati ſanctiſſimo, Patrique noſtro, omnem ſubſtantiam quæ Auroaldi fuit Curtiſani noſtri, tam caſas infra hanc Beneventanam civitatem noſtram, quam etiam & foras, domoscultas, condomas, ſervos & ancillas, caſas, vineas, territoria, cultum & incultum, mobilia atque immobilia, ſimulque Muſolam cum filio ſuo Sabbatino & Franculo, quos ſine noſtræ juſſione poteſtatis tibi ipſam ſubſtantiam poſt obitum Auroaldi conceſſeramus curtiſanos de ipſis ſervis qui fuerant; nunc denuo ipſam ſubſtantiam integram cum ipſis ſervis conceſſimus, ut à nullo quopiam homine unquam habeas aliquando aliquam quæſtionem aut reprehenſionem, ſed perpetuis temporibus ſecuriter & firmiter per hoc noſtrum firmiſſimum præceptum, ſicuti Auroaldi fuit, integrum habere & poſſidere valeatis, vel facere de eis quodcunque volueritis: & ſi forſitan præceptum aut judicatum ſibi Sabbatinus aut Franculus vel quiſpiam ex eis* fecit, inanis remaneat, & vos ſicut diximus, prædicta ſubſtantia frui valeatis.

Quod vero præceptum conceſſionis, ex juſſione nominatæ poteſtatis dictavi ego Andeſuſus Duddus & referendarius tibi Adelbo notario ſcribendum.

Actum Beneventi in Palatio, menſe Januario, per Indictionem 4.

* *Neuſo*

Gi-

Giſolphus de Condoma Palumbi Piſcatoris.

In nomine Domini Dei Salvatoria noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Dominus Giſolphus, ſummus Dux gentis Longobardorum, vobis Zachariæ ſanctiſſimo Abbati patri noſtro, condomam nomine Palumbus Piſcator cum nxore, filiis & filiabus, & cum omnibua eorum pertinentiis, cum caſis, vineia, terris cultis & incultis, mobilibus, peculiia, cum quantum uſque modo ad manum noſtram deſervire viſus fuit, integrum, qui habitare videtur ad pontem lapideum, & fuit de ſubactione ſecundi Gaſtaldi & Veſtarii noſtri. quatenus ab hac præſenti die, & in perpetuis temporibus vos qui ſupra, Zacharia, etiam & quod exinde facere volueris, in tua ſemper ſit poteſtate, & à nullo quopiam Gaſtaldo, vel actore unquam vos in aliquo moleſtare præſumat de ea quam noſtra glorioſa conceſſit poteſtas, ſed ſecuriter & firmiter per hoc noſtrum præceptum nominatum condomam cum omnibus rebus ſuis habere & poſſidere valeatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego nominati glorioſiſſimi Domini noſtri Giſolphi & dictavi ego Geattaans Notarius.

Actum in hoc noſtro ſacratiſſimo Beneventano Palatio, menſe Jun per indictionem 12. feliciter.

Romualdus Zachariæ Abbati de caſis, vineis, territoriis & omni ſubſtantia cujuſdam noſtri Totonis.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Romualdus ſummus Dux gentia Longobardorum, tibi Zachariæ venerabili Abbati omnem portionem ſubſtantiæ quondam Totonia transpadini; hoc eſt, caſas, vineas, territoria, cultum & incultum, mobilia atque immobilia, omnia & in omnibus, quidquid nominato Totoni pertinuit portionis, & quod poſt ſuum reliquit diſceſſum, tibi Zachariæ venerabili Abbati conceſſimus poſſidendum, qui ipſe Toto habitare videbatur ſub ſancto Valentino; quatenus ab hodierna die habeas & poſſideas ipſam ſubſtantiam tu, qui ſuper Zacharias venerabilis Abbas, & quodcunque exinde facere volueris in tua ſit ſemper poteſtate, & à nullo quopiam homine nullam habeas aliquando quæſtionem aut reprehenſionem ſed perpetuis temporibus per hoc noſtrum firmiſſimum præceptum ſecuriter & firmiter ipſam jam nunc nominatam ſubſtantiam habere ac poſſidere ſemper valeas.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis dictavi ego Petrus Vice-dominus referendarius tibi Grauſoni notario ſcribendum.

Actum Beneventi in Palatio, menſe Aprili per Indict. 6. feliciter.

Giſolphus de Monaſteriis S. Mariæ & S. Petri apud Aliſas in loco Maſſano.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Humilium poſtulatio, quæ Divinum & diuturnum judicum innoteſcit auditum, neceſſe eſt principaliter pro Dei amore eorum preces audire; ideoq; firmamus nos vir glorioſiſſimus Giſolphus ſummus Dux gentis Longobardorum tibi Tuccuni Reverendiſſimo, ut ſecundum petitionem tuam Monaſterium beatæ ſemperque Virginis Mariæ Dei Genitricis, & S. Petri Principis Apoſtolorum apud Aliſas poſitum in loco qui dicitur Maſſana, quem tu ædificare viſus fuiſti, in tuam credimus diſpoſitionem; propterea per hoc noſtrum præſens præceptum jubemus atque firmamus per rogum Tuccuni, ſeu Criſpinæ Abbatiſſæ, & Natalem Abbatem in eodem Monaſterio confirmara in tua poteſtate omnia jura Monaſterii ſubjaceant; ita videlicet, ut nullus Epiſcopus ſibi in id Monaſterium aliqua jura exhibeat, tantummodo ſub noſtri feliciſſimi Palatii diſpoſitione permaneat; & cum noſtra ordinatione Abbas quem ſibi Monachi de eodem Monaſterio elegerint ordinetur; & ſi quis ex Monachis de Monaſterio ſancti Quirici ibidem voluerit quoquo tempore habitare, communi vitæ ſub Abbate & Regula ibidem ſubjaceant; & nullo quoquo tempore habeat aliquis vigorem aliquid exinde ſubtrahere, aut tentare, ſed in perpetuis temporibus tam tu Natalia quam & poſteri ſecuriter, & firmiter in eodem venerabili loco deſervire valeatis.

Quod vero præceptum firmitatis, ex juſſione nominatæ poteſtatis, dictavi ego Arefuſus Duddus & referendarius tibi Godeperto Notario ſcribendum.

Actum Beneventi in Palatio, menſ. Aug. per Indictionem undecimam feliciter, ac firmiter.

Romualdus de Eccleſia ſanctæ Mariæ & ſancti Petri in Maſſano.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Magni eſt apud Dominum, qui ſanctorum commendationis obtinet meritum; dum quis de ſuis propriis rebus Domino Deo Creatori, ac Redemptori non offert munus, ſed ſibimetipſi in æternum præparat manſionem. Una cum voluntate & juſſione Domini viri glorioſiſſimi Romualdi ſummi Ducis gentis Longobardorum, ego Juſtinianus una cum conjuge mea Domila, & cum conſenſu filiorum in Monaſterio beatæ ſanctiſſimæq; Virginis Mariæ, ſanctiq; Petri Apoſtolorum Principis quod fundatum eſt in loco qui dicitur Maſſanum, omnes res noſtras quicquid habere viſi ſumus; id eſt, caſaa, vineas territoria, cultum & incultum, mobile & immobile, omnia & in omnibus, in ipſum venerabilem locum offerimus poſſidendum; pro eo quod nominatos filios noſtros in ipſum monaſterium Monachorum Regulæ tradidimus ad deſerviendum; ea vero ratione, ut ſi quoquo tempore nominati filii noſtri ſe de ipſo ſancto loco ſubtrahere voluerint, non habeant licentiam niſi ut ſuperius legitur cum omnibus rebus noſtris in prædictum Monaſterium ſicuti & alii Monachi deſerviant. Unde pro firmitate hujus membrani nominatam poteſtatem poſtulavimus, & effigiem annuli ſui affigi præcepit.

Quod vero præcepum offertionis ex juſſione nominatæ poteſtatis dictavi ego Ueſus referendarius tibi Urbano Notario, ſcribendum.

Actum Beneventi in Palatio menſe Jan. per Indictionem ſecundam.

Indictum Atrichi de Condoma, quæ habitare videtur in prata Mauritio Abbati ſancti Benedicti.

In Dei nomine. Conjunximus nos Dominus vir glorioſiſſimus Atrichus ſummus Dux gentis Longobardorum, in curte noſtra, quæ vocatur Montella, ubi vivens Mauritius venerab. Abbas, Monaſterium S. Benedicti, quod ſitum dignoſcitur eſſe intra civitatem noſtram Beneventanam, ubi Xenodochium eſſe invenitur, & ſuggeſſit nobis, eo quod condomam quam bonæ recordationis Domina Theoderada, cum Domino Giſolphu filio ſuo obtulerunt in prædicto monaſterio, quæ habitare viderur in prata, Zacharias qui fuit Abbas contra Canonicam Regulam liberavit, ſicque modo ſe à ſuo ſervitio ſubtrahere quærant: Nos quippe dum talia audiſſemus, continuo juſſimus ante noſtra veſtigia ipſos homines, id eſt, Cœleſtinum, Lupum, & Urſum, qui cauſam ſuam de germanis agebant, & inquiſivimus eos pro qua ratione ſe à ſervitio ipſius venerab. Monaſterii ſubtraherent? Qui adſerentes dixerunt: Certè verum eſt quia & nos à parentibus noſtris Domina Theoderada cum Domino Giſolpho Duce filio ſuo contulerunt in ipſo Monaſterio, & ſervi exinde fuimus ei; poſtea Zacharias qui ibi Abbas fuit, liberos nos conſtituit per præcepta glorioſiſſimæ mem. Dom. Giſolphi junioris, ſeu Godeſcalchi Ducum, & per legem qualiter liberi conſtituti ſumus, in noſtra libertate permanere debemus. Ad hæc reſpondebat nominatus Mauritius Abbas: verum eſt, ſicut aſſeritis, quod vos quandoque Zacharias liberos conſtituit, ſed non ſicut ſecundum legem, & ſanctorum Patrum inſtitutionem, ſeu Canonicam ſanctionem; & ideo vobis ipſa libertas firma, & ſtabilis eſſe non

de-

debet, ſed qualiter ſecundum offertionem iſtam, qoam ecce præ manibus teneo, vos nomiuata poteſtas conceſſit, ſervire debetis. Tunc dum hæc omnia noſtra glorioſa poteſtas inrellexiſſet, ſecimus relegi offertionem, quam Mauritius Abbas Monaſterii oſtendebat, & inſertum ibi invenimus, qualirer Domina Theodorada cum Domino Giſolpho filio ſuo Duce ſupranominatas condomas ihidem conceſſeront per ſuum firmiſſimum præceptum; deinde juſſimus relegi & præcepta alia, quæ Cœleſtinus cum nominatis parentibus ſuis de ſua libertate oſtendebat, ubi legebatur: qualiter eos Dominus Giſolphos junior Dux ſeu Godeſchale qui ſuerat Dux, per rogum quondam Zaccbariæ libertaſſent, ſed etiam & firmitatem de ipſis præceptis quam eis emiſeraut Scauniperga cum Livaprando filio ſuo. Quibus relectis, & agnitis eorum altercationibus, præcepimus ſacros adduci Canones in noſtram præſentiam, quorum capitula, ita continentes invenimus in ſanctorum Apoſtolorum, ſeu Nicæno, necnon & Ancyrauo, atque Sylveſtri Papæ Urbis Romæ Conciliis, ut nullus Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorum & Clericorum, qui ſacris & venerabilibus locis præeſſent, res Eccleſiæ diſtraherent, aut alienare præſumerent; & qui præſumerent, à proprio gradu diſcederent. Poſt hæc, ut inreprehenſibiliter præſtante Domino judicium dare poſſemus, juſſimus adduci edictum gentis uoſtræ Longobardorum, quod ſciſcitantes inveuimus, qualiter bonæ recordat. Dominus Luitprandus Rex judicavit, & inſtituit, ut præcepta facta, quæ anteriora eſſent, firmiora & ſtabiliora eſſent; ſicut voluimus ut noſtra præcepta ſemper robur obtineant; idcirco decrevimus atque ſtatuimus, ut nominati homines, id eſt, Cœleſtinus cum uxore & germanis ſuis, atqne Lupus cum genitore, uxore & filiis ſuis, & nepotibus, id eſt, filiis Butie & Calbuli, ſed etiam & Gemulus, cum uxore & filiis ſuis, qualiter ad poteſtatem prædicto jam Monaſterio ſunt conceſſi, obediant & deſerviant perpetuis temporibus in ipſo ſancto loco, & ipſius Cuſtodibus, cum omnibus rebus ſuis, & cum filiis & filiabus; qnos & in præſentia ſæpius dicto Abbati Mauritio in manum tradere juſſimus, & præcepta ipſorum ante noſtrum conſpectum caſſari fecimus; tantum de filiis Cœleſtini, pro cauſa pietatis & animæ noſtræ ſalnte, quos aſſerebat de Atrimanatos eſſe, decrevimus, ut libera & abſoluta permaueret perſona eurum; unde & eis præceptum fieri juſſimus: ipſe vero Cœleſtinus cum conjuge ſua & omnibus ſuis, ſeu fratre ejus, & cuncti omnes ſuperius, & cum rebus & filiis & filiabus ſuis, atque conjugibus, omni in tempore eſſent ſervi jam numinati monaſterii ſancti Benedicti, ſicut & alii qui ibidem deſerviunt. Unde pro firmitate venerabilis loci, hoc noſtrum præcetum judicatum fieri juſſimus; ut nullo tempore præd. Cœleſtinus, Lupus, & Urſus, vel eorum hæredes de ſuo libertate agere præſumanr, ſed ab hodierno die & perpetuis temporibus, tam tibi, qui ſupra, Mauritio, quam & ſucceſſoribus tuis obediant & deſerviant cum omnibus rebus ſuis, omui repetitione ceſſante, & in veſtra ſint poteſtate, faciendi ex eis Canon cè quidquid vobis placuerit.

Quod vero judicatum definitionis, ex juſſione nominatæ poteſtatis, dictavi ego Gaydemarius tibi Bento Notario ſcribendum.

Actum in nominata Curte noſtra Montellari, menſe Auguſti per Indictionem decimam quintam feliciter.

Radelchis de ſervis in Decimo quinto, abi dicitur Pontilia.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Radelchis Domini provideucia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Nonatrii Comitis noſtri, & Antonii Præpoſiti in Monaſterio ſanctæ Sophiæ, quod ſitum eſt intra hanc Beneventanam civitatem, Aldolum & Waldiprandum germanos filii Mauriperti, & Leopardum ſeu Rugulum, cum uxoribus, filiis & filiabus, nuribus, ſervis atqu ancillis, & omnibus rebus eorum mobilibus & immobilibus, & omnia eorum pertinentia; qui habitare videntur in Decimo quinto, loco qui Pontilia dicitur; veluti ob meritum culpæ illorum, eo quod à Sicenolpho ſugerunt, & ad ſacrum uoſtrum Palatinm evenerunt; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum, prædicta omnia quæ ſuperius leguntur, Rectores jam d. Cœnobii habere & poſſidere valeant, & à uullo ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeant aliquam requiſitionem, ſed cuncta quæ perleguntur, perpetuis temporibus poſſideant Rectores præuominati Monaſterii.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Audoaldus Notarius. Actum Beneventi in Palatio, anno decimo ſeptimo intrante menſe Julio, Indict. 3. feliciter, ac proſpere.

Radelchis de Eccleſia ſanctæ Sophiæ, & de ſancto Budſeno, atque terra juxta eam ipſam Eccleſiam.

In nomine Domini Dei Salvatoris uoſtri Jeſu Chriſti. Nos vir glorioſiſſimus Radelchis Dei Providentia Princeps gentis Longobardorum, filius Dom. bonæ recordationis Adelchi, ob ſalutem animæ uoſtræ, conceſſimus in Monaſterio beatæ ſanctiſſimæque virginis Sophiæ, quod conſtructum eſſe dignoſcitur intra hanc uoſtram Beneventanam civitatem, quæ pertinuit hoſpitali ſacri uoſtri Palatii per hos fines; de duabus partibus, uſque terram prædicti Monaſterii ſanctiſſimæ virginis Sophiæ, de tertia parte uſque ad parietem ex caſa Monaſterii ſancti Beuedicti quod vocatur Xenodochium, de quarta parte uſque ad traſendam publicam prædictæ noſtræ civitatis; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum, integram ſupradictam terram, S. Sophiæ Monaſterium, ejuſque Rectores habere & poſſidere valeant, & à nullo ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeant aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideant.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Petrus Notarius.

Actum Beneventi, ſecundo anno, menſe Februario Indict. 14. feliciter admodum.

Radelchis de terra & vinea, in loco qui dicitur Fabrica.

In uomiue Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Radelchis Domiui providentia Longobardorum gentis Princeps, filius Domini bon. recordat. Adelchi, per rogum Aderici Abbatis noſtri, tibi Chriſſio Præpoſito Monaſterii ſanctæ Sophiæ, quod conſtructum eſſe videtur intra Beneventanam civitatem noſtram, integram modicam terr.cellam cum integra vineola, quæ fuit Alachis liberi hominis, in loco qui Fabrica vocatur, in finibus Forianenſibus, veluti legibus ad ſacrum uoſtrum evenit Palatium, eo quod ſine hæredibus deceſſit; ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc uoſtrum roboreum præceptum, ſupradictam integram terricellam & vineolam, tu & poſteri tui habere & poſſidere valeatis, & à uullo ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, & Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis, ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Petrus Notarius.

Actum Beneventi, primo anno, menſe Jun. Indict. 14.

Giſolphus de ſylva, & manſuncta.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Giſolphus ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogum Schaumpergæ glorioſiſſimæ. &

dile-

Digitized by Google

dilectæ conjugis noſtræ, in Monaſterio Sancti Stephani Protomartyris, quod fundatom dignoſcitur eſſe in ſtrada ubi Rimecauſus Reverendiſſimus Abbas regimen tenere videtur, ſylvam cum terra vacua quæ fuit de gaio noſtro in nominata platea, id eſt, de via in viam, & de alio latere uſque io aliam ſtradam quæ nominatur ſtrada major, de tertio vero latere uſque in prædictam Eccleſiam ſancti Stephani Martyris qualiter nominata ſylva à Rotulo Gaſtaldo noſtro per noſtram juſſionem nobis tradita eſt, quæ fuit de actu nominati Rotuli; quatenus amodo & deinceps habeas ea,& poſſideas tam tu ſupranominate Rimecaoſe, qoam & poſteri tui, qui in oominato ſacratiſſimo Monaſterio ordinati fuerint; & oullus ex noſtris gaſtaldis, aut accionariis, vel quiſquam homo cootra noſtræ coocesſionem poteſtatis, quandoque tranſire præſumat, ſed noſtra concesſio omni in tempore roborea pereooiſque temporibus inviolata permaneat ſemper.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis, & ex dictatu præd. Domini noſtri glorioſiſſimi Giſolphi, ſcripſi ego Petrus Notarius.

Actum in hoc ſacratiſſimo Beneventano Palatio menſe Novembri, per Indictionem quartam feliciter.

Giſolphus Rimecauſo Abbati de Monaſterio ſancti Stephani.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Giſolphus ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogum Schaunibergæ glorioſæ dilectæqoe conjugis noſtræ tibi Rimecauſo Abbati noſtro de Monaſterio ſancti Stephani Martyris glorioſiſſimi, quod fundatum eſt in Strada, pueros duos nomine Urſus & Ditentius una cum oxoribus, filiis, ac filiabus ſuis pro homicidio quod perpetraverunt, ſolummodo eorum perſonæ, & fuerunt de acto Canoſino, quem modo Gaſtaldus noſter tenere videtur; quatenus amodo, & deinceps habeas & in tuo ſervitio detineas, tam tu ſupernominate Rimecauſe; & quidquid de eis facere volueris in tua ſint omnia poteſtate, & nullus ex noſtris gaſtaldis, aut accioariis, nec quiſquam homo contra noſtram poteſtatem quandoque ire ſibi præſumat, verum noſtra conceſſio nunc & omni tempore firma ac roborata permaneat.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſu, & dictatu nominati glorioſiſſimi Domini Giſolphi ſcripſi ego Joannes Notarius, data juſſione in hoc noſtrum ſacratiſſimum Beneventanum Palatium, menſe Mart. per Indict. 15. feliciter.

Sico Adelchiſæ filiæ Atrichi, de caſa, & curte infra hanc civitatem.

In nomioe Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Sico Dei providentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Radelchis Gaſtaldi fidelis noſtri, vobis Adelchiſæ filiæ ſanctæ recordationis Domini Atrichis, integram caſam & curtem, intra hanc Beneventanam civitatem, qoæ dicitur Curtis minor, eſt enim in fine monaſterii S. Sophiæ, & vadit uſque ad plateam Marii; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum, prædictam caſam com integris finibus ſuis, tu & hæredes tui habere, & qnidqoid de eadem judicare, vel diſponere, volueris, in toa ſit poteſtate judicandi qualiter tibi placuerit; & à nullo ex noſtris Judicibus, id eſt Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus, habentis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ſcripſi ego Theodoricus Notarius.

Actum Beneventi, primo anno, menſe Novembri, per Ind. 11 feliciter.

Adelchis de Aldionibus in Cepalone.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Adelchis Domini providentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Adeltrudæ dilectæ conjugis

A noſtræ, tibi venerab: Præpoſito & medico fideli noſtro Erioepertum & Ragenipertum, ſeu Ermenandum germani filii Mauri, & Leonem filium Zeuſari Aldionis Monaſterii S. Benedicti in Cepaloni, & pertinent ipſis ex miniſterio cujuſdam Guaconis Marepaſis, ut oollo in tempore dent penſionem, oeque angariam faciant, oeque hoſtes; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædicta omnia quæ perleguntur, firmiter habere & poſſidere valeatis, vos & Rectores prædicti Monaſterii, & à nullo ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, verumtamen perpetuis temporibus firmiter poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis, ex juſſione nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Thomas Abbas.

Actum Beneventi, viceſimo tertio anno, menſe Febr. Ind 9. feliciter adiaodum.

Incipiunt Capita tertiæ partis.

B 1 *Romualdus de Condoma in Græcia.*
2 *Romualdus.*
3 *Giſolphus de Eccleſia ſancti Petri in Quinto decimo.*
4 *Giſolphus & Zacharias Abbas.*
5 *Giſolphus de caſa Arivioldi.*
6 *Grimoaldus de facultatibus Grnſolphi.*
7 *Siconis de Curte in Siniano.*
8 *Siconis.*
9 *Godeſcalchus de loco qui dicitur Fetilin.*
10 *Scaanipergn & Luitprandus de S Gregorio, quam Felicitas ædificavit.*
11 *Liutprandus de caſis & aliis rebus intra, necnon & extra hanc civitatem.*
12 *Sicardus de re Allonis, atque de caſellis ſacri Palatii.*
13 *Sicardus de Curte in loco Foltaneſe.*
14 *Sicardus de Furcle modiorum quindecim.*
15 *Sicardus de rebus in loco Foltaneſe.*
16 *Radelchis de rebus in loco Foltaneſe.*
C 17 *Radelcharius de rebus in Liturano & Curſano,*
18 *Radelchis de terricellis intra hanc civitatem, juxta caſam Petri Mariſchalchi.*
19 *Radelchiſus de ſubſtantiis Ragemprandi.*
20 *Radelchiſus de caſa, & terris intra civitatem, propinqua Eccleſiæ ſancti Benedicti.*
21 *Radelchiſus de terra intus hanc civitatem, propinqua Eccleſiæ S. Benedicti, & ſtabulo ſacri Palatii.*
22 *Radelchiſus de ſubſtantia Drogonis.*
23 *Atrichis de Eccleſia ſanctæ Mariæ, & ſancti Marciani in loco qui dicitur Adpleata.*
24 *Alonis de piſcatione in mari Sipontino.*
25 *Atrichis de rebus, & gipſariis in Nuriano.*
26 *Scauniperga & Luitprandus.*
27 *Giſolphus de Condoma in loco qui dicitur Silecet.*
28 *Grimoaldus de loco qui dicitur Virtſano.*
29 *Grimoaldus de ſervo nomine Pranduluſ.*
30 *Atrigiſus de duobus pueris qui fuerunt de actio Caſanienſe.*
D 31 *Godeſchalchus de caſale in Saptone.*
32 *Romualdus de Colonibus in loco qui dicitur Gratiano.*
33 *Sicardus de Waldo in finibus Apuliæ in loco qui dicitur Anglone majore.*
34 *Radelchiſus de Curte in Matalone.*
35 *Radelchiſus de ſervis en loco Purcorano in finibus Cynituro.*
36 *Radelchiſus de Waldo in canali, & de alio Vvaldo in loco qui dicitur Sappione.*
37 *Radelchiſus de Vvaldo & ſervo in finibus Larinenſibus.*
38 *Adelchiſus de ſervis qui liberas fœminas duxerunt.*
39 *Adelchis de ſervis ex loco Curteſano.*
40 *Pandolphus & Landolphus de civitate Atrivento, & caſtello Angione, & Caccavone, & Cantalupo.*
41 *Landolphus & Atenolphus de curte in Cluſiano*

& in

Digitized by Google

& in Caudi, & ſancto Cirico.

42 *Landolphus & Arnolphus de via publica quæ pergit ad portam Ruſini in flumine Sabbato.*

43 *Pandolphus & Landolphus.*

44 *Landolphus de terris eſfundatis in loco ſupra Matalum.*

45 *Landolphus & Pandolphus de terris foris portam ſummam, intra duas vias publicas.*

46 *Landolphus & Pandolphus de rebus enfundatis in ſtalbas Farcalanis.*

47 *Landolphus & Pandolphus de Eccleſia Sancti Martiani, juxta flavium Calorum.*

48 *Pandolphus & Landolphus de aqua fluminis Caloris.*

49 *Pandolphus de Eccleſia ſancti Martiani juxta Calorem.*

50 *Pandolphus & Landolphus de rebus in ponte Plana, necnon & in altis propinquis locis.*

51 *Pandolphus & Landolphus de hoſpitali in S. Benedicto ad Xenodochium.*

Romualdus de Condoma in Græci.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Romualdus ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogum Tudelachis Gaſtaldi noſtri, tibi Urſu Veſtarario noſtro condomam, nomine Joannis cum uxore, filiis, & filiobus, vel cum omnibus eorum pertinentibus, quæ fuerunt de Græci, de ſubacto tuo Urſe; quatenus ab hodierna die habeas & poſſideas, tam tu, quàm & filii filiorum tuorum, & à nullo quoquam hominum nunquam habeas aliquando aliquem quæſtionem aut reprehenſionem; ſed perpetuis temporibus ipſam jam nominatam condomam cum caſa, vineis, territorio, cultum vel incultum, cum mobili & immobili, omnia & in omnibus habere ac poſſidere valeatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis dictavi ego Petrus Vice-Dominus & referendarius tibi Godeperto Notario ſcribendum.

Actum Benevent, in Palatio, menſe Aug. per Indict. 3. feliciter.

Romualdus.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Firmamus nos vir glorioſiſſimus Romualdus ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogum Urſi Duddi & referendarii noſtri, vobis Joanni & ſorori Tundilæ, ſecundum qualiter ad noſtram poteſtatem poſtulatis, ut ſi tibi Joanni Dominus donaverit ſpatium ad vivendum, ſimulque & ſorori tuæ dum venerit ei tempus ut ſibi virum ſociare debeas, tu Joannes eam ordinare, & in omnibus dotem dare, ſicut omnis diſponit ſororem ad viro ſociandum. Ad hæc poſtulatis noſtram poteſtatem, ut ſicut habet caſus humanus, ſi tu Joannes antequam tibi legitimam uxorem ſociare debeas, & ſine filio de legitima uxore mortuus fueris, ut omnia & in omnibus portio ſubſtantiæ tuæ remaneat Tundilæ ſorori tuæ ad poſſidendum. Et iterum poſtulaſti, ut ſi, quod abſit, & vos Joannes, & ſoror tua ſine filiis de hac luce tranſieritis, ut omnis portio ſubſtantiæ tuæ in poteſtate genitricis veſtræ remaneat, ut ipſa exinde pro ſalute animarum veſtrarum peragat.

Quam vero chartulam firmationis ex juſſione nominatæ poteſtatis dictavi ego Urſus Duddus & referendarius tibi Joanni Notario ſcribendum.

Actum Benevent in Palatio menſe Jul. per Indict. 10.

Giſolphi Indictum de Eccleſia S. Petri in Decimo quinto Ediſicato.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Firmamus nos Dominus vir glorioſiſſimus Giſolphus ſummus Dux gentis Longobardorum. In hoc noſtrum ſacratiſſimum Beneventanum Palatium tunc venerunt in noſtram præſentiam Theodoricus Abbas Monaſterii S. Petri, ad altercandum adverſus Benedictum Presbyterum, propter Eccleſiam S. Petri, quæ ædificata eſt in Quintodecimo.

A Dicebat nominatus Theodoricus: quia prædicta Eccleſia, quam tu Benedicte ob ipſo Monaſterio quæris ſubtrahere, à tempore Domini Theodorici in ipſum ſanctum monaſterium per ejus præceptum oblata fuit, & per legem ibidem audientiam habere debet. Ad hæc reſpondebat pars Benedicti Presbyteri: Verum eſt, quod tu Theodore Abbas ipſam eccleſiam à tempore Domini Theodorici tenuiſti, ſed ſemper per calciaria; nam antea ad S. Mariam in Quintodecimo pertinuit, & per legem ibidem pertinere debet. Demum noſtra glorioſa poteſtate, audita inter eos varia altercatione, & cognoſcentes certam veritatem, quod ipſe S. Petrus ad ſanctam Mariam pertinuit, fecimus venire ſanctos Canones & relegi in noſtra præſentia, & ſic ibidem continebatur: Ut Eccleſia una ab altera non reperetur. Tunc noſtræ glorioſæ poteſtati juſtum viſum eſt judicare ſecundum præcepta Canonum, ut S. Petrus ad ſanctam Mariam pertinere debeat. Propterea hoc noſtrum juſſimus fieri judicatum, ut nullo
B adveniente tempore aliquem habeant vigorem ipſe Theodoricus Abbas, vel poſteri ejus de nominata Eccleſia B. Petri Apoſtolorum Principis aliquid quærere; & ſi quærere tentaverint, ſit quæſtio illorum vacua atque inanis.

Quod vero judicatum definitionis ex dictata & juſſione nominati Domini noſtri viri glorioſiſſimi Giſolphi, per Joannem Notarium ſcripſi ego Gaebelapas notarius.

Data juſſione in hoc noſtro ſacratiſſimo Beneventano Palatio, menſe Majo per Indictionem 14. feliciter.

Giſolphus Dux, & Zacharias Abbas.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Uno cum conſilio & juſſione Domini glorioſiſſimi viri Giſolphi ſummi gentis Longobardorum. Ego Zacharias in Domini nomine Abbas dono atque concedo tibi Lupo eboriſſimo meo tertiam portionem de caſa intra hanc Beneventanam civitatem, quæ mihi ex juſſione poteſtatis evenit; Ideo-
C que tibi Lupo prædicto ipſam tertiam portionem per hoc præceptum glorioſæ poteſtatis firmavi, quatenus amodo, & deinceps habeas tam tu qui ſupra Lupe, quàm & filii filiorum tuorum, & nullus ex noſtris Gaſtaldis aut actionariis, vel quiſquam humo contra ea quæ noſtra firmavit poteſtas, quandoque ire præſumat, ſed noſtra firmitas omni in tempore roborata permaneat. Unde ego, qui ſupra Zacharias, pro confirmanda mea donatione, nominatam glorioſiſſimam petii poteſtatem, ut annulum ſuum affigi præciperet, quod & affixum eſt.

Quod præceptum donationis ex juſſione & dictata Domini noſtri viri glorioſiſſimi Giſolphi Peupraſinus notarius ſcripſit, ego Abbardus dictavi.

Data juſſione in hoc ſacratiſſimo Beneventano Palatio, menſe April. per Indict. 1. feliciter.

Giſolphus de Caſa Trimodi.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Firmamus atque concedimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Giſolphus ſummus Dux gentis
D Longobardorum, per rogum Vice-Domini & Petruli Gaſtaldi noſtri, tibi Ajoni Judici noſtro, caſam quæ fuit quondam Trimodi, quam habuit de Toto, quæ conjuncta eſſe videtur cum caſa tuo ſecundum qualiter tibi ipſam caſam jam antea conceſſimus; nunc autem noſtra, quæ ſupra, glorioſa poteſtas tibi exinde noſtrum firmavit præceptum, ut ab hodierno die habeas & poſſideas, tam tu qui ſupra Ajon, quam & filii filiorum tuorum, & à nullo quopiam homine unquam habeas aliquando aliquam quæſtionem aut reprehenſionem, ſed perpetuis temporibus ſecuriter atque firmiter per hoc noſtrum roborenm firmiſſimumque præceptum, ipſam jam nominatam caſam habere necnon poſſidere valeatis.

Quod vero præceptum firmitatis ac conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis, dictavi ego Joannes Gaſtaldeus & referendarius tibi Vvarnecauſu notario ſcribendum.

Actum Beneventi in Palatio, menſe Febr. per Indict. 4. feliciter.

Grimoaldus de facultatibus Graſolphi.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Dominus vir glorioſiſſimus Grimoaldus, eximius & ſummus Princeps Domino dilectæ atque Catholicæ gentis Longobardorum, tibi Graſolpho filio quondam Rodeliſi. Quoniam obſecraſti clementiam noſtram per Mallonem Gaſtaldum noſtrum, quatenus tibi dare deberemus res facultatum tuarum, quæ pro merito culpæ tuæ ad noſtram ſunt devolutæ eximietatem, pro quo extra provinciam in finibus Græciæ fugam petere viſus es; noſtra vero celſitudo inclinavit aures noſtras, & veſtram obaudivimus petitionem. Quamobrem conceſſimus tibi ſuperius nominato Graſolpho facultates tuas, quidquid nunc penes te habere viſus fueris, tam caſas, quam intrinſecus caſæ condomas, res & ancillas peculia, mobilia & immobilia, omnia & in omnibus, præter quod per ſingulos fideles noſtros, exinde à noſtra glorioſa conceſſum eſt, placuit excellentiæ noſtræ ut abſque requiſitione tua qui ſupra Graſolphe, vel de tuis hæredibus ipſi ſecuro nomine habere valeant; in ea videlicet ratione ut amodo & deinceps habeas & poſſideas ſæpe numero dictas res, ut ſuperius legitur, tam tu qui ſupra Graſolphe quam & tui hæredes, & à nullo ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis aut cujuſvis loci Agentibus noſtris contra ea quæ noſtra conceſſit ſublimitas quandoque ire præſumat.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione ſupradicti Domini noſtri in anno ſexto Domino propitio Principatus ejus ſcripſi ego Theodualdus notarius.

Actum in Curte quæ dicitur Saba, menſe Auguſto per Indict. 5. feliciter.

Sico de Curte in Deſiniano.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Sico, Domini providentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Gutti venerabilis Abbatis noſtri, curtem in Deſiniano in integrum, quæ fuit Mollonis filii Tarſelonis cum ſervis & ancillis, mobile & immobile inde pertinentibus, & quæ per ejus culpæ meritum legibus ad noſtram evenit poteſtatem, tibi eandem curtem cum ſuprascriptis omnibus habendam conceſſimus; in ea videlicet ratione; ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædicta omnia, ſicut ſuperius legitur, tu & hæredes tui habere, frueré & poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem; ſed perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Theodpricus notarius.

Actum Beneventi, nono anno, menſe Jun. Indict. 14. feliciter.

Siconis Principis, anni Domini 821.

In nomine Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Sico, Dei providentia Beneventanæ provinciæ Princeps, per rogum Rodſridi theſaurarii noſtri, tibi Joſepho Examinatori noſtro, terram & vineam modios viginti, quam Leo David Joſeph Maurus Alloliphus liberi homines, ab Auculo Donato, Vitaliano, Lobone, Manduio, Lutephano, Brettone, Maurino, Martino, Graphoaldo, Joanne, Urſu & Petro, ſervis ſacri noſtri Palatii comparaverunt, judiciatia dari Maripali noſtro; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædictam terram tu & hæredes tui habere & poſſidere valeatis. & à nullis ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam reprehenſionem, ſed perpetuis temporibus, ut ſuperius conceſſimus, tu prædictam terram & vineam poſſideas.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Leo Notarius.

Actum Beneventi in ſacro noſtro Palatio, quarto anno, menſe Jun. decima quarta Indictione, feliciter admodum.

Godeſcbalg de loco qui dicitur Fenilia.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Dominus Godeſchalg ſummus Dux gentis Longobar. tibi Auſrid filio quondam Urſi theſaurarii noſtri, puerum nomine Urſum cum uxore, filiis & filiabus ſuis, qui in terra ad habitandum ſe collocaverunt in loco qui dicitur Fenilia, qui fuerunt de actu Sipontino de ſubactione Warneſrid, Gaſtaldi noſtri; quatenus ab hodierna die habeas, & in tui juris dominio vendices ac defendas tam tu qui ſupra Auſrid, quam & filii filiorum tuorum, & a nullo quoque tempore quopiam homine nunquam habeas aliquando aliquam quæſtionem aut reprehenſionem, ſed perpetuis temporibus per hoc noſtrum firmiſſimum præceptum ſecuriter & firmiter vos ſuperius nominati, ipſam prædictam Familiam habere & fruere valeatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Probatus notarius.

Actum in Siponto in Palatio menſe Mart. per Indict. 8.

Scauniperga & Luitprandus de S. Gregorio, quod templum Felicitas ædificavit.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Firmamus nos glorioſiſſima Domina Scauniperga, & Dominus vir glorioſiſſimus Luitprandus ſummi Duces gentis Longobardorum, ut Eccleſia B. Gregorii ſacerdotis ac Confeſſoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, quam Felicitas famula Domini à ſolidis fundamentis uſque ad nova faſtigia perducere prævidit, & culmen reſtaurationis fundavit petra, ubi Georgius Presbyter deſervire dignoſcitur, ut ſit abſoluta ab omni conditione emptorum, & nullus Epiſcopus licentiam habeat, aut quælibet lectio Sacerdotum vel Clericorum in præfata eccleſia, ſed ſacerdos qui ibi præeſſe invenitur, aut poſteri, qui libero arbitrio, juxta Domini præceptum, & Canonicam ſanctionem vivere valeant, & obaudiant ſacro Palatio noſtro; ita tamen ut cuncta quæ ibidem obtulit nominata Felicitas, aut inantea obtulerit, cuncta firma permaneant, quatenus amodo & in perpetuis temporibus firma ac roborata nominata tributa licentia permaneat, & nullus ex fidelibus noſtris quiſquam loci tenentibus aut quævis perſona contra ea quæ noſtra firmavit poteſtas ire præſumat aut attentet.

Quod vero præceptum firmationis ex juſſione nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Guidemarius Duddus & Referendarius.

Actum Beneventi in Palatio menſe Mart. per Indict. decimam tertiam feliciter admodum.

Luitprandus de caſis & aliis rebus intra hanc urbem.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Firmamus atque concedimus nos vir glorioſiſſimus Luitprandus ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogum Auſonis Stolaſi noſtri, tibi Martiano Sartario noſtro, omnem ſubſtantiam quondam Cauſarii, tam caſas extra civitatem, quam etiam & intrinſecus caſas, domus, incultas caſas, vineas, territoria, ſervos & ancillas, peculia, mobilia & immobilia, omnia & in omnibus quidquid ipſe Cauſarius juſto ordine in vita ſua habere ac poſſidere viſus fuit; pro eo quod filius tuus Leo filiam nomine Cauſeradam cum noſtra juſſione ſibi in conjugium deſponſavit; tali tenore, ut ſi nominata Cauſerada tempore atque anno nuptiarum mortua fuerit, aut alium virum ſibi conjugio ſociare præſumpſerit, omnis ejus ſubſtantia nominato Martiano & Leonis filio remaneat ad poſſidendum, & nullus ex noſtris Gaſtaldis, aut actionariis, vel quiſquam homo contra ea quæ noſtra fir-

ma-

mavit atque conceſſit poteſtas, quandoque ire prę-ſumat, ſed omni in tempore noſtra firmitas robo-rata permaneat.

Quod autem præceptum fiemitutis, necnon con-ceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Aa-tarus Notarius.

Actum Beneveati in Palatio, *menſe Febr. pee Indict. 10. felicitee.*

Sicuedut de ee Allonis, & de Caſellis Palatii noſtri Beaeventaai.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Sicardus Domini providentia Longobardorum gentis Princeps per rogum Allonis Stoleſii noſtri, tibi Autulo aurifici noſtro, omnem rem quam Allo compasa-vit à ſervis ooſtri Palatii uſque ad præceptum de Fo-liolanenſe, de Mari penſato Rodfrido, & caſellas noſtri Palatii quas tenuit Sarnipertus Jocolarius ſine præcepto; ipſe vero Sarnipertus defunctus eſt; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædicta omnia quæ ſuperius leguntur, tu & hæredes tui poſſideatis, & à nullo ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione no-minatæ poteſtatis ſcripſi ego Theodoricus notarius.

Actum Beneventi, ſecundo anno menſe Januario, prima Indictione.

Sicardus de Curte in loco Foliolanenſe.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Sicar-dus, Domini providentia Longobardorum gentis Princeps per rogum Rodfridi Referendarii noſtri, tibi Malloni filio Tuſſilonis Curtem in loco Folio-lanenſe cum ſervis & ancillis, & omnibus pertinen-tibus ſuis, quæ per meritum culpæ tuæ ad ſacrum Palatium evenit, atque à bonæ memoriæ Domino & genitore noſtro Malloni filio Margiperti per præ-ceptum conceſſa fuit, ſed quia jam dictus Mallo fi-lius Margiperti extra provinciam noſtrã Neapolim fugit, prædicta Curtis ad noſtrum Palatium denuo rediit; ideo ipſam curtem integram cum ſervis, & ancillis, & omnibus pertinentiis ſuis tibi præfato Malloni conceſſimus; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præ-ceptum tu & hæredes tui ſæpe dictatam curtem cum pertinentiis ſuis, ut jam ea renuiſti, habere atque poſſidere valeatis; & à nullo ex noſtris Judi-cibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſ-cunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus ipſa poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione no-minatæ poteſtatis ſcripſi ego Audoaldus notarius.

Actum Beneventi, *ſecundo anno, menſe Decemb. Indict. 15. feliciter.*

Sicardus de terra in Fulcre modiorum quindecim.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Sicar-dus Domini providentia Beneventanæ Provinciæ Princeps, per rogum Radelchis theſaurarii noſtri tibi Actioni Gaſindio noſtro filio, terram vacuam in Furclè, modios qnindecim, quod fuit ſacri no-ſtri Palatii, & pertinet ipſi curti Furculanæ, quæ habet hos fines; de uno latere & uno capite uſque ad terram tuam; & Piconis pergentem in viam pu-blicam, de alio latere uſque ad terram quæ fuit Leo-nis, & pertinuit de jodiciaria Petri Gaſtaldi noſtri; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædictam ter-ram, ut ſuperius legitur, tu & hæredes tui habere, & poſſidere valeatis, & à nullis ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, verum perpetuis temporibus ipſam terram poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis, ex juſſione no-minatæ poteſtatis, ſcripſi ego Leo notarius.

Actum Beneveati in ſacro Palatio, *primo anno, menſe Octobr. Ind. 11.*

Sicardus de rebus in loco Foliolanenſe.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Sicar-dus Dei providentia Longobardorum gentis Prin-ceps, per rogum Adelchiſæ dilectæ conjugis no-ſtræ tibi Autulo aurifici noſtro res illas in Foliola-nenſe, quas Allo liber homo infiduciatas, aut in pignus tenuit à ſervis noſtri Palatii ſacri, & Domi-nicus ſervus noſtri Palatii cum uxore & filiis, cum ſuis ceſpitibus de Foliolanenſe de arcu actionis Ma-repalis ooſtri: in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum præfata omnia quæ ſuperius leguntur, tu, & hæ-redes tui habere atque poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam re-quiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione no-minatæ poteſtatis ſcripſi ego Theodoricus.

Actum Abellino, anno t. menſe Januario Indi-ction. 9.

Radelchis de rebus in Foliolanenſe loco.

In nomine Domini Dei Salvatoris ooſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Radel-chis Domini providentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Garetrudæ dilectæ Conjugis noſtræ, tibi Autulo aurifici noſtro integras res quæ fuerunt Monduli & Bruli ſacri noſtri Palatii in Fo-liolanenſe, quas liberi homines ſine præcepto te-nuerunt per annos quindecim, & ipſi ſervi defuncti ſunt, pertinet ex Mario Parſato prædictæ conjugis noſtræ, in ea videlicet ratione, ut amodo & dein-ceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædi-ctas res tu, & hæredes tui habere atque poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque genti-bus habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex ſuperius di-ctæ poteſtatis juſſione, ut prælegitur, ſcripſi ego Be-nedictus Notarius.

Actum Beneventi, *ſeptimo anno, menſe Octob. Indict. 19. felicitee.*

Radelchaeius de rebus in Bituranno & Curſano, & Foliolanenſe.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Radel-charius, Domini providentia Longobardorum gen-tis Princeps, per rogum Taſſelgardæ dilectæ con-jugis noſtræ, tibi Autulo Aurifici noſtro rem illam in Biturano & Curſano in finibus Foliolanenſibus, quæ fuit de ſervis ſacri noſtri Palatii, quam liberi homines per annos viginti ſine præcepto tenuerunt, in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædicta omnia, terricellam ut prælegitur, tu & hæredes tui habe-re & poſſidere valeatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione no-minatæ poteſtatis ſcripſi ego Benedictus Notarius.

Actum Beneventi primo anno, menſe Novemb. In-dict. 14. feliciter admodum.

Radelchis de terricella infra hanc civitatem.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Radel-chis Dei providentia Longobardorum gentis Prin-ceps, per rogum Autonis Theſaurarii noſtri, tibi Audefuſo ſartori noſtro, modicam terricellam in-fra hanc Beneventanam civitatem noſtram, quæ eſt juxta caſam Petri, qui officio Mareſcalli fun-ctus eſt; de una parte conjuncta eſt cum caſa Leo-pardi, & eſt in longitudine pedes decem & octo, in latitudine pedes quatuordecim: ipſam vero terri-cellam Adelchis ſine præcepto tenet; in ea videli-cet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum. prædictam terricellam, ut prælegitur, tu una cum hæredibus tuis habere, at-que poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Judici-

bus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, verum perpetuis temporibus poſſideatis.

Scripſi ego Theodoricus Notarius.

Actum Beneventi, 14. anno, menſe Septemb. Ind. 6. feliciter.

Radelchis de ſubſtantiis Raagemprandi.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Radelchis, Domini providentia Longobardorum gentis Princeps filius Domini dulcis recordat. Adelchis, per rogum Traſilberti fidelis noſtri, tibi Petro Notario noſtro, filio Sabilonis, integras res, ſubſtantias, omneſque pertinentias, quæ fuerunt Ragemprandi, & de germania filiis Garemarii in finibus Vetnranis, & in curte Evaldnli, pro eo quod ſine hæredibus deceſſerunt; in ea videlicet ratiune, ut amodu & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum, prædicta omnia quæ præleguntur, in rebus, ſubſtantiis, omnibuſque pertinentiis, tu & hæredes tui habere atque poſſidere valeatis. & à nullo ex noſtris Judicibus, hoc eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, veruntamen perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum concessionis ex jussione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Ergemfridus Notarius.

Actum Beneventi, ſecundo anno, menſe, Jal. Indict. 15.

Radelchis de caſa & terra infra hanc civitatem, propinqua Eccleſiæ ſancti Benedicti.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſſimus Radelchis Domini providentia Longobardorum gentis Princeps, filius dulcis recordationis Domini Adelchis, per rogum Heroici fidelis noſtri tibi Ajalbirdo fideli noſtro filio Ragionaldi, integram caſam cum terra vacua intus hanc Beneventanam civitatem propinqua Eccleſiæ ſanctiſſimi Benedicti, quæ fuit Engelperti liberi hominis filii Urſi; pro eo quod abſque hæredibus mortuus eſt; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædictam caſam cum jam dicta terra tu & hæredes tui habere, atque poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, veruntamen perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Erchemfrid Notarius.

Actum Beneventi primo anno, menſe Jal. Indict. 14.

Adelchis de terra intus hanc civitatem, propinqua ſtabulo Palatii noſtri.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, octavodecimo anno Imperii Domini Ludovici, conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Adelchis Domini providentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Joannis Diaconi noſtri, tibi Adelperto Subdiacono noſtro filio Radiparti, modicam terram ſacri noſtri Palatii, ubi tempore Domini Grimoaldi horreum fuit; & habet terra ipſa in longitudinem paſſus quatuor, & quam Erchempardus ſine ullo præcepto tenuit, & ipſe Erchempardus ad Saracenos fugit; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædictam terram tu & hæredes tui habere valeatis, & à nullo ex Judicibus, id eſt Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, veruntamen perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Erchemfridus Notarius.

Actum Beneventi, in Palatio primo anno, menſe Novemb. Ind. 14.

Radelchis de ſubſtantia Dragonis.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Adelchis Domini providentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Adelchis referendarii germani noſtri, tibi Ladegiſio item germano noſtro ipſam rerum ſubſtantiam Dragonis ex genere Francorum orſi liberi hominis, id eſt, mobile atque immobile, ſicuti legibus ad noſtrum evenit Palatium, eo quod abſque hæredibus mortuus eſt; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum, ea quæ ſuperius leguntur, tu & hæredes tui habere, atque poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Judicibus, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, veruntamen perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Erchemfrid Notarius.

Actum Beneventi, nono anno, menſe Jun. Ind. 15. feliciter admodum.

Atrichis de Eccleſia ſanctæ Mariæ & ſancti Marciani, in loco qui dicitur Platea.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Firmavimus nos Dominus vir glorioſiſſimus atque ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogum Abbatis noſtri, abſolutionem Eccleſiæ ſanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ, & ſancti Marciani, quam quondam Garolinus Abbas à novo fundamine ædificare viſus fuit in loco, qui dicitur Platea, ſecundum qualiter per ſuum membranum firmitatia, & abſolutionis, quod Joannes venerab. Epiſcopus ſanctæ Sedis Eccleſiæ noſtræ Beneventanæ prædicto Garolino ſuo annulo ſigillatum emiſit, noſtra quidem glorioſa poteſtas juxta membranum ipſius Joannis Epiſcopi in prædicta ſancta Eccleſia hoc noſtrum abſolutionis præceptum firmavit, in ea ratione, ut tantummodo ad ſacrum noſtrum Palatium audientiam habere debeat, ſicut & cætera noſtra monaſteria, in noſtra ſint ſemper poteſtate ordinandi in ipſa noſtra Eccleſia qualiter noſtræ eximietati placuerit, & à nullo Epiſcopo hujus ſanctæ Sedis Eccleſiæ noſtræ Beneventanæ, vel à quibuſcunque Sacerdotibus unquam requiratur in ſua juriſdictione; nec ullus ex noſtris gaſtaldis, aut actionariis, vel quiſquam homo contra ea, quæ noſtra firmavit poteſtas, agat, ſed perenniter in ſuæ arbitrio libertatis, qualiter noſtræ clementiæ placuerit, vel noſtris ſucceſſoribus, ipſe Sacerdos qui ibidem ordinatus fuerit, libero nomine vivere valeat.

Quod vero præceptum firmitatis & abſolutionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Emeriſſus Notarius.

Actum Beneventi in palatio, menſe Aprilis per Indictionem ſeptimam.

Ajo de piſcatione in mari Sipontino.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Nos vir glorioſiſſimus Ajo, Domini providentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Theodorici cognati Comitis noſtri, ob remedium terræ noſtræ, Monaſterio ejuſdem S. Sophiæ ad portam cœnobii habendam integram piſcationem illam in mari Sipontino, quæ fuit ſacri noſtri Palatii, & quam Abergiſo Princeps poſſeſſor noſter præceptum in eodem Monaſterio conceſſum fuit, conceſſimus; per hos vero fines & menſuras; hoc eſt, paſſus trecentus ex una parte uſque ad piſcationem Monaſterii ſancti Vincentii, & de alia quidem parte ſimiliter uſque ad piſcationem Monaſterii S. Petri Apoſtoli; eo quod dixiſtis, ut præceptum illud ex ea piſcatione jam dicto Monaſterio ab ipſo Atrichiſo Principe emiſſum perditum eſſet; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum, ſupra nominatum ſanctæ Sophiæ Monaſterium, ejuſque Rectores integram ſupradictam piſcationem, uti prælegitur, per jam dictos fines, & menſuras habere ac poſſidere, atque dominare & piſcare valeatis, & à nullo ex noſtris Judicibus, hoc eſt Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam

requi-

requiſitionem, verumtamen perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ea juſſione nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Petrus Notarius.

Actum Beneventi, anno quinto, menſe Martio, Ind. 7. feliciter admodum.

Atrichis de rebus, & gipſariis in Nuriano.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Dominus Attichus piiſſimus atque excellentiſſimus Princeps gentis Longobardorum, divina præmonitus manu, offero in Eccleſia ſanctiſſimæ Virginis Sophiæ, quam à fundamentis ædificavi, pro redemptione, animæ meæ, ſeu pro ſalvatione gentis noſtræ & patriæ, ſubſtantiam Calendini & Cortiſani noſtri qui habitare viſus fuit in Nuriano, omnem integram; inſuper & gipſaria in nominato loco, qualiter ad noſtræ poteſtatis manum pertinuit, Monaſterio ſanctæ Sophiæ conceſſimus perfruendum.

Quod vero præceptum oblationis ex juſſione & dictatu nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Lopoald Notarius.

Actum Beneventi in feliciſſimo Palatio, in anno decimo ſeptimo menſe Novemb. per Ind. 13. feliciter admodum.

Scauniperga & Liutprandus.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Firmamus atque conſtituimus nos Domina glorioſiſſima Scauniperga, & Dominus vir glorioſiſſimus Luitprandus ſummi Duces gentis Longobardorum, per rogum Rodoaldi Marepahis noſtri, libertatem tibi mulieri nomine Cundacum, & filiæ tuæ Liupergæ, quam de Aniprando Clerico procreatam habuiſti, vel ante procreaveras, ſicuti nos ipſe Anſprandus procreavit, & in noſtris tradidit manibus, ut nos juxta ritum gentis Longobardorum liberam ſine conditione conſtitueremus; quam equidem audientes poſtulationem in præſentia fidelium ipſe Anſprandus in noſtris tradidit manibus, & nos eam tradidimus in manum Theautpaldi Duddi, & referendarii, & Theudpaldus tradidit in manum Joannis, Joannes tradidit in manum Rodoaldi noſtri, hoc eſt, in quarta manu tradidimus, qui te per noſtram juſſionem in Witrepera in Gaiida, & Giſil conſtituit una cum filia tua, & in omni tua ſubſtantia hæreditatis; quatenus amodo & deinceps libera dominiorum noſtrorum hæres inveniaris, & nullus ex noſtris gaſtaldis, aut actionariis, vel quiſquam homo contra ea quæ noſtra firmavit poteſtas quandoque ire præſumat, ſed noſtra firmitate roborata permaneant.

Quod vero libertatis, & firmitatis præceptum dictavi ego Theudopaldus, & referendarius tibi Radichiſo Notario ſcribendum.

Actum Roſito, menſe Decembri Indictione ſexta.

Giſolphus de Condoma in loco qui dicitur Selite.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Giſolphus, ſummus Dux gentis Longobardorum tibi Urſo theſaurario noſtro condomam nomine Marichis, cum germanis ſuis cum uxore filiis & filiabus, & cum omnibus rebus ſuis, cum caſa, vineis, territoriis, cultum & incultum, mobilia, & immobilia, ſicuti uſque hactenus ad manum poteſtatis noſtræ deſervierunt, qui habitare videntur in Selice, de ſubactione Scauri noſtri qui nominatur Lupualdus, & eam ſibi ancillam in conjugem ſociavit, qui fuit de ſubactione Traſarii, gaſtaldi, & veſtararii noſtri; quatenus ab hodierna die habeas & poſſideas tam tu qui ſupra, quàm & filii filiorum tuorum; & à nullo quopiam homine, vel unquam habeas aliquam quæſtionem, aut reprehenſionem, ſed perpetuis temporibus ſecuriter, & firmiter per hoc noſtrum firmiſſimum præceptum, vos qui ſupra, ſuperius nominatam condomam cum omnibus rebus ſuis habere, necnon poſſidere valeatis.

A *Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis dictavi ego Audefuſus Duddus & Referendarius tibi Adelchiſo Notario ſcribendum.*

Actum Beneventi in Palatio, menſe Septemb. Ind. 3.

Grimoaldus de loco, qui dicitur Virlſano.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Regnante Domino piiſſimo Carolo Magno Rege Francorum & Longobardorum, ſeu Patritio Romanorum, anno Regni illius 20. Firmamus nos Dominus vir glorioſiſſ. Grimoaldus ſummus & eximius Princeps gentis Longobardorum, per rogum Davidis Reverendiſſimi Epiſcopi ſanctæ noſtræ Beneventanæ Eccleſiæ tibi Traſulpho filio quondam Joannis qui fuit conditor in Virlſano, omnes res ipſius genitoris tui quicquid juſto ordine poſſidere viſus fuerat, quam & quod tu legibus conquiſiſti, tam Principum conceſſione quam & emptione, donatione etiam & commutatione; hoc eſt, caſas, vineas, territoria, cultum & incultum,
B familiam, mobilia, atque immobilia omnia & in omnibus, ſeſeque moventia, quæ ut dictum eſt, ipſe tuus genitor, & tu legibus acquiſiviſtis, tibi ea per hoc noſtrum inviolabile præceptum & ipſius noſtri Oratoris poſtulationem confirmavimus; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum firmitatis præceptum tu Traſulphe, & filii filiorum tuorum ſecuro nomine poſſideatis, & à nullis ex noſtris Judicibus, hoc eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquando aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus ſecuri, atque quieti valeatis poſſidere.

Quod vero præceptum firmitatis ex juſſione nominati Domini noſtri viri glorioſiſſimi Grimoaldi, ſecundo anno Deo diſpenſante Principatus, ſcripſi ego Gedepertus Notar.

Actum Beneventi in ſacro noſtro Palatio, menſe Jun. per Indict. 2 a feliciter admodum.

C *Grimoaldus de ſervo nomine Prandulo.*

In nomine Domini Dei Servatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Grimoaldus Domini providentia Beneventanæ Provinciæ Princeps, per rogum Adonis Diaconi noſtri, tibi Dondonæ quæ fuiſti filia Faroaldi puerum nomine Prandaium, qui fuit ſervus tuus cum Enildi uxore ſua quæ fuit libera, qui puerorum neglectu ad noſtram ſunt devoluti poteſtatem, in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædictam familiam tu, & quem tibi hæredem facere volueris, habere necnon poſſidere valeatis, & quodcunque ex ipſa familia facere volueris in tua ſit ſemper poteſtate, & à nullo ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Theodoricus Notarius.

D *Actum Beneventi, ſecundo anno, menſe Septemb. per Indict. 7.*

Atrichis de duobus pueris qui fuerunt de actu Caſſianenſe.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Atrichis ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogum Griſeriſci Stoleſari noſtri tibi Municulano Gaſtaldo noſtro, pueros duos, hoc eſt Ægyptum & Mauretanum ſolas eorum perſonas, qui fuerunt de actu Caſianenſe, quem modo Cunatius Gaſtaldus noſter tenere videtur; quatenus amodo & deinceps habeas, & in tuo detineas ſervitio ipſos nominatos pueros tam tu qui ſuper Municulanus, quam etiam & filii filiorum tuorum, & nullus ex noſtris gaſtaldis, aut actionariis, vel quiſquam homo contra ea quæ noſtra conceſſit poteſtas, quandoque ire quoquo modo aut ratione præſumat, ſed noſtra conceſſio omni in tempore roborata, atque in-

inviolata perennis temporibus permaneat.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis per Guidemaciam refereadarium ſcripſi ego Eudoald Notarius.

Actum Beneventi in Palatio, menſe Aug. per Indict. 15. feliciter.

Crodeſchale de Caſale in Sapione.

Cum conjunximus nos vir glorioſiſſimus Dominus Godeſchalc ſummus Dux gentis Longobardorum in Waldo noceto, loco qui nominatur Valveum, tunc venerunt Ringo cum partionariis ſuis, & Reparatus cum germanis ſuis qui fuerunt de quodam Wadulpho, & Rode, cum ſuis qui fuerunt de quodam Rodecauſo, ad altercandum adverſus venerabilem Abbatem ſancti Joannis Monaſterii. Aſſerebat pars nominatorum Rinconis, Reparati, Leonis, & Rodonis, dicentes: eo quod caſales ibi reſidere videntur, id eſt, in Sophon loco qui nominatur Monumentum; ſeu & pro nobis à nominato Wadulpho Domino noſtro, & à Domino Romualdo dati ſunt, & cum ipſis Caſalibus liberi dimiſſi ſumus tum in foro novo & in ordinata eum ſuperius nominatis Caſalibus, & firmara habemus exinde præcepta tam noſtræ libertatis, vel eorum conceſſionis, & per legem ſecuri poſſidere debemus tam libertatem Domini Romualdi, quàm & conceſſiones. Ad hæc reſpondebat pars Dominus-Dedit Abbati dicens: Nonne ita quando vobis Waldulphus ſuperius dictus caſalem in Sapione idem nominatum & perennum dediſſe, ſed antequam Notarius Wadulphus ad manum poteſtatis ipſam ſubſtantiam ſuam dediſſet, ſeptem greges ſui integrum cum paſtoribus de omni peculio in ipſa loca paſcuum abire viſi fuerunt, tam ipſe quam etiam & Tindo germani, qui & dum adveniſſet ad manum nominatæ poteſtatis, Dominus bonæ memoriæ Romualdus ſic exinde firmavit ſuum præceptum de integra portione nominati Wadulphi in prædictis caſalibus, ſed tantummodo & exinde reſervavit ad ſuam poteſtatem clauſatiam, ut factum eſt; nam reliqua omnia nobis conceſſit unde & acriter talem illicitam altercationem mecum habuiſtis, ſed dum ad aures adveniſſet, tunc ipſius poteſtas demiſit ad jam ſatas caſales Ropertum filium Radolphi qui vos exinde foras expulit. vos quidem veniſtis cum præceptis veſtris, & mecum judicium habuiſtis: tunc ille cognoſcens per teſtimonium iterum mihi exinde firmavit ſuum judicatum, quod & præſens oſtendo & legibus poſſidere debeo ſecundum quod præceptum, & judicatum jam ſata territoria. Ideo noſtra, quæ ſupra, glorioſa poteſtas, dum hæc talis altercatio ad noſtra pia veſtigia examinata fuiſſet, tunc fecimus relegi præceptum, & indictum Domini Romualdi, quod Dominus Dedit firmatum habebat, ſimiliter & præcepta & chartulas libertatis de nominatis cauſidicis, vel de territoriis, & juſtè prævidimus inter eos & decrevimus, ut præcipua tria, id eſt, Ronconis & Rotuli, ſeu Importuni, qui reſiderunt in Perno, ut ſibi habeant medietatem de ipſo caſale Perno, id eſt, uſque rivum qui vocatur Volutabrum, & rivum qui dicitur Vibente, & uſque ad vallonem de ſalſa qui jacet, & deſcendit Vibente, qualiter ſigna poſita ſunt, nam amplius nullam licentiam habeant quærendi ipſe Rinco cum partionariis ſuis; unde & iterum pro ampliori agnoſcenda & certa veritate direximus in eundem locum Griſſum gaſtaldum & Portionem veſtararium, qui pergentes in eodem loco cognoverunt quod juſta fuit noſtra definitio de caſale Perno. De Rodone autem & Reparato & Leone cum fratribus ſuis, præcepimus ut ſi haberent chartulas in eorum præſentiam adducerent, ſin minus, eſſent foris de caſale nominato; illi vero neque chartulas Vvaldulphi, neque præcepta oſtendere potuerunt, ſed etiam quæ nobis in Noceto oſtenſa ſunt, falſa apparuerunt, qui reverà nunciaverunt nobis nominati Judices, quod taliter agnoviſſent, & nulla oſtendere voluerunt, & per ſingulos dies dantes ſpatium nequaquam oſtenderunt. Placuit autem nobis ut eſſent de nominato caſale; propterea hoc noſtrum judicatum fieri juſſimus, ut nullo quoquo tempore neque Rodo cum fratribus ſuis, neque Reparatus cum fratribus ſuis, neque Leo cum fratribus ſuis, neque Theoaldus, neque quælibet perſona unquam habeat aliquem vigorem quærendum de jam dictis caſalibus, & præcepto ſuperius affiximus, ſed ex hodierno die, & in perpetuis temporibus tam tibi Dominus Dedit Abbas, quam etiam & poſteris tuis qui in prædicto ſanctiſſimo loco deſervierint, ſecuriter ac firmiter per hoc noſtrum firmiſſimum Judicatum ipſa territoria in integrum habere, atque poſſidere valeatis.

Quod vero Judicatum definitionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Praſianus Notarius.

Actum Beneventi in Palatio, menſe Febr. Ind. 10. feliciter.

Romualdus de Colonis in loco qui dicitur Gratino.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Romualdus ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogum Annumis Actionarii noſtri, tibi Theodorico vener. Abbati noſtro, qui in S. Petro ad aquam S. Petri deſervire videris, filio quondam Jo. Dalmatini, concedimus Zillonem & Warnecauſum Stephanum, ſeu & Therſetadom cum caſa & terrula, in quantum habere viſi ſunt, qui fuerunt coloni noſtri de ſubactione nominati Annumis actionarii noſtri, & habitare videntur in loco qui nominatur Gratiano; quatenus ab hodierno die habeas & poſſideas tam tu qui ſupra Theodorice Abbas, quam & poſteri tui in ipſo nominato venerabili loco deſervierint; & à nullo quopiam homine unquam habeatis aliquando aliquam quæſtionem, aut reprehenſionem, ſed perpetuis temporibus per hoc noſtrum firmiſſimum præceptum de ipſo jam dicto filio quondam Joannis una cum omni eorum pertinentia ſecuriter necnon & firmiter habere atque poſſidere valeatis.

Quod vero præceptum conceſſionis, ex juſſione nominatæ poteſtatis dictavi ego Petrus Vice-dominus & refereadarius & tibi Waracauſo ſcribendum qui officio notarii fungeris.

Actum in Barſaniano, menſe Majo, per Indictionem ſeptimam feliciter admodum.

Sicardus de Waldo in finibus Apuliæ in loco qui dicitur Anglone majore.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Sicardus, Domini providentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Radechiſi theſaurarii noſtri, tibi Roſrido reſenderario noſtro, Vvaldum ſacri noſtri Palatii in finibus Apuliæ, loco qui nominatur Anglone majore; habet autem hos fines; ab una parte uſque ad fluvium Latonteum, id eſt, uſque ad viam publicam, quæ vadit ad caſalem Patritii, inde qualiter finis diſcernit in Vvaldo ſanctæ Mariæ Lucetiæ ſedis Epiſcopalis, inde uſque ad finem de Bodoaldo, inde uſque ad finem de Loncatica, inde uſque ad vadum Pertoſii, inde uſque in fluvium Fertoteum reconjungente ſe in proprio fine, tam quod ibi noſtrum Palarium tenuit, quam quod & inde Grauſoni Bulgarenſi à ſacro noſtro Palatio conceſſum fuit, & pro merito culpæ Grauſolphi filii qui huc in noſtrum palatium evenit, integrum tibi cum ſuperius inferiuſque aquis & viis conceſſimus; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum cuncta quæ ſuperius leguntur habere atque poſſidere valeatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Audoaldus notarius.

Actum Beneventi, ſecundo anno, menſe Octobr. Ind. 12 feliciter admodum.

Radelchiſi, Gardemardo Gaſtaldo, de curte in Matalone.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu

Chri-

Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Radelchis Domini providentis Longobardorum gentis Princeps, per rogum Urſi dilecti filii noſtri, vobis Gaidemardo, Gaſtaldo noſtro curtem ſacri noſtri Palatii in Matalone, quam ante hos dies Jandulpho conceſſam habuimus, prædicta vero curtis pro merito culpæ ad noſtras rediit poteſtates, & conceſſimus tibi præſato vineas, terras, ſervos & ancillas, & cum omni ſua pertinentia, in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædictam curtem cum vineis & terris, ſeu ſervis & ancillis, ſeu cum omnibus ſuis pertinentiis, integrum vos & hæredes veſtri habere atque poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Judicibus, id eſt, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, verum perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatę poteſtatis ſcripſi ego Theodoricus.

Actum Beneventi, ſecundo anno menſe Januar. Indict. 15. feliciter.

Radelchis de ſervis ex loco Parcorano in finibus Cimiterii deſervientibus.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir ac Dominus glorioſiſſimus Radelchis Domini providentia Longobardorum gentis Princeps per rogum Taſſonis Comitis noſtri, tibi Vvaldiperto fideli noſtro filio Graſolphi, hos famulos ſacri noſtri Palatii, Urſipertum conductorem, Leopardum & Leonem, Urſum, Lupum, necnon & Petrum Traſimundum, Carolum Bouellum, alium Leonem Ermeriſſum, Jordanum Lopum & Palumbum ſeu Roppulum; hos homines cum uxoribus filiis & filiabus, nuribus, ac nepotibus, & cum omnibus ceſpitibus, & cum omnibus eorum pertinentiis, qui eſſe videntur commorantes ex loco Parcorano ex finibus Cimiterii pertinentibus de actu Condenſe; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædicta omnia quæ ſuperius leguntur, tu & hæredes tui habere atque poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Judicibus, hoc eſt Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem aut reprehenſionem, ſed perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Theodoricus Notarius.

Actum Beneventi, ſecundo anno, menſe Majo Indict. 14. feliciter admodum.

Radelchis de Vvaldo in Canali, & de alio in Sappione.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Radelchis Domini providentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Garetrudæ glorioſæ ac dilectæ conjugis noſtræ, vobis Totoni theſaurario noſtro filio Sindelperti, integrum Vvaldum in Canali de fine in finem Vvaldi, id eſt, pertinentem de actu ſylvæ nigræ, & conceſſimus vobis nominatum Vvaldum in Sappione; Fines illius Vvaldi hi ſunt, de una parte uſque ad fluvium Sappione, de alia parte uſque ad mare, de tertia vero parte uſque ad Vvaldum Eccleſiæ S. Martini quæ pertinet in prata, de quarta parte uſque ad Crapuiam; intra hos fines quantum ſacro noſtro Palatio pertinet vobis conceſſimus; iſte Vvaldus pertinet de actu Radani & ſilvæ nigræ; & conceſſimus vobis ſæpe dictum Malurinum ſervum ſacri noſtri Palatii cum uxore ſua & uno filio: & ipſum filium qui cum uxore ſua & uno filio; & Scaperiſſum cum uxore ſua & uno filio & ipſum filium qui cum uxore ſua & uno filio; ſimulque Tindonem cum uxore ſua & uno filio; iſti omnes cum omnibus pertinentiis fuerunt ſervi ſacri noſtri Palatii, pertinuerunt de actu ſylvæ nigræ; & conceſſimus vobis alium Tindonem ſervum ſacri noſtri Palatii cum uxore ſua, & cum uno filio ſuo, & ipſum filium qui cum uxore ſua & cunctis pertinentiis eorum pertinent de actu Raſano, in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc no-

A

ſtrum roboreum præceptum prædicta omnia quę ſuperius leguntur, vos & veſtri hæredes habere atque poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Judicibus hoc eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, aut reprehenſionem, veruntamen perpetuis temporibus ſecuriter ac firmiter poſſideatis

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Audoaldus notarius.

Actum Beneventi in ſacro Palatio primo anno, menſe Novembr. per Indictionem decimam, feliciter.

Radelchis de Vvaldo & ſervis in finibus Larinenſibus.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Radelchis Domini providentis Longobardorum gentis Princeps, per rogum Radelcharii dilecti filii noſtri tibi Totoni theſaurario noſtro filio Sindelperti, integrum Vvaldum ſacri noſtri Palatii qui eſſe vi-

B

detur in finibus Larinenſibus cum ſervis ac ancillis in eodem loco reſidentibus, cum ceſpitibus omnibuſque pertinentiis jam dictorum ſervorum; hi pertinent ex Gaſtaldato decimo quinto, & cuncta quę ibidem in actu Larinenſe ex ipſo quinto decimo Gaſtaldato pertinent; In ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædicta omnia quæ ſuperius leguntur, tu & hæredes tui integrum habere atq; poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis, ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Audoaldus Notarius.

Actum Beneventi in ſacro Palatio, ſecundo anno, menſe Octobri, Indictione decima octava, feliciter.

Adelchiſis de ſervis, qui liberas fœminas duxerunt.

C

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Adelchis Domini providentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Eponis Comitis noſtri tibi Traſario fideli noſtro filio Lupi, omnes ſervos tuos qui ſibi liberas fœminas tulerunt vel noſtro tempore tulerint uxores, cum ipſis ſuis uxoribus, & cum filiis & filiabus eorum, qualiter ſecundum legem ad noſtram evenerunt vel evenerint poteſtatem, in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prædictam omnem illam familiam qualiter ſuperius legitur, tu & hæredes tui habere atque poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, veruntamen perpetuis temporis ſecuriter atque firmiter poſſideatis.

Quod autem præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Benedictus Notarius.

Actum Beneventi ſecundo anno, menſe Maio Indict. 13. feliciter.

D

Radelchis de ſervis in loco Curteſano.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Adelchis Domini providentia Longobardorum gentis Princeps filius Domini piæ memoriæ Adelchis, per rogum Thegis fidelis noſtri vobis Grimaveiano ſanctæ Religionis defenſori, Ajoni & Urſo filiis tuis Lamprandum ſervum ſacri noſtri Palatii ex loco Curteſani filium Pertoaldi ſervi noſtri Palatii cum uxore, filiis, filiabus ſuis, & cum omnibus ceſpitibus & pertinentiis ſuis, ſeu cum omnibus rebus, ſubſtantiis, quæ fuerunt Lupi, & Ermeogarii, ſeu Aideriſti liberorum hominum cum omnibus pertinentiis eorum ex loco piſcatoris, hoc eſt mobilia atque immobilia, omnia in omnibus cum eorum pertinentiis, pro eo quod ſine hærede deceſſerunt; ſed & conceſſimus vobis omne illud portaticum quod per ſingulas portas & poſterulas hujus civitatis Bene-

ventanæ annualiter dare debetis; ut exinde abſq; nlla datione ſuluti ac liberi maneatis; ſed & conceſſimos vobis omnes ſervos veſtros qui ſibi liberas fœminas tulerunt, vel qoi antea tulerunt uxores, cum ipſis ſuis uxoribus, cum filiis, filiabus ſuis, & ſicut legibus ad noſtram evenerunt poteſtatem; in ea videlicet ratione, ut amodu & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptom prædicta omnia quæ ſuperius legnntnr vos & hæredes veſtri hæbere atqoe poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Judicibus hoc eſt Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, veruntamen perpetuis temporibus poſſideatis.

Qaod vero præceptum conceſſionis, ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Erchemfridus notarius,

Actum Beneventi primo anno, menſe Januario Indict. 14.

Pandolphus & Landelphus de civitate Triventana.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Dominietenim Landolphus, & Pandolphus filius, qni Divina providentia ordinante Longobardorum gentis Principes. Cum principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum juſta petentibus clementer ſaveat. Igitur novit omnium fidelium noſtrorum, præſentinm ſcilicet ac futurorum ſagacitas Randoiſium Comitem dilectum noſtrum fidelem ac filium Berardi Comitis per Rodfridum Comitem dilectum noſtrum fratrem. noſtram adiiſſe à Domino protegendam principalem digoitatem, deprecans, ut concederemus ei cuncta qualiter hic inferius declarautnr habendum jure quicto, de quibns petiit ſibi à ooſtra excellentia, ut munitionis apices exinde ei fieri juberemus; cujus petitioni uſquequaque libenter adſenſum præbentes hos noſtræ munitionis apices exinde ei fieri juſſimus, per quos omnioo ſaucimus & perpetualiter per præſens hoc noſtrum roboreū præceptum concedimus tibi eidem Radoiſio Comiti, tuiſque hæredibus civitatem Triventanam, ſic quooiodo tu illam modo tenes & dominaris, & cum terris ſic quomodo tenent & dominantur homines. qui in prædicta civitate modo habitant, qnam & Caſtellum Angelornm & Caconem & Caotalupum, ſic quomodo eas tenetis & dominatis, & prædictas terras ſic quomodo tenuerunt & dominarunt, inter fluvium Trinium & Sangrum homines qui in prædictis Caſtellis babitant, ea qui em functione ſupradictam noſtram conceſſionem tam tibi Radoiſio comiti, tuiſque hæredibus illas conceſſimus ad perpetualiter habendum & poſſidendum ſecnriter, atque omnia exinde faciendi qnemadmodum volueris, ſine ullius Comitis Gaſtaldi ſeu Judicis vel Schulteti noſtri, aut cujuſcunque perſonæ magnæ aut parvæ cootradictione, qui ſub noſtra poteſtate habitant. Quod ſi per aliquam contrarietatem ſupradictam noſtram conceſſionem iovadere, aut ulla occaſione moleſtare quis præſumpſerit, ſciat ſe eſſe compoſiturum auri puriſſimi libras ducentas, medietatem ſacro noſtro Palatio, & alteram medietatem tibi ſupra dicto Rodoiſio Comiti, tuiſque hæredibus. Ut hæc autem ab omnibus immobiliter ſerventur, manu propria ſcripſimus, & aonulis noſtris juſſimus ſubter ſigillari. Ego Madelbertus ſcriba ex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſi.

Datum undecimo die inante menſe Aug. in anno undecimo Principatus Domini Pandolphi glorioſiſſimi Principis, & ſexto anno Principatus Domini Landolphi magnifici Principis, Indict. 5. Actum in ſacratiſſimo Beneventano Palatio, feliciter.

Pandolphus & Athenolphus de curte in Claſiniano elocando, & de ſancto Cyrico,

In nomine Domini Dei Salvaturis noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, Landolphus ſeu & Atenolphus Divina ordinante providentia Longobardorum geotis Priocipes. Cum Principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus juſtè petentibus clementer ſaveat. Quapropter noverit omnium

A fidelium noſtrorum, præſentinm ſcilicet & futurorum ſagacitas, quoniam Theodoricus Gaſtaldus, qni Mirandus vocatnr, fidelis noſter per Rodelpoacum Gaſtaldom dilectum noſtrum, noſtram obſecravit excellentiam, ut concederemus ei integram ipſam Curtem de loco Cluſiniano & Caudi, quæ eſt de Capella S. Cyrici, pertinentiam ſacro ooſtro Palatio cnm omoibus ejns pertinentiis, de quo petiit ſibi fieri munitionem à noſtra excellentia, cujos petitioni libenter adſenſnm præbentes, hos ooſtræ munitionis apices exinde fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter tibi prænominato Theodotico, & hæredibus tnis coocedimus per præſens hoc noſtrum roborenm præceptum jam nominatam integram curtem de loco Criſiniano & Claudi quæ eſt de Capella S. Cyrici pertinente ſacro noſtro palatio cum omnibus ad eam curtem pertinentibus, ut habeatis & poſſideatis illam ſine ullius Comitis Gaſtaldi ſeu Judicis ooſtri vel cujuſcunque perſonæ contradictione, & ut nullus de prę-B dicta curte integra, ant de omnibus ad eandem jam fatam curtem pertinentibus vobis invaſionis aut contrarietatis ingerere ullam violentiam præſumat, ſed perpetuis temporibus tu præſate Theodorice, & tui hæredes per hanc noſtram principalem conceſſiooem jam dictam integram curtem cum omnibus ejus pertineotiis babeatis atque poſſideatis, facientes exinde, qnodcunque volueritis. Porro ut hoc quod mandamus ab omnibus immobiliter obſervetur, manu prnpria oos ſcripſimus, & annulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari. Urſus Clericus & ſcriba ex iuſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſit.

Data ſexto Idus meaſis Novembr. in anno viceſimo octavo Principatus Domini Landolphi glorioſiſſimi Principis, & triceſimo octavo anno Principatus Domini Atenolphi eximii Principis, & quinto anno Principatus Domini Atenolphi filii ſupradicti Domini Landolphi glorioſiſſimi Principis Indict. 11. Actum in civitate Beneventi in ſacro noſtro Palatio, feliciter admodum.

C *Landolphus & Atenolphus de via quæ pergit ad portam Ruſini.*

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, Laudolphus & Atenolphns Divina ordinante providentia Loogobardorum gentis Principes. Cnm principali excelleotia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus juſte petentibos clementer admodum ſaveat. Quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet ac futurorum ſagacitas, quoniam Diego Gaſtaldus fidelis noſter per Rodelpotum Gaſtaldum chariſſimum parentem noſtrum ooſtram precatus eſt excellentiam, ut concederemus illi medietatem de omnibus rebus quæ fuerunt cujuſdam Petri filii Radelandi, quam indicavit ſervis & ancillis ſuis, & Guale hominis liberi, qui ſine hæredibus de hoc ſęculu deceſſerunt, & ideores eorum legaliter ad ſacrum noſtrum devenerunt Palatium; necuon concederemus illi ſex pedes de terra in latitudinem de ipſa via poblica quæ pergit à porta Rufini in ipſo D flumine Sabbato, quæ pergit uſque ad ipſum flumen, & eſt lata ipſa via in uno capite pedes trigiota ucto, & in aliu capite eſt lata pedes ſexaginta, & per ipſos ſex pedes quos ei exinde coocedimus à terra quam pars ſacratiſſimi Epiſcopi illi dedit, & quomodo vadit in prædicto flumine, nt liceat inde ire ipſa aqua de ipſo molino ejus abſq; læſione de ipſa via, ut non noceat ipſa aqua homioibus qui per ipſā viam ambulant, ita tamen nt ille Drogo, & hæredes ſui ſemper talem poutem tranſire bene poſſiot Radelchiſus & alii homines & illorum hæredes ad ipſa molina ſua cum ſuis otilitatibus; de quibus petiit ſibi fieri munitionem à noſtra excelleotia, cujns petitioni libenter admodum adſenſnm prębentes hos noſtrę munitiools apices exinde ei fieri juſſimus; per quos omnino ſancimus, & perpetualiter tibi Drogoni Gaſtaldo filio noſtro concedimus per præſens hoc noſtrum roboreum præceptum jam dictam medietatem de omnibus rebus quæ fueruot prædicti Petri fi-

lii Radelandi, quam judicavit ſervis & ancillis ſuis & Guale homini libero, qui ſine hæredibus de hoc ſæculo migrarunt ad cæleſtia & ideo res illorum legaliter ad ſacrum noſtrum devenerunt Palatium; ſimulque concedimus tibi ſex pedes de terra in latitudinem de prædicta via publica quæ pergit à porta Rufini in ipſo flumine Sabbato à terra quam tibi pars Epiſcopi dedit, abſque læſione de ipſa via, ut ſic ipſa aqua per ipſos ſex pedes decurrat, ut non exeat in ipſam viam ut noceat hominibus prætereuntibus, quique per ipſam viam quotidie ambulant, & ut ſemper facias tu & tui hæredes talem pontem unde bene incedere poſſit Radelchiſus & alii homines & ipſi hæredes ad ipſa molina ſua cum ſuis utilitatibus. Hæc autem omnia quæ tibi conceſſimus, habeas & poſſideas ſine ulla contradictione Comitis, Caſtaldi ſeu Judicis noſtri, vel cujuſque perſonæ, & ut nullus de prædictis omnibus invaſionis aut contrarietatis vobis ingerere ullam violentiam præſumat, ſed perpetuis temporibus tu præfate Drogo tuique hæredes per hanc noſtram conceſſionem illa omnia habeatis atque poſſideatis, facientes exinde quodcunque vobis placuerit aut volueritis. Porro ut hoc quod jubemus ab omnibus inviolabiliter obſervetur, manu propria ſcripſimus, & annulo noſtro juſſimus ſigillari. Urſus Clericus & ſcriba ex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſit.

Data quinto nonas menſis Julii, in anno decimo ſeptimo Principatus Dominorum noſtrorum Landolphi & Atenolphi, Ind. 17. Actum in civitate Beneventi, in Palatio noſtro feliciter admodum.

Pandolphus & Landolphus.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni. Pandolphus & Landolphus Divina ordinante providentia Longobardorum gentis Principes. Cum principali excellentia petitionibus dilectorum omnium juſte petentibus clementer admodum faveat. Quamobrem noverit omnium noſtrorum fidelium præſentium ſcilicet ac futurorum ſagacitas, quoniam Auſentius & Theodoricus Germani fideles ac filii quondam Aroaldi qui fuit habitator quondam in Caſtello Tacco per Dauferium Gaſtaldum dilectum fidelem noſtrum noſtram deprecaverunt excellentiam, ut concederemus atque confirmaremus eis cuncta qualiter hic inferius declarantur jure quieto, de quibus petierunt ſibi munitionem fieri à noſtra excellentia; quorum petitioni uſquequaque libenter aſſenſum præbentes, hos noſtræ munitionis apices exinde fieri juſſimus illis, per quos omnino ſancimus & perpetualiter per præſens hoc noſtrum roboreum præceptum concedimus atque confirmamus vobis Germanis Auſentio & Theodorico fidelibus noſtris, veſtriſque hæredibus omnes illos liberos homines tam extraneos quam & alios qui non ſunt ſervitiales, in parte Reipublicæ, & in rebus noſtris reſideat, vel ſponte ad laborandum ordinati fuerint, vel in rebus noſtris ſeu illos liberos extraneos, ſeu qui ſervitiales non ſunt, quos antea in rebus noſtris ad laborandum miſeritis, ut de rebus veſtris in parte ad partem mandatum dederitis, ut omnes ipſi & filii ipſorum ſemper deſenſos habeatis, ut ſint deſenſi ſemper ab omni exactione, & ab omni datione, quam qualitercunque in parte Reipublicæ dare debuerint, & ab omni ſervitio publico, & qui ex ipſis abſque hærede deceſſerit & cauſam ſuam injudicatam reliquerit, ut omnia illius ſic in tua & de tuis hæredibus eveniant proprietare faciendi omnia quę volueritis; veluti legaliter ad noſtrum ſacrum venire debuerunt palatium; necnon & concedimus atque confirmamus vobis Germanis Auſentiu & Theodorico & ad veſtros hæredes. omnes illas liberas fœminas quæ ſervos veſtros ſibi in maritos ſociaverunt, vel quantæ amodo, & in antea ſervos veſtros ſibi viros copulaverunt, pariterque & cum ipſis ſervis & cum filiis & filiabus illorum, ſicut omnes legibus ad noſtrum ſacrum evenire debuerunt palatium, ita vobis integras illorum perſonas concedimus atque confirmamus habendas; exceptamus illus quibus ſecuritas à vobis facta illis paruerit, ut juxta noſtram ſecuritatem permanere debeant. Hæc autem omnia ſupradicta vobis ſuperius dictis Germanis veſtriſque hæredibus concedimus atque confirmamus, quatenus amodo & deinceps perpetuis temporibus illud habeatis atque poſſideatis, ſine ullius Comitis, Gaſtaldi ſeu Judicis noſtri, vel cujuſcunque perſonæ contrarietate, facientes inde omnia quæ volueritis, à nemine aliquid contrarium exinde vobis ingerente in aliquo. Ut autem hæc noſtra conceſſio firmius veriuſque credatur, & ab omnibus immobiliter obſervetur, manu propria ſcripſimus annuliſque noſtris ſubter juſſimus ſigillari. Madelfrid Clericus & notarius atque ſcriba ex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſit.

Datum 15. Kal. Decembr. in anno triceſimo ſeptimo. Principatus Domini Pandolphi, & undecimo anno Principatus Domini Landolphi excellentiſſimi Principis filii ejus Ind. 8. Actum Benevènti in ſanctiſſimo Palatio.

Jandolphus de terris exfundatis in Matalont.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Nos Jandolphus divina ordinante providentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Mallonis fidelis noſtri concedimus juara, & confirmamus vobis Garaſorio, necnon & Mirolio, necnon & Marcanolio & Sicenolpho fratribus, qui & famuli noſtri aliquot abhinc annis fuerunt filiis Pindolis, terras ex fundamento ſundatas, & quanti de ipſis dominicalibus fuerunt quæ eſſe videntur in loco ſupra Matalum propinquo ſancta Maria ad ipſam Capellam ubi Grauciſuli vocatur, & in loco in quo Santiliani nominatur, hoc eſt ab ipſa via ſicuti vocatur Beneventana, & quomodo revolvit & vadit uſque ad terram ſancti Lazari, & pertenait uſque ad terram Pandenolphi qui dicitur Areſaneca, & revolvit & vadit uſque ad terram quæ nominatur, & dicitur de ſervis Dominici, quam vobis conceſſimus, & de alio capite montis, infra hos fines conceſſimus vobis omnes territorias quantas in ſupradictis locis habuerunt & pertinuerunt Adelperto filio Adelperti, & Renobati fratri Renobati de Faſſiliano & Martino, necnon & Martiniano & Malpuzolo, inſimul cum reliquis omnibus terris exſundatis quanti infra ſupradictis finibus, & in jam dictis locis invenies deeſſe, ſupradicto Pindolo genitori veſtro à Domino Jandolpho glorioſo Principe genitore noſtro dictum fuit, & qualiter ille ipſas poſſedit, ſic vobis, qui ſuper, germanis veſtriſque hæredibus ea omnia concedimus habenda, atque poſſidenda, ſine contrarietate Comitis, Gaſtaldi, Judicis, aut cujuſcunque perſonæ contradictione, vel inquietudine, veruntamen perpetuis temporibus vos una cum hæredibus veſtris habeatis atque poſſideatis ea omnia qualiter ſuperius leguntur, & faciatis exinde quæcunque vobis placuerint, nemine exinde vobis in aliquo contraria ingerente.

Scripſi ego Petrus notarius ex juſſione ſupradictæ poteſtatis in anno duodecimo Principatus ſui, menſe Septembr. Indict. 15. feliciter.

Actum in civitate Capuana, feliciter admodum.

Landolphus & Pandolphus de terra foris porta Summa, inter duas vias.

In nomine Domini Dei Salvatoria noſtri Jeſu Chriſti. Landolphus & Pandolphus, divina ordinante Providentia Longobardorum gentis Principes, damus necnon & tibi Audiraldo dilecto Comiti noſtro partem necnon & filium Adelferii, terram illam foris hanc Beneventanam civitatem foras atque juxta portam Summam quæ eſſe videtur inter duas vias publicas, una quæ venit & intrat in eandem portam, & alia quæ deſcendit ad ipſum Ludicetum, & de alia quidem parte conjunctum eſt cum ipſo horto Cœnobii ſanctæ Sophiæ virginis; ut tam tu, quam & tui hæredes, & cui à te datum

paruerit, & illorum hæredes poteſtatem habeatis in eandem terram infra prædictos fines, ædificum laborem omnem pro veſtra libertate ibidem peragere, quod vobis utile ac neceſſe fuerit faciendum; Ita tamen ut ædificium & laborem quem in prædicta terra feceritis non ſit contrarium ad carrus, vel ad animalia quæ per eandem viam ſunt tranſitura; ea etenim ſanctione jam dictam terram infra prædictos fines noſtra conceſſione, velut prælegitur, tam tu quam & tui hæredes, & cui vobis datum paruerit, & illorum hæredes amodo & perpetualiter habere & poſſidere valeatis, per hanc noſtram principalem conceſſionem faciendi eainde omnia quæcunque volueritis, abſque ullius Comitis Gaſtaldi noſtri, ſeu Judicis, vel Schulteti noſtri, aut cujuſcunque perſonæ hominum contrarietate, vel inquietudine à nemine aliquid contrarium ingerente.

Scripſi ego Joannes Clericus, & ſcriba ex juſſione ſupradictæ poteſtatis in anno quadrageſimo ſecundo Principatus Dom. Landolphi glorioſiſſimi Principis, & decimo octavo anno Principatus Dom. Pandolphi magni Principis filii ejus menſe Novemb. Indictione duodecima feliciter.

Landolphus & Pandolphus de rebus in finibus Ferculis.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni. Landulphus & Paudolphus divina ordinante providentia Longubardorum gentis Principes. Cum principalis excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus juſta petentibus clementer faveat. Quamobrem noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet futurorum ſagacitas, quoniam Landolphus dilectus Gaſtaldus noſter & parens noſtri, ac filii bonæ mem. Patonis per Dauferium Comitem hominem Barbanum noſtrum noſtram deprecatus eſt excellentiam, ut concederemus illi omnes res exſundatas de finibus Feradanis, quæ ad ſacrum noſtrum Palatium pertinent, infra illos fines qui hic inferius declarantur, de quibus petiit ſibi fieri munitionem à noſtra excellentia, cujus petitioni uſquequaque aſſenſum præbentes, hos noſtræ munitionis apices eainde ei fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus & perpetualiter per præſens hoc noſtrum roboreum præceptum concessimus tibi ſuperius dicto Landolpho compatri noſtro, hæredibuſque tuis, & cui à vobis datum eſſe paruerit, integras omnes exſundatas de totis finibus Furculanis, quantum quandoque ad ſacrum noſtrum palatium pertinet, infra hos fines quomodo incipit à foris pertinentia Eccleſiæ ſanctæ, quæ dicitur ad Cellum, & aſcendens per Cerram de monte qui dicitur Tariano, & ſicuti directum vadit per ſerra de monte, & redit in capite, & deinde directe in caſale Monaſterii ſancti Petri quod dicitur Villa magna, & ab inde deſcendente uſque ad caſale quod nominatur Carmiano, & deinde uſque ad montem qui dicitur Cora, & revolvente per pedem de eodem monte uſque in locum qui nominatur Finita, & ab inde trans ipſam ſtradam majorem directam per viam illam quæ deſcendit ad ipſas plancellas, & quomodo vadit per ipſas plancellas uſque in ſerram de monte qui dicitur Cancellum, & deinde directim uſque ad Eccleſiam ſancti Marciani de Tabernole, & inde directum in Borrane, & quomodo vadit in Meſolam. & rediente à foris pertinentia ipſius Eccleſiæ ſancti Angeli ad Cerrum prioris finis. Intra hos vero fines quantæ res ea fundatæ ſunt, vel quantum, quandoque undecunque vel qualitercunque ad ſacrum noſtrum Palatium pertinet, ut unæcum ſuperius & inferius, & cum viis, ſeu & cum ipſa munimina inde pertinentia, omnibuſque illorum pertinentiis tibi eidem Landolpho hæredibuſque tuis, & cui à vobis datum eſſe paruerit, concedimus habendum, ea etenim ſanctione, quatenus amodo & deinceps vos & cui à vobis datum eſſe paruerit, ſupradictam noſtram conceſſionem integram habeatis, necnon & poſſideatis, ſine ullius Comitis, Gaſtaldi, ſeu Judicis noſtri, vel cujuſcunque perſonæ contrarietate, facientes inde omnia quæcunque volueritis, à nemine vobis inde aliquod contrarium ingerente. Porro ut hoc quod jubemus atque concedimus immobiliter obſervetur, manu propria ſcripſimus, & annulis noſtris juſſimus ſigillari.

Madelfrid Clericus & Notarius atque ſcriba ex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſi.

Datum 12. Kalend. Januar. in anno 20. Principatus Domini Landolphi glorioſiſſimi Principis, & in ſexto decimo anno principatus Domini Pandolphi eximii Principis. Indict. 2. Actum in ſacratiſſimo Beneventano Palatio, feliciter admodum.

Landolphus & Pandolphus de Eccleſia ſancti Martiani Martyris juxta flumen Calorem.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni. Landolphus & Pandolphus divina ordinante providentia Longobardorum gentis Principes. Cum principalis excellentia petitionibus omnibus juſta petentibus clementer faveat. Quamobrem noverit omnium præſentium ſcilicet & futurorum ſagacitas, Leonem Sacerdotem & Monachum Jaquintum Sacerdotem ac filium cujuſdam Maraldi per Landolphum Comitem dilectum noſtrum, noſtram adiiſſe à Deo protegendam principalem dignitatem, deprecantes, ut concederemus illis Sacerdotibus cuncta qualiter hic inferius declarantur poſſidenda jure quieto, de quibus etiam petierunt ſibi à noſtra excellentia quatenus munitionis apices eainde fieri juberemus; quorum petitionibus uſquequaque libenter aſſenſum præbentes, hos noſtræ munitionis apices eainde fieri jubemus, per quos omnino videlicet ſancimus, & perpetualiter per præſens hoc noſtrum roboreum præceptum damus, atque concedimus vobis prænominatis Leoni Sacerdoti, ac Monacho, & jam dicto Jaquinto Presbytero, hoc eſt integram Eccleſiam vocabulu ſancti Martiani quæ conſtructa eſſe videtur foris hanc Beneventanam civitatem, juxta ac erga fluvium nomine Calorem, una cum omnibus ornamentis & pertinentiis ad eandem Eccleſiam, quatenus amodo & deinceps diebus vitæ veſtræ jam dictam Eccleſiam cum omni ornatu, vel rebus pertinentibus ad eamdem Eccleſiam poteſtatem habeatis tenere, donare, & eandem Eccleſiam officiare & dare ad tenendum, ac dominandum cuicunque vobis pro veſtro libero arbitrio placuerit, qui in eadem Eccleſia officiare debeat ſicut conſuetudo eſt, ſimul & poteſtatem habeatis tenere & dominare, & in eadem Eccleſia officiare, & Sacerdotes, necnon & Clericos ibidem conducere, & alios homines pro utilitate prædictæ Eccleſiæ & veſtra, & tam vos quam & illi Sacerdotes, atque Clerici qui ibidem conducti fuerint, poteſtatem habere in eadem Eccleſia die nocteque Monachicas, aut Canonicas horas, aut officium facere, juxta veſtram, atque illorum poteſtatem, atque voluntatem. & quidquid enim Dominus dederit in eadem Eccleſia per ſuos fideles, tantum ſit veſtræ dominationi faciendi omnia quæ volueritis, ſi Dominus per ſuos fideles dederit in eadem Eccleſia aurum, vel argentum, pannos ſericos, ſindones, vel etiam coronas, vel aliquid ornatus ſit in eadem Eccleſia, ſimiliter & poteſtatem habeatis ipſas res tenere, dominare ac laborare, & dare ad tenendum & laborandum cui volueritis; ſrugum vero quod eainde exierit, totum ſit veſtræ dominationi faciendi inde omnia, quæcunque volueritis pro veſtra libertate; iterum poteſtatem habeatis in ipſis rebus prædictæ Eccleſiæ caſas, ac reditus facere, & ibidem habitare cum hominibus veſtris, & cauſam veſtram & omnem utilitatem ibi peragere ſicut in cauſa veſtra, ſicut juxta veſtram voluntatem vobis placuerit; ea etenim ſanctione cunctam jam dictam Eccleſiam cum ſuis omnibus qualiter ſuperius leguntur, vobis equidem Leoni Sacerdoti & Monacho, & Jaquinto Sacerdoti conceſſimus, ut amodo & deinceps vos prænominati Sacerdotes prædicta omnia habeatis, at-

que

qne poſſideatis in ſupradicta ratione, faciendi quodcunque volueritis, ſine ullius Comitis, Gaſtaldi, vel Sculteti noſtri, aut cujuſcunque perſonæ hominum contrarietate, vel inquietudine, à nemine aliquod contrarium in aliquo ingerente, vel ut nullus in aliquo vobisquippiam exinde moleſtationis ullo in tempore in aliquo ingerere præſumat, ſed à præſenti & deinceps perpetuis temporibus ſupradicta omnia habeatis, atque poſſideatis; tantum ſi tu ipſe Leo Sacerdos & Monachus, aut tu ipſe Jaquinte Sacerdos qualis ex vobis mortuus fuerit unus alteri ſuccedere debeat in eadem Eccleſia, in omnibus Abbas eſſe; poſt vero veſtrum obitum, ſi ibidem neceſſarium fuerit Abbatem ordinare, ideo qualem Eccleſiæ congregatio ſibi Abbatem elegerit inter ſe, talem una vobiſcum eligit atque conſtituat in eadem Eccleſia Abbatem. Si quis vero hæc cuncta, quæ præleguntur, aliquo modo irrita facere præſumpſerit, malumque in ea ingerere, ſciat ſe eſſe compoſiturum auri libras duas, medietatem ſacro noſtro palatio dabit. Abbas vero qui ibidem poſt veſtrum obitum ordinatus fuerit, eandem Eccleſiam cum omnibus ſuis pertinentiis & quæ prædiximus, ſemper in ſua habeat poteſtate, ſicuti ſupra legitur. Ut autem hæc noſtra conceſſio ab omnibus inviolabiliter obſervetur, manu propria ſcripſimus, & annulis noſtris ſubter juſſimus ſigillari.

Joannes Clericus & ſcriba ex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſit.

Datum enim vobis in anno primo Principatus Dom. Landolphi Principis glorioſiſſimi, & decimo ſeptimo anno principatus D. Pandolphi magni Principis filii, menſe Aprilis Indict. 11. Actum Beneventi in ſacro noſtro Palatio, feliciter admodum.

Pandolphus & Landolphus de aqua fluminis Caloris cum ripis, & ſolo ſuo, à loco ubi intrat rivus Scarabolis uſque in mediis pilis de Pontestrato.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni. Pandolphus & Landolphus divina ordinante providentia Longobardorum gentis Principes. Cum principalis excellentia petitionibus clementer faveat dilectorum ſuorum. Quamobrem noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, quoniam Potefrid & Ademarius germani filii cujuſdam Alderiſi, per Aripotonem venerabilem Archidiaconum atque Abbatem ſacri noſtri Palatii, noſtram adierunt a Deo protegendam principalem excellentiam, atque dignitatem, deprecantes, ut concederemus illis hæredibuſque eorum cuncta qualiter hic inferius declarantur, habenda atque poſſidenda jure quieto; de quibus etenim petierunt ſibi a noſtra clementia atque excellentia, quatenus ſicut mos eſt anteceſſorum noſtrorum Principum munitionis apices inde illis fieri juberemus; quorum petitionibus uſquequaque libenter aſſenſum præbentes hos noſtræ munitionis apices exinde illis fieri juſſimus, per quos videlicet omnino ſancimus & perpetualiter per præſens hoc noſtrum roboreum præceptum damus atque concedimus vobis nominatis Potefrid & Ademario germanis, veſtriſque hæredibus, aquam fluminis Caloris cum ripis, atque ſolo ſuo, à loco ubi in eundem fluvium intrat Trivius ille qui vocatur rivus Scarabajolis in ſubtus uſque in mediis pilis fabricatis de Ponte ſtrato, una cum tot. s ædificiis, quæ ibi modo habentur, ſed cum cunctis piſcationibus inde vel aquatico; quatenus amodo, & ſemper liceat vos veſtroſque hæredes aquam ipſam a ſupradictis finibus, & ſuis ipſis ripis, & loco & ſolo claudere atque ædificare, quandocunque volueritis ſecundum veſtram voluntatem, & laborem ibi ſecundum veſtram liberum arbitrium; & liceat vobis veſtriſque hæredibus aquam ipſam à ſupradicto fine cum ipſis ſuis ripis, & ſolo ſuo ad tenendum & dominandum, atque claudendum & ædificandum & laborandum, necnon atque piſcandum, dare cuicunque volueritis, omnia & in omnibus, quodcunque ibi cultum fuerit, vel inde exierit, amodo & ſemper veſtræ, veſtrorumque hæredum ſit poteſtati faciendi, inde quodcunque volueritis; ea etenim ſanctione cunctam ſupradictam noſtram conceſſionem, veluti ſuperius legitur, vos veſtrique hæredes amodo & ſemper illa omnia habeatis, & poſſideatis, & ſecuriter inde & de cunctis ſuis pertinentiis omnia faciatis per hanc noſtram principalem conceſſionem quæcunque volueritis, ſine ullius Comitis, Gaſtaldi, ſeu Judicis, vel Sculteti noſtri, vel cujuſcunque perſonæ hominum aliqua contrarietate, vel moleſtatione. Ut autem hæc noſtra conceſſio ab omnibus veriſſime credatur & immobiliter obſervetur, propria manu ea ſubter confirmavimus, & annuli noſtri impreſſione juſſimus ſigillari atque inſigniri.

Carus Clericus necnon & Notarius, atque ſcriba ex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſit, in anno quadrageſimo ſexto Principatus Domini Pandolphi excellentiſſimi Principis, & anno decimo anno Principatus Domini Landolphi glorioſi Principis filii ejus, & primo anno Principatus Domini Pandolphi magni Principis filii ejuſdem Domini Landolphi glorioſi Principis de menſe Martio, Indict. 10.

Actum in ſacro Beneventano Palatio feliciter admodum.

Landolphus & Pandolphus de ſancto Marciano.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Landolphus & Pandolphus Divina ordinante providentia Longobardorum gentis Principes. Cum principalis excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus juſte petentibus clementer faveat. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet, ac futurorum ſolertia, Laquinatem ſacerdotem, & Monachum, Leonem ſacerdotem atq; Monachum per Landulphum Comitem dilectum noſtrum. noſtram a ſiſte à Deo protegendam principalem dignitatem, deprecantes, ut concederemus illis cuncta qualiter hic inferius declarantur, habendum jure quieto, de quibus etenim petierunt ſibi à noſtra clementia, quatenus munitionis apices exinde illis fieri juberemus; quorum petitionibus uſquequaque libenter aſſenſum præbentes, hos noſtræ munitionis apices exinde illis fieri juſſimus; per quos videlicet omnino ſancimus, & perpetualiter per præſens hoc noſtrum roboreũ præceptum damus atque concedimus vobis Laquinto & Leoni ſacerdotibus integram Eccleſiam vocabulo S. Marciani quæ conſtructa eſſe videtur foris hanc Benevent. civitatem juxta fluvium Corum, una cum omni ornatu & rebus, atque pertinentiis ad eandem Eccleſiam, vel amodo & diebus vitæ veſtræ eandem Eccleſiam, cum ſuis omnibus pertinentiis quas modo habet, & quas in antea habitura eſt poteſtatem habeatis illa tenere, dominari, & eandem Eccleſiam officiare, & dare ad tenendum, ac dominandum & regendum cui volueritis, omnem vero oblationem, vel ſepulturam, ſeu quicquid Dominas in eadem Eccleſia dederit per ſuos fideles, veſtræ ſint proprietatis, faciendi omnia quæ volueritis; exceptamus aurum, & argentum, ſindones vel coronas, aut cortinas, vel aliud quod pro ornatu ejuſdem Eccleſiæ eſſe potuerit, ſi ibi oblatum fuerit, ſemper ſit proprietati ejuſdem Eccleſiæ; ſimiliter ipſas res poteſtatem habeatis dare ad laborandum cui volueritis & redita facere & habitare, quemadmodum vobis utile & neceſſe fuerit; omne frumentum quodquod inde exierit, veſtræ ſit proprietati vel dominationi, ſimiliterque & concedimus in eundem ſanctum locum, ut poteſtatem habeant Rectores, à capite de ipſo ponte in eadem ſtrada uſquequo voluerint, ædificare, facere & habere & dare ad faciendum cui voluerint omne ſervitium quod exinde ſolvere debuerint in parte, publice ad partem ejuſdem Eccleſiæ faciant & perſolvant his qui ibidem reſident, ejuſque Rectoribus; iterum & concedimus in eodem ſancto loco, ut nullum ſervitium, aut dationem, portaticum, vel pla-

tea-

teaticum dent aut faciant in parte publica, niſi ad partem ejuſdem Eccleſiæ his qui in eadem reſident Eccleſia atque habitaverint, & ſi tale malum aliquis ex ipſis fecerit unde legibus ſervi, aut ancillæ cadere debeant, ſemper ad partem ejuſdem Eccleſiæ cadere debeant; ea etenim ſanctione per jam dictam noſtram conceſſionem, velut prælegitur, jam dictam Eccleſiam, ſicut prælegitur, cum ſuis omnibus, vobis prænominatis Laquinto & Leoni ſacerdotibus, veſtriſque ſacerdotibus amodo & deinceps conceſſimus habendam, ſicut ſuperius legitur, abſque ullius Comitis, Gaſtaldi, Judicis, vel Schulteti noſtri, aut cujuſcumque perſonæ hominum aliqua contrarietate, vel inquietudine, à nemine contrarium ingerente in aliquo. Ut autem hæc noſtra conceſſio ab omnibus inviolabiliter obſervetur, manu propria ſcripſimus, & annulis noſtris ſubter juſſimus ſigillari.

Joannes Clericus & ſcriba ex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſit.

Datam vobis in anno 41. Principatus Domini Landolphi glorioſi Principis, & decimo ſeptimo anno Principatus Dom. Pandolphi magni Principis filii, menſe Aprili, 11. Indict. Actum in ſacro Beneventano Palatio.

Pandolphus & Landolphus de rebus in ponte Piano.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni. Pandolphus & Landolphus divina ordinante providentia Longobardorum gentis Principes cum principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum juſte petentibus clementer favent. Quamobrem noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, agnoſcatque ſolertia, Rodelpherium Clericum, noſtrumque fidelem, ac filium cujuſdam Iſi per Adelpherium Comitem dilectum noſtrum parentem, ac filium quondam Danferii qui olim Comes fuit, noſtram adiiſſe à Deo protegendam principalem clementiam & dignitatem, deprecans, ut concederemus eidem Rodelpherio Clerico, ſuiſque hæredibus cuncta qualiter hic inferius declarantur, habendum jure quieto; de quibus etenim petiit ſibi à noſtra clementia, quatenus munitionis apices exinde ei fieri juberemus; cujus petitioni uſquequaque libenter aſſenſum præbentes, hos noſtræ munitionis apices exinde ei fieri præcepimus, per quos videlicet, & omnino ſancimus, & perpetualiter per hoc noſtrum roboreum præceptum concedimus tibi ſupradicto Rodelpherio Clerico, tuiſque hæredibus, integras res tuas quas pertinentes modo habetis, atque tenetis, atque dominatis deſuper ponte Piano, in loco ubi ſanctus Januarius, & ſanctus Nicolaus aſſe dicitur, & ubi ad ſanctum Stephanum dicitur, cum ipſis totis veſtris vineis, & terris, quæ modo ibidem tenetis, & dominium in ipſa toppula habetis, & in ipſas veterales, & in loco Agelio, in integrum ipſas vineas, terras, ſylvas, aquas, viridaria, omneſque ſuas pertinentias, cum viis & anditis ſuis, & cum inferioribus & ſuperioribus, & cum integris portionibus de ipſis Eccleſiis quas ſupra diximus quas ibidem habetis, & qualiter illud modo tenetis & dominatis, funditus illud vobis concedimus, ad ſemper illud habendum, & poſſidendum amodo, & ſemper faciendi exinde omnia, quæcunque volueritis, aut quæcunque vobis placuerint una cum ipſa monimina, quanta & qualia exinde habetis & poſſidetis vos, & hæredes veſtri, per hanc noſtram principalem conceſſionem abſque ullius hominis invaſione atque moleſtatione; iterumque concedimus tibi eidem Rodelpherio Clerico, tuiſque hæredibus, ut quicunque liber homo ſua ſpontanea voluntate in veſtris rebus reſederit, & ſuas proprias res non habuerit, omne ſervitium quodcunque in parte noſtra reipublicæ facere, aut perſolvere debuerit, omnia & in omnibus ea tibi eidem Rodelpherio Clerico, tuiſque hæredibus faciant, atque perſolvant, & ſemper illos à parte Reipublicæ defenſos habeatis; ea etiam ratione cunctam ſupraſcriptam principalem noſtram conceſſionem, velut prælegitur, tibi eidem Radelpherio Clerico, tuiſque hæredibus conceſſimus ad ſemper illud habendum atque poſſidendum, & ſecuriter & firmiter permanendum & faciendum exinde omnia, quæ volueritis vos, & hæredes veſtri, amodo & ſemper & perpetuis temporibus, abſque ullius Comitis, Gaſtaldi, vel Judicibus, vel Schulteti noſtri, aut cujuſcunque perſonæ hominum aliqua contrarietate. Et quicunque contra hanc noſtram principalem conceſſionem facere præſumpſerit, aut infringere tentaverit, ſciat ſe eſſe compoſiturum auri puriſſimi libras decem, medietatem tibi ſupradicto Rodelpherio Clerico & tuis hæredibus, & alteram ſacro noſtro Palatio; & ut tum hæc noſtra conceſſio, atque confirmatio plenius in nomine habeat vigorem, & ab omnibus immobiliter obſervetur, manu propria ſcripſimus, & annulis noſtris ſubter juſſimus ſigillari.

Iſus ſcriba ex juſ. ſuprad. poteſtatis ſcripſit.

Datam enim vobis quinto nonas Maii, in anno triceſimo quarto principatus Domini Pandolphi glorioſiſſimi Principis, & ſeptimo anno principatus D. Landolphi glorioſi Principis filii, Ind. 13. Actum feliciter in ſacratiſſimo Beneventano Palatio.

Pandolphus & Landolphus de S. Benedicto.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni. Pandolphus & Landolphus divina ordinante providentia Longobardorum gentis Principes, cum principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus juſte petentibus clementer favent. Quamobrem agnoſcat omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet ac futurorum ſagacitas, quoniam inſpirante, atque protegente divina Miſericordia incœpimus cogitare diem mortis noſtræ, & hujus ſæculi fragilitatem, ut cum nos de hac inſtabili luce & ærumnoſa vita migraverimus, hæc noſtra conceſſio pro noſtræ redemptione animæ, quam & pro ſalvatione noſtri principatus ante tribunal æternæ Maieſtatis, ſit præparata; timendo, itaque de die tremendi judicii & retributione uniuſcujuſque ſecundum opera ſua, quoniam Dominus noſter Jeſus Chriſtus, ac Redemptor generis humani per ſemetipſum dignatus eſt dicere: Vigilate quia neſcitis diem neque horam; ſed tamen nos vigilare & ſubtilius cogitare extremum diem oportet, ut cum Dominus nos de corpore vocari juſſerit, vigilantes nos inveniat; ſicut ipſa per ſe veritas dicit: Beatus ille ſervus quem cum venerit Dominus invenerit vigilantem. Non attendamus quid habemus, verum magis quid ſumus. Homo itaque ſicut fœnum dies ejus, & ſicut flos agri ſic deſlorebit; homo namque per nativitatem vivit in carne, per mortem quoque redit in pulverem. Dum igitur hæc talia nos cogitantes, innoteſcimus, quia olim fuit hoſpitium Xenodochium hoſpitii ordine factum ad Eccleſiam vocabulo ſancti Benedicti, ſitam videlicet intus hanc Beventanam civitatem in loco ubi ad caballum dicitur; quæ vero Eccleſia fuit & eſt ſubjecta, & pertinet Monaſterio S. Sophiæ virginis, conſtructum videlicet Monaſterium ipſum propinquum ſacro noſtro palatio; ſed dum imminentibus peccatis à multis populis diſturbatum incultum atque in vacuum redactum eſt multis temporibus hoſpitium & Xenodochium ipſum de præfata Eccleſia S. Benedicti. Idcirco pro amore omnipotentis, & remedio animæ noſtræ cunctique populi ſalute, cauſam recuperationis cogitare cœpimus, & concedimus, atque firmamus ædificandum atque faciendum Xenodochium & hoſpitium ad permanendum ſemper in Eccleſia vocabulo S. Michaelis Archangeli, quæ conſtructa eſſe videtur foras hanc civitatem ultra portam auream trans ipſum ponticellum propinqua eidem ponticello intra ipſis duabus viis publicis; quæ vero Eccleſia ſubdita & pertinens eſt præfato noſtro Monaſterio; necnon & concedimus & confirmamus in præd. Eccleſia S. Michaelis Archangeli ad ſem-

per

per permanendum in ipſo hoſpitio quod juxta eandem Eccleſiam conſtructum eſſe videtur ad reginen & obſequinm ipſorum peregrinorum, & advenarnm qui in eodem hoſpitio advenerint, & congregati fuerint; hoc eſt, integram ipſam vineam & terram ſecus eandem Eccleſiam infra ipſis duabus viis. quam Rodſrid Comes noſtri Palatii filius Madelfrid Comitis ejuſdem Palatii obtulit in præfato noſtro Monaſterio; ſed & integras alias res de Ineo Cuppuli, ubi caſale Rimuli vocatur in finibus Muniti, quas Granſo, qui modo eſt Monachus & filios Iſapi, obtulit per ſuæ redemptionem animæ in præſato Monaſterio, ſimulque concedimus & confirmamus in eodem hoſpitio permanendum, & licenter faciendum unum molinum, quale de ipſis caſis voluerit, ubi ædificata molina prædictum molinum ibique propinquo trans ipſam viam publicam. Hæc omnia, ut prælegitur, in eodem Xenodochio conceſſimus & confirmamus, una cum inferius & ſuperius, cum viis & anditis ſuis, & cum aquis & cum omnibus eorum pertinentiis ibidem permanendum; & concedimus in eodem Xenodochio omnes illos homines qui in eodem Xenodochio ſe commendaverint, aut obtulerint, ut ſint ſemper defenſi ab omni datione, & ſervitio partis Reipublicæ, ea etenim ſanctione, omnia, ſicut prælegitur, in præd. Xenodochio concedimus, atque confirmamus, ut amodo & quandin Sinenolphus Presbyter & Monachus, & præd. Granſo Monachus vivi fuerint, poteſtatem habeant ipſi integrum illud, ſicut prælegitur, ſuæ poteſtati tenere, dominari, regere, & gubernare, & laborare, & ad laborandum dare, & quodcunque frugum ex ipſis rebus & molino Dominus dederit, ſeu quodcunqne ibi oblatum fuerit, totum in eorum ſit poteſtate ad regendum, & dominandum exinde rationabiliter juſto ordine advenas illos & peregrinos & hoſpites qui in eodem xenodochio venerint & congregati fuerint: & poſt amborum ipſorum obitum, quicunque item xenodochium ad gubernandum tenere videbitur, ſimiliter poteſtatem habeat omnia illa, quæ prælegunturtenere, dominari, & laborare, & ad laborandum dare, & de ipſis frugibus regere, & gubernare ipſos hoſpites, & peregrinos, ſicut prælegitur; tantum ſemper ſit idem xenodochium & præd. Eccleſia ſub poteſtate præfati Monaſterii. Et quicunque ex hoc quod prælegitur quomodocunque removere, aut ſubtrahere, vel contradicere voluerit, & taliter ut dictum eſt ſemper non obſervaverit, aut ſi aliquam virtutem ibidem injecerit, certiſſime notum habeat, ſe eſſe compoſiturum ſolidos mille in eodem xenodochio, & inſuper habeat maledictionem a Patre & Filio & Spiritu ſancto, & anathematizatus cum Dathan & Abiron, & cum Juda traditore Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti participet & conjungator. Quamobrem ut hæc noſtra conceſſio atque confirmatio in præfato xenodochio plenius in nomine Domini habeat vigorem, ab omnibusque immobiliter obſervetur, manu propria ſcripſimus, annuliſque noſtris ſubter juſſimus ſigillari. *Iſus ſcriba ex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſit, in anno 40. principatus D. Pandolphi glorioſiſſimi Principis, menſe Julio indict. 13.*

Ego Archipatus Diaconus & Abbat.

Actum in ſacratiſſ. Benevent. Palatio.

Incipiunt Capita quartę partis.

1 *Conceſſio Ottonis Imp. Romanorum Cœnobio S. Sophiæ facta Azzoni Abbati.*

2 *Conceſſio Ottonis Imp. Roman. Cœnobio S. Sophiæ facta Azzoni Abbati.*

3 *Conceſſio Ottonis Imp. Cœnobio S. Sophiæ facta Gregorio Abbati.*

4 *Conceſſio Henrici Imp. Cœnobio S. Sophiæ, facta Gregorio Abbati.*

5 *Conceſſio Conradi Imp. S. Gregorio, facta Bizanti Abbati.*

6 *Conceſſio Henrici Imp. S. Gregorio, facta Gregorio Abbati.*

A 7 *Conceſſio Ottonis Imp. de Sancta Sanctorum, facta Gregorio Abbati.*

Otto Imperator Romanor. de omnibus rebus Cœnobio S. Sophiæ pertinentibus.

In nomine Sanctæ Individuæque Trinitatis ſanctiſſimæ. Otto divina ordinante providentia Imp. Romanor. ſemper Auguſtus. Ad hoc nos divina potentia ad Imperialis culminis provexit apicem, ut omnium, maxime divinorum cultui mancipatorum frugibus conſulamus; quatenus ſervorum Domini ibidem vigilantium, & orantium precatibus ſtatus Imperii noſtri, & Sedes tranquilla dirigatur, & poſt hujus temporalis vitæ deceſſum felicitatis animæ contubernium non denegetur. Quocirca noverit omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet ac futurorum univerſitas, Hubertum venerab. Pariſienſis Eccleſiæ Epiſcopum & Archicancellarium, necnon & Theodoricum vener. Metenſem Epiſcopum. noſtros dilectiſſimos fideles, culminis noſtri ſublimitatem adiiſſe, obnixe poſtulando, quatenus pro Domini amore facinorumque noſtrorum abſolutione Cœnobium S. Sophiæ Eccleſiæ dedicatum, in loco qui nuncupatur Beneventum ſitum, cui præeſſe videtur Azzo vener. Abbas noſterque chariſſimus fidelis, confirmare, & omnino corroborare dignaremur omnia quæ ab anteceſſoribus noſtris & cæteris hominibus Dominum timentibus eidem Cœnobio conceſſa ſunt, & quæ idem Monaſterium tenuit, ex quo fundatum eſt, tam præceptis Prædeceſſorum noſtrorum, ſeu etiam per præciparia & offertiones & chartulas donationis, atque per inveſtituram & donationem, ſeu etiam per quæcunque inſtrumenta chartarum, ſeu cujuſcunque ſcriptionis titulum. Nos quoque ratam eorum petitionem conſiderantes, atque fidelitatem & ſanctitatem præd. Azzonis Abbatis, animo inclinati precibus illorum per hoc noſtrum præceptum, prout juſte, & legaliter poſſumus, confirmamus atq. corroboramus omnes res & proprietates ipſius monaſterii; ſcilicet, in loco qui dicitur Pentano cum capella in honore S. Benedicti; aliam autem in honorem S. Vitalis cum omnibus pertinentiis ſuis, & in capellaria capella una quæ eſt in honore ſanctæ Mariæ; & cortem de Colina, & cortem de Loriano in Petra Ilrumina, cum caſis & ſilvis, & cortem de Lapelo in Bato; in Cortiano capellam in honore S. Petri, in Cereto capellam in honore S. Martini, cum omnibus pertinentiis eorum; cortem de Corteio in comitatu Capuenſi, in loco ubi dicitur Luniano, cum capella in honore ſanctæ Mariæ in Bivio, in Beletro fluvio infra civitatem Aſcolenſem & de foris; in finibus vero Cannæ Eccleſiam quæ dicitur S. Juliani; in Comitatu Tranenſi cortem Pazano cum oliveta ſua: in comitatu Sipontino piſcariam, & in comitatu Aleſinenſe Piſcariam; cortem de Lanienſe, cortem de Calara; ſeu etiam ſicut ſuperius legitur per quæcunque inſtrumenta chartarum, & cujuſcunque ſcriptionis titulum, omnia integrum, una cum terris & omnibus ædificiis ſupereſſe habeatis, vineis, pratis, campis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus caſis, dominicatis, caſtellis, capellis, montibus, fontibus, planitiebus, inſulis, fraſcariis, cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, utriuſque ſexus familiis, ſervis & ancillis a dionis & aldiabus, commendatis eorumque ſupellectilibus cum omnibus pertinentiis & adjacentibus ad jus jam nominatæ S. Sophiæ Eccleſiæ jure & legitime pertinentibus vel aſpicientibus in integrum, cum omnibus ingreſſibus & egreſſibus, eorum ſuperioribus & inferioribus ſuis, tam intra Italicum regnum, quam etiam in finibus Apuliæ conjacentibus. Præterea poſt hac nullus Imperator aut Rex, Dux, Marchio, Comes aut etiam Vicecomes, Schuldachus, Gaſtaldius, Decanus, aut aliquis Reipublicæ miniſter, ſeu quælibet magna parvaque perſona, de omnibus quæ ad præfatum Monaſterium pertinent, tam rebus quam famulis, ſe intromittere præſu-

mat; veruntameo omoia judicio & poteſtati Abbatis, qui pro tempore ſuerit, reſerventur atqne ſubdantur, omnium hominum contradictione remota. Si quis igitur hnic noſtro præcepto violando reſtiterit, ſciat ſe compoſiturum centum libras optimi anri, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem præfato Azzoni, ſniſque ſucceſſoribus. Quod ut veriuscredatur, diligentiuſque ab omnibus nbſervetur, mann propria roborantes annnli nnſtri impreſſionem inferius affigi præcepimus atque mandavimus.

Petrus Cancellarius ad vicem Huberti Epiſcopi & Archicancellarii recognovit ac ſcripſit.

Datum 10 Kal Maii anno Dominicæ Incarnationis 972. Imperii autem Domini Ottonis ſereniſſimi anno decimo, Auguſti, decimaquinta Indictione. Actum Romæ.

Otto Imperator de rebus S. Sophiæ.

In nomine ſanctæ individuæque Trinitatis. Otto Divina favente clementia Imperator Auguſtus. Si tantis ſanctorum Domini Eccleſiis inſiſtimus, ad noſtri Imperii provectum venire nnn diffidimus. Quocirca omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque præſentinm ac futurorum comperiat univerſitas, Dominum Dericum Epiſcopum noſtrum ſeu perdilectum conſanguinenm, culminis noſtri ſnblimitatem adiiſſe, obnixe poſtulando, quatenns pro Domini amore, facinorumque noſtrorum abſolutione, ut Cœnobium in honore ſanctiſſimæ Virginis Sophiæ Eccleſiæ dedicatum, in loco qui nuncupatur Beneventum ſitum cui præeſſe videtur Azo Venerabilis Abbas, juxta ac noſter ſemper chariſſimus fidelis, confirmare, ac omnino corroborare dignaremur omnia quæ ab anteceſſoribus noſtris, ac anteceſſoribus hominibus, cæteriſque aliis Dominum Deum timentibus eidem Monaſterio conceſſa ſunt, atque idem monaſterium ex quo fundatum eſt tam per præcepta Prædeceſſorum noſtrorum, ſeu etiam per præcepta & offertiones ac chartulas donatinnis, atque per inveſtituram ac donationem, ſeu etiam per quæcunque iuſtrumenta chartarum, ſive cujuſcunque ſcriptionis titulum. Nos quoque ratam eorum petitionem conſiderantes, atque fidelitatem ac ſanctitatem prædicti Aazonis Abbatis animo inclinato precibus illorum, per hoc noſtrum præceptum, prout juſte & legaliter poſſumus, confirmamus atque corroboramus omnes res ac proprietates ipſius Monaſterii, ſcilicet, in loco qui dicitur Pantano cum Capella in honorem S. Benedicti; aliam vero in honorem S. Vitalis, cum omnibus pertinentiis ſuis; & in Pallora capellam unam quæ eſt in honorem ſanctæ Mariæ; & cortem de Collina, & cortem de Loriano in petra ſtrumina caſis & ſilvis; & cortem de Lapeis in Boto, in Cortiann capellam in honorem S. Petri; in Cereto capellam in hnnorem S. Martiani cum pertinentiis eorum; cortem de corteto in comitatu Capuenſi in loco ubi dicitur Lnniano, cum capella ſanctæ Virginis Mariæ in Bivio in Beletro fluvio infra civitatem Aſcolenſem ac deforis, in finibus vero Cannæ Eccleſiam quæ dicitur S. Juliani, in comitatu Tranenſi, cortem Pazzano, cum olivetis ſuis; in comitatu Sipontion Piſcariam, cortem de Lanienſe, cortem de Callaza ſancto Roſeo deſeſſa cum territoriis ſnis ſancti Martini de Mattalum cum territoriis ſuis; in finibus Capuæ ſanctum Paulum & ſanctum Stephanum cum territoriis ſnis, in campo Marini in finibus Termnnenſe ſanctum Salvatorem erga fluvium Vulturnum cum territoriis ſuis, in finibus Capuæ ad S. Stephanum de ſtrata cum territoriis ſuis; ſeu etiam ſicut ſupra legitur per quæcnnque inſtrumenta chartarum, atque etiam cujuſcunque ſcriptionis titulum, omnia integrum, una tam terris & nmnibus ædificiis ſupra ſe habitis vineis, pratis, campis, paſcuis, ſilvis, aquis, aqnarumque decnrſibus, molendinis, piſcationibus, caſis dominicatis, caſtellis, capellis, montibus, planitiebus, inſulis, iraſcariis, cultis & incultis, mobilibus ac immobilibns. ac variiſe xus familiis ſervis & ancillis, aldionibus & aldiabus commendatis eorumque ſnpellectilibus, cum omnibus pertinentiis & adjacentibus, ad jus jam nominatæ ſanctæ Sophiæ Eccleſiæ jnre ac legitime pertinentibus, ac aſpicientibus, in integrum cum omnibus ingreſſibus eorum ſuperioribus & inferioribus ſuis, tam infra Italicum regnum, quàm etiam in finibus Apuliæ conjacentibus. Præterea poſthac nullus Imperator, aut Rex, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Schnidaſius, Gaſtaldius, Decanus, aut aliquis Reipublicæ miniſter, ſeu quælibet magna parvaque perſona, de omnibus quę ad præfatum monaſterium pertinent, tam rebus quam familiis ſe intromittere præſumat aut attentet, veruntamen omnia judicin & poteſtati Abbatis, qui pro tempore fuerit, reſerventur atque ſubdantur, omnium hominum contradictione remota. Si quis igitur huic noſtro pręcepto ſe opponere attẽtaverit, ſciat ſe compoſiturum centum libras auri optimi, medietatem camerę noſtræ, & medietatem pręſato Aazoni Abbati ſuiſque ſucceſſoribus. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes annuli noſtri impreſſione inferius affigi præcepimus:

Joannes Cancellarius ad vicem Petri Epiſcopi & Archicancellarii cognovit ac ſcripſit.

Data 15. Kal. Novemb. anno Dominicæ Incarnat. 997. Imperii vero Domini ſecundi Ottonis decimi quarti, Indict. 10. Actum in civitate Beneventana in Palatio Regio in Domini nomine.

Otto Imperator de rebus S. Sophiæ.

In nomine ſanctiſſimæ individuæque Trinitatis. Otto Divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si tantum ſanctorum Dei Eccleſiis omni diligentia inſiſtimus, ad noſtri Imperii provectum venire haudquaquam diffidimus. Quocirca omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque præſentium ſcilicet ac futurorum ſolers agnoſcat Univerſitas, Gregorium venerandum Abbatem culminis noſtri ſublimitatem adiiſſe, obnixe poſtulando, quatenus pro Domini amore facinorumque noſtrorum abſolutione, Cœnobio in honore S. Sophiæ Eccleſiæ dedicato in civitate quæ dicitur Beneventum conſtructo, in quo ipſe præeſſe videtur Abbas, confirmare atque corroborare dignaremur omnia quæ ab anteceſſoribus noſtris ac hominibus cęteris Dominum colentibus eidem Monaſterio conceſſa ſunt, atque idem monaſterium tenuit ex quo fundatum eſt, tam per præcepta Prędeceſſorum noſtrorum, ſeu etiam per precaria & oblationes, ac per inveſtituram, ſeu etiam per quæcunque inſtrumenta chartarum ſive cujuſcunq; ſcriptionis titulum. Nos quoque ratam illius petitionem conſiderantes, animo inclinato precibus ipſius per hoc noſtrum præceptum, prout juſte & legaliter poſſumus, confirmamus atque corroboramus omnes res ac proprietates ipſius Monaſterii; ſcilicet, in loco qui dicitur Pentano cum capella in honore S. Benedicti, alia vero in honore S. Vitalis cum omnibus ſuis pertinentiis, alteram vero in honore ſancti Michaelis Archangeli, quæ dicitur ad olivam, cum omnibus ſuis pertinentiis, & in Pallaria capellam unam quæ eſt in honore S. Mariæ: ſed & Eccleſiam & curtem in Collina cum omnibus ſuis pertinentiis, & in Pallaria capellam unam, quæ eſt in honorem S. Mariæ, ſed & Eccleſiam & curtem de Murisno in petra ſtrumina caſis & ſilvis, & curtem de lapilo hæreditatem de Batulo, in Cortiano capellam in honore ſancti Petri, in corte capellam in honore S. Martini cum pertinentiis ſuis, capellam in honorem ſancti Silveſtri de corneto in comitatu Capuano in loco Luriano cum capella in honore ſanctæ Mariæ in Bivine in Beletro flumine infra civitatem Aſculenſem Eccleſias & foris omnem in finibus canni, eccleſiam S. Juliani in comitatu Tranenſi; cortem de parano cum olivetis ſuis, in comitatu Sipontino Piſcariam, in Comitatu Deleſinenſe piſcariam, cortem de Lanenſe, cortem de Calaza ſancto roſeo de Serra cum

ter-

territoritis ſuis, in finibus Capuæ ad S. Paulum, & S. Stephanum cum territoriis ſuis, io campo Mari ni in finibus Tremanenſe ad S. Adjutorem erga fluvium Vulturinum cum territoriis ſuis, in partibus Capoæ ad ſanctum Stephanum de Strada cum territoriis ſuis; ſed etiam, ſicut ſupra legitur, confirmamus eidem Monaſterio Eccleſiam S. Magni in Caſtello magno cum omnibus pertinentiis ſuis, & Eccleſiam S. Angeli in altiſſimo ſuper fluvium Bivernum in fluviis atque finibus campi Morani cum eadem Eccleſia hæreditatem quæ eſt in longitudine milliaria duo, necnon Eccleſiam ſancti Joannis cum omnibus rebus ſuis in cauſa Pollucis, & Eccleſiam S. Petri in finibus de Laureto cum omnibus pertinentiis ſuis, videlicet omnibus in integrum terris ædificiis ſupra ſe habentibus, vineis, pratis, campis, aquis aquarumve decurſibus, molendinis, piſcationibus, caſis dominicatis, Caſtellis, villis, capellis, ſervis & ancillis, montibus & planitiebos, inſulis, ſraſcariis cultis & incultis, rebus mobilibus, & immobilibus, aldianis & aldiatis, commendatis eorumque ſupellectilibus cum omnibus adjacentiis ad hujus etiam nominatæ Eccleſiæ * S. Sophiæ jure ac legitime pertinentibus, vel aſpicientibus integre tam intra Italicum regnum, quàm infra Apuliæ fines. Præcipientes itaque jubemus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Princeps, Archiepiſcopus, Epiſcopus, ſeu ullus homo magnus ſive parvus de omnibus quæ ad prælatum Monaſterium pertinere videntur, tam rebus quam famulis, ſe intromittere, calomniari, aut moleſtare præſumat jam dictum Gregorium Abbatem aut ſuos ſucceſſores. Si quis vero hoc præceptum in aliquo violaverit, ſciat ſe eſſe compoſiturum auri puriſſimi libras centum, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem prædicto Abbati aut ſuis ſucceſſoribus. Quod ut certum eſſe credatur, & ab omnibus obſervetur, hanc paginam manu propria corroborantes ſigillari præcepimus.

* Monaſterium.

Heribertus Cancellarius vice Petri Camani Epiſcopi cognovit.

Data 5. Id. Novemb. anno Incarnationis Domin. 999. Ind. 10. anno regnante Ottone decimoquinto. Actum Beneventi in Palatio.

Henricus Imperator de rebus S. Sophiæ.

In nomine ſanctæ individuæque Trinitatis Henricus Divina favente clementia Romanorum imperator ſemper Augoſtus. Si tanto ſanctorum Dei Eccleſiis omnium adniſu inſiſtimus, ad noſtri Imperii provectum venire non diffidimus. Quocirca omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque ſolers agnoſcat univerſitas præſentium ac futurorum, Henricum Venerabilem Paremienſis Eccleſiæ Epiſcopum culminis noſtri ſublimitatem adiiſſe, obnixe poſtulando, quatenus pro Dei amore facinorumque noſtrorum ſolutione Cœnobio in honore S. Sophiæ Eccleſiæ dedicato, in civitate quæ dicitur Beneventum conſtructo, in quo Gregorius Venerabilis Abbas præeſſe videtur, confirmare ac omnino corroborare dignaremur omnia quæ ab anteceſſoribus noſtris, ac hominibus cæteris Dominum colentibus eidem Cœnobio conceſſa ſunt, atque idem Monaſterium tenuit ex quo fundatum eſt, tam per præcepta Prædeceſſorum noſtrorum, ſeu etiam per precaria & abſolutiones & oblationes, & per Inveſtituram, ſeu etiam per quæcunque inſtrumenta chartarum, ſive uniuſcujuſque ſcriptionis titulum. Nos quoque rata mente petitionem conſiderantes animo inclinato precibus ipſius, per hoc noſtrum præceptum, prout juſte aut legaliter poſſumus, confirmamus aut roboramus omnes res & proprietates ipſius Monaſterii; ſcilicet, in loco qui nominatur Pentano cum capella in honorem S. Benedicti, alia vero in honorem ſancti Vitalis cum omnibus ſuis pertinentiis, altera vero in honore S. Michaelis Archangeli quæ dicitur ad holibola cum omnibus ſuis pertinentiis, & in Pallaria capella una quæ eſt in honore S. Mariæ; ſed & Eccleſiam ſancti Bartholomæi in Collina; & curtem de Nuriano in petra Furmina cum caſis ac ſilvis; & cortem de Lapiſo hæreditatem; & Eccleſiam B. Felicis de Butto; in Cortiano capellam in honore ſancti Petri; in Cerreto capellam in honore S Martiani cum pertinentiis ſuis; capellam in honore S Silveſtri de Corneto; in comitatu Capuano in loco Juliano cum capella in honore S. Mariæ in Bivine in Beltro flumine, in civitate capellam in honore S. Martini infra civitatem Aſculenſem Eccleſias & foris omnem hæreditatem; in finibus Canni Eccleſiam S. Juliani. in comitatu Tranenſi cortem de Paaano cum olivetis ſuis, in comitatu Sipontino Piſcariam; in comitatu Leſinenſe Piſcariam, cortem Delanienſem, cortem de Calaza, ſancto Roſeo cum Seſſa & territoriis ſuis, in finibus Capuæ ad S. Paolum & ſanctum Stephanum cum territoriis ſuis, io campo Martini in finibus Tremoneoſibus ad S. Adjutorem erga flumen Vulturnum cum territoriis ſuis, in partibus Capuæ ad S Stephanum de Strada cum territoriis ſuis. Sed etiam, ſicut ſupra legitur, confirmamus eidem monaſterio Eccleſiam ſancti Magni in Caſtello Magno cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Angeli in altiſſimo ſuper flumen Biſernum in finibus campi Morani cum eadem Eccleſia hæreditatem, quæ eſt in longitudine milliaria duo, latitudine milliare uno n; necnon Eccleſiam ſancti Joannis cum omnibus rebus ſuis in caſa Pollucis, & Eccleſiam S. Petri in finibus de Laureto cum omnibus pertinentiis ſuis, ſanctum Angelum in Palumbara cum omnibus pertinentiis ſuis, ſanctum Michaelem de Seſſola cum omnibus pertinentiis ſuis, ſanctam crucem intus in civitate Neapolitana cum omnibus ſuis pertinentiis, in campo Sinarcumi terram milliaria tria in longitudine & unum in latitudine; Eccleſiam ſanctiſſimæ Trinitatis juxta fluvium Biſernum cum omnibus ſuis pertinentiis, & Eccleſiam S. Martiani in Caſtello Moſann cum omnibus ſuis pertinentiis, & eccleſiam ſancti Joannis in monte Tabenna cum omnibus ſuis pertinentiis, necnon Eccleſiam S Bartholomæi quæ eſt juxta Eccleſiam ſancti Joannis cum omnibus ſuis pertinentiis, & cellam ſancti Angeli juxta Urbem Trianenſem cum omnibus pertinentiis ſuis, & cellam S. Gregorii in Comitatu Frigenſi cum omnibus pertinentiis, & Eccleſiam ſancti Bitti in comitatu Vulturario, & Eccleſiam ſancti Stephani protomartyris intus in civitate Luceri cum omnibus pertinentiis ſuis, & eccleſiam S. Donati in Leone cubantem cum omnibus ſuis pertinentiis, & Eccleſiam S. Crocis in Nola cum omnibus pertinentiis ſuis; videlicet cum omnibus in integrum, terris ædificiis ſub ſe habentibus, vineis, pratis, campis, aquis aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, caſis, dominicatis, caſtellis villis & capellis, ſervis & ancillis, montibus & planitiebus, Inſulis, ſraſcariis, cultis & incultis, rebus mobilibus & immobilibus, aldionis & aldiabus, commendatis, eorumque ſupellectilibus cum omnibus adjacentiis ad jam nominatam Eccleſiam S. Sophiæ jure ac legitime pertinentibus vel aſpicientibus, integre, tam intra Italicum regnum, quam etiam in Apuliæ partibus. Præcipientes itaque jubemus, ut nullus Marchio, Dux, Princeps, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Comes, ſeu ullus homo magnus ſive parvus, de omnibus quæ pertinent ad præfatum Monaſterium & pertinere videntur, tàm res quam familiæ, ſe intromittere, calumniare aut moleſtare præſumat jam dictum Gregorium Abbatem aut ſuos ſucceſſores. Si quis vero hoc præceptum in aliquo violaverit, ſciat ſe compoſiturum auri libras centum mille ex auro puriſſimo, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem prædicto Abbati, aut noſtris ſuiſque ſucceſſoribus. Quod ut certum eſſe credatur & ab omnibus obſervetur, hanc paginam mano propria corroborantes ſigillari præcepimus.

Teodoricus Cancellarius vice Ebbardi Papæ Bregirnſis Eccleſiæ Epiſcopi, & Archicapellani notavi.

Data 6. id. Mart. anno Domin. Indiƈ. 1022. Indiƈ. 15. anno Regni Domini Henrici duodecimo, Imperii vero anno . . . . Aƈum Beneventi feliciter.

Conradus Imperator de cunƈtis rebus Cœnobio S. Sophiæ pertinentibus.

In nomine ſanƈtæ Individuæqua Trinitatis Conradus, Divina ſavente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Omnium ſanƈtæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorum præſentium ac ſuturorum ſolers agnoſcat univerſitas, Bizantium Venerabilem Abbatem noſtram adiiſſe clementiam, obnixe orans, quatenus pro Domini amore ſuo Cœnobio in honore S. Sophiæ dedicato, in civitate quæ dicitur Beneventum corroborare dignaremur, omnia ſcilicet quæ ab anteceſſoribus & hominibus cæteris Dominum colentibus eidem Monaſterio conceſſa ſunt, atque idem monaſterium tenuit ex quo fundatum eſt, tam per præcepta Prædeceſſurum noſtrorum, quam etiam per precaria ac oblationes, ac per inveſtituram, ſeu per quæcunque inſtrumenta chartarum, ſive cujuſque ſcriptionis titulum. Nos quoque ratam eſſe petitionem conſiderantes precibus noſtræ dileƈtæ Conteƈtalis, ſcilicet Giſnæ Imperatricis, ac Regis Henrici noſtri chariſſimi filii, per hoc præceptum, prout juſte & legaliter poſſumus, confirmamus, necnon & corroboramus omnes res ipſius Monaſterii, necnon & proprietates complectentes; ſcilicet in loco qui nominatur Pantano cum capella in honorem S. Benediƈti, aliam vero in honorem S. Vitalis cum omnibus ſuis pertinentiis, alteram vero in honorem ſanƈti Michaelis Archangeli quæ dicitur ad Holibola cum omnibus ſuis pertinentiis; & in Paliaria capellam unam quæ eſt in honore S. Mariæ: ſed & Eccleſiam S. Bartholomæi Apoſtoli Chriſti in Collina, & curtem de Nuriano in petra Sturmioa cum caſis & ſilvis, & curtem de Lapiſo hæreditatem. & Eccleſiam ſanƈtis Felicis de Buio. in Cotiano capellam in honore S. Petri Apoſtolorum Principis, In Cerreto capellam S. Martini cum pertinentiis ſuis omnibus, capellam ſanƈti Silveſtri de Corneto in comitatu Capuano, in loco Luniano capellam S. Mariæ in Bivipne in Beletro flumine, in civitate capellam in honore S. Martiani infra civitatem Aiculenſem Eccleſias & de foris omnem hæreditatem; in finibus, Canni Eccleſiam Sanƈti Juliani, in comitatu Tranenſi cortem de Pantano cum olivetis ſuis, in comitatu Coſinenſi piſcariam, cortem de Lenienſe, cortem de Cazana, ſanto Roſio de Seſſa cum territoriis ſuis, in finibus Capuæ S. Paulum, & S. Stephanum de Strata cum territoriis ſuis in finibus Capuæ; Sed & ſicut ſupra legitur, confirmamus eidem Monaſterio ſanƈti Magni Eccleſiam in Caſtello Magno cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Angeli in altiſſimo ſuper fluvium Biſernum, in campo Morani cum eadem Eccleſia hæreditatem quæ eſt in longitudine milliaria duo, & in latitudine milliarium unum; necnon & Eccleſiam Sanƈti Joannis cum omnibus rebus ſuis in caia Pollucis, & Eccleſiam ſanƈti Petri in finibus de Laureto cum omnibus pertinentiis ſuis, ſanƈtum Angelum in Palumbaro, ſanƈtum Michaelem Archangelum de Soſſola, ſanƈtam Crucem intus in civitate Neapolitana, una cum omnibus ſuis pertinentiis, in campo Sinarcuni, terram milliarium trium in longitudine, & unum in latitudine, Eccleſiam S. Trinitatis juxta fluvium Biſernum cum omnibus pertinentiis, & Eccleſiam S. Martiani in Caſtello Moſano, Eccleſiam S. Joannis in monte Tabenno, & Eccleſiam S. Bartholomæi martyris quæ eſt juxta caſtellum ſanƈti Joannis præcurſoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, & cellam S. Angeli juxta civitatem Triauenſem, & cellam S. Gregorii in comitatu Frigenti, & Eccleſiam ſanƈti Bui in comitatu Vulturario, & Eccleſiam S. Stephani in civitate Luceri, & Eccleſiam S. Donati in Leone cubante, & Eccleſiam ſanƈtiſſimæ Crucis in Noiam, & omnes res, necnon & poſſeſſiones de loco Muſſano, & de loco Padule & in campo de Monache, & in Patano, & in Serra, & in Vatiniano, ubi dicitur trans rivum ubi Eccleſia Deſiderii ædificata fuit, aliaſque de monte Tancoaldi, & in loco Pazano & Inſuluni, & medietatem de iſtis caſtellis ſcilicet Sipinum Saſannorum, & quidquid idem Monaſterium habere ac tenere intra eandem civitatem Beneventanam videtur, cum omnibus caſis & putcgis infra mercatum in loco qui nominatur platea major, & caſtellum quod dicitur Trenola quod deſtruƈtum modo eſt & ſolo æquatum, & caſtellum quod vocatur Serra, & campum de Pizali, & tertiam partem civitatis de mare, & Eccleſiam S. Bennæ, & Eccleſiam S. Marciani & ſanƈti Angeli, quæ conſtruƈtæ ſunt in loco Faliolanenſe, & medietatem de curte quę vocatur Affranca. & Eccleſiam S. Sophiæ in civitate Arola, & Eccleſiam S. Joannis in loco qui dicitur ad Spuriaſino Hæc omnia, ſcilicet Eccleſias, curtes, caſtella, cellas, aliaque loca prędiƈta una cum omnibus ſuis pertinentiis, videlicet terris, vineis, ædificiis, caſis, pratis, campis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, ſervis & ancillis, montibus & planitiebus, inſulis, aldionis & aldiatis, commendatis, eorum ſupellectilibus, cum omnibus adjacentiis ad idem Cœnobium juſte & legaliter pertinentibus vel adſpicientibus, tam infra Italicum regnum, quam etiam in Apuliæ partibus per hoc præceptum confirmamus ac corroboramus. Præcipientes itaque jubemus, ut nullus Dux, Marchio, Princeps, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Comes, ſeu ullus homo magnus aut parvus de omnibus quę ad præfatum Monaſterium pertinent, tam rebus quamque familiis, ſe intromittere. calumniari, ſe inveſtire, moleſtare præſumat jam diƈtum Biſanzium Abbatem, aut etiam ſuos ſucceſſores. Si quis vero hoc præceptum in aliquo violaverit, ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi libras mille, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem præd. Abbati aut etiam ſuis ſucceſſoribus. Quod ut verius credatur & ab omnibus inviolabiliter obſervetur, manu propria hanc paginam roborantes ſigillari præcepimus.

Henricus Cancellarius vice Herimanni Archicancellarii recognovit.

Datum 8. Kal. Jan. anno Domin. Incarn. 1038. Indiƈ. 6. anno Domini Grimoaldi regnantis 14. Imperatoris 13. Aƈum Beneventi feliciter.

Henricus Imperator, de rebus S. Sophiæ.

In nomine ſanƈtæ individuæque Trinitatis. Henricus Divina ſavente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Eccleſiis cultui Divino conſtruƈtis, ſeu etiam Monaſteriis Regulari diſciplina conſtriƈtis, ſi quam diligentiam aut curam impendimus, imperiale decus noſtrum hoc condecere æſtimamus; inſuper etiam Divina præmia nos inde adipiſci ſperamus. Proinde omnibus Domini fidelibus, & noſtris tam præſentibus quam ſuturis notum fore cupimus: qualiter nos ob petitionem & caram dileƈtionem Abbatis noſtri Gregorii, monaſterio Beneventi conſtituto, quod ad S. Sophiam nominatur, cui ipſe præeſſe videtur, ex hinc & in futurum, concedimus, ut ipſi fratres inibi ſub Monachico habitu & obedientia conſtituti, hoc ipſo Abbate memorato Gregorio quandoque mortuo, ſeu aliis Abbatibus ſibi ſucceſſoribus candem viam ingreſſis, eligent ſibi inter ſe Abbatem quemcunque voluerint, quemque dignitate, nec non honore dignum eſſe cognoverint. Quod ſi quandoque, quod abſit, talis inter eos inveniri nequit, quem communis colleƈtio fratrum dignum indicaverit, liberam eis concedimus poteſtatem, ut ex aliis Monaſteriis ſpontanee ſibi eligant Abbatem. Et ut hæc auƈtoritas noſtræ largitionis per cunƈta futura ſæcula in Domini nomine obtineat, ſtabilitatem, manu propria noſtra ſubter eam confirma-

vimus, & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Theodericus Cancellarius vice Ebbardi Papæ Bergienſis Eccleſiæ Epiſcopi & Archicapellani notavi.

Data 5. Id. April. Indict. 5. anno Domin. Incarn. 1072. anno Domini Henrici regnantis ſecundi 20. Imperii vero 8. Actum Beneventi feliciter.

Otto Imperator, de omnibus rebus S. Sophiæ Virgini pertinentibus.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & ſanctæ necnon individuæ Trinitatis. Otto Divina favente clementia Romanum Imperator. Notum ſit omnibus præſentibus ac futuris, quatenus nos pro Domini amore noſtræque animæ remedio concedimus & confirmamus ſanctæ Sophię ſitæ in ſtraminea Beneventanæ Urbis quandam cortem poſitam in loco qui dicitur Luniano cum Eccleſia beatæ Dei Genitricis Mariæ poſita infra ipſos fines prope cortem Capuanam juxta locum Lanienſem cum omnibus rebus ac proprietatibus quæ continentur in Judicato, quod Pandolphus Princeps præfatę Eccleſiæ ſcribere fecit, videlicet cum omnibus ſuis adjacentiis, qui vel de his omnibus rebus unde ſcriptiones vel firmitates ex prædicta Eccleſia ſunt, per hujus noſtri muniburdii paginam, largimur, atque Beatæ Sophiæ hæc omnia confirmamus & corroboramus. Præcipientes denique jubemus, ut nullus Princeps, Dux, Epiſcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdaſius, Gaſtaldius, nullaque noſtri regni magna vel parva perſona prædictam Eccleſiam S. Sophiæ vel Abbates ibi pro tempore reſidentes moleſtare, inquietare de prænominata corte cum prænominata B. Mariæ Eccleſia & adjacentiis, & pertinentiis ſuis juſte & legaliter ad prænominatam cortem pertinentibus ſine legali judicio audeat aut præſumat. Si quis vero hoc noſtrum Mandburdium vel Judicatum, quod prædictus Pandolphus Princeps prælibatæ Baſilicæ S. Mariæ conſcribere fecit & donavit, violare tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem jamdictæ Eccleſiæ S. Sophiæ, aut Abbatibus ibidem deſervientibus. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, ſigillo noſtro hanc paginam ſigillare juſſimus.

Adelbertus Cancellarius vice Petri Epiſcopi & Archicancellarii recognovit ac ſcripſit.

Data 3. non. Nov. anno Domin. Incarn. 983. Indict. 11. Regni vero Domini ſecundi Ottonis 26. Imperii quoque ejus 16. Actum Capuæ.

Incipiunt Capita quintæ partis.

1 *Privilegium Benedicti Papæ.*
2 *Privilegium Leonis IX. Papæ.*
3 *Privilegium Gregorii* VII. *Papæ.*
4 *Privilegium Urbani* II. *Papæ.*
5 *Privilegium Paſchalis* II. *Papæ.*
6 *Privilegium Gelaſii* II. *Papæ.*
7 *Privilegium Domini Petri Portuenſis Epiſcopi Cardinalis agentis vicem Domini Papæ Gelaſii cum aliis Cardinalibus Romanæ Eccleſiæ.*
8 *Privilegium Anacleti* II. *Papæ.*
9 *Privilegium Anacleti* II. *Papæ.*
10 *Privilegium Anacleti* II. *Papæ.*
11 *Privilegium Anacleti* II. *Papæ.*
12 *Privilegium Anacleti* II. *Papæ.*
13 *Privilegium Calliſti Papæ.*

Benedictus Papa Gregorio Abbati.

¶ Benedictus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Gregorio Venerabili Abbati Monaſterii S. Sophiæ, quod permanet intra civitatem Beneventanam, & urbe vetere, & poſt te in eodem Venerabili Monaſterio ſucceſſoribus tuis in perpetuum. Convenit Apoſtolico moderamini pia religione pollentibus convenienti compaſſione ſuccurrere, & poſcentibus animi alacri devotione impertiri aſſenſum. Ex hoc enim lucro potiſſimum apud conditorem omnium Dominum veniam promeremur, ſi venerabilia ſanctorum loca opportune ordinata ad meliorem fuerint ſtatum perducta. Igitur quia tua religioſitas noſtro Apoſtolatui humiliter poſtulavit, quatenus concederemus & confirmaremus tibi tuiſque ſucceſſoribus prædictum Monaſterium S Sophiæ cum Eccleſiis, curtis, villis & caſalibus, vineis quoque & terris, ſervis & ancillis, omnibuſque rebus mobilibus ac immobilibus, privilegiis Sedis Apoſtolicæ ac inſulis decoretur, ut ſub juriſdictione ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, cui Domino auctore deſervimus, Eccleſiæ conſtitutum, nullius alterius Juriſdictionibus ſubmittatur; inclinati precibus tuis, per hujus noſtri Apoſtolici privilegii tenorem concedimus, ac confirmamus tibi & ſucceſſoribus tuis in perpetuum præfatum monaſterium cum omnibus rebus ſuis quas nunc habet aut habiturum eſt in perpetuum, ne id videlicet alicui Patri aut Domino niſi Romano Pontifici ſubjugatum, ſed ſemper ab omni ſubactione & conditione Caſinenſis Monaſterii maneat, quam fecit Urſo Abbas S. Sophiæ libero omnino, juxta manifeſtationem Magilperti Abbatis ſancti Benedicti Caſinenſis Monaſterii, quam fecit Urſo Abbas S. Sophiæ in præſentia Principum Landolphi ac Pandolphi filii, quin & magnatorum ac Judicum eorum; necnon & multis poſtmodum annis ſe manifeſtavit Joannes Abbas prædicti Monaſterii Caſinenſis tibi Gregorio Abbati S. Sophiæ; quemadmodum & Magelpotus Abbas prædictus Urſo Abbati; ſtatuentes Apoſtolicam cenſuram ſub Divini judicii obteſtatione & anathematis interdictionibus, ut nulli Chriſtianorum viventium, cujuſcunque ſit dignitatis vel potentiæ, liceat contra hoc noſtrum Apoſtolicum Privilegium venire aut inſurgere, vel de rebus & poſſeſſionibus ejuſdem Monaſterii aliquo modo vel aliquo ingenio auferre vel uſurpare, ut profecto juxta id quod ſubjectum eodem loco Apoſtolicæ conſtitutionis atque Privilegii conſiſtit inconcuſſe donandum permaneat: & liceat eiſdem Monachis de ipſa Congregatione Abbas ſemper eligere, & non ſit licitum alicui Epiſcopo ibid. Miſſam facere aut canere, aut etiam ordinationem facere, niſi quem Abbas ejuſdem Monaſterii provocaverit. Si quæ temerario auſu contra hanc noſtram Apoſtolicam præceptionem venire tentaverit, vel definitiones quas prædicti Abbates inter ſe fecerunt quoquomodo irritas facere voluerit aut contenderit; vel etiam ſi aliqua perſona hominum res ſuas in eodem monaſterio vel Eccleſiis illis ſubjectis offerre vel dare voluerit, & aliqua perſona hominum ſubtrahere illud voluerit, ſit à Deo Patre & Filio & Spiritu Sancto excommunicatus & maledictus. & à beato Petro & Paulo Apoſtolis Domini noſtri Jeſu Chriſti anathematizatus & condemnatus; in die vero judicii cum Diabolo & Angelis ejus præcipitetur in gehennam æternam ſine fine arſurus. Qui vero cuſtos & aſſervator in omnibus hujus Apoſtolicæ præceptionis noſtræ ſalutaribus conſtitutis extiterit, omni benedictione repleatur per omnia ſæcula ſæculorum Amen.

Scriptum per manum Stephani Notarii regionarii & ſcriniarii S.R.E. in menſe Mart. Indict. 5.

Leo Papa Sicenolpho Abbati.

Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Domini. Sicenolpho dilecto noſtro in Chriſto filio, & Abbati venerabilis Cęnobii almæ, & coæternæ Domino Patri Sophiæ intra Beneventum in loco nuncupato Urbe Vetere conſtructi, & poſt te in eodem Cęnobio tuis ſucceſſoribus canonice promovendis in perpetuum. Ad hoc in Sacerdotali culmine conſtituti ſumus, ut evellamus necnon & deſtruamus, & ædificemus juxta ac plantemus in nomine ejus. Debito officii noſtri exigente optimum duximus diebus noſtris, prout ſuperna gratia conceſſerit, obvia quæque nobis illicita falſæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ dimittere, & licitis copiam fructificandi paſſim ſuppeditare. Quamobtem poſt nimiam calamitatem Beneventanorum quam pertulerunt juſte ob injuriam, & ſuperbiam Romanorum Pontificum & Dominum Imperatorem, poſtque eorum miſe-

rabilem & luctuoſam ſatisfactionem, tibi jam dicto Sicenolpho, quem loco illius dejecti, ac ſcelerati Gregorii Abbatis immerito dicti, nec jam dicendi, ordinavimus, juxta petitionis tuæ tenorem, confirmamus ex integro præfatam Abbatiam ſanctæ Sophiæ, cum Eccleſiis, cortibus, villis, caſalibus, vineis, terris, ſervis ac ancillis, omnibuſque mobilibus, vel immobilibus ad ſe juſte pertinentibus, tam ea quæ hactenus acquirere potuit, quam quæ deinceps liberalitate, collatione ſive conceſſione quorumlibet religioſorum hominum poterit adipiſci, atque prorſus, quæcunque conceſſa ſunt illi corroborata piorum Imperatorum, vel Principum præceptis, aut chirographis. Præterea auctoritate Apoſtolicæ Sedis Romanæ concedimus ac confirmamus tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum omnes in integrum oblationes vivorum, ac defunctorum, quæ amodo & deinceps ipſi Monaſterio, vel Eccleſiis illi ſubjectis à quibuſcunque perſonis datæ fuerint: liceat quoque ipſis Monachis ex eadem congregatione eligere Abbatem ſibi, ſi inibi idoneum ad hoc officium invenerint: ſin alias, undecunque poſſunt dignum Rectorem ſibi eligant; & perpetuo maneat jam ſæpefatum Cenobium ſub tutela, ſeu jure Sanctæ Romanæ Eccleſię liberum, & immune ab omni ſubjectione, ac jugo Caſinenſis Monaſterii; ita ut nec vox calumniatorum ſuper hoc recipiatur aliqua, ſed penitus habeatur frivola & irrita, ſitque rata controverſiæ illius manifeſtæ ac publicæ facta definitio à religioſis Principibus Jandolpho, ac Pandolpho Magnatibus, ac Ducibus eorum, quando prius Malepotus, deinde Joannes Caſinenſes Abbates, adverſus Urſum, ac Gregorium Abbatiæ Sanctæ Sophiæ Rectores ſuper hæc litem ſuſcepere. Obtineat ergo & poſſideat ſemper libertatem, anteceſſorum noſtrorum privilegiis & Imperatorum præceptis hactenus tibi conceſſam & confirmatam; ita ut nullus deinceps Imperatorum, Regum, Ducum, vel Principum aut Marchionum, nec ulla cujuſcunque dignitatis perſona contra hanc noſtram auctoritatem, aut conditionem privilegiorum venire audeat, aut de bonis ejuſdem Abbatiæ per quos aut quoſcunque conceſſis, uſurpare, minuere, aut alienare quicquam quocunque modo, aut ingenio præſumat, ne ſub judicio diſtricti anathematis decidat. Porro quia ab aliquibus Epiſcopis ſolent Cœnobia gravamina ſuſtinere, nos vero alicui præjudicium nec volumus, nec debemus facere, hoc tandem concedimus tibi hac noſtra auctoritate, ut ſi ab Epiſcopo in cujus Diœceſi conſiſtis, nequiveris Eccleſiaſticas ordinationes gratis, & canonicè acquirere, licentiam habeas à quocunque tibi tuiſque acquirendi eas juſte. Hujus noſtri privilegii ſtatuta infringere, & caſſare nullus aliquando quacunque arte præſumat, ne damnationem ab initio à ſanctis Patribus promulgatam pro ſacrilegio incurrat. Nam quiſquis hæc pio divinitatis reſpectu reverenter obſervaverit, confidimus quia a ſancta Trinitate benedictionem habebit, & ſortem nanciſcetur cum eis, qui præcepta Dominica ſervaverunt, & ad cœleſtes theſauros terrena patrimonia tranſtulerunt.

Data 12. Kal. Junii. Francs Frederici Diaconus S.R.E. Bibliothecarii, necnon & Cancellarii Vicedomini Hermanni Archicancellarii & Colonienſis Archiepiſcopi, anno Domini Leonis Papæ quarto, Indict. 15.

Gregorius Papa qui & Ildebrandus, Madelmo Abbati orto de Beneventro.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Domini. Madelmo dilecto noſtro in Chriſto filio & Abbati venerab. Cęnobii almæ & coæternæ Dom. Patri Sophiæ intra Beneventum in loco nuncupato Urbe-vetere extructi, ſuiſque ſucceſſoribus regulariter in eodem Cęnobio promovendis in perpetuum Cum officium ſit Apoſtolicum, omnium Eccleſiarum Domini utilitatibus, in quantum poſſibilitas datur, ſalubriter providere, cultui tamen venerab.

A locorum, atque Domino devote militantium, propenſiorem curam piæ ſolicitudinis indeficienti vigilantia debemus adhibere. Quocirca excellentiſſime fili, quia ſanctæ devotionis affectu petiiſti à nobis ut præfatum Monaſterium tuum ſub Apoſtolicæ defenſionis tutela admitteremus atque ſuſciperemus, & in eadem Eccleſia quidquid moderno tempore juſte habere videtur, aut in futuro etiam poterit acquirere tempore, per noſtri privilegii paginam confirmaremus; petitionibus tuis libenter admodum annuimus, quandoquidem juſtis poſtulationibus facilis debetur aſſenſus, & piis deſideriis promptus prò poſſe affectus. Unde per hujus noſtrę conſtitutionis decretum, & Apoſtolicæ liberalitatis edictum, ſecundum Prædeceſſorum noſtrorum privilegia, prænominato monaſterio S. Sophię virginis, tibique prænominato Amande fili, tuiſque ſucceſſoribus regulariter, juſteque promovendis concedimus & confirmamus atque in perpetuum corroboramus. omnia quæ prædicta Eccleſia venerab. tui Monaſterii ad præſens habere, aut deinceps juſte Divinis, humaniſque legibus in perpetuum acquiſierit, tam in Eccleſiis, caſis, terris, vineis, hortis, olivetis, pratis, campis, ſylvis, curtibus, vel caſtellis, quamque in ſervis & ancillis, & in omnibus rebus & poſſeſſionibus ſuis mobilibus & immobilibus, ſeſeque moventibus, & quę liberalitate, ſeu collatione ſive conceſſione religioſorum hominum legaliter & laudabili ſtudio acquiſivit, aut acquirere poterit. & prorſus quæ conceſſa ſunt illi & corroborata piorum Imperatorum, aut Principum præceptis. Quamquam vero iſtam in Pantano capellam quæ vocatur ſancti Benedicti, & aliam S. Vitalis cum omnib. pertinentiis ſuis; & aliam S. Michaelis Archangeli quæ dicitur ad Olivolam una cum omnibus ſuis pertinentiis; & in Paletria capellam unam S. Mariæ, Eccl. S. Bartholomæi Apoſtoli & Martyris, & curtem in collina, & curtem de Muriano, in Petra ſtrumina caſas, & ſylvas, & curtem de Lapillo, hæreditatem de Bato, in Curtiano capellam in honore S. Petri Apoſtolorum Principis, in Cereto capellam S. Martini Epiſcopi cum omnibus pertinentiis ſuis; capellam S. Sylveſtri Confeſſoris de Corneto in comitatu Capuano in loco Biniano capellam S. Mariæ virginis, matriſque Domini Dei noſtri in Bibino Eccleſiam S. Marciani in Beletro flumine infra civitatem Aſcu enſem Eccleſiam S. Deſiderii. & foris omnem hæreditatem, in finibus Cannæ Eccleſiam S. Juliani, in comitatu Tranenſi, curtem de Pazano cum omnibus olivetis ſuis, in Comitatu Sipontino piſcariam, in Comitatu Leſinenſi piſcariam, Caiazo curtem in molino. Lanienſem curtem unam Sanctum Roſeum de Seſta cum curtibus ſuis omnibus, in finibus Capuæ Sanctum Reinerum, & ſanctum Robertum cum territoriis ſuis. in campo Marini in finibus Tremonenſibus ſanctum Adjutorem erga fluvium Vulturnum cum terris ſuis; in finibus Capuæ ſanctum Stephanum de ſtrada cum territoriis ſuis; ſed etiam in Caſtello magno Eccleſiam ſancti Magni cum omnibus ſuis territoriis. & Eccleſiam S. Angeli in Altiſſimo ſuper fluvium Biverpum in finibus campi Morani cum ejuſdem Eccleſiæ hæreditate quæ eſt in longitudine milliarium duo, nec non Eccleſiam S. Joannis cum omnibus pertinentiis ſuis in caſa Pollucis, Eccleſiam S. Petri in finibus de Laureto una cum omnibus ſuis pertinentiis. caſtello qui vocatur Beccio cum Eccleſia S. Marciani, & Nicolai Epiſcopi. & ſanctum Maurum, in Curtiano villam quæ nominatur Leocubante, in civitate Aliſe Eccleſ. S. Mercurii cum aliis Eccl. ſibi pertinentibus, ripe longe in civitate Arole Eccleſiam S. Mercurii, & S. Petrum ad Mortitum cum omnibus pertinentibus ſuis, S. Stephanum de Lucore, & S. Stephanum de Fromari, & S. Angelum in Pleſco. & S. Angelum de Atriano, & ſanctum Angelum in Palumbara, & S. Gregorium de Leſcle, & S. Martinum de Ventecano, & S. Petrum, & S. Mariam de Aliperga, & S. Nicolaum de Pazano, S. Mar-

cel-

cellium in Tommano, ſanctam Mariam in Caliſi, S. Mariam de Regina cum omnibus eorum pertinentiis. In Eliceto S. Effrem cum territoriis ſuis, ſanctum Marcianum de Parituli, & ſanctam Mariam de Sableta, S. Mariam in caſale Geldoni cum omnibus eorum pertinentiis. Præterea auctoritate ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Sedis concedimus atque confirmamus tibi ac tuis ſucceſſoribus omnes in integrum oblationes virorum ac defunctorum, quæ ipſi Monaſterio per teſtamentum, aut etiam ſine teſtamento jure acceſſerint; & perpetuo maneat jam ipſum ſatum Monaſterium ſub tutela, ditione, ſeu jure ſanctæ Romanæ Eccleſiæ liberum & immone ab omni ſubjectione alterius Eccleſię, & ab omni jure immoleſtatum. Statuimus etiam, ut ſint Monachi tui ab omni ſæcularis officii inſeſtatione ſecuri, & omni prægravamine mundanæ oppreſſionis remoti, in ſanctæ Regulæ obſervatione quieti, nulli alii niſi Romanæ & Apoſtolicæ Sedi, cujus juris eſt, aliqua teneantur occaſione eſſe ſubjecti, qui de ſuis ſibi qualem voluerint ſecundum B. Benedicti Regulam, Abbatem eligant: ſi vero ex eis idoneus defuerit, ab aliis utilem & religioſum cum conſilio Romani Pontificis accipiant, ab eodem benedicendum & conſecrandum. Conſecrationes etiam Eccleſiarum, & ordinationes Monachor. ſive Clericorum ſuprad. Cœnobio pertinentium, ab Epiſcopis, in quorum Diœceſib. ſunt, accipiant, ſi tamen Epiſcopi canonicè ordinati fuerint, & ordinationem gratis fecerint: ſi autem horum aliquid obſtiterit, Abbas cum licentia & auctoritate Rom. Pont. ad qualemcunque Catholicum Epiſc. placuerit, cauſa conſecrationis & ordinat. tam locorum quam perſonarum licenter pergat. Hæc igitur omnia quæ hujus præcepti, decretique noſtri pagina continet, in omnibus in perpetuum conſervanda decrevimus. Si quis vero Imperatorum, Ducum, Marchionum, Comitum, Principum ac Judicum, aut quacunque dignitate prædita, cujuſcunque ordinis, vel etiam conditionis magna, parvaque perſona hanc conſtitutionis noſtræ paginam cognoſcens, contra eam temerario auſu venire tentaverit, aut tentari conſenſerit, vel fautor extiterit, admonitus ſemel atque iterum & tertio per competentes inducias, niſi ea quæ ab illo ſunt male ablata Eccleſiæ humiliter ſatisfaciens reſtituerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate cadat, reumque ſe divino Judicio de perpetrata iniquitate cognoſcat & à ſacratiſſ. Corpore, ac Sanguine Dei ac Dom. Noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, uſque dum reſipiſcat: cunctis autem quæ ſuperius ſcripta ſunt obſervantibus, ſit abſolutio ac remiſſio omnium peccatorum ſuorum, ſit gaudium & exultatio, lætitia & pax in die Adventus Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſic in hoc ſæculo fructum bonæ actionis ſuſcipiant, quatenus apud diſtrictum Judicem in futuro præmia æternæ pacis inveniant. Bene valeat.

Data Salerni 3. Id. Decembr. per manum Gregorii S. R. E. Diaconi, anno Pontificatus Domini Gregorii VII. Papæ duodecimo, ab Incarnatione vero Domini Noſtri Jeſu Chriſti 1084. Indictione octava, feliciter feliciter.

Urbanus Papa Madelmo Abbati.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Domini, Dilecto in Chriſto filio Madelmo Abbati venerabilis Monaſterii ſanctę Sophię intra Beneventum ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Poteſtatem ligandi atque ſolvendi in cœlis, & in terra ſancto Petro Apoſtolo, ſuiſque ſucceſſoribus auctore Domino principaliter tradita illa Eccleſia Urbis agnoſcit: cujus iterum eſt Dominus locutus: Quæcunque ligaveris in terra, erunt ligata & in cœlis; & quæcunque ſolveris ſuper terram, erunt & ſoluta in cęlis. Ipſi quoque & propriæ firmitas & plenę fidei confirmatio eodem Domino auctore præſtatur, cum ad eum dicitur: Rogavi pro te ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos. Oportet ergo nos, qui, licet indigni, Petri reſidere vide-

A mur in loco, prava corrigere, recta firmare, & in omni Eccleſia ad æterni arbitrium Judicis ſic diſponenda diſponere, ut de vultu ejus judicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem. Tuis igitur Henrice fili Madelme juſtis petitionibus annuentes, Beatæ Sophiæ Cęnobium, cui Domino auctore præſidere cognoſceris, ſub tutela & juriſdictione Sedis Apoſtolicæ, ſicut hactenus manſit, perpetuo permanere præſentis paginæ auctoritate ſancimus; ut ſoli Romanæ Eccleſiæ ſubditum, ab omnium Eccleſiarum, ſeu perſonarum jugo liberum habeatur: cuncta etiam quæ prædeceſſoribus tuis, vel tibi ad ejuſdem Monaſterii immunitatem vel poſſeſſionem, noſtrorum prædeceſſorum ſunt privilegiis attributa, nos quoque tibi ac ſucceſſoribus tuis regulariter promovendis, præſenti privilegio contribuimus. Cellas præterea, vel Eccleſias, vel villas, quæ aut induſtria prædicto videntur Cœnobio juſte, ac rationabiliter acquiſita, poſſidendas in perpetuum confirmamus; id eſt, Eccle-

B ſiam ſanctæ Luciæ in territorio Campi-læti; Eccleſiam ſancti Salvatoris, juxta civitatem Florentinam prope collem Incedule, cum aliis Eccleſiis ad eam pertinentibus, videlicet Eccleſia ſancti Leonis, quæ eſt intra prædictam civitatem, & ſancti Petri de Vitiano cum villa quæ dicitur ſancti Stephani de Franciſca; Item Eccleſiam ſancti Nicolai in nomine Filizo cum aliis Eccleſiis ad eandem pertinentibus, id eſt, Eccleſia ſancti Petri Apoſtoli foris civitatem Veſtiam, & Eccleſia S. Martini Confeſſoris intra Cannetum, & Eccleſia S. Gregorii Martyris extra ipſum Cannetum, item in Eccleſia Radenſi in territorio Sanctæ Barbaræ cum univerſis earum pertinentiis mobilibus & immobilibus. Per præſentem igitur noſtri privilegii paginam Apoſtolica auctoritate conſtituimus, ut quæcunque hodie idem Cœnobium juſte poſſidet, quæque in craſtinum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, aut oblatione fidelium, juſte atque canonicè poterit adipiſci, firmamus tibi, tuiſ-

C que ſucceſſoribus, illibata ut permaneant. Decrevimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem Cœnobium temere perturbare, aut ei ſubditas poſſeſſiones auferre, vel ablata retinere, vel minuere, vel temerariis vexationibus moleſtare, aut etiam fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum quorum ſubſtantia, ac gubernatione conceſſa ſunt uſibus omni modo profutura. Obeunte autem nunc Abbate, vel quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, vel violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilio ſanioris elegerint: electus à Romano Pontifice conſecretur; Chriſma, Oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſive Baſilicarum, ordinationem Monachorum qui ad ſacros ſunt jam nunc Ordines promovendi, ab Epiſcopis, in quorum Diœceſibus eſtis, accipietis, ſiquidem gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ſi gratis ea & ſine pravitate impenderit: ſi quid autem horum obſtiterit, liceat vobis à quocunque vo-

D lueritis catholico Epiſcopo, quæ prædicta ſunt ſacramenta percipere. Tibi vero, quem propenſiore charitate complectimur, ex Apoſtolicæ Sedis peculiari benignitate id muneris perſonaliter indulgemus, ut per annum quinquies, id eſt, in die ſanctæ Reſurrectionis, & Pentecoſtes, & Natalis Domini noſtri Salvatoriſque Jeſu Chriſti ſolemnitatiſque duodecim ſanctorum Fratrum, necnon & S. Martyris Mercurii, ad Miſſarum tantum ſolemnia chirothecis, atque etiam campagis utaris. Sane ſi quis in craſtinum Archiepiſcopus, aut Epiſcopus, Imperator aut Rex, Princeps aut Dux, Comes aut Vicecomes, Judex, aut perſona quælibet magna aut parva, potens aut etiam impotens, hujus noſtri privilegii paginam ſciens contra eam venire temere, aut primaria mente tentaverit, ſecundo tertiove commonitus atque adhortatus, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, eundem honoris ſui & officii periculo ſubjacere, necnon & ſubmo-

vere decrevimus, & à Chriſti atque Eccleſiæ corpore anctoritate Apoſtolicæ poteſtatis ſegregamus: conſervantibus autem ea pax à Domino & miſericordia præſentibus & futuris ſæculis conſervetur Amen. Bene valete.

Datum Aveguiæ per manus Jaannis ſanctæ Romanæ Sedis Diaconi, prid. Id. Mart. Indict. 15. Anno Pontificatus Domini maximi Urbani II. Papæ quinta, Incarnationis autem Domini noſtri, Patriſque æterni Jeſu Chriſti anno 1092.

Paſchalis Papa Madelmo Abbati.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni. Paſchalis Papa Epiſcopus ſervus ſervorum Domini, Dilecto in Chriſto filio Madelmo Abbati monaſterii venerab. ſanctæ Sophiæ intra Beneventum ſiti, ejuſque ſucceſſoribus regulariter promovendis in perpetuum. Pia poſtulatio voluntatis affectu debet proſequente compleri, quatenus & devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Unde nos tuis fili humaniſſime Madelme piis poſtulationibus annuentes, ſanctæ Sophiæ Cœnobium, cui Domino auctore præſidere cognoſceris, ſub tutelam & juriſdictionem Sedis Apoſtolicæ, ſicut hactenus manſit, perpetuo permanere præſentis paginæ auctoritate ſancimus, ut ſoli Romanæ Eccleſiæ ſubditum ab omnium Eccleſiarum necnon perſonarum jugo liberum habeatur; cuncta etiam quæ prædeceſſoribus tuis, vel tibi ad ejuſdem Monaſterii immunitatem, vel poſſeſſionem, noſtrorum Prædeceſſorum ſunt privilegiis attributa, nos quoque tibi juxta ac ſucceſſoribus tuis regulariter promovendis privilegio contribuimus; Cellas præterea, vel Eccleſias, vel Villas, quæ prædeceſſorum tuorum, vel tua induſtria prædicto videntur Cœnobio juſte, ac rationabiliter adquiſitæ, poſſidendas in perpetuum confirmamus; id eſt, Eccleſiam S. Benedicti quæ dicitur Xenodochium, ſancti Joannis Præcurſoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſanctæ Euphemiæ virginis, S. Petri quæ dicitur Toniuri, ſanctæ Mariæ Rotundæ intra ipſam civitatem Beneventanam, Eccleſiam ſanctæ Mariæ Genitricis ſemperque Virginis ac Matris Jeſu Chriſti, Eccleſiam ſancti Petri Apoſtolorum Principis, Eccleſiam ſancti Nicolai Epiſcopi, S. Eraſmi Confeſſoris, ſancti Martiani Martyris, ſanctæ Sophiæ virginis, ſancti Angeli foras eamdem civitatem Beneventanam, in Pantano Eccleſiam ſancti Benedicti, ſancti Vitalis Martyris, ſancti Mercurii apud Olivolam, S. Angeli, ſanctæ Mariæ de Scolcatura, cum ſuis omnibus pertinentiis, in vado Azara ſancti Benedicti, in Faſſone ſancti Valentiniani, apud Votum Eccleſiam ſancti Felicis una cum terris ſuis, in Corneto ſancti Sylveſtri, in duabus rivis ſanctæ Mariæ, in Partiтulo ſancti Marciani, in Venticano ſancti Martini, in Cucciano S. Petri Apoſtolorum Principis, in Pazano S. Nicolai, item Beneventi S. Stephani, in Palearia ſanctæ Mariæ de Lucernara, & curtes duas, ſancta Maria in Sablera, & ſancta Maria in Tempiana in civitate quæ nominatur Trianæ, Eccleſiam ſancti Angeli cum cellis ſuis, ſancti Stephani in Fronari, ſancti Gregorii in Eſcle, ſancti Angeli in Peſclo in Alipergo, Eccleſiam ſanctæ Mariæ Virginis, Eccleſiam ſancti Angeli, ſancti Petri Apoſtolorum Principis, ſancti, Marci, ſancti Joannis, ſancti Laurentii Martyris fortiſſimi, ſanctæ Luciæ virginis, in Caſale alvulo ſanctæ Mariæ, ſancti quoque Joannis Præcurſoris Domini, in Aſooli ſancti Petri Apoſtoli, ſancti Deſiderii in Iliceto, S. Effrem in Morieto, ſancti Petri apud Aſolam, ſancti Mercurii apud Bivinum, ſancti Martini Epiſcopi in Biferno, Monaſterium ſancti Angeli cum cellis ſuis, in Petra ſancti Angeli, S. Trinitatis in Patara Frindi ſancti Agnelli, ſancti Petri in Balneo in Valle luparia, ſanctæ Crucis in Linoſano, ſancti Martini in Mitale, S. Marciani, ſancti Iſtonis Archangeli, ſancti Stephani Protomartyris in via Tarentina, in via terria S. Angeli in Aliſis, Mercurii, ſanctæ Mariæ, ſancti Marci, ſancti Silveſtri, ſanctæ Mariæ Garoini Abbatis apud ſanctam Agatham S. Adjutoris, in Trevento apud Monaſterium S. Adjutoris ſancti Laurentii apud Luceriam, ſancti Stephani apud Matalonem S. Martini in Palmæ S. Aldegundis Virginis in galo Fechine ſancti Mercurii, ſanctæ Reparatæ, ſancti Stephani in galo noceto S. Magni Heliæ ad ſanctum Stephanum Martyrem invincibilem ſanctæ Crucis ſancti Martini, ſancti Simeonis in galo Pollucis, ſancti Joannis in finibus Lanicnſis, ſanctæ Mariæ in galo effere, ſancti Archangeli in Olicino, ſanctæ Mariæ in Melanica, ſanctæ Mariæ in civitate Dragonara, ſancti Benedicti apud Cannas, ſancti Juliani in Abellino, ſancti Germani, ſanctæ Mariæ in Bellola in Candiis, ſancti Angeli cum Cellis, in civitate Neapolitana ſanctæ Crucis in Seſſula, ſancti Michaelis Archangeli in Tocco S. Angeli in munte Foliolanenſi, ſanctæ Bennæ una cum omnibus Eccleſiis ſuis, ſancti Marciani, & ſancti Angeli in Petra ilrumini, caſas & ſylvas & curtem de Lapillo & Eccleſiam S. Bartholomæi Apoſtoli in Collina, ſancti Matthæi, & curtem Denoriano ſancti Petri de magna luce apud Rederium, S. Martini in Alarino, ſanctæ Mariæ in Gildone in monte Malo, S. Felicis in Sertore, S. Viti in Sertore; ad Balbam apud montes S. Marci Evangeliſtæ, in Foſſa cæca S. Stephani Protomartyris, ad Furculas Caudinas ſancti Jeremiæ, in monte vici S. Foſſii, in territorio Campi læti Eccleſiam ſanctæ Luciæ Martyris, juxta civitatem Florentinam monaſterium ſancti Salvatoris una cum aliis quamplurimis Eccleſiis ad idem pertinentibus; videlicet, S. Leonis infra prędictam civitatem Florentinam, & S. Petri Apoſtolorum Principis de Vitiano, & S. Stephani Protomartyris cum villa, quæ nominatur Franciſca, monaſterium S. Nicolai Epiſcopi in monte Felico una cum aliis Eccleſiis ad idem pertinentibus, id eſt Eccleſiam ſancti Petri foras civitatem veſtram, & Eccleſiam S. Martini intra Canuetum, & S. Gregorii extra ipſum Canuetum, in territorio Rodenſi ſanctæ Barbaræ virginis, in civitare veteri Sepina monaſterium ſanctæ Mariæ cum cellis ſuis, id eſt, ſanctæ Mariæ extra ipſam urbem, in civitate Neapolitana monaſterium S. Gertrudis, S. Conſtantini, ſanctæ Eliſabethæ, ſanctæ Annæ, S. Jacobi, S. Adjutoris cum omnibus ſuis pertinentibus, necnon & medietatem S. Sylveſtri. Eccleſiam ſancti Gregorii apud Vaccantiam, monaſterium S. Aroncii cum cellis & pertinentiis ſuis, in Sambuceto ſanctæ Mariæ, apud Arolam S. Nicolai, item apud Vaccariciam monaſterium S. Benedicti, in caſali Petræfictæ ſancti Joannis, in Butticella in portula S. Biti, caſtellum cum Eccleſiis, villis, atque omnibus pertinentibus ſuis, in Cerrito S. Martini Epiſcopi, in Tuſculano S. Chriſtophori, caſtellum Pharneti cum Eccleſiis, necnon & omnibus pertinentibus ſuis, villam dictam Locovana cum Eccleſia S. Donati ſecundum auctoritatem Angeli cum omnibus pertinentiis eorum, cum Eccleſia S. Marciani una cum omnibus ſuis pertinentibus, Urbanum cum omnibus pertinentiis ſuis, Ripas longas cum Eccleſia ſanctæ Marię, Caſtellum vetus, & Eccleſiam S. Nicolai Epiſcopi, villam Leo cubantis, & Eccleſiam S. Donati una cum omnibus, nec non & univerſis eorum pertinentibus, Heremarium S. Onuphrii, Eccleſiam S. Michaelis Archangeli una cum omnibus ſuis pertinentiis, cum mobilibus atque immobilibus. Præſentis itaque noſtri privilegii pagina Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut quæcunque idem Cœnobium juſte poſſidet, quæque in craſtinum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium juſte atque canonice poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Decrevimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem Cœnobium temere perturbare, atque deſtruere, aut etiam ei ullas poſſeſſiones au-

fere,

ſere, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, aut quoquo modo moleſtare, verum omnia integre perſeverent, atque conſerrentur eorum pro quorum ſubſtantia, aut ſuſtentatione, ac gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Obeunte te nunc ejus loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, vel violentia præponatur, niſi quem fratres conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris elegerint: electus à Romano Pontifice conſecretur; Chriſma, Oleum ſanctum, conſecrationes Altarium ſive Baſilicarum, ordinationes Monachorum qui ad ſacros ſunt Ordines promovendi, ab Epiſcopis, in quorum Diœceſibus eſtis, accipietis; ſi quidem gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habuerint, & ſi gratis ea & ſine pravitate impenderint: Si quid vero horum obſtiterit, liceat vobis à quocunque volueritis Catholico Epiſcopo, quæ ſupra nominata ſunt ſacramenta percipere. Si qua vero Eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, temere contra eam venire attentaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei ac Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat: cunctis autem eidem loco bene ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud æternum Judicem præmia æternæ pacis, ac mercedis inveniant. Amen. Bene valeat.

Ego Paſchalis ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Datum Capuæ per manum Joannis S. R. E. Diaconi Cardinalis, 6. Kalen. Novemb. Ind. 11. Incarn. Dom. anno 1102. Pontificatus autem Domini Paſchalis II. Papæ tertio.

Conceſſio venerandæ memoriæ Domini Gelaſii Papæ, Bernardo Abbati de molendinis in fluvio Calore juxta Ponticellum.

In nomine Domini Gelaſius Epiſcopus ſervus ſervorum Domini. Dilecto filio Bernardo Abbati venerab. Monaſterii ſanctæ Sophiæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Religioſa loca temporibus noſtris, propter peccata communia, multis videmus anguſtiis, atque tribulationibus jactari, necnon anguſtiari. Ea propter oportere atque neceſſarium eſſe duximus eorundem locorum neceſſitatibus ſecundum datam divinitus facultatem Apoſtolicæ Sedis gratia benignius ac mitius ſubvenire. Tuis igitur dilecte in Chriſto fili Abbas Bernarde petitionibus annuentes, concedimus tibi, ut deinceps tibi, tuiſque ſucceſſoribus liceat de fluvio Caloris aquam per cœptum ædificium noſtrum accipere, & pro duobus molendinis, vel aliis monaſterii utilitatibus per terram murum uſque in eundem Caloris fluvium perducere. Si autem oportuerit, licentiam habeatis accipiendi eandem aquam ſupra videlicet, & intra prædictum ædificium, quantum nimirum terra veſtra & aqua eſt. Quod ſi neceſſitate urgente pro eodem de aquæductu de terra viæ inferioris, quæ juxta eſt, acceperitis, vobiſque eadem pro veſtra voluntate, veſtroque libero arbitrio vobis in æternum aſcribatis, nulla altercatione à quavis perſona hominum magna ſive parva poſſideatis, & accipiatis tantundem de terra veſtra, & partem alteram reſtauretis; ſane concambium quod in eodem loco, de interjacenti terra fecitis, atque fieri curaſtis habemus ratum, & cognitum.

Ego Gelaſius ſervus ſervorum Domini, atque Eccleſiæ Cathol. Epiſc. ſcripſi.

Signum manus meæ propriæ.

Dominus in loco ſancto ſuo.

Ego Petrus Portuenſis Epiſcopus conſenſi, atque non & propria mea manu ſubſcripſi.

Ego Hugo Cardinalis Presbyter tit. Apoſtolorum conſenſi libera voluntate, ac arbitrio & ſubſcripſi.

Ego Petrus Cardinalis Presbyter tituli ſanctiſſimæ virginis Suſannæ, Monaſterii proviſor ſubſcripſi, atque conſenſum & voluntatem meam tradidi.

Datum Capuæ per manum Conſtantini Chriſogoni S. R. E. Diaconi & Card. 14. Kalend. Maii, Ind. 11. Anno Dom. Incarn. 1118. pontificatus autem Domini Gelaſii II. Papæ, anno primo.

Conceſſio Romanorum Cardinalium vice Papæ Gelaſii de molendinis in ponte marmoreo, Bernardo Abbati.

Nos Domini gratia Epiſcopi & Cardinales, Vincentius Savinenſis, Petrus Portuenſis, Vitalis Albanenſis, Joannes Cardinalis tituli ſanctæ Cæciliæ, Reinerus tituli ſanctorum Marcellini & Reineri atque Petri, Deſiderius tituli ſanctæ Praxedis Dilecto fratri Bernardo venerab. Abbati Monaſterii ſanctæ Sophiæ, ejuſque venerandæ Congregationi, ſalutem. Audivimus quod Anſoquærat vendere molendina duo, ex illis quatuor, quæ Dominus noſter beatæ memoriæ Papa Paſchalis tibi reddidit, tuiſque hæredibus, & ad ſemper habendum Apoſtolico privilegio confirmavit, vel ad faciendum exinde quidquid ſibi placuiſſet: innotuit etiam nobis, te ea velle emere, eo maxime quia contigua ſunt & congrua molendinis monaſterii tui. In qua cauſa poſtulaſti licentiam præſtari tibi à Romana Curia. Verumtamen, quia Dominus noſter ſanctiſſimus Papa abſens eſt, communicato omnium noſtrorum conſilio, præſentibus literis in vice domini Papæ ſanctiſſimi damus, tibique tradimus, & concedimus tibi auctoritatem & licentiam integram illa emendi & perpetualiter habendi, & omnia inde agendi ad utilitatem monaſterii tui quæcunque volueris, aut quæ tibi placuerit pro tua voluntate, ſine aliqua inquietudine ac moleſtia.

Et ut noſtra conceſſio permiſſioque robur æternum & firmum præceptum atque legem habeat, ſigillo Dom. Petri Portuenſis Epiſcopi qui vice Domini Papæ Gelaſii fungitur, eam ſignari fecimus.

Ego Hugo Cardinalis tituli Apoſtolorum Proviſor Beneventanæ Curiæ conſenſi, atque ſubſcripſi propria manu mea.

Ego Stephanus Diaconus Beneventanus Rector, aſſenſum voluntatemque præbui ac ſubſcripſi.

Actum Beneventi Kalend. Januar. Ind. 12. feliciter admodum.

Anacleti II. Papæ privilegium.

Anacletus ſervus ſervorum Domini. Dilectiſſimo in Domino filio Franconi Abbati monaſterii S. Sophiæ quod intra Beneventanam civitatem intra ſacrum noſtrum Palatium ſitum eſt, ejuſque ſucceſſoribus regulariter promovendis in perpetuum. Ex commiſſo nobis incumbit officio ut religioſa loca quæ prædeceſſores noſtri fovere & exaltare ſumma cum attentione ſtuduerunt, nos quoque eorum ſequentes veſtigia honorare, & ſuis neceſſitatibus ſuccurrere propenſius debeamus. Quamobrem dilecte in Chriſto fili Franco Abbas monaſterii ſanctæ Sophiæ quod in Beneventana civitate juxta ſacrum Palatium ſitum eſt, tuis petitionibus clementer annuentes, concedimus atque damus tibi, & per te monaſterio ſanctæ Sophiæ, cui auctore Domino præeſſe dignoſceris, & fratribus illic Domino ſervientibus, & ſervituris in perpetuum; unum videlicet hortum quem Curia noſtra habere dignoſcitur in loco qui nominatur ad Ponticellum; affines cujus ſunt: ab uno latere prædictus Ponticellus, a ſecundo latere foſſatum molendini ejuſdem monaſterii, ab alio latere ſive via. Hunc ſupradictum hortum una cum omnibus pertinentiis ſuis concedimus, atque donamus ſupraſcripto monaſterio in perpetuum, ut ab hac hora in antea poteſtatem habeatis intrandi, poſſidendi, utendi, vel quicquid exinde vobis facere placuerit. Si quando in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona

hanc

hanc noſtræ conceſſionis, & donationis paginam ſciens, contra eandem temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisſactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat: cunctis autem eidem monaſterio juſta ſervantibus ſit pax & tranquillitas Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ perpetuæque pacis inveniant atque accipiant. Amen, Amen, Amen.

Ego Anacletus Catholicæ Religionis Epiſcopus.
Ego Petrus Cardinalis Presbyter, ad ſanctam Mariam & Suſannam virginem.
Ego Creſcentius Cardinalis Presbyter & ad ſanctum Marcellum proviſor.
Ego Matthæus Cardinalis & presbyter.
Ego Sylvius Diaconus Cardinalis.
Ego Romanus Cardinalis & Diaconus.
Datam Beneventi per manum Saxonis S. R. E. presbyteri & Cardinalis, nonis Decemb. Ind. 9. Amen.

Anacletus Epiſcopus ſervus ſervorum Domini. Dilecto filio Franconi monaſterii ſanctæ Sophiæ quod intra Beneventanam urbem ſitum eſt, Abbati, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Pro amore & dilectione quam in monaſterium ſanctæ Sophiæ virginis habemus, & pro ſervitio quod Romanæ Eccleſiæ propenſius exhibuiſti, concedimus tibi tuiſque ſucceſſoribus, ut in eadem domo ad Ponticellum, in qua duo molendina in præſentia habetis, liceat vobis tertium, ſine noſtra & Curiæ noſtræ, vel alicujus contradictione, quando vultis conſtruere, atque amovere valeatis.

Ego Anacletus Epiſcopus.
Ego Petrus Piſanus Cardinalis.
Ego Matthæus Cardinalis & presb.
Datam Capuæ per manum Saxonis S. R. E. presbyteri Cardinalis & Cancellarii 4. Id. Novemb. Indict. 18. Anno Incarnat. Domini noſtri Jeſu Chriſti 1139. pontificatus autem Dom. Anacleti Papæ II anno primo.

Anacletus ſervus ſervorum Domini. Dilecto admodum filio Franconi Monaſterii ſanctæ Sophiæ quod intra Beneventanam civitatem ſitum eſſe videtur Abbati ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Pro amore ac dilectione qua in Monaſterium ſanctę Sophiæ tenemur, & pro ſervitio quod Romanæ Eccleſiæ propenſius exhibuiſti, concedimus tibi, ac tuis ſucceſſoribus, ut in eadem domo ad Ponticellum in quo duo molendina in præſentia habetis, liceat vobis ædificare aliud ad locum marmoreum pro veſtro libero arbitrio ac voluntate.

Anacletus Epiſcopus ſervus ſervorum Domini. Chariſſimo in Chriſto filio Abbati monaſterii ſanctæ Sophiæ, ſalutem nec non Apoſtolicam benedictionem. Officii noſtri nos hortatur auctoritas ad commiſerationem Eccleſiarum ut ad eorum augmentum Religioſorum virorum preces adunlamur, & quieti eorum, quantum auxiliante Domino poſſumus, providere. Proinde nos dilecte in Domino fili Franco Abbas venerab. monaſterii ſanctæ Sophiæ virginis, tuas & Congregationis commiſſæ ejuſdem ſacri monaſterii preces fratrum, de filiorum noſtrorum conſilio libenter admittimus, & vos pro quibus in Domini gratia poſſumus, ſuſtentare curamus. Quamobrem apothecarum illarum & tabularum quæ juxta eas conſtituuntur in platea publica ad locum ubi tabulæ pictæ vocantur, octoginta ſcilicet denarios, quos Beneventanæ curiæ ſingulis annis perſolvere debebatis, vobis atque Eccleſiæ veſtræ ad luminaria accendenda remittimus atque damus, & apothecas eaſdem ab omni datione liberas vobis voluimus integras ac inviolatas manere, ita ut nec noſtris, nec ſucceſſorum noſtrorum temporibus de iis quicquam Curiæ perſolvatis, aut gravamen ullum ab eadem ſuſtineatis.

Ego Anacletus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Matthæus presbyter ac Card.
Ego Adeſiſus Cardinalis S. Agathæ.
Datum Beneventi 6. Id. Mart.

Anacletus Epiſcopus ſervus ſervorum Domini. Dilecto in Domino filio Franconi Abbati Monaſterii ſanctæ Sophiæ intra Beneventanam civitatem, ejuſque ſucceſſoribus regulariter promovendis in omnem perpetuitatem. Omnium quidem fidelium noſtrorum, verumtamen eorum ſpecialius admittere preces, nec non & petitiones debemus, qui Sedis Apoſt. cujus curam & rationem, Domino diſponente, atque favente ſuſcepimus, familiarius, & tanquam jure proprio ſubjecti eſſe noſcuntur, nec non & ſunt. Quamobrem dilectiſſime atq; amantiſſime in Chriſto fili Franco Abbas, petitionibus tuis haud immerito annuendum cenſuimus atq; duximus, ut venerabile ſanctæ Sophiæ Cœnobium, cui, auctore Domino, præſides juxta ac vices agis, ad ſpeculum ſeu ad exemplar noſtrorum Prædeceſſorum ſanctæ recordat. Pontificumque Romanorum, Leonis IX. Papæ, Urbani, Paſchalis & Calliſti, in B. Petri Apoſtolorum Principis tutelam noſtramque defenſionem ſuſciperemus, ac auctoritatis noſtræ robore muniremus: per præſentem noſtri privilegii paginam Apoſtolica auctoritate ſancimus, & confirmamus, ut idem Cœnobium ſoli Romanæ Eccleſiæ ſubditum, ab omnium Eccleſiarum, aut perſonarum jugo liberum habeatur, & quæ prædeceſſores noſtri eidem templo tribuerunt, nos quoque præſenti decreto noſtro tribuimus. Ut autem orationum quæ illic aſſidue Domino Deo offeruntur, eſſe participes nos mereamur, mitram ac chirothecas tam tibi dilectiſſime fili Franco Abbas, quam ſucceſſoribus tuis in eodem monaſterio Domino Deo noſtro ſervientibus in perpetuum habere, ac poſſidere concedimus; Dalmaticæ quoque uſum, ac ſemicincti his diebus tantum qui inferius prænominantur, tibi tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum Apoſtolicæ Sedis liberalitate concedimus ac tribuimus, idest Natali Domini, ſanctiſſimique Stephani Protomartyris, Epiphania, S. Benedicti, itemque in Ramis palmarum, Cœna Domini, in Paſchate, & proxima ſecunda feria, S. Angeli, ſanctiſſimæque Crucis, Aſcenſione, Pentecoſte, S. Joan. Baptiſtæ, ſancti Petri, in omnibus feſtivitatibus ſanctæ Mariæ, ſancti Mercurii, in feſtivitate omnium Sanctorum, duodecim millium Martyrum, Dedicatione Eccleſiæ, Commemoratione Sanctorum omnium. Cellas præterea & villas, vel Eccleſias, quæ prædeceſſorum tuorum ſtudio, ſive tuo, juſte vel Canonice jam dicto monaſterio ſunt acquiſita, poſſidendas vobis perpetuo confirmamus; hoc eſt, Eccleſiam S. Benedicti quæ nominatur Xenodochium, S. Joannis, ſanctæ Euphemiæ, S. Petri quæ nominatur Irasari, ſanctæ Mariæ Rotundæ intra ipſam civitatem Beneventanam, Eccleſiam ſanctæ Mariæ, S. Petri, S. Nicolai, ſancti Eraſmi, & Marciani, ſanctæ Sophiæ virginis, S. Angeli foras eandem civitatem Beneventanam, in Pantano Eccleſiam S. Benedicti Patris, ac Confeſſoris; S. Vitalis, S. quoque Mercurii apud Olivolam; S. Angeli; ſanctæ Mariæ de Scolcaturo una cum pertinentiis ſuis omnibus, in Vado Azanim S. Benedicti, in Faſſone S. Valentiniani, apud Votum Eccleſiam S. Felicis una cum terris ſuis omnib. in Corneto, S. Silveſtri, in duob. rivis S. Mariæ in Paritulo, S. Marciani in Vetereno, S. Martini in Cocciano, S. Petri Apoſtolorum Principis in Pazano, S. Nicolai Epiſcopi, item in civitate Beneventana ſanctum Stephanum Protomartyrem in Palearia, ſanctæ Mariæ de Lucenaris, & duas curtes ſanctæ Mariæ in Becellaria, ſanctæ Mariæ in Templana in civitate quæ nominatur Ariana, S. Angeli cum cellis ſuis, S. Stephani in Fromaria, S. Gregorii in Eſde, S. Angeli in Peſclo Nalibergo, Eccleſias ſanctæ Mariæ, S. Jo-

an-

annis in Caliſi, ſanctæ Mariæ in territorio Tamari, S. Marcelli, apud Regnum ſanctæ Mariæ in Tuſcalano, S. Mauri, S. Joannis in Aſculo, S. Petri, S Deſiderii, S. Archangeli in Eliceto, ſanctum Effrem in Morteto, S. Petri apud Trojam S. Mercurii, apud Bivinum, S. Martini Epiſcopi, in Biſerno monaſterium s. Angeli una cum cellis ſuis omnibus, in Petra S. Angeli, S. Trinitatis in Petra Findi S. Agnelli, S. Conſtantini, S Eliſabethæ, ſanctæ Annæ, S. Joannis, S Petri in balneo in valle Luparia, ſanctæ Crucis in Limoſaoa, S. Martini in Mutale, S. Marciani in Teſtonis, S. Archangeli, S. quoque Onuphrii una cum omnibus ſuis pertinentiis, in Materia S. Agnetæ, in Aliſis S. Mercurii, S. Angeli, S. Mariæ, S. Marci, S ctæ Annæ, S. quoque Silveſtri, S. Mariæ Garoini Abbatis, apud S. Agatham S. Adjutoris apud montem Virgineum, ſancti quoque Adjutoris in Trevento, S. Laurentii apud Micerium, S. Stephani apud Matulonam, ſancti Martini in Palumbe, S. Abundini in galo Stedine, S. Mercurii, ſanctæ Reparatæ, S. Stephani in galo Noceta, s. Magni, ſanctæ Helenæ, s. Stephani, ſanctæ Crucis, s Martini, s. Simeonis, s. Pollucis in galo, ſanctæ Joannæ in finibus Canienſibus, ſanctæ Mariæ in galo, Aſie, s. Joannis, s. Michaelis Archangeli in Olicino, ſanctæ Mariæ in Melanica, ſanctæ Mariæ in civitate Dragonarica, s. Benedicti apud Cannas, s. Juliani in Avellino, s Juliani, s. Germani, s. Henrici, s. Theodori, s Hermanni, s. Lutgeri, s. Aroſtarii, s. Conſtantini, s. Roberti, s. Bartolomæi, ſanctæ Mariæ in Bellula in Caudis, ſancti Angeli in Palumbaria, monaſterium s. Angeli cum cellis ſuis, omnibuſque pertinentibus, in civitate Neapolitana, ſanctæ Crucis in Seſſula, s. Michaelis Archangeli in Toccula, s. Raphaelis Archangeli in monaſterio Foliolanenſi, ſanctæ Bennæ cum Eccleſiis ſuis, omnibuſque pertinentiis, in petra ſturmini caſas & ſilvas, vineas & territoria, curtemque de Lapillo & Eccleſiam S. Bartholomæi in Collino, S. Bartholomæi & curtem de Noriano, ſancti Petri Apoſtoli de luce magna, apud Roderium S. Martini in Alano, Sanctæ Mariæ in Galdione, & in monte malo ſancti Felicis, in Pertore ſancti Viti, ad Balbam apud montes Sancti Marci in foſſa cæca ſancti Stephani ad Furculas caudinas ſancti Foſſi in Hieruſalem, in territorio campi læti Eccleſiam S. Luciæ Virginis, ſancti Marci, juxta civitatem Florentinam Monaſterium S. Salvatoris cum aliis Eccleſiis ad idem Monaſterium pertinentibus, videlicet, S. Leonis inter prædictam civitatem & S. Petri de Vitiano & ſancti Stephani cum villa quæ nominatur Franciſca, Monaſterium S. Nicolai Epiſcopi in monte Filine una cum aliis Eccleſiis ad idem Monaſterium pertinentibus, in territorio Rodenſi S. Barbaræ Virginis, in civitate Veteri Sepina Monaſterium ſanctæ Mariæ una cum omnibus cellis ſuis, apud Vaccatarias Monaſterium ſancti Antonii cum cellis ſuis & omnibus pertinentiis fratrum & ſancti Benedicti in Sambuceto, ſanctæ Mariæ, in Caſali Petriſiare ſancti Joannis in Portula S. Viri, in Caretra S. Auguſtini, in Pontino S. Maximini, in Corteto ſancti Mauritii in Luceta, ſancti Martini in Cauſano S. Chriſtofori in Aliſa ſancti Petri Apoſtoli in Certia, in Minori S. Angeli, in Luniperto S. Laurentii in Luniparia S. Luciæ in Ferreria S. Hermanni in Panno S. Bartholomei, item Caſtellum Fori, Catalupi Caſtellum vetus, Butticella, Fanetum, Obiatum, Ripaslongas, Villam Leonis cubantis una cum Eccleſiis atque earum omnibus pertinentiis. Auctoritate præterea Apoſtolicę Sedis omnes in integrum oblationes vivorum ſimul ac defunctorum, quas hodie habet, vel in futurum idem Monaſterium conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium legitime cum cellis ſuis ſibi ſubiectis poterit adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Obeunte te nunc ejus loci Abbate, vel etiam tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia aut etiam violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel para fratrum conſilii ſanioris ſecundum Dei Dominique timorem, & B. Benedicti regulam providerit eligendum à Romanorum ſemper Pontifice conſecrandum; chriſma, oleum ſanctum, conſecrationeſque altarium ſive Baſilicarum, ordinationes Monachorum qui ad ſacros ſunt ordines promovendi, ab Epiſcopis in quorum Diœceſibus eſtis, accipiatis, ſi gratiam atque communionem Apoſtolicæ Sedis habuerint, & ſi ea gratis & abſq; gravitate aliqua impenderint; alias liceat vobis quem volueritis adire Pontificem, & ab eo conſecrationem & ſacramenta accipere. Decrevimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat idem Monaſteriam perturbare temere, aut ei ullas etiam poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare atque moleſtare, veruntamen omnia integra conſerventur, eorum pro quorum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodè profutura. Si quis autem in craſtinum Archiepiſcopus, Epiſcopus, Imperator, Rex, Dux, Marchio, Princeps, Comes, Baro, Vicecomes, Stratigotus, Judex, Caſtaldio, aut Eccleſiaſtica vel etiam ſæcularis perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam quoquo modo temere, ullo modo aut ratione temerare auſus fuerit, ſecundo tertiove commonita ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſve ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Sanguine, & corpore Dei & Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti aliena abeat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjacet: Cunctis autem hæc juſte ſervantibus ſit pax & tranquillitas Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & ibi apud diſtrictum Judicem premium necnon mercedem æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Anacletus Catholicæ Religionis Epiſcopus.
Ego Gregorius Presbyter & Cardinalis.
Ego Aderiſcios Cardinalis.
Ego Silvius Cardinalis.
Ego Matthæos Cardinalis & Diaconus SS. Coſmæ & Damiani infra templum Romuli.
Ego Pandolphus Cardinalis Diaconus SS. Coſmæ & Damiani Martyrum.

Datum Beneventi per manum Saxonis, Pontificatus anno Domini Anacleti ſecundi Papæ.

Anacletus Epiſcopus ſervus ſervorum Domini.

Dilecto in Chriſto filio Franconi Abbati Monaſterii S. Sophiæ, quod intra Beneventanam urbem ſitum eſt, ejuſque ſucceſſoribus regulariter promovendis in perpetuum. Si perſeveranti culpæ debitus jure vindicta, ita fidelibus, qui puro corde deſerviunt, omni modo eſt adhibenda cautela. Conſtat ſiquidem Godefridum quondam Rodfridi Comitis Pizzica dæmonis filium per hujus noſtræ Beneventanæ civitatis proditorem adverſus Matrem ſuam ſanctam Romanam Eccleſiam & perſonam noſtram, cujus fidelitatem juraverat, & ligneum hominem fecerat, adeo nequiter & peſſime deliquiſſe, quod judicio noſtro filiique magnifici Regis Romanorum quoque judicum noſtrorum Jandolphi, Dauferii & Benedicti, aliorumque noſtrorum fidelium plurimorum, ac totius Curiæ ſententia de perſona ſua & omnibus rebus tam mobilibus quam immobilibus Apoſtolicæ Sedi deciderit, & omnis actio, omniſque ratio, quæ ei in aliquo competebat, legitima ad nos tranſactione devenerit: Qui videlicet Godefridus quadringentos Romanatos Monaſterio ſanctæ Virginis Sophiæ accommodaverit, unde duo molendina ipſius Monaſterii quę ſunt ad pontem qui nominatur leprolus, & unam inſulam quæ eſt ſecus pontem majorem, & hortum foris prope portam auream cum chartis ac munimentis earumdem hæreditatem in pignore detinebat, quæ utique molendina, inſula & hortus una cum omnibus aliis pertinentiis prædicti Godefridi

tam

tam mobilibus quam immobilibus, propter perjuria & proditionem, quam commiſerat. juſte & legitime ad manus noſtras venerunt Nos itaq; hæreditatẽ Monaſterii nequaquam alienari volẽtes, chariſſimos filios noſtros Franconem Abbatem & Azzonem Præpoſitum & Jo. Deconum cæteroſq; ejuſdem cœnobii fratres per perſonam noſtram, aliosq; fideles noſtros benigne convenimus, quatenus quadringentos Romanatos, quos eis Potiſeria accomodaverat, nobis perſolverent, & pignus ſuum, prædicta videlicet molendina inſulam & hortum ad opus Monaſterii colligerent; quod cum illis grave ac difficile admodum videretur, & perficere ſtudioſius omnibuſque modis ſubterfugerent, in plena adverſus eos Curia clamavimus atque clamari præcepimus, & ſecundum terræ conſuetudinem fecimus pignorari; ipſi tandem nequaquam rationi atque juſtitiæ contraire valentes, tam in noſtra, quam & in Judicum ſe obtulerunt præſentia, quod ratio jubet executari: audita itaque petitione noſtra, qua nos quadringentos Romanos ab eis, qui vice Goſridi ſicut prælibatum eſt una cum omnibus rebus & actionibus ſuis nobis deciderunt; legitime repetebamus & ipſi inficiari minime poſſent, concordantibus & conſentientibus fere omnibus majoribus ac nobilioribus civitatis judicaverunt, Judices, quod Abbas & fratres molendina monaſteriorum inſulam & hortum quæ erant in pignore recolligerent, & quadringentos Romanatos abſque aliqua notabili ambiguitate perſolverent; quod utique judicium & monaſterium à nobis effectui mancipatum eſt; nam illi jam dictam nobis pecuniam perſolverunt, & nos eis molendina inſulam & hortum, quæ obpignorata tenebantur, ex integro reſtituimus, nullam in eis nobis aut etiam ſucceſſoribus noſtris ſeu alicui perſonæ querimoniam reſervantes. Decernimus itaque, ut nec Godefrido, nec illius hæredibus, vel alicui perſonæ ab eis ſubmiſſæ vel aliquo modo ſubſtitutæ, neque per ipſarum chartarum exhibitionem, neque per repræſentandos teſtes, neque alio quocunque modo pecuniam ipſam vel pignus ob eam datum repetere, vel aliquam inde Monaſterio litem vel infeſtationem inferre liceat. Sin vero quiſpiam contra hoc ſecuritatis decretum à nobis emiſſum quicquam facere attentaverit, centum libras denariorum Papienſium bonæ monetæ componat, medietatem vero ſacro Palatio noſtro, & medietatem ipſi Monaſterio; & hoc noſtrum tutationis decretum firmum ſemper illibatumque permaneat. Ad hæc vero Apoſtolica auctoritate interdicimus, & perpetua ſanctione firmamus, ut nullus omnino Abbas, Præpoſitus, ſive Decanus, vel aliqua Eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hæc quæ reddimus molendina, vel illa quæ idem monaſterium habere in Ponticello ſeu apud aquam longam in plerum ponere vel oppignorare præſumat, & nullus Priuceps, nullus rector, nullus Comes, ſeu Vicecomes, civis, ſeu etiam Oppidanus ſeu ruſticus prædicta omnia molendina vel quæ intra ea ſunt, aliquo modo auferre aut pignorare audeat, niſi nos & ſucceſſores noſtri proprio ore juſſerimus. Quincunque igitur præſentis mandati violator extiterit, ſit anathema, & ignis illi præparetur in æternum. Conſervantibus autem ſit pax & quies Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Anacletus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Creſcentius Presbyter & Cardinalis.
Ego Benedictus Presbyter & Cardinalis.
Ego Amandus Cardinalis necnon, & Presbyter ſanctæ Eccleſiæ Sabinæ.
Ego Silvius Presbyter & Cardinalis.
Ego Hermannus Cardinalis.
Ego Rochus SS. Ariani & Marii Cardinalis atque Diaconus.
Ego Pandulphus Diaconus Cardinalis SS. Martyrum Coſmæ & Damiani.
Ego Joannes Judex Dapiferius.
Ego Quirinus Benedictus Judex.

Datum Beneventi, per manum Matthæi Cardinalis ac Presbyteri & Cancellarii. 12. Kal. April. Pontificatus Domini noſtri Anacleti ſecundi Papæ, anno . . .

Officium Domini Roberti.

In nomine Domini. Anno milleſimo nonageſimo ſecundo ab Incarnatione Domini Dei Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, & ſecundo anno Pontificatus Domini Urbani ſecundi Papæ menſe Decembri, Indict. 15. Ego Robertus qui dicor de Principatu, filius quondam Triſtapni, declaro me poſſidere & habere unum caſtellum quod nominatur Torum; nunc autem pro ſalvatione & remedio animæ meæ & præfati genitoris mei congruum meum eſt totum ipſum Caſtellum omnibus ſuis hominibus, & omnibus ipſius Caſtelli pertinentiis & territoriis offero Deo in Monaſterio S. Sophiæ de civitate Beneventana, ubi Domino favente Madelmus Venerabilis Abbas præeſt. Quamobrem bona mea voluntate in præſentia Joannis & Jandolphi Judicum, & ratione generaliter Domini Aminadab, & Joannis Guarinii, & Roberti de Monte Vitello, & aliorum bonorum hominum per librum quem manu accepi, obtuli Domino, & in prædicto Monaſterio ſuper altare B. Mart. pro ſalutea animæ meæ & præfati genitoris mei, totum illud caſtellum una cum omnibus hominibus & omnibus ſuis pertinentiis ac territoriis, ea ratione, ut amodo & in perpetuis temporibus Abbas ſupra nominatus & ſui ſucceſſores, & pars ipſius Monaſterii totum illud Caſtellum cum cunctis hominibus, & omnibus ejuſdem Caſtelli, & territoriis pertinentibus, habeat atque poſſideat, faciendo quodcunque voluerit, ſine contradictione mea & meorum amicorum aut ſanguine junctorum, & ſine cujuſcunque requiſitione, & per noſtram defenſionem ab omnibus hominibus: Quod ſi autem taliter vobis defendere haud quaquam poterimus; aut ſi aliquo tempore per quamlibet inventam rationem cauſari vel contendere præſumpſerimus quærendo illud, vel exinde vobis tollere, aut contra, ſeu minuere, vel ſi hoc removere quæſierimus, centum libras puri auri, me aut meus hæres ad partem ipſius Monaſterii pro pœna componere obligavi, & in antea omni tempore adverſus illud inviti taciti & contenti maneamus, atque inviti illud adimpleamus juxta illius Cardinalis textum, & per eandem obligatam pœnam ſuper etiam ex parte Domini Dei omniumque ſanctorum, ego qui ſupra nominatus Robertus ilatuo atque confirmo: ut ſi quis contra hanc noſtram firmiſſimam oblationem agere aut infringere tentaverit, aut de dominio præfati Monaſterii illud Caſtellum, vel de cunctis quæ pertinent, tollere aut ſubtrahere, vinculis excommunicationis & anathematis perpetuo ligatus permanext, & cum Juda Domini Dei traditore die noviſſimo condemnetur, donec ad dignam veramque perveniat ſatisfactionem: Servantibus autem, & hanc Oblationem cuſtodientibus, Divina illis gratia corde, necnon & corpore ſubveniat. Sciendum eſt autem, quia ſupradictus gener meus Reo, necnon & prænominati Barones in hanc meam à me factam oblationem unanimi ſimul omnes ſententia conſenſerunt. Et obtuli atque tradidi in prænominato Monaſterio Caſtrum illud una cum omnibus viis atque anditis ſuis, & una cum molinis, & aquis, paſcuis, cultis & incultis, ſilvis, pratis, & una cum omnibus ejus pertinentiis. Fines vero præd. caſtri Tori ſunt hi: Primum incipit à flumine quod nominatur Tende, quod dividit territorium Caſtri Caſtelli & territorium dictum Caſtelli Tore, & deſcendit inter idem territorium Tori, & territorium Caſtri Archipresbyteri, ut poſtmodum aſcendit inter nominatum territorium Caſtri Tori & territorium S. Joannis in Gualdo uſque ad Vallonem qui nominatur Pizuli, & prænominatus Vallo aſcendit inter prædictum territorium Tori & Caſtrum S. Joannis præcurſoris Chriſti in

Bualdo uſque ad aliud gualdum quod nominatur Toſcorara, & aſcendit inter idem territorium Tori & caſtrum quod dicitur in campo Sinarcuno uſque ad ſerram ubi eſt via lata, & ipſa via lata dividit deſcenſum territorii prænominati Caſtri campi Sinarcuni & Caſtrum Tori, & territorium campi de petra, & deſcendit inter idem territorium Tori. & aſcendit uſque ad Eccleſiam campi Sabini, & ab ipſa vero Eccleſia ſancti Sabini deſcendit uſque ad Vallonem, qui nominatur ſons Sicaonis; prænominatus autem Vallo dividit ſupra nominata territoria uſque ad terram quæ eſt inter S. Martinum & ſanctum clericum, & à prædicta ſerra deſcendit uſque ad collem, ab altera autem parte, ut nonnulli volunt, dicitur eſſe ſtrada, aut platea publica, & ipſa autem ſtrada deſcendit per collem ſanctæ Crucis uſque ad collem S. Joannis Præcurſoris Domini Dei Servatoris noſtri Jeſu Chriſti de Gennario, tendit autem uſque ad vallonem, qui nominatur Felicen, ipſe autem vallo deſcendit uſque ad fluvium Capinium, & deſcendit per ipſum fluvium Capinium uſque ad vallonem qui nominatur Garata, & ipſe autem vallo deſcendit inter nominatum territorium Tori & territorium Civitellæ uſq; ad quendam rivulum, quæ rivulus dividit atq; ipſum territorium Tori. & territorium autem quod vulgo nominatur aut ab omnibus appellari ſolet Tibice. aſcendendo vero ad ſtradam necnon plateam quæ nominatur plerumque ſtrada Capiniana, & ipſa autem ſtrada dicitur quondam majorumque noſtrorum tempore fuiſſe inter ipſum ſupranominatum territorium Tori, territorium autem Tibice dicitur, ut nonnulli volunt, aſcendendo ire uſque ad territorium quod nominatur Caſtrum Catalupi. & vadit uſque ad ipſum territorium Capitelle, Capitella autem eſt Eccleſia ſecundum multorum hominum ſententiam atque opinionem, Eccleſia quæ nominatur ad S. Mariam in Ranula, deſcendit ad ipſum rivulum qui nominatur Ranula, & ipſe rivulus deſcendit inter idem Territorium Tori & territorium quod nominatur (ut omnium ſere gentium moderno tempore vitam agentium eſt opinio) Ripitelle, quod deſcendere videtur uſque ad collem Pizatum, qui eſt juxta Pizata, & vadit (ut videre omnibus licet) uſque ad petram cruciatam, & ab ipſa autem petra deſcendere videtur uſque ad ipſum Cannitum, quod eſſe dicitur in capite ipſius rivuli Vervaricii, prædictus vero rivulus dividit propemodum ipſum rivulum territorii Tori, & territorium quod nominari videtur Ripitellum deſcendit uſque ad prænominatum fluvium Tappinum, & à Tappino fluvio aſcendit per ipſum collem cavalcum & vadit ad illam ſerram quæ nominatur collis de Giraſiano, & ab ipſa ſerra pergit uſque ad prædictum flumen.

Ego Talcon Notarius & Scriba ſacri Beneventani Palatii taliter ſcribere præcepi.

Actum intra idem Monaſterium feliciter.

Incipiunt hic Capita ſextæ partis.

1 *Joannes Epiſcopus Beneventanus at Sipontinus, de Eccleſia S. Martini.*
2 *Landolphus Epiſcopus atque Archiepiſcopus Beneventanus, de Eccleſia ſancti Meaaa.*
3 *Radelchis Archiepiſcopus Beneventanus, de Eccleſia S. Mariæ in Olicino.*
4 *Milo Archiepiſcopus Beneventanus de S. Maria & S. Benedicto.*
5 *Roffrid Archiepiſcopus Beneventanus de S. Benedicto in Muricone.*
6 *Jandolphus Epiſcopus Beneventanus de Monaſterio S. Onophrii.*
7 *Angelus Epiſcopus Trojanus de Eccleſia S. Sophiæ in Troja.*
8 *Ardriamus Epiſcopus Vulturarienſis de S. Stephano ſorts Caſtello magno.*
9 *Mainardus Epiſcopus Arianenſis, de Eccleſia S. Angeli in Joriano.*
10 *Robertus Dux, de Caſtello novo quod nominatur Ripe longe*
11 *Robertus Dux, de Eccleſia S. Angeli in Peſclo.*
12 *Rogerius Dux, de Plateatico nobis tollendo.*
13 *Grrardus Comes de Eccleſia in Alipergo & in Mutrone ſita.*
14 *Eribertus Comes, de Caſtello quod nominatur Fornito & Totonis.*
15 *Eribertus Comes ut nemo Baronum ſuorum noſtros homines recipiat.*
16 *Jordanus Comes de Eccleſia S. Angeli in Jontanocum ſuis Eccleſiis & pertinentiis.*
17 *Jordanus Comes de vineis, terris, iſclis & Eccleſiis S. Marciani cum reliquis ſuis pertinentiis omnibus juxta Leocubante.*
18 *Jordanus Comes de Monaſterio S. Onuphrii.*
19 *Vgo Comes Bulanenſis, Madelmo Abbati de caſtello quod nomatur Neclo.*
20 *Simon Comes Dulanenſis Bernardo Abbati de caſtello Neclo & S. Marci in Sepino.*
21 *Robertus Comes de lignis incidendis in Monte Dragone creſcentibus.*
22 *Robertus Comes de Laurinello, de Eccleſia S. Salvatoris de Florentino.*
23 *Henricus Comes de Eccleſia S. Nicolai in Filila & Salvatoris de Florentino.*
24 *Stephanus Schuldais de platea publica, ubi modo dormitorium eſſe dicitur.*
25 *Pandolphus Princeps de molendinis in monte qui nominatur Leproſus.*
26 *Petrus Epiſcopus Portuenſis de rebus Petri Tianenſis.*
27 *Pandolphus Princeps de commutatione inter S. Sophiæ Monaſterium,*
28 *Hubertus Comes de loco Pantano.*
29 *Sicardus Comes de Vida & loco Pantano,*

Joannes Epiſcopus Beneventanus at Sipontinus de Eccleſia S. Martini.

Emendatum ex Bibl. Vatic. originali à Sarnellio in memoriis Epiſc. Benev. p. 54.

In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti; Anno quinto decimo Imperii Dominorum noſtrorum Romani, Conſtantini, & Chriſtophori magnorum Imperatorum, & xii. anno Domini Landolphi Antipatri Patritii, & Principis, & Domini Athenolphi eximii Principis menſe Februario, prima Indictione, necnon duodecimo anno Joannis Venerabilis Epiſcopi, quo Deo ſavente Beneventanæ, ac Sipontinæ Eccleſiæ Antiſtes conſecratus eſt. Nos Joannes in præfata ſanctæ Dei Genitricis Mariæ ſede Pontificis prælatus, declaramus quoniam tu Petre Clerice habitator civitatis Bivinenſis filius Rodelfridi ædificaſti Eccleſiam nomine Martini in eadem civitate Bivina in proprio territorio tuo, & deprecatus es nos, ut eandem tibi liberam atq; ſolutam conſtitueremus ab omni conditione noſtræ Sedis. Nos vero audivimus deprecationem tuam, & recordato ritu anteceſſorum noſtrorum cum conſenſu Sacerdotum ac Levitarum, omniumque ordinum Clericoram, per hoc noſtrum roboreum firmitatiſque præceptum, præfatam ſupradictamque Eccleſiam liberam eſſe conſtituimus tibi atque hæredibus tuis ab omni conditione noſtræ Sedis ſupra nominatæ, amodo & deinceps, ut nec Preſbyteri, nec Archipresbyteri, nec quilibet noſtrorum Clericorum aliquam poteſtatem aut donationem, vel etiam actionem habeat vel minimam in eadem Eccleſia, veruntamen perpetuis temporibus habeas tu illam & hæredes tui in veſtra diſpoſitione & dominatione, ſicut veſtra fuerit voluntas; excepto, ſi Presbyter fuit deſunctus qui eandem Eccleſiam regere videbitur, ſemper ibi Sacerdos ordinetur qualem volueris tu, & hæredes tui, cum conſenſu quidem noſtro, vel ſucceſſorum noſtrorum. Et ut hæc ab omnibus incunctanter ſerventur, annulis ſanctæ Genitricis figurantibus in una parte ſignum ſanctæ Crucis cum arcu in utroque crucis latere, cum duabus columbis aſtantibus, atque in altera parte nomen ſanctæ Mariæ in cruce affixum depinximus roboratum. Quod videlicet præceptum tibi Leoni Diacono, ac Subdiacono ſcribere injunximus, necnon & Sacerdotes propriis manibus, reliquoſque Clericos noſtros ſeſe ſubſcribere juſſimus, & per confirmationem ſupradictorum omnium ſecun-

dum conſuetudinem præceptorum manu noſtra ſubſcripſimus.

Actum Beneventi in ſacratiſſimo Epiſcopio.

Ego Joannes Archipresbyter ex juſſione Joannis Epiſcopi me ſubſcripſi.

Ego Joannes presbyter & Abbas ex juſſione Domini Joannis Epiſcopi me ſubſc.

Ego Scildatas Diaconus atque presbyter me ex juſſione Superiorum ſubſcr.

Ego Magelcardus Subdiaconus me ſubſcripſi.

Ego Engelgardus Clericus me ſubſcr.

Landolphus Archiepiſcopus Beneventanus de Eccleſia S. Mennæ.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni. Anno trigeſimo ſecundo principatus Dom. Pandolphi eximii Principis, & ſexto decimo anno principatus Dom. Landolphi glorioſi Principis filii, menſe Martio, tertia Indictione, necnon & ſexto anno Dom. Landolphi vener. Epiſcopi, quo Domino ſavente, Beneventanæ, ac Sipontinæ Eccleſiæ Archiepiſcopus ordinatus eſt. Landolphus in præfata ſanctæ Dei Genitricis ſede Archiepiſcopus Prælatus. Dum vos Auxenti, & Theodorice filii cujuſdam Aroaldi habitatores Caſtri, quod Toccum dicitur, in finibus ejuſdem Caſtri Eccleſiam, à novo conſtruxiſtis fundamine, in proprio vero territorio, in honore S. Mennæ in loco qui ſub ejus nomine appellatur, & de ea ſecuritatem à nobis habere quæſiviſtis; ideoque recordato ritu anteceſſorum noſtrorum, cum conſenſu Sacerdotum ac Levitarum omniumque ordinum Clericorum, per hoc noſtrum roboreum præceptum conceſſimus & tribuimus vobis veſtriſque hæredibus firmiſſimam de ea libertatem, ſcilicet, ut amodo & deinceps vos, & veſtri hæredes libere, ſecuriterque illam perpetuis temporibus poſſideatis & ordinetis ſecundum veſtram voluntatem, abſque contradictione noſtra, ſucceſſorumq; noſtrorum, ſeu Archipresbyteri, ſeu cujuslibet noſtri ordinis requiſitione: & quando in præfata Eccleſia Presbyter ordinandus erit, à vobis & à veſtris hæredibus ordinetur, & quidquid in ea Dominus qualitercunque dederit, veſtræ veſtrorumque hæredum ſit poteſtati, ut diximus, abſque noſtra poteſtatumque noſtrorum, vel alicujus noſtri Ordinis contrarietate; & à nullo ex noſtris hoc removeri ſucceſſoribus per Dominum Omnipotentem, ſanctoſque ejus omnes adjuramus. Et ut ab eis incunctanter credatur, annulis ſanctæ Dei Genitricis figurantibus in una parte ſignum ſanctæ Crucis cum arcu in alteroque crucis latere duabus columbis aſtantibus, & in altera parte nomen ſanctæ Mariæ in cruce depictum affiximus roboratum. Quod videlicet præceptum tibi Ajoni ſcribere dictavimus atque etiam præcepimus, necnon & propriis manibus Sacerdotes, reliquoſque Clericos noſtros ſe ſubſcribere juſſimus; & pro confirmatione ſupradictorum omnium ſecundum conſuetudinem præceptorum manu noſtra ſubſcripſimus.

Actum Beneventi in ſacratiſſimo Epiſcopio feliciter.

Ego Leo Presbyter ex juſſione Dom. Landolphi Archiepiſcopi me ſubſcr.

Ego Rodegarius presbyter, & Abbas me ſubſcripſi.

Ego Majelpatus Diaconus me ſubſcr.

Ego Adelpharius Diaconus me ſubſcr.

Ego Petrus Clericus me ſubſcr.

Ego Henricus Clericus me ſubſcr.

Ego Bernardus Clericus me ſubſcr.

Ego Paulus Clericus me ſubſcr.

Udalricus Archiepiſcopus de ſancta Maria in Olicina, & de ſancto Benedicto.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctæ Individuæque Trinitatis. Ego Udalricus Domini gratia ſanctæ Beneventanæ ſedis Archiepiſcopus, notum facimus omnibus fidelibus Catholicæ Eccleſiæ in noſtra reſidentibus præſentia, cunctiſque in gremio Eccleſiæ manentibus: quoniam dum in ſancta

A Eccleſia Catholica Dei Genitricis & Virginis Mariæ noſtri Epiſcopatus reſediſſem ſimul cum Dodone Epiſcopo, ac Vicario Domini noſtri Summi Pontificis & univerſalis Papæ noſtri ſanctiſſimi nomine Nicolai, & Bernardo Coepiſcopo, & Cancellario prædicti Domini Papæ glorioſiſſimi, ibique reſidentibus cæteris Epiſcopis, ſcilicet Civitatenſe, Florentinenſe, Larioenſe, Montecorbinenſe, Bubianenſe, necnon & Teleſinenſe, & Aliſinenſe, Bibinenſe, Frequentinenſe, cum Abbatibus, Sacerdotibus, cæteriſque gradibus Eccleſiæ ſimul cum aliquibus Laicis, ibique perficientibus ad ſanctam Synodum, inter cætera quæ in eadem Synodo dicta & emendata ſunt, Dominus Amicus Abbas monaſterii ſanctæ Sophiæ ſurrexit de ſede ſua, proſtratuſque humi humiliter, & reverenter cœpit reclamare, & quæſtionem facere adverſus Leonem Epiſcopum Dragonarienſem, quatenus ipſe contra Catholicam auctoritatem teneret duas Eccleſias: unam quæ nominatur ad ſanctam Mariam conſtructam in loco

B qui Olicino nominatur: aliam quæ vocatur ad ſanctum Benedictum conſtructam intra mœnia ejuſdem civitatis Dragonenſis, una cum juribus ac poſſeſſionibus earum Eccleſiarum; quoniam ipſas Eccl. dicebat eſſe pertinentes jam nunc nominato monaſterio. Tunc ipſe Leo convocatus, humiliter & patienter adoravit eandem ſanctam Synodum; interrogatuſque quid inde diceret? Ipſe Leo Epiſcopus cœpit manifeſtare & dicere, quatenus prænominatas Eccleſias cum omnibus illarum juribus legaliter & juſte prænominatum monaſterium ſanctæ Sophiæ debet tenere & poſſidere, & recte debent eſſe ſubjectæ præfato monaſterio, & ſibi Leoni Epiſcopo, & Dragonariæ Eccleſiæ dicebat nequaquam pertinere debere, nec ipſe inde quicquam tollere, nec ullam invaſionem contra præfatum S. Sophiæ Monaſterium aliquando vel ullo tempore ipſe feciſſet, ſed ab aliis invaſoribus, atque raptoribus hoc nefarium facinus atque ſacrilegium operatum eſſe. Hoc audito, placuit nobis & ſanctæ Synodo, ut & ipſe

C Leo Epiſcopus per paſtorale pedum, quod ille ſuis propriis tenebat manibus, renueret prædicto Abbati ad partem prædicti monaſterii jam dictas Eccleſias cum omnibus rebus, ac poſſeſſionibus ipſis eccleſiis pertinentibus; & mox ſecundum noſtrum & ſanctæ Synodi præceptum præfatas per paſtoralem baculum renuit Eccleſias, una cum omnibus illarum pertinentiis, & dicens manifeſtavit ſe: ut neque Leo Epiſcopus, neque ſui ſucceſſores, neque pars ipſius jam d. Epiſcopi aliquanto tempore de jam d. Eccleſiis, & de illarum rebus ac pertinentiis cum parte jam d. monaſterii non cauſarent atq; contenderent per nullam quamlibet inventam rationem; verumtamen amodo, & perpetuis temporibus, tam ipſe Amicus Abbas, quam ejus ſucceſſores, ſeu & pars jam d. monaſterii jam nominatas eccleſias cum omnibus earum poſſeſſionibus, & rebus, tam quæ modo habere, & poſſidere videntur, ſeu quam & omnia illa quæ inantea Dominus per illos & ſuos fideles in ipſis Eccleſiis dederit, firmiter habeant, nec

D non & poſſideant, juxta textum de nomine illius monaſterii, & de jam dictarum Eccleſiarum continentiis, & pertinentiis, una cum inferius, & atque ſuperius cum aquis & cum viis & anditis omnibuſque ſuis pertinentiis, ſine aliqua contradictione jam nunc d. Leonis Epiſcopi ejuſque ſucceſſorum, ſeu à parte jam d. ſui Epiſcopii, ſed ſine cujslibet requiſitione ab illorum partibus. Propterea per conſenſum omnium, qui in ipſa S. Synodo reſederunt, confirmavimus juxta inſtitutionem Sanctorum Canonum jam dictas eccleſias cum omnibus earum rebus, & pertinentiis, ut præfatum ſanctæ Sophiæ monaſterium habeat, atque poſſideat, nulla violentia ab aliquo ſibi ingerenda. Et ut cuncta quæ ſuperius leguntur in perpetuum recordentur & conſerventur, annulo noſtro hoc præceptum inſigniri juſſimus, noſtriſque manibus ibidem annotavimus & ſubſcripſimus.

Datum per manus Joannis Clerici, in anno ab Incar-

car.

car. Domini noſtri Jeſu Chriſti 1061. & nono anno pontificatus Dom. Udalrici piiſſimi Pontificis, menſe Junio Indict. 14. feliciter admodum.

Ego qui ſupra Udalricus Archiepiſc.

Ego qui ſupra Dodo Roſellanus Epiſcopus interfui, conſenſi, nec non & ſubſcripſi.

Milo Archiepiſcopus de ſancta Maria & S Benedicto.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Domini æterni, & in nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis, anno Dominicæ Incarn. 1075. Dom. Gregorio VII. Summo Pontifice Romanæ Sedis, ſecundo anno pontificatus ſui feliciter præſidente. Cum ego Milo Domini nutu Beneventanæ provinciæ Archiepiſcopus primo anno noſtri Præſulatus more eccleſiaſtico ſolemniter Synodali auctoritate in Baſilica ſanctæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ agerem una cum Godefrido Teruſano Epiſcopo, ſeu cum Coepiſcopis & Abbatibus ad noſtram Diœceſin pertinentibus pariter nobiſcum venerabiliter reſidentibus, ſcilicet Bernardo Agathenſi, Alberto Bovianenſi, Petro Gardienſi, Rutgero Civitatenſi, Gilberto Teleſino, Ruberto Florentinenſi, Nicolao Termulenſi, Azzo Lucerino, Willhelmo Larinenſi, Manardo Trianenſi, Joanne noſtræ Eccleſiæ Archipresbytero, Alberto Abbate ſancti Modeſti, Laurentio Neapolitano, Savino Abbate ſancti Lupi, necnon Domino Jandolpho Principe, & Stephano Schuldachis, cæteriſque nobilibus Beneventanis, cum pluribus pondus teſtimonii habentibus; inter alia vero quæ hinc inde agebantur & reſervabantur, Madelmus Cœnobii ſanctæ Sophiæ Abbas ſurrexit in medio Conventus, & proclamavit ſuper Epiſcopum Draconarii nomine Campo pro duabus Eccleſiis ad prędictum Monaſterium S. Sophię pertinentibus, quarum altera dicitur ſancta Maria in Allicino, altera vero S. Benedicti in eadem civitate ſita. Ad hęc Epiſcopus Campo de hoc negotio requiſitus, reſpondit: olim quidem majorumque noſtrorum tempore illas prędictas Eccleſias duas ad prężfatum monaſterium vere pertinuiſſe per quædam munimina; ſed poſtea furata fuiſſe, & taliter jam dictas Eccleſias ad ſuum jus redactas fuiſſe, & uſque modo jure tenuiſſe. Tunc prædictus Abbas protulit præceptum ſigillatum, in quo continebatur quomodo à noſtro prædeceſſore beatæ piæque memoriæ Udalrico Archiepiſcopo confirmatum & teſtatum fuiſſe de illis duabus Eccleſiis ad prædictum Monaſterium ſanctæ Sophiæ, ipſius Monaſterii Abbate Amico, noſtræ adverſus Leonem tunc temporis Draconariæ Eccleſiæ Præſidentem, in præſentia quidem Archiepiſcopi Udalrici, & Dodonis Roſellani Epiſcopi, ſed & Bernardi Epiſcopi & Cancellarii ſanctæ Romanæ Sedis Domini Nicolai Papæ Legatorum, aliorumque Epiſcoporum, ſeu Abbatum, qui Synodali tunc Conventui intererant. Cumque præceptum perlegeretur, Mainardus Trianenſis Epiſcopus, & Adelpherius Archidiaconus, & Roffridus Diaconus, & Bibliothecarius noſtræ eccleſiæ, ſed & pluresalii boni teſtimonii viri reſponderunt, & conſenſerunt & confirmarunt in præſentia noſtra, ita verum eſſe quemadmodum in principio legebatur, eo quod ſalva fide ſine ulla falſitate ita feliciter reminiſcerentur eſſe. Itaque Epiſcopus jam ſæpedictus Campo præter ſuam exiſtimationem audiens, atque intelligens veritatem & ſcriptis, & bonorum virorum teſtimoniis, nolens alia pro aliis obiicere, maximè in tali Conventu, & quod non decet Epiſcopum, vel aliquem Catholicum virum in re vera angulos ubi non ſunt quęrere, ultra nihil habens quod reſponderet, cunctis audientibus, ſicut juſtitia dicebat, retinuit, ea ſe deinceps extorrem fieri præcepit, atque promiſit nunquam ſe amplius inde agere cum prædicto Abbate & ſucceſſoribus, tantum reſervata ſibi Canonica & Parochiali auctoritate. Propterea ergo noſtra benevolentia omnibus quidem obnoxia, ſed maximè Dominum timentibus & domeſticis fidei comes in re mota, decrevit in eadem Synodo cum omnium aſſenſu ſecundum Canonum auctoritatem fieri præceptum ad partem prædicti monaſterii, & noſtro ſigillo corroborari, ac propria manu ſignari, ac confirmari, ſimul cum prædictis Epiſcopis & Abbatibus, omnique Synodali Conventu; ita ut in poſterum ſine ulla contradictione præſentium, vel etiam futurorum habeat ac poſſideat prædictus Abbas cum ſuis ſequacibus jure perpetuo prædictas Eccleſias cum omnibus hodie earum pertinentiis & deinceps in futuro, juxta textum & auctoritatem præcepti à noſtro prædeceſſore bonæ recordat. Udalrico Archiepiſcopo de iis Eccleſiis ad idem monaſterium Canonico jure confirmati; nulla ratione Campo ſępedicto Epiſcopo, vel ſucceſſoribus ſuis, vel quibuslibet perſonis calumniantibus deinceps vel refragantibus.

Scriptum autem per manus Joannis Clerici & Cantoris noſtræ Eccleſiæ menſe Martio Indict. 14.

Datum vero per manus ſupradicti Rofridi Diaconi atque Bibliothecarii, die videlicet Kalendarum Aprilium.

Signum † Milonis Archiepiſc.

Ego qui ſupra Godefridus Teruſanus Antiſtes.

Ego qui ſupra Bernardus Agathenſis Epiſcopus.

Ego qui ſupra Albertus Bovianenſis Epiſcopus.

Ego Meinardus Trianenſis Epiſcopus.

Signum crucis factum per manum ſuprad. Petri Gardienſis Epiſc.

Ego qui ſupra Joannes Archipresb.

Ego Sabinus Abbas.

Ego Rutgerus Civitatenſis Epiſc.

Signum crucis factum per manus ſuprad. Gilberti Teleſini Epiſc.

Ego Robertus Florentinus Epiſc.

Ego Nicolaus Termolenſis Epiſc.

Ego Azzo Lucerinus Epiſc.

Ego Willelmus Larinenſis ſubſc.

Signum crucis factum per manus Lepaldi Abbatis monaſterii Domini Salvatoris de Teleſia.

Signum crucis factum per manum ſuprad. Alberti Abbatis.

Roffridus Archiepiſcopus de ſancto Benedicto.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Nos Roffridus humilis Archiepiſcopus hujus S. Beneventanæ ſedis. Noſtræ ſedis exigit auctoritas nos de eccleſiarum ſtatu ſollicitos eſſe; quæ prava atq; obſcœna ſunt emendare; quæ autem recta & juſta ſunt confirmare. Conſtat igitur, Comitem Gerardum in præſentia Dom. Meynardi Tiranenſis Epiſcopi, & Herberti ac Roberti filiorum ejus, unam Eccleſiam vocabulo S. Benedicti, quæ intra noſtram Diœceſin ſita eſt, non longe à civitate Maona, pro redemptione animæ ſuæ parentumque ſuorum in monaſterio ſanctæ Sophiæ obtuliſſe, in quo monaſterio Madelmus venerab. Abbas præeſſe videtur. Nos autem providentes quod melius ipſa eccleſia quam hactenus proficiat, ideo placuit nobis per hoc noſtrum roboreum præceptum, eandem eccleſiam cum omnibus pertinentiis ſuis, quam jam d. Comes obtulit, in præfato Monaſterio concedere atque confirmare; ea ratione, ut amodo & deinceps, & in perpetuis temporibus ipſe ven. Abbas ejuſdem monaſterii, & ejus ſucceſſores poteſtatem habeant jam dictam eccleſiam una cum omnibus ſuis pertinentiis tenere & dominari, & Rectores ibidem ordinare & amovere, & omnia ibidem agere quęcunque voluerint ad commodum & profectum, ſive utilitatem ipſius monaſterii & præfatæ Eccleſiæ, abſque mea vel meorum ſucceſſorum, aliorumque hominum aliqua contrarietate. Si quis autem hanc noſtram conceſſionem irritam facere voluerit, volendo ipſam Eccleſiam, vel de ejus pertinentiis ex eodem Monaſterio ſubtrahere, eundem anathemate condemnamus, quatenus in futuro judicio æternæ pœnæ ſubjaceat: & in eodem Cœnobio ſacro bonum facientis, juſtus Judex æternæ vitæ præmia largiatur. Et ut hoc perpetualiter firmum & ſtabile

permaneat, & ab omnibus obſervetur immobiliter, noſmetipſi propria manu ſubſcribendo ſigno ſanctæ Crucis illud corroboravimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri præcepimus & de mandavimns, & ſigillo noſtra inſignia appendi volvimus, ac tibi Joanni Clerico, & Notario atque advocatori ſanctæ noſtræ ſedis ſcribere ego quamvis indignus Archiepiſcopus Roffridus taliter juſſimus.

In anno ſcilicet Domini Incarn. 1078. & ſecundo Pontificatus mei anno, & 7. Id. Jan. Indict. 15.

Ego qui ſupra nominatus Roffridus Archiepiſcopus feliciter admodum.

Landolphus Beneventanus Archiepiſcopus de Monaſterio ſancti Onuphrii.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Domini æterni, cunctis omnibuſque Catholicis viris Beneventanæ Diœceſis, Landolphus divina concedente miſericordia Beneventanæ provinciæ civitatiſque Archiepiſcopus, benedictionem. Noverit omnium veſtrum dilectio, fratrem venerabilem honoreque dignum Abbatem Prioremque monaſterii B. Onuphrii, quod ſitum aſt in loco Valdo de Mazocca, una cum confratribus ſuis eiuſdem loci, per licentiam à nobis acceptam ac conſecutam pro auctione atque defenſione ipſius monaſterii obtuliſſe Domino in monaſterio ſanctæ Sophiæ quod locatum atque ſitum eſt intra civitatem noſtram Beneventanam quodammodo gubernante Domino, quod & regere necnon moderare videtur Bernardus Abbas venerab. integrum videlicet monaſterium ipſum B. Onuphrii, pariter & cum Eccleſia ſancti Michaelis Archangeli ibi propinque ſita, una cum omnibus tam Eccleſiarum quam & aliarum rerum, mobilium ac immobilium ad ſupra nominatum locum pertinentibus, necnon & hominibus in eodem loco morantibus & manentibus, ſecundum textum ſcriptæ oblationis, quam præfatus Abbas inde habet. Itaque ad rogum ejuſdem venerab. Abbatis & Religioſorum Fratrum præfati monaſterii ſanctæ Sophiæ virginis per præſentis ſcripti paginam (ſalva ſiquidem noſtræ ſedis reverentia) concedimus & confirmamus in eodem venerab. monaſterio ſanctæ Sophiæ, integram oblationem præfati Prioris cum omnibus ſuis adjacentiis; ea videlicet ſanctione, ut amodo & deinceps omni tempore tam tu ipſe prænominate Abbas, quam & tui ſucceſſores eandem oblationem jam nominati Prioris integram habeatis & poſſideatis in omnib. ſecundum ſcripti oblationis continantiam, ſine ulla inquietudine noſtra, vel noſtrorum ſucceſſorum (in hoc Beneventani Antiſtitis ſalvata ſemper reverentia) verumtamen ſtatuimua, ut omni tempore venerabilis ille locus in ea religione & habitu Fratrum ſemper conſervetur ac permaneat, quemadmodum moderno tempore cuſtoditur. Defuncto etiam Priore, de confratribus ejuſdem Monaſterii, ac loci quem Fratres ſibi voluerint, Priorem habeant. Quod ſi autem in eadem Congregatione talis qui dignus ſit non inventatur, tunc de Confratribus ſanctæ Sophiæ Prior ibidem ordinetur. Sic tamen, ut eundem habitum eandemque religiunem ac ſtatum ſuſcipiat. Si qua vero Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona contra hoc noſtrum roboreum firmitatis præceptum egerit aut agere attentaverit, à Chriſtianorum fidelium Congregatione ſegregetur: conſervantibus autem pax & tranquillitas Domini ac Servatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Quod Transoni Clerico nec non & Notario noſtro ſcribere juſſimus; anno Dom. Incarn. 1113. Pontificatus noſtri Dom. Papæ anno decimo quinto, Præſulatus autem noſtri anno ſexto, menſe Jun Ind. 6.

Ego Landolphus Beneventanus Archiepiſcopus ſubſc.

Ego Roffridus Diaconus, necnon & Bibliothecarius & Archipresbyter.

Ego Joannes Cardinalis.

Ego Conſtantinus Cardinalis.

Ego Hermannus Cardinalis.

Ego Joannes Primicerius.

Angelus Epiſcopus Trojanus.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Domini æterni, anno 1037. necnon & quarto anno regnante D. Michaele ſanctiſſimo Imperatore noſtro, menſe Febr. indict. 5. Ego Angelus gratia Domini opitulante Præſul ſanctæ Eccleſiæ Dei Genitricis Virginis Mariæ, & totius Diœceſeos civitatis provinciæque Trojanæ, anno Præſulatus mei ſive conſecrationis nono: declaro atque clare facio ego quidem præfatus Præſul. quoniam annuente Domino Dominus Bizzantius venerab. nec non & Reverendiſſimus Abbas vocabulo Cœnobii ac monaſterii ſanctæ Sophiæ, quod ſitum ac locatum eſſe dignoſcitur intra murum civitatis Beneventanæ, idem prædictus venerab. Abbas intus prædictam civitatem Trojanam juxta murum & in parte Orientali ædificavit Eccleſiam vocabulo S. Sophiæ in proprio territorio ſuo à novo fundamine. Quamobrem tu qui ſupra nominatus Abbas, cœpiſti me præfatum Præſulem deprecari atque à me quærere, ut quemadmodum ab aliis Epiſcopis de cæteris civitatibus Italiæ extant Eccleſiæ liberæ per ſcriptum oblationis atque conceſſionis eorum, ita & ego firmarem tibi prædicto Abbati ſtabilitatem & liberationem de ipſa prænominata nova Eccleſia Trojana à te constructa, à prænominato Præſule dedicata: Qui eiſdem petitionibus exauditis, diſpoſui tuum velle haudquaquam differre, reminiſcens ea quæ de Eccleſiarum conſtructoribus D. Zacharias Papa præfixit in Concilio: ut Eccleſia vel Cœnobium canonice extructum à dominio conſtructorum invite haudquaquam auferatur. liceatque illi Presbytero cui voluerit pro ſacro officio illius Diœceſeos & bonæ auctoritatis dimiſſorie cum conſenſu Epiſcopi, ne malus exiſtat, commendari, ita ut ad præfatam juſtam reverentiam ac placitum ipſius Epiſcopi Sacerdos recurrat. Quamobrem per rogum Joannis Galiardi & Imperiali Emproſopo quod poſcis & precatu tuo aut cæterorum Venerabilium, necnon & fidelium fratrum convenientium nos deſiderium veſtrum ovanter triumphanterque implemus atque perficimus; veruntamen nunc anteceſſorum noſtrorum totius Italiæ Epiſcoporum recordato ritu & exemplo eorum qui nunc præſunt Epiſcopi, una cum Advocatore ac auctura dilectiſſimo filio Joanne Archipresbytero, vel cum conſenſu illius Archipresbyteri Joannis. & Archidiaconi nomine Grimii, vel primicerio Fulconis Presbyteri, ſeu & aliorum Sacerdotum ac Levitarum, omniumque ordinum Clericorum, per hoc noſtrum roboreum præceptum, necnon & per Baculum noſtræ manus tibi Venerabili præſcripto Abbati tradidi in præſentia Joannis Judicis filii Urſi Diaconi, & Adonis Judicis & per baculum in noſtra manu tenentem, prænominatam Eccleſiam S. Sophiæ, quæ eſt conſtructa in jam dicta civitate Trojana, quam ſuperius patefecimus vobis pertinentem eſſe, cum omnibus quæ ibidem Dominus per ſuos famulos dederit in jam nominata Eccleſia, ſemper omnique tempore habeatis poteſtatem ſonare more monaſtico campanas, ſicut ſolet in eodem Monaſterio, & ſemper liberam eam eſſe concedimus ab omni conditione, contradictione, requiſitione & qualibet moleſtatione, noſtra, vel poſterorum ſeu ſucceſſorum noſtrorum; quam & cogente nos Canonica & regulari inſtitutione colligamus atq; obligamus nos noſtroſq; ſucceſſores, & poſteros perſtare indiſſolubiliter atque manere ſemper in ſtatutis necnon & ſanctionibus per præceptum illius libertatis corroboratum atque confirmatum à me, & nullam conditionis poteſtatem habeamus tam in jam dicta Eccleſia, quam & in omnibus quæ à fidelibus ibidem data fuerint. Quin & etiam hoc vobis concedimus, ut omni anno ſemper in cœna Domini habeatis a me munera quæ firmata dicuntur, & à meis poſterioribus vel ſucceſſoribus; & ſi dare noluerimus, anathematis vinculo conſtricti Canonicam ſubeamus pœnam. Ea videlicet ſan-

ctione

ctione hæc omnia quæ ſuperius ſcripta ſunt confirmavimus, atque hanc libertatis firmiſſimam munitionem conceſſimus vobis in tutelam, ut amodo & ſemper atque in perpetuis temporibus tibi prædicto Abbati vel poſteris vel ſucceſſoribus tuis, vel omnibus qui à vobis fuerint ordinati de quocunque gradu, ordine vel officio fuerint, habeatis abſque contradictione mea, omniumque poſterorum vel ſucceſſorum noſtrorum prædictam Eccleſiam, cum omnibus quæ à fidelibus ibidem data aut oblata fuerint, à nullo ex noſtris hoc removeri aut tolli ſucceſſoribus & poſteris, per Dominum Omnipotentem trinum & unum, ejuſque ſanctos cæliteſque omnes adjuramus. Et ut ab eis incunctanter credatur, ſigillum figuræ ubi depicta eſt ſanctæ Dei Genitricis cum Salvatore in ulnis imago, & circum in giro legitur: *Virgineis membris genuit quem geſtat in ulnis*; & ab alio latere legitur nomen S. Mariæ. Si quis autem, quod abſit, nefario auſu hanc noſtram libertatem irritam facere voluerit atque præſumpſerit, anathematis vinculo religetur in perpetuis temporibus; aperiatur terra & degluriat eum ſicuti Chore, Daram & Abiron, alligatus anathemate trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum; & cum Juda traditore Domini noſtri Jeſu Chriſti æternis ſit incendiis exurendus.

Quod videlicet præceptum libertatis Franco Notario ſcribere injunximus, necnon & propriis manibus ſacerdotes reliquoſque Cleros ſubſcribere juſſimus; & per confirmationem ſupradictorum omnium ſecundum conſuetudinem præceptorum manu noſtra ſubſcripſimus.

Actum in civitate Teojana in ſacro Epiſcopio noſtro, feliciter admodum.

Ego Angelus Epiſcopus.
Ego Johannes Archipresbyter.
Ego Rodelgrinus Archilevita.
Ego Laurentius Cardinalis.
Ego Conſtantinus Cardinalis.
Ego Hermannus Cardinalis Camerarius.

Arderadus Epiſcopus Vulturarienſis de S. Stephano Martyre primo.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni Anno trigeſimo ſecundo Principatus Domini Pandolphiglorioſiſſimi Principis, & viceſimo ſeptimo anno Principatus Domini Landolphi magni Principis filii, & ſecundo anno Principatus Domini Pandolphi eximii Principis filii ſupradicti Domini Landolphi, necnon & tertio anno Epiſcopatus Domini Arderadi Venerabilis Epiſcopi, qui Domino favente in Eccleſia S. Michaelis Archangeli ſanctę Sedis Vulturarienſis Antiſtes conſecratus menſe Dec. indict. 11. Nos prænominatus Arderadus in prę fata Eccleſia S. Michaelis Archangeli Sedis Pontifex prælatus clarefacimus: Quoniam tu Petrus Presbyter & Petrus filius Joannis in Caſtello magno habitantes, à novo fundamine conſtruxiſtis Eccleſiam in honore S Stephani foris prædicto Caſtello magno, juxta Eccleſiam S Crucis. Veruntamen quoniam ſecundum Canonicam Conſtitutionem omnes Eccleſiæ omniaque Monaſteria quæ conſtructa ſunt, aut quæ conſtruuntur in ejuſdem Epiſcopi poteſtate conſiſtunt, in cujus diœceſi vel territorio conſtituta ſunt. Quamobrem petiiſtis à nobis, tu qui ſupra dictus Presbyter & Petrus filius Joannis, quatenus prædictam Eccleſiam vobis liberam conſtitueremus ab omni conditione præfatæ noſtræ Sedis. Verum quoniam concedenda ſunt ea quæ rationabilia ſunt congruis deſideriis, inclinati precibus veſtris una cum conſenſu Sacerdotum ac Levitarum, cæterorumque ordine Clericorum, per hoc noſtrum præceptum libertatis à nobis qui ſupra Arderado Venerabili Epiſcopo prænominatæ Eccleſiæ S. Michaelis Archangeli tibi prædicto Petro Presbytero & Petro filio Joannis, vel veſtris hæredibus, aut cui per vos paruerit, datam libertatem conceſſimus, vobiſque prædictam Eccleſiam vocabulo ſancti Stephani Protomartyris ab omni conditione præfatæ Sedis noſtræ tradimus, ea ſcilicet ratione, ut amodo & deinceps in perpetuiſque temporibus eam ſecuriter ac firmiter habeatis ad noſtram poteſtatem, dominationem & licentiam, atque poteſtatem habeatis vos & veſtri hæredes, & cui vobis paruerit dare, in prænominata Eccleſia S Stephani Martyris omni tempore quandocunque vobis neceſſum fuerit, Sacerdotem ordinare ad ipſam Eccleſiam regendam juxta ritum Sacerdotii, & omnem ornatum, oblationem, atque ceram, vel ſepulturas, vocationes, necnon & eleemoſynas, & quodcunque in ipſa Eccleſia per ſuos famulos dederit Dominus, totum damus veſtræ poteſtati, ſine contradictione mea vel ſucceſſorum noſtrorum, vel à parte Epiſcopi contradictione; & neque à nobis qui ſupra Arderado Venerabili Epiſcopo, vel ſucceſſoribus noſtris, neque Archipreſbyteris, neque aliquibus noſtri Epiſcopii ditio habeatur aliqua in eadem Eccleſiam S. Stephani: veruntamen libera atque abſoluta permaneat in veſtra libertate atque poteſtate & de veſtris hæredibus perpetuis temporibus ab omni jure conditionis vel donationis cujuſcunque, & ſine aliqua læſione plebium noſtrarum Eccleſiarum; quam & conceſſionis immunitatem à nullo ex noſtris removeri ſucceſſoribus per Dominum Omnipotentem trinum & unum, ejuſque omnes ſanctos ac cælites adjuramus. Et ut ab eis incunctanter credatur, ſignum S. Crucis annulo ſancti Michaelis figuratum affiximus roboratum.

Quod videlicet præceptum libertatis à te Engelberto Notario ſcribere rogavimus, necnon & propriis manibus Sacerdotes, reliquoſque Cleros noſtros ſe ſubſcribere juſſimus; pro confirmatione omnium ſupradictorum ſecundum conſuetudinem manu noſtra ſubſcripſimus.

Actum in Caſtello Magno feliciter, decima Indictione.

Ego Arderadus Epiſcopus.
Ego Endolphus Diaconus.
Ego Theodoricus Subdiaconus.
Ego Martinus Epiſcopus.
Ego Henricus Cardinalis.
Ego Leonardus Cardinalis.
Ego Publius Cardinalis.

Meinardus Epiſcopus Arianenſis, de S. Angelo in Atriano.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Domini æterni. Anno ab Incarnat. Domini noſtri Jeſu Chriſti 1080. & octavo anno Pontificatus Domini noſtri Gregorii ſeptimi & univerſalis Papæ; menſe Nov. Indict. 4. Ego Meinardus gratia Domini Arianenſis Epiſcopus confiteor, quoniam improbe & ſine qualibet prædeceſſorum meorum auctoritate, immo contra mores ejuſdem Eccleſiæ S. Angeli quam Monaſterium S. Sophiæ de Benevento legibus pertinentem habet foris civitatem Arianam ubi dicitur ad ipſa revolta, à rectoribus plura irrogavi incommoda, exigendo ibi inſolita ſervitia & data, ipſi Eccleſiæ ſcilicet & rectoribus atque familiis ejus. Nunc ergo quia recognoſco & ſcio quod in tam illicitis actibus graviter deliqui, verendo ne aliquis ſucceſſorum hoc nefandum exemplum à me capiat, & ad ea ingerendum per eandem viam incedat, & ipſe peccans mihi culpæ hujus adaugeat cumulum, ob amorem Domini & ſancti Mercurii cunctorumq; ſanctorum, qui in prænominato Monaſterio requieſcunt, (cum juſtum ſit ab iniquitate recedere, & ad emendationem tendedere) obligo me & meos ſequentes ordine quidem convenientiæ ſecundum legem per hoc ſcriptum, præſentia ſubſcriptorum teſtium, tibi Petro Longobardo filio quondam Gerhardi ad partem & vicem præſcripti Monaſterii S Sophiæ, quatenus abhinc in antea nulla ſervitia, nulla xenia, nullaque data prædictæ Eccleſiæ S. Angeli quæ dicitur ad ipſa revolta, quærere debeamus aliquo titulo vel modo. Si igitur unquam ego vel mei ſucceſſores ad hanc iniquitatem redire uſi fuerimus, quærendo aliqua ſervitia, xenia, vel data prædictæ Eccleſiæ

ſancti Angeli, ut diripiamus inde aliquid, vel ut ad A
quidquam nobis perſolvendum quoſdam de rectori-
bus, ſeu & de familia prænominatæ Eccleſiæ in-
quietemus & compellamus, in Domino per ean-
dem convenientiam ſecundum legem obligo me &
meos ſucceſſores tibi eidem Petro tuiſque hæredi-
bus, & hoc ſcripto in caufationem offendenti &
oſtendenti dicam potius ad partem ejuſdem Mona-
ſterii pro pœna mille ſolidos conſtantinatos compo-
uere. Quod tibi Joanni Notario taliter ſcribere
mandavimus.

Actum intra Clauſtra ſupranominati Monaſterii, feliciter admodum.

Ego Meinardus Epiſcopus.
Ego Joannes Epiſcopus.
Ego Philippus Diaconus.
Ego Lambertus Cardinalis.
Ego Adelphus Cardinalis.
Ego Henricus Cardinalis nos ſubſcripſimus.

*Robertus Dux de Caſtello novo quod nomina-
tur Ripa longa.* B

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu
Chriſti Domini æterni, nouo anno regnante
Domino Roberto Comite, oecuon Duce Ita-
liæ, Calabriæ & Siciliæ, menſe Martio, tertia
Indictione. Ego Robertus Dux declaro necnon &
pronuncio, quoniam habeo Caſtellum novum quod
fecit Mello in ipſa ſilva quæ nominatur ab omnibus
moderno tempore Ripa longa, quod mihi eſt per-
tinens, & per inſpirationem Domini Omnipotentis
atque Angelorum Chriſto Servatori aſtantium,
idem Caſtellum novum qualiter fecit nominatus
Mello congruum mihi eſt illud pro anima mea
necnon pro anima parentum meorum jam defun-
ctorum offero in Monaſterio ſanctæ Sophiæ de
civitate Beneventanorum, ut in futura vita re-
quiem ego & parentes mei invenire poſſimus,
& manſionem apud altiſſimum Dominum accipe-
re necnon conſequi valeamus. Quamobrem e-
go qui ſupra nominatus Robertus Dux, dum
mihi congruum, & aptum videretur, bona ete- C
nim mea voluntate ac libera mente ante Joannem
Judicem atque filium Loponis Presbyteri, alioſque
ſubſcriptos taſtes per hanc offertionis chartulam bo-
na quippe mea voluntate ac arbitrio, offero ipſum
jam nominatum Caſtellum novum una cum omni-
bus hominibus ac pertinentiis in jam dictum Mona-
ſterium S. Sophiæ de civitate Beneventana, ubi
jam Domino favente Amicus meus individuus Ve-
nerabilis Abbas præeſſe videtur, ac pro vice ejuſ-
dem Monaſterii ipſum Caſtellum recipit à me Do-
minus Pando Monachus, cum terrirotiis omnibus,
per hos ſequentes fines; Incipiendo per pedem mon-
tis de Caſtello Gripho, & per medium planum va-
dit in viam quæ veult de S. Vito; ac vadit ad jam
dictum Caſtellum novum, & ab inde vadit per ſuam
viam uſque in Vallonem Cupum, & directum trans
ipſum Vallonem vadit uſque ad fontanam frigidam
de ſpinis, & trans ipſam fontanam qualiter vadit
in ipſam de Græci, & ipſa ſtrada vadit uſque ad cir-
zam peduculoſam, & ab inde volvit & vadit in viam D
quæ vadit ad montem acutum, & ab inde per ipſam
viam vadit uſque ad Jamam de monte Calvelio,
& ab inde volvit & vadit per medium montem Cal-
vellum, vadit ad duos Certios fratres, & ab inde
in rivum merdarom, & per ipſum vallonem in ip-
ſum Vivarium uſque in fluvium Sondorem, & trans
ipſum fluvium recte vadit in vallonem de Motrone,
& per ipſum vallonem ſalit in ipſum vallonem qui
deſcendit ab ipſa mediolana unde per tempus Ver-
ni aqua decurrit, & vadit ad ripam albam, & in
ipſum fluvium Sandorem, & trans ipſum fluvium
vadit & conjungitur unde fines incœpti atque in-
choati ſunt & originem duxerunt. Per omnes autem
ſupradictos fines cum planis & montibus, cum ter-
ris, ſilvis atq; aquis & cum omnibus infra ipſos fines
habentibus, atq; una cum omnibus aliis ſuis pertinen-
tiis tranſactivum in ipſum Caſtellum, in eodem Mo-
naſterio obtuli ad ſemper illud habendũ & poſſiden-
dum Abbates & Præpoſiti ejuſdem Monaſterii jure
quieto uſq; in ſempiternum. Et quicunq; hujus noſtrę
oblationis violator extiterit, volumus atq; jure obli-
gamus, ut nonaginta aureos ſciphatos eidem Mona-
ſterio & Curię noſtrę componat. Et hæc noſtra obla-
tio firma maneat in omni tempore & in perpetuum.
Et te Joannem Notarium filium cujuſdam nomine
Franconi, taliter hacque methodo ſcribere & in al-
bum referre rogavi.

Actum in urbe nobiliſſima Trojana, feliciter admodum.

Signum Crucis propriis manibus ſupra nominati Roberti Ducis datoris.

Ego Stephanus ſanctæ Trojanæ proviatiæ Epiſcopus interfui & ſcripſi.
Ego qui ſupra Joannes Dux ſubſcripſi.
Ego Paulus Epiſcopus.
Ego Henricus Cardinalis.
Ego Bernardus Cardinalis.
Ego Joannes Cardinalis ſubſcripſi.

Robertus Dux de S. Angelo.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu
Chriſti Domini æterni, anno 1075. ab Incarnat.
Domini ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, menſe
Aprilis, Indictione 13. Quamobrem ego Robertus
Dux clarefacio atque ſignifico me habere & poſſide-
re unam Eccleſiam vocabulo S. Angeli, ubi ad Pe-
ſclum nominatur in finibus de Frequenrio intus in
eadem in mea, modo vero compulſus atque inſti-
gatus ſum pro remedio ac ſalvatione animæ meæ,
quam & pro ſalvatione animarum & genitorum ac
parentum, omniumque amicorum meorum con-
gruum habeo, prædictam Eccleſiam cum parte de
ipſa re offerre omnipotenti Domino, necnon & præ-
fatæ Eccleſiæ vocabulo S. Sophiæ quæ ædificata eſt
intus eadem civitate veteri Beneventana in honore
ac nomine Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini-
que æterni. Quamobrem ego qui ſupra nominatus
Robertus Dux Domino dum mihi congruum eſſe
videtur, bona etenim mea voluntate, ſimiliter
mecum habendo Henricum Vice Comitem meum,
& Joannem Judicem, & alios bonos probitateque
perſpicuos homines ac viros de civitate nomine Fre-
quentina ſubſcriptos teſtes per hãc videlicet chartu-
lam, pro ſalute ac remedio animæ meæ, quam &
pro ſalvatione animarum genitorum & parentum
omniumq; amicorum ac cognatorum, obtuli Domi-
no & in præfata Eccleſia S. Sophiæ nominata ipſam
jam nominatam rem cum ſupradicta Eccleſia S. An-
geli quæ videtur eſſe intus eadem re quam ſuperius
patefecimus ac manifeſtavimus pertinentem habere
in ſupra nominato loco ubi ad S. Angelum in Pe-
ſclo dicitur; & eadem res cum prædicta Eccleſia
quam unanimiter obtulimus, videtur eſſe per hos fi-
nes: In primis de una parte uſque in medium ipſum
fluvium Arbium, atque aſcendit per medium ipſum
Vallonem & aquam ductam quam faciunt ipſæ fon-
tanæ, atque deſcendit per medias jam nominatas
fontanas, & vadit ad ipſum terminum qui poſitus
eſt in directum ſuper ipſas fontanas in ipſa terra, &
revolvit per medios ipſos terminos qui ſtare viden-
tur in ipſa jam nominata ſerra, & vadit in ipſum
uſque territorium qui ſtare videtur in ipſa conjun-
ctura, de ipſa tria rivum quod facit ipſa tria rivola,
& vadit uſque in medium ipſum flumen ſuprano-
minatum Arbium, unde incœpimus, necnon &
inchoavimus fines proprios. Per hos vero fines qui
prælegantur, ex ea re cum prænominata Eccleſia
quam obtulimus Domino omnipotenti & in præno-
minata ſancta Eccleſia atque de ipſa jam dicta noſtra
oblatione, quemadmodum prælegitur, nec nobis
nedum ad hæredes noſtros, nec cuiquam alteri ho-
mini exinde reſervavimus aliquid habendum aut
remanendum, veruntamen totum atque integrum
illud, quemadmodum ſupra prælegitur, una cum
inferius ac ſuperius cum viis & anditis, cum aquis
& paſcuis ſuis, cum arboribus fructiferis atque in-
fructiferis, atque cum circumfluentibus aquis, om-
nibuſque ſuis pertinentiis tranſactivo illud in eo

dem

dem ſancto necnon venerabili loco ipſas jam d ctas res cum ſupradicta Eccleſia vocabulo ſancti Angeli, ego ſupra nominatus Robertus Dux per ſanctam orationem atque intercesſionem quod viam ac locum intercedit apud Dominum Deum Salvatorem ac Redemptorem noſtrum Dominus Saxo venerabilis Abbas ac Sacerdos & monachus atque exinde rector & præpoſitus obtulit habendum ejuſque rectores poſſidendum; ea ratione ut amodo & deinceps pars ejuſdem Eccleſiæ vocabulo S. Sophiæ ejuſque Abbates necnon rectores prædictam meam oblationem in integrum illam ſicut prælegitur habere ac poſſidere valeant, ſecuriter ac firmiter rectores loci illius, faciendo ex illa quæcunque voluerint, ſine noſtra vel de noſtris hæredibus contradictione, ac ſine cujuslibet requiſitione. Et quicunque de jam dicta noſtra oblatione, quam in ſupradicta ſancta Eccleſia obtulimus, aliquid tollere vel ſubtrahere atque comminuere, aut in minimo quicquam removere aut ſubmovere præſumpſerit, habeat partem cum Juda traditore Domini Omnipotentis noſtri, qui per multa mala ſua falſe tradidit Omnipotentem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, atque cum Core, Daran, & Abiron quos terra igniſque infernalis abſorbuit atque deglutivit. Qua de cauſa obligo me qui ſupra nominatus Robertur, ac meos obligo hæredes ad partem ejuſdem ſanctæ Eccleſiæ & ad ejus rectores, prænominatæ meæ obligationi uti præſegitur amodo & ſemper antiſtare ac defendere ab omnibus hominibus ab omnibuſque partibus juxta Longobardorum legem ac ritum. Quod ſi taliter ad partem ejuſdem Eccleſiæ, & ad ejus rectores non defenderimus, aut ſi hoc removere non quæſierimus octoginta ſolidos conſtantinatos auteos bonos ego qui ſupra nominatus Robertus Dux atque mei hæreder ad partem ejuſdem Eccleſiæ, & ad ejus rectores componere obligamus, & in antea omni apparatu exinde ad partem ejuſque rectores licet inviti taciti & contenti ſemper maneamus per eandem obligatam pœnam. Et hanc chartulam quam obtuli ego prænominatus Robertus Dux in ſancta, ac jam dicta venerabili Eccleſia omni à parte ſit firma, ſtabiliſque ſemper permaneat, quemadmodum tibi Joanni Clerico & Notario ſcribere præceptum.

Ego qui ſupra Joannes.

Ego Vrbanus Clericus.

Ego Vrſus Clericus ſubſcripſimus.

Rogerius Dux de Plateatico nobis auferendo.

In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Domini æterni, ac in nomine ſanctæ ac individuæ Trinitatis. Rogerius Divina favente clementia Roberti magnifici Ducis Dux, hæres & filius. Convenit omnes in regimine conſtitutor Dominicis obedire ac obtemperare præceptis, atque ei per quem regnant colla ſubiicere, ut regni illius mereantur eſſe participes quod fine caret, quod ſemper ſine jactura ſine mœrore durabit. Ob amorem igitur Regis cæleſtis, per quem ſubſiſtimur ac regnamus, propter redemptionem etiam animarum ſupradicti patris mei, & matris meæ mihi amantiſſimæ, pro ſalute quoque mea, nec non Wilhelmi filii mei dilectiſſimi, concedimur in Monaſterio S. Sophiæ in Beneventana civitate, & Domino Bernardo ipſius Monaſterii Abbati Venerabili, ejuſque in eodem Monaſterio ſucceſſoribus, ut de omnibus Monaſterii animalibus per totam terram meam nemoherbaticum tollat, vel qualemcunque rem ullo modo, ſed ſecuriter eandem regant atque paſcantur ſine ullius hominis contradictone aut contrarietate. Concedimus quoque, ut de Sanmerils ipſius Monaſterii, de quibuſcunque rebur pro utilitate jam dicti Monaſterii onerati venerint, nullus in tota terra mea plateaticum tollat, undecunq; venerint, verumtamen abſque omni contrarietate permittantur abire. Tanta itaque hac auctoritate hoc noſtrę Ducalis auctoritatis præceptum ac mandatum præcepimus obſervandum, ut nullus aliquando hæredum meorum vel ſucceſſorum, nullus ſtratigatus, Judex,

A Vicecomes, vel quilibet Reipublicæ actor, nulla quælibet magna parvaque perſona violare ea vel ulla conditione & modu repetere præſumat. Si quis autem legalium decretorum immemor, hujus noſtræ præceptionis apices in aliquo offendere aut violare quocunque tempore præſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum nobis auri puriſſimi libras tres, abſque hujus noſtræ paginæ qualibet infirmatione.

Quod ut firmius habeatur & in omni tempore inviolabilius obſervetur, Joanni noſtro Notario ſcribere, necnon in albam referre præcepimus ac mandavimus, atque manu propria ſubſcripſimus & ſigilli noſtri juſſimus impreſſione ſignari, anno Domini Incar. 1110. *Ducatus autem noſtri viteſimo quinto, menſe Julio, Indict.* 3. *feliciter admodum.*

Ego Rogerius Dux me ſubſcripſi.

Ego Balthaſar Dux interfui.

Ego Engelbertus Clericus.

Ego Gaſparus Epiſcopus.

Ego Petrus Cardinalis.

B *Ego Joannes Cardinalis.*

Ego Wilhelmus Cardinalis ſubſcripſi.

Gerardus Comes Eccleſia in Alipo ergo atque in Morcone nominata.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Nos Gerardus Comes, & Adelina Comitiſſa, & Robertus qui ſumus germani ac Comites, Divina inſpirante clementia, pro remedio & ſalvatione animarum noſtrarum, coram Domino Meinardo Epiſcopo & aliis noſtris militibus, obtulimus Domino in Monaſterio S. Sophiæ quod ædificatum eſt intra mœnia Beneventanæ civitatis, Eccleſiam ſancti Laurentii Martyris, & Eccleſiam ſanctæ Luciæ, & Eccleſiam S. Marci, & templum ſanctæ Mariæ, ædificatæ ſcilicet hæ Eccleſiæ foris prope Caſtellum noſtrum, quod nominatur ab omnibus moderno tempore hominibus Alipergo, & Monaſterium noſtrum vocabulo S. Benedicti quod ſitum eſt foras, & non multum lon- C ge à civitate noſtra quæ nominatur Mucrone; ideo ipſæ prænominatæ Eccleſiæ cum omnibus earum beneficiis necnon & pertinentiis & ipſum Monaſterium S. Benedicti cum omnibus rebus poſſeſſis atque pertinentibus ſibi, in eodem ſacro Monaſt. obtulimus ut amodo & deinceps ſemper poteſtatem habeat Dominus Madelmus Abbas ejuſdem Monaſterii, illiuſque ſucceſſores & partes ipſius Monaſterii eaſdem Eccleſias cum omnibus rebus quas modo habere & poſſidere videntur, & quas in antea ibi Dominus per ſuos famulos atque famulas dederit, & ipſum præfatum Monaſterium ſancti Benedicti cum omnibus rebus ſuis quæ modo habere ac poſſidere videtur, & quæ in ante ibidem oblata fuerint tam à noſtris, quam & ab alienis hominibus, poſſidere & ordinare & regere & gubernare ſecundum illorum voluntatem. Tantum non liceat hominibus noſtris terras aut vineas immobiles dare res ſine noſtro conſilio aut voluntate, excepto ſi Monachus effici voluerit, poteſtatem habeat cum omnibus rebus D ſuis intrare, & manere in eodem monaſterio ſine aliqua noſtra, vel de noſtris hominibus contrarietate. Simulque concedimus & confirmamus in prædicto ſacro Cœnobio S. Sophiæ integra noſtra pertinentia de exeniis quæ nobis ſoliti ſunt dare homines qui ſunt manentes in rebus ejuſdem Cœnobii de loco qui nominatur ab omnibus fere hominibus Leo cubante; ut amodo & deinceps omnia, quæ ex ipſis rebus ad noſtram ditionem veniebant ſint in poteſtate Abbatis vel ejus ſucceſſoribus, & partis illius monaſterii requirenda & habenda, & faciendum exinde quodcunque voluerint, ſine noſtra, vel de noſtris hominibur, aut poſteris contravictione, & requiſitione. Et confirmamus in eodem ſacro Cœnobio duas partes de tertis pertinentibus eidem monaſterio in eodem loco, quas uſque nunc quidam Drago, & ejus filii à noſtra parte tenuerunt cum aliis terris; ut amodo & deinceps neque à noſtris hominibus neque à noſtris poſteris ullum terrati-

cum

cum aut ſervitium inde requiratur, ſed ad proprietatem ipſius Cœnobii omnia & in omnibus permaneant, ſine aliqua à noſtro vel noſtris hominibus contrarietate. Hæc omnia uti à noſtra parte prælegUntur egimus nos pro animabus noſtris in anno milleſimo ſeptuageſimo octavo ab Incarnatione Domini, atque Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & ſexto anno pontificatus Domini noſtri Septimi Gregorii Summi Pontificis, menſe Januario, Indictione ſecunda. Et te Joannem ac Clericum taliter ſcribere & in album referre rogavimus.

Actum in prænominato caſtello Alipergo.
Ego qui ſupra Gerardus Comes.
Ego Heribertus Comes.
Ego Robertus Epiſcopus.
Ego Laureatius epiſcopus.
Ego Bernardus Cardinalis.
Ego Benedictus Cardinalis ſubſcr.

Erebertus de caſtello Fortio quod nomiantur Toſonas.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, & in nomine Individuæ Trinitatis. Ego Erebertus Domini Omnipotentis providente gratia inclytus Comes filius olim magnæ memoriæ Girardi Comitis, declaro, quoniam intra pertinentiam mei Comitatus habeo unum Caſtellum quod vocatur Farnitum Totonis; nunc autem inſpirante me divina clementia congruum mihi eſt pro remedio ac ſalvatione animæ meæ, quam & pro ſalvatione animarum ſupradictarum Gerardi Comitis genitoris mei, & Theodoræ genitricis meæ, & Octaviani germani mei, & omnium meorum parentum & amicorum hocce caſtellum cum ipſis hominibus, necnon & cum omnibus ejus pertinentiis offerre Domino, & in venerab. Monaſterio ſanctæ Sophiæ quod ſitum eſſe videtur intra Beneventanam civitatem, ubi nunc Domino ſavente Madelmus egregius Abbas præeſſe videtur. Quamobrem ego qui ſupra Erebertus Comes ideo dum mihi congruum eſſe videtur bona etenim mea voluntate ante Rupertum Straigotem noſtrum & alios quamplurimos milites meos, ac reliquos ſubſcriptos teſtes per hoc quidem roboreum præceptum, atque per unum cultrum quem manu mea propria tenebam, dedi atque tradidi tibi ſupranominato Madelmo Abbati religioſo ad partem ſupranominati monaſterii totum ac integrum caſtellum ſupra nominatum quod vocatur Farnitum Totonis una cum omnibus ſuis ibique pertinentiis; ea quidem ratione, ut amodo & ſemper tu ipſe Madelmus venerab. Abbas, & tui ſucceſſores eandem meam oblationem habere & poſſidere ad partem ejuſdem monaſterii valeatis ſecuriter exinde ſaciendum ex eis quæcunque volueritis ad opus atque utilitatem ipſius monaſterii, ſine condictione mea, ac meorum hæredum, ac ſine cujuſcunque requiſitione. Unde obligo me ego idem Erebertus Comes, meoſque obligo hæredes & Vicarios tibi eidem Madelmo egregio Abbati, tuiſque ſucceſſoribus nos vobis amodo & ſemper antiſtare & defendere eadem meam oblationem, ab omnibus hominibus, ab omnibuſque partibus; quam ſi taliter vobis non defenſaverimus, aut ſi aliquo tempore ego, vel mei hæredes tecum, aut cum tuis ſucceſſoribus ex eandem mea oblatione per quamcunque inventam rationem cauſare, vel contendere præſumpſerimus, volendo vobis inde aliquid tollere, vel contraire, vel minuere, aut hoc vel illud removere quæſierimus, decem millia ſolidos conſtantin. in pœnam me meoſque hæredes & Vicarios tibi, tuiſque ſucceſſoribus componere obligamus, & in antea omni à parte exinde adverſus vos taciti maneamus per eandem obligatam pœnam, atque inviti defendamus illud vobis ſicut prælegitur per eadem obligatam pœnam. Tantum hic ſubter ſtatuto, ut Domina Adeitruda mater mea poteſtatem habeat cunctis diebus vitæ ſuæ tenere & dominari truendi nomine integram medietatem ejuſdem Caſtelli, deque ejus pertinentiis; poſt obitum vero ejus, integra mea oblatio

A eadem, ſit in proprietate ejuſdem monaſterii, ſicut ſuperius dictum eſt. Porro ut hæc mea oblatio firma & ſtabilis ſemper permaneat, noſtro ſigillo hoc præceptum propriis manibus impreſſimus, noſtrumque nomen ſubſcribi juſſimus. Tibi Franſorio Clerico, ac Notario taliter illud ſcribere præcepimus in anno Dominicæ Incarnat. 1099. menſe Februar. Indict. 8.

Actum Benevents feliciter.
Signum crucis propriis manibus Hereberti Comitis.
Signum crucis, Jordani filius.
Signum crucis, Robertus fecit.
Renerus Epiſcopus ac Cancellarius.
Ferdinandus Cardinalis.
Paulus Cardinalis.
Conſtantinus Cardinalis ſubſcripſerunt manu.

Herebertus Comes, ut nemo homines noſtros in domum recipiat.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu B Chriſti Domini æterni, anno ab Incarnatione ejuſdem 1124. die Decembris nona Indictione. Ego Herebertus Domini gratia inclytus Comes, filius Gerhardi magni Comitis, præcipimus, ut amodo & deinceps nullus Baronum, vel aliorum noſtrorum hominum recipiat apud ſuum dominium aliquos de hominibus de dominio Domini Madelmi Abbatis Reverendiſſimi monaſterii ſanctæ Sophiæ atque ſuorum ſucceſſorum. Si qua vero perſona contra hanc noſtram juſſionem egerit, noſtræ Curiæ pœnam legaliter perſolvat.

Jordanus Comes de ſancto Angelo in Atrino cum ſuis Eccleſiis & pertinentiis.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ego Jordanus, Domini annuente clementia Comes filius bonæ mem. Herberti Comitis, Domini amore & timore compunctus pro ſalvatione ac remedio ejuſdem genitoris mei & mea, atque Rogerii filii mei, quatenus Omnipotens Domi- C nus ſua pietate indulta venia noſtrorum delictorum in æterna beatitudine nec non & grem o cæleſtis Jeruſalem nos collocare dignetur, atque orationes, nec non petitiones diuturnæ fratrum Monaſterii ſanctæ Sophiæ virginis quod in Benevento eſt, nobis proficiant ad ſalutem, etiam hortatu necnon obſecratione Joannis venerab. Archipresbyteri conſortatus, eccleſiam vocabulo ſancti Angeli, quæ ſita eſſe dignoſcitur intra civitatem Trojanam, quę ſubdita atque pertinens eſt eidem Cœnobio ſanctæ Sophiæ, & quam idem Archipresbyter hactenus à nobis tenuit, & quam idem genitor meus injuſte ac incongruè ſub ditione & dominio Canonicorum ac Clericorum ordinavit, & ego nunc uſque ſimiliter ordinavi per fuſtem quem in manu mea tenebam, coram atque præſente Benedicto Commiſſario meo, & Pagano filio Adonis & Salomone filio Petronis, aliiſque ſubſcriptis teſtibus, reſtituo ac concedo eidem Cęnobio ſanctæ Sophiæ, in quo moderno tempore Bernardus venerabilis Abbas præeſt, totam D prænominatam Eccleſiam una cum omnibus ſuis pertinentiis, necnon & Eccleſiis ſubjectis; ſcilicet, Eccleſiam Beati Benedicti quæ ſupra fluvium conſtructa eſt, qui fluvius ab omnibus Arbius nominari ſolet, una cum vineis & terris ac aſpris ſuis, & Eccleſiam ſancti Gregorii, ac eccleſiam S. Nicolai Epiſcopi quæ nominatur ad Celſes, una cum omnibus eorum pertinentiis, quemadmodum munimina prędictarum eccleſiarum continēt, & una cum portionibus & de aliis Eccleſiis quæ ſunt intra fines, atque ſpectant ad prænominatam civitatem Trajanenſem, quemadmodum munimina ejuſdem Eccleſiæ ſancti Angeli continent, & cum molendino ejuſque omnibus ordinibus & pertinentiis quod ædificatum eſt in eodem fluvio Arbio, atque cum integra medietate de alio molendio, quod eſt in fluvio Anete, & cum alio molendino quod eſt in rivo Albulo una cum caſis ac caſalinis, & villanis ſibi pertinentibus, nec non & cum vineis ac ter-

ris;

ris, ſylvis, campis, ſeu aſpris paſcuis, campis, hortis & padulis, & aquis ſuis ac vallonibus, & alveis & ripis ſuis, & arboribus fructuoſis, atque infructuoſis, & cum vineis & anditis ſuis & cum muniminibus propriis, & portibus de communiminibus, & cum hominibus inde pertinentibus, & cum omnibus ornamentis ſuis, atque cum omnibus aliis ſuis pertinentibus, mobilibus, ac immobilibus ſuis, ſicut munimina ſupradictarum eccleſiarum continent, & ea quæ nunc uſque juxta legem nec non & conſuetudinem prænominatæ civitatis Trojanæ ipſæ Eccleſiæ tenuerunt, & hactenus tenent; ea videlicet ratione ut amodo & deinceps perpetuis temporibus prænominatus Bernardus, & ejus ſucceſſores pars prædicti monaſterii ſanctæ Sophiæ integram eandem reſtitutionem ſcilicet, nec non & integram prænominatam Eccleſiam ſancti Angeli una cum ipſis prædictis aliis Eccleſiis, atque cum omnibus pertinentiis eorum, ſicut ſupra firmiter atque ſecuriter habeant & poſſideant, & faciant exinde omnia quæcunque voluerint, quodve illis placuerit, ſine ulla contradictione mea vel meorum hæredum, atque amicorum, vel cujuſcunque cognati, & ſine ullius requiſitione; & per noſtram defenſionem omni tempore ab omnibus hominibus, ab omnibuſque partibus. Quod ſi quis contra hanc noſtram requiſitionem auſu temerario agere præſumpſerit, quærendo illam quolibet modo irritam facere, excommunicatus & anathematizatus, & ab Eccleſia ſegregatus permaneat, atque in futuro examine cum Juda traditore Magiſtri, ac Domini ſui, & cæteris damnatis perpetuis cruciatibus damnetur ac mancipetur. *Unde pro confirmanda hac noſtra reſtitutione tibi Leoni Notario noſtro taliter ſcribere juſſimus, & ex proprio ſigillo noſtro ſignari fecimus in anno 1150. ab Incarn. Domini noſtri Jeſu Chriſti, menſe Septemb. 13. Indict.*

Ego Jordanus Comes ſignum crucis propriis manibus poſui.

Ego Robertus filius Ricardi ſignum crucis propriis manibus poſui.

Ego Ricardus de Amandia.

Ego Amandus Cardinalis.

Ego Lodovicus Cardinalis.

Ego Bernardus Cardinalis manu mea ſubſcripſi.

Jordanus Comes de vineis, iſclis, & Eccleſia ſancti Marciani.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni. Ego Jordanus Comes filius Heriberti Comitis pro remedio atque ſalvatione animæ meæ, ejuſdemque genitoris mei, concedo, ac confirmo in monaſterio ſanctæ Sophiæ, in quo Dominus Bernardus Domini gratia religioſus Abbas præeſſe videtur, totas atque integras res ſicuti ſunt vineæ, terræ, atque iſclæ ſecus locum ubi Leo cubans dicitur, intra quæ ſunt ædificatæ tres Eccleſiæ; una quæ eſt ædificata in honore ſancti Marciani, cui tota ipſa res appendentia dicitur; aliæ vero duæ in honore ſancti Petri ac S. Caſſiani, & aliquantos villanos una cum rebus eorum, & alias res quæ ſunt Saliceta & aqua fluvii Caloris cum ripis & alveis ſuis; quæ vero omnes res ſunt intra meum dominium, & mea pertinentia: de quibus autem jam nunc dictis rebus, cum eas omnes tenerent juxta eorum poſſeſſionem Robertus & Willelmus filius cujuſdam Dragonis gener filii, quod Drago aliquantulum dederat & tradiderat ad proprietatem & poſſeſſionem ejuſdem monaſterii, ſicut in omnibus ratio ejuſdem monaſterii continet, & ſicut idem monaſterium poſſidere videtur; reliquum autem totum ac integrum de prædictis rebus ego poſtmodum, tandemque commotus dedi Roberto patruo meo filio Gerardi Comitis magnifici, atque glorioſiſſimi, & ipſe Robertus poſtmodum ad partem & commodum ejuſdem monaſterii eidem Abbati obtulit ac dedit, per chartam quam ſcripſit Gulielmus Clericus, nec non Notarius provinciæ ac civitatis noſtræ; in qua autem chartula pro majori firmitate propria mea manu aliis aſtantibus teſtibus notavi, & appoſui ſignum crucis; ea autem ratione, ſeu conditione, ut amodo & ſemper tu ſupra nominate D. Bernarde Abbas una cum tuis ſucceſſoribus, ac pars prædicti monaſterii, & quibus datum à vobis paruerit, & ad illorum hæredum, omnes jam nunc ſupranominatæ res ſecuriter ac firmiter habere ac poſſidere valeatis perpetuis temporibus ac quieto jure, & ſine contradictione, vel requiſitione mea meorumque hæredum, & ſine cujuſcunque hominum contrarietate, & per noſtram defenſionem, fortiſſimumque animum quo illis fortiter, ac conſtanter reſiſtimus omni tempore ab omnib. hominibus, ab omnibuſque partibus. Sed ſi quis mortalium cujuſcunque etiam conditionis, magnæ aut parvæ perſonę, hanc noſtram conceſſionem, & hoc noſtrum firmiſſimum præceptum irritum facere, aut ullo modo ac ratione violare præſumpſerit, vel auſu improbo ac audacia quadam vel perfrictæ frontis contumacia aliquid inde demere, aut detrahere, vel ſejungere præſumpſerit ac attentaverit, primo omnium quinquaginta millia ſolidorum auri puriſſimi ſe ad partem noſtram & jam nunc nominatum monaſterium, atque Cœnobium ſciat ſe pro certo compoſiturum ac daturum; inſuper à ſocietate omnium Chriſti fidelium ſit ſegregatus, atque perpetuo anathemate jaculatus cum Juda traditore Domini Omnipotentis ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, cæteriſque reprobis, ac traditoribus perpetuis ignibus, atque cruciatibus exurendus, ac in perpetuum in igne æterno affligendus, & una cum illis in ſæcula ſæculorum collocatus ſit. Et pro hac mea conceſſione accepi à prædicto Abbate & Fratribus benedictionem centum ſolidos romanatos. Denique & pro ſecuritate, atque defenſione eidem monaſterio, & quibus à Patre ejuſdem monaſterii datum apparuerit, & ad illorum hæredes. Et ut hæc mea conceſſio firma ac ſtabilis in perpetuum, omnique in tempore permaneat, meo proprio ſigillo eandem inſigniri fecimus atque mandavimus, & Leoni Clerico noſtro ac Notario taliter ſcribere præcepimus.

Scripſit nimirum hanc noſtram firmiſſimam ac roboratam conceſſionem in anno 1115. ab Incar. Dom. Omnipotentis noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, menſe Januario, 18. Ind. ſcripſit feliciter admodum.

Signum crucis propriis manibus appoſuerunt ſupranominati Domini nimirum

Domianus Comes generoſiſſimus.

Robertus filius Ricardi.

Ricardus de Amandia.

Hermannus Epiſcopus.

Laurentius Cardinalis.

Amandus Cardinalis.

Bernardinus Cardinalis.

Jordanus Comes de ſancto Onuphrio.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, atque Individuæ Trinitatis. Ego Jordanus Domini providentia ac gratia Comes & filius quondam Heriberti Comitis generoſiſſimi, pro ſalvatione animæ meæ & præfati genitoris mei, in omnibus quantum ad laicam poteſtatem mihi pertinet per præſentem ſcripſi paginam, concedo ac confirmo in monaſterio ſanctæ Sophiæ, in quo, Domino tuente, Dominus Bernardus religioſus Abbas præeſt nunc, videlicet monaſterium B. Onuphrii de loco Valdo de Mazocca una cum Eccleſia ſancti Michaelis ibi propinque ſita, pariterque cum hominibus omnibus in eodem loco manentibus ac morantibus, atque una cum omnibus præfati monaſterii ac cœnobii, & prænominatæ eccleſiæ pertinentiis, quemadmodum in præteritis diebus Dominus Adam venerab. ejuſdem loci Prior illud ipſum obtulit in eodem monaſterio; ea nimirum ſanctione ut amodo & ſemper tam tuipſe venerab. Abbas, quam & tui ſucceſſores & pars ejuſdem veſtri Monaſterii, integrum præfatum Monaſterium, & prædictam Eccleſiam cum omnibus eorum pertinentiis firmiter ac ſecuriter habeatis & poſſideatis, ſine aliqua inquietatione mea, & meorum hæredum amicorum omnium, vel Vicariorum, &

ſine

ſine alicujus noſtri hominis perturbatione, aut etiam moleſtatione. Si qua autem perſona contra hanc noſtram conceſſionem firmiſſimam ac roboratam agere quicquam, aut facere attentaverit, vel præſumpſerit, notum habeat ſe ad partem noſtram, & ipſius Monaſterii quingentorum ſolidorum auri puriſſimi pœnam ſoluturum, & de præſenti Eccleſia ſegregandum ſciat, ac in futuro diſtricti Judicis examine damnandum cum impiis. Quicunque autem ad conſervandum adjutor extiterit, cum electis Domini præmia digna percipiat. Et ut hæc noſtra conceſſio in futurum firma necnon & ſtabilis ſemper omnique in tempore permaneat, manu propria noſtra Domini Omnipotentis, ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti ſignum crucis ſubter fecimus, & noſtro ſigillo hoc ſcriptum roborari necnon confirmari fecimus: & tibi Franſoni Clerico ſeu & Notario taliter perfiniri juſſimus.

Datum apud ſanctum Severum, anno Domini Incar. 1114. pontificatus autem Domini Papæ Paſchalis II. anno decimo quinto menſe Julio, Indict. 7.

Signum crucis propriis manibus hi fecerunt. Jordanus Comes.
Gerhardus Frederici filius.
Robertus Dominus de caſtella Stuſo.
Joannes Clericus.
Bernardinus Epiſcopus.
Georgius Epiſcopus.
Gaſparus Cardinalis.
Leonardus Cardinalis.
Arnoldus Cardinalis.

Hugo Comes Bojanenſis, Madelmo Abbati de Caſtello quod nominatur Veccio.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, & in nomine individuæ Trinitatis, anno milleſimo nonageſimo quinto ab Incarnatione Domini Omnipotentis noſtri Jeſu Chriſti, menſe Jan. Ind. 2. Nos Ugo Domini gratia Bovianenſis Comes, & Rogerius filius Domini Rodolphi Comitis, notum facimus omnibus noſtris fidelibus, præſentibus ſcilicet, ac futuris: quia per hoc ſcriptum damus, ac concedimus, atque firmamus per manum Domini Oberti Epiſcopi Bovianenſis Domino Madelmo venerab. Abbati de Monaſterio ſanctæ Sophiæ, quod conſtructum eſſe videtur in Beneventana, ſcilicet caſtrum quod nominatur Betere cum omnibus hominibus habitantibus, ac viventibus in eodem loco ac caſtro; quemadmodum Pater noſter Rodolphus Comes ei conceſſit habere, ita & nos ei confirmamus in perpetuum, ut amodo & ſemper omni tempore ipſe prænominatus Abbas, & ſui ſucceſſores & pars ipſius prænominati Monaſterii jam dictum caſtrum cum hominibus necnon & pertinentiis ejuſdem caſtri habeant, ac poſſideant, & omnia exinde faciant quæcunque voluerint illiſq; placuerit, ſine noſtra, noſtrorumque hæredum, aliorumque hominum, amicorum, ac cognatorum, & Vicecomitum aliqua contrarietate, vel moleſtatione: Et nos prænominati Ugo Comes & Rogerius filius prædicti Rodolphi Comitis obligamus nos, noſtroſque obligamus hæredes præfatę Eccleſiæ, tibi Domino Madelmo Abbati, tuiſque ſucceſſoribus jam dicta noſtra conceſſione amodo & ſemper, in perpetuis quoque temporibus, & omni tempore antiſtare, ac defendere ab omnibus hominibus ac periculis. Quod ſi vero aliquis temerarius hanc conceſſionem noſtram firmiſſimam roboreumque præceptum infirmare, necnon & alio modo & ratione deſtruere, ac perdere præſumpſerit, ſeu etiam attentaverit, judicio coactus componat centum atque quinquaginta uncias auri puriſſimi in ſupranominato Monaſterio, & inſuper per invitum tacitus maneat necnon & anathematis vinculo ſubjaceat damnatus cum Juda traditore ſalliſſimo Omnipotẽtis Domini noſtri Jeſu Chriſti, donec reſipiſcat: juxta ac hanc noſtram conceſſionem hoc noſtrum firmiſſimum præceptum confirmavimus in præfato Monaſterio pro anima noſtra, omniumque noſtrorum parentum, amicorum, cognatorum, ut firma, necnon ſtabilis permaneat in perpetuum, omnique in tempore.

Et ego Emergerius Notarius civitatis Boviani rogatus fere ab omnibus ſcripſi feliciter admodum.
Ego Obertus Bovianenſis Epiſc.
Ego Lambertus Comes.
Ego Joannes Epiſcopus.
Ego Bernardus Epiſcopus.
Ego Melchior Epiſcopus.
Ego Philippus Cardinalis.
Ego Carolus Cardinalis.
Ego Mauritius Cardinalis.
Ego Robertus filius Chriſtiani ſubſcripſi; noſque omnes ſupradicti ſignum crucis ſigillumque in fidem appoſuimus, atque affiximus.

Simon Comes Bernardo Abbati de ſancta Maria in Sipontino.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, anno Dominicæ Incarn. 1113. menſe Junio ſexta Indictione. Ego Simon Dom. gratia Balonenſis Comes, filius quodam Ugonis bonæ piæque memoriæ Comitis, notum facimus omnibus noſtris fidelibus præſentibus ſcilicet, atque futuris, quia per hoc ſcriptum concedo, atque confirmo in Monaſterio ſanctæ Sophiæ, quod conſtructum eſſe videtur in veteri Beneventana civitate. & in manu D. Bernardi vener. Abbatis, ſcilicet caſtrum quod vocatur Vetus, una cum omnibus hominib. habitantibus ac morantibus in eodem caſtro, & cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut avus meus Rao bonæ memoriæ, ac recordationis, ut ſupra nominatus pater meus amantiſſimus mihique chariſſimus conceſſerunt habere. Itemque concedo ego ſtabilique jure confirmo in monaſterio ſanctæ Sophiæ & in manus Bernardi vener. Abbatis, nimirum Monaſterium ſanctæ Dei Genitricis Mariæ Virginis quod conſtructum eſt in veteri civitate Sepini cum omnibus ſuis pertinentiis; una cum inferius, & ſuperius, & cum omnibus ſuis pertinentiis & Eccleſiam vocabulo S. Mariæ, quæ eſt extra, & prope prænominatam civitatem Sepinam cum omnibus ſuis pertinentiis; & Eccleſiam ſancti Jacobi Apoſtoli quæ non longe diſtat à rivo Saraceno cum omnibus ſuis, & eccleſiam vocabulo ſancti Salvatoris juxta prænominatum rivum una cum omnibus ſuis pertinentiis; & medietatem Eccleſiæ ſancti Silveſtri, quæ eſt ſita juxta fluvium Tapponem in via publica prope civitatem Beneventanam cum omnibus ſuis pertinentiis; & eccleſiam S Gregorii, quæ eſt ſita ex alia parte & prope eumdem fluvium una cum omnibus ſuis pertinentiis. Hæc omnia ſupranominata nimirum illud quod nominatur caſtrum Vetus cum omnibus hominibus habitantib. & morantibus in eodem caſtro, ac cum omnibus pertinentiis ſuis, videlicet & cum terris, & vineis, & cum aquis & anditis una cum ſylvis & montib. & eccleſiam ſanctæ prædictæ Dei Genitricis, atque Virginis Mariæ cum omnibus jam dictis Eccleſiis, & cum omnibus illarum pertinentiis, ego qui ſupra Simon Comes pro redemptione animæ meæ, & genitoris & genitricis meæ, omniumque amicorum, ſeu cognatorum meorum, & pro omnium parentum meorum tam vivorum, quam defunctorum ſalute, conceſſi atque confirmavi in jam nominato S. Sophiæ virg. monaſterio, in quo videntur requieſcere quadraginta corpora Sanctorum, & in manus Domini prænominati Bernardi venerabilis Abbatis ejuſdem Monaſterii ſanctæ Sophiæ, ſicut pater meus qui ſupra, & avus meus dederunt, & conceſſerunt; ita ut deinceps, & in antea omnique tempore firmiter, ac ſecuriter præfatum Monaſterium teneat, & poſſideat prænominatum caſtrum & præfatas Eccleſias una cum omnibus ſuis pertinentiis, mobilibus ac immobilibus, ſine contradictione noſtra, & hæredum noſtrorum, omniumque aliorum hominum, & Vicecomitum aliqua contrarietate, vel moleſtatione. Et ego prænominatus Simon Comes filius ſupranominati bonę

piæ-

piæque memoriæ necnon recordationis Ugonis Comitis obligo me, meoſque hæredes prænominatæ Eccleſiæ ſanctæ Sophiæ, tibi quoque Domino Bernardo venerabili Abbati ejuſdem Monaſterii, tuiſque ſucceſſoribus jam dictam ſuperiuſque nominatam meam conceſſionem, ſeu promiſſionem, caſtrum nimirum quod nominatur ab omnibus caſtrum Vetus, una cum omnibus ſupranominatis pertinentiis, atque Eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis Virginiſque Mariæ, una cum aliis Eccleſiis, & omnibus ad ſe pertinentiis, amodo & ſemper omni tempore antiſtare ac defendere ab omnibus hominibus, ab omnibuſque partibus, periculis, adverſis, ab omnibus quoque rebus quæ adverſus eam aſſurrexerint. Quod ſi autem nonnullus temerarius hanc noſtram conceſſionem infirmare, violare, atque contemnere, & in nihilum redigere præſumpſerit, ſeu attentaverit, reus ſit, & judicio coactus componat centum quinquaginta libras auri puriſſimi in prænominato Monaſterio, & inſuper invitus tacitus permaneat, & anathematis vinculo damnatus cum Juda traditore Omnipotentis Domini ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti donec reſipiſcat, ſubjaceat: & hanc chartam noſtræ conceſſionis, ac confirmationis in omnibus quæ continent, quemadmodum ſupra taxatum eſt, volo quoque ut perpetuis temporibus ad partem prænominati Monaſterii firmiter ac inviolabiliter conſtet per ſupradictam eandem obligatam pœnam.

Et ego Petrus Notarius Domini noſtri Simonis Comitis rogatus, atque deprecatus ab omnibus ſcripſi ab eodem feliciter.

Teſtamur igitur nos ſubſcripti omnes, imprimis.

Ego Robertus Conſtabilis.

Ego Robertus de Molinis.

Ego Robertus de Moliſio.

Ego Giroaldus filius Guaiferii.

Ego Paganus de Rigo de Vvalde.

Ugo de ſancto Maximo.

Adelchis de arn in Cumano.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Princeps, ac Comes Adelchis ſummus Dux per rogum dilectæ conjugis noſtræ in Monaſterio ſancti Laurentii, quod ædificatum eſſe animadvertitur in ſtrada ubi Rimecauſus Abbas dilectus noſter regimen, audientiamque tenere videtur, agrum, ſylvamque cum terra vacua, quæ fuit in ſupranominata platea, hoc eſt, de via in viam & de alio latere, uſque in aliam plateam, quæ nominatur platea Moriana, de altero vero latere, uſque in prædictam Eccleſiam ſancti Stephani, qualiter nominata ſylva per noſtram juſſionem nobis elargita eſt, quæ fuit de actu nominati Aroaldi; quatenus amodo & in perpetuis habeas tam tu nominate Rimecauſe, quam & poſteri tui qui in nominato Monaſterio ordinati fuerint; & nullus ex noſtris gaſtaldis, aut actionariis, vel quiſquam mortalium contra noſtram poſſeſſionem poteſtatis, quandoque tranſire, aut præire ullo modo ullaque ratione præſumat, aut attentet, verumtamen noſtra conceſſio omni in tempore, roborea perennitque temporibus firma atque inviolata permaneat.

Quod autem præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis prænominati Domini noſtri glorioſiſſimi Adrichis in album retuli ego Petrus Longobardus Notarius.

Actum ex juſſione petitioneque aliorum hominum in ſacratiſſimo Beneventanorum Palatio, menſe Januar. per Ind. 13. feliciter admodum.

Giſolphus Hermanno Abbati de Monaſterio ſancti Martini.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dominique æterni, atque individuæ Trinitatis, concedimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Giſolphus ſummus comes gentis Longobardorum per rogum glorioſiſſimæ conjugis noſtræ, tibi Hermanno Abbati noſtro de Monaſterio ſancti

A

Martini Epiſcopi quod fundatum dicitur in ſtrada Pontina, territorium illud, nempe Sylvas, vineas, prata, territoria, culta & inculta, mobilia atque immobilia, quæ moderno tempore gaſtaldius noſter tenere ac poſſidere videtur; quatenus amodo & in perpetuis temporibus habeas, necnon in tuo ſervitio ſemper pro tuo libero arbitrio habeas ac in tuo ſervitio detineas tam tu ſupranominate Hermanne, & quidcunque de eis facere atque parare volueris in tua ſint omnia poteſtate, & nullus ex noſtris hæredibus, id eſt, amicis, cognatis atque parentibus, nec quiſquam homo contra noſtram poteſtatem atque firmatum propoſitum ire atque quicquam attentare præſumat; aſt noſtra conceſſio nunc omnique in tempore firma ac roborata permaneat.

Quod autem præceptum conceſſionis ex juſſu & dictatu nominati glorioſiſſimi Domini Giſolphi ſcripſi ego Lambertus Not.

Datum ex juſſione in hoc noſtro ſacratiſſ. Beneventano Palatio, menſe Jun. per Ind. 18. feliciter ad-

B

modum.

Atrichus filius Adelchiſæ de curſa, & curte infra hanc urbem.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni. Concedimus nos vir glorioſiſſimus Atrichus Domini providentia Comes ac Princeps, per rogum fidelis noſtri Alberti filii ſanctæ recordationis Domini Atrichis, integram curtem ac caſam intra hanc Beneventanam civitatem, quæ nominatur Curtis minor; eſt autem in fine Monaſterii ſancti Joannis Præcurſoris Omnipotentis Domini noſtri Jeſu Chriſti; in ea nimirum ratione ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum firmitatiſque præceptum prænominatam terram una cum integris finibus ſuis tu & hæredes tui habere ac poſſidere valeatis, & quicquid de eadem agere, aut diſponere volueritis in tua ſit poteſtate judicandi qualiter tibi placuerit, ac volueris, & à nullo ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, aut etiam cujuſcunque gentibus habeas aliquam requiſi-

C

tionem, verumtamen perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Odoardus Notarius.

Actum Beneventi primo anno, menſe Octob. per Ind. 11. feliciter admodum.

Adrianus de Cephalone.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, ac individuæ Trinitatis. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Adrianus Domini Omnipotentis providente gratia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Adeltrudæ dilectæ conjugis noſtræ tibi Joanni venerabili noſtro Præpoſito ac ſeniori noſtro fideli, & proviſori Monaſterii S. Gertrudis, quæ in Sepino habitare videntur, ut nullo in tempore dent pœnam, aut tributum, vel ulla moleſtia à ſuperioribus, id eſt, Comitibus, Baronibus, Principibus, nobilibus, ac ignobilibus aut cujuſcunque perſonæ ſint moleſtentur, moleſtiaque illis in minima etiam re inferatur,

D

veruntamen illas immoleſtatas liberas, abſque omni moleſtia occupatas habere omnibus modis omni tempore volumus. Si autem aliquis contra hoc noſtrum roboreum, firmiſſimumque præceptum aliquid in minimo agere, aut attentare præſumpſerit, ſit anathemate, vinculoque excommunicationis obligatus, & cum Juda traditore Omnipotentis Domini noſtri Jeſu Chriſti, æternis pœnis, æterniſque cruciatibus ligetur, nec abſolvatur ab ullo Epiſcopo, Cardinali, aut ullo Sacerdote, niſi à Summo noſtro Pontifice, qui ligandi ac ſolvendi vim & poteſtatem in hoc orbe terrarum habet; tandem vero ſit ſolutus ab omni excommunicatione & vinculo.

Robertus de Condoma in Fecle.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, concedimus atque permittimus nos Do- vir excellentiſſimus ſummus Comes gentis Longobardorum, per rogum Adelchis gaſtaldii noſtri tibi Lamperto hortulano noſtro condomam nomine pa-

lumbeam, una cum filiis, uxore, ac filiabus, vel una cum omnibus eorum pertinentiis, quæ fuerunt de Henrico procuratore noſtro, pro eo quia cauſam noſtram contra Bernardum Florentinorum nuncium male, atque falſe egit, cum & nos putaremus illum brevi cauſam noſtram finiturum, tandem nobis ab aliis relatum, eundem contra nos agere, & partem cauſamque noſtram in multo pejorem ſtatum reddere, ac deducere. Quamobrem concedimus tibi, ut ſupra diximus, omnia bona ſua, condomam, territoria, vineas, prata, campos, ſylvas, omnes quoque ſuas res, mobilia & immobilia, magna & parva, quemadmodum ad noſtram poteſtatem legaliter devenerunt. Si autem aliquis in minimo ſeſe opponere ullo modo necnon ratione voluerit atque tentaverit, anathema ſit, & auctoritate Apoſtolica excommunicatus denuncietur, nihilque ipſe cum Chriſti fidelibus agendum habeat, & cum Juda traditore Omnipotentis Domini noſtri Jeſu Chriſti conditionem habeat, æternisque pœnis ac cruciatibus mulctetur, donec à ſpirituali judicio abſolvatur, necnon liberetur.

Actum in ſacratiſſima Beneventanorum civitate, per Indictionem decimam octavam, menſe Febr. an. 1114. in ſacro noſtro Palatio, feliciter & proſpere admodum.

Anacletus de Rogs ante civitatem.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, & individuæ Trinitatis. Concedimus nos vir glorioſiſſimus Anacletus ſervus ſervorum Domini Epiſcopus & ſummus Dux Princeps ac Comes, per rogum Referendarii noſtri, qualiter ad noſtram poteſtatem appellatis, ut ſi tibi Dominico Deus Dominuſque omnipotens donaverit, atque elargitus fuerit ſpatium, tempuſque ad diuturnam vitam agendam, ſeu perfruendam, ſimulque & fratri tuo amantiſſimo, donec veniat illi tempus quo ingenium, ſapientiamq; ſuam propriam adhibere, ſeu uti poſſit, & ut ſibi mulierem ſponſamque ſociare poſſit; ad hæc petiſtis, poſtulatiſque noſtram clementiam, ut quemadmodum habet textus ſeu caſus humanus, ſi tu priuſquam legitimam fœminam ducere debeas, & ſine hærede de legitima tua muliere mortuus fuerit, extremumque claudere diem debueris, ut omnia & in omnibus, mobilia & immobilia, id eſt, terra, vineæ, prata, campi, horti, domus, pecora, territoria, ſimillimaque omnia & in omnibus, ſorori tuæ tibi amantiſſimæ inviolata ſemper permaneant. Et denuo poſtulaſti, atque ferventer à nobis omnibus Præpoſitis rogaſti, ut ſi aliquod ſit obſtaculum, aut etiam in aliqua re ſit ullum impedimentum, nimirum, ut tu, & ſoror tua de hac luce, aut mundo hoc ærumnoſo abiveris, æternamque patriam petiveris, ut omnis tua bona mobilia & immobilia, quemadmodum ſupra nominatum eſt, in ſubſtantia & poteſtate matris nec non genitricis veſtræ permaneant, ut aliquando de anno, aut etiam ſingulis quoq; menſibus, vel quomodocumque placuerit, pro ſalute animarum veſtrarum miſerrimarum, quæ forte per aliquod delictum quod in hac vita commiſerunt ſcienter, vel ignoranter, faciat aliquod opus bonum.

Quam autem chartulam firmationis ex juſſione ac præcepto, ſeu mandato nominatæ poteſtatis, dictavi ego Paulus Notarius necnon & Referendarius tibi Conſtantius Notaris Curiæ noſtræ Benevent. ſcribendum.

Factum autem in Beneventano noſtro ſac. Palatio, menſe Novemb. ann. . . . . per Ind. . . . . feliciter admodum.

Præceptum Grimoaldi de Eccleſia ſancti Ludovici.

In nomine Domini Dei Omnipotentis, ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, & individuæ Trinitatis. Concedimus nos Dominus, ac vir glorioſiſſimus Dux gentis Longobardorum. *Reliqua deſunt; nam quæ ſequuntur non exhærent.*

Adelchis de templo S. Joannis.

Adelchis Longobardorum ſummus Dux Comes

A atque Princeps. In hanc noſtram ſacratiſſimam Beneventanam curiam, (quando & nos omnes aderamus qui præſumus Curiæ Beneventanæque civitati) præſentiamque venerunt Henricus Abbas Montis S. Joannis, contendendum contra Bernardum presbyterum, propter templum S. Joannis Præcurſoris Chriſti Servatoris noſtri quod ædificatum eſſe dignoſcitur juxta civitatem illam Florentinam. Dicebat nominatus Henricus: Quoniam prænominata Eccleſia quam tu Bernarde presbyter ab eodem Monaſterio queris ſejungere atque ſubtrahere, quæ à tempore Domini noſtri Prioris in ipſum Monaſterium ab hominibus Chriſti fidelibus oblata necnon donata fuit, ut ſecundum legem ac præceptum ibidem audientiam ac poteſtatem habere debeat. Ad hæc reſpondebat: Scimus quod tu Abbas ipſam Eccleſiam ab hinc aliquot annis ſine lege ac præcepto tenuiſti, antea enim ad S. Magdalenam in Pontiano pertinuit, & ſi juſte agatur, in ſupra nominato loco denuo pertinere debebit. Quamobrem per hanc

B contentionem & altercationem ferventiſſimam cognovimus atque percepimus proculdubio certam veritatem; propter quod ſupra nominatum Monaſterium ad ſanctam Mariam Magdalenam pertinere judicavimus; necnon præcepimus acceriri ſanctos Canones, & relegerunt in noſtra omniumque cæterorum hominum præſentia, & ſic textus habebat; ut nullo modo nullaque ratione una Eccleſia ab altera ſejungeretur, & haudquaquam ſepararetur. His peractis, tandem animadverterunt ſeu cognoverunt, quiſnam rectum haberet, & utra pars judicanda & condemnanda eſſet; ſic poſtmodum Eccleſiam illam ad S. Mariam Magdalenam pertinere dimandarunt & præceperunt. Quamobrem hoc noſtrum curavimus fieri judicatum, ut nullo etiam advenient tempore habeat poteſtatem ipſe ſupranominatus Abbas vel etiam poſteri ejus, id eſt, amici, cognati, parenteſque de nominata Eccleſia controverſiam aliquam quærere aut prætendere: & ſi quærere aliqua ratione aut modo ten-

C taverint, ſit quæſtio illorum vacua necnon inanis.

Quod autem mandatum diffinitionis ex dictatu & juſſione nominati Domini noſtri viri glorioſiſſimi per Joannem Notarium civitatis noſtræ Beneventanæ ſcripſi ego Lambertus Notarius ſacri noſtri Palatii civitatis Beneventanæ; data juſſione in hoc noſtrum ſacratiſſimum Beneventanorum Palatium, menſe Novembri per Indictionem 15. anno. . . . . Principatus Domini noſtri Adelchis anno quinto.

Ego Petrus Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Bernardus Cardinalis ſigillum meum propria manu appoſui.

Gregorius de loco atque facultatibus quas Adelchis poſſidet.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni. Ego Gregorius vir glorioſiſſimus Princeps ac Comes ſummus & eximius Domino amantiſſimæ gentis Catholicorum ſeu Chriſtianorum, tibi Petro filio quondam majorumque noſtrorum tempore Rodolphi. Quoniam petiiſti

D ſumma cum ferventia noſtram dignitatem & clementiam per Lambertum pictorem noſtrum, quatenus tibi deberemus dare ac denuo concedere res facultatum tuarum, quæ ob pœnam tuam, quam haud immerito promerituses, ad noſtram devenere legaliter ac jure poteſtatem; quam ob cauſam extra jus noſtrum in civitatem Neapolitanam aufugiſti ſine ulla licentia mandatoque Superiorum; noſtra autem magnanimitas conceſſit ut veſtram inaudiremus petitionem, quodnam eſſet quod prætenderetis aut proponere velitis. Quamobrem conceſſimus tibi ſupranominato Petro bona tua quæ tibi à parentibus, ab amicis aut aliis quibuſvis hominibus fideli modo obvenerunt, tam caſas, quam condomas, tam ſervos, quam ancillas, mobilia & immobilia, omnia, & in omnibus, quæ per ſingulos fide dignos noſtros aliquando à noſtra Curia, ſenatu, aliiſque hominibus probitate perſpicuis conceſſa ſunt; ea nimirum ratione, ut amodo & in perpe-

tuis temporibus habeas ac poſſideas ſupranominatas quam ſæpiſſime res, tam tu qui ſupra nominate, quam & hæredea tui; & à nullo ex noſtris Judicibus. hoc eſt Comitibus, aut etiam à quibuſcunque gentibus noſtris contra ea quæ noſtra conceſſit manſuetudo quandoque ire, aut ulla ratione quidquam ſubmovere aut ſejungere præſumat.

Quod autem præceptum mandatumque conceſſionis ſeu permiſſionis ex juſſione ſupranominatæ poteſtatis ſcripſi ego Theodoricus Notarius.

Actum in Beneventanorum Palatio, menſe Auguſto, per Indict. 15.

Radelchis de ſilva in Cariana.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, ac individuæ Trinitatis. Concedimus nos Dominua vir glorioſiſſimus Dominus Adelchis Dei Omnipotentis providentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Tauri Venerabilis Abbatis noſtri tibi Wernero Domini noſtri ſilvam in Deſino in integrum, quæ fuit Attonis filii, una cum ancillis & ſervis, mobile ac immobile, territoriis cultis & incultis inde ſpectantibus, quæ per ejus culpam jure merito ad noſtram venerunt poteſtatem; tibi eandem ſilvam una cum ſuprascriptis omnibus habendam conceſſimus; in ea videlicet ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum firmiſſimumque præceptum prænominata omnia tu & hæredes tui habere ac poſſidere valeatis, & à nemine ex noſtris Judicibus, hoc eſt Comitibus, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, aliquod faſtidium, aut aliquam moleſtiam; veruntamen omni in tempore perpetuiſque temporibus eandem habeatis atque poſſideatis.

Quod autem præceptum ſeu mandatum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Theodorus Notarius.

Actum Beneventi nono anno, decima quinta Indict. feliciter admodum.

Princeps Totonius, de vinea ſua.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Concedimus nos vir glorioſiſſimus Princeps Totonius, Domini Omnipotentis Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dominique æterni providentia ac miſericordia gentis Longobardorum Princeps, per rogum vineatoris noſtri, tibi Franciſco Magiſtro noſtro vineam & terram, modios viginti, quam à ſervis ſacri noſtri Palatii comparaverunt iſti homines libertati donati, tribunalia ac judiciaria quotannis dari Marepali noſtro, in ea quippe ratione, ut amodo ac deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum ſupranominatam terram necnon & vineam, tu & hæredes tui, amici ac familiares habere in poſterum omnique tempore poſſidere in pace & proſperitate ſine ulla moleſtia ac faſtidio habere valeatis, a nullo autem ex noſtris Judicibus hoc eſt, Comitibus, Gaſtaldiis, vel etiam à quibuſcunque gentibus habeatis in minima etiam re aliquam requiſitionem, verumtamen perpetuis temporibus pacifice, ac in maxima tranquillitate ſeu & unione poſſideatis.

Quod autem præceptum mandatumque conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſeu conceſſionis ſcripſi ego Leonardus Notarius.

Actum in civitate Beneventana, anno decimo ſeptimo, menſe Januar. decimaſeptima Indictione, feliciter necnon & proſpere admodum.

Joannis donatio familiæ.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, & in nomine individuæ Trinitatis. Concedimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Joannes Domini gratia gentis Longobardorum ſummus Comes ac Princeps ſeu Dux, tibi Adolpho filio quondam Arnoldi Piſtori noſtro puerum nomine Laurentium, una cum uxore, filiis ſeu filiabus ſuis qui in terra noſtra ſe ad habitandum collocarunt ſine licentia ac mandato Conſulis ac Judicis noſtri, omniumque Senatorum noſtrorum, verumtamen inſciis aliis omnibus hominibus ſe de nocte eo contulerunt, habitationemque illic facere incœperunt in loco, qui nominari ſolet Tilea, quia olim majorumque noſtrorum tempore in eodem loco tiliæ arbores altitudinis immenſæ ſtare ſolebant, quæ autem bello Pœnorum ſublatæ & exruptæ ſunt. Illas autem ſupra nominatas res, quatenus ab hodierna die ad noſtram devenerunt poteſtatem, tu ſupra nominate habeas in tui juris dominio ſeu poteſtate defendas ac tuearis tam qui ſupra nominare, quam & filii filiorum tuorum, & a nullo quoquo tempore quopiam homine unquam habeas aliquando in minima re aliquam quæſtionem aut reprehenſionem, verumtamen perpetuis temporibus omnique in tempore non habeas aliquam requiſitionem, ſed per hoc noſtrum firmiſſimum præceptum ſecuriter ac firmiter vos ſuperius nominati eaſdem res habere ac poſſidere valeatis.

Quod autem præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Lambertus notarius.

Actum in Sipontino in Palatio noſtro menſe Octobri per Indict. 19.

Luitprandus de S. Gregorio.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni. Confirmo ego Dominus Luitprandus ſummus Dux ac Imperator gentis Longobardorum, ut templum illud S. Gregorii Confeſſoris ac Sacerdotis Domini noſtri, concedo ut templum illud ſit abſolutum ab omni vinculo moleſtiationis, vectigalis, tribunalia, vel quicquid ſimili modo inferri poſſit, & ſit abſolutum ab omni conditione ac moleſtia, nulluſque Epiſcopus licentiam habeat aut quælibet lectio Sacesdotum vel Clericorum in ſupranominata Eccleſia, verumtamen ſolummodo qui illuc præeſſe inveniatur, & poſteri qui juxta Domini mandatum & Canonicam ſanctionem viſi fuerunt vivere, ita vero, ut omnia quæ ibidem obtolit ſupradicta illa perſona ſancta aut in poſterum obtulerit, cuncta illa firmiter permaneant, ſicuti amodo & deinceps ac in perpetuis temporibus firma ſeu robo ata permaneant; & nullus unquam homo aut quævis perſona contra illa quæ noſtra ſancivit poteſtas, ire præſumat aut attentet.

Quod autem præceptum firmitatis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Duddas referendarius.

Actum Beneventi in Palatio noſtro ſacratiſſimo, menſe Martio, per Indict. 13. feliciter admodum.

Pandolphus de caſis intra hanc Vrbem Beneventanam.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni. Firmamus ac concedimus nos vir glorioſiſſimua, ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogum Martini Piſcatoris noſtri tibi Franciſco referendario noſtro omnea res quondam Turſoni tam caſas extra mœnia quam etiam & intrinſecas, domus, cultas & incultas, vineas, territoria, ſervos & ancillas, mobilia ac immobilia. omnia & in omnibus quæcunque ipſe Caularius habere ac poſſidere viſus fuerit; pro eo quod filius tuus Bernardus filiam aliquam abſq; voluntate parentum, amicorum, omniumq; cognatorum pro ſua voluntate ac libero arbitrio duxit, ſibiq; in conjugem deſponſavit, tali conditione, ut ſi nominata ſoror illius extremum diem clauſerit, atque alium maritum ſibi in virum ſociare præſumpſerit, omnis illius ſubſtantia nominato Manciano filioque in hac vita temporaria manente, illi poſſidendum omnique in tempore perfruendum remaneat. Aſt nullus ex noſtris actionariis aut ullus gentium contra illa quæ noſtra confirmavit ſeu permiſit poteſtas, quandoque ire præſumat, veruntamen omni in tempore noſtrum præceptum firmum ac roboratum ſemper permaneat.

Quod autem præceptum firmitatis necnon conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Antonius Notarius.

Actum Beneventi in Palatio, menſe Februario, per Indict. 19. feliciter admodum.

Ricardus de Caſtello Beneventano in ſacro noſtro Palatio.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, ac individuæ Trinitatis. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Ricardus Domini providentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Antonii tibi Jodoco Aurifici noſtro omnem rem quam Ailo comparavit à famulis ſacri noſtri Palatii donec ad mandatum de Caſtello quod tenuit Remigius ſine præcepto ac mandato; ipſe autem Remigius vitam una cum morte commutavit migravitque ex hoc ærumnoſo mundo; in ea nimirum ratione, ut amodo ac deinceps per hoc noſtrum firmiſſimum decretum ac mandatum prænominata omnia quæ, ut ſupra dictum, lectitantur ſeu leguntur, tu una cum omnibus hæredibus tuis, amicis ac parentibus poſſideatis ac habeatis, & à nemine ex noſtris Senatuſconſultis aut Judicibus ſive Comitibus vel à quibuſcumque gentibus habeatis aliquam in minima re requiſitionem aut moleſtiam, ſed perpetuis temporibus poſſideatis ac habeatis.

Quod autem præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Antonius.

Actum in civitate noſtra Beneventana, ſecundo anno, menſe Aprili, Indict. 3. feliciter udmodum.

Pandolphus de Curte.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctæ ac individuæ Trinitatis. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Pandolphus Domini Omnipotentiſque Dei gratia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Referendarii noſtri tibi Gerhardo Malioni filio ſutoris, curtem in loco qui nominatur Terrenſe cum ſervis ac ancillis ſeu una cum omnibus pertinentiis, quæ ob culpam ſceluſque ſuum commiſſum ad noſtrum ſacrum Palatium & Curiam noſtram devenit, atque à Domino noſtro permiſſum fuit; veruntamen quia jam nominatus filius extra Provinciam noſtram, inſcio Judice ac Senatoribus omnibus, Neapolim clam occulteque aufugit, prænominata Curtis ad Sacrum Beneventanum Palatium noſtrum devenit. Quamobrem integram curtem una cum famulis ſeu ancillis ac omnibus pertinentiis ſuis tibi donavimus ac conceſſimus; in ea nimirum conditione, ut amodu & deinceps, & in perpetuis temporibus per hoc noſtrum roboreum præceptum tu & hæredes tui ſæpe nominatam curtem una cum omnibus pertinentiis ſuis. ut hactenus eam tenuiſti, habere atque poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Judicibus, ideſt Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem aut moleſtiam; veruntamen omni in tempore perpetuiſque temporibus illas ipſas poſſideatis.

Quod autem præceptum conceſſionis ex juſſione ſuprudictæ poteſtatis ſcripſi ego Audoaldus Notarius.

Actum Beneventi, ſecundo anno, menſe Martio Indict. 16.

Gerhardus de fulcbe ac terra ſua.

In nomine Domini Dei Omnipotentiſque Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, & in nomine & honore ſanctæ & individuæ Trinitatis Firmamus nos Dominus vir glorioſiſſimus Gerhardus Domini gratia, necnon & providentia gentis Longobardorum Princeps, per rogum Landolphi, tibi Ajoni terram vacuam ac ſuicle modios undecim, quæ ſpectavit hactenus ad ſacrum noſtrum Beneventanum Palatium, quæ habet hos terminos: de uno latere & uno capite uſque ad terram tuam, de alia autem parte uſque ad terram quæ fuit Simonis & pertinuit de judicari Nicolai; ea nempe auctoritate atque conditione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum prænominatam terram, ut ſuperius legere omnibus hominibus licet, tu una cum hæredibus amicis & cognatis, habere & poſſidere valeatis, & à nullo ex noſtris Judicibus, hoc eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel a quibuſcunque gentibus habeatis aliquam moleſtiam

A aut requiſitionem, verumtamen omni in tempore perpetuiſque temporibus eandem quam ſæpiſſime ſupra nominatam terram poſſideatis.

Quod autem præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi Ego Leo Notarius.

Actum Beneventi primo anno.

Landolphus de rebus ſuis in loco Mediolanenſe.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Firmavimus ac conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Landolphus Domini Omnipotentis gratia Beneventanorum gentis Princeps, per rogum Gertrudæ amantiſſimæ conjugis noſtræ tibi Bernardo aurifabro noſtro res illas in loco Medianenſe quas Rens libertati donatus homo pro pignore tenuit ab ancillis noſtræ civitatis Beneventanæ, noſtrique ſacri Palatii; in ea nimirum ratione, ut amodo & deinceps in perpetuiſque temporibus, per hoc noſtrum firmitatis præceptum prænominata omnia quæ ſuperius leguntur, tu una cum hæredibus & amicis cognatiſque habere, ac in perpetuum

B poſſidere valeatis; atque à nullo ex noſtris Judicibus, hoc eſt Comitibus vel à quibuſcunque gentibus habeatis in minima etiam re aliquam requiſitionem aut reprehenſionem, veruntamen perpetuis temporibus omnique tempore habeatis ac poſſideatis.

Quod autem præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi Ego Theodoricus Notarius civitatis ac Palatii Beneventani.

Actum Beneventi primo anno, menſe Januario, Indict. 15. feliciter udmodum.

Landolphus de rebus in Curia.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Firmamus nos vir glorioſiſſimus Landolphus Domini gratia ſummus Dux & Princeps gentis Beneventanorum, per rogum chariſſimæ conjugis noſtræ tibi Arnoldo litaram illam in curſu quæ ſpectavit ad famulos ſacri noſtri Palatii, quam homines libertate donati ultra duodecim annos abſque ullo præcepto tenuerunt; in ea nimi-

C rum conditione, ut amodo & ſemper hoc noſtrum ab omnibus Senatoribus confirmatum mandatum prænominata omnia tu una cum hæredibus tuis habere ac poſſidere valeatis.

Quod autem præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi Ego Benedictus Notarius civitatis Beneventanæ.

Actum Beneventi, tertiodecimo anno, menſe Septembri. Indict. 19. feliciter necnon proſpere udmodum.

Robertus Comes, de lignis incidendis in monte nomine Dragonis.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti & in nomine ſanctæ ac individuæ Trinitatis, Robertus Divina ordinante necnon diſponente providentia ac clementia S. Agatæ, quampluri marumque civitatum Comes, atque Princeps, cum Comitiali excellentia petitioni dilecti ſui petentis, omnibuſque juſte petentibus in Domino clementer favet. Quamobrem noverit omnium ſcilicet fide-

D lium ac futurorum noſtrorum præſentium quoque ſagacitas, qualiter ob redemptionem animæ patris ac matris meæ, omniumque parentum meorum, per interventum quoque Domini Madelmi Abbatis Monaſterii S. Sophiæ Beneventanæ, ego Robertus Domini Omnipotentis gratia Comes prænominatus & filius bonæ recordationis Domini Randolphi Comitis dono, concedo, confirmo, & offero in Monaſterio prænominato S. Sophię intus ſupra nominanatam civitatem Beneventanam, ſcilicet, ut Dominus Madelmus prænominatus venerabilis Abbas, ac illius ſucceſſores, & pars prænominati Monaſterii habeant firmam licentiam ſeu poteſtatem manendi & accipiendi omni in tempore de eadem ſilva de monte Drago in finibus Toccenſis lignum ad opus prænominati Monaſterii pro foco decem ſomerios oneratos una cum hominibus ejuſdem Eccleſiæ ad comprehendendum atque incidendum ligna prænominatæ ſilvæ, ſine mea meorumque ſucce-

den-

dentium, vel cujuſcunque hominum perſonæ magnæ ſen parvę contrarietate vel moleſtatione aut requiſitione. Quod ſi autem quislibet hominum magnus ſeu etiam parvus, cujuſcunq; etiam conditionis ac auctoritatis ſit, contra hanc noſtram dationē, conceſſionem atq; oblationem quomodocunq; agere prę-ſumpſerit ſeu attentaverit, aut violator fieri ulla ratione necnon modo attentaverit, ſciat ſe compoſitorum aureos ſolidos bonos mille, medietatem prænominato Monaſt. & alteram medietatem noſtræ Cameræ; & ſoluta compoſitioue boc noſtrum roboreum mandatum firmum ſeu etiam ſtabile maneat in perpetuum omniq; in tempoȩe. Ut autem firmius credatur ac obſervetur, manu noſtra propria ſubterſcripſimus, oecnon ſigillo noſtro proprio ſigillari mandavimus. Ex juſſione itaque prænominatæ ſereniſſimæ poteſtatis ſcripſi ego Alexander Clericus & notarius ac ſcriba noſtræ Beneventanæ provinciæ, in anno Iocarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti, milleſimo nonageſimo nono, necnon & decimo tertio anno Comitatus ejuſdem glorioliſſimi Comitis Indict. 17.

Datam a 5. Calend. Septembris. Actum in civitate Beneventana.

Signum † Roberti Comitis, feliciter.

Robertus Comes, de Eccleſia S. Salvatoris de Florentino, & S. Nicolai.

In nomine Domioi Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Omnipotentiſque Domini, anno ab Incarnatione Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti 1115. menſe Octob. Indict. 8. Ego Robertus gratia Domini Omnipotentis noſtri Jeſu Chriſti Comes Comitatuum de Lauratello, filius bonæ memoriæ Roberti Comitis, notum necnon manifeſtum facio præſentibus omnibus ſcilicet ac futuris: Quoniam Cœnobium ſeu Monaſterium ſanctiſſimæ Virginis Sophiæ quod ædificatum eſſe dignoſcitur intra ſupranominatam Venerabilem Beneveutanam civitatem, ſecundum ſcita Caoonum intra fines noſtri Comitatus tenet ſeu poſſidet Eccleſiam vocabulo S. Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, quæ conſtructa dicitur in finibus civitatis Florentinæ, & Eccleſiam ſancti Leonis quæ conſtructa eſt joxta mœnia ejuſdem civitatis Florentinæ, & Eccleſiam S. Petri Apoſtolorum Principis quæ dicitur in loco quodam eſſe nomine Viriano, & Eccleſiam S. Stephani protomartyris quod eſt primi martyris in loco qui nominatur Francilea, quæ Eccleſiæ jure merito ſubditæ ac pertinentes ſunt eidem Eccleſiæ ſupranominatæ ſancti Salvatoris, una eum omnibus earum pertinentiis & rebus mobilibus & immobilibus. Jam nuncautem congruum mibi necnon placitum mihi eſſe videtor, bona etenim mea mobilia atque immobilia voluntate mea propria pro firma ſtabilitate, necnon & pro remędio ac ſalvatione animę meę ſupradictique patris vel matris ac genitricis meæ meorumque conſanguineorum atque amicorum, confirmo ac concedo ſupranominatas Eccleſias eum omoibus earum pertinentiis, quemadmodum ſupra nominatum eſt, perpetuo jure in eodem ſupranominato Cœnobio ſeu Monaſterio ſanctiſſimæ Sophiæ Virginis, & tibi Domino Bernardo Venerabili Abbati ejuſdem Monaſterii ſanctæ ſupra nominatæ Sophiæ: quatenus perpetuis futuriſque temporibus eaſdem ſupranominatas Eccleſias tu & tui ſucceſſores & ſupradicti Monaſterii pats ſecuriter ac firmiter teneatis ſeu poſſideatis, necnon & ordinetis ſecundum veſtram voluntatem ſecundum veſtrum liberum arbitrium ac opinionem, quomodocunque vobis placuerit, ſine mea, meorum quoque bæredum ac ſucceſſorum, necnon Vicariorum contradictione ulla vel requiſitione ſeu etiam moleſtatione; & poteſtatem quoque habeatis vos ibidem conducere homines ad habitandum & reſidendum, placitumque vel convenientiam quam illis ipſis feceritis, concedimus eſſe firmam; ea nimirum ratione, ut nec ego neque mei hæredes vel ſucceſſores, nec aliquis Comeſtabilis nec Stratigedus vel Vicecomes ac Gaſtaldios aliquam moleſtationem ſeu requiſitionem in eiſdem ſupradictis locis faciant: Sin autem ipſi conducti homines terras noſtrorum hominum laboraverint, terraticum inde ſolummodo reddant, vobis autem nihil, ſimili modo concedimus: Sin vero quicquam Canonico ordine ac reatu per quoslibet omneſque fines ac terminos noſtri Comitatus acquirere noſtro conſilio potueritis, liberè necnon abſolute poſſideatis: atque conſtituimus, ut in locis veſtris vanum noſtrum nullo modo nullaque ratione ponatur, veruntamen ſanguis ſi ibi effuſus fuerit, vel etiam aliquod delictum, necnon ſcandalum perpetraverint atque commiſerint, nulla nobis reqoiſitio inde ſit, aut etiam ullo unquam tempore fiat, veruntamen veſtro judicio omnino ſubjaceant, omni noſtra remota conditione vel etiam requiſitione. Præterea quoque concedimus eidem Monaſterio & Cœnobio S. Sophiæ Virginis, ut omni in tempore eorum animalia per omnes omnium fines noſtri Comitatus ſecuriter paſcant, necnon perambulent; ita ut nullum herbaticum, vel donum, ullamque ſolutionem exinde poſtulent ac exigant vel etiam requirant. Sin vero aliquis auſu temerario ſcienterque hanc noſtram conceſſionem quam liberrimam ac abſolutam ab omni conditione ſupra nominato Monaſterio fecimus, eandemque impreſſione noſtri ſigilli ſignavimus, illam irritam facere præſumpſerit, perpetuo vinculo anathematis colligatur, & eum Core Dathan & Abiron, ſeu cum Juda traditore Servatoris noſtri Jeſu Chriſti Omnipotentiſque Dei æterna perpetuaque diſcrimina ſortiatur: Obſervantibus autem gaudia infinita condonentur.

Quod tibi Joanni noſtro Notario taliter ſcribere mandavimus ac præcepimus.

Actum juxta Caſtellum S. Martini feliciter admodum.

Signum propriæ manus qui ſupra Roberti Comitis.

Signum propriæ manus Malgerii Conſtabuli.

Signum manus Ingelberti.

Signum manus Jordani.

Signum manus Roberti Saporiti.

Henricus Comes de ſancto Nicolao & ſancto Salvatore in Florentino.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, decimo anno regnante Domino Alexio ſanctiſſimo Imperatore noſtro, menſe Februario, octava die, Indict. 17. Ego Henricus Domini Omnipotentis gratia Comes de Monte ſancti Angeli, credens me à Domino conditore omnium dignas mercedes accepturum, ſi ſanctis, ac venerabilibus locis ſervitium ſollicite impendam, & eorum cultoribus iiſdem ſanctis locis ſervientibus pro poſſe ſervire paratus fuero, timore & amore ipſius compulſus qui filium ſuum pro nobis carnem ſubire mortemque guſtare fecit, ut nos morte ac paſſione ſua Spiritu ſancto cooperante à morte perpetua, ac ſempiterna paſſione ac cruciatu liberare poſſet, vitamque ſempiternam in cæleſti throno ac palatio tribueret atque elargiri poſſet. Quamobrem ego una cum Gulielmo fratre meo chariſſimo amantiſſimoque pro ſalvatione, redemptioneque animæ noſtræ miſerrimæ, noſtrorumque parentum, amicorum, & conſanguineorum, confirmamus, & affirmamus nos cum noſtris hæredibus, tibi Madelmo Abbati venerabili tuiſque hæredibus necnon tuis ſucceſſoribus ſanctæ Sophiæ de Benevento donationem quam Guillelmus de Nominata, necnon Godfridus de Baſtia ſupranominato Monaſterio ſanctæ Sophiæ atque tibi Madelmo venerab. Abbati, ſeu & ſucceſsoribus tuis donaverunt: in primis donationem Godfridi per ſingulas etiam decimas, nimirum, eccleſiam ſancti Nicolai Epiſcopi, quæ fundata videtur eſse in Monte Filizo cum omnibus obedientiis & pertinentiis ſuis: ex parte Guillelmi de Nominata, Eccleſiam ſancti Salvatoris, quæ videtur eſse proxima colli Incendule, una cum ſancto Leone, eccleſiam quæ eſt intra civitatem Florentinam, atque Eccleſiam ſancti Petri Principis Apoſtolorum in Vitiano, inſuper ſancti Stephani

Protomartyris de Franciſca, una cum omnibus ea
rum pertinentiis; & hoc videlicet tenore, ut tu at-
que tui ſucceſſores coram ſubſcriptis teſtibus licen-
tiam tibi Abbati concedimus facere ad commodum
& utilitatem, quam ſæpiſſimè ſupranominati Mo-
naſterii ſanctæ Sophiæ de his omnibus quodcunque
volueritis, & homines per has pertinentias ubicun-
que volueritis, vobiſque pro veſtro libero arbitrio,
ac opinione placuerit, à nobis licentiam recollige-
re habeatis ſine hominibus noſtris qui ſunt in noſtro
dominio. Et has affirmationes, noſtraſque conceſ-
ſiones quas ſupranominato Monaſterio ſanctæ So-
phiæ virginis, & tibi Abbati venerabili, tuiſque
ſucceſſoribus pro remedio, & pro ſalvatione animæ
noſtræ, ac noſtrorum parentum conceſſimus, at-
que pro redemptione parentum, fratrum, ſororum,
conſanguineorum, ſeu amicorum permiſimus, &
per cultrum noſtrum ante ſubſcriptos teſtes tradidi-
mus, ut ſi quis frangere, vel infeſtare, ac decre-
ſcere voluerit vos, defenſores tutoreſque noſtros
hæredes manifeſtamus eſſe contra omnem qui hanc
paginam irritam vult facere. Illud autem quod in-
termiſimus nominare de Godefrido de Baſtia hoc in
loco per unumquemque nominamus, nimirum de
ſancto Nicolao Epiſcopo quem ſupra memoravi-
mus, una cum Eccleſia ſancti Petri Apoſtolorum
Principis, quæ ſita eſſe moderno tempore dignoſci-
tur extra foriſque ante civitatem Baſtiam, una cum
omnibus rebus ſuis, ac Eccleſia ſancti Martini Epi-
ſcopi, atque Confeſſoris, quæ dicitur eſſe in loco
qui nominatur de Cannito, una cum omnibus ſuis
pertinentiis, atque Eccleſia ſancti Georgii Marty-
ris, quæ extra Cannitum eſſe dicitur, cum omni-
bus ſuis pertinentiis, necnon Eccleſia ſanctiſſimæ
Barbaræ virginis, quæ eſſe dicitur in loco qui nomi-
natur Rhodus cum omnibus ſuis pertinentibus, &
Eccleſia ſancti Benedicti, quæ eſſe dignoſcitur in
loco quodam juxta urbem Neapolitanam cum om-
nibus ſuis pertinentiis, & Eccleſiam ſanctæ Catha-
rinæ, quæ ſita eſt in loco qui dicitur Tereno extra
muros civitatis Florentinæ, cum omnibus ſuis per-
tinentiis, necnon & Eccleſiam ſancti Henrici Cæ-
ſaris, quam Gregorius ædificaſſe dicitur, quæ eſſe
dicitur in telo noſtro, loco qui vadit ad plateam pu-
blicam, una cum omnibus ſuis pertinentibus, &
Eccleſiam ſancti Bernardi quam Helena Regina
ædificare viſa eſt in loco qui nominatur Patono in ci-
vitate Medianenſe cum omnibus rebus ad eandem
Eccleſiam pertinentibus, cum terris ſcilicet vineis,
pratis, campis, hortis. caſis, famulis ac ancillis,
mobilibus, ac immobilibus, territoriis, omnibuſque
rebus, quemadmodum ad ſae. noſtrum devenit Pa-
larium. cum omnibuſque pertinentiis ſupranomi-
natis Nunc autem quicunque hanc offertionem no-
ſtram irritam atque in nihilum facere ullo modo,
uliaqueratione voluerit, aut atteotaverit, anathe
matis vinculo religetur. & excommunicetur tan-
quam hæreticus, & ſchiſmaticus, qui Dei Omni-
potentis præcepta ſanctorumque omnium mandata
deſpicit, atque contemnit, & partem atque condi
tionem, ſeu ſocietatem habeat cum Juda pro-
ditore, ac traditore Omnipotentis Domini no-
ſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, & cum peccato-
ribus illis graviſſimis de quibus ſacra Scriptura, ſa-
crumque Evangelium dicit Chore, Dathan & Abi-
ron, quos terra ob enormia crimina, ac peccata
quæ commiſerant vivos & validos abſorbuit atque
deglutivit, & ad æterna perpetuaque ſupplicia re
jecit: qui autem adjutores atque defenſores exinde
fuerint, omni benedictione cæleſti protegantur, ac
perfruantur, & gaudia Paradiſi à Domino Omni-
potente accipiant & poſſideant; & hæc chartula no-
ſtræ confirmationis firma & ſtabilis ſemper perma-
neat, atque in perpetuis temporibus.

Et tibi Sammaro notario noſtro hanc chartulam ſcribere juſſimus.

Signum crucis propria manu Henrici Comitis.
Signum crucis propria manu Galielmi.
Signum crucis propria manu Ricardi de Sarao.
Signum crucis propria manu Ricardi Triſtani.
Signum crucis propria manu Normanni filii.
Signum crucis propria manu Hugonis Aſclitini filii.
Signum crucis propria manu Rocberii filii.
Signum crucis propria manu Roberti filii.
Stephanus Schuldachis de platea publica ubi modo eſt dormitorium.

In nomine Domini Dei Omnipotentis Salvatoris
noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, & in nomine in
dividuæ ſanctiſſimæque Trinitatis. En Rector Ur-
bis Stephanus, prudenſque Dacomarius, amore
charitateque ducti Martyrum invictiſſimorum hoc
facere conſtituunt ut Dominum propitium, cui
non eſt initium nec ullus finis, aut terminus, ha-
beant in perpetuum, dum ad celebrandam ſolemni-
tatem B. Mercurii ego Stephanus Schuldachis cum
magno cœtu Beneventanorum nobilium, nec non
& aliorum bonorum hominum probaſſem in Eccle-
ſia illa in qua ſacrum corpus ejus decenter locatum
eſt, nimirum infra clauſtra cœnobii ſanctæ Sophiæ,
jam tum Dominus Madelmus Abbas ejuſdem Mo-
naſterii vir egregius, ac venerabilis, circumſeptus
aliorum virorum bonorum ordinibus, inter ſaluta-
ria verba quæ ore mellifluo voceque admodum ſo-
nora proferebat, monendo nos ſpernere debere lubri-
cos luxus ſæculi, & totis viribus carni, ebrietati,
aliiſque peccatis gravioribus omni cum fortitudine
ac robore reſiſtere, ſeu opponere nos debere, totiſ-
que viribus Dominum Deum Omnipotentem qui
pro noſtra redemptione carnem humanam aſſum-
pſit, pro nobis mundum intravit, natus in ſtabulo
pauperrime, & tandem poſt ætatem virilem tranſ-
actam pro nobis, parentumque noſtrorum ac no-
ſtris peccatis captus, cæſus, flagellatus, virgiſque
acerrimè cæſus eſt, & tandem morte crudeliſſima
in cruce, qui & Rex Regum erat & Dominus Do-
minantium, pro noſtris peccatis miſerrimè marty-
rizatus occubuit, viamque ad cæleſtem ſuum Pa-
trem nobis præparavit, eundem ſupranominatus
Abbas venerabilis nos ferventer amare admovit &
adhortatus eſt, cœpitque idem Abbas nos anxiè ob-
ſecrare, quatenus pro amore charitateque Omni-
potentis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſalute, ſeu
proſperitate patriæ noſtræ, ac pro ſalvatione ani-
marum noſtrarum concederemus ſibi ad partem ſu-
pranominati Monaſterii plateam illam publicam
quæ moderno tempore eſſe videtur retro parietem
ſupra nominati Monaſterii aperti loco Caballi no-
mine, in qua liceret illis habitacula ædificare, &
habere, ad requiem Monachorum. Igitur ego ip-
ſe Stephanus Schuldachus hoc audiens, ſententias
explorare omnium aſtantium civium cœpi, cogno-
ſcere cupiens utrum tantæ petitioni concedere, nec-
non reſiſtere præſumpſiſſent. Interea ad memoriam
ducitur quid B. Mercurius in tranſlatione ſacri ſui
corporis hac in urbe egèrit, quæ & quanta & qualia à
benigniſſimo Principe hujus patriæ ab ejus ſodali-
bus ſibi fuerint oblata; quæ omnia populus audiens,
magis magiſque accenſus ad amorem Domini, San-
ctorumque omnium in eodem ſacro Monaſterio ſan-
ctæ Sophiæ requieſcentium, libenter optabat juxta
petitionem prænominati Abbatis fieri, cogendo
quidem & obſecrando me ac Dacomarium (quem
ſumma poteſtas præfecit ad gubernandum una me-
cum Rempublicam & populum hujus urbis) in tali
bono propoſito aſſenſum præbere; & quoniam ju-
ſte, recteque petentibus non eſt negandum ſola-
tium, atque conſolatio illis haud quaquam dene-
ganda eſt, & juxta Davidis pſalmum, qui in hæc
verba aureo quaſi ore ac voce prorumpit, ſci-
licet: propè eſt Dominus invocantibus ſe in verita-
tate, necnon in petitione eorum accommodat au-
rem, & voluntates illorum perficiet. Quamobrem
talibus monitis talibuſque adhortationibus adhorta-
ti ac animati, concedimus in eodem ſupranominato
ſacro Monaſterio plateam ipſam quę eſt in nominato
loco Caballo, conjuncta quidem cum pariete ejuſ-
dem Monaſterii uſque in traſeoda illa unde itineran-
tes properant, perguntque ad ſacrum Beneventa-

nom

num Palatiū; ea videlicet ratione, quatenus amodo, & deinceps ipſa noſtra conceſſio perpetuo jure ſit manens ad proprietatem ſupranominati Monaſterii, cum inſerius ac ſuperius, firmiſſimam licentiam habendo ipſe Dominus Madelmus Abbas, ejuſque ſucceſſores, & pars ejuſdem venerabilis loci, in eadem platea ſodere, & ædificium conſtruere juxta eorum voluntatem, integram poſſeſſionem ex eo ſemper obtinentes, ſine qualibet noſtra vel cujuslibet hominis contrarietate. Et hoc ut abſque ulla ambiguitate credatur, manibus noſtris hic nomina ſubter annotavimus.

Et tibi Joanni Clerico ſcribere juſſimus taliter ſcribendum; in anno ſcilicet ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 1082. & anno decimo pontificatus Domini noſtri Summi Pontificis & univerſalis Papæ Septimi Gregorii, in ſacratiſſima Sede Beati Petri Apoſtoli, menſe Auguſto, hoc eſt, 8. Kalend. Septemb. Indict. 5.

Stephanus Docomarius.
Ego Bernardus.
Ego Adelchiſius.
Ego Joannes.
Ego Atenolphus.
Ego Petrus Clericus.
Ego Riſo Cardinalis.
Ego Lambertus Cardinalis, nos omnes ſubſcr.

Landolphus de molendinis in ponte marmoreo.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis. Landolphus divina ordinante providentia Longobardorum gentis Princeps, cum principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus juſte petentibus clementer admodum favet. Quamobrem noverit omnium ſcilicet præſentium, ac futurorum ſagacitas, quoniam Dacomarius noſter fidelis filius cujuſdam Petri Cler. per Roffridum Archiepiſcopum noſtrum dilectiſſimum amantiſſimumque patentem ac genitorem, noſtram acceſſiſſe à Domino protegendam principalem dignitatem, petendo, precandoque, ut concederemus ac confirmaremus ſibi ſuiſque hæredibus, amicis, atque cognatis, omnia & in omnibus, quę & qualia hic inferius declarantur, habenda ac in perpetuum poſſidenda jure quieto; de quibus etenim à nobis petiit ſibi fieri munitiones exinde à nobis, ut conſuetudo, ſeu mos eſt ab anteceſſoribus noſtris: Cujus petitionibus uſquequaque libenter aſſenſum præbuimus, & hos noſtræ munitionis apices inde eis fieri juſſimus: per quos omnino ſancimus, perpetualiterque per præſens hoc noſtrum roboreum. firmitatiſque præceptum concedimus tibi ipſi Dacomario tuiſque hæredibus, ut liceat iam firmamque poteſtatem habeatis quantum eſſe voluerit in ponte marmoreu quod dicitur de lepiuſis, tam ſubtus eodem ponte, quam deſuper eundem pontem rumpere, & rumpere ac confringi facere, & omne ædificium ac laborem, omnemque veſtram utilitatem, quam vobis utile, atque neceſſe fuerit in eodem ponte tam de ſubtus quam deſuper facere faciatis, ſemperque illud ibidem habeatis, abſque ulla cujuslibet moleſtatione; veruntamen, ut pro eadem ruptura atque ædificio ipſe pons non decidat, & ædificium, atque labor ipſe quem deſuper ipſum pontem facitis, non ſit contrarius ad carros oneratos cum lignis omnibus, vel fœno, quæ inde tranſitura ſunt; ac concedimus vobis habendum quodcunque ad partem noſtræ Reipublicæ evenire debet de omni negotio per eundem pontem tranſituro. Sed & concedimus vobis ipſi Dacomario, tuiſque hæredibus viam illam publicam, quæ pergere videtur ab eodem ponte inter terram tuam & terram Archiepiſcopi hujus Benevent. civitatis, atque erga murum ipſius noſtræ Beneventanæ civitatis, atque ſecus vallonem unde aquæ de molinis tuis, & de aliis molinis modo decurrunt, ut licentiam firmamque poteſtatem habeatis viam ubi atque quantum volueritis cavare ac cavare facere, necnon aquæductus inde derivare ad utilitatem de molinis tuis ſecundum veſtram voluntatem, liberumque veſtrum arbitrium, omne præterea ædificium omnemque laborem quem neceſſe habueritis, abſque aliqua cujuslibet contrarietate; & pro eadem via quam pro ipſo veſtro ædificio atque labore juxta eadem; ſi turris, catena, murus, aut mœnia illa aliquando deſtruantur, liceat vobis inter ipſam catenam, & murum in eadem turri rumpere in altitudinem & latitudinem in laxitudinem & transforatum quantum volueritis, ut homines illi qui de die in diem ſinguliſque horis inde tranſituri ſunt bene, necnon commode poſſint inde cum ſuis animalibus, cæteriſque rebus quas habent, aut tranſtulerint ac eorum omnibus utilitatibus tranſire; & eandem turrim quæ jam nunc ad cadendum quaſi poſita eſt, liceat vos reſtituere antiquæ formæ ac ſtatui, omneque ædificium omnemque laborem qui vobis placuerit ad veſtram utilitatem ac commodum & pro veſtro libero arbitrio ibidem habeatis ac faciatis, & ſemper habeatis, cum via & andito, cum omnibus veſtris utilitatibus, tam per ſcalas ipſius muri, quam & per andita illius muri; tantummodo ſic habeatis eandem turrim omni tempore conciatam, ut ex ipſo veſtro ædificio ac labore eadem turris non cadat. Ea etenim ſanctione cuncta hæc quæ ſupra leguntur noſtra conceſſione, ac confirmatione tibi ipſi Dacomario, ac hæredibus tuis illa omnia conceſſimus, & confirmavimus, quatenus amodo & ſemper tam tu, quam & hæredes tuis, & quibus à vobis data paruerit, illorumque hæredibus illa omnia habeatis, ac poſſideatis, omniaque exinde faciatis, quæcunque volueritis vobiſque placuerint, ſine ullius Comitis, Gaſtaldi, ſeu Judicis, vel Schuldachi noſtri, aut cujuſcunque perſonæ hominum aliqua contrarietate vel moleſtatione, aut inquietudine à nemine ex hoc vobis in aliquo ingerente contrarium. Si quis vero contra hæc quæ ſupra legimus, lectitavimuſque quoquomodo agere, aut irritum facere præſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum eſſe auri puriſſimi libras centum quinquaginta, medietatem noſtro ſacro Palatio, & alteram medietatem vobis, veſtriſque hæredibus, & in poſterum ſemper omnia illa quæ ſupra ſcripta ſunt in prænominata ratione vobis firma, ac ſtabilia permaneant. Ut autem hæc noſtra conceſſio, ac confirmatio ab omnibus veriſſime credatur, atque immobiliter obſervetur, ſcriptura propriarum manuum ea ſubter confirmavimus, annulique noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Carus Clericus ut Notarius atque ſcriba ex juſſione ſupranominatæ poteſtatis ſcripſit, in anno ab Omnipotentis Domini noſtri Jeſu Chriſti Incarnatione 1077. & quarto anno pontificatus Domini noſtri Summi Pontificis & univerſalis Septimi Papę Gregorii in ſacratiſſima ſede Beati Petri Apoſtolorum Principis, & trigeſimo nono anno principatus Domini noſtri Landolphi glorioſiſſimi Principis, de menſe Januar. Ind. 15.

Actum in ſacro Beneventanorum Palatio, feliciter admodum.

Landolphus de curte in Suſiano.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Domini æterni, in nomine ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis. Conceſſimus nos Dominus, ac vir glorioſiſſimus Landolphus Domini Omnipotentis gratia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Buſi Prioris venerabilis noſtri, tibi Auſonio hortulano, necnon & filio Magiri, Domini noſtri curtem in loco qui nominatur Suſiano in integrum, quæ olim majorumque noſtrorum tempora ſpectavit pertinuitque ad filium Tereſium cum ſervis juxta ac ancillis, mobili, atque immobili, ad eādem curtem ſpectantibus; eo quod propter crimina illius commiſſa haudquaquam immerito legibus ad noſtram devenit auctoritatem, tibi ſupranominate eandem curtem cum ſupradictis omnibus habendam, ac poſſidendam conceſſimus; in ea nimirum ratione, ut amodo ac deinceps per hoc no-

ſtrum roboreum firmitatiſq; præceptum ſupranominata omnia quemadmudum ſupra tractatum eſt, tu una cum hæredibus tuis habere & poſſidere valeatis necnon & poſſitis; à nemine quoque ex noſtris, hoc eſt Comitibus, aut à quibuſcunque gentibus habeatis in minima etiam re aliquam requiſitionem, aut moleſtiam, veruntamen ſemper perpetuiſque temporibus poſſideatis.

Quod autem præceptum juxta ac mandatum conceſſionis ex juſſione nominatę poteſtatis ſcripſi ego Theobaldus not.

Actum in civitate noſtra Beneventana 1092. anno ab Incarn. Domini Omnipotentiſque Servatoris noſtri, menſe Septemb. Ind. 15. feliciter admodum.

Lambertus Dux.

In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis, permiſimus nos Dominus, ac vir glorioſiſſimus Lambertus Domnipotentis gratia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Everhardi Theſaurarii noſtri, tibi Winandu procuratori noſtro, terram & vineam mudios viginti, quam Leo, & Theodorus liberi homines à ſamulis noſtræ provinciæ fraude ac dolo abſtulernut vectigalia dari remigiu; ea nimirum ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum firmitatiſque præceptum prænominatam terram tu una cum hæredibus tuis habere atque in diuturna admodum tranquillitate, habere & poſſidere valeatis, & à nemine ex noſtris ſuperioribus, id eſt Comitibus, habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus, ut ſuperius conceſſimus, tu ſupranominatam terram poſſideas.

Quod autem præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Leo Notarius.

Actum in civitate noſtra Beneventana in ſacro noſtro Palatio, quarto anno, menſe Decemb. ab Incarn. Omnipotentis Domini Jeſu Chriſti an. . . . . Ind. 14. proſpere admodum.

Rodolphus de loco in Vineeto.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini Omnipotentis, & in nomine individuæ Trinitatis. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus ac Magnificus Dominus Rodolphus ſummus Princeps gentis Beneventanorum tibi Odoaldo referendario noſtro, filium nomine Conſtantium, una cum muliere, filiis ac filiabus ſuis, qui in terra noſtra ad habitandum, vitamque tranſigendam ſine licentia Imperatoris, Conſulis, atque aliis omnibus Senatoribus, ſub quorum jure ac licentia locus ille ſupranominatus eſt; quorum bona ac opes ab hodierna luce tu habeas, atque poſſideas, & in tui juris dominio illis utaris, defendas, ac tuearis, tam tu qui ſupra nominate, quam & filii filiorum, aut amicorum tuorumque conſanguineorum omnium, & à nullo unquam tempore à nullo quopiam mortali unquam habeas diebus vitæ tuæ quamdiu tibi vita ſuperſtes fuerit, aliquam quæſtionem, aut ullam in minima re moleſtiam, veruntamen perpetuis temporibus hoc ob noſtrum firmiſſimum roboreumque mandatum ac edictum ſecuriter firmiterq; vos ſupra nominati ipſas prædictas res territoria nimirum, mobilia & immobilia, cum omnibus illorum rebus cum ſanitate vitaque diuturna frui, ac poſſidere valeatis.

Quod autem præceptum mandatumque conceſſionis, ex juſſione & licentia ſupranominatę poteſtatis ſcripſi ego Notarius civitatis Beneventanæ ac Referendarius ſacratiſſ. noſtri Palatii, in anno ab Incarnatione Omnipotentis Domini noſtri Jeſu Chriſti . . . .

Actum in ſacro noſtro Beneventanorum Palatio menſe Novembri, per Indictionem ſecundam feliciter.

Madelmus de templo ſancti Benedicti.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctiſſimæ atque individuæ Trinitatis. Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Madelmus Domini Omnipotentis providentia Longobardorum gentis Princeps, dulcis piæque recordationis ac memoriæ, per rogum Antornati fidelis noſtri tibi Ergelberto fideli noſtro integram domum, una cum terra vacua intra hanc Beneventanam civitatem juxta templum ſancti Benedicti, quæ fuit liberi hominis filii Teraſii, pro eo quod ſine hæredibus ex hoc mundo & ex hac vita migravit; in ea nimirum conditione, ac ratione, ut amodo & in perpetuis temporibus per hoc noſtrum firmum mandatum, ſupranominatam caſam cum jam nominata terra, una cum hæredibus tuis amicis, atq; cognatis habere ac poſſidere multis adhinc temporibus poſſitis, & à nemine ex noſtris Judicibus, Senatoribus, id eſt, Comitibus, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, aut moleſtiam, veruntamen perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod autem præceptum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis dictavi ego Henricus Referendarius tibi Bernardo notario ſcribendum.

Actum in civitate Beneventana, decimo nono anno, ab Incarn. Omnipotentis Domini ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti . . . . . menſe Julio Indictione 15. feliciter & proſpere admodum.

Madelmus de terra quæ ſita eſt intus hanc Beneventanam civitatem.

In nomine Domini Omnipotentis Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctiſſimæ, atque individuæ Trinitatis. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus, necnon eximius Madelmus Domini Omnipotentis providentia ac gratia gentis Beneventanorum Princeps, per rogum Hermanni Subdiscoui noſtri tibi ſupra nominato Joanni Diacono noſtro, terram illam ante civitatem noſtram, ubi tempore Domini Tiroaldi horreum ſtetit; nec non & habet eadem ſupranominata terra in latitudine paſſus viginti quinque, & in longitudine centum & quinquaginta, quam Bartholomæus Duddus ſine noſtro mandato tenuit, & ipſe ad Florentinos ſe contulit; in ea nimirum ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum firmitatiſq; mandatum prænominatam terrã tu & hæredes tui habere & poſſidere valeatis, & à nemine ex noſtris Judicibus, Principibus, aut Senatoribus, vel à quibuſcunque gentibus, aut hominibus habeatis aliquam quæſtionem aut reprehenſionem, veruntamen omni tempore poſſideatis.

Quod autem præceptum confirmationis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Godefridus Notarius.

Actum Beneventi in Palatio anno ſecundo, menſe Martio, Ind. 15. feliciter admodum.

Adelchis de Dracone.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini Omnipotentis. Permiſimus nos glorioſiſſimus Adelchis Domini Omnipotentis gratia Longobardorum gentis Princeps & Comes per rogum Jacobi Referendarii noſtri tibi Leonardo germano noſtro eandem rerum ſubſtantiam Draconis ex genere Iberiorum, Hugonis hominis libertare donari, hoc eſt, mobile, ac immobile, quemadmodum jure legibuſque ad noſtrum ſacrum devenit palatium; ea nimirum ratione ac cauſa, quia abſque hæredibus mortem una cum vita commutavit; in ea quippe ratione, ut amodo & deinceps ob hanc noſtram firmiſſimam indictionem ea quæ ſuperius leguntur tu una cum cognatis, amicis, hæredibuſque habere nec non poſſidere poſſitis; & à nullo ex noſtris Judicibus, hoc eſt Comitibus, vel à quibuſcunque gentibus habeatis aliquam requiſitionem ſeu quæſtionem, veruntamen perpetuis temporibus habeatis.

Quod autem mandatum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Jodocus Notarius.

Actum Beneventi in ſacro noſtro Palatio, quinto anno, menſe Decemb. ab Incarn. Omnipotentis Domini noſtri Jeſu Chriſti . . Ind. 15. feliciter admodum.

Marcianus de Eccleſia S. Mariæ.

In nomine Domini Omnipotentis Jeſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctiſſimæ & indi-

viduç Trinitatis. Confirmamus nos Dominus vir glorioſiſſimus atque ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogum Arnoldi Abbatis noſtri propter penſionem ſanctiſſimæ Genitricis Mariæ & ſancti Marciani, Eccleſiam, quam quidem Abbas à novo fundamento exſtruere, ac ædificare viſus fuit in loco qui nominatur Gerra; quatenus per noſtrum firmitatis mandatum, ſeu præceptum, quod Lantentius venerabilis vir Beneventanæ provinciæ ſigillavit, necnon confirmavit; veruntamen noſtra benigniſſima excellentia in prænominato templo hoc noſtrum firmitatis mandatum firmavit, in ea ratione, ut tantummodo ad Beneventanam noſtram provinciam audientiam habere debeat, quemadmodum & aliæ noſtræ eaecutiones, ſit ſemper in poteſtate ordinandi, & à nullo ex noſtris ſuperioribus, vel à quibuſcunque gentibus nunquam habeas aliquam moleſtiam contra illa quæ noſtra confirmavit celſitudo, veruntamen perpetuo in ſui juriſdictione quomodocunque veſtris ſuperioribus placuerit, aut etiam noſtris ſucceſſoribus, ipſe idem ille Præſul qui ibidem electus fuerit, libero nomine ac arbitrio vitam tranſigere poſſit.

Quod autem mandatum permiſſionis ex juſſione nominatæ licentiæ ac poteſtatis ſcripſi ego Andrſuſus notarius.

Actum in civitate noſtra Beneventana in Palatio, menſe Aprili. per Ind...... feliciter admodum, ab Incarn. autem Omnipotentis Domini noſtri an.........

Tereſius de Oceano.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni, & in nomine ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis, nos vir glorioſiſſimus Tereſius Domini favente providentia Longobardorum gentis Princeps per rogum Joannis Comitis noſtri conſanguinei ob remedium animæ noſtræ Monaſterio eidem S. Lamberti poſſidendam totam illam aquam, ac fluvium, qui ad ſacrum noſtrum Palatium pertinuit, piſcationem nimirum illam damus ex animo & concedimus pro libero arbitrio in eadem aqua piſcari omnes in Monaſterio Sanctæ Sophiæ viventes poſſint, & quando illis placuerit; in eo ordine ac ratione, ut ulterius non pergatis quam ab hac via publica uſque ad Monaſterium ſancti Bennonis, ut tantum in toto habeatis centum & triginta paſſus in longitudine, & in latitudine centum; quemadmodum jure ac legaliter ad noſtrum ſacrum Palatium devenit; in ea nimirum conditione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum, firmitatiſque mandatum tu atque hæredes tui, amici & conſanguinei firmiſſimis perpetuiſque temporibus habere ac poſſidere valeatis; & à nemine ex noſtris Senatoribus, Comitibus, aut Principibus habeatis ullam in minima etiam re moleſtiam ac reprehenſionem, veruntamen omni in tempore tranquilla pace frui poſſitis illis.

Quod quippe mandatum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego Lambertus Notarius.

Actum Beneventi anno decimo nono menſe Maio, Ind. 7. & ab Incarn. Omnipotentis Domini noſtri Jeſu Chriſti anno.......... feliciter admodum.

Balthoſar Comes de famulo ſuo.

In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis, permiſimus nos vir glorioſiſſimus de Domini providentia Beneventanorum gentis Princeps, per rogum Diaconi noſtri tibi Aldegundæ filiæ puerum nomine Philippum, qui fuit ſervus tuus cum Elberta uxore ſua quæ fuit libera, damus licentiam, in ea nimirum ratione ut amodo & deinceps per hoc noſtrum firmitatis edictum prænominata omnia tu, & amici ac cognati tui habere ac poſſidere valeatis, & quodcunque ex familiis facere volueris, in tua ſemper ſit poteſtate, & à nemine ex noſtris Judicibus, id eſt, Comitibus, Gaſtaldis, vel à quibuſcunque hominibus, aut gentibus habeatis aliquem requiſitionem, verumtamen nunc in perpetuis temporibus poſſideatis.

Quod autem mandatum conceſſionis ex juſſione no-

A *minatæ poteſtatis dictavi ego Auſemius Referendarius tibi Franciſco Notario ſcribendam.*

Actum in civitate Beneventana, menſe Aprili per Ind. 8. feliciter admodum.

Adelchis de filiis ſuis.

In nomine Domini Omnipotentis noſtri Jeſu Chriſti, permittimus nos Dominus vir glorioſiſſimus ſummus Princeps gentis Longobardorum per rogum Sartoris noſtri tibi gaſtaldio proles duas, quatenus illas habeas & poſſideas, & pro arbitrio tuo regas ac educes, tam tu quam etiam amici atque cognati tui; nemo ex noſtris ſuperioribus in aliqua re contradicat, aut contradicere præſumat, veruntamen noſtra conceſſio omni in tempore inviolata permaneat.

Quod autem mandatum permiſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego referendarius, ac Notarius civitatis Beneventanorum in Palatio, menſe Auguſto. per Indictionem 9. feliciter admodum, anno ab Incarnatione Domini Omnipotentis noſtri.........

B *Pandolphus de ſtrada quæ vadit ad Curtem.*

In nomine Domini Dei Omnipotentis Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Domini æterni, & in nomine ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis. Ego Pandolphus divina Omnipotentis providente gratia Longobardorum gentis Princeps cum principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus juſte ac recte petentibus ac inſtantibus clementer admodū faveat. Quamobrem noverit omniū fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet ac futurorum ſagacitas, quoniam fidelis noſter Anaſtaſius per amantiſſimum genitorem noſtrum, noſtram quam ſæpiſſime acceſſit auctoritatem, inſtititque ac rogavit de die in diem, protulitque ut permitteremus illi alteram partem de cunctis omnibuſque rebus, quæ pertinuerunt ad famulum noſtrum liberum hominem, qui ſine hæredibus ex hoc mundo ad æternum throni palatium migravit, eamque ob cauſam quoniam nec amicos habuit, bona illius legaliter, & jure ad ſacrariſſimum devenerunt palatium: præ-C terea permittimus illi latitudinem in eadem ſupra nominata via recta quæ pergit ad urbem civitatemque Campanorum; & quia clementia noſtra petitionem ipſius æquo animo admiſit, hos noſtræ munitionis apices exinde fieri curavimus & mandavimus; per quos omnino ſancimus & perpetualiter per præſens hoc noſtrum roboreum præceptum, aut mandatum prænominatas petitiones de omnibus rebus quæ fuerunt ipſi conceſſimus, ut in perpetuis temporibus illa omnia habearis; veruntamen ut hæc omnia quæ jubemus atque mandavimus ab omnibus recte beneque obſerventur, manu propria ſubſcripſimus annuliſque noſtris juſſimus ſigillari.

Urſus Clericus ac ſcriba ex juſſione ſupranominatæ poteſtatis ſcripſit.

Datum in civitate Beneventana quinto nonas Novemb. in anno 32. Ind. 17.

Jodocus & Aldiſius.

In nomine Domini Dei Omnipotentis noſtri Jeſu Chriſti, & in nomine ſanctiſſimæ & individuæ D Trinitatis, Jodocus & Aldiſius divina ordinante providentia Beneventanorum gentium Comes cum principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus juſte petentibus clementer favet, necnon concedit. Quamobrem noverit omnium noſtrorum fidelium præſentium ſcilicet ac futurorum ſagacitas, quod Joannes, qui fuit habitator in domo Tacconis, per Lambertum dilectum fidelem noſtrum, noſtram acceſſit clementiam & dominationem, ut permitteremus ac confirmaremus ea quæ hic inferius nominantur poteſtate legitima; de quibus etiam firmitatem aliquam ſibi fieri voluerunt à noſtra dominatione; cujus petitioni quam primum locum dedimus hos noſtræ firmitatis probationes exinde fieri mandavimus, per quas plane ac omnino ſancimus, ac perpetualiter confirmamus per præſens hoc noſtrum firmiſſimum præceptum ac mandatum, concedimus, ac confirmamus tibi Tenſenio fideli noſtro, tuiſque ſucceſſoribus, omnes illas gen-

tes libertate dotatas tam peregrinos, quam etiam alios qui Reipublicæ, mandatoque Senatorum non adhærent, ut, omnes illos, filioſque illorum in poteſtate veſtra habeatis, & una cum hæredibus illorum obtineatis ea omnia quemadmodum in decreto noſtro confirmavimus & fieri juſſimus; facientes exinde quæcunque etiam volueritis, aut vobis placuerit, nemine exinde vobis in aliquo contrarium Ingerente.

Dictavi ego Adolphus oeferendarius tibi Vincentio Not. civitatis noſtræ Beneventanæ ſcribendum ex juſſione ſupranominatæ poteſtatis.

Actum Beneventi, in anno ab Incarnatione D. N. Jeſu Chriſti.... feliciter admodum.

Leonardus & Winandus de portu Summa.

In nomine Domini Omnipotentis Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Domini Omnipotentis, & in nomine ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis, nos Dominus Winandus divina ordinante providentia Beneventanorum gentis Princeps. Concedimus tibi Joanni dilectiſſimo amantiſſimoque Comiti noſtro patrem, nec non & filium, & terram illam prope hanc Beneventanam civitatem foris ante portam Summam, quæ eſſe dicitur inter duas vias publicas, una quæ venit intra eandem portam, & alia quæ deſcendit ad ipſum Lavitum; ut tam tu quam & hæredes tui eandem habeatis, atque poſſideatis, nulla imminente aliqua moleſtia, ſed pacifice obtineatis.

Actum in civitate Beneventana 15. anno feliciter ac proſpere admodum.

Jordanus Epiſcopus de S. Martino.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, ejuſque ſanctiſſimæ Genitricis, temporibus Domini viri glorioſiſſimi ... ſummi Ducis gentis Longobardorum anno viceſimo quinto Ducatus ſui magnifici, menſe Martio Indictione decima Conſtituimus nos Dominus vir excellentiſſimus hujus ſacratiſſimæ ſanctæ Sedis ... ob ſolutionem Eccleſiæ S. Martini tibi Traſemundo Schuidacho, qualiter ipſam frequentius nominatam Eccleſiam ex imis ſundamentis uſque ad culmen conſecrationis extruere viſus es in tua propria mente ac voluntate, loco qui dicitur Solonus, qui eſſe dicitur in Vento Canineana; in eo nimirum convenimus cum eadem Eccleſia, ut nullus Epiſcopus, Diaconus, aut Subdiaconus licentiam in ea dominandi, regendique habeat, veruntamen illos in libero arbitrio ac voluntate relinquat, aut ſubtrahendi, per quem titulum excepto Presbytero, quem tu nominate Traſemunde, vel tui hæredes per tempora ordinare voluerint, ipſam jam nunc d. Eccleſiam noſtris, vel à nobis omnibus permiſſione in nominatam ſanctam Sedem perveniat conſecrandus ſecundum Canonicam ſanctionem, nam aliam nullam præterquam eam habeas rerum poteſtatem, ac licentiam dominandi; neque à me Jordano Domini ſavente gratia Epiſcopo, neque ex poſteris meis unquam habeas aliquam requiſitionem, vel reprehenſionem de hac mea abſolutione, veruntamen & ex nunc uſque in perpetuum, qualiter ſuperius legere eſt, in eadem ratione ac propoſito permanere valeas.

Quod vero præceptum, at conceſſionem tibi Jordano ſcribere in noſtra omnium Senatorum præſentia mandavi, & annulo noſtro ſignum uſſimus coborandum.

Actum Beneventi in Palatio menſe Jun. Ind. 1. feliciter admodum.

Ego Jordanus teſtis.
Ego Aegidius teſtis.
Ego Levita teſtis.
Ego Clerus teſtis me propria manu ſubſcripſi, anno ab Incarnatione Domini Omnipotentis ....

Giſolphus de ſancto Aegidio.

In nomine Domini Omnipotentis Domini noſtri Jeſu Chriſti, divina Servatoris noſtri inſpirante clementia Reverendiſſimus Dominus atque Comes firmavimus, atque concedere prævidimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Dux gentis Longobardorum

A illa quæ in initio Ducatus noſtri per noſtrum mandatum vobis excellentiſſimo Zachariæ Abbati confirmavimus ac conceſſimus nos Dominus vir eximius, qualiter bonæ piæque memoriæ, ac recordationis Dominus genitor meus vobis eandem conceſſionem donavit; hoc eſt, Monaſterium ſancti Ægidii, tam domos & ædificia, quam curtes, & omnes res adpertinentes, vel omnem cenſum quem in eodem loco majores noſtri prædeceſſoreſque tranſmiſerunt, & quodcunque in eodem ſacratiſſimo loco ſpectare videtur; ut omnia atque in omnibus in tua ſint poteſtate ac licentia, ut quem tu in vita tua quamdiu tibi vita ſuperſtes fuerit elegeris Priorem, ac Præpoſitum, poſt tuum diſceſſum idem Prior, ac Præpoſitus eſſe inveniatur, & nullis aliquando Epiſcopis morem gerere cogatur, veruntamen in ſua permaneat libertate ac arbitrio, & ad ſacram noſtram obedientiam ſolummodo pertineat. Illud ipſum quoque vobis firmare prævidimus, ut

B neque filii & poſteri noſtri, nec ullus Senatorum civitatis noſtræ unquam habeat licentiam vobis, aut cuivis veſtrum quemlibet hominem in ſervitium dare vel etiam ad habitandum acceptare, niſi quem nominatus Prior, aut poſteri illius, aut qui ibidem præfuerint, permiſerit; ſed hanc noſtram conceſſionem univerſis ab hominibus ſtabilem & firmam volumus permanere.

Quod autem præceptum renovationis ex juſſu atque mandato ſupranominatæ poteſtatis ac licentiæ dictavi ego Joannes referendarius tibi Gerbardo Notario noſtro ſcribendum.

Actum Beneventi in Palatio menſe Septembri, per Ind. 12. feliciter.

Pandolphus de Porticu.

In nomine Domini Omnipotentis Domini noſtri Jeſu Chriſti, Domini æterni. Nos vir excellentiſſimus Pandolphus Beneventanæ provinciæ Princeps & Dux, Domini Omnipotentis miſericordia commotus, & pro ſalute necnon redemptione animæ

C noſtræ & omnium noſtrorum parentum, amicorum, cognatorumque conceſſimus in Monaſterio Sanctæ Annæ totum noſtrum porticum, quod ex eodem Monaſterio per morem, ut in omnibus fere provinciis conſuetudo eſt, dare debetis in civitate Beneventana, tam de loco quam etiam de agris omnibus ædificiis circumjacentibus; ita ut nec ulla in Monaſterio veſtro perſona excipiatur, veruntamen omnia quę quotannis ex eodem ſupra nominato Monaſterio in civitatem noſtram ablegata fuerit, ſive ſervi, ſive liberi homines inibi ſpectantes, qui in prænominata noſtra provincia ab omni penſu, ac datione liberi ſint, & à nullis noſtris Judicibus habeant in minima re aliquam requiſitionem cuſtodes nominati Monaſterii, veruntamen amodo & in perpetuis temporibus ea quæ conceſſimus ibidem firmiter ac ſecuriter poſſideant.

Quod autem præceptum ſeu mandatum conceſſionis ex juſſione nominatæ poteſtatis, ſcripſi ego Leo Not. Actum in civitate Benevent. quinto anno menſe Augu-

D *ſto, Ind..... feliciter admodum; ab Incarn. Omnipotentis Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno....*

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, & in nomine ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis ego Dom. vir glorioſiſſimus Longobardorum gentis Princeps, cum principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus clementer ſavet petentibus. Quocirca noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, quoniam Angelica quaſi inſpirante clementia ac benignitate horam diei qua ex hoc vitæ curriculo migraturi ſumus, animo intigere inchoavimus, ut quando de hac luce miſerrima abire neceſſario tandem aliquando debuerimus, hæc noſtra permiſſio pro liberatione animæ noſtræ miſerrimæ, tam & pro ſalvatione animarum, amicorum, parentum, atque cognatorum omnium, quam & pro ſalvatione noſtri Principatus ante Tribunal æterni Judicis, ac Salvatoris no-

ſtri.

ſtri. Quamobrem cogitando de die terribilis illius Judicis, nec non & retributione uniuſcujuſque ſecundum peccata ſua quæ in hoc mundi pelago commiſit; quoniam Deus Omnipotens hanc in ſententiam per ſemetipſum dignatus eſt prorumpere: Vigilate quoniam latet vos dies, ac hora; ut cum Dominus Omnipotens de hoc ærumnoſo vitæ ſtatu accerſiri juſſerit, orantes devote nos inveniat; quemadmodum ipſa per ſe veritas agit quem Salvator, ac Redemptor noſter vigilantem comprehenderit: Non attendamus quid habemus, veruntamen magis quid & quod ſumus. Quemadmodum dum hæc tali modo animo volveremus; quoniam majorum noſtrorum tempore fuit Hoſpitale hoſpitii modo factum ad Eccleſiam nomine ſancti Conſtantini, ſitam nimirum intus hanc Beneventanam civitatem, in loco qui quondam majorumque noſtrorum tempore ad Generoſum nominari ſolebat; quod autem templum ſpectaſſe dicitur ad Monaſterium S. Mariæ Annunciatæ, constructum nimirum Monaſterium illud prope civitatem Florentinam, verum quamplurimorum hominum negligentia deſtructum & in nihilum redactum eſt. Quamobrem pro amore charitateque Omnipotentis Domini noſtri ac remedio animarum noſtrarum commodum ſpectare cœpimus. Quamobrem concedimus ac confirmamus ædificandum hoſpitale ad permanendum omni tempore in Eccleſia vocabulo ſancti Marciani, quæ extructa eſſe apparet foris hanc noſtram civitatem Beneventanam trans ipſum fluvium Ponticellum infra ipſam viam publicam; quod templum pertinens eſt ad ſupra nominatum Monaſterium noſtrum, atque confirmamus in nominata Eccleſia S. Joan. Baptiſtæ ad ſemper & in perpetuis temporibus pertinendum ad idem nominatum Monaſterium ac hoſpitium quod juxta idem Cœnobium conſtructum eſſe apparet, in commodum & utilitatem ipſorum peregrinorum, qui ad idem hoſpitium appulerint in eorum utilitatem hoſpitale illud integrum ipſam vineam & terram ſecus eandem viam quam Joannes Comes contulit in præfato hoſpitali, ſeu & integras alias res de locu Cupuli ubi Caſale rimuli vocatur in finibus muniti, quas Grauſo, qui modo eſt Religioſus & filius Iſapi, donavit pro liberatione animarum parentum ac amicorum in nominato Monaſterio offerre viſus eſt. Simulque concedimus ac confirmamus in eodem hoſpitio permanendum atque licenter faciendum unum molinum trans eundem ipſum fluvium. Hæc omnia quemadmodum prælegitur confirmavimus cum viis & aquis omnibuſque pertinentiis mobilibus ac immobilibus, omneſque illos homines, qui in eodem loco morantur, ut ſint ſemper liberati ab omni moleſtia militum, principum ac cenſuum; ea nimirum conditione ut amodo & in perpetuis temporibus prænominati Domini poteſtatem habeant omnia illa quemadmodum prælegguntur pro ſuo libero arbitrio ac voluntate regere, moderari, & ad laborandam dare, & quodcunque ex illis ipſis rebus Dominus donaverit, veruntamen quodcunque etiam oblatum fuerit, totum in illorum ſit poteſtate moderandum, & hoſpites qui illac venerint poſt illorum diſceſſum ex hac vita quicunque hoſpitale regere viſus fuerit, poteſtatem habeant omnia illa ſupra nominata tenere necnon poſſidere. Et quicunque ex illis quæ prælegguntur quomodocunque removere, aut in minima etiam re contradicere voluerint, & eo modo quo præceptum eſt ſemper omnique tempore non obſervaverint, aut ſi ullam moleſtiam, necnon violentiam intulerit, notum perſpectumque habeat, ſe jure, quo tenetur, compoſiturum ſolidos mille in eodem Cœnobio; & demum habeat maledictionem ab Eccleſia & excommunicationem, & una cum Core, Dathan & Abiron, necnon cum Juda traditore Omnipotentis Domini noſtri Jeſu Chriſti participet, necnon & conjungatur. Quamobrem ut hæc noſtra conceſſio atque confirmatio bene ab omnibus obſervetur, manu propria ſubſcripſimus, annuliſque noſtris juſſimus ſigillari.

A *Marcus ſcriba Beneventanorum ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi in anno quinquageſimo Principatus Domini Landolphi glorioſiſſimi Principis menſe Julio indict. 13.*

Ego Robertus Diaconus ſubſcripſi.

Actum in ſacratiſſimo Beneventanorum Palatio, anno ab Incarnat. Omnipotentis Domini noſtri milleſimo quinquageſimo nono, feliciter admodum.

Hieronymus Martino Abbati.

In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & in nomine ſanctiſſimæ atque individuæ Trinitatis. Ego Hieronymus ſervus ſervorum Domini, dilecto filio in Chriſto Martino Abbati Monaſterii S. Vincentii intra civitatem Syracuſanam ſiti, cui Domino providente præſidere cognoſcitur ſub tutela & juriſdictione Sedis Apoſtolicæ, quemadmodum hactenus fuit, perpetuo permanere, per præſens hoc noſtrum mandatum, ſancimus, & ſolummodo Romanæ Eccleſiæ ſubditum ab omnium hominum Dominorumque ſervitio liberum haberi volumus. B Nos quoque tibi, necnon poſteris tuis præſenti noſtro Privilegio tribuimus cellas, præterea villas, quæ Prædeceſſorum tuorum vel tua induſtria prænominato videntur Monaſterio juſte ac legaliter acquiſita, poſſidendas omni in tempore confirmamus, hoc eſt, Eccleſiam S. Benedicti quæ nominatur Xenodochium ſancti Andreæ intra ipſam civitatem Beneventanam Eccleſiam S. Mariæ Virginis genitriciſque Domini Dei Omnipotentis noſtri, & Eccleſiam S. Petri Apoſtolorum Principis, Eccleſiam ſancti Lanſenii epiſcopi in loco Mareminо nominato, Eccleſiam s. Gertrudis, s. Annæ in Perino loco, ſancti Leonardi foras eandem civitatem Florentinam, s. Cuniberti Epiſcopi, s. Cordulæ Virginis, ſanctæ Urſulæ cum ſociis ſuis nimirum duodecim millibus ad Olivellam, & s. Mariæ de Indulgentiis, Claræ Virginis, ſanctæ Agathæ Martyris ad duodecim Apoſtolos una cum omnibus pertinentiis, in agro Sylvio, s. Petri, s. Auguſtini, ſancti Gulielmi, s. Hyacinthi, s. Ludovici, C ſancti Pantaleonis, apud s. Mariam in Porticu s. Euſtachii, ſancti Alexii, s. Anacleti, s. Leonis, ſancti Gereonis, s. Blaſii, & s. Georgii, ſancti Ambroſii, s. Monicæ, s. Alexandri in Paſcuo, s. Laurentii s. Lucæ Evangeliſtæ, s. Brigidæ, ſancti Joannis ad Cordulam, s. Maximini in loco qui Cumea nominatur. s. Engelberti, s. Columbæ Virginis, s. Mauri, s. Victoris cum omnibus ſuis pertinentiis mobilibus ac immobilibus, s. Lamberti in loco vocabulo Fænorio, s. Marcelli, ſancti Pantaleonis, s. Gereonis, s. Chriſtophori, ſancti Palumbi, s. Gerhardi, & in loco qui nominatur Brinco, s. Deſiderii, s. Hugonis, ſancti Dionyſii, a Matthiæ, s. Joannis, s. Florentii, s. Naboria, s. Rochi, s. Sebaſtiani, s. Adriani. Hæc ſupra nominata omnia damus ac concedimus confirmamus tibi ſupra nominato Martino, atque in perpetuum corroboramus, omnia quæcunque ſupra nominata Eccleſia habuerit, aut etiam acquiſierit, tam in Eccleſiis, caſis, terris, vineis, hortis, olivetis, D pratis, campis, paſcuis, caſtellis, ſilvis, campis, ac in ſervis & ancillis, quam in omnibus rebus ac poſſeſſionibus, mobilibus ac immobilibus, & quæcunque hactenus acquiſivit aut acquirere potuerit, illi firmata ac corroborata piorum bonorumque hominum præceptis; quandoquidem illa capella in Capuano ad partem alterius devenerit, in Palimure capella S. Bartholomæi Martyris & Apoſtoli, s. Claudii, s. Hermanni, ſancti Adolphi, s. Memorati, s. Marciani, s. Fabiani, s. Henrici, & curtem de capillo, hæreditatem de Sepiano, Eccleſiam s. Annæ. Hæc omnia ut ſuperius legitur tibi Martino chariſſimo amantiſſimoque Abbati noſtro concedimus, illis tu una cum poſteris tuis, amicis ac cognatis frui, quandocunque tibi libet aut placet, poteris. Si vero quiſpiam mortalium contra hanc noſtram conceſſionem verbo vel facto, aut in minima etiam re ſe oppoſuerit, ſciat ſe abſque omni miſericordia & remiſſione compoſiturum

cen-

centum quinquaginta libras auri puriſſimi; & ab omnibus Chriſti fidelibus ſegregetur, & partem habeat cum Core Dathan & Abiron, & cum Juda traditore Omnipotentis Domini noſtri Jeſu Chriſti mancipetur ac congregetur: Servantibus vero hanc noſtram firmiſſimam conceſſionem ſit pax & tranquillitas in perpetuum.

Actam Beneventi Indict. 2. menſe Novemb. feliciter.

Petrus, de rebus Titlavenſibus.

Nos Petrus Dominus glotioſiſſimus faventes precatui & petitioni Domini Bernardi Venerabilis Abbatis noſtri per hoc nimirum ſcriptum concedimus tibi ſupra nominato Abbati teligioſiſſimo Monaſterii s. Modeſti integram eandem curtem ac hæteditatem quæ fuerat pertinens jam nunc nominato Petro ad partem illius prænuminati veſtri Monaſterii, per hos nimirum fines: de una parte quæ eſt de ſubtus, qualiter vadit cum limite & ſepe communi inter hoc & rem pertinentem Eccleſiæ vocabulo S. Euſtachii uſque in viam communem quæ intrat in eandem rem, & ab eadem via ſimiliter qualiter vadit cum limite & ſepe communi inter hoc & rem ipſam, quæ ſpectavit ad Gerhardum calciolatium, de alia autem parte qualiter vadit ac aſcendit cum ſepe communi inter hoc & ipſam rem quæ pertingit eidem Gerhatdo calciolario, & tem illam quam majorum noſttorum tempore tenuit Toto Clericus filius Totonis Ptesbyteri, de alia autem parte quę eſt deſuper, & vadit cum limite & ſepe communi inter hoc & rem quæ fuit Siconis Clerici, & rem quæ ſpectavit ad Aldeſerium filium Magionis Comitis, de alia parte qualiter revolvit ac deſcendit cum ſepe communi inter hoc & rem pertinentem Archiepiſcopo hujus ſanctæ Benevent. Sedis & conjungit in priorem finem. Per hos fines, qui prę leguntur, integram jam nominatam rem, quæ eſt vinea, & terra, & olivetum, & in prænominato loco cupuli ſubtus ipſa guardia non multum longe, & Eccleſia vocabulo ſancti Liberatoris quæ fuit pertinens ipſius jam nominati Petri tibi eidem Domino Abbati venerabili ad partem atque poſſeſſionem jam nunc nominati veſtri Monaſterii reſtitui mus conceſſimus necnon confirmavimus; ea nimirum ratione, ut amodo & ſemper perpetuis temporibus tu ipſe Dominus Abbas Venetabilis, & tui ſucceſſores, & pars ipſius jam nominati veſtri Monaſterii integram eandem noſtram reſtitutionem, conceſſionem, necnon & confirmationem habere atque poſſidete valeatis una cum inferius & ſuperius cum viis necnon & aquis & anditis ſuis, necnon & cum muniminibus propriis, & cum portione de muniminibus communibus inde pertinentibus juxta ac continentibus, necnon cum omnibus ſuis inde pertinentiis, & faciatis inde omnia quæcunque vobis pro veſtra ſpontanea mente placuerint, ſine noſtra noſtrorumque Judicum, Vicariorum, necnon & patte Beneventanæ Curiæ vel ullius hominis in minima etiam te aliqua contrarietate ingerente, vel ulla etiam moleſtia aut perturbatione. Quoniam in Domino accepimus jure à te eodem Domino Abbate venerabiliſſimo pro parte ejuſdem Beneventanæ Curiæ triginta tercentanas bonorum denariorum de monetis Ottonis & Henrici. Ut autem hæc noſtra reſtitutio confirmarioque firma permaneat, annulo Domini noſtri Papæ illam confirmari fecimus.

Et tibi Joanni Clerico atque Scribæ ſacri Beneventani Palatii taliter ſcribere mandavimus, an. 1105. Ind. 13. feliciter admodum.

Paudolphus de S. Sophia, & S. Vincentio:

In nomine Domini Dei Omnipotentis Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dominique æterni. Nos Pandolphus Divina ordinante atque diſponente providentia Longobardorum gentis Princeps, per rogum Adelpherii Comitis dilecti Parenti noſtro concedimus tibi Aſſioni Venerabili Abbati Monaſterium S. Sophiæ quod conſtructum eſt intra hanc Beneventanam civitatem propinquum admodum ſacro noſtro Beneventano Palatio à parte jam nominati Monaſterii, & Eccleſias & res pertinentes Monaſterio S. Vincentii, quod ſitum eſſe dignoſcitur ſubter fluvium Vulturnum, quod pertinentes habere videtur infra pertinentia de principali noſtro Beneventanorum palatio, qualiter hic inferius declaratur ac judicatur jure quieto:. In primis Eccleſiam ſanctiſſimæ Virginis Mariæ de loco ſanctorum una cum pertinentiis ſuis, & Eccleſiam ſancti Stephani quæ ædificata eſt in vico cum omnibus ſuis pertinentiis, & eccleſiam S. Martini Epiſcopi una cum omnibus ſuis pertinentiis, & Eccleſiam S. Deodati quæ eſt fundata intus eandem civitatem Beneventanam una cum caſis omnibuſque ſuis pertinentiis; quatenus amodo & deinceps per hanc noſtram principalem conceſſionem pars ipſius Monaſterii ſanctæ Sophiæ, ejuſque Rectores illud habere & poſſidere debeant; pro eo quod Abbas Monaſterii S. Vincentii contraxit ad partem Monaſterii S. nominatæ Sophiæ, una cum omnibus rebus necnon facultatibus, quod uſque modo tenuit & donavit infra nominata pertinentia toram terram Capuanam. Proinde nos conceſſimus in jam nominato Monaſterio S. Sophiæ omnes ſupradictas eccleſias, & res pertinentes prænominati Monaſterii S. Vincentii Diaconi ad tenendum & dominandum & laborandum dandum, & omnia quod voluerint de frugibus ipſis faciendum, abſque ullius Comitis, Gaſtaldi ſeu Judicis Schuldachi noſtri aut cujuſcunque perſonæ contrarietate, à nemine aliquid contrarium in eodem ſancto exinde aliquo ingerente, præter quandocunque teddiderit Rectores prænominati Monaſterii S. Vincentii, & de ejus rectoribus quemadmodum de antea fuit.

Scripſi ego Joannes Clericus & Notarius ac ſcriba, ex juſſione nominatæ poteſtatis, in anno primo Principatus ſupra nominati Domini Paudolphi glotioſiſſimi Principes, menſe Octobri Indict. 1. feliciter.

Ego Hubertus Dumini tuente gratia Comes, per hoc videlicet ſcriptum una cum meis fidelibus damus atque confitmamus pro amore Domini, & ſalvatione animarum noſtrarum in Monaſterio S. Sophiæ quod ædificatum eſt intus Beneventanam civitatem cunctam noſtram fidem, quam nos noſtrique hæredes necnon fideles uſque modo ſoliti ſuimus exigere de loco Panrano de re quæ modo eſt pertinens prænominato Monaſterio ſub tali ratione juxta ac conditione damus & confirmamus in eodem Monaſterio de illis rebus ejuſdem Monaſterii de prænominato Monaſterio, ut ſi pars prænominati Monaſterii laboraverit ipſis rebus eidem Monaſterio pertinentibus nullam fidem inde tollam aliquando; & ſi pars prænominati Monaſterii ipſas prænominatas res cum illorum bonis non laboraverit, partem prænominati Monaſterii tollam exinde ipſo terratico & ipſo montatico, & non tollam exinde alio ſervitio quod exinde ſoliti ſumus tollere amodo & deinceps, nec nos, neque noſtri filii, nec hætedes aliquando quærant exinde tollere ullam fidem in alio modo, verumtamen amodo & ſemper pars prænominati Monaſterii ſecuriter habeant & poſſideant vel laborent & frugient ipſas res, ſine qualibet à noſtra patte contradictione aut etiam deprædatione. Quod ſi autem aliquis ex vobis exinde in aliquo fidem tollere quæſierit aut prædare attentaverit, centum quinquaginta libras auri puriſſimi componat ad partem ſupradicti Monaſterii & ad illius cuſtodes. Ut hæc qualiter ſuperius leguntur immobiliter & inviolabiliter obſerventur in Domino exinde hoc ſcriptum fieri mandavimus, & annulo noſtro ſigillari præcepimus.

Datam enim vobis 3. non. Jan. Scriptum per manus Joannis Clerici & Notarii ac Defenſoris prænominati Monaſterii.

Ego Gerhardus Domini Omnipotentis tuente gratia Comes, & per hoc nimirum ſcriptum una cum meis fidelibus damus atque confirmamus per amorem charitatemque Domini, necnon & ſalvationem animarum noſtrarum in Monaſterio ſanctiſ-

ſimæ

ſimæ Virginis Sophiæ, quod ædificatum eſt iotos Beneventanam noſtram civitatem cunctam noſtram fidem quam nos & noſtri fideles uſque modo ſoliti fuimus exigere de rebus præfari Monaſterii, de loco qui moderno tempore nominatur locus Pantanus. Quamobrem eaque de ratione ac cauſa fidem noſtram pro amore Omnipotentis Domini damus & confirmamus in eodem Monaſterio totas illas res quæ eidem Monaſterio pertinent de prænominato loco Pantano, ut amodo & deinceps necnon fideles noſtri aliquando non quærant eainde ſubmovere aut tollere, verumtamen amodo & ſemper pars prænominati Monaſterii ſecuriter habeant ſine aliqua noſtra contradictione. Quod ſi aliquis contra egerit, aut prædare tentaverit, centum libras auri puriſſimi componere obligetur ad partem nominati Monaſterii, & ad cuſtodes illius. Et ut hæc quæ præleguntur immobiliter obſerventur, hoc noſtrum ſcriptum exinde fieri mandavimus, & aonulo noſtro ſignari.

Datum id. Maii. Scriptum per manus Joannis Clerici Notarii ac Defenſoris nominati Monaſterii.

In nomine Domini Omnipotentis Dei, anno ab Incarn. Domini noſtri Jeſu Chriſti 1099. & Domino Gotfrido Venerabili Archiepiſcopo reſidente in ſacra Beneventana ſede, prima die menſis Aprilis, Ind. 7. Nos itaque Benedictus Dominus Venerabilis Lucerinæ Sedis Epiſcopus verum indagantibus innoteſcimus; quoniam Guillielmus filius Roberti Comitis una cum Baſilia uxore ſua, & cum Simone filio eorum, atque cum conſenſu Domini Henrici Comitis in præſentia Domini Ugonis Bibineoſis Epiſcopi & Domini Petri Abbatis Monaſterii S. Nicolai Epiſcopi Tralonenſis, & coram quibuſdam ſuis militibus, aliiſque bonis hominibus, pro redemptione animarum noſtrarum & omnium noſtrorum amicorum conſanguineorum, obtulimus Domino Omnipotenti in Monaſterio S. Sophiæ quod ſitum eſt intra mœnia Beneventanæ civitatis, in quo nunc Madelmus egregius Abbas præeſſe videtur, Monaſterium ſcilicet ſancti Aroncii Martyris quod conſtructum eſt prope Caſtellum Baccarici juxta fluvium qui nominari majorum noſtrorum tempore ab omnibus ſolebat flumen Aceloois, moderno autem tempore nominatur flumen Titenum, & Eccleſiam ſanctiſſ. Virginis Mariæ in Sabuceto, & unam Eccleſiam ſancti Nicolai Trolaoenſis, & aliam Eccleſiam s. Benedicti quæ eſſe videtur in eodem caſtello Baccaricio, & unam Eccleſiam vocabulo S. Joannis præcurſoris Domini noſtri Omnipotentis Jeſu Chriſti, quæ ſita eſſe dignoſcitur in Caſale loco qui nominatur Petra ficta, & Eccleſiam ſancti Anaſtaſii Martyris quæ dicitur eſſe in loco qui nominatur Cultoranus, & eccleſiam S. Maximini quæ eſſe dicitur in loco nomine Petrooeo una cum omnibus ſuis pertinentiis, & eccleſiam s. Conſtantini quæ eſt in Pontino loco proxime & juxta viam publicam ante civitatem Cumanam, una cum omnibus pertinentiis, & Eccleſiam ſancti Laurentii Martyris, una cum omnibus pertinentiis in loco qui nominatur Montoſo, necnon & Eccleſiam S. Hermanni militis fortiſſimi quæ ſita eſt adverſus mare Sipontinum, cum omnibus illarum pertinentiis, & alias quamplurimas Eccleſias s. Terentii templo ſubditas, una cum cunctis omnibuſque earum pertinentiis; velut hoc & aliud una chartula offertionis continet, & quam ſcripſit Ildeprandus Notarius, in qua etiam propria manu noſmetipſos ſubſcripſimus. Quod cum minime ſine noſtra voluntate ac permiſſione facere ac in opus deducere poterant quoniam nonnulla de ſupranominatis Eccleſiis intra noſtram Diœceſin eſſe videntur; quamobrem idem Dominus Madelmus Abbas valde me obſecravit, perpetuiſque petitionibus ac orationibus de die in diem me ſollicitavit, quatenus illi ad partem ejuſdem Eccleſias concederemus, una cum omnibus earum pertinentiis in præſentia ſupranominati Domini in Monaſterio S. Sophiæ concederemus ac confirmaremus. Nos autem prævidentes ex hoc maximam utilitatem prænominatarum Eccleſiarum, placuit nobis ipſis prædictas res cum omnibus earum pertinentiis in præſentia Domini Roffridi Reverendiſſ. Archiepiſcopi Præſulis, & Domini Roffridi Archipresbyteri & ſagaciſſimi Bibliothecarii ejuſdem Beneventanæ Sedis, & coram aliis Presbyteris & Clericis, per hoc videlicet ſcriptum in eodem Monaſterio confirmare atque concedere; ea nimirum ratione illud tibi eidem nominato Madelmo egregio Abbati ad partem ipſius Monaſterii per jam dictam chartulam offertionis tradidi, conceſſi atque etiam confirmavi, ut amodo & deinceps perpetuiſq; temporibus tu ipſe magnificus Abbas, tuique ſucceſſores, amici ac cognati ſeu conſanguinei poteſtatem ac licentiam integram habeatis prænominatas Eccleſias una cum omnibus earum pertinentiis tenere, dominari, necnon rectores cæteroſque Eccleſiaſticos ordines in ipſis eccleſiis ordinare, & illos pro veſtra libertate veſtroque libero arbitrio amovere, & alios in eundem locum ſubſtituere ſeu mittere juxta & omnia facere de ipſis eccleſiis necnon ipſarum pertinentiis quæcunque vobis placuerint, aut quæcunque vos volueritis ad opus ſive utilitates ac congruitatem ejuſdem Monaſterii & prædictarum Eccleſiarum, ſine qualiber mea vel meorum contradictione, necnon & abſque cujuſdam hominis magni ſeu parvi requiſitione. Tantummodo tu ipſe Abbas & tui ſucceſſores ſeu pars ipſius Monaſterii omni anno ſeu quotannis per hoc debeatis dare cenſum in noſtra Lucerina Sede pretium duorum Romanorum. Quod ſi autem quiſcunque hominum hanc noſtram conceſſionem diſcutere aut rampere tentaverit, volendo prænominatas Eccleſias vel exinde de prænominato Monaſterio ſubtrahere, ſive hoc irritum facere contra hanc noſtram conceſſionem agena, anathematis diſtrictus vinculo in extremo judicio niſi reſipuerit juxta ac emendationem firmiſſimam aſſumpſerit, damnatis in ſocietatem perpetuam æternamque adjudicetur. Et ut hæc noſtra conceſſio perpetualiter firma ac ſtabilis permaneat atque in futuris temporibus durare poſſit, has litteras noſtro ſigillo inſigniri juſſimus, atque propriis manibus nos ſubſcribendo illos corroboravimus.

Hoc itaque ſcriptum conceſſionis noſtræ tibi Franconi Clerico ac Notario taliter ſcribere præcepimus.

Actum in ſacratiſſimo prænominato Beneventanæ ſedis Palatio, anno ab Incar. Omnipotentis Domini noſtri 1099.

Ego Benedictus Lucerinus Epiſcopus hanc chartulam ſcribere juſſi.

Ego Adelbertus venerabilis Presbyter ſubſcripſi.

Ego Georgius Cardinalis Beneventanus interfui.

In nomine Domini Omnipotentis noſtri Jeſu Chriſti, & in nomine ſanctæ ac Individuæ Trinitatis. Quamobrem noverit omnium fidelium præſentium ſcilicet ac futurorum ſagacitas; dum reſidemus in ſancta Synodo congregati, unuſquiſque confitens ſua facinora & delicta, quemadmodum beatus Apoſtolus Jacobus proclamat in ſua epiſtola dum hanc in ſententiam, ac verba prorumpit: Confitemini alterutrum peccata ac crimina veſtra, & orate Dominum Omnipotentem pro invicem ut ſalvemini, ne tremendam illam vocem Judicis æterni audiatis in extremo Judicii die quando ad peccatores dicet: Ite à me maledicti in ignem æternum; & è contra ad juſtos: Venite Benedicti Patris mei poſſidete vitam æternam quæ præparata eſt vobis à Patre meo: etenim multum valet coram Deo Omnipotenti deprecatio aſſidua hominis juſti, & recti corde: ibique reſidente Dom. Vdalrico egregio Archiepiſcopo ejuſdem ſedis, & juxta eum reſidente Dom. Landolpho ſereniſſimo Principe, necnon & Bernardo Epiſcopo ac Cancellario Domini Summi Pontificis & univerſalis Papæ Nicolai nomine; ubi & Dodo Epiſcopus ac Vicarius ejuſdem D. Papæ in eodem Concilio, & Epiſcopos Amelgerius ſanctæ Sedis Civitatenſis, & Landolphus Epiſcopus S. Sedis Florentinenſis, & Joannes Epi-

ſcopus

ſcopus Sanctæ Sedis Larinenſis; cæterique Epi-
ſcopi ac Abbates, Sacerdotes ac Clerici, & cun-
cto populo ibi aſſiſtente. Poſteaquam autem ſancta
lectio in eadem ſancta Synodo terminata eſt ad e-
mendationem uniuſcujuſque hominis, cujus res
aut Eccleſia ſeu quæcunque cauſa injuſta reperta
eſt, acquirere in omnibus ſuis juribus ac petitionibus,
quod juſte in ſua poſſeſſione legaliter habere, &
poſſidere videntur, ut Domino Omnipotente tuen-
te unuſquiſque cum ſuis poſſeſſionibus ad propria
cum gaudio ac lætitia remearet. Interea ſurrexit
Amicus humilis Abbas Monaſterii ſanctiſſimæ vir-
ginis Sophiæ, humoque & in terram proſtratus cum
reverentia, ac humilitate ſumma, cœpit recla-
mare contra, & adverſus Leonem Epiſcopum ſan-
ctiſſimæ Sedis Dragonariæ, & in hæc verba quam
primum prorupit: quod ipſe Leo Epiſcopus Drago
narius injuſte, & irrationabiliter teneret Eccleſiam
vocabulo ſanctæ Marię conſtructam in loco qui ma
jorum noſtrorum tempore Sico nominari ſolebat,
moderno autem tempore ab omnibus hominibus
Nolicino nominatur, una cum juribus ac poſſeſſo
ribus ipſius Eccleſiæ pertinentibus; ſimulque &
Eccleſiam nomine ſancti Benedicti conſtructam in-
tus eandem civitatem Draconariam, cum ſuis ju-
ribus ac poſſeſſionibus, quibus Eccleſiæ ipſæ, ut
ſupra dictum, legibus ſunt ſubditæ, ac pertinen-
tes jam nominato Monaſterio. Quamprimum ipſe
Leo ſurgens cum humilitate, & patientia adora-
vit in eadem ſancta Synodo & cum reverentia cœ-
pit manifeſtare & dicere: quod veraciter prænomi-
natæ Eccleſiæ cum omnib. ſuis jurib. necnon & poſ-
ſeſſionibus legaliter, & juſte eſſent pertinentes ſub
lege prænominati Monaſt. veruntamen ab aliis Re-
ctoribus injuſte poſſeſſæ; & nequaquam ipſe Leo
aliquid tollere, vel minuere tentaſſet de poteſtate
prænominati Monaſterii, veruntamen ab aliis
Rectoribus injuſte, & inordinariè adminiſtratum;
& iterum profeſſus eſt, ut neque ipſe Leo Epiſco-
pus, neque ſui ſucceſſores, neque pars jam nomi-
nati Epiſcopi unquam contra eum & cum parte jam
dicti Monaſterii non cauſarent, neque contende-
rent, per nullam quamcunque etiam inventam oc-
caſionem, ac rationem altercandum illic cum par-
te jam dicti Monaſterii, aliquid tollere vel invade-
re, ſeu minuere; ſed amodo & deinceps ipſe Ami-
co humilis Abbas, ejuſque ſucceſſores, & pars jam
dicti Monaſterii omnibus juribus ac poſſeſſionibus
ad eandem Eccleſiam pertinentibus, tam quod mo-
do poſſidere videtur; ſeu & illud quod amodo, &
in antea Dominus per ſuos fideles in ipſam jam no-
minatam Eccleſiam dederit, ſeu ibi à quocunque
oblatum, ſeu delegatum fuerit, ſive per offertio-
nes, donationes, emptiones, commutationes,
ſeu præcepta conceſſionis in Domino totum, ac in-
tegrum pars jam nominati Monaſterii, ejuſque
Cuſtodes, ac Præpoſiti, qui in ipſa Eccleſia a
parte jam nominati Monaſterii præordinati fue-
rint, firmiter illud habeant, & poſſideant in
omnibus juxta textum de nomine ejuſdem Mona-
ſterii, & jam dictarum Eccleſiarum continentium,
atque pertinentium, una cum inferius, & ſuperius
& cum aquis, & cum viis ac anditis ſuis, omni-
buſque pertinentiis, mobilibus ac immobilibus, fa-
ciendum inde pars ejuſdem Monaſterii, & jam nunc
dictarum Eccleſiarum juxta atque ſecundum legis
rationem, omnia quæcunque voluerint; ſine à par-
te jam dicti Leonis Epiſcopi, & de illius ſucceſſori-
bus, ſeu pars jam dicti ſui Epiſcopii aliqua contra-
dictione, ſive cujuſcunque requiſitione ab illorum
partibus. Hæc omnia, ut ſuperius taxata, ſunt,
& conſenſu omnium qui in ipſa ſancta Synodo reſe-
derunt, abſque omni dolo perpetuis temporibus fir-
matum eſt; ut amodo & in perpetuis temporibus
nullus audeat inde aliquo modo violare, aut etiam
ullam vim, nec non violentiam inferre in quacun-
que re; veruntamen juxta inſtitutionem ſancto-
rum Canonum ſemper firmum, ac ſtabile perma-
neat ad poſſeſſionem jam nominati Monaſterii jam

A dictarum Eccleſiarum, & de illis qui ibidem à par-
te jam nominati Monaſterii præordinati fuerint.
Et ut hæc cuncta quæ ſuperius leguntur in Domini
nomine habeant vigorem, & in perpetuum recor-
dentur & obſerventur, annuli ſuperius dicti Dom.
Principis impreſſione juſſimus inſigniri, cæteroſ-
que ſuis manibus teſtes ſubſcribere mandavimus.

*Datum Id. Jan. Scriptum per manus Joannis Cle-
rici, & Notarii, necnon Defenſoris prænominati
Monaſterii, anno Dominicæ, Omnipotentiſque Do-
mini Incarnationis revoluto 1062. & vigeſimo quinto
anno Principatus ſuperius dicti Dom. Paldolphi exi-
mii, ac excellentiſſimi Principis, necnon quinto an-
no principatus Dom. Landolphi eximii generoſiſſimi-
que Principis, & quinto anno principatus Dom.
Atenolphi magni Principis filii, per Indict. 14.*

*Actum in eodem ſancto Epiſcopio. Subſcripſe-
runt autem, teſteſque ſunt.*

Dominus Bernardus Epiſcopus.
Dominus Conſtantinus Epiſcopus.
B *Dominus Joannes Cardinalis.*
Dominus Lambertus Cardinalis.
Dominus Ægidius Cardinalis.

In nomine Domini Omnipotentis ac Salvatoris
noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni, & in nomine
ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis. Conceſſimus
nos virglorioſiſſimus Sicardus Domini Omnipoten-
tis providentia, necnon gratia Longobardorum gen-
tis Princeps, motus Domini Omnipotentis miſe-
ricordia, pro redemptione animæ noſtræ, ſeu gen-
tis & patriæ ſeu & omnium meorum ac noſtro-
rum amicorum, parentum, cognatorumque om-
nium qui defuncti abhinc aliquot annis ſunt, ſugge-
rente poteſtati noſtræ viro venerabili Præpoſito
Monaſterii ſanctæ Sophiæ ſiti ac locati intra hanc
Beneventanorum civitatem, per rogum Acconi di-
lecti cognati, ac amici noſtri concedimus in præfa-
to Beatæ Sophiæ Monaſterio ubi Vvilerona Abba-
tiſſa præeſſe dignoſcitur, ipſam curtem ſacri noſtri
Palatii loco Leoni conjunctam, cum integro ipſo
C gualdo ubi ipſa Carbareze dicitur, quod eſt millia-
ria duo in longitudine, & in latitudine milliare
unum, integram ipſam curtem cum eodem gualdo
in eodem Monaſterio conceſſimus; in ea nimirum
ratione, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum ro-
boreum mandatum cuncta omniaque quæ præle-
guntur, ipſum Monaſterium, ejuſque cultores ſe-
curo nomine habere, necnon poſſidere valeant, &
à nemine ex noſtris Judicibus, hoc eſt, Comitibus,
Gaſtaldeis, vel à quibuſcunque gentibus, aut ho-
minibus habeatis in minima etiam re aliquam mole-
ſtiam aut requiſitionem, veruntamen perpetuis
temporibus, omnique in tempore poſſideatis.

*Quod autem præceptum ac mandatum conceſ-
ſionis, ex juſſione nominatæ poteſtatis ſcripſi ego
Theodericus*

*Actum Beneventi feliciter, primo anno Indict.
19. menſe Aprili.*

In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.
Conceſſimus nos Domina glorioſiſſima Scauniper-
D ga, & Dominus vir glorioſiſſimus ſummus Dux
gentis Longobardorum, per rogum Atenolphi Cu-
bicularii noſtri, mulierem noſtram nomine Fuſam
una cum duobus infantulis ſuis, & cum caſa, vineis,
territoriis, omnia, & in omnibus, quantum illi
pertinuit, portionem Peroaldi, qui habitare di-
gnoſcitur prope pontem Pinni, & fuit de ſubactio-
ne Ferdolphi Gaſtaldei noſtri; quatenus amodo,
& ſemper in perpetuiſque temporibus habeas ac
poſſideas, tam tu qui ſupra nominate Pinno, quam
& filii filiorum tuorum, & à nullo ex noſtris Gaſtal-
deis, vel Actionariis, aut à quopiam nomine ha-
beas aliquam moleſtiam, nulluſque contra ea, quę
noſtra conceſſit poteſtas, quandoque ire præſumat,
& omni in tempore roborata perenniſque tempori-
bus firma ac ſtabilis permaneat.

*Quod autem præceptum conceſſionis dictavi ego
Gaydemarius Daddus ac referendarius in gualdo no-
ſtro Mirencia, menſe Februario, per Indict. 13. an-*

no autem ab Incarnat. Omnipotentis Salvatoris noſtri . . . feliciter admodum. A

In nomine Domini Omnipotentis Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, anno Dominicæ Incarn 1118. menſe Junio Indict. 11. Ego Raymundus filius Rodolphi Comitis de Loritello, cum quadam die eſſem in terra mea in Caſtello Monilari, Bernardus Abbas ſanctæ Sophiæ una cum fratribus quamplurimis ad me veniunt oboixe otantes, ac deprecantes, ut pro anima mea atque patris mei Comitis Rodolphi bonæ piæque memoriæ, & fratrum meorum, omniumque parenrum concederem quandam domum Eccleſiæ ſancti Efrem, ut amodo & perpetualiter habere, & videlicet hanc libertatem, ut nemo nullusque ex meis hominibus, neq; frater meus, neq; Vicecomes, neque Gaſtaldius quidquam de Eccleſia auferat, veruntamen ſit libera, cum omnibus poſſeſſionibus & omnibus pertinentiis mobilibus, necnon immobilibus, cum omnibus quæ moderno tempore poſſidet, & in poſterum poſſeſſura eſt, aut acquirere poteſt. Ego auditn hoc conſilio, cum Dom. Giſone Epiſcopo Bibinenſi, qui cum Abbate ſupra nominato eò venerat, & cum Baronibus meis, videlicet Roberto Capitanio, & Sigiimundo & Gulielmo filio Nanterii, Pandoipho, Joanne, Baſilio, Acardo Judice dilecto, Pandulmo Vicecomite, & Ilberto Vicecomite, accepi, & petitionibus tanti viri locum damus. Quoniam autem mea pro tanta re quemadmodum Eccleſia Domini Omnipotentis Dei eſt, nolo ut detrimentum necnon tormentum patiatur; veruntamen firmiter concedu, & ex animo dono tibi, quæ ſupra nominata ſunt, Bernardo venerabili Abbati, omnibuſque tuis ſucceſſoribus ad habendum, & perpetualiter poſſidendum, & quicquid inde volueritis faciatis, ſine mea meorumque hæredum, amicorum cognatorum, omniumque conſanguineorum contradictione, aut requiſitione. Præter illud quod mihi reſervavi, videlicet, duo opera ad ſeminandum, & unum ad metendum in campo maximo delecti; & concedo tibi paſcua, & aquam, & ligna quemadmodum Eccleſia ſolita eſt habere; & ſi homines ibidem capti fuerint in defenſa ſylva ad incidenda ligna, hoc enim dent ut homines mei dilecti emendant: & ſi in via capti fuerint cum lignis de ipſa ſylva dafenſa, ad judicium ipſius loci præpoſiti judicentur; & poſtquam in caſali una cum lignis ingreſſi fuerint, abſque ulla calumnia permaneant, & à nemine judicentur. Inſuper rogari Dominum Epiſcopum Bibinenſem, & mandavi, ut ſi ego & mei hæredes, vel aliqua perſona hoc donum, & hanc conceſſionem minuere, aut ſubmovere aliqua ratione, necnon ingenio tentaverint, aut etiam ſubtraxerint in aliqua re quicquam, mandavi ut idem ille nominatus Epiſcopus Bibinenſis illos condemnaret, & excommunicaret, necnon & anathematizaret, & à liminibus ſanctæ Eccleſiæ ſegregaret. Nunc ergo ego Giſus Epiſcopus ſupranominatus audiens deprecationem Domini Raymundi, excommunico omnes illos qui hoc donum frangere quæſierint, ut ſint anathematizati, & excommunicati, & à cœtu, aut congregatione Chriſtianorum omnium ſegregati, & cum Juda traditore Omnipotentis Dom. noſtri Jeſu Chriſti ſociati, necnon cum Chore Dathan & Abiron quos terra vivos, dum vitam quaſi beſtialem agerent propter enormia peccata, ac crimina deglutivit, partem & ſocietatem habeant, & cum illis æternis pœnis, necnon tormentis crucientur: Obſervatores autem & defenſores illius conceſſionis ſint abſoluti, in honorem Domini Omnipotentis Patris, ac Filii & Spiritus ſancti, & Beati Petri Principis Apoſtolorum, & omnium Apoſtolorum, & Beati Mercurii Martyris, & ſanctorum duodecim fratrum Martyrum, omniumque ſanctorum & amicorum Domini.

Ego Raimundus precepi Roberto noſtro Notario hoc præceptum ſcribere.

Inſuper ego Robertus Notarius ſcripſi taliter in Caſtello montis Hilarii.

Actum in civitate Beneventana feliciter.

Ego Giſas Epiſcopus Bibinenſis me ſubſcribo;

Robertas de ſancta Maria.

In nomine Domini Omnipotenris Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & in nomine ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis; anno ab Incarnatione Domini 1119. menſe Novembri Indictione duodecima. Quoniam anteceſſorum & parentum obligationes jure factæ, & pacta legitima ſucceſſoribus, atque hæredibus ſervanda, & confirmandæ leges mandatorum, maximeque pro redemptione animarum illarum fiunt. Quamobrem ego Robertus Domini gratia Bojanenſis Comes, filius quondam bonæ memoriæ Comitis Ugonis, conceſſionem factam ab avo meo Comite Raone, necnon à patre meo Comite Ugone, quoque à fratre meo Comite Simone in Eccleſia ſanctæ Sophiæ, laudans, ac confirmans notum facio omnibus fidelibus noſtris præſentibus necnon futuris: quoniam per hoc ſcriptum ego concedo atque confirmo in Monaſterio ſanctæ Sophiæ quod conſtructum eſſe videtur in veteri Beneventana civitate, & in manum Domini Bernardi venerabilis ejuſdem Monaſterii Abbatis, ſecum habentis duos ex confratribus ſuis religioſos, ac honeſtos viros, nimirum Dominum Conſtabilem, & Dominum Petrum, ſcilicet Caſtrum quod nominatur Vetus, una cum omnibus hominibus ibi habitantibus, ac morantibus in eodem caſtro, & cum omnibus pertinentiis ſuis, quemadmodum avus meus Ranbonæ memoriæ ac recordationis, & ſupranominatus pater meus, necnon frater meus conceſſerunt, ac permiſerunt habere. Item concedo atque irrevocabili jure, ac præcepto confirmo in Monaſterio ſanctæ Sophiæ virginis, & in manus Reverendiſsimi, ac venerabilis Abbatis ſupranominati Bernardi, nimirum Monaſterium ſanctæ Genitricis, Virginiſque Mariæ, quod conſtructum eſt in veteri civitate Sepina, cum omnibus pertinentiis ſuis, una cum inferius & ſuperius poſitis; item Eccleſiam vocabulo ſanctæ Mariæ, quæ extra & juxta civitatem Sipontinam conſtructa ac ædificata eſt, una cum omnibus ſuis pertinentiis; præterea Eccleſiam ſancti Jacobi Apoſtoli, quæ non longe diſtat à rivo Saraceno una cum omnibus ſuis ad idem illud Monaſterium pertinentiis; Eccleſiam quoque quæ nominatur ad S. Salvatorem juxta prænominatum rivum, una cum omnibus ſuis pertinentiis; & medietatem eccleſiæ S. Sylveſtri, quæ eſt ſita non procul à flumine Tappone in via populi Beneventana, una cum omnibus quæ ſibi pertinent; necnon & Eccleſiam S. Gregorii, quæ eſt ſita ex alia parte, & propè eundem fluvium, una cum omnibus pertinentiis ſuis. Hæc omnia ſupranominata, nimirum & caſtrum Vetus cum hominibus in eodem loco habitantibus, & cum omnibus quæ pertinent illi tam intus, quam etiam foris; & cum omnibus ſibi pertinentibus ſylvis, cum aquis, viis, & auditis ſuis, terris, viis, planis, ac montibus; & eccleſiam ſanctæ prædictæ Dei Genitricis Virginiſque Mariæ una cum omnibus ſimiliter ſupranominatis Eccleſiis, atque una cum omnibus illarum pertinentiis, ego qui ſupra nominatus Robertus Comes pro redemptione, ac ſalvatione animæ meæ, atque genitricis meæ, & avi mei, & pro omnibus parentibus meis tam vivorum, quam & mortuorum ſalute, concedo atque confirmo in præſentia Domini Adammonis Bojanenſis divina ſic diſponente miſericordia Reverendiſſimi Antiſtitis, aliorumque ſubſcriptorum teſtium in jam nominato Monaſterio ſanctæ Sophiæ, in quo videntur requieſcere quadraginta quatuor corpora ſanctorum, offertionem, ac traditionem fecimus in manus ſupranominati Abbatis nomine Bernardi venerabiliſſimi idem illud Monaſterium, in eadem conditione, quemadmodum parentes, & ac majore mei quondam majorumque noſtrorum temporis conceſſerunt ac obtulerunt; hac nimirum ratione & conditione, ut amodo & in perpetuis temporibus firmiter, & immobiliter, ac inviolabiliter prænominatum

Monaſterium illud quod conceſſimus teneat & poſſideat prænominatum caſtrum, necnon præfatas eccleſias cum omnibus ſuis pertinentiis, ſine contradictione noſtra noſtrorumque hæredum omniumque aliorum hominum, omni remota Vicecomitum, vel cæterorum actorum Curiæ noſtræ moleſtia, vel contrarietate, omnibuſq; quæ fuerunt hactenus iniquis & pravis conſuetudinibus exploſis atque ejectis. Ut autem hæc noſtra largitio atque conceſſio firma, ac ſtabilis habeatur, ego prænominatus Robertus Comes obligo me meoſque hæredes, ac amicos prænominatæ Eccleſiæ S. Sophiæ, tibique Bernardo ejuſdem Monaſterii venerab. Abbati veſtriſque poſteris prænominatam largitionem noſtram amodo & omni tempore defenſam ab omnibus etiam hominibus ab omnique parte. Quod ſi ego vel quilibet noſtrorum hæredum, vel actorum noſtrorum temerario auſu, & iniqua præſumptione hanc noſtram conceſſionem irritam in quolibet membro, ac qualibet ratione facere præſumpſerit, noſtræ Curiæ judicio coactus centum librarum auri puriſſimi compoſitione mulctetur, atque in nominato Monaſterio, & inſuper omni tempore taceat invitus anathematis vinculo damnatus cum Juda traditore Domini donec reſipiſcat jaceat.

Hæc autem chartula ſupra nominatæ conceſſionis facta à ſupranominato Comite Roberto, ac Vicecomite.

Ego Gentilis Comes ſcripſi.

Ego Gerbardus Epiſcopus.

Ego Balthaſar Cardinalis.

Ego Benedictus Abbas interfui & ſubſc.

Actum in civitate Bolana legitime.

Signum propriæ manus ſupranominati Præſulis.

Calliſtus Epiſcopus.

In nomine Domini Omnipotentis noſtri Jeſu Chriſti, & in nomine ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis, Calliſtus Epiſcopus ſervus ſervorum Domini. Dilecto in Chriſto filio Joanni Abbati Monaſterii venerabilis ſanctæ Sophiæ intra Beneventum ſiti, ejuſque ſucceſſoribus regulariter promovendis in perpetuum. In Apoſtolicæ Sedis adminiſtratione, divina diſponente clementia, conſtituti, neceſſe quidem habemus omnes eccleſias B. Petri parrocinio confovere, & ipſarum quieti paterna ſollicitudine providere; veruntamen locis illis, ac perſonis quæ devotius Romanæ adhærent Eccleſiæ, quæque amplioris religionis gratia præeminent, propenſiori nos convenit ſtudio ſubvenire. Quamobrem in Chriſto fili Joannes poſtulationi tuæ clementer annuimus, & ſanctæ Sophiæ Cœnobium, ad cujus regimen nos te, auctore Domino, noſtris tamquam Beatis Petri manibus conſecravimus, ſub tutela & juriſdictione, ſicut hactenus manſit, perpetuo manere, præſentis paginæ auctoritate ſancimus; ut nimirum ſoli Romanæ Eccleſiæ ſubditum, ab omni Eccleſiarum, ſeu & perſonarum jugo liberum habeatur. Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, univerſa quæ privilegiis illorum ad ejuſdem Monaſterii immunitatem, vel poſſeſſionem tuis ſunt prædeceſſoribus attributa, tibi tuiſque ſucceſſoribus regulariter promovendis præſenti privilegio contribuimus; cellas quoque & Eccleſias, aut villas quæ à prædeceſſoribus tuis prænominato videntur Cœnobio juſte, ac rationabiliter acquiſita, poſſidendas omni in tempore confirmamus, hoc eſt eccleſiam S. Benedicti quæ dicitur Xenodochium, S. Joannis, s. Euphemiæ, s Petri, quæ nominatur Traſarii, s Raimundi, s. Mariæ Rotundæ intra eandem civitatem Beneventanam, Eccleſiam ſanctæ Mariæ, s. Petri, s. Nicolai, s. Eraſmi, s Marciani, ſanctæ Mariæ, s. Angeli foras ante eandem civitatem in Pantano, Eccleſiam, s. Benedicti, Beati Vitalis, s Mercurii apud olivam, ſancti Angeli, S. Mariæ de Scolcaturi una cum omnibus pertinentiis, in vado Azara s. Benedicti, in Faſlove ſancti Valentiniani, apud Votum s. Felicis cum terris, in Carnito s. Silveſtri cum duobus rivis ſanctæ Mariæ, in Parituli s. Marciani, in Ventecanos Martini, in Cuano ſancti Petri, in Pazano S. Nicolai, item Beneventi s. Stephani, in Palearia s. Mariæ in Lucernara, & curtes duas s Mariæ in Sableta, s Mariæ in Templana, in civitate Triana s. Angeli cum cellis s. Stephani in Fromarii s. Gregorii in Eſile, s. Angeli in Peſclo; in Alipergo Eccleſias ſanctæ Mariæ, s. Angeli, s. Petri, ſancti Marci, s. Joannis, s. Laurentii, ſancta Lucia in Caſale, s. Maria, s. Apollonia, ſancta Anna in Caliſi, s Mariæ in territorio s Marcelli, in Curſiano ſancti Mauri. s Joannis, s Conſtantini, ſancti Anaſtaſii, in Aſenlo s. Petri, s Deſiderii, in Iliceto ſancti Efrem, in Morteto s. Petri, in Tuſcano s Adolphi ſancti Hieronymi s. Everhardi s Severini ſancti Anaſtaſii, apud Arolam S. Mercurii. apud Bivinum s. Martini, in Biſerno Monaſterium ſancti Angeli cum cellis, in Petri, s. Vincentii. s. Trinitatis, in Valle Luparia ſanctæ Crucis, apud Rederium s. Martini, in Alirino s. Michaelis, ſanctę Mariæ, in Monte Malo S. Felicis, in Sertore s. Viti, apud Montes ſancti Marci, juxta foſſam s. Stephani, in territorio Campi læti s. Luciæ, juxta civitatem Florentinam Monaſterium ſancti Salvatoris, in Cluſano s. Chriſtophori, Caſtellum Forneti cum omnibus pertinentiis, Caſtellum antiquum cum omnibus pertinentiis, Eccleſiam s. Donati cum omnibus illorum pertinentiis, mobilibus ac immobilibus. Per præſentis itaque hujus Privilegii paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut quæcunque hodie nominatum illud Monaſterium juſte poſſidet, quæque in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, ſeu oblatione fidelium juſte canoniceque poterunt adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Quamobrem decrevimus, ut nulli omnino hominum liceat idem Cœnobium temere perturbare, aut illi poſſeſſiones auferre, ſeu oblationes requirere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; veruntamen omnia integre conſerventur eorum pro quorum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodè profutura. Obeunte autem ejus loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptione, aſtutia vel violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Domini timorem atque Beati Benedicti regulam elegerint, à Romano Pontifice maximo inungendum ac conſecrandum; chriſma, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſive Baſilicarum, & ordinationes Monachorum qui ad ſacros Ordines promovendi ab Epiſcopis in quorum Diœceſibus eſtis, accipietis; ſi quidem gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habuerint, & ſi gratis ea ac ſine pravitate impenderint: ſi quis vero his obſtiterit, liceat vobis à quocunque volueritis Catholico Epiſcopo prædicta ſacramenta percipere. Si qua igitur Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtram Conſtitutionis paginam ſciens temere contra eam venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatis ſactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere cognoſcat de perpetrata iniquitate, & à ſacratiſſimo ſanguine & corpore Domini Omnipotentis noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat ac ſegregetur, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat: Cunctis autem è contra juſte obſervantibus ſit pax & tranquillitas Domini Omnipotentis noſtri Jeſu Chriſti; quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen Amen.

Ego Calliſtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Firmamentum eſt Dominus timentibus eum.

Datum Beneventi per manus Stephani S.R.E. Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii 3. Cal. Dec. Indict. 14. Pontificatus autem Domini Calliſti ſecundi Papę anno ſecundo, ab Incarnatione autem Omnipotentis Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno milleſimo centeſimo decimoquinto 1120.

Calliſtus Joanni Abbati.

Calliſtus Epiſcopus ſervus ſervorum Domini. Dilectis in Chriſto filiis, Joanni Abbati reverendiſſimo, & Monachis S. Sophiæ Virginis Monaſterii Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum Beneventi anno præterito in noſtro reſideremus Palatio, quidam noſtris auribus ſuggeſſerunt, vos duo molendina in loco qui Ponticellus nominatur extruxiſſe in terra quæ noſtris regalibus pertinebat: Nos autem hoc audientibus, & ſuper Regalium noſtrorum diminutione dolentes, deſtrui molendina illa mandavimus; quo facto vos una cum nobilioribus Beneventanorum civibus ante noſtram præſentiam convenientes querimoniam lacrymabilem protuliſtis, aſſerentes aquam fluvii Caloris in loco illo jure veſtro Monaſterio pertinere; inſuper veſtrum jus per antiqua Principum præcepta & Prædeceſſoris noſtri felicis memoriæ Papæ Gelaſii ſcriptum oſtendere voluiſtis, quod & poſtea oſtendiſtis. Nos igitur & veſtris rationibus intellectis, & Monaſterii veſtris neceſſitatibus conſideratis & excogitatis, quod ab eodem prædeceſſore noſtro de hoc negotio factum, & ſcripti ſui robore confirmatum eſt, ratum decrevimus permanere.

Ego Calliſtus Epiſcopus.

Datum in civitate Beneventana 3. non. Januar. Indict. quarta decima, an. ab Incarnat. Omnipotentis Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo vigeſimo primo, Pontificatus autem Domini Caliſti II. Papæ anno ſecundo.

Declaratio litis in Monaſterio S. Sophiæ.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Domini, Venerabili fratri Archiepiſcopo & dilecto filio Abbati terræ majoris, & Archipresbytero . . . . Apoſtolicam benedictionem. Olim Venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo & dilecto filio Archidiacono Tranenſi dedimus in mandatis, ut ſententiam, quam Venerabilis frater noſter Epiſcopus & dilectus filius noſter Archidiaconus Aſculenſis ſuper quæſtionem inter Venuſinum, & S. Sophiæ Beneventanum Monaſteria de quibuſdam terris habitam pro Epiſcopo Monaſterio S. Sophiæ protulerant, facerent per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari, & poſſeſſione ipſarum terrarum ſicut juſtum eſſet, cum fructibus ex eis per præcepta latæ ſententiæ in integrum eidem Monaſterio reſtituta, injungerent Abbati & Conventui Venuſino, ut ſi de jure confiderent uſque ad Aſcenſionem Domini venturam per ſe, vel reſponſalem idoneum, ad præſentiam noſtram accederent, recepturi juſtitiam & facturi. Prænominati autem Judices juxta mandatum noſtrum in negotio procedentes, dictis Abbati & Conventui Venuſino per ſuas litteras injunxerunt, ut vel reſtituerent poſſeſſionem terrarum ipſarum cum fructibus. Ad quod idem Abbas ſic reſpondit: quod quamvis voluntatem haberet eaſdem terras Monaſterio juxta mandatum Apoſtolicum reſignandi, hoc tamen facere non poterat neque audebat, tum propter Dominos Corneti qui illas ipſas terras poſſident & colunt; quod ſi fieri poſſet, homicidium exoriri; tum quia nullus erat qui fines terrarum illarum cognoſceret de quibus quæſtio agebatur, & Dominum humiliter ſupplicabat ut ad componendum inter illos efficaciter ac ferventer laborarent; cumque ad concordiam componendam juxta petitionem illius diligenter intendere procuraſſent, & partes ad id non poſſent inducere aliqua ratione; iiſdem tam ſententiam à prænominatis Epiſcopis & Archidiac. Aſculanenſi pro nominato ſanctæ Sophiæ Monaſterio latam, quam ea quæ per litteras ac nuncium Abbatis perceperant Venuſini, necnon excommunicationis ſententiam quam in eundem tulerant ſi venire contra dictam ſententiam attentaverit diligenter attendentes, prudentum virorum conſilio poſſeſſiones terrarum ipſarum juxta mandatum noſtrum, dilecto admodum filio Nicolao nuncio Abbatis S. Sophiæ Epiſcopi nomine & auctoritate Apoſtolica reſtituere procurarunt, injungentes Abbati & Conventui Venuſino, ut fructus ex iiſdem terris à tempore latæ ſententiæ perceptos eidem Abbati reſtituere non differrent, & poſſeſſionem ipſam non præſumerent de cætero aliquatenus perturbare, ſed permitterent ipſum eaſdem terras pacifice poſſidere. Licet autem in mandatis à nobis iidem Judices recepiſſent, ut ſi dicti Abbas & Conventus Venuſinus de jure confiderent, ipſis injungere procurarent, ut uſque ad Aſcenſionem Domini Omnipotentis proxime venturam vel per ſe, vel etiam per reſponſalem idoneum ad Apoſtolicam ſedem accedant, recepturi juſtitiam & facturi, quia litteras Apoſtolicas ſuper hoc traditas receperant, illis ut tamen ſe poſſent commode præparare, mandarunt ut uſque ad feſtum Pentecoſtes accederent per ſe vel per idoneum reſponſalem; poſtmodum autem ad preces Abbatis ejuſdem, illi & ſuo Conventui propter impedimenta viarum per totum menſem Junii proxime præteritum de voluntate partium indulſerunt terminum longiorem; ad quem idem Abbas nec venit, nec Procuratorem quendam mittere procurarunt, quamvis nuncius prænominati Abbatis diutius expectavit apud Sedem Apoſtolicam conſtitutus. Ne igitur Abbas ulterius fatigetur laboribus & expenſis, & alterius Abbatis contumacia puniatur, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus necnon præcipimus, quatenus reſtitutionis ſententiam facientes firmiter obſervari, Venuſinum Abbatem ſupranominatum tamdiu, appellatione remota, denuncietis excommunicationis vinculo innodatum, donec prænominatum Abbatem S. Sophiæ pacificam ipſarum terrarum permiſerit tenere poſſeſſionem, necnon & à tempore latæ ſententiæ fructus perceptos reſtituere procurarit. Sin autem nec ſic poterit illius duritia molliri, ut illi vexatio præbeat intellectum, & pœna docente cognoſcat, quam temerarium ſit Apoſtolicis poſſeſſionibus contraire, ac juſſionibus ſe opponere, Priori & Conventui Venuſino auctoritate noſtra firmiter injungimus, ut juxta tenorem ſententię quam contra eum nominati Judices protulerunt, eum tanquam excommunicatum evitent, & ipſi nullatenus intendentes nullam ibi adhibeant reverentiam ac honorem, Priorem & Monachos ad hoc ubi neceſſarium fuerit per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota cogentes. Nos autem, ſi prænominatus Abbas Venuſinus, priuſquam dicto Abbati S. Sophiæ juxta tenorem latæ ſententiæ fuerit ſatisfactum, de jure confidens aliquid adverſus eum tam ſuper dictis terris quàm aliis proponere voluerit quæſtionis, faciemus juſtitiam exhiberi. Quod ſi non omnibus his exequendis poteritis intereſſe, tu cum fratre Epiſcopo nihilominus exequaris.

Datum Viterbii 4. non. Aug. Pontificatus noſtri anno duodecimo, feliciter admodum.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Domini, Venerabilibus fratribus Biſacentium Laquedonenſium & Vicanenſium Epiſcopis, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Dilecti filii, Abbas & Conventus S. Sophiæ de Benevento ſuis nobis litteris intimarunt, quod cum executionem ſententię pro iis à Venerabili fratre noſtro Epiſcopo, & dilecto filio Archidiacono Aſculenſium ſuper limites quarundam terrarum in Corneto cõtra Venuſianum Monaſterium promulgatæ Venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo & dilecto filio Archidiacono Tranenſium duxerimus committendam, eadem ſententiam confirmante poſſeſſionem earum terrarum prænominatarum cum fructibus inde à tempore litis conteſtatæ perceptis reſtitui ſub excommunicationis vinculo præceperunt ac demandarunt; tandem ob contumaciam Venuſini Abbatis, bonæ piæque memoriæ Sipontino Archiepiſcopo & conjudicibus ſuis dedimus in mandatis, ut quæ geſta fuerant per alios delegatos facerent immobiliter obſervari; qui Abbati & Conventui Venuſino firmiter injunxerunt, ut ſecundum Judicum mandata priorum ipſarum terrarum poſſeſſionem Monaſterio S. Sophię

reſtiruerent, & permitterent idem Monaſterium illa omnia pacihce poſſidere: veruutamen prænominatl Abbas & Monachi Venuſini, maudatis ac præcepris Judicum & excommunicatiouis ſeutentię ſe temere opponenres impediunt excommunicatiouis ſenteutiam potentia Laicorum: Verum memorati Abbas & couventus S. Sophiæ nos humiliter ac manſuete ſupplicarunt, ac precibus quã maxime ſollicitarunt, ut & obviarem, meque opponerem partis adverſæ malitiæ, ac laboribus ſuis finem necnon colophonem imponere deberemus atque dignaremur. Nos itaque volentes ut præuomiuata maliria & contumacia puuiatur, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus jam nomiuatos Abbatem & Conveutum ſanctæ Sophię in corporalem poſſeſſionem dictarum terrarum appellatione poſipoſita ioducatis, & faciatis ln ipſarum pacifica poſſeſſione gaudere, memoratos Abbatem & Monachos Venuſiniauorum pulſatis ſouatiſque campanis & candelis incenſis denunciantes tamdiu excommuuicatos ſiugulis diebus Dominicis, ac feſtivis, & facientes ab omnibus evitari, donec ſententiæ pareant, locumque dent prænominaris, & de memoratis expenſis à tempore excommunicationis contumaciæ ipſorum in judicio factis à parte altera prænomiuato Monaſterio S. Sophiæ ſatisſaciant competenter conrradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcentes. Quod ſi uon omnes his exequeudis poteritis intereſſe, duo veſtrum ea nih lominus ut oportet exequantur.

Datum Signiæ 3. Kal. Sept. Pontificatus noſtri anno decimo quinto.

Ego Callixtus . . . . Epiſcopus, Dominique ſervus ſervorum tibl dilecto filio Henrico Domlni gratia Romanorum Imperatori Auguſto, concedo electiones Epiſcoporum & Abbatum Teutonici Regni, qui ad Regnum pertinent, in præſentia tua fieri, abſque ſimonia & aliqua violeutia; ut ſi qua lnter parres diſcordia emerſerit, Metropolitani & Comprovincialium conſilio vel judicio, ſaniori parti aſſenſum præbebis & auxilium: Electus autem regalia per ſceptrum à te accipiat; & quæ ex his jure ribi debet faciat; ex aliis vero partibus Imperii conſecratus infra ſex menſes regalia per ſceptrum à te accipiat, & quod ex his jure tibi debet faciat; exceptis omnibus quæ ad Romanam Eccleſiam pertinere dignoſcuntur. De quibus vero mihi querimoniam feceris atque auxilium poſtulaveris, ſecundum officii mei debitum auxilium præſtabo. Do tibi veram pacem, & omnibus qui in parte tua ſunt vel fueruut à parte hujus diſcordiæ.

Henricus Imperator Romanorum.

In nomine ſanctæ & individuæ Triuitatis, Ego Henricus Domiui graria Romanorum Imperator Auguſtus pro amore Domiui, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Domiui Papæ Callixti, & pro remedio animæ meæ, dimitto, nomino & ſanctis Dei Apoſtolis Petro & Paulo, Romauæ ſanctæque Catholicæ Eccleſiæ, omnem inveſtituram per annulum & baculum; & concedo omuibus eccleſiis quæ ln Regno meo ſunt Canonicam fieri electionem & illibatam conſecrationem, poſſeſſiones & Regalia S. Petri quæ ab iuitio hujus diſcordiæ uſque ad hodiernam diem ſive à patris mel, ſive etiam modo ablata ſunt, quæ habeo ſanctæ Romanæ Eccleſiæ reſtituo: quæ autem non habeo, ut reſtituantur fideliter juvabo. Poſſeſſiones etiam aliarum omnium Eccleſiarum & Principum tam aliorum quam Clericorum & Laicorum quæ in guerra illa amiſſæ ſunt conſilio Principum juſtitiam ab eo reddam; quæ enim habeo, ut reddautur fideliter juvabo. Et do

A veram pacem Domino Papæ Callixto, ſanctæ Romauæ Eccleſiæ, & omuibus qui ln partibus illius ſunt vel fuerunt & in quibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ auxilium poſtulaverit fideliter juvabo & de quibus mlhi fecerit querimoniam debitam illi faciam juſtitiam. Hæc omnia acta ſuut conſenſu & conſilio Principum, quorũ nomioa ſubſcripta ſunt.

Adelbatus Archiepiſcopus Moguntinus.
Coloniensis Archiepiſcopus.
Ratisbonenſis Epiſcopus.
Spirenſis Epiſcopus.
Conſtantienſis Epiſcopus.
Et Abbas Fuldenſis.
Henricus Dux.
Fridericus Dux.
Marchio Tripoldus.
Marchio Engelbertus.
Godfrid Palatinus.
Otto Palatinus.
Comes Berengarius.
B *Ego Fredericus Colonienſis Archiepiſcopus & Archicancellarius recognovi.*

Rogerius Comes.

In nomine Domiui Omnipotentis Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno milleſimo centeſimo quarto, Indict. 12. Ego Rogerius Italiæ, Rex, Rogerii primi Comitis hæres & filius. Convenit omues in regimine conſtituros Dominicis obedire maudatis, atque illi per quem regnant, colla ſubiicere, ut Regni illius mereantur eſſe participes, quod ſemper ſine jactura ſine mœrore durabit. Et propterea Monaſterii S. Sophiæ de Beneveuro Venerabilis Abbas, petitionibus tuis, Fratrumque tuorum clemeutius anuuentes, ob amorem Regis cæleſtis, per quem ſubſiſtimus & regnamus, & pro ſalute animæ prænominati Patri noſtri Rogerii, glorioſæ memoriæ Magnifici Comitis, noſtræ, noſtrorum denique parentum, confirmamus io eodem Monaſterio omnes retro Principum, Ducum, Comitum ac Baronum, ſeu quorumcumque aliorum hominum utriuſ-
C que ſexus conſenſiones, donationes juſte ſeu Canouice ſactas. Præterea concedimus ut de omnibus ejuſdem Monaſterii animalibus pro tota terra noſtra nemo herbaticum tollat, vel qualemcunque rem ullo modo, ſed ſecure eaut & redeant, maneant atque paſcantur, ſine cujuſcunque contrarietate, de quibuſcunq; rebus nullus in tota terra noſtra plateaticum tollat, undecunque venerint; ſed ſine omui contrarietate permittant abire. Addimus quoque, ut quidquid pars nominati Monaſterii donatione Pontificum, liberalitate Principum impoſterum poterit adipiſci, omui noſtra noſtrumque heredum vel ſucceſſorum vel parte Reipublicę contrarietate, vel inquietatione, ſeu aliqua perturbatione remota, jam ſæpe nominatum Monaſterium jure teneat. Inſuper, ſi quæ mala conſuetudo in aliquibus & ſupradictis rebus vel poſſeſſionibus aut hominibus ipſius Monaſterii hactenus fuit impoſita, mandamus, ut deinceps omnino deleatur. Si qua autem, quod abſit, magna, humiliſve perſona hujus noſtræ
D conceſſionis paginam temerario auſu ln aliquo violare præſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum auri libras viginti, medietatem Palatio, & medietatem prædicto Monaſterio; præſenſque decretum priſtinum robur obtineat, & inviolatum omni tempore permaneat. Ad hujus ſane noſtræ conceſſionis judicium per manus Widonis noſtri Notarii ſcribi mandavimus.

Datum Salerni per manum Guarini noſtri Cancellarii 12. Auguſti. Teſtor.

† *Ego Rogerius Rex qui ſupra.*
† *Rex ſemper vivas pius & clemens Domini vas &c.* ſunt exciſa ſequentia.

Google

Ex Ughel-li tomo octavo.

A N O N Y M U S

De rebus Frederici Imperatoris,

Conradi, & Manfredi Regum ejus filiorum.

Ex pervetuſto M. S. exemplari olim bonæ memoriæ Pirrhi Aloyſii Caſtellomatæ Epiſcopi Aſculani apud me in domeſticis monumentis ſervatum nunc primum editum publicæ donatur curioſitati.

DE FREDERICO IMPERATORE.

INTER eos, quos memoria hominum habet, ac antiqua ſcripta cum memorant Romano pręfuiſſe Imperio, Fredericus Imperator ex parte aliquando Imperatore clariſſimam ducens originem, ipſius Imperii dignitatem ſapientia, & generoſitate ſua cæteris amplius decoravit, ut majorem decorem ipſe Imperio, quam ſibi Imperium contuliſſe probetor. In pupillari quidem ætate ſua, poſt utriuſque parentis mortem, inter tyrannos ſe, ſuamque ſubſtantiam lacerantes, quaſi agnus inter lupos, divina tantum eum dextera protegente remanſit, donec ad puberes annos perveniens, Innocentio Papa III. Romanæ Eccleſiæ præſidente, Oddonem Imperatorem, qui poſt acceptum Imper. ad Regnum Siciliç pretioſam pupilli hæreditatem manus extenderat, cęleſti magis quam terrena virtute ſuperavit, & vindictam ſubſequendo tyrannos, accepit, adeptuſque eſt coronam Imperii tam electione Principum, quam avita, & materna ſucceſſione.

Honorio Papa III. Sedem Apoſtolicam gubernante, compoſitaque Alamania ſub præſidiatu Henrici filii ſui primogeniti, quem ex conſorte ſua Imperatrice Conſtantia Hiſpana ſuſceperat, ipſe Siciliam aggreſſus Saracenos, qui tempore pupillaris ætatis ejus rebellantes, ſe in excelſis montibus collocaverant, potentiæ ac ſapientiæ ſuæ armis de montibus in plano dejecit, & magna tunc eorum partem, proceſſu vero temporis omnes penitus Saracenos ipſos in Apuliam ad habitandum ſub debita ſervitute in locum qui dicitur Luceria miſit.

Dejectis autem Saracenis, totoque Regno in pace ſtabilito, transfretavit ad Regnum ſuum Hieroſolymitanum, in quo Saraceni Ultramarini nominis in ſui præjudicium, quoniam in ſepulchro Domini, in Chriſtianæ fidei contumeliam ſuperſtitionis ſuæ turpitudines operabantur: cumque ſtatum ipſius Regni reformare intenderet, intellecto quod Gregorius Papa, qui Honorio ſucceſſerat, immiſſo in Siciliæ Regnum exercitu jam uſque Apuliæ confinia, ipſum in abſentia Imperatoris recepiſſet, prout temporis brevitas patiebatur, Regni Hieroſolymitani ſtatu compoſito in Regnum Siciliæ ingreſſus eſt, propulſatoque externo exercitu extra Regni fines, & regnicolarum ſuorum turbatione ſedata, ad partes Italiæ & Alamaniæ, quas eadem cauſa turbaverat, potenter acceſſit: indeque removens Henricum primogenitum ſuum, quem prius æmulorum ſuggeſtionibus contra ſe mutatam invenit, quaſi viſcera ſua extra ſe videns ipſum in Calabriam miſit, ordinatoque Conrado II. filio ſuo in Alamania loco ſui quem Imperatrix Iſabella Hieroſolymitana ſibi genuerat, in Lombardiam venit, ubi primo civitatem Vicentiæ, & Imperio rebellantem potenter expugnavit: deinde Mediolanenſes, & complices rebelles imperii A campeſtri conflictu, capto ipſorum exercitu debellavit, plureſque Lombardiæ magnates in ipſa expugnatione captos carceri ſuo in Regnum miſit adactos. Brixiam quoque circumquaque vaſtavit; Faventiam mirabili obſidione circumdatam ad deditionem coegit: plureſque alias civitates in Lombardia & Tuſcia, quę contra Imperium rebellaverant, potentiæ ſuæ viribus ad ſubjectionem debitam acclinavit.

Quaſdam quoque civitates in Regno fundavit & conſtruxit, videlicet Auguſtam, & Heracleam in Sicilia, Montis-Leonis & Alitheam in Calabria, Dordinum & Luceriam in Apulia, Flagellam in Terra Laboris contra Ceperanum.

Deſtruxit autem quaſdam civitates alias tempore minoritatis ſuæ, alias quæ poſt ſibi rebellaverant, videlicet in Sicilia Centorbium, Capicium & Trajanam in Provincia Beneventana Beneventum, in Apulia ſanctum Severum.

Vir quidem fuit magni cordis, ſed magnanimita- B tem ſuam multa quę in eo fuit ſapientia temperavit, ut nequaquam impetus eum ad aliquid faciendum impelleret, ſed ad omnia cum rationis maturitate procederet, multoque ſane feciſſe majora quoniam fecit ſe cordis ſui motibus paſſe abſque freno philoſophico moderamini obtemperaſſe, utpote qui philoſophiæ ſtudioſus erat, & quam & ipſe in ſe coluit, & in Regno ſuo propagari ordinavit.

Tunc quidem ipſius felici tempore in Regno Siciliæ erant literati pauci, vel nulli, ipſe vero Imperator liberalium artium, & omnis approbatæ ſcientiæ ſcolas in Regno ipſo conſtituit, Doctoribus ex diverſis mundi partibus per præmiorum liberalitatem accitis, conſtitutoque tam eis ſalario, quam pauperibus auditoribus ſumptum de ſui ærarii largitate, ut omnis conditionis & fortunæ homines nullius occaſione indigentiæ à philoſophiæ ſtudio retraherentur.

Ipſe quoque Imperator de ingenii ſui perſpicacitate, quæ præcipuè circa ſcientiam naturalem vi- C gebat, librum compoſuit de Natura, & Cura Avium, in quo manifeſtè patet in quantum ipſe Imperator ſtudioſus fuerit philoſophiæ. Juſtitiam quoque ſic dilexit & coluit, ut nemini vetitum eſſet etiam cum ipſo Imperatore de ſuo jure contendere, nec ſuffragaretur ſibi favoris Imperialis eminentia, quominus ei eam concederet, & juſtitia eſſet æqualis. Nullus advocatus contra ſe alicujus quantumcunque pauperis aſſumere patrocinium dubitarat, cum & ipſe etiam Imperator hoc licitum fore ſtatuerit, gratius reputans ſervari etiam contra ſe juſtitiam, quam habere de lite victoriam.

Juſtitiam autem ſic coluit, ut tamen rigorem ipſius nonnunquam clementia temperaret: nam cum prædictus Papa Gregorius concilium contra

eum in Urbe congregare vellet, ad quod omnes ferè Prælati Ultramontani vocati per mare cum ſtolio Januenſium præmunitiſſimè veniebant, Admiraus Imperatoris qui deputatus erat ad cuſtodiendos tranſitus maris navali bello Januenſes expugnavit, omneſque Prælatos cum duobus Cardinalibus Legatis Apoſtolicæ Sedis qui Prælatos ipſos ad Concilium evocaverant, cepit, & vinculatos in Regnum duxit. Sed Imperator * . . . . magis Deo quàm ſibi ſatisfaciens, liberatos abire permiſit. Proinde ipſum variis hinc inde adverſitatibus ex æmulorum ſuorum ſtudio concuſſum, ſed nullo modo dejectum, ſola virtus ſagacitatis protexit: & licet eum quandoquo aliquorum domeſticorum ſuorum ſtudio concuſſum perfidia inſurrexiſſet, eorum conſpiratione jam publicata, etiam in ipſius necem familiaris ſe gladius exemiſſet; licet etiam in ipſius necem ex fortium Lombardorum coadunatum magnitudini cordis ejus incomparabili improviſum objeciſſet victoriæ ſuæ caſum, ipſe tamen uſque ad ultimum ſui diem glorioſus, & per totum orbem terrarum admirabiliter vixit, & qui omnibus fuerat inſuperabilis, ſolius mortis legi ſuccubuit.

Mortuus eſt autem ipſe Imperator apud Florentinum in Capitanata Apuliæ . . die menſis Decembris 9. Indictionis ſuperſtitibus ſibi Conrado, quem ea Hieroſolymitana, Manfredo quem ea Italica, & Henrico minore quem ex Anglien. conjorte ſuſceperat: conſtituitque ſibi hæredem memoratum Conradum Romanorum in Regem electum, qui præmortuo Henrico majore in Calabria primogenitus remanſerat inter fratres; ipſi autem Conrado hæredi inſtituto tam in Imperio, quam in Regno, minores fratres videlicet Manfredum & Henricum ſubſtituit.

Cum autem idem Conradus eſſet in Alamania, dictus Manfredus, quem Imperator præ cæteris filiis dilectiſſimum, & in aula ſua nutritum ſuiſque documentis inſtructum Principem Tarenti conſtituerat, conceſſit ſibi Comitatus Gravinæ, Tricarici, & Montis Caveoſi, necnon & Honorem Montis Sancti Angeli, quem Imperator ipſius Principis matri, quam ſummè dilexerat, donatione fuerat elargitus, generalis Balius ipſius Regni Siciliæ ageret, & illi qui ab Imperatore remunerationem aliquam obtinuerat de ſuo arbitrio provideret: poſtquam autem Rex veniret in Regnum, ipſe Princeps Principatum Tarenti, & totam terram ſibi prælegatam teneret in capite, & merum imperium, in ea tanquam Dominus eſſet: utpote in cujus indole præcognoverat pater quis qualiſque Princeps futurus eſſet. Formavit enim ipſum natura gratiarum omnium receptabilem, & ſic omnes corporis ſui partes conformi ſpecioſitate compoſuit, ut nihil in eo eſſet quo melius eſſe poſſet: à pueritis enim paternæ philoſophiæ inhærens oſtendebat per certa ingenitæ diſcretionis indicia, quantum in majori ætate prudentiæ eſſet habiturus; & qualiter ipſe erat per quem domus Auguſta gubernari poterit, & in ſtatu gloriæ conſervari; & non ſine cauſa Manfredus vocatus fuerit, quaſi manens Frederico, in quo quidem vivit pater jam mortuus, dum paterna virtus in ipſo manere conſpicitur. Vel Manfredus, ideſt Manus Frederici utpote ſceptrum tenere dignus eſt, quod manus paterna tenuerat. Vel Manfredus ideſt Mens Frederici, ſive Memoria Frederici, quaſi in eo mens, vel per eum memoria Frederici perduret. Vel Manfredus ideſt minor Frederico, majori oblato ſubcreſcens. Vel Manfredus, ideſt Mons Frederici, ſive Munitio Frederici, in quo videlicet Frederici nomen & gloria ultro uſque in monte, ſive munitione excelſa quaſi ad ſepulchrum poſterorum ſervata conſiſtunt, ut per quamcumque vocalem etymologiam ipſius nominis varietur, paterna ibi res, & nomen inveniatur. Nec immerito ad tam præclari nominis etymologiam cunctæ vocales literæ

A pro ſua quælibet diverſitate conveniunt, ut liquido demonſtretur talem eſſe perſonam hoc nomine denotatam, quæ ad regimen univerſale conveniat, ut ſicut cæteræ literæ nullum quidem per ſe ſonum efficiunt niſi vocabulis adjungantur, vocales autem per ſe ad ſoni perfectionem ſecundum aliarum literarum adjectionem ſufficiunt, ſic perſona Principis rem nomenque paternum in ſe per omnium vocalium varietatem concludens, ea eſſe videatur ſecundum quam univerſale regimen per ſe ſubſiſtere nequeat, & quæ ad idem regimen adminiculo alieno non indigens ſola perfectè ſufficiunt: & ſic nihil eſt quod ſine vocabulo aliquo exprimi poſſit, aut ſcribi, ita nihil eorum ſit quæ in patre Auguſto ad univerſale regimen convenerunt, quod filio tam ex paterni nominis ſpecie, quàm ea ſuæ ſapientiæ mutatione non congruat. Cum igitur ipſe Imperator plures genuerit filios prudentes quidem atque magnificos paternaſque virtutes particulariter imitantes, iſte tamen Princeps Manfredus paternarum

B gratiarum atque virtutum hæres fuit univerſaliſque ſucceſſor, ut jus primogenituræ quod ſecundum carnem apud aliquos ex fratribus ſuis erat, ex præfiguratione aliqua in filiis Iſaac atque David in eum eſſet divinæ proviſionis conſilio transferendum.

Erat autem idem Princeps annorum xviii. cum defuncto Imperatore balium fratris ſui Conradi Regis in Italia, & Regno Siciliæ paterna ſibi commiſſum diſpoſitione gerere cœpit, miſitque Henricum fratrem ſuum minorem ad gubernandam Siciliam, & Calabriam vice ſui, ut homines regionum illarum in ipſius pueri facie Imperialem aſpicientes memoriam ſpeciemque Regiam conſiderantes quietem ſperarent, & conſolationem acciperent de turbatione quam eis mors Imperatoris geſſerat; ipſe vero Princeps in Terra Laboris proceſſit.

Cum autem Imperatore mox mortuo crederetur maximam turbationem in toto Regno eſſe futuram ſicut ſæpe ſolet contingere in obitu Dominorum: tale tamen regiminis ipſius Principis fuit ex Dei

C nutu principium, quod ea morte Imperatoris nulla quodammodo viſa fuit interruptio facta paternæ tranquillitatis & pacis, ſed continuato dominio patris ad filium idem videbatur eſſe regimen Principis, quod fuerat Imperatoris: Curiam enim paternam omnibus officiis integram, ſtipendiis quoq; præſtationibus & libertatibus conſuetis in nullo diminutam reſervavit, ut de priori ſtatu, vel juriſdictione juſtitiæ, vel in aliis nihil penitus videri poſſit immutatum. Habebat quoque ſecum conſiliarios patris ſui circumſpectus adoleſcens, & ætatis ſuæ facilem, ſed non irrationabilem ſenſum illorum maturitate componebat, ut in hoc etiam ſapientiſſimus perpenderetur, quod lubricum licentia juvenilis ætatis, ad cujus moderamen innata ſibi prudentia ſufficere poſſet, alienæ etiam ſapientiæ neceſſitate tractaret: non quidem imitans ſuperbum & ignarum filium Salomonis, qui dum ſeniorum conſilia ſprevit, & juvenilium, vel coætaneorum ſuorum ſuaſionibus adhæſit, paterni Regni di-

D viſionem in diebus ſuis vidit, & ſervum patris ſui paſſus eſt in Regno conſortem. Ille quidem imprudens imprudentium utens conſiliis, factus eſt imprudentior: iſte vero Princeps philoſophiæ filius & alumnus ea ingenita ſibi habuit ſapientia, ut ſapientum conſilia, quamquam neceſſaria ſibi non eſſent, veneraretur, ne vel in hoc argueretur minus habere ſapientiæ, ſi forte aliorum conſilio uti dedignans ſuæ tantum prudentiæ inniti videretur; & ideo dum ſibi, & gloriæ ſuæ quodammodo in hoc ipſe diminuit, quod plenitudinem gratiæ, quæ in ſe erat, adjectione quoque alienæ ſapientiæ indigere ex virtute reputavit, divina ſibi gratia, quæ humilibus præſto eſt, ſemper affuit, ut ſuper humanum modum, & omnem credulitatem in cunctis ſuis proceſſibus proſperaretur.

Poſt modicum enim tempus à morte Imperatoris ea qua, etſi non in aperto, in occulto tamen multorum ſunt corda concuſſa, cœpit in Terra Labo-

ris

ris & Apuliæ quædam occulta fieri conjuratio, non abſque aliquorum inſtigatione, qui olim honoris & nominis Imperialis æmuli fuerant, quæ quidem conjuratio in Apulia, in Andrenſibus, Fogitanis & Barolitanis, apud Terram Laboris in Capuanis & Neapolitanis primò viſa eſt manifeſtari. Rebellantibus autem Neapolitanis & Capuanis, factaque ab eis confœderatione, cum quibuſdam ipſarum partium magnatibus, qui propter odium & inimicitias Bertholdi Marchionis de Honebruch à Principis latere diſceſſerant. Princeps autem à prædictis Magnatibus precum ſpe dimiſſus, imò eos ſibi eſſe adverſarios cognoſcens, cum non haberet tunc tantas armatorum hominum vires, ut prædictas civitates & magnates oppugnare poſſet, venit in Apuliam, ut exercitu ibi congregato ad expugnationem prædictarum civitatum & magnatum potentior interea reverteretur.

Cum autem in Apuliam veniſſet, nec adhuc conjuratio eſſet in Apulia publicata, conſtituit ſtipendiarios ſuos Theutonicos manere in Troja ſub quodam Capitaneo eorum nomine Hegano, qui tempore Imperatoris Capitaneus fuerat Theutonicorum in Marchia Anconitana, ubi multum prudenter & ſtrenuè ſe geſſerat. Dimiſſis igitur Theutonicis ipſis in Trojam, ipſe Princeps cum familia ſua Fogiam proceſſit: cumque poſt paucos dies Theutonici prædicti armati omnibus armis quaſi ad pugnam veniſſent de Troja ad Fogiam, & ſe exclaraſſent in aciem ante civitatem, miſerunt ad Principem quem ſciebant tunc pecuniam non habere, ut Princeps eis ſtipendia daret. Huc enim dare videbatur eorum intentio, ut Principe non valente eis dare ſtipendia propter defectum pecuniæ, quem tunc patiebatur, ipſi contra eum in civitatem Fogiæ venirent, ut eos diſrobarent. Princeps autem magnanimus nullo modo fecit armari ſuam familiam, & Fogitanos, ſed prædictis Theutonicis ſic animosè per ſuos nuncios reſponderi fecit. Vos numquid contra me armati veniſtis; ſed ſi me amplius cogitis ſic contra vos munitus exibo, & me eſſe Imperatoris filium cognoſcetis: ſi ergo ſtipendia petitis, mittite quatuor ex vobis inermes, ut decet, & vobis reſpondebitur, ut decebit. Audientes itaque Theutonici hujuſmodi alta Principis verba, & videntes quod non erat Princeps homo vel corde, vel genere cui vis aut metus potuiſſet inferri, pœnitentes de eo quod ſic improvidè fecerant, miſerunt quatuor ex eis inermes ad Principem, qui de ſtipendiis reſpondit, ut decuit, & de ipſorum præſtatione prout potuit in illa temporis neceſſitate providit.

Poſt paucos vero dies Princeps quemdam apud Andrenſem civitatem enormia contra ſtatum pacis, & fidei Regiæ de novo audiens commiſſa, illuc cum exercitu ſuo proceſſit, ſcire volens an vera eſſent ea, quorum clamor ad ipſum de illa civitate pervenerat. Ante autem quam ad civitatem appropinquaſſet exercitus, cuncti penè Andrenſes cives tanquam ſibi conſcii, dimiſſa civitate, mulieribus tantum, parvuliſque relictis à civitate fugerunt. Terruerat enim eos Principis famoſa potentia, conſcientiaque læſa pupugerat. Cum autem ante Principis faciem ſtare non poſſent: Princeps autem advertens in multorum ſtrage, non peccantium ſecuritati eſſe detrahendum, cives ad civitatem ipſam reverti juſſit, & prout magnificentiam ſuam decuit eis remiſit pœnam quam juſtè meruerant; & alia pœna quæ correctionem potius quàm perniciem ipſis induceret eos mulctavit, & deinde apud Luceriam profectus eſt, ubi audivit quod jam Fogitani aggeribus circumcirca vallare ſe cœperant, & præter ſolitum ad pulſationem campanæ populo convocato conſilia quædam non ſine certa ſuſpicione tractabant.

Princeps autem orientis morbi materiam antequam invaleſceret præcedere ſatagens cum exercitu ſuo de nocte procedens ante Fogiam ſummo diluculo repente diſpoſitis hinc inde aciebus apparuit: cumque Fogitani mane ſummo Principis exercitum, de quo quidem nihil in nocte præcogitaverant, ante civitatem vidiſſent, ſubito tremore concuſſi, quaſi in erroris ſui primordiis deprehenſi, & Principis ſagacitate præoccupati antequam munire ſe poſſent, miſſis ad Principem eorum nuntiis veniam ſuppliciter poſtulantes eg eſſæ mulieres civitatis ipſius crinibus reſolutis ad pedes Principis implorantes cum lachrymis ejus miſericordiam. Princeps vero lachrymoſa civium ſupplicatione permotus licet rigorem in eos juſtitiæ rationabiliter exercere potuiſſet, & eorum pœna, terror & correctio foret aliorum in exemplum, tamen ſic erga eos pietate uti voluit, ut nec veniam eis negaret, nec delictum eorum penitus impune dimitteret; facienſque unum ex juſtitia, & miſericordia temperatum, ne videretur in juſtitia rigidus, nec in manſuetudine diſſolutus. Pœnam etenim corporalem quam ex delictu incurrerant in pecuniariam pœnam benignè convertens, aggeres, quibus ſe circumquaque vallaverant, explanari mandavit. Delictum quidem Fogitanorum adeo fuerat perniciosum exemplo, quod quæcunque eorum citra ſanguinem pœna fuit, magnæ lenitatis ipſis apparuit. Princeps enim qui non ad deſolationem, ſed ad correctionem & regimen populi natus erat, hoc agebat in pœnis delinquentium, ut eſſent quos peccare pœniteret, niſi peccantibus vitam adimeret, quid emendaret correctio non haberet: in plectendo quidem, & cognoſcendo hæc erat ejus intentio, ut vita hominum corrigeretur, non ut per pœnam penitus tolleretur: quæ ſuſpicione carere non ſolent. Conſtituerant enim ſibi conſiliarios in civitate præſidentes, & formam judiciorum ſolitam tranſmutantes, non jam apud Præſidem à Principe conſtitutum, vel apud loci Bajulum ex more ordinatum criminales aut civiles querimonias cauſaſque tractabant, ſed apud prædictos Conſiliarios noviter creatos petendam ſibi exequendamque juſtitiam decernebant, prætendentes aliàs fidem, & obedientiam Regiam, & ſe ad novitatem illam proceſſiſſe ſalva fidelitate Regis aſſerebant. Quod ubi Princeps audivit, volens an ea quæ dicebant vera eſſent experimento cognoſcere, civitatis ipſius univerſitati mandavit, ut eorum aliquos pro parte omnium civium ad ſuam præſentiam mitterent: cumque nuntii civitatis ad ipſius præſentiam juxta ſuum mandatum acceſſiſſent, alloquutus eſt eis Princeps, ut decuit, reducens inter alia ipſis ad mentem juramentum fidelitatis, quod ſibi tam ipſi, quam alii Regnicolæ tempore aſſumptionis prædicti Balii pro Regis parte præſtiterant, ex cujus forma juramenti tenebantur ſibi ad terram Regis tuendam præſtare ſubſidium. Licet enim potentia & induſtria ejuſdem Principis magna eſſet, tamen ipſa, & virtus in actum prodire non poterant ſine operatione ſubſidioque fidelium. Quantum enim ad vires corporis attinet, nullus quidem eſt qui per ſe quantumcumque fortiſſimus ſit, ad regimen univerſale ſufficiat, ſed ea eſt potentia, ea virtus in mundi rectoribus, ut habeant cum quibus, & per quos animi ſui virtutes exerceant; ut in hoc maximè rectorum induſtria, virtuſque probetur, quod rudes animos aliorum, & vires, quæ ſine exercitio in aliquibus habentur inutiles, conſilio & moderamine ſuo ad laudabilia utilium operum experimenta ratificant, atque diſponunt; ſicque in rectore potentia creſcit, & gloria, dum ſubjectorum ſibi ſubſidia, & vires aſſiſtunt: decreſcit autem & deperit ſi ea ſuo præſidio ſubtrahuntur. Quemadmodum inutiliter bonus eſt artifex ſi neceſſaria ſibi ad artificium inſtrumenta deficiant: ſit autem ejus peritia ex opere luculentior ſi inſtrumenta habeat quibus operetur.

Hac itaque ratione Princeps cum per id tempus neceſſarium ſibi eſſet ſubſidium tam illorum quàm aliorum Regni fidelium contra Neapolitanos & Capuanos, qui rebellionem ſuam jam probaverant, requiſivit eos ex debito fidelitatis, & præſtiti ſacramenti, ut ſubſidium ſibi hominum armatorum præ-

ſtarent, quam requiſitionem taliter fieri alia quoque cauſa ſuggeſſerat, ut videlicet ex reſponſionis eorum qualitate comprehenderetur qualis eorum animus eſſet. Nuntii vero recepta Principis requiſitione reverſi Barolum inſinuaverunt hoc populo civitatis. Quo audito populus quidem concitatus eſt, ſed interiores motus explicare non volentes in publicum remiſerunt ad Principem nuntios vacua ſibi verba referentes: metiebantur enim ejus ex ætate prudentiam, fruſtra cogitantes expectationem ejus inanibus promiſsis obedire, & ſe melius interim præmunire. Princeps autem, cujus induſtria pravos eorum motus diſsimulare noverat, ſed neſcire non poterat, interea proceſſerat ad oppidum Cannarum, quod à Barolo ſex fere millibus diſtat, ibique nuntios Barolitarum remiſſos ſecunda vice recepit, auditiſque ipſorum verbis, ſenſuque verborum medulliter intellecto remiſit eos, ut certum ſibi reſponſum non ſuſpenſivum, ac dubium à civitate referrent, quibus redeuntibus Barolum nec aliquo deinde B reſponſo à Barolitanis Principi facto, ſolertiſſimus Princeps manifeſtam agnoſcens eorum fraudulentiam quam jam diſſimulare amplius dedecebat; conſiderans etiam quod diſſimulatio manifeſta eorum ſceleris amplioris poſſet eſſe cauſa victoriæ: cum fere omnes majores civitates Apuliæ conjurationis illius conſciæ, vel participes eſſent; propter quod ſi exorienti ſcandalo à principio non occurreret, majorem ſibi laborem inantea generaret, cum exercitu ſuo ante civitatem Baroli profectus eſt, videnſque viros in propugnaculis ſtantes armatos, portaſque civitatis obſeratas, primò quidem verbis pacificis ingreſſum ſibi ad civitatem Regiam dari popoſcit, cumque illa non verbis, ſed ſagittis reſponſum ſibi dediſſet, imperavit magnificus adoleſcens circumſtantibus viris portas civitatis violenter aperire: cum autem illi propter ſagittas ab intus venientes propius dubitarent accedere, Princeps moræ impatiens, talemque pati reſiſtentiam alto corde dedignans, puſillanimitatem ipſorum ſuorum increpans, qui inſtantis C victoriæ gloriam degeneri timore calcabant, ipſemet mœnibus civitatis appropinquare non dubitans deſcendit de equo ſuo, & ad aperiendas portas animoſum fecit initium, ex quo quidem omnes animati ſunt, & accenſi quod vitæ jacturam honori & gloriæ poſtponentes non jam tela paveſcant, ſed vincendi cupidine cujuſcumque caſus diſcrimina terroreſve ſuperarent. Uno itaque omnium impetu facto remotis lignaminum diverſimode oppoſitionibus, portiſque violenter effractis ipſe Princeps de primis introeuntibus unus fuit, multique de exercitu ſuo, qui de ingreſſu deſperaverant vexillo Principis intus in civitate profecto, eamdem ingreſſi, Principem jam intus eſſe admirabantur. Quis enim tantam ſibi ineſſe crederet in illis adoleſcentiæ annis audaciam? cujus ætas nedum ad armorum exercitia, ſed etiam ad experienda ipſorum prælu⁊ia vix reputabatur idonea. Quis unquam corde conciperet puerum in deliciis imperialis aulæ nutritum, cujus artus teneros adoleſcentis paternus amor ſine armorum D compreſſione gaudebat, in tantam ſubito poſt patris mortem mutaſſe duritiem, ut armorum uſui ejus ætas immatura ſufficeret, & ea jam nunc experientia exerceret? Stupebant quidem omnes qui audiebant adoleſcentulum Principem, cujus tunc adhuc lanugo tenera replere genas incœperat, taliter expugnaſſe civitatem, vereque dicebant; Manum Domini eſſe cum illo, proceſſus alto inſcrutabilique conſilio dirigentem.

In eiſdem quoque diebus miſerat idem Princeps Bertholdum Marchionem de Honebruch, cum quadam gente ſui exercitus in terra Beneventana propter quaſdam terras, quæ in partibus illis ad rebellionem tendere videbantur: cumque civitas Avellini prædicto Marchioni miſſo à Principe parere nollet per fortunatam Principis ab eodem Marchione potentiam expugnata & capta eſt eo ipſo die, quo in Apulia civitas Baroli capta fuit, ut non ſine

A Divino nutu talis viſa ſit proceſſiſſe victoria, quod duæ civitates in diverſis Regni partibus ſitæ magnifici Principis potentiam ubicumque præpollentem ſimul in ſuæ rebellionis conculcatione ſentirent.

Capta autem civitate Baroli, muriſque ejus in ſignum rebellionis depoſitis, & dirutis, omnes aliæ civitates Apuliæ quæ conjurationis conſciæ fuerant, & Barolum reſpiciebant, in ſuo propoſito fruſtratæ ſunt, totumque fere Regnum ex tam glorioſa Principis victoria in magna pace & tranquillitate, firmatum eſt. Remanſerant tamen in Terra Laboris Neapolitanorum Capuanorumque civitates rebellatæ. Civitas quoque Averſana, quæ inter Capuam & Neapolim media in fidelitate manebat, & prædictis duabus civitatibus rebellibus vehementer obſtabat, tractatu quorumdam infidelium ad partem contrariam trahebatur. Jamque ad id deventum erat, quod pars contraria in civitate ipſa ſe publicare præſumpſerat, & manifeſtis jam armis cum fidelium parte pugnabat. Quod audiens B Princeps, prudenterque conſiderans, quod ſi civitas Averſana in partem aliam declinaret, pars contraria plurimum vigoris aſſumeret, & ipſius civitatis adverſatio totius fere Regni eſſe poſſet amiſſio; confeſtim de Apulia in Terra Laboris acceſſit, collectoque in unum toto exercitu tam ea parte, quæ cum Marchione prædicto fuerat, quam ea, quæ ſecum venerat de Apulia, civitatem Averſanam potenter ingreſſus eſt, parteque contraria viriliter expugnata atque dejecta civitatem ipſam in ſtatu fidelitatis & pacis, ut decuit, reformavit. Deinde proceſſit verſus Capuam, & eam obſidens uſque ad muros circumquaque vaſtavit. Civitatem quoque Nolam, quæ in partem rebellium lapſa erat cum ad mandatum Principis venire nollet potenter expugnavit & cepit.

Procedens deinde verſus civitatem Neapolitanam, civitatem ipſam ex ea parte, qua Veſuvium montem habet, obſedit, & faciens depopulationem circumcirca uſque ad mœnia, Neapolitanos C ad bellum exercitus provocabat, qui cum portis civitatis obſeratis depopulationem potius fieri malo eorum velle paterentur, quam ad pugnandum extra tentarent, Princeps qui caſtrenſes labores prius tolerare cœpit quam experiri, bellorumque vias, & aſtutias ex quadam ſibi innata virtute ſciebat, eos ad bellum per aliam viam provocare decrevit, eoque loco obſidionem mutare conſtituit in quo Neapolitani quaſi ad certam habendam de ipſo victoriam exire ad bellandum allicerentur. Erat enim quidam locus ex Septentrionali civitati propinquans verſus Neapolim, videlicet Putheolum, mari, montibuſque inacceſſibilibus circumquaque concluſum, ubi quidem de prope rupes ſulphureas continuò quædam evaporatione fumigare conſpicitur; ex aliaque parte eſt antrum vetuſta murorum compagne fabricatum, quod ingredientes nihil quidem aquæ inveniunt, ſed ſudare præ calore inviti quaſi in fornace compelluntur, unde & Sudatorium vulgo appellatur. In medio verò maris, & mon- D tium planitie eſt locus continens, qui vocatur Anglanum, cujus nemorum lacus aquæ non piſces, imò ſerpentes, aliaque nociva animantia nutrit. In locum ergò iſtum per aſperas, & anguſtas vias cum toto exercitu Princeps intravit, obſidioneque in illa planitie conſtituta, depopulationem ex illa civitatis parte fieri mandavit. In hunc autem diſcriminoſum locum aquæ, aliorumque bonorum penuria, ipſoque ſitu, formaque horribilem, ideo Princeps cum exercitu ingreſſus eſt, ut vel Neapolitani ad pugnandum ibi cum eo, ſic undique circumcluſo ſub ſpe certæ victoriæ, ut dictum eſt, confidenter exirent, vel ſi exeundi audaciam non haberent, tam ipſi, quàm alii cognoſcerent, quod non ita ſicut ex ætate videbatur, ut Caſtrenſes labores, quicquid durum, aut aſperum in bello contingeret, tolerare non poſſet, aliique robuſtæ ætatis viri, qui ejus vexilla ſequebantur, ea quæ idem Princeps ſufferre poterat in tenera adhuc

A

ætate conſtitutus ad capeſſendam dulcis victoriæ gloriam magnanimi adoleſcentes exemplo ſufferrent. Dicebat enim non ſugiendum, ſed appetendum eſſe laborem, per quem pervenitur ad gloriam, nec gratum eſſe ſolatium, quod non præcederent experimenta laborum. Si autem ad locum illum Neapolitani cum Principe bellaturi exiſſent, oportuiſſet Principem, & ſuos bellum de neceſſitate recipere, cum nullus pateret fugæ locus abſque diſcrimine: quin imò ipſa loci periculoſi neceſſitas bellandi deſiderium Principi, & ſuis eo magis accenderet, quo magis diſpendioſum fugæ dedecus, caſumque declararet: licet autem magis diſpendioſum hæc omnia Principis induſtria præcogitaſſet, & id præcipuè, quod per illam viam exiſtimavit Neapolitanos poſse ad bellum allicere, quia tamen gratius Neapolitanis fuit timere nè vincerentur, quam haud quod vincerent, exire noluerunt ad pugnam cum Princeps ibi eos per triduum expectaſſet.

B

Facta autem depopulatione ibidem in quantum placuit ſibi, & æſtivi temporis intemperies paſſa eſt, receſsit de loco illo Princeps ad alias partes Terræ Laboris in ſtatu pacifico, & fide Regia reformandas incedens: proceſsuque temporis intelligens Regem Conradum fratrem ſuum de Alamania in Regnum per mare eſse venturum, reverſus eſt in Apuliam, ibique moram trahens, & pro adventu Regis opportuna quæque diſponens, dictum Regem cum magna Theutonicorum comitiva per mare venientem apud Sypontum debita reverentia, & devotione recepit ſub anno Dom. 1259. Regnumque cujus pro ipſo Bajulum geſserat, in pace totaliter ferè conſtitutum ſibi aſſignavit.

Rex autem valdè Principi gratificatus, recognoſcens Regnum ipſum in abſentia ſua, poſt Imperatoris patris ſui mortem per ejuſdem Principis induſtriam ſapienter, atq; viriliter fuiſſe gubernatum, cum vix credidiſſe potuerit ſe ſic quietum, & pacatum Regnum inventurum eſſe, ſicut invenit, propter quod ipſum Principem in magna benevolentia eſt amplexatus. Itaque præordinato ſolemni palleo, ſub cujus umbraculo Rex à maris litore, ubi deſcenderat in terram, uſque ad civitatem proceſſurus erat ex conſuetudine Regiæ dignitatis, Rex ſub eodem palleo Principem ſecum ſimul procedere turbis circumquaque ſpectantibus voluit, oſtendens eum quodammodo in illa pallei communicatione participem, quem invenerat negotii fideliſſimum exequutorem; fecitque eum ſibi in Regno ſecundum, ut vicem ſuam in omnibus gereret propter magnam ſapientiam, quam in ipſo eſſe conſiderabat.

C

Parum autem duravit hæc affectio Regis ad Principem, nam proceſſu dierum videns Rex ipſius Principis ſolertiam, ſuſpicionem de ipſo in certo recipiens, quod ratione magnæ ſapientiæ, quæ in ipſo erat, homo eſſet magis dominandi, quam obſequendi conditione dignus, mutari cœpit adverſus eum, ipſumque deprimere quomodocunque poſſet intendebat. Ut autem animi ſui motum ſub quadam generalitatis ſpecie occultaret, ut eum quidem læderet, lædere tamen nolle videtur, fecit eidem Principi notum, ſe omnes donationes poſt Imperatoris obitum factas revocare velle, Principique ſuggeſſit, ut quo magis aliis Regni Majoribus daret exemplum, revocationem factarum ſibi donationum æquanimiter patiendi. Ipſe Princeps primus, atque ſpontaneus honorem Montis ſancti Angeli, & civitatem Brunduſii, quam ratione Principatus Tarenti poſſidebat, Regi reſignaret, ſicque factum eſt, quod Princeps Regis voto ſatisfaciens, animique motum plenè cognoſcens honorem Montis ſancti Angeli, & civitatem prædictam Regi obtulit, atque dimiſit.

D

Rex autem generalem prædictarum conceſſionum revocationem faciens cœpit prædicto Principi paulatim favorem ſubtrahere, Terramque illam, quam Princeps tenebat ex conceſſione Paterna, non quidem ſimul, ſed ſucceſſivè, quibus poterat occaſionibus ab ejus dominio, & poſſeſſione revocavit: ſolumque Principatum Tarenti mutilatum Comitatibus Gravinæ, Tricarici, Montis-Caveoſi, & prædicta Brunduſina civitate ſibi dimiſit; & ne Princeps de ipſa quoque Terra, quæ ſibi remanſerat ſubſidium habere poſſet, hominibus ipſius Principatus collectam generalem graviſſimam imponi, & exigi mandavit Regio ærario applicandam. Juſtitiarium quoque in Principatu ipſo à Principe ordinatum removit, & Juſtitiarium ſuum, ſicut in aliis Regni partibus in ipſo conſtituit, ſubtracta ſibi in eodem Principatu mera Imperii Poteſtate, quam ex conceſſione Patris Imperatoris habuerat, ut Princeps non niſi in civilibus tantum Juriſdictionem in Principatu ipſo retineret; Princeps vero prudentiſſimus in tali quidem adverſitate fortunæ minimè frangebatur, virtutumque ſuarum auxilio cum magis neceſſarium ſibi erat, utens, propter ea quæ Rex ſibi faciebat.

Nec quidem tantis malis in fratrem Rex exſaturatus eſt, ſed ad majorem, extremamque ipſius Principis depreſſionem Gualvanum Lanceam, qui Imperatori diù ſerviverat, quem propter magnam ejus fidem, atque prudentiam Imperator Vicarium ſuum in Tuſcia per multum temporis ſpatium habuit, Fredericum quoque Lanceam fratrem ejus, & Bonifacium de Angiono ipſius Principis avunculum, omneſque ipſius conſanguineos, & affines ex parte materna conficta in eos occaſione cum uxoribus, matribus, ſororibus, ac filiis, & filiabus, magnis, & parvis Regnum exire mandavit, qui omnes exeuntes Regnum cum ſe ad Imperatricem Romaniæ ſororem ipſius Principis contuliſſent, miſit Rex poſtmodum Bertholdum Marchionem de Konebruch in Romaniam, qui prædictos Gualvanum, & fratres ab Imperatore Romaniæ fecit de Imperio ſuo licentiari, multum diſplicuiſſe Regi aſſerens, ſi Imperator eos circa ſe retineret.

Licet autem Rex ita graviter contra Principem moveretur, Princeps tamen libenter omnia patiens, Regi cum omni devotione obſequebatur, & cum ipſo Rege procedente in Terra Laboris contra rebelles illarum partium cum toto ſuo exercitu profectus eſt. In proceſſu autem illius in Terra Laboris Rex civitates Aquini, Sueſſæ, S. Germani, pluraque vicina Caſtra, quæ per Regis adventum rebellaverant, vicit. Civitatem quoque Capuanam, & quodammodo Neapolitanorum obſidionibus terra, marique ordinatis, machinis quoque circum circa diſpoſitis, cavis etiam ſubterraneis ad murorum everſionem, & foſſis ad deditionem coegit, magnaque victoria ex illarum civitatum deditione Rex illuſtratus eſt.

Reverſus autem in Apuliam in hyeme ſequenti, mortuoque Henrico minore fratre ſuo diſponebat Rex verſus partes Imperii procedere, & cum circa veris initium ordinato exercitu proceſſurus caſtrametari cœpiſſet, in campis prope Lavellum infirmitate correptus cum eſſet circa annos ætatis 26. in triumphorum ſuorum primordiis acerbo mortis fato ſuccubuit.

Mortuus eſt autem idem Rex 21. menſis Madii an. Domini 1254. 12. Indictionis ſuperſtite ſibi filio nomine Conradino duorum jam annorum ex Eliſabeth Regina ſuſcepto, cujus pueri Balium prænominatus Bertholdus de Honebruch per magnam ſui aſtutiam procuravit ſibi à Rege committi propter favorem Theutonicorum, quos omnes ratione communis nationis munerum allectione adeo ſibi devinxerat, quod de eis omne ſuum beneplacitum facere poterat. In ipſa enim Regis infirmitate, cum ipſe Rex de filio, & Regno ſuo diſpoſiturus eſſet, requiſiverat Marchio Principem an ipſe Princeps balium ipſum vellet aſſumere cum eſſet balium ipſum, cuicumque vellet, committendum. Princeps autem ejuſdem Marchionis aſtutias prudenter advertens, ſcienſque quod prædicta requiſitio Marchionis non fiebat ad aliud niſi ut de aſſumptione prædicti Balii

ani-

animnm Principis inveſtigaret, reſpondit ei ſe non velle balium ipſum aſſumere, ſed ipſum Marchionem propter magnam ſapientiam, & rerum experientiam, quæ in eo eſſet, ejuſdem Baliatus officio fore dignum: ne ſi aliter idem Princeps reſponderet, Marchio contra eum Theutonicos, quod facile ſibi erat ad ejus Provinciæ partes conducetet. Liceret enim idem baliatus officium ad eundem Principem, tam jure agnationis legitimè (cum patruus pueri eſſet) quam paterna voluntate deferretur. Sciebat enim Rex, quod negotium filii ſui in Regno per nullum alium quam per Principem fratrem ſuum poſt Imperatoris mortem fuerat utiliter geſtum: permiſit tamen Princeps cautiſſimus ſatiſque ſibi placere monſtravit, quod ipſum officium Marchioni committeretur, ut & ſuæ ambitioni ſuper hoc ſatisfaceret, & ipſe periculum e a furore Theutonicorum, quem contra ſe concitare poterat, declinaret.

Aſſumpto itaque Baliatus officio à Marchione Bertholdo tota Camera, cunctaque Regis gaza in auro, argento, lapidibus pretioſis, & aliis quæ in ipſa Camera continebantur, ad ipſius Marchionis manus, & dominium pervenerunt, cumque inter alia, quæ dictus Rex Conradus de filio, & Regno ſuo in ultima voluntate diſpoſuit, filium ſuum manibus, & gratiæ Sedis Apoſtolicæ ſubmittendum eſſe mandaſſet, Papa Innocentius IV. qui Sedi tunc Apoſtolicæ præerat, ex Regis diſpoſitione quandam ſumens occaſionem, aſſerens Regnum Siciliæ ad Eccleſiam Romanam ſpectare, Regnum ipſum vendicare intendebat. Cumque prædictus Marchio Regni Balium gerens miſiſſet Legatos ad Papam ſuper petenda Regi pupillo Sedis Apoſtolicæ gratia, prout pater ſuus in ultima voluntare itatniſſe videbatur, Summus Pontifex illam Legatorum miſſionem, & Apoſtolicæ gratiæ poſtulationem magis debilitati partis Regiæ quam devotioni aſcribens reſpondit præcisè habere velle Regni poſſeſſionem, atque dominium promittens Regi pupillo, eum ad pubertatem veniret de jure, ſi quod haberet in Regno, gratiam eſſe faciendam: cœpitque ex parte Summi Pontificis cantè tractari cum aliquibus Regni Magnatibus qualiter Regni poſſeſſionem adipiſci Eccleſia poſſet.

Cum autem jam aliqui de Regni majoribus ad partem Eccleſiæ inclinare cœpiſſent, & prædicti Marchionis non erat tanta potentia, quod tam gravi diſſidio urgenti poſſet obviare, videns Marchio ſe in tanta difficultate perplexum, cum Summus Pontifex exercitum jam congregare cœpiſſet ad occupandum Regnum, pluresque Magnates quos ipſe Marchio habere ſperabat, auxilium alii Eccleſiæ, alii manifeſtè ad partem Eccleſiæ declinarent, Baliatus officium ſe aſſumpſiſſe pœnituit, & ea tunc onus quidem incautè ſuſceptum, non ſine pudore deponendum exiſtimavit. Multos quidem hoc modo fallit ambitio, qui onera, quæ iniunt honoribus à principio non attendunt, quoniam ambitione cœcati videre ſingula, quæ ſunt videnda non poſſunt. Vident quidem, & appetunt quod delectat, nec inſpiciunt illa alia delectationis qualitate quæ gravant, & dum improvidè honorem ſine contemplatione honoris amplectuntur, de honore ſub onere turpiter cadunt. Sic nimirum Marchio Bertholdus prædicti honoris Baliatus delectatione allectus, ſed mox ab oneris gravitate compreſſus, honorem improbe affectatum, onuſque incautè ſuſceptum ſapientiùs depoſuit quam aſſumpſit.

Marchione itaque dimittente Baliatus officium Comites, Barones, & alii Magnates Regni in Regis fidelitate manentes, ipſe etiam Marchio unanimiter convenerunt rogantes Principem Mauſredum, ut balium nepotis Regis pupilli à Marchione dimiſſum, quod eidem Principi jure agnationis legitimè offerebatur aſſumeret, publicè proteſtantes, quod ſi ipſe Princeps balium ipſum non reciperet, negotium pupilli Regis in Regno Siciliæ penitus periclitabatur, quod eidem Principi præcipuè poſſet imputari ad culpam, quod ipſe qui ſingulariter Regnum ipſum defendere poterat, ipſum in præjudicium Regis pupilli nepotis ſui, & ſuum relinqueret indefenſum. Princeps autem balium ipſum recipere hac ratione recuſabat, quia ipſum balium teſtamento Regis commiſſum fuerat Marchioni, ad quem de cætero pertinebat omne periculum, quod poſſet pupillo Regi de ipſius Marchionis adminiſtratione accidere, quod non debebat Princeps ad ſe balium ipſum ſubeundo transferre: cum ex quo Marchio ſemel baliatus officium gerere cœperat, ſe ab eo exonerare non poſſet, quia etiam Regni negotium ad id erat ſub Marchionis adminiſtratione deductum, quod nulla poterat humana ope revelari, propter quod ſi ipſe Princeps illud aſſumeret, & in manibus ſuis pupilli jura deperirent, materiam ſibi pudoris potius quam honoris generaret. Contra vero ea quæ Princeps ad excuſationem tanti oneris allegabat ex parte alia Comitũ, Baronum, Regniq; Magnatum fidelium proponebatur, quod licet in teſtamento Regis balium ipſum commiſſum videbatur fuiſſe Marchioni, tamen voluntas Regis fuerat ipſum ſibi fratri ſuo Principi committere, ſi Princeps ipſum aſſumere vellet, quod non ob aliud prætermiſit, niſi quod de ipſius Principis voluntate dubitavit, propter quaſdam offenſionis cauſas, quæ ab eo contra Principem proceſſiſſe videbantur: ipſeque Marchio teſtabatur ſe ante mortem requiſiviſſe Principem ſi balius eſſe vellet, quod quia tunc Princeps renuit, ut ſupra memoratum eſt, Rex Marchioni ipſum officium baliatus conceſſit, & ea quidem contemplatione commiſit, ut Princeps ſibi in eo exercendo auxilio, & cura præſideret; intendens autem eſſe videbatur, Principem ſibi cooperatorem eſſe in exercitio balii, qui ſolus omnia, quæ huic officio competebant, ſufficiens erat operari. Propter quod ſi Princeps balium ipſum principaliter gerendum acciperet, eo magis teſtantis Regis votis ſatis faciebat, qui ipſum contemplatione auxilii, & curæ Principis Marchioni commiſerat, quo magis utilitas filii ſui procurabatur ſi curam & auxilium Principis ſibi in baliatus officio exercendo acceſſoria pater eſſe decreverit, per quos res de qua agitur magis valeat, quam per eum, & præcipuè ubi pupillorum verſatur utilitas, circa quos rigorem ſuum non ſervant, ſed ad id quod magis eis expediat ſe inclinant. Ea quoque occaſione, quod ex quo teſtamentarius balius ſemel officium baliatus gerere cœperat, ſe ab eo excuſare non poſſet, Princeps baliatus officium, quod ſibi in defectu teſtamentarii jura decernebant, recuſare non poterat, quia ex quo Marchio Bertholdus, qui teſtamentarius fuerat, ipſum officium dimiſerat jam tempore balius erat, ſe balium legitimè fecerat; & licet ipſe Marchio balium ſemel receptum dimittendo deliquiſſe, & contra jus feciſſe videretur, Princeps tamen ipſum aſſumendo non contra jus venire, ſed juri potius favere probaretur. Deliquiſſe quippe Marchio videbatur balium contra jura deſerendo, majus tamen delictum erat ipſum in pupilli damnum retinere. Juſtum quoque videbatur teſtamentarium bajulum cœptam ſemel adminiſtrationem non deſerere, ſed cogi perficere magis, tamen juſtum, piumque erat pupilli jura perire non ſinere, & damna ejus quocunque modo relevare. Delictum ſane Marchionis in deſertione bajulatus ſuperior corrigere, vel punire non poterat, & ſine ultione pupilli miſerabilis læſura tranſibat: Juſtitia tamen Principis, in ipſius officii recuſatione videbatur delicto illo deterior, quæ & damnum generat pupillo indefenſo perpetuum, & Principi recuſanti culpam, & infamiam ſervaret in poſterum; ſed qualis eſset illa juſtitia, tutelam pupilli legitimam teſtamentario balio, ac tutore ceſsante recuſare, cum ne dum tutelam deſeruit, verum etiam quia inutilis tutor erat, non videbatur eſse tutor, cum etiam verba intentioni deſerviant, & effectus attendatur potius in his, quæ verbis ſunt

de-

A declaranda quam ſuuus. Quis enim qualiſve tutor eſt, qui vel non tuetur, vel inutiliter, aut damnoſè tuetur? Ceſsat ergo teſtamentarius tutor, aut balius, ut legirimo fiat locus, cum teſtamentarius, vel tutelam animo non ſuſcipit, vel ſuſceptam inutiliter gerit, aut deſerit; cum nec in hoc caſu tutori quidem inutili adiiciendus videatur eſse contutor, aut tutelam deſerens ea præſumere ſit cogendus. Cum ille, qui vel contutorem adiicere, vel deſertorem ad reſumendum cogere poſset, aut deſit, aut ille quidem ſit, qui pupillo Regi adverſus ideò ſit, atque contrarius, ut ipſius ſubſtantiam vendicare ſibi potius, quàm gubernare cenſeatur. Videri namque poterit ad Summum pertinere Pontificem, vel compellere balium teſtamentarium, tutelam pupilli reſumere, vel ei tamquam inutili alium adhibere, ſed ipſius ad hoc erat ſpecialis intentio, ut pupilli Regnum Eccleſiæ vind caretur; potius indefenſum pupillum eſse deſiderabat, ut votum ſuum de prædicto Reguo contra eum liberius, & efficacius proſequeretur. B Ea quoque ratione, quod pupilli negotium ſub Marchionis adminiſtratione periclitatum erat ejus balium, & curam non quidem recuſare, ſed magis debebat Princeps aſsumere, quia ſi negotium ipſum relevare forte non poſſet, non ſibi pudor, ſed ei qui cauſa periclitationis fuerat remanebat, ſi autem poſset, honor ſibi creſcebat, & gloria, cum virtus circa difficiliora probetur, nec ex eo laus debeatur quando facit, quæ alii faciunt, ſed quod id etiam tentare audet, quod alii perhorreſcunt. Alia quoque potiſſima ratione princeps Regni gubernaculum recuſare non poterat, nec debebat, quidam enim eo tempore à malevolis rumor exiverat, quod Rex Conradus Secundus parvulus nepos Principis in fata conceſserat, ex quo Summus Pontifex majorem ſibi habendi Regni rationem adaptabat, pluresque Regnicolæ juſtiorem quodammodo ſibi cauſam declinandi ad partem Eccleſiæ extimabant, non quidem attendentes, quod ſi prædictus parvulus defeciſset, qui ratione Primogenituræ Patris ſui Regis Conradi Primi Principem Manfredum in Regni ſucceſſione præcedebat, C mors ipſius pueri locum Principi in eadem Regni ſucceſſione feciſset: quamobrem Princeps ad hujuſmodi quidem æmulorum intentionem repellendam Regni gubernaculum, tam ad utilitatem pupilli nepotis ſui, ſi viveret, quam ad ſuam ſi forte de facto aliud contigiſset aſsumere de jure debebat. Ad magnam quoque prædictorum Comitum, Baronum, & aliorum Regni fidelium, ipſiuſque etiam Marchionis inſtantiam, quam ipſius pupilli, ac ſuam in defectu ejus utilitatem attendens, Regni balium, & gubernaculum in Marchionis defectum, tanquam cauſam penitus deſperatam aſſumpſit, promittente ſibi firmiter Marchione prædicto in Apuliam ire, & eidem Principi mittere aurum, argentum, totaſque Gazas Regiæ Cameræ, quæ ad ipſum Marchionem tempore mortis Regis pervenerant, cum magno quoque exfortio armatorum ad ipſum Principem ſine mora redire; ſtatimque tam ipſe Marchio, quam Comites, Barones, aliique Regni fideles, D eidem Principi juraverunt fidelitatem Regis, & ſuam, ita videlicet ut ſi Rex parvulus viveret eidem Principi, tamquam Generali balio ejus intendere, & parere, ſin autem ipſe Puer vel jam defeciſſet, vel poſt, liberis non ſuſceptis, deficeret, ipſum Principem Manfredum ex tunc in Regem, & Regni Dominum haberent.

Princeps itaque aſsumpto Regni gubernaculo cœpit ordinare exercitum, negotiaque Regni diſponere, prout rei, temporiſque qualitas patiebatur. Marchione autem profecto in Apuliam, & de promiſſione facta Principi parum curante, quia milites Theutonici quos Princeps habebat ſine ſtipendiorum præſtatione ſub expectatione melioris eventus ultra retineri non poterant, cum prædictus Marchio haberet totam Cameram Regis Conradi, cunctaſque gazas, nec Principi aliquid de eis mitteret, Princeps ad ipſorum militum ſtipendia ærarii gazas expoſuit, uſquequo argentea, quæ ad familiare miniſterium erat ad uſus, & ſtipendia militum erogari mandavit, ſciens cum Salomone tempus eſse ſpargendi, & tempus eſse retinendi, nihilque pretioſius reputans quàm honorem. Conſtituit ergo quandam Theutonicorum, & aliorum equitum, ac peditum comitivam ad ſanctum Germanum. Itemque in Capuam civitate, ſeu quadam alia Comitiva firmavit, ut tam ipſam quàm alias vicinas terras, quæ jam in fide Regia, & ſua vacillare cœperant, ſua præſentia coerceret. Interea Summus Pontifex in Siciliam Nuntios miſerat ad Petrum Ruffum de Calabria, qui Siciliæ, & Calabriæ bajulus ſuerat ordinatus ſub Marchione Bertholdo, quorum Nuntiorum tractatu ad id deventum erat, quod dictus Petrus Ruffus Fulconem nepotem ſuum, & alios ſolemnes Nuntios pro parte ſua in civitate Meſsana miſit ad Papam, cum duobus galeis per mare uſque Terracinam venientes, famaque erat, quod tam Sicilia, quàm Calabria ad convertendum ſe in partem Eccleſiæ diſponebantur, Richardus enim de Monte Nigro, qui propter odium, & inimicitias, quas habuerat cum Marchione Bertholdo in partem contrariam declinaverat, qui in Regni finibus Terras, & Caſtra tenebat, confœderationem jam fecerat cum Campanis, & exercitui Papali tranſitum in Regnum dare promiſit. Alii etiam per occultos Nuncios ſuos donationes ſibi à Sede Apoſtolica impetraverant, ſicque totum Regnum per diverſas partes perfidiæ, & ambitionis erat vitio violatum, quod impoſſibile videbatur ruinæ illius humana ſubventione ſuccurri; ni Deus aliter de ſuæ infinitæ potentiæ auxilio provideret.

Conjuratio quoque facta erat à quibuſdam in Capua, ut ſtatim quod Papalis exercitus Regno appropinquaſſet, ipſi uno impetu in Principem latenter inſurgerent, & ipſum aut caperent, aut interficerent. Prædictus quoque Marchio Bertholdus in promiſſione, quam Principi fecerat de mittenda ſibi pecunia, & de veniendo ad eum cum exfortio de Apulia ſibi defecerat: imo per Apuliam diſcurrendo negotia ſua, commodaque tractabat, & requiſitus etiam per Gualvanum Lanceam ex parte Principis ad eum miſſum de periculis in quibus Principem dimiſerat, non curabat. Princeps autem qui poſt aſſumptum Regni gubernaculum fuerat pluries per Nuntios à Summo Pontifice requiſitus, ut ipſum Regni gubernaculum in manu Eccleſiæ dimitteret, tam grave periculum prudenter advertens ex circumſtantibus undique malis minus malum decrevit eligere, ut exteriores hoſtes, quos habebat in januis ex cautela declinaret, interiores inimicos, quibus jam erat circumdatus ex diſſimulatione circumſpectus evaderet. Cogitavit enim minus eſſe periculum ſi Papam intrare Regnum ſponte ipſe permitteret, quàm ſi Papa violenter intraret, quod ipſe Princeps deficientibus, imo obſicientibus ſibi ſuis prohibere non poſſet: cum efficacius, & cautius ipſe Princeps poſſet ſibi ſic ingreſſo poſt injuriam, & proceſſuum ſuorum experientiam reſiſtere, quàm improviſis, & inexpertis ejus ſe viribus objectare; majoris eſſe honoris & gloriæ reputans ex prudentia vincere, quàm ex audacia vinci. Certus enim erat, quod ſi Regnum Papa violenter intraret, hi qui contra Principem conſpiraverant, efficacius ſibi nocituri erant, & quamvis eos ipſe forſan evadere, nullo modo tamen modò vires ad reſiſtendum reſumere poſſet. Si autem voluntariè Papam in Regno reciperet, conſpirationis periculum declinaret, & quicquid in antea facturus eſſet ex ipſius Papæ, ac ſuorum proceſſibus quos quales futuri erant ex magna ſua ſapientia prænuncibat, viam & materiam inveniret.

His ergo aliiſque rationibus circumſcriptis, Nuntiis, qui ad ſe à Summo Pontifice miſſi erant, Princeps reſpondit, & talem per eum, & ſuos Nuntios miſſos ad Papam deprecationem, cum ea devo-

ſione, qua decoit fecit, ut videlicet Sanctus Pater Apoſtolicus, ad quem cauſa, & præcipuè pupillorum deſenſio Dei vice defertur ipſum Principem, qui cauſam pupilli Regis nepotis ſui gerendam ex ſola ætatis imbecillis miſeratione ſuſcepit, in ipſius adminiſtratione contra debitum pietatis Apoſiolicæ non turbaret; imo ſibi, ſuper hoc auxilium tribuens, prædictum popillum Regem in Matris Eccleſiæ ſinu reciperet, ut parer ſuus Conradus in ulrima decreverat voluntate; & ſi eidem Summo Pontifici prorſus placebar Terram pupilli regere, paratum ſe obtulit idem Princeps eundem Sanctiſſimum Patrem in Regnom recipere ſine præjudicio Regis, & ſuo, & tam ipſius Regis, quàm ſuo in omnibus jore ſalvo, ſubcujus auctoritate petitionis expoſitæ finibus tractatum eſt, quod Papa ſine præjudicio pupilli Regis & Principis, cum juris utriuſque proteſtatione ex permiſſione Principis ingiederetur Regnum. Ad majorem autem ſui devotionem ad Sacro ſanctam Eccleſiam oſtendendam Princeps Summo Pontifici obviam proceſſit uſque ad Ceperanum; & Papa Regnum intrante Princeps ſtratoris ei officium exhibens fręnom tenoit quouſque ad ponrem Garigliani tranſiret.

In ipſo aurem ingreſſu Papæ iu Regnum res mira contigit, nam Crua, quæ ante Summum Pontificem de conſuetudine dignitatis Apoſtolicæ ferebatur, capitulo funis Crucem circumplectente conſciſſo de manu illius, qui ipſam portabat ſtatim poſt tranſitum pontis in terram cecidit. Sic ergo Summus Pontifex ingreſſus eſt Regnum præmiſſo Legato Sedis Apoſtolicæ G. S. Euſiachii Diacono Cardinali viro quidem juvene, & ipſius Papæ conſanguineo.

Cœpit aotem ſtatim idem Legatus non tanquam Rector, aut Gubernator in Regno agere, ſed tanquam Regni Dominus pupilli Regis, & Principis jura ſubvertere, & à Comitibus, Baronibus, & aliis tanquam Rex juramenta fidelitatis exigere, nullo jure Regis, & Principis ſalvo, ſibique tanquam Regi Siciliæ intendi ab omnibus faciebar.. ipſumque etiam Priocipem requirebat, ut ſibi ſimile juramentum præſtarer. Princeps aurem ſibi reſpondit, quod cum ex pactionibus habitis inter Summum Pontificem, & ipſum de Regni nogotio cautom eſſet nepotis, & ſua jura ſalvari, nec uſque ad tempora pubertatis ipſius pupilli aliquid de Regni ſtatu immutari debere, cum extimandum eſſet de jure pueri, & quod Eccleſia iu Regno habere contendit, juramentum ipſom ab eo exigi non debebat. Licet autem ad juramentum tale præſtandum nullatenus Princeps induci potuerit, cœpit tamen apud eundem Principem reverentia hominum conſueta diminui, cum dictus Legatus ipſum Priocipem, ſicut & alios Regni Magnates nulla contemplatione habita Cæſareæ nobilitatis, qua ipſe aliis excellebat, ſuo intenderet ſuppeditare dominio.

Cum autem hoc modo ipſe Legatus potentiam ſuam magnificaret in Regno, & cuncti penè Regni majores ſibi tanquam Domino reverentiam exhibebant, itaque Princeps jam non ſuperior, ſed aliorum videretur æqualis, accidit quod quidam de Dominis Angloni BURRELLUS nomine, cui Princeps ipſe dudum Imperatore defuncto balium Regni gerens quandam terram, qua juſtè fuerat per Imperatorem privatus gratioſè reſtituit, & quem etiam quondam Rex Conradus honore militiæ decoraverat, Comitatum Aleſinæ, ac honorem Montis ſancti Angeli, qui erat ejuſdem Principis pertinentiæ à Summo Pontifice ante ingreſſum ejus in Regnum, ut in partem Eccleſiæ declinaret, obtinuerat ſibi concedi, cumque Princeps Comitatum ipſum juris ſui eſſe juſtè contendens, ipſum Burrellum pacifico modo requireret, ut ſe de Comitatu ipſo nullatenus intromitteret: imo de quadam alia terra, quam tenebat de præd. honore Montis S. Angeli, ſi eam teneret, ſibi Priocipem in Dominom recognoſceret, & aſſecurationis ſibi juramentum ex Regni

A more præſtaret, alioquin terram ipſam dimitteret; idem Burellus in ſuperbiam elatus, ne dum dimittere Comitatum ipſum, vel terram ipſam à Principe recognoſcere, ac juramentum aſſecurationis ei præſtare negavit, verum etiam de pari incœpit cum ipſo contendere, indignumque reputare ipſum Principem tenere in dominum, quem ei cui ipſe idem ſubjectus erat aſſerebat non debere eſſe ſubjectum. Princeps autem acuto cordi ſuo fręnum rationis apponens procacitate verborum illius non dedignabatur, & cum inſeriore contendere ſordidom reputabat.

Intellexit interea Princeps, quod quædam gens à Burrello tranſmiſſa Comitatum Aleſinæ invaſerat, & duas Tetras Comitatus ipſius jam occupaverat, Princeps autem ipſe ne juris ſui videretur eſſe neglector, nihil de contingentibus volens obmittere, Sommum Pontificem adiit, ſibique expoſuit qualiter Comitatus Aleſinæ, quem dictus Burrellus ſibi aſſerebat ab ipſo Papa fore conceſſum, &
B jam ipſum occupare incœperat ratione honoris Montis S. Angeli ſui juris erat; propter quod ipſe Summus Pontifex ſic ſuper hoc provideret, quod iuconveniens inde aliquod evenire non poſſet. Summus aurem Pontifex reſpondit ſe præfato Burrello nihil de juribus Principis conceſſiſſe: quæ quidem Pontificis reſponſio duplicitatem in ſe continere videbatur, magiſque ad implicationem quam ad explicationem negotii faciebat, adeout poſt multas hujumodi reſponſiones implicitas viſum fuerat Papam dixiſſe, quod prædictus Comitatos ad honorem Montis S. Angeli non ſpectaret, ſicut fuerat à prædicto Burrello ſuggeſtum, voluntatis tamen ſuæ eſſe poſtquam eſſet in Capua de ipſo negotio ſecundum joſtitiam providere. Mirabantur autem omnes Principis prudentiam, quod contra dicti Burrelli inſtantiam non viribus, ſed juribus uti contentus erat, dixitque quidam de Romana Curia Magnus, quod ſic deceret facere Principem, ut non ipſe de alio, ſed de eo alius quæreretur.

C Inter hæc Summus Pontifex, cum eſſet apud Theanum quadam corporis infirmitate deductus, & diceretur quod Bertholdus Marchio de Honebruch de Apulia veniebat ad Curiam Summi Pontificis, Princeps nolens in occurſum eidem Marchioni procedere, petita eundi à Papa ex curialitate licentia, proceſſit: cumq; per modicum viæ à civitate proceſſiſſet, viſa eſt quędam acies equitum in quodam loco eminenti exclarata conſiſtere ſuper quendam anguſtum viæ tranſitum, quo Princeps cum ſua comitiva tunc tranſiturus erat, de quibus cum neſciretur in primo aſpectu qui eſſent, fuit qui diceret Burrellum eſſe cum comitiva ſua, qui pluries inter alia, quæ de Principe fuerat obloquutus, ipſam etiam Principis perſonam offendere conatus erat. Certa ergo habita comitiva ex his qui præceſſerant, quod ex loci inæqualitate, in quo erat idem Borrellus ad offenſionem Principis in loco illo anguſto ejus tranſitum expectaret, dictum fuit ab aliquo de comitiva Principis quomodo videbatur lo-
D cus idoneus reqoirendi Burrellum ſi ſe vaſſallum Principis cognoſceret de terra, quam de honore Montis Sancti Angeli teneret, cum præſertim ipſe videretur ad offenſionem Principis, quam ſæpè minatus fuerat, præparatus Princeps autem ne per dict. locum anguſtum incautè tranſiret, & poſſet ſibi forſan ex incautela evenire periculum, cum eſſet inermis, galeam ſibi ad munimen capitis tantum dari fecit, & capiti ſuo ſuperimpoſuit. Aliqui quoque de comitiva ſua quos inſolentia prædicti Burrelli multoties in principalis nominis, & honoris obtrectationem turbaverat, & ad tantæ ultionem injuriæ latum ſibi videbant, & tempus oblatum, deſcenderant de roncenis quos equitabant, & deſtrerios aſcenderunt, quod cum aſpexiſſet Burrellos, & ſui in fugam protinus ſe proruperunt, quidam de comitiva Principis, qui non ex ejus mandato, ſed ex zelo ultionis injuriæ tantom nimis animosè proceſſerat, prędictum Burellum & ſuos evaginatis

enſibus inſequuti ſunt. Princeps verò qui honori ſuo ſe ſatisfactum fore de fuga tantum ipſius Burrelli contentus erat, & propter reverentiam tantum Summi Pontificis tunc ab ipſius interfectione temperatum eſſe voluiſſet, milites & domicellos ſuos prædictum Burrellum inſequentes voluit quidem revocare, nec potuit, imo cum Burrellus verſus Theanum fugeret, & jam ictum lanceæ fugiendo recepiſſet in dorſo propter inſolentiam ſuam quam omnes noverant, credebantque quod ipſe Burrellus perſonam Principis offendiſſet, & ideo fugeret, ſubito ſurrexit clamor in populo, rumorque increbuit, quod Principem percuſſiſſet, ſicque factum eſt in fuga illa quod Burrellus in civitate Theanenſi ab inſequentibus eum, qui de Principis injuria dolebant, vulneratus fuit atque peremptus.

Erat autem in comitiva Principis tunc quidam miles Summi Pontificis nepos nomine Titius, qui animoſitatem ſociorum, & Principis videns in inſequutione Burrelli, & de illius interfectione propter Summi Pontificis reverentiam timens, Principem rogabat ne ille nobilis interficeretur, cumque ſuper hujuſmodi materia confabulatio inter eum, & Principem familiariter eſſet, cum de interfectione Burrelli Princeps nihil ſciret, aut crederet, venerunt aliqui de ſocietate illius, qui in fuga illa equos amiſerant Principi ſupplicantes, ut equos ipſos eis reſtitui faceret ab illis de comitiva ſua, qui eos ipſis abſtulerant: Princeps autem equos eis reſtitui mandans: Redite (inquit) ad dominum veſtrum, & dicite ſibi ne ſit ita ſtultus ſicut hactenus fuit; nos enim de ſtultitia, & inſolentia ejus propter reverentiam Domini Papæ, & noſtrum honorem non curamus. Inter hæc autem quidam qui ad aurem Principis erat dixit Burrellum eſſe interfectum. Princeps autem interea, qui cum prædicto Titio de inſequutione ſuorum, & ne idem Burrellus interficeretur, confabulabatur, de ipſius interfectione certificatus, eidem Titio, Tu quidem, inquit, ne Burrellus interficiatur conatus es, ſcias autem ipſum interfectum eſſe, ſicut nunc ſecreta nobis relatione patefactum eſt: de cujus quidem morte propter Summi Pontificis reverentiam dolemus, propter ipſius vero inſolentiam non dolemus, cui etiam propter noſtrum propoſitum ſecundum ſtultitiam ſuam reſponſum eſt. Taliter autem contingente hujuſmodi caſu, cum Princeps ad Summum Pontificem quoſdam familiares ſuos videlicet Gervaſium de Matrina & Gaufredum de Cuſentia remittere vellet ad excuſandum dictum Principem, & exponendum qualiter præter Principis voluntatem atque propoſitum caſus ille contigerat, ne Summus Pontifex aliquid in caſu illo contra ſuam reverentiam crederet proceſſiſſe, memoratus Titius, ſi aliquis, inquit, de veſtra Princeps familia pro hujuſmodi faciendi excuſatione petreaerit contingere poterit, quod illi de ſocietate Burrelli in familiares veſtros mortem ſui domini vendicabunt, propter quod conſultius eſſe videtur vos bono omine ad occurrendum Marchioni, ſicut propoſuiſtis, cum veſtra comitiva procedere, ego autem qui præſens veſtram innocentiam in caſu illo vidi, excuſationem veſtram ante præſentiam Summi Pontificis, ut decuerit, propoſiturus accedam.

Redeunte autem Titio ad Summum Pontificem in Theanum pro excuſatione Principis, ut propoſitum fuerat, Princeps cum ſuis collegis iniit conſilium inquantum illa temporis brevitas patiebatur, & inventum eſt de conſilio, quod Princeps nullo modo ſe in Capua figeret, ſed occaſione eundi cum celeritate in Marchionis occurſum, continuato equitatu uſque Acerras procederet ad Comitem Acerrarum cognatum ſuum. Licet autem Princeps ſtatim caſu illo contingente præordinari cuſtodiam tranſitus fecerit, ne quis præcedere poſſet, & caſum illum Cardinalibus, qui cum Papali exercitu erant Capuæ, manifeſtaret, tamen jam in Capuam caſus illius fama pervenerat, non tamen de morte ipſius Burrelli fama certa erat, ſed de qua-

A dam rixa habita inter Burrellum, & aliquos de familia Principis, & de vulneratione ipſius Burrelli inter homines diverſus quidem rumor, incertuſque vagabatur, aliis aſſerentibus Burrellum fuiſſe tantummodo vulneratum, aliis verò ipſum fuiſſe peremptum. Ita quod Princeps cum comitiva ſua procedens, civitati cum appropinquaſſet, Cardinales, qui in occurſum Papæ, qui tunc Capuam credebatur venturus civitate exeuntes, Principis vexillum videntes parumper à via ſeceſſerunt, Principis quodammodo vitantes occurſum, quem ei exhibere conſueverant. Audito enim eo quod dicebatur de caſu dicto decreverunt Cardinales venientem Principem eſſe capiendum, ſed ſicut poſtea compertum eſt cogitantes, quod hoc fieri ſine multa hominum ſtrage non poſſet, præſertim cum animoſitas ipſius Principis, & ſuorum nota eſſet, magiſque propter eventum prædicti caſus ex deſperationis periculo timenda eſſet, captionem ipſius Principis differendam tunc eſſe melius exiſtimarunt, ne ſtrages aliqua

B hominum ſanguinis eis præſentibus fieret: quod eorum ordinem, & ſuæ dignitatis eminentiam lædere viderentur.

Cardinalibus autem, ut dictum eſt, divertentibus, quia equites, & alii populares in occurſum Principis recta via procedebant, Princeps autem diverſionem Cardinalium, qui ſemper ſibi occurrere læta facie conſueverant, cœpit habere certa ratione ſuſpectam; videnſque Cardinalibus à via ſecedentibus equites alios, & populum verſus ſe recta via procedere, firmiter credidit contra ſe tunc aliquid eſſe tentandum, cogitavitque tunc ſuam quomodocunque melius poſſet experiri fortunam. Factum eſt autem quod equites illi, & populus eum læta facie receperunt, & procedens cum eis ſimul verſus civitatem cum tubis, & alio genere muſicorum, cum perveniſſet ad rectitudinem loci ad quem Cardinales prædicti à via diverterant, verſus Cardinales ipſe procedens eos ea qua decuit devotione ſalutavit, expoſitoque eis ſe omnino Marchioni

C Bertholdo obviam procedere, & ideo cum feſtinantia equitare, ab eis licentia petita, non juxta ſolitam affectionem recepit.

Cum autem Princeps perveniſſet ad pontem Vulturni, quo intratur ad civitatem, volebat quidem cum feſtinatione tranſire, ſed tibicines quos in illa frequentia populi declinare, & præire ſatagebat, contra eum ſemper in ſuæ feſtinantiæ impedimentum inveniebantur, & ſic uſque ad hoſpitium quo conſueverat hoſpitari inter honorem, timoremque deductus regratiatus, ut decuit eis quod ſic honorificè ſibi occurrerant, dicenſque cum magna feſtinantia ire obviam Marchioni Bertholdo, proceſſit, & verſus Acerras iter direxit.

Cum autem quatuor ferè millibus à Capuana civitate eſſet elongatus, venit poſt eum, qui diceret magnam partem arneſiorum Principis, & ſuorum apud Capuam eſſe captam, magnamque comitivam equitum poſt Principem cum magna præparatione venire. Princeps vero his auditis, nec

D faciem quidem, nec animum mutans, viginti Theutonicos equites poſt ſe remanere, & ſub uno vexillo venire conſtituit, & ipſe cum reliqua ſua comitiva paſſu quidem parumper concitato, non tamen diſſoluto proceſſit, & cum per aliquantulum viæ paſſu ita incitato pergerent, cum via ejus loci arcta eſſet, & ſæpibus foſſiſque hinc inde limitata, Princepſque ſuos omnes attenderet, ſuorum diſſolutionem ne in turpem fugam prorumperent modeſto retinens greſſu; cum perventum fuiſſet ad locum quendam ſpatioſum, ubi diverti a via poterat, Princeps à via parumper in campum declinans in retrorſum aſpiciens, videre, inquit, volo, ſi aliqui nos inſequuntur, ne videamur fugere nullo proſequente, tunc autem venit unus de ſuis qui retro ſe remanſerat dicens, Theutonicos omnes qui retrorſum, ut dictum eſt pro guardia remanſerant fuiſſe captos ab illis, qui contra Principem à Capua miſſi fuerant. Princeps autem; Quumo-

do, inquit, hoc eſſe poteſt, ut illi omnes capti eſſent, & tu evaderes? Inter hæc verba G. de Ocra Cancellarius, & I. . . . . Principi ſe adjunxerunt dicentes properandum eſſe, quia major tunc non erat. Princeps autem cum ſuis in illa planitie ſe recolligens cœpit cum eis adeo compoſito paſſu procedere, ut unus de familia ſua, qui cum feſtinantia de loco illo proceſſerat Acerras ad denuntiandum Comiti Acerrarum Principis adventum non prius ad Principem reverſus fuerat, quam Princeps perveniſſet ad aquam difficilis, & periculoſi tranſitus, quæ ab Acerris duobus ferè millibus diſtat. Cumque perventum eſſet ad locum ipſius aquæ, in quo gurges profundus, & periculoſus erat, cujus tranſitum pons eminens anguſtus, & fragilis dabat, ita quod unum poſt unum tranſire non ſine periculi timore oportebat, dubitans Princeps ne propter feſtinantiam tranſeundi aliquis ſuorum in illo gurgite periclitaretur, remanſit ipſe in ipſo pontis ingreſſu, ut concurſum aliorum ad tranſitum feſtinantium cohiberet, & ſingulos unum poſt unum, ſicut anguſtia fragilitaſque pontis patiebatur tranſire faceret, poſtremuſque omnium ipſe tranſivit, ſicque ipſi, & ſui ad oppidum Acerrarum ſalubriter pervenerunt. Iſti autem ſunt qui in adverſitate hac Principem non deſeruerunt, & juncti ſunt cum eo apud Acerras.

Interea Bertholdus Marchio de Honebruch de Apulia veniens, perveniens ad caſtrum Argentii, quod ab Acerris ſex millibus ferè diſtat, qui caſum quidem accidiſſe, caſumque intelligens; Modo, inquit, fecit Princeps, ut filium imperatoris feciſſe decuit, quod ſtulti illius inſolentiam ſe Imperatoris filio pacificare nolentis contra ſe diu invaleſcens ultus inde eſt. Erant autem cum Marchione ipſo quidam nobiles, qui cum eo venerant de Apulia, qui caſu prædicto audito conſiderantes Principi Manfredo tunc neceſſarium eſſe auxilium, atque conſilium, ſuaſerunt Marchioni Bertholdo, ut antequam ad Summum Pontificem accederet, ad Principem apud Acerras declinaret, cum tunc magis ſuum neceſſarium eſſe ſibi conſilium, & auxilium, quam aliquo tempore fuiſſe probaretur: cumque Marchio ad id per eoſdem nobiles nullo modo induci potuiſſet dicens, quod ſi tunc Principi loqueretur, Principem apud Papam juvare non poſſet, dicti tamen nobiles ad Principem apud Acerras acceſſerunt, expoſitoque Principi inter alia qualiter Marchio Bertholdus recta via ire diſponebat ad Papam, nec per eos induci potuit, ut prius ad Principem declinaret, quidam ipſius Principis familiaris nomine Goffridus de Cuſentia, & quidam miles Comitis Acerrarum nomine Giroldus ad Marchionem ipſum, cum jam ſero eſſet tranſmiſſi ſunt, qui ad Marchionem de nocte pervenientes, totumque prædictum negotium ſeriatim exponentes deprecati ſunt ipſum cum omni affectu inducere, quod ad Principem in illa ſua neceſſitate diverteret, cumque Marchio ſe de hoc alicujus licet frivolæ pallio rationis excuſaret, & ad exaggerationem excuſationis ſuæ diceret ſe indebitè in Papæ, & Principis compoſitione fuiſſe contemptum, aliquorumcunque Collateralium Principis utilitatem fore tractatam, ſuam verò penitus fuiſſe prætermiſſam ab iis qui compoſitionem hujuſmodi tractaverant, & in hac objurgatione Gualvanum Lanceam compoſitionis ipſius tractatorem ſpecialiter tangeret, & ſe inde ab eo reputaret offenſum, ut prædictus Goffridus apud ipſum Marchionem fiducialiter inſtans ſemper, inquit, ò Marchio, auxilium, conſiliumque tuum neceſſarium Principi fuit, ſed nunquam ita utile, ſicut modo. Imperator enim decedens ipſum Principem in brachiis tuis, ut noſti, dimiſit, ut tu qui conſanguinitate ex parte patris, & affinitate ex parte matris ei es proximitate conjunctus, erga Principem in tenera tibi ætate commiſſum patris, matriſque vicem expleres. Ad tuam ergo gloriam honor ejus, ad tuum pudorem ejus confuſio pertinet, tuumque honorem ipſius Principis honorem defendendo procuras, tuæque ſatis gloriæ detrahis, ſi nunc præſertim cum eum tuum implorare auxilium fortuna compellit, confuſioni ejus, dum potes, non reſiſtis: etſi eum quidem in præſenti articulo derelinquis, non profecto ipſe ſolus, ſed tota domus Auguſta, ex qua tota gloria tua pendet, periclitatur: breve eſt & modicum, quod à te petitur, unius videlicet horæ colloquium, magnum autem ſurget inde periculum, ſi negatur: ex hoc enim colloquio inter te, & Principem ad horam habendo magnum invenietur inſtantis ruinæ remedium, magnuſque habebitur communis honoris, gloriæque tractatus, quod quidem nulla occaſione deberes renuere, etiam ſi oporteret te ad hoc per multas dietas, ne dum per ſex ferè milliaria quibus nunc elongaris à Principe laborare. Nec certè alicujus offenſam, quam tibi factam reputas, in Principis debes retorquere periculum, nec tu in tantum offenſæ illius ultimo debes attendere, ut ne dum Principi, ſed tibi quoque ſint manifeſtæ cauſæ jacturæ expertiſſimæ; ſed prudentia tua ex hoc imprudentiam generare conſpicitur, ſi dum ulciſci credis in alium, ultionem moliris, ne dum in alium, ſed in te ipſum. His ergo aliiſque rationibus convictus quodammodo cum facultas ſibi excuſationis præmiſſæ deficerat, memoratis Nuntiis reſpondens, Cras, inquit, Mareſcallus Summi Pontificis, ſicut ex ejus notificatione accepi, mihi è Capua uſque ad nemus, quod eſt contra Magdalenam in loco, ubi dicitur ſanctus Petrus de Cancellis debet occurrere, ibique cum eo loqui debeo antequam Summo Pontifici me præſentem: redeatis ergo ad Principem, ſibique ex parte mea dicatis, ut cras ante horam tertiam ad prædictum nemus inermis cum paucis veniat, ut quaſi ex alia cauſa equitans ad locum ipſum caſualiter venire videatur, & ſecundum adventum ſuum prædictus Papæ Mareſcallus anticipet, & ſic cum eodem Principe potero ibi ſine aliqua ſuſpicione habere colloquium.

Accepta ergo hac reſponſione à Marchione, eadem nocte ante diluculum ad Principem apud Acerras reverſi ſunt, ipſaque reſponſione Principi patefacta ſummo diluculo juxta Marchionis dictum ad deſignatum locum iturus Princeps, cum paucis de ſuis equitavit: cum autem ad locum deſtinatum perveniſſet, per quem quidem locum recta via erat eundi Capuam, ibique Marchionem tranſiturum expectarat, venit ad eum in loco ipſo Nuntius à Marchione deſtinatus ſignificans Marchionem recepto Summi Pontificis expreſſo mandato, ut ad ſuam acceleraret præſentiam in magna feſtinantia equitaſſe, & per aliam viam ad Summum pontificem iviſſe, ideoque Principem expectare in loco ipſo hac de cauſa non potuiſſe: Suggeſſit autem idem Nuntius Principi ex parte Marchionis, ut Nuntios ſuo Capuam mitteret proceſſuros de conſilio, & inſtructione Marchionis ipſius ad cauſam Principis coram Summo Pontifice proponendam. Princeps autem hoc audiens ab illo eodem loco, ubi per dictum Nuntium Marchionis verba recepit, Nuntios ſuos videlicet Gualvanum Lanceam, & Riccardum Filangerium Capuam miſit, juxta conſilium Marchionis, ipſeque Acerras reverſus eſt.

Euntes autem Principis Nuntii Capuam, primo quidem præſentaverunt ſe Marchioni, quem nimis elatum, alteratumque ab eo, quod ipſi crediderant, invenerunt, cœpitque idem Marchio Gualvanum Lanceam ex prædictis Nuntiis vehementer objurgare, quod ipſe qui tractator compoſitionis inter Papam & Principem fuerat, ad compoſitionem ipſam ſine præſentia ſua procedere præſumpſiſſet, ſuamque tantum utilitatem tractaſſet, & de ipſo Marchione, qui plura caſtra tenebat, propter quæ ſua utilitas in ipſa compoſitione potius procurari potuiſſet aliquatenus curaſſet. Dictus tamen Gualvanus Lancea vir quidem corde purus & ore moderatus ipſius Marchionis objurgationi ſuæ cauſam

non

non ſubeſse legitimam, nihilque in prædictæ compoſitionis tractatu ad comtemptum, vel incommodum ipſius Marchionis intervenisſe, quinimo ipſius Marchionis factum, quod propter ſui abſentiam digné, ut decebat, tractare non poterat Princeps, ſecundum ipſius Marchionis, ut credebatur, votum eſse reſervatum, nec debere propter hanc, quam ipſe ſibi factam reputabat offenſam, vel quamcunque aliam, auxilium ſuum Principi in articulo maxime præfato ſubtrahere, ſed cum viribus ſuis ad ipſius relevationem aſtare, cum quæcunque ad id ab eodem Marchione proponeretur excuſatio quominus Principem in tanta neceſſitate juvaret potius quidem ſui accuſatio, quam excuſatio videretur. Finita autem allocutione hujuſmodi, & Marchione promittente cauſam Principis juvare pro poſſe, perrexerunt ipſe Marchio & Nuntii Principis ad Summum Pontificem, qui antequam ſibi ſe præſentaſſet, ingreſſus eſt ad eum Marchio, & quid ſibi clanculo ſuggeſſerit ex qualitate reſponſionis factæ poſtmodum Nuntiis à Summo Pontifice compertum eſt. Cum enim Nuntii poſt id attendentes excuſationes Principis curam Papa proponere, oſtendentes qualiter mors Burrelli ſine aliqua Principis culpa contigerat, & legitimam ſuper hoc purgationem pro parte Principis faciendam offerrent, aſſerenteſque Principem libenter ad ſuam velle remeare præſentiam pro complenda juſtitia, dummodo ſibi perſonæ ſecuritas aut literis promitteretur, aut verbo, judiciumque procederet ſecundum Romanas leges, vel conſtitutiones Imperiales, aut ſecundum approbatas Regni conſtitutiones, ubi lex aut conſtitutio ſcripta deficeret, Summus Pontifex à Marchione ſicut præſumitur informatus juſtitiam quidem ſervandam Principi eſſe reſpondit, perſonæ tamen ſecuritatem, nec literis, nec ſimplici etiam verbo promiſit. Et licet ex parte Nuntiorum Principis ſuper ſecuritate tantum habenda diutius fuiſſet allegatum, nullo modo alia ſuper hoc potuit haberi reſponſio: nec mirum ſi tantæ tunc inerant animis cœleſtibus iræ, & tantum rigorem mentis Apoſtolicæ manſuetudo diruerat, ante quidem Marchionis adventum Summus Pontifex caſum prædictæ mortis Burrelli non ita gravem acceperat, ſed cordi ſibi fuerat ſi etiam Princeps ex eo facto culpabilis probaretur, per diſpenſationem, quam perſonæ, ac temporis qualitas inducebat ipſum quamtumcunque grave eſſet, levigare delictum: ſed prædictum Marchionem ſuggeſſiſſe, dictum eſt ſibi, quod ſi rigorem in delicto illo puniendo non ſervaret, multum ſibi ad acquiſitionem Regni proficeret, vel quia capta perſona Principis non eſſet, qui ſibi in Regni acquiſitione reſiſteret, vel quia ſi Princeps in ipſius rigoris formidine ad ſuam præſentiam non veniret, maximam contra eum procedendi materiam haberet: illa ergo de cauſa Summus Pontifex contra Principem taliter obriguerat, ut quantumcunque Princeps in omni humilitate, & devotione ſe juſtitiæ pariturum offerret, dummodo perſonæ ſibi ſecuritas promitteretur, nunquam tamen ad id Papa inclinari potuit, ut aliud ſibi quam ſibi reſponderat, reſponderet. Suadebatur ergo Principi ab aliis, ut abſtineret, ab aliis vero, ut Summo Pontifici ſe præſentaret. Sciebatur enim ab aliquibus, quod ſi Princeps non veniret ad Papam, mitti debebatur contra ipſum exercitus ad inſequendum eum quocunque iret, donec caperetur, vel de toto Regno fugaretur, ſi autem veniret ad Papam, propoſitum erat quod vel traderetur ſtatim in carcerem, vel extra Regnum omnibus bonis deſtitutus ejiceretur, vel ultimo ſupplicio puniretur.

Nuntii ergo Principis una cum Marchione ſuper his diutius cogitantes, & differentes ad invicem, quod eſſet minus periculoſum, vel venire ad Papam, vel recedere, tandem remiſerunt ad Principem unum ex ipſius, videlicet Goffridum de Cuſentia hæc omnia ſibi ſignificantes per eum, & aſſerentes, quod ſi ipſi eſſent in ea conditione qua A Princeps erat, de his duobus periculis hoc eligerent, ſcilicet venire ad Papam, dicentes non eſſe juſtitiæ, nec Apoſtolicæ manſuetudinis juris proſequutionem incipere à captione, vel punitione perſonæ, præſertim ubi eſt perſona convenitur, quæ ſine magno ſcandalo in ſuo jure non læditur, nec eſſe veriſimile Papam circa perſonam Principis ab æquitate divertere, cujus eſt proprium æquitatis viam omnibus eſſe.

Perrexit ergo dictus Goffridus ad Principem, quem omnibus ſibi ſeriatim expoſitis remiſit Princeps ad Papam, qui tunc iturus Averſam ſequenti die dicebatur, ut ſibi ex parte Principis ſignificaret, quod cum civitas Capuana eſſet Principi manifeſtè ſuſpecta propter conſpirationem, quæ jam ibi facta fuerat contra eum, & quod arneſia ſua ibi capta fuerant, quæ etiam ad mandatum Papæ ſibi reſtitui non poterant, & quod etiam quamplures de Imperio ibi erant, quos Imperator pater ſuus offenderat, qui in ultionem offenſionis ipſius injuriam B ſibi de levi inferre præſumerent, propter hujuſmodi ſuſpicionem dubitavit Princeps, & dubitat ire Capuam ad præſentiam ſuam; ex quo autem ipſe Summus Pontifex iturus erat Averſam, illuc Princeps ad eum ire volebat. Prædicto ergo Goffrido eunte Capuam, & hoc totum Papæ ex parte Principis exponente, & ſupplicante, ut id admittere dignaretur, Papa reſpondit ſe nolle quod Princeps ad ſuam præſentiam veniret, ſed ad præſentiam Legati. Goffridus ergo reſponſionem hujuſmodi ſibi factam à Papa Gualvano Lanceæ ſignificavit; ipſe autem Gualvanus, qui Papæ voluntatem erga Principem cautè præſenſerat, miratus quod Princeps adhuc erat Acerris, monuit quod recedat, & in Apuliam vadat, laboretque habere ſecum Joannem Morum, ut per ipſum habeat Luceriam quam ſi habuerit bene faciet facta ſua. Ego autem, inquit, hic morabor, quia ſi modo recederem, ex receſſu meo receſſus Principis argueretur, & ſic de levi impediretur, donec vero hic ego C ſum, nihil de receſſu Principis præſumetur, & prius erit Princeps in loco ſecuro quam de receſſu ejus aliquid hic ſciatur. Remanſit ergo Gualvanus Papali Camera, ſeu Curia ex cauſa prædicta remanenre, magis adventum Principis reputante, quam receſſum.

Prædictus autem Goffridus ad Principem reverſus eſt, & cum expoſuiſſet ei reſponſionem Papæ, & ſanum prædicti Gualvani conſilium, Princeps ei dixit priuſquam tu venires ad nos, id idem cogitavimus, & in hoc nos firmavimus, ut recedamus. Ut autem Princeps omnia cum cautela faceret, ne forté poſſet ſibi ſiniſtrum ex incautela venire, fecit publicè dici, quod ipſe Averſam iturus eſſet ad Papam, miſſique ſunt alii ex more de familia ſua pro recipiendis ſibi hoſpitiis, ut ex hoc Princeps illuc crederetur iturus, ſicque factum eſt, quod hac ſapienter ſimulatione interpoſita Princeps fortunam ſequens, & Divinæ tantum ſe proviſioni relinquens de oppido Acerrarum verſus D Apuliæ partes, cum ſua ſecurus modica comitiva recederet.

Fuerat autem prædictus Joannes Morus quidam ſervus Niger de domo Imperatoris, qui pro eo quod à pueritia ſua viſus fuit homo induſtrioſus, & in omni obſequio ſedulus in aula Imperatoris crevit, & in oculis ſuis ſatis acceptus fuit, adeo quod ipſe Imperator, qui non tam conditionem originis in omnibus, quàm virtutes, moreſque conſiderabat, cum illa ſibi clarior videretur eſſe nobilitas, quæ ex moribus, quam illa, quæ ex ſanguine procedebat, prædictum Joannem licet aſpectu deformem, & ex ancilla natum Cameræ ſuæ cuſtodem, & ſecretorum aulæ participem & . . . . . ſuorum præpoſitum fecerat. Mortuoque Imperatore Princeps Manfredus dum ballatum fratris ſui geſſerat ipſe Joannes Morus in eodem officio invitus Magiſter, & Præpoſitus Regiæ Cameræ factus fuit, adeoque magnificatus à Rege, quod etiam civitati

Luceriæ ipſum præpoſuit, & Præpoſitum ipſius civitatis vocari fecit. In civitate vero ipſa vivente Rege ipſe Joannes magis quam ipſe Rex dominabatur, nec plus ipſe Saracenis ipſius civitatis faceret, quam ipſe Joannes Morus, qui Rector & tanquam Dominus ipſius civitatis remanſit. Contingente ergo prædicto caſu mortis Burrelli Princeps, dum apud Acerras eſſet ad prædictum Joannem, de quo tanquam de nutritura Cameræ patris ſui confidebat, ſuos Nuncios miſit, per quos ei caſum prædictum expoſuit, auxiliumque ejus in ea qua erat neceſſitate confidenter poſtulavit, prudentiamque Principis in caſu prædicto commendans, auxilium ſibi cum omni affectione promiſit: aliud tamen in corde, quam in ore habebat, ſicut ex poſt facto apparuit: quanta enim Princeps ipſe de Acerris recedendo mala pertulit, & qualiter dictus Joannes Morus ſibi defecerit dicendum eſt.

Receſſit enim Princeps de Acerris ante mediam noctem concitante eum Comite Acerrarum cognato ſuo uſque ad quoddam caſtrum, quod Maglianum vocatur, erantque in comitiva ipſius Principis duo juvenes fratres nobiles Neapolitani, quorum alter Marinus Capece, alter vero Conradus vocatur: ii quia caſtrum quoddam, & vicos patrimoniali jure habebant, ſciebant ex aſſuetudine locorum illorum qualitates, & tranſitus per quos Princeps ſalubriter eſſet tranſiturus: ducatu ergo illorum duorum juvenum Princeps cum comitiva ſua proficiſcebatur, cumque perventum eſſet ad caſtrum Montisfortis, quod tenebat Ludovicus frater Bertholdi Marchionis de Honebruch ex dono Regis Conradi, per quod quidem caſtrum viæ publicæ tranſitus erat, cum locus ipſe non immerito Principi ſuſpectus eſſet propter prædictum Marchionem, qui Principem, ſicut dictum eſt, manifeſtè deſeruerat, & publicè in partem contrariam converſus erat, ex inſtructione prædictorum Marini, & Conradi declinatum eſt à tranſitu illius caſtri Montisfortis, & arreptum eſt iter per montes excelſos, & invios, nedum equitum ſed peditum tranſitui difficillimos, cum enim nox eſſet, Luna tamen lucente apparebant declivia montis, per quæ tranſitus erat, longe terribiliora, profundiora, quam erant, & ad id loci quandocunque perveniebatur in quo vel propter imminentis ruinæ formidinem, vel propter aeris opacitatem ſplendore lunæ per oppoſitionem aliquando deficiente nulla ſpes ei inde excondi remaneret, & certum quiſque ibi ſuum periculum expectaret. Levigabatur ſane eis in illa tenebroſa periclitatione quodammodo timor, ſi ab equis deſcenderent, & eundo pedites timorem pro labore commutarent, magis propriis quam equorum ſuorum pedibus credebant viæ illius, imo ac dubitabilis peregrinationis leviorem quidem exiſtimantes eſſe ruinam, ſi ex propriorum pedum lapſu forſitan caderent, quam ſi ſedentes in equis cum equorum ipſorum præcipitatione corruerent.

In hac ergo difficultate, & multo diſcrimine Princeps, cum ſua comitiva tranſivit, & circa diluculum perventum eſt ad quoddam caſtrum, quod Manglianum vocatur, per cujus Caſtri medium Princeps, & ſui tranſituri erant; quærentibus autem illius caſtri incolis de comitiva illa quæ eſſet, dictum eſt ab aliquibus comitivam eſſe Marchionis Bertholdi: veruntamen cum fama caſus mortis Burrelli, & diſceſſus Principis ibi jam ſparſa eſſet, cœpit apud aliquos de caſtro illo eſſe credulitas, quod illa comitiva Principis eſſet, dicebantque aliqui conveniens eſſe ſcire qui eſſent illi, quò ſic tranſeunt, & non permitti eos ſine requiſitione, & diſcuſſione tranſire. Erat autem tranſitus illius loci difficilis, ita quod oportebat eos unum ire poſt alium, municipeſque quoque illi portas clauſerant de municipii captione dubitantes, viamque tranſeuntibus dederant ſatis anguſtam, & difficilem pro exteriori municipii parte juxta ipſos municipii muros, itaque cum onerata animalia, quæ cum arneſiis præcedebant propter tranſitus illius anguſtiam ſe fixiſſent, aliqui de comitiva Principis, qui ſequebantur, crediderunt animalia illa cum arneſiis per municipes eſſe retenta, & tranſitum eis impediri, cœperuntque de fortuna quiſque ſua experienda cogitare. Factum eſt autem quod locum illum difficilem non ſine magna dubitatione tranſierunt Princeps, & ſui divertentes à civitate Avellini, in qua prædictus Marchio de Honebruch poteſtatem, & vires habebat ad caſtrum Atripaldæ, quod eſt prædictorum Marini, & Conradi quaſi ante horam tertiam ſalubriter pervenerunt.

Fuit autem Princeps in caſtro ipſo cum magna reverentia, & honore receptus, pranſuſque eſt ibi Princeps aliquantulum, uxoribus prædictorum fratrum nobilibus quidem & ſpecioſis mulieribus ad utriuſque Principis latus in menſa ſedentibus, viris ſuis honeſtam eorum cum Principe refectionem gratam ſatis habentibus, & ad honorem ſibi maximum reputantibus, quod cum eis Imperatoris filius prandium participare dignatus eſſet, in quo quidem Princeps nihil de ſuæ ſibi magnitudinis honore diminuit, cum in hoc quædam videatur eſſe prærogativa dominarum, ut plura circa eas ad honorificentiam veniant, quæ circa viros, quantumcunque magnos forſitan dedecere viderentur. Prandio autem illo à Principe, & ſuis breviter, & ſummariè celebrato diſceſſum eſt, illoque die ad quoddam caſtrum Comitis Acerrarum, quod dicitur Nuſcum, Princeps cum ſua comitiva pervenit, fuitque ei & magnus honor exhibitus ex parte prædicti Comitis cognati ſui per ipſius loci municipes, taliter quod tunc eum dubitare non oportebat, niſi quatenus dubitari poſſet, ne de Papali exercitu aliqui poſt eum mitterentur. Pernoctavit ergo Princeps in ea ſecuritate, quam loci tantum illius conditio dabat: ſummo ſequenti mane inde recedens verſus Guardiam Lombardorum iter direxit.

Erat autem terra ipſa Guardiæ de pertinentiis Comitatus Andrenſis, quem poſſidebat Marchio Bartholdus, unde Princeps ad ipſam Guardiam quanquam ad terram ipſam perveniſſet, non acceſſit, quia quidam rumor factus eſt, quem etiam ſuſpicio ipſa formabat, quod quædem gens armata dicta fuiſſet in principis occurſum venire. Princeps autem conſpiciens in monte quicquid pro incautela ſibi poſſet evenire contrarium, ex improviſo commiſſo quendam de familia ſua nomine Abbantinum ad explorandum, ſi de eo quod dicebatur aliquid eſſet, ipſe Princeps ſe cum ſuis in aciem ordinatam excitavit, & licet prædictus Abbantinus, qui ad explorandum prædicta miſſus fuerat, rediens diceret nullam gentem ſe alicubi videre potuiſſe, Princeps tamen cum ſua comitiva ſtipatus quaſi ad bellum recipiendum compoſitus, & accinctus proceſſit, & cum appropinquaſſet ad Guardiam Lombardam, præmiſit ad terram ipſam nuntios ſuos, ſignificans adventum, & qualis eſſet ipſius terræ ſtatus agnoſceret antequam ad ipſam veniret.

Nuntiis autem reverſis, & ſtatum ipſius terræ non mutatum in aliquo ſignificantibus Princeps ad terram ipſam proceſſit, non tamen terram intravit, ſed ad burgum ipſius populo convocato confortare cœpit, & monere eos ut decuit quod in ſolitæ fidei conſtantia manerent. Populus autem ipſi Principi expoſuit qualiter quidam Legatus Apoſtolicæ Sedis, qui apud Arianum cum magno exercitu Eccleſiæ erat, requiſivit eos, ut ſe, & terram Eccleſiæ darent, & de voluntate ſua quid ſuper hoc facturi eſſent, ad certum terminum reſponderent, quem quidem terminum in diem craſtinum prorogari dicebant, quod ſi in eodem termino ſe reddere nolle reſponderent, exercitum ipſum conſequenter ad ſui oppugnationem, & deſtructionem expectarent. Princeps autem, Non decet, inquit, de hujuſmodi comminationibus timere, dummodo fides veſtra non vacillet, ecce enim nos in Apuliam deſcendimus ad diſponenda ſic negotia Dom. Regis nepotis noſtri, & noſtra, quod vos, & fideles alios contra omnium adverſariorum machinamenta tue-

bimur, gratia nobis aſſiſtente divina, propter quod vobis diſtrictè præcipimus, ut nihil de ſtatu veſtro timeatis, nec aliquid vel ad Legati, vel ad alicujus perſonæ requiſitionem ſine noſtro ſpeciali mandato facere præſumatis. Nos enim pro vobis, & aliis fidelibus ſtabimus, & prædicto Legato, ac quibuſcunque aliis adverſariis volentibus, ſicut reſpondendum fuerit, reſpondebimus. Veſtrum ergo & aliorum ſubjectorum eſt ſtare ut ſtatis, noſtrum vero de ſtatu veſtro, & aliorum curam gerere, ne ſtatus veſter aliquorum turbetur infeſtatione.

Facta igitur tali ad incolas Guardiæ proloquutione Princeps proceſſit inde, & ipſo eodem die pervenit ad oppidum, quod Biſaccia vocatur, ibique per incertus præmiſit de eodem loco ad caſtrum Bimium nuntium ſuum pro adventu ſuo incolis ipſius caſtri notificando, quod quidem caſtrum ad ipſum Principem ratione prædicti Comitatus Adriæ pertinebat. Audito autem ſalubri adventu Principis incolæ, ipſi valde lætati ſunt, & lætitiam ſuam luminaribus, aliiſque quibus potuerunt modis demonſtraverunt: ſicque Princeps quendam militem de familia ſua nomine Ardnium miſit illuc ad caſtrum ipſum pro parte ſua fideliter cuſtodiendum. Miſerat quoque prædictus Princeps Melphiam nuntios ſuos ſcilicet Gualterium de Ocra Regni Siciliæ Cancellarium, & Gervaſium de Martina, qui euntes, & ſignificantes ipſius terræ civibus adventum Principis, facto eis colloquio ſicut decuit, voluntatem eorum exquiſierunt, ſi ipſum Principem, & ſuos in civitate recipere vellent. Melphienſes autem reſponderunt ſe Nuntio Papæ fidelitatem, & homagium juraviſse, & ideo non debere, nec velle contra ipſum juramentum venire, velle autem ſe recipere Principem in civitate, dummodo cum modica comitiva civitatem intraret, & ſine Theutonicis, ac Saracenis. Redeuntibus ergo prædictis Nuntiis ad Principem, & reſponſionem Melphienſium ſibi ſignificantibus, aſſerentibus etiam quod Melphienſes civitatem munire jam cœperunt, ipſe Princeps ad civitatem Exculanam procedere diſpoſuit: prius autem quam ad civitatem ipſam procederet præmiſit ad eam nuntium ſuum cum literis ad notificandum ibi adventum ſuum, & prævideodum ſtatum, & voluntatem ipſius civitatis incolarum. Pergens autem ipſe Nuntius in civitatem ingreſſus invenit ſeditionem ibi tunc nuper exortam, & Comeſtabulum civitatis ipſius fuiſse in illa ſeditione peremptum, tantamque in ipſa civitate turbationem, quod ipſe nuntius literas Principis quas habebat ad civitatem, nec dare, nec oſtendere auſus eſt; imo de aliquorum conſilio, qui Principi benevoli videbantur ipſum latere oportuit, & de nocte poſtmodum civitate exire.

Interea Princeps ſequenti die de oppido Biſacciarum moverat verſus Exculum proceſſurus, cum autem procederet occurrit ſibi in via prædictus nuntius de Exculo rediens, & quidam juvenis nepos Comeſtabuli qui pridem apud Exculum fuerat in ſeditione interfectus; & expoſita Principi civitatis illius conditione ſuggerebatur ei tam ab illo juvene, qui ultionem mortis patrui ſui deſiderabat, quam ab aliis de comitiva ſua qui magnum habebant bellandi deſiderium ut verſus civitatem ipſam recta via procederet, utileque eſſe ſuis gentibus, ut civitatem ipſam antequam melius munire ſe poſſet, ſubito intraret. Poſitum ergo & firmatum eſt a Principe, & ſuis recta via procedere in civitatem, & jam ſinguli de comitiva ſua certam victoriæ ſpem amplectentes magiſque deſiderantes invenire reſiſtentiam, ut vires ſuas, & animus experiri poſſent, quam tranquillum, & pacificum habere ad civitatem ingreſſum, jam de ipſa rebellium ſtrage futura, & de ſpoliorum direptione quandam exultationis ſibi materiam anticipabant. Dum autem ſic animoſe procederent prædictus juvenis nepos Comeſtabuli interfecti comitivam Principis cœpit præcedere, ut qui requiſitionis illius erat, viæ qualitatem inveſtigaret, quatenus ſecurior Principis comitiva procederet. Cumque per aliquantulum viæ proceſſiſſet, dixit ſe pro certo accepiſse per viam, quod Marchio Oddo frater Marchionis Bertholdi cum quingentis militibus Cornetum veneHat, quod quidem ab Exculo ſex millibus diſtat.

Tali autem rumore in comitiva Principis exorto, & prædicto juvene id eſſe verum tenaciter affirmante, licet mendacium eſſet, quod vel ipſa conditio temporis ſuſpecta veriſimile ſuggerebat, vel ipſe juvenis deſtructionis Terræ ſuæ timore confixus, atque damno mortis patrui ſui, quod incurrerat, damnum patriæ nollet inferre, Princeps tamen conſideravit ſapienter, quod id quod de adventu præd. Marchionis Oddonis dicebatur, vel verum jam eſſet, vel adhuc contingere poſſet, ſciebat enim poſt receſſum ſuum de Acerris quod gens procul dubio ventura erat magis etiam de præd. Oddono credebat propter Marchionem Bertholdum fratrem ſuum, qui jã cor ſuum contra Principem, ut ſupra memoratum eſt, manifeſtaverat. Arbitratus eſt ergo Princeps circumſpectus, quod ſi civitatem tunc Exculanam invaderet, & capere forte non poſſet pro eo quod non tantas vires armatorum tunc habebat quantas haberi ad unius civitatis oppugnationem oporteret multum de ſuo ſibi honore decreſceret, & dum vires magis ſuorum ex illa prima ſiniſtra fortuna trepeſcerent adverſarii ſui multum inde vigoris aſſumerent, ſi autem civitatem illam violenter forſitan caperet, contingere poſſet quod dum ſui ſe in ſpoliorum direptione occuparent prout manifeſtè jam innuebant, poſſet aliquod ſibi & ſuis intervenire periculum, vel etiam ſi hoc non contingeret ipſe Princeps ibi ſine aliquo periculo ſe receptaret prædicto Marchione Oddone apud Cornetum exiſtente, & exercitu illo Eccleſiæ, qui erat apud Arianum ex parte alia veniente ipſe Princeps, & ſui in ipſa civitate Esculi viderentur incluſi, & prius contra eum adverſarii ſui circumquaque inſurgerent, quam ipſe Princeps potentiam, & vires ſuas collectas hinc inde præſidiis augere, & firmare poſſet, illiuſque modicæ gloriæ favor, qui tunc obvenire poterat, ſi civitatem Esculi caperet, gloriæ majoris emolumentum, quo in antea erat habiturus impedire. Ratus eſt ergo Princeps in illis dubiis revelationis ſuæ primordiis, ſuam quodammodo per ingenitam ſapientiam vitare fortunam, & more ſapientis opificis qui primò apparatum facit, & tunc demum deſtinatum opus aggreditur, cum neceſſariorum, quæ jam parata ſunt, defectus aliquis non timetur, ſapienter decrevit ſe prius pro illius temporis qualitate componere, ut debile principium melior fortuna ſequatur.

Murato ergo ex prædictis rationibus propoſito Princeps ab incœpto itinere Exculi divertens ad quoddam caſtrum, quod dicitur Lavellum perrexit, quod à civitate Venuſii octo fere millibus diſtat, ibique fuit ſatis reverenter, & honoriſicé receptus cum ibi per unam noctem manſiſſet. Sequenti mane nuntii Venuſinorum venerunt illuc ad Principem, ſupplicantes ei ex parte ſuorum concivium, ut Princeps ad regiam, & ſuam civitatem Venuſii venire dignaretur, aſſerentes qualiter de ſalubri adventu Principis valde civitas illius univerſitatis lætata eſt, magiſque ac magis lætarentur, ſi perſonam ejus in ipſa civitate videre mererentur.

Ad ſupplicationem ergo, & devotionem Venuſinorum Princeps cum ſua comitiva ad civitatem ipſam profectus eſt, cunctique ipſius terræ cives contra civitatem ſibi devotè occurrentes, ipſum, & ſuos in magno gaudio, & tripudio receperunt, & omnes ſibi expenſas pro ſe, & tota ejus comitiva de communi omnium civium largitione hilariter tribuerunt.

Interea Joannes Morus, qui ſicut ſuperius dictum eſt, ſignificaverat ſe præſtiturum omne auxilium & conſilium Principi ſtatuto loco ſui in cuſtodia civitatis Luceriæ quodam de familia ſua nomine Marchiſio adhibitis ſibi mille Saracenis armigeris inter equites, & pedites, & trecentis Theutonicis equitibus locatis contra Luceriam in domibus Regiis,

A quæ ſunt ibi; qui Theutonici poſt mortem Impetato-
tis locati fuerant in civitate Trojana: poſt mortem
vero Regis de civitate ipſa per ipſius Terræ cives e-
jecti fuerant. receptoq; ab ipſo Marchiſio juramento,
& facto ſibi diſtricto mādato, ut neminem, ſive Prin-
cipem, ſive quamcumque aliam perſonam civitatem
Luceriæ intrare permitteret, ad Summum Pontifi-
cem profectus eſt, ſignificans Principi, quod ipſe ad
hoc ibat, ut apud Summum Pontificem negotium, &
utilitatem Principis tractaret. Licet illius eſſet in-
tentio, ut ſe & civitatem Luceriæ in manibus Ec-
cleſiæ poneret, & quantum poſſet confuſionem
Principis procuraret. Princeps vero audito Joannis
Mori diſceſſu à Luceria miſerat diverſos jam non-
rios ad civitatem ipſam humilis quidem conditionis
ad contractandum, & qui familiaritatem, & uſum
cum Saracenis ipſius civitatis habebant, qui ſine ſuſ-
picione introire poterant, & exire civitate ad explo-
randum ibidem quæ & qualis voluntas civitatis ip-
ſius recipiendi Principem eſſet, per quos nuntios ad
B ſe redeuntes intellexit Princeps qualiter voluntas
ipſorum hominum ſatis bona eſſet, & quod mira-
bantur, quare Princeps recta via Luceriam non ve-
niſſet cum ipſi omnes ſe ad defenſionem, & hono-
rem Principis, bona eorum omnia diſponerent, &
parata eſſent.
Cum autem Princeps apud Venuſium moraus,
& talia nova de Luceria recepiſſet, tractare cœpit
cum ſecretariis ſuis qualiter ad terram ipſam Luce-
riæ conferre ſe poſſet, aliis aſſerentibus melius eſſe
Principem ſolum cum uno, aut duobus tantum in
ſpecie privatæ perſonæ ire, & civitatem intrare,
aliis vero dicentibus ipſum debere cum tota ſua
comitiva procedere, cum oporteret ipſum tranſire
inter civitatem Eaculanam, quæ rebellaverat, &
civitatem Fogiæ, ad quam Oddo Marchio de Hone-
bruch, cum Papali magna militia certiſſimè vene-
rat. Reſedit tamen in hoc conſilium, ut Princeps
iret in ſpecie privatæ perſonæ, quia nullo modo per
medium prædictarum duarum civitatum rebellium
C cautius tranſire poſſet, quam ſi totam ſuam comiti-
vam non duceret ſecum, quæ propter multitudi-
nem, cum illa multitudo pauca eſſet, non poſſet
forſitan ita tranſire, quia ad aliquam prædictarum
civitatum forte inde notitia perveniret.
Interim autem dum hoc tractaretur, venerunt ci-
ves Venuſini ad Principem dicentes ſe à Melphien-
ſibus eſſe requiſitos ad conſœderationem ad invi-
cem faciendam, aſſerentes ſe conſœderationem ip-
ſam eis negare non poſſe propter Melphienſium po-
tentiam, quæ eis vicinitate quæ inter eos eſt pluri-
mum nocere poſſet, ſi cum eis conſœderationem non
haberent. Verumtamen voluntati eorum confœdera-
tionem ipſam eſſe cum Melphienſibus facere, ſalvo
in omnibus Principis honore & ſtatu. Princeps
autem audiens Venuſinorum verba voluntatem eo-
rum de facienda ipſa cum Melphienſibus confœde-
ratione, monſtravit quaſi parum curare.
Diſpoſito ergo Princeps, cum prædictis tantum
ſecretariis ſuis de itinere illo ne ad alios forte hujus
D rei notitia perveniret, fecit publicè dici quod ipſe
iturus erat verſus Eccleſiam ſancti Nicolai de Aun-
do, loquuturus cum Frederico de Antiochia fratre
ſuo quem illuc ipſe Princeps veniſſe confixit, &
deinde proceſſurus erat Spinaczolam: mandavit
ergo illis de familia ſua, qui remanſuri erant, ut ſe-
quenti mane Spinaczolam cum camera ſua profi-
ciſcerentur; ſecretariis autem dixit, qui, cum re-
liqua familia, & camera remanere debebant, ut
de Spinaczola cum camera ipſa non recederent, do-
nec rei futuræ qualitas quicquid faciendum eſſet in-
dicaret.
Erat autem primus dies Novembris hora quaſi
veſpertina cum hoc tractaretur, vixque ad hoc
completo ſuper materia illa colloquio cuidam de ho-
minibus longe aſtantibus ſuper mutationem gra-
tiam fecit, quod Princeps ſignum bonum ingens id
eſſe auſpicatos ſubito enſem ſibi dari poſtulavit, &
cum enſis tunc nullo modo inveniri potuiſſet, quod
aliqui non bono evenire auſpicio ſuſpicati ſunt, ip-
ſe nihilominus Princeps quodam alio enſe cujuſdam
ſocii ſui militis qui ſibi oblatus eſt ſe accinxit, &
armis aliis competenter munitus equitavit, tres
tantum ſcuterios ſecum ducens: cumq; in illa modicæ
ſocietate civitatē exiviſset, quoſdam de familia ſua
iter ignorantes equitantes poſt Principem invenit
cum ſe, ſeq; ſibi in via junxerunt. quos Princeps revo-
care noluit, ne ipſis revocatis aliquid de ſuo forſan
propoſito perpendi poſset. Inventæ ſunt autem
omnes illius comitivæ cum Principis perſona, qui-
bus procedentibus ſupervenit nox, & cum nocte
pluvia, quæ adeo grandis erat, & tenebras noctis
augebat, quod euntes non poterant ſe ad invicem
videre, ſed ſe ſolo verbo, vel mutuo contactu ſen
tiebant, nec ſcire poterant verſus quam partem in-
cederent, cum nec ipſos certa via duceret, quam
ipſi ſtudioſè diverterant, & per invios ire campos
dum adhuc lux eſset, elegerant, ne ad aliquam
prędictarum civitatum caſualiter declinarent. Ibant
ergo non ex arbitrio, ſed ſola eos ducente fortuna,
cum ſtellæ, quas ad itineris nocturni demonſtratio-
nem nox ipſa parare curaverat, aer tunc pluvioſus
abſcondiſset, & omne illis in ipſa tempeſtate reme-
dium ſubtraxiſset. Erat autem inter eos quidam mi-
les Adenulphus Pardus, qui fuerat magiſter vena-
tionum Imperatoris Frederici, qui ex nimia vena-
tionum aſsuetudine magnam illarum partium noti-
tiam habebat, & inter illas tenebras, quantum de
induſtria ſua poterat, Principi ducatum præſtabat,
ita ut inter illas fortunę adverſitates in ducatu ipſius
Adenulphi magnam partem fiduciæ ſuæ Princeps
poſuiſse videretur, magnumque ſpei remedium ſi-
bi in illo errore faciebat notitia Regionis, quam
ipſum Adenulphum ex nimia venationum Imperia-
lium aſsuetudine habere ſciebat. Licet autem ſicut
eis tunc fortuna ſæviens minari videretur, ut in in-
certum ſe tunc eorum quiſque crederet, non peri-
culum, ſed quam ut forſitan non errarent, ipſi ta-
men potius ſe errare præſumerent, tamen circa no-
ctis medium ad quemdam locum eos error ille per-
duxit, qui vocatur ſanctus Agapitus, qui medius
eſt inter Fogiam & Luceriam. Erat enim ibi quæ-
dam domus, quam Imperator Fredericus pro vena-
tionis ſolatio conſtrui fecerat, quæ quidem domus
in illa noctis tenebroſitate albeſcens aliquantulum
apparuit, nec tamen Princeps ad domum illam prius
divertere voluit, quam loci illius qualitate circum-
quæſita, quantum poterat in illa noctis opacitate
comprehendi de loco ipſo quod eſset ſanctus Aga-
pitus certificatus eſset alicui prædictarum rebel-
lium proximus, ad quem divertere ſibi periculoſum
eſse potuiſset, præſertim cum ſimiles domus per ſi-
miles Apuliæ partes, & maximè in Capitanata per
prædictum Imperatorem conſtructæ fuerant in ve-
nationum ſolatiis, quarum aliqua civitati Fogiæ,
in qua prædictus Oddo Marchio cum Papali exerci-
tu erat, nimis vicinabatur.
Rigente ergo illa tempeſtate pluviali Princeps
cum ſuis illis pauciſſimis ſociis ad domum illam de-
clinavit, ut homines, & equi qui pluviam indeſi-
nentem illa in tenebroſitate vagantes pertulerant,
per modicam in illo pauſationem, aliquam tanti la-
boris refocillationem acciperent, adeoque gratu-
lanter loci illius quietem amplexi ſunt, quod quo-
dammodo præteriti paulo ante diſcriminis oblivi-
ſcentes in tantum ſe ſolatii luxum in illa requie, lo-
cique anguſtia laxaverunt, ut ignem maximum,
lignorum ſibi oblata copia facerent, qualiter ſibi
magni Reges, & Principes in illis ſolatiis ſuis fa-
cere fieri conſueverunt, quod licet reprehenſibile
quodammodo viſum fuerit, cum ex ignis illius ful-
gore, qui uſque Fogiam, vel Trojam præ ſui ma-
gnitudine pervenire poterat, aliquid de ipſo Prin-
cipis tranſitu per locum illum ab adverſariis ſuis
perpendi potuiſſet, tamen ſic factum eſt, & pro in-
fecto haberi non poteſt. Per totum noctis reſiduum
moratus eſt in illo loco Princeps, & ſui, & tam ipſi
quam equi magnam ibi de labore, quem habuerant,

re-

refocillationem acceperunt. Paulò autem ante diluculum equitaverunt, & cum ad tria milliaria civitati Luceriæ appropinquaſſent, cogitavit Princeps, quod ſi omnes ſimul ad civitatem accederent, contingere poſſet quod homines civitatis multitudinem illam, licet paucam, ſuſpectam haberent, & forſitan ingreſſum ſibi negarent, ſi autem cum duobus, aut tribus tantummodo iret, ingreſſum ſibi dare non dubitarent, & poſito quod ingreſſum non darent, facilius, & ſalubrius cum paucis, quam cum multis deinde ſalvare ſe poſſet: cogitabat enim Princeps, quod ſi in Luceria forte non reciperetur, ad caſtrum Bibiani quod pro eo tenebat, pergeret, & ibi ſe receptaret.

Miſſis ergo in loco illo omnibus illis, qui ſecum ibant, Princeps ipſe cum tribus tantum, quorum unum idioma Saracenorum bene noverat, ad portam appropinquabat, quo ex interiori parte plures homines, qui ad noctis cuſtodiam deputati ad portam cuſtodiendam aſſerentes, equites civitatem verſus venire, convenerant propter magnam ſollicitudinem cuſtodiendi civitatem, quam eis illius temporis qualitas ingerebat. Cum ergo Princeps eſſet extra ante portam, & homines civitatis ea interiori parte in ipſius portæ propugnaculis ſtarent, unus ex famulis Principis linguam Saracenicam ſciens prius acceſſit, & hominibus qui portam cuſtodiebant, dixit. Ecce Dominus veſter Princeps filius Imperatoris juxta deſiderium veſtrum ad vos venit, aperite ergo ſibi portas. & ipſum recipite in civitate, ſicut jam pridem cum magna bona veſtra liberalitate promiſiſtis. Cum autem illi dubitarent an ibi Princeps eſſet, prout ille dicebat, & ſuſpicarentur ab ipſo illudi, Princeps ut ſe illis cognitum faceret, appropinquavit magis ad portam, & cognitus eſt ab eis: ſtatim autem quod cognoverant, quod Princeps eſſet, anxiabantur ad portam ſibi aperiendam, volebantque prius mittere ad Marchiſium ſtatutum per Joannem Morum, ut ſupra dictum eſt, in civitate Luceriæ, qui claves prædictę civitatis habebat, tunc vero unus ex illis qui intus erant, fidem ſuam ulterius erga Principem oſtendens ſic inquit. Pro clave ad Marchiſium mittimus! Ipſe Marchiſius, qui mandatum habuit à Joanne Moro, quod nec Principem, nec aliquem alium ingredi civitatem permitteret, clavem ipſam non dabit, ſed Principis ingreſſum, quantumcunque poterit, impediet. Bonum ergo eſt, ut quomodocunque melius fieri poteſt Princeps intret: ipſo enim ingreſſo omnia poſtmodum plana erunt. Erat autem clivus quidam à civitate productus, per ipſam portam ad labem aquæ pluvialis extra civitatem educendam, qui clivus limen portæ per medium ſecabat, ita quod clauſa porta tantum foramen ex illo clivo remanebat, quod homo proſtratus ingredi inde poterat civitatem: ille ergo qui ſic fuerat proloquutus, Ingrediatur, inquit, Princeps per foramen quod ſub porta eſt, & ſic in civitate quomodocunque ipſum habere poſſumus, habeamus. Tunc Princeps, nec advertens ingreſſus illius turpitudinem, ſed magnæ fructum gloriæ, quæ ex illa turpitudine reſultabat, cogitans per labores, & anguſtias tranſeundum eſſe ad gloriam, & ex illa contumelioſa quidem, ſed utili proſtratione ſurrectutum iri ad magnæ ſolium exultationis aſpirans, cum jam ad id eum fortuna duxiſſet, ut non tanquam homo directus, ſed tanquam ſeptile in curvatus, terræque proſtratus gradi deberet, animadvertit ſapientiſſimè quod proceſſus forte qui jam ad illius depreſſionis ultimum venerat ad ſuæ relevationis tendebat initium, deſcenditque de equo ſuo, & ſe in terram proſternere ad ingrediendum per foramen parabat, quod Saraceni videntes, magnaque ex illa Principis miranda quidem, ſed neceſſaria humilitate permoti; Numquid, inquiunt, ferendum eſt, ut Dominus noſter ita viliter civitatem intret? Effringamus igitur portas, ut ingrediatur ſicut Principem decet. Uno ergo impetu facto irruerunt ad portas, ipſaſ-

A que fregerunt, & intus Principem, cum magno gaudio recipientes ipſum uſque ad medium civitatis in brachiis ſuis relevatum à terra portaverunt. Itaque circumcinctus Princeps, innumera multitudine populi confluentis ad aſpectum ipſius in illa honorifica delatione ſui, magnam perſonæ defatigationem ſuſtinebat, dum homines magis ſuo communi gaudio, quam ipſius Principis habilitati ſatisfacientes, in tantum exhibitionem illam honoris extenderent erga Principis perſonam, ut de labore & compreſſione, quam tunc Princeps patiebatur, parum cogitarent, quod cum oblato ſibi in illa frequentia populi, cum maxima difficultate equo equitaſſet, ſenſit de perſona graviori tunc periculo, quam id quidem habuerit, reſpiraſſe.

Cum autem hoc fieret, & de adventu Principis civitas tota ferveret, pervenit hoc ad notitiam Marchiſii ſtatuti per Joannem Morum in civitate, qui Marchiſius in Regio palatio erat, qui cum audiſſet Principem fore in civitate, admirans qualiter id eſſe potuiſſet, cum ipſe portarum omnium

B claves haberet, fecit confeſtim armari Saracenos deputatos per Joannem Morum ſub ſe ad cuſtodiam civitatis, ipſeque armis munitus egreſſus eſt de palatio, & ſimul cum prædictis armatis contra Principem venire cœpit. Principe autem procedente ad palatium, cum maxima populi multitudine, ipſo quoque Marchiſio cum armatis ſuis contra Principem ab ipſo palatio veniente, cum ventum eſſet ad id loci quo dictus Marchiſius Principem eminus aſpiceret, factus eſt illico clamor, & concurſus populi ad ipſum Marchiſium, ut incontinenti deſcenderet, & ad pedes Principis iret; ille obſtupefactus, & de neceſſitate virtutem faciens, ſtatim deſcendit, armiſque depoſitis ante Principem ſe proſtravit, & pedes Principis oſculatus eſt, ſicque Princeps cum magno honore, & gaudio ad palatium Regium populo comitante perductus eſt.

Inter hæc illi de familia Principis, qui ipſo, ut dictum eſt, cum tribus tantum ad civitatem accedente retro remanſerant, cum è veſtigio venientes ad

C civitatem appropinquaſſent, audientes Principem eſſe intus, acceſſerunt ad portas civitatis; cum autem Principe mox ingreſſo portas, quæ apertæ fuerant, clauſæ interim, & obfirmatæ fuiſſent, illi autem ante portas ipſas ſtabant, & intrare non poterant, cuſtodes enim portarum neſciebant, nec credebant eos de familia Principis eſſe: dum autem illi ſic ſtarent ante portas civitatis collecti, ecce Marchio Oddo cum quadam comitiva ſua veniebat de Fogia ad Luceriam, cumque civitati appropinquans, equites illos ante portam civitatis ſtantes videret, quæſivit à quodam ruſtico, quem ſecus viam fodientem invenit, qui eſſent illi qui ante portam civitatis equites ſtabant: illo autem ruſtico reſpondente ſibi, illos eſſe de familia Principis, & eundem Principem civitatem ſe eſſe ingreſſum, ſtatim ipſe Oddo miratus nimis, atque turbatus de roncino, quem equitabat deſcendit, & ad dextrerium ſuum, qui ſibi à dextris jam ducebatur aſcen-

D dit, & verſus Fogiam retrocedebat.

Cum autem illi de familia Principis ſtantes ante portas vidiſſent, & agnoſcentes ex vexillo, quod ille erat Marchio Oddo, poſt eum ſe proripuerunt, ipſum viriliter inſequentes; cumque vero equi eorum eſſent valde fatigati ex labore noctis præteritæ, videntes quod eum attingere non poterant, ab ipſius inſecutione temperaverunt, & reverſi ad portas civitatis poſtquam ſcitum eſt eos de Principis comitiva eſſe, apertis januis civitatem intrarunt, & ad Principem, qui in palatio regio erat, acceſſerunt, Principi ſignificantes qualiter Marchio Oddo venerat atque receſſerat.

Congregato ergo univerſo populo civitatis ante palatium Regium Princeps in ipſo palatio reſidens ad feneſtram, quæ proſpicit inter Meridiem, & Occaſum, de qua ipſe populum reſpiciebat, totuſque populus ipſum videbat, proloquutus eſt ad populum ſicut negotii qualitas requirebat, exponens

cau-

cauſam propter quam à Summo Pontifice receſſerat, & qualiter voluntatis ſuæ erat jura Regis nepotis ſui, & ſua, & libertatem bonumque ſtatum Regni, & civitatis ipſius viriliter manutenere, atque defendere: ſtatimque omnes ſe in perſonis, & rebus ad ſervitium, & beneplacitum Regis & Principis obtulerunt, & juramenta fidelitatis, & homagii ſibi pro parte Regis, & ſua ſecundum eorum ritum corporaliter præſtiterunt.

Interea ſecretarii Principis, & alii de comitiva ſua, qui cum camera ſua remanſerant apud Venuſium, & juxta ipſius Principis mandatum Spinaczolam proceſſerant, ibique manebant, nihil penitus ſciebant de his quę Principi feliciter obtigerant. Princeps autem id eis ſignificans, mandavit eis ut non per viam, quæ eſt inter Exculum, & Fogiam, ſed per caſtrum Bivini, vel per Sypontum Luceceriam venirent, illi autem tutius elegerunt per Sypontum venire, ſi enim per Bivinum veniſſent, ſiniſtrum eis procul dubio contigiſſet, nam eo ipſo die, videlicet ſecundo Novembris, quo Princeps Luceriam ingreſſus eſt, Berthuldus Marchio de Honebruch G. Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato in Apulia cum magno exercitu venienti per unam dietam obviam procedens Fogiam venerat, qui Marchio veniens cum ſibi ſignificatum fuiſſet in via, Principem eſſe Luceriæ, conturbatus eſt nimis, nuntiumque ad Legatum ad id ſibi ſignificandum celeriter miſit, tantuſque terror ad comitivam Marchionis ex illo rumore factus eſt, ſicut aliqui poſtmodum de comitiva illa dixerunt, ut quampiares de Apulia qui cum Marchione veniebant, cum ipſe Marchio venerit Fogiam, ſe ibi non fuerunt, ſed ipſo eodem die uſque Barolum nuntius Marchionis adeo feſtinavit, quod ipſo eodem die, videlicet ſecundo Novembris, fuit apud Trojam, propter quorum Legati, & Marchionis adventum, tam prædictum caſtrum Bivini, quam aliæ civitates & caſtra per Apuliam in partem ipſius Legati, & Marchionis declinaverant.

Inventæ ſunt autem in prædicto palatio Regio Luceriæ Camera Imperatoris Frederici, & Camera Regis Conradi, Camera quoque Marchionis Oddonis, & Camera Joannis Mori, in quibus Cameris inventum eſt aurum, argentum, veſtes, lapides pretioſi & arma quamplurima. Cœpit ergo Princeps de Gazis, & bonis quæ in Cameris ipſis inventa ſunt inter milites diſtribuere, & tam eis, quam illis, qui ſecum de partibus Terræ Laboris venerant, quam aliis quos undecunque habere poterat ſtipendia præſtare: dicti enim Theutonici equites quos Joannes Morus, ut dictum eſt, in prędictis domibus extra Luceriam conſtituerat, ſtatim Principe veniente Luceriam ſe ſibi ad ſuam ſervitium præſentaverunt, Princeps eos libenter recepit, ſtipendia eis conceſſit. Plures etiam Theutonici, qui poſt mortem Regis per diverſas Regni partes, & præcipuè per Apuliam diſperſi erant, audita Principis adventu in Luceriam ad ipſum venerunt, & ad ſtipendia recepti ſunt, & licet aliqui eorum equos, vel arma non haberent, Princeps eis equos, & arma prout unumquemque indigere videbat, præſtabat: multi enim de exercitu Legati & Marchioni ſaudita liberalitate Principis de exercitu ipſo recedentes venire ad Principem, & Princeps eis ſtipendia tribuebat, ita quod per modicum temporis ſpatium exercitus Principis adeo eſt augmentatus, quod terror ejus totam Apuliam concutiebat: ſtatim enim quod Princeps Luceriam intravit, & exercitum ſuum ſic augmentare cœpit, per ſingulas vicinas Terras miſit literas ſuas, ut Luceriam ſoderum rerum victualium neceſſariarum pro ſuo exercitu mitterent: miſit & literas Fogiam, ubi erat Marchio Berthuldus, quæ literæ receptæ ab univerſitate civitatis præſentatæ fuerunt Marchioni prædicto, quas literas cum legiſſet Marchio, valde miratus eſt quod Princeps qui paulo ante in tanta depreſſione, & humiliatione fuerat, quod eum ſupplicare aliis oportebat, ſic ſubito ex depreſſione illa in excellentem ſtatum erectus eſſet, ut de ſoderu ſibi mittendo, ita imperiosè mandaret, ac ſi totius jam Regni Dominus eſset; turbatus ergo valde ex hoc Marchio convertit ſe ad conſuetas verſutias, & quaſi amicabiliter motus, & de honore ac ſalute Principis zelum habens, magiſque ſe intimum, & familiarem Principi oſtendere volens, miſit ei quaſdam veſtes lineas & laneas, ut Princeps qui pro diuturnis armis fatigatus erat, & qui in ſolis armis ſuis Luceriam venerat, cum nondum camera ſua cum veſtibus, & aliis perſonæ ſuæ neceſſariis perveniſset ad eum, veſtibus illis à Marchione miſſis indueretur, miſitque ſibi conſilium, ut Princeps de gratia Eccleſiæ non deſperaret, nec tanquam deſperans eam, faceret quæ ad majorem aggregationem odii & diſcordiæ redundarent: confidere enim ſe dicebat, quod adhuc poterat factum ſuum ſic cum Summo Pontifice componi, quod honor ſibi & commodum increſcere potuiſſet. Princeps autem Marchionis ipſius veſtes tanquam neceſſarias recepit, verba vero tanquam ſuperflua & doloſa contempſit, vireſque, & potentiam ſuam quod magis ſibi neceſſarium, & utile erat augumentare quotidie ſatagebat. Principe autem ſic ſuas quotidie vires augente cœpit de concordia inter ipſum & Legatum tractatus haberi, tractatumque eſt quod Princeps uſque ad ripam fluminis, quod eſt inter Luceriam, & Trojam veniret, Nuntiique Legati uſque ad ripam ejuſdem fluminis ex parte alia venirent à Troja, at ibi ad invicem de negotio concordiæ loquerentur. Præfixa ergo ad hoc die Princeps cum equitum, & peditum comitiva Luceria exivit, & uſque ad ripam prædicti fluminis comitiva ſua parum retro dimiſſa cum paucis acceſſit. Illi vero de parte Legati, cum magna ſimiliter comitiva Troja exeuntes Principis videntes exercitum longe citra ripam fluminis conſiſtere, nec ad ripam fluminis aliquatenus appropinquare volebant. Princeps vero hoc videns cum illis ſuis paucis ſociis qui ſecum erant ad ripam fluminis tranſivit, & comitiva, quæ retro remanſerat ad ripam, ubi prius ipſe ſteterat, venire fecit. Cumque Principe flumen tranſeunte illi de parte Legati adhuc ad ipſum appropinquare nollent, Princeps verſus eos magis appropinquavit, & per tantum loci ſpatium eundo verſus illos ſe jam a ſua comitiva elongaverat, quod aliquibus temerarium quodammodo viſum fuit ſic hoſtili parti ſe credere, ubi pars hoſtilis de eo ſic dubitaret. Cum autem illi nullo modo ſe vellent de prima ſtatione movere, & jungere ſe ad colloquium, Princeps vel puſillanimitatem illorum ſpernens, vel fraudem conjiciens retroceſſit, & Luceriam cum ſua comitiva reverſus eſt.

Poſt paucos autem dies, cum videret Marchio Bertholdus, quod Principis potentia nimis augumentabatur, miſit ad Principem quendam ſuum ſecretum nuntium religioſum, de domo videlicet ſanctæ Mariæ Theutonicorum ſibi ſignificans, quod ipſe Marchio ad gratiam Principis redire volebat, ſi Princeps vellet ipſum recipere, & certa ſibi pacta, & conditiones, quas Marchio petebat adimplere: inter ipſa autem pacta continebatur, ut Princeps filiam ſuam Ganarro nepoti Marchionis nuptui traderet, petiitque Marchio quod Princeps Gualterium de Ocra Regni Siciliæ Cancellarium ſecretariam ſuum ad eundem Marchionem pro hujuſmodi tractatu habendo deſtinaret apud Trojam, ſub eo quidem prætextu quod idem Cancellarius ad Legatum pro tractatu concordiæ mitti videretur. Princeps autem ſapienter conſiderans, quod ſi Marchionem ex parte ſua, quocunque modo habere poſſet, partis adverſæ vires multum decreſcerent, ſua vero potentia nimis augmentaretur, tali petitioni Marchionis acquievit, & prædictum Cancellarium ad Marchionem prædicto modo mittere diſpoſuit. Cumque prædictus Cancellarius ſolus nollet ipſius negotii onus aſſumere, tum quia Marchionis aſtutias habebat ſuſpectas, tum quia ad palliandum cauſam profectionis ipſius ad tractandum cum Le-

gato

gio concordiam, unam tantum perſonam tranſmitti inconveniens quodammodo eſſe videbatur, adhibitus eſt ad ipſum negotium exequendum Goffridus de Cuſentia ipſius Principis ſecretarius, facta que eſt unicuique eorum à Principe commiſſio eundi ad prædictum Legatum Trojam de concordia cum ipſo tractanda, dataque eis à Principe plena poteſtate, & auctoritate tractandi cum Marchione qualiter ad partem Principis reverteretur, & offerendi, ac firmandi ſibi pro parte Principis omnia pacta, & conditiones quas ipſe Marchio poſtulaverat.

Profecti ergo prædicti Nuntii Principis Trojam ad Legatum Sedis Apoſtolicæ ibi exiſtentem, ut de concordia cum ipſo tractaretur, Legatus autem potentiam ſuam quodammodo ex dedignatione magnificare volens nuntios ipſos admittere nolebat, ſed quoſdam eis auditores dedit, videlicet Archiepiſcopum Ravennatenſem, Epiſcopum Faventinum, & Albertum de Fliſco conſanguineum ſuum, coram quibus auditoribus nuntii Principis cauſam tractandæ concordiæ pro qua venerant expoſuerunt, Principem minus ipſius concordiæ eſſe nocivum, ſed nihil cum ipſis facere potuerunt. ſicque nuntii ipſi ad Marchionem ſe contulerunt, & licet non poſſent cum ipſo tractare aliquid ita ſicut volebant, quia in verbis ejus, quæ dolo, & aſtutia plena erant, ſe aliquatenus firmare non poterant, quamvis enim pactis, & conditionibus ſibi oblatis acquieſcere videbatur, tamen dicebat ſe expectare Marchionis Oddonis fratris ſui voluntatem, & conſilium, quod magis in dilationem concluſionis afferre videbatur; tamen ne ipſorum nuntiorum acceſſus illuc penitus inutilis eſſet, per illud modicum temporis quo in Troja fuerunt, ab eis ſapienter, & cautè tractatum eſt, quod una coneſtabulia Theutonicorum, quæ in exercitu Legati erat, ab exercitu ipſo diſcederet, & ad partem Principis veniret, cum ſe ad id commodè faciendum loci, & temporis opportunitas daret. Sicque prædicti nuntii negotio pro quo venerant infecto ad Principem redierunt.

Princeps ad hoc cum magnum jam exercitum congregatum haberet, animuſque ejus ad potentiæ ſuæ vires experiendas eſſet accenſus, præſertim cum exercitus Papalis qui erat in Fogia multum ſe quotidie roboraret vallando ſe circumcirca in foſſatis intendendo etiam ſuccidere nemus Palmulæ civitati Fogiæ propinquum ad conſtruendum palatia circumcirca in foſſatis ad majus ſui munimen, cogitavit quod melius erat hoſtes ſuos impugnare antequam ipſi ſe ſic præmunire poſſent, & laborem ſibi poſtea majorem darent. Præfixit ergo in corde ſuo certum diem, videlicet in quo exiturus eſſet in campum, juſſitque omnes de exercitu ſuo ſe interim præparare, ut ad aliud mandatum ſinguli ſe ad belli expeditionem præparatos decenter invenirent.

Interea vero Comes Gualterius de Manupello de partibus Comitatus ſui veniebat ad Legatum ab ipſo vocatus, qui ad quoddam caſtrum quod dicitur Serra Capriola dicebatur jam perveniſſe. Princeps autem ſcripſit ei, ut antequam ad Legatum iret, ad ipſius Principis veniret præſentiam: cumque prædictus Comes reſpondiſſet ſe dubitare hoc facere ſine voluntate Legati, miſit interim Princeps ad eumdem Comitem nuntios ſpeciales videlicet Riccardum Filangerium militem, & præfatum Goffridum de Cuſentia, ut ipſum Comitem inducerent, ut iturus ad Legatum per Luceriam tranſiret, & Principi loqueretur, quod quidem ſibi convenire volebat per eum ſuper facto concordiæ Legato ex parte Principis exponendo.

Cum autem hæc fierent venit dies, quem ad exeundum in campum Princeps ſibi præfixerat, ipſoque die tanta pluviæ inundatio à præcedenti nocte incipiens facta eſt, quod difficile erat hominibus, ne dum in campum procedere, ſed etiam extra domos exire, ſicque in diem tertium, videlicet proceſſus in campum neceſſario dilatus eſt; quo die veniente Princeps ſummo diluculo Comitem Henricum de Spernaria, virum ſtrenuum, & bellici diſcriminis expertum ad ſe venire jubens. En hodie, inquit, dies eſt in quo ſub ſpe certæ victoriæ contra noſtros hoſtes noſtra poſſumus explicare vexilla: accipe ergo tecum aciem unam equitum armatorum, & felici animo eas procedens uſque ad locum inter Trojam & Fogiam, & Luceriam medium, & quacunque ex parte de Troja, ſive de Fogia aliqui de hoſtili parte prodierint prævideri poſſint, conſtituaſque duos viros cum duobus vexillis in colliculo illo, quod aliquantulum exeuntibus huic civitati apparet oppoſitum, & de quo uſque ad viciniratem Fogiæ & Trojæ poteſt uterque haberi proſpectus, quos viros informes, & inſtruas, ut de loco illo verſus utramque partem intentè reſpicientes, ſi gentem aliquam ex aliqua prædictarum partium prodire viderint primo unus illorum, & deinde alius vexilla in circuitu ventilent, nos enim inſpectores alios hic in palatii ſummitate conſtituemus, qui ad vexilla prædicta proſpectum certiſſimum habeant, ut ſi prædicta ſigna vexillorum viderint, per quæ ſignificetur, ut poſitum eſt, aliquam gentem de aliqua prædictarum partium exire nobis ſtatim hæc dicant, noſque ad ſignum ipſum cum exfortio confeſtim exhibimus ad ejus ſubſidium: ſi autem antequam hoc fiat, vel etiam poſt, ante noſtrum occurſum aliqua gens de hoſtili parte tibi occurrerit, viriliter ipſam aggrediaris, quia procul dubio victoriam obtinebimus.

Egreſſus eſt ergo juxta mandatum Principis Comes Henricus, cum quadam equitum comitiva, pervenitque ad locum, quem ſibi deſignaverat Princeps, ordinavit quoque Princeps, duos viros cum vexillis in loco eminenti, juxta Principis deſignationem ad proſpiciendum, & notificandum ſi qua gens partis adverſæ exiviſſet à Fogia, vel à Troja, ipſe vero Comes cum comitiva ſua repoſuit ſe in quadam valle depreſſa, ut à longe videri non poſſet: Princeps autem conſtituerat proſpectores in ſummitate palatii Luceriæ, ut ſigna vexillorum, quæ facienda erant ad oſtendendum exitum gentis de Fogia, vel Troja, ſicut fuerat præordinatum, viderent, & Principi ſignificarent, cumque aliquantulum tranſiſſet ſpatium, ecce proſpectores in ſummitate palatii conſtituti dixerunt Principi ſe ſigna vexillorum vidiſſe, quæ inter Principem & Comitem poſita fuerant, ut dictum eſt; Princeps autem tanquam leo diu paſſus eſuriem ad aliquod præcedentis indicium ſubito concitatus exurgens, proſpectu ſignorum ſibi ſignificato animoſius exhibuit, & cum comitiva equitum & peditum, quam decenter ordinaverat, ſtatim civitatem exivit, & Comiti Henrico jam in Luceriam redire incipienti ſe, junxit; cumque Comes miraretur quia Princeps exiverat, cum nulla ſigna vexillorum facta fuiſſent, affirmatum eſt ab inſpectoribus in ſummitate palatii conſtitutis, quod ipſi ſigna vexillorum certiſſimè viderant, & ea Principi ſignificaverant, cui quidem illudere fas non erat, ut ſibi aliud pro alio diceretur.

Licet autem in veritate ſigna aliqua facta non fuerant, tamen procul dubio facta fuiſſe apparuerunt propter victoriam, quæ diſpoſita erat à Deo per Principem ipſa die habenda de adverſariis ſuis. Cum enim Princeps & Comes ſuper hujuſmodi materia colloquerentur, & ſe ad revertendum in Luceriam direxiſſent. Ecce quædam equitum caterva longe retro apparuit, & cum dubitaretur qui eſſent, prima facie creditum eſt quod eſſet illa coneſtabulia Theutonicorum de qua per nuntios Principis ad Marchionem tranſmiſſis, ut dictum eſt, tractatum cautè fuerat, ut de exercitu Legati recederent, & ad partem Principis venirent. Dixit ergo Princeps, tu cum comitiva illis in occurſum eas, qui ſi pacifici veniunt, ipſos pacificè recipias, & eos ad nos honorificè ducas, ſi autem adverſarii ſunt non dubites eos viriliter aggredi, nos enim viſo congreſſu ad te confeſtim cum toto illo exfortio veniemus. Principe ergo ibi remanente cum illis, qui ſecum de civitate

ve-

A venerant, Comes Henricus cum illis, quos primò ſecum duxerat, verſus catervam equitum venientem proceſſit. Cumq; interim appropinquaſſet, quod per vexilia poterat, quæ gens eſſet illa diſcerni, cognovit Comes quod illa caterva eſſet Marchionis Oddonis, quæ de Fogia exierat ad deprædationem aliquam faciendam, ſtatimque contra eum cœpit animoſius ire; quo viſo prædictus Oddo Marchio quia non erat cum eo tanta gens, & talis quod bellum recipere poſſet, cœpit retrocedere. Comes autem ipſum inſequens animoſum contra eum fecit inſultum, in quo inſultu aliqui de parte Marchionis in terram fuerunt proſtrati. Princeps autem viſo illo inſultu præmiſit Fredericum de Acerris militem ſuum cum quadam acie armatorum in ſuccurſum Comitis, quo Frederico accelerante Marchio Oddo ſe verſus Fogiam quantum poterat retrahebat, commiſſoque inter eos conflictu Marchione prædicto ſe viriliter defendendo quo uſque vidit Principem à longè cum certa comitiva venientem: ipſius B ergo Comitis & Principis exercitus animoſior factus contra Marchionem potentius dimicare cœpit. Marchio comitivam Principis venientem videns, & de ſua comitiva diffidens in fugam ſe verſus Fogiam proripuit, paululumque moratus ante civitatem, & bellum ibi recipere volens, cum vidiſſet quod illi de civitate ad ejus ſubſidium non exirent, ſed in civitatem deſcendere præpararent, Comes autem Henricus viriliter inſectabatur eum, & magnam jam ſtragem de ſuis facere cœperat, cum etiam jam comitiva equitum Principis Comiti Henrico ſe adjunxiſſet, videns ipſe Marchio deterius eſſe ſtare quam fugere, ſe ad fugam diſſolutè convertit, & uſque ad caſtrum Canutii fugit, ibique ſe receptavit.

Principi autem cum ſuis uſque ad introitum civitatis Fogiæ appropinquanti nimis vehementer in ipſo ingreſſu à parte contraria reſiſtebatur, cœpitque baliſtis, & arcubus ex utraque parte pugnari, cumque per duarum ſere horarum ſpatium ſic bellaretur ante civitatem, nec poſſet Princeps cum ſuis hoſtiliter illam catervam irrumpere, & civitatem C intrare, ecce pedites Saraceni, qui Principem ſequuti ſunt à Luceria, nec poterant cum equitibus ſimul venire, ad civitatem appropinquaverunt, qui non ea parte in qua Princeps cum ſuis equitibus erat, ſed ex alia parte civitatis, quæ reſpicit Septentrionem, de ordinatione Principis acceſſerunt, in qua videlicet parte reſiſtentia aliqua non habebatur, quam Princeps appropinquabat. Cum ergo foſſata, quæ Fogitani, & illi de Papali exercitu fecerant circumcirca, non eſſent multum elevata ex illa parte quam prædicti pedites petierunt, ingreſſi ſunt ipſi pedites ex illa parte, & fuerunt in burgo civitatis ipſius, quod erat ex illa parte: cum autem illi qui erant in ſpeculis civitatis conſtituti pedites ipſos vidiſſent ingreſſos, & jam ipſi pedites ſagittis eos hinc inde laceſſerent, factus eſt ſubito clamor quod civitas ex parte alia capta eſſet; quod cum perveniſſet ad illos qui civitatem ex parte alia contra Principem defendebant, ſtatim dimiſſa defenſione ſe verterunt in fugam verſus palatium Regium civitatis ipſius: quibus ſic fugientibus Princeps, & ſui poſt D eos civitatem ingreſſi ſunt, alioſque eorum contrucidaverunt, alios vero ceperunt præter illos qui ſe in prædicto palatio receptare potuerunt.

Poſita autem civitate ipſa in direptionem, & prædam potuiſſet quidem Princeps, ſi voluiſſet contra illos, qui ſe receptaverant in palatio bellum inferre, & eorum per violentiam perſonas habere, ſed cum jam ſero eſſet factum, cogitavit Princeps, quod ſi per inſtantem noctem ad obſidionem illorum in civitate ipſa remaneret, Legatus Apoſtolicæ Sedis, qui cum magno exercitu erat apud Trojam, hoc audito poſſet contra illum cum exercitu illo venire, & forte illum offendere, præſertim cum milites, & pedites ſui propter laborem illius diei valde fatigati eſſent: cogitavit enim poſt hæc quod cum aliqui viri Eccleſiaſtici, qui cum exercitu Papali Fogiam venerant, in prædicto palatio cum aliis ſe

A receptaſſent, poſſet ſibi ad magnam ſævitiam imputari, ſi ſe ad obſidionem illorum incluſorum perſeverante, & palatio ipſo per violentiam capto prædicti viri Eccleſiaſtici cum aliis caperentur. Hac ergo potiſſimum cauſa, & ne etiam ex ſui præſentia civitas per ſuorum deprædationem magis damnificaretur, vidit Princeps melius eſſe recedere, quam ibi in nocte ipſa remanere, & illi qui in palatio ſe receptaverant, capta Principis abſentia fugerent, & votum ſuum Princeps de eis ſine aliqua nota crudelitatis haberet.

Reverſus eſt ergo Princeps illo ſero cum toto exercitu ſuo Luceriam, & ad mediam ſere noctem pervenit ad civitatem. Sequenti vero mane in ipſo diluculo venerunt ad Principem duo cives Trojani miſſi ab univerſitate civitatis Trojæ dicentes, quod Legatus Apoſtolicæ Sedis qui in Troja fuerat, audita victoria, quam Princeps habuerat in Fogia cum exercitu, quam ibi habebat, de civitate Trojana nocte receſſerat, tantaque fuerat in fuga illius, B & exercitus ſui diſſolutio, quod aliqui relictis penitus arneſiis ſuis perſonas tantum onerare, & portare tentantes ipſa ad terrorem etiam mulierculárum onerata in animalibus ſuis dimittebant, & ſe ad fugam, ſicut melius poterant expediebant: ita etiam quod mulieres civitatis ipſius animalia fugientia arneſiis onerata trahebant, aliqui etiam armis induti, cujuſcunque ſeu viri, ſeu mulieris timentes occurſum, arma ipſa libentius deponebant, & viro, ſeu etiam mulieri, ut ſecurè abire ſinerentur, dimittebant. Aliqui etiam non curantes equis ſellas aptare, equos ad nudum equitabant, & civitatem exibant. Aliqui quoque vix tantum ſibi ſpatium in illa fugiendi occupatione laxabant, ne equos ſuos de præſepe reſolverent, & equitarent, ſed dummodo ſalvare quocunque modo ſe poſſent dimiſſis equis pedites fugiebant. Prædicti ergo nuntii Trojanæ civitatis hoc Principi exponentes ipſum ex parte univerſitatis ipſius ſupplicíter deprecabantur, ut ad civitatem Trojanam venire dignaretur, C nec eis imputaret ad culpam quod Legatum prædictum, & Marchionem cum Papali exercitu receperunt, cum eorum violentiæ nullo modo reſiſtere potuiſſent. Simili quoque modo Rogerius de Pariſio, qui cum prædicto Papali exercitu Trojam venerat, ſignificavit Principi, quod ſugiente Legato ipſe caſtrum civitatis ipſius ad honorem Regis & Principis cepit, ipſumque ad fidelitatem Regis & Principis cuſtodiebat.

His auditis totus exercitus Principis valde lætatus eſt, inſtabantque omnes apud Principem, & præcipuè illi Theutonici, qui pridem de civitate Trojana poſt mortem Regis Conradi fuerant, ut dictum eſt à Trojanis expulſi, ut Princeps cum exercitu proficiſceretur Trojam. Princeps autem ſapienter corde conſideravit, quod ſi tunc Trojam accederet, magna deſtructio civitati eidem poſſet accidere cum ex cupidine ſpoliorum, qua fere omnes ad eundem illuc accendebantur, tum ex ultione injuriæ qua prædicti milites Theutonici miro modo D videbantur accenſi, præſertim, cum data eis materia debacchandi ad quælibet enormia committenda impune proſilirent belli præcipuè tempore, quo licitè committuntur illicita, & quæ pacis tempore injuſta ſunt. Ex hac ergo provida conſideratione Princeps exercitus ſui motum contra civitatem Trojanam à direptione in ipſo ſui primordio revocavit, gravius ſibi futurum exiſtimans eorum impetum ſemel in ſui voti proſequutione permiſſum ab illius poſtea civitatis deſtructione compeſcere, quam à principio revocare. Dixit itaque Princeps non eſſe neceſſarium Trojam appetere, quæ jam Legato, & exercitu Papali inde fugientibus ad mandatum Regis, & ſuum converſa erat, neceſſarium autem eſſe, & magis utile repetere Fogiam propter illos, qui pridie in palatio ſe receptaverant, ne ſi ſic ſine impugnatione aliqua dimitterentur, poſſent forſitan & ipſi animum vireſque reſumere, & alii de ſecta ipſorum, qui per vicina fortaſſis loca colle-

&c;ti erant aliquid reſiſtentiæ in corde concipere, & nocumentum aliquod fidelibus irrogare.

Habitum eſt ergo pro meliori redire Fogiam, quam ire Troiam, ſicut Princeps edixerat, arreptoque itinere Princeps, & ſui verſus Fogiam vexillis explicatis procedebant. Cum autem eſſent ad quatuor ferè millia prope civitatem, occurrit exercitui Principis in via quidam Nuntius de Fogia veniens qui dixit, quod omnes illi, qui die præterita ſe in palatio Fogiæ receptaverant, de nocte recedentes fugerunt. Cum autem rumor hujuſmodi in exercitu Principis de fuga illorum inſonuiſſet, omnes uno impetu, & præcipuè Theuronici per camporum invia verſus illam partem, quam illos fugientes ire extimabant, animosè currere cœperunt, ut eis ea tranſverſo poſſent occurrere, qui quidem ex magna proſequendi animoſitate, quam hoſtium fuga nimis exigebat, videbantur in equis non quidem incedere, ſed volare: non quippe ut fieri ſolet antepoſitas hoſtium acies illi greſſibus modeſtè procedebant quaſi congreſſuri, ut in campo ſtantibus hoſtibus ſapienter bellum inferrent, ſed cum hoſtes qui non apparebant ex animo quærerent, moderamen eis ſola videbatur effrenitas, qua ipſos invenire poſſent. Inſequuti ſunt ergo eos hoc modo per viæ plurimum, nec ullo modo eos attingere potuerunt, quia illi tempeſtivè nimis de nocte fugam arripuerant, & timor eis ad fugiendum alas adjunxerat. in tantam enim diſſolutionem fugiebant, quod eorum aliqui viam ignorantes, vel potius pro cautela ipſam deſerentes, & per devia montium divertentes, cum perveniſſent ad loca quorum exitus nives undique clauſerent, poſt dies aliquot mortui reperti ſunt, per plura etiam loca bonettæ pannis, & rebus aliis plenæ inventæ ſunt, quas ut fugerent expeditè in via dimiſerent.

His itaque taliter geſtis, & talem quippe Principe apud Fogiam aſſequuto victoriam, prædictus Legatus Apoſtolicæ Sedis de Troja recedens cum Papali exercitu verſus Neapolim ad Summum Pontificem properabat, qui cum tanta feſtinantia ibat, quod Marchioni Bertholdo, qui pridie ab ipſo fuerat miſſus ad Papam in via ſe adjunxit, & deinde ambo ſimul Neapolim pervenientes invenerunt, quod ipſis diebus, videlicet Idibus Decembris Papa defunctus erat. Tantus autem Cardinalibus, & aliis de Romana Curia ex illa victoria Principis timor acceſſit, quod viſo Legato & Marchione omnes voluere de Neapoli recedere, & in Campaniam redire. Ad magnam autem inſtantiam, & reconfortationem Marchionis ipſius ſteterunt, & in unum collecti ad electionem novi Summi Pontificis Cardinales de mane procedentes elegerunt Dominum Raynaldum, aliis Raymundum, Epiſcopum Oſtienſem, vocatuſque eſt Papa Alexander.

Princeps autem poſt habitam prædictam victoriam morabatur in partibus Capitanæ, clamabantque tam Theutonici quam Saraceni Barolum, Barolum, Barolum. Ergo cum tota alia Terra Bari partem Eccleſiæ adhuc teneret, audita victoria, quam Princeps habuerat, & qualiter Theutonici, & Saraceni verſus eos incurſionis ſuæ vota direxerant, memores diſtructionis quam jam pridem fecerant ex alia ſua rebellione perpeſſi, Nuntios miſerunt ad Principem, ſe & civitatem ad mandatum Regis & Principis exponentes. Ipſis ergo Barulitanis venientibus ad mandatum Regis & Principis, tota alia Terra Bari adhuc in rebellione durabat: Princeps autem non ipſam Terram Bari, ſed ſuperiores Apuliæ partes, quæ magis parti adverſæ vicinabantur, repetere decrevit, proceſſitque verſus Barolam diſponens antequam obſidionem contra caſtrum ipſius firmaret, ut ipſum violenter caperet, ſed hyeme adverſante noluit ibi fruſtra laborare.

Proceſſit ergo Venuſium, & ex inſperato civitatem ipſam adhuc in rebellione perſeverantem intravit, ipſamque ad mandatum ſuum habuit: petierant enim ipſius civitatis incolæ humiliter à Principe veniam, proponentes qualiter contra Melphienſes, & alios qui eos in rebellione præceſſerant, quod deſtructionem eis ex vicinitate comminabantur, ſtare in propoſita fide non potuerant, propter quod de neceſſitate in partem eorum declinarunt, fidem autem ſuam non deſeruerant in eodem, ſed quando potuerant in adventu Principis ipſam declaraverunt, talibuſque verbis & aliis hujuſmodi coram Principe propoſitis veniam promeruerunt. Memoratus eſt enim Princeps qualiter pridem ipſum à Terra Laboris procedentem & in Apuliam venientem omnique ſpe fruſtratum Venuſini devotè receperunt, & honorem, quem poſſent ſibi concumulati fuerunt, ex qua potiſſimum cauſa Princeps ad præſtandum eis veniam inclinatus eſt.

Interea vero Joannes Morus erat in Acheruntia, & eodem tempore quo Princeps Luceriam, ut ſupradictum eſt, intravit, ipſe Joannes Morus à Papali Curia rediens cum audiſſet in via Principem eſſe Luceriæ valde turbatus eſt, admirans quomodo civitatem ipſam introire potuerat, cum ipſe ante receſſum ſuum valde diligenter eam ordinaſſet cuſtodiri, miſitque ad Principem Nuntios, ſupplicans quod & literas ſuas de ſecuritate mitteret, cum ipſe ad pedes ſuos venire vellet. Princeps autem infidelitatem, & proditionem ipſius Joannis Mori diſſimulare contemnens literas ſuas ei denegavit, dixit tamen quod ſi venire vellet ſecundum quod merita ſua exigebant recipiendus erat, quod ipſe Joannes audiens non Luceriam venit ad Principem utpote læſam conſcientiam habens, ſed recta via profectus eſt in Acheruntiam, ibique, ut dictum eſt, morabatur. Saraceni vero ibi cum ipſo morantes ipſius proditione cognita ferino potius, quam humano inſtinctu eundem Joannem Morum in eis plurimum confidentem interfecerunt, & corpore ejus ab eis membratim diviſo caput ejus in Luceriam delatum eſt, & ad portam Fogitanam ipſius civitatis ſpectaculum ſuæ nefandæ proditionis appenſum eſt. Saraceni ipſi miſerunt nuntium ad Gualvanum Lanceam avunculum Principis de Romana Curia redeuntem (erat in caſtro ſuo quod Tulle vocatur) ſibi hoc ſignificantes & petentes ut veniret in Acheruntiam, & terram ipſam pro parte Principis reciperet. Dictus enim Gualvanus, qui, ut ſupra dictum eſt, Principe recedente de Acerris apud Romanam Curiam ex utili quidem & neceſſaria cauſa remanſerat, donec in prædicta Curia fuit tanquam homo aſtutus, & diſcretiſſimus oſtendebat ſe non pro ſe, ſed contra Principem eſſe, ut cautè ſibi de ipſius Principis utilitate tractaret: capta vero temporis opportunitate de Curia ipſa receſſit, & ad caſtrum ſuum prædictum quod dicitur Tulle interfecto prædicto Joanne Moro ad petitionem Saracenorum Acheruntiam intravit, terramque ipſam pro Principis parte recepit, & cum Princeps, ut prædictum eſt, apud Venuſium eſſet, idem Gualvanus ad Principem illuc venit, lætatuſque eſt nimis Princeps de adventu ſuo, tum quia ipſum de manibus adverſariorum ſuorum recepit incolumem, tum quia conſilium, & auxilium ejus circa illa ardua negotia, quæ Principi incumbebant, ſibi neceſſarium & utiliſſimum erat. Ipſo enim Gualvano ad Principem veniente multis cogitationibus ſe Princeps exoneravit, cum ipſe Gualvanus tantæ quidem prudentiæ ac ſtrenuitatis eſſet quod de toto guerræ negotio Princeps ſibi ſecurè poſſet incumbere, & ipſe tanquam Dominus ſine cogitatione aliqua remanere.

Interim autem civitas Rapollæ, quæ ipſius Gualvani erat, in rebellione durabat: mittitur ergo illuc prædictus Gualvanus, cum multitudine equitum, & peditum armatorum, cumque cives ipſius ratione requiſiti pacificè ad mandatum venire nollent, datus eſt viriliter in civitatem inſultus, & licet incolæ loci ſe nimis audaciter in primo congreſſu defenderent, cum ſitus loci ipſius defenſioni eorum magnam audaciam daret, inde animis & viribus principalis exercitus ex illorum magis reſiſten-

tia,

tia, & defenſione creſcentibus, eum reſiſtentiam illorum ſolatium reputarent, & defenſionem, quam illius loci homines faciebant, ſuarum eſſe ſentirent incitamenta virtutum; violenter tamen civitas capitur, pluresque de civitate ipſa propter rebellionem ipſam in qua pertinaciter devenerant neci traduntur, & ad extremam quodammodo deſolationem civitas ipſa non minus ex incolarum ſuorum ſtultitia, quàm ea principalis exercitus triumphali ultione perducta eſt.

Capta autem tali modo civitate Rapollæ Melphienſes, qui eidem civitati ad quinque fere millia vicinantur, timentes ne ipſi in rebellione perſiſtentes ſimul paterentur, ſtatim miſſis ad Principem nuntiis ad mandatum ipſius redeunt. Tranenſes quoque & Barenſes, & alii de Juſtitiariatu Terræ Bari audita captione Rapollæ, & quod alia etiam ſuperior pars Apuliæ ad mandatum Principis venerat, ſatis temerarium eſſe putantes in rebellione ultra perſeverare, ad mandatum Principis revertuntur; totaque jam fere Apulia, præter quaſdam civitates Terræ Idrunti, mandato, & juriſdictioni Principis ſe ſponte ſuppoſuit.

B

Interea poſt aſſumptionem Summi Pontificis Alexandri, dum ſic Princeps in Apulia proſperaretur, Thomas Comes Acerræ cognatus Principis, & Riczardus Filangerius venerunt ad Principem à quibuſdam, ut credebatur, Cardinalibus miſſi, admirantes quare cum mos eſſet, ut aſſumpto novo Papa Nuntii à mundi Principibus mitterentur ad ipſum, nec ipſe Princeps Nuntios aliquos ad novum Papam miſerit, ſuadebant ſibi quod Nuntios ad novum Papam delegaret. Princeps vero ad mittendos nuntios induci non potuit, ne Papa, vel alii de Romana Curia ex hujuſmodi nuntiorum miſſione aliquam debilitatem, vel puſillaminitatem eſſe in Principe cogitarent, dixitque Princeps, ad Papam non ad aliam pacem tractandam eos mitteret, niſi ut Regnum in dominio, & poſſeſſione Regis Conradi Secundi nepotis ſui, ſub baliatu Principis remaneret. Compoſitio autem ſuper eo tantum eſſet, ut cenſus pro ipſo Regno Romanæ Eccleſiæ augeretur. Cum autem Princeps per prædictum Comitem, & Riczardum Filangerium ad mittendos nuntios non potuiſſet induci, venit ad eum quidam Epiſcopus à Sede Apoſtolica miſſus, citavitque ipſum ex parte Summi Pontificis, ut in feſto Purificationis Beatæ MARIÆ proximè futuro ad Curiam Romanam accederet, reſponſurus de interfectione BURRELLI DE ANGLONO, & de injuria quam Apoſtolicæ Sedi intulerat expellendo Legatum, & exercitum Eccleſiæ de Apulia.

C

Princeps vero ad citationem hujuſmodi ſibi factam reſpondit per literas ſuas Summo Pontifici, excuſans ſe rationabiliter de his quæ ſibi objiciebantur, & qualiter nullam injuriam Romanæ Eccleſiæ fecerat nepotis ſui, & ſuam juſtitiam defendendo. Principe autem ſic perdurante in propoſito non mittendi aliquos nuntios ad Summum Pontificem, venit ad eum de Apulia Magiſter Jordanus de Terracena Apoſtolicæ Sedis Notarius, qui ejuſdem

D

Principis benevolus videbatur, & qui etiam in Romana Curia magnum locum habebat, conſuluitque Principi quod nuntios ſuos ad Papam mitteret, quod ex illa nuntiorum miſſione non aliud quam honor, & commodum ſibi poterat provenire.

De conſilio ergo Magiſtri Jordani Apoſtolicæ Sedis Notarii Princeps motus eſt ad Nuntios ad Summum Pontificem deſtinandos, miſitque Gervaſium de Martina, & Goffridum de Cuſentia ſecretarios ſuos, & ſuæ voluntatis plenè conſcios, dans eis poteſtatem de concordia cum Summo Pontifice tractanda in certa forma, quæ commodum regium & honorem Principis ſapiebat. Profectis itaque prædictis nuntiis ad Romanam Curiam, quæ tunc Neapoli erat, cœpit de concordia tractatus haberi, & cum non poſſet tractatus ipſe per eoſdem nuntios ad finem perduci, propter aliqua dubia quæ non poterant, niſi per præſentiam Principis declarari, pe-

A tebant nuntii non ex mandato Principis, ſed ex nutu ſuo, & certitudine quam habebant de Principis voluntate, ut aliquis Cardinalium pro declaratione prædictorum dubiorum, & agnoſcenda perſonaliter Principis voluntate ad Principem mitteretur: dicebantque Nuntii ipſi Summo Pontifici, quod ſi Cardinalis ipſe mitteretur ad Principem, pax nullo modo poterat infecta remanere, cum ad multa Princeps deſcenderet propter præſentiam, & reverentiam Cardinalium, ad quæ alias induci non poſſet. Dicebant autem aliqui de Cardinalibus id non convenire Sedis honori, ut Cardinales hoc modo mittantur, verumtamen ſi Princeps hoc peteret, vel ſi nuntii ipſi hoc de mandato Principis eis facto eſſe teſtarentur, quod Cardinalis mitteretur, & quod negotium pacis conſiderationem debitam ex Cardinalium miſſione reciperet, bene poſſet Apoſtolica Sedes induci ad Cardinalem mittendum. Super hujuſmodi autem articulo ſatis viſum eſt, ſed quia nuntii ipſi dicebant petitionem ipſam non fieri de man-

B dato Principis, ſed ex ſuo motu procedere, ſperantibus ipſis, imo pro firmo gerentibus quod pax fieret penitus, ſi Cardinalis ad Principem mitteretur, Papa & Cardinales ſuper hoc articulo ſimpliciter prædictorum nuntiorum verbis ſtare nolentes ad mittendum Cardinalem non potuerunt induci.

Licet autem Princeps Nuntios ut dictum eſt ad Romanam Curiam pro tractanda pace miſiſſet, nihilominus ipſe ad conquirendum terram ad ſuum ſpecialiter Principatum pertinentem, quæ propter turbationem præteritam à ſuo ſe dominio ſubduxerat intendebat, perrexitque cum ſuo exercitu ad Guardiam Lombardorum, quæ ſibi ratione Comitatus Andrenſis, ut ſupra memoratum eſt, ſpectat: quamvis autem terræ ipſius incolas prima facie reſiſtentes invenerit, tamen diſpoſita circa eam obſidione, cepit eam, & ad ſuum dominium revocavit, quod cum ad notitiam Papæ perveniſſet, id grave tulit aſſerens, quod Princeps Eccleſiæ Romanæ videbatur illudere, dum ex una parte concor-

C diam peteret, ex alia vero terram, quæ erat in manu Eccleſiæ, occuparet, cumque id dictum fuiſſet nuntiis Principis, qui in Romana Curia erant pro pace tractanda, Nuntii reſponderunt dicentes, quod Princeps non ad illuſionem Eccleſiæ, nec ad contrarium tractandæ pacis hoc faciebat, quia Terra illa Guardiæ erat de ſpeciali jure ipſius Principis, ſuper quo Curia Romana nullam Principi controverſiam facere intendebat, propter quod non debebat Summo Pontifici grave videri, ſi Princeps faciebat quod licitè facere poterat. Licet autem hac de cauſa Summus Pontifex gravatum ſe diceret, quod Princeps Terram quæ erat in manu Eccleſiæ occupare videbatur, tamen alia cauſa erat potiſſima ex qua adventum Principis ad Guardiam Lombardorum, & ipſius Terræ captionem moleſtè tulit; dubitabant enim tam ipſe, quam Cardinales, ne Princeps contra eos Neapolim cum exercitu veniret, & cum de hoc in magna dubitatione eſſent, adeo quod ſi Princeps ultra venire tentaſ-

D ſet, Summus Pontifex & tota Romana Curia de Neapoli receſſiſſent, cum omnes hoc audito vaſa jam ſibi parare cœperunt, ut per mare recederent. Dictum eſt ergo Nuntiis, quod ſi Princeps Eccleſiæ pacem volebat, ſic nuntii ipſi inſtarent, quod Princeps de Guardia Lombardorum recederet, & in Apuliam rediret.

Nuntii ergo Principis totum hoc Principi ſignificaverunt, ſignificantes ei quod à Guardia Lombardorum diſcederet, occultè tamen ſibi exponentes qualiter Summus Pontifex, & alii de Romana Curia dubitabant de adventu ejus Neapolim contra eos, & qualiter ſi ipſe Princeps tunc in Terram Laboris veniſſet, de levi poſſet totam terram quam Eccleſia occupaverat recuperare. Quo intellecto Princeps dum cogitaret quid eſſet melius faciendum, & in propoſito eſſet quodammodo procedendi verſus Terram Laboris, licet via eſſet valde nivibus impedita, ſubito recepit quendam nuntium

de

de partibus Terræ Idrunti exponentem ſibi, qualiter Manfredus Lancea conſanguineus ſuus, quem Princeps Capitaneum conſtituerat in Terram Idrunti cum Brunduſienſibus, qui contra Terra Nerito iverant ad conflictum, & in conflictu ipſo ſuerat expugnatus; & qualiter terra ipſa Nerito à Brunduſienſibus capta ſuerat, & destructa, multis de comitiva ipſius Capitanei, & de ipſius terræ Nerito interſectis hominibus. Quo Princeps intellecto revocavit propoſitum ſuum quod de procedendo in Terram Laboris conceperat, conſultius reputans in terram Idrunti propter caſum qui ibi acciderat feſtinare, ne Brunduſienſes, & eorum complices ea illa victoria, quam tunc habuerant, animoſiores effecti contra fideles inſurgerent, & in abſentia Principis impunè illos offendere poſſent. Ex eodem enim facto, & prædicto periculo prudenter occurrere, & voluntati Summi Pontificis, quæ erat, ut ipſe de Guardia Lombardorum recederet, & in Apuliam rediret, ſtudioſè ſatisfacere videbatur.

Receſſit ergo Princeps de Guardia Lombardorum, & iter arripuit eundo ad partes Terræ Ydrunti pro cauſa prædicta. Nuntii autem ejus, qui in Romana Curia pro tractatu pacis erant, nihil de pace facere poterant, cùm Papa jam Legatum alium ordinaſſet in Regno, videlicet Octavianum ſanctæ Mariæ in Via-lata Diaconum Cardinalem, & Legatus ipſe cum tractare cœpiſſet de congregando exercitu contra Principem, quod Nuntii ipſi videntes de Romana Curia receſſerunt, & venerunt ad Principem apud Guardiam Algualdianam, ubi Princeps cum exercitu ſuo erat in proceſſu eundi verſus Terram Ydrunti.

Ab inde ergo Princeps recta via proceſſit eundo verſus Terram Ydrunti, & pervenit cum exercitu ante Brunduſium, quæ civitas erat caput rebellionis, & factionis terrarum aliarum terræ Idrunti, Oriæ, videlicet civitas Ydrunti, Liciæ, & Miſagniæ, quæ Principi rebelles erant. Obſedit itaque Princeps civitatem Brunduſii, & cum civitas ipſa mœnibus, & populo valde munita eſſet, nec poſſet per inſultum eam de facili capere, fecit fieri depopulationem arborum circumcirca civitatem ipſam uſque ad mœnia Miſagniæ, quæ erat Gualterii de Ocra Regni Siciliæ Cancellarii cum ad mandatum Principis venire nollet, nec eidem Cancellario parere ut domino, per violentiam capta eſt, & ad inſtantiam ipſius Cancellarii qui rebellionem ipſius moleſtiſſimè tulerat destructa eſt. Ibi ergo Princeps morabatur cum exercitu ſuo propter abundantiam rerum victui neceſſariarum, quæ ibi erant, de quo loco quotidie ibat exercitus uſque ad mœnia civitatis Brunduſii cum prope ipſam eſſet ad octo fere millia, & magnam depopulationem ibi faciebat.

Licienſes autem audita Principis potentia conſiderantes ſtultum eſſe ſibi reſiſtere, & destructionem timentes ad mandatum Principis ſponte venerunt. Facta autem ingenti depopulatione circumcirca civitatem Oriæ, & ante eam obſidione diſpoſita cum cives terræ ipſius requiſiti ad mandatum venire nollent, mandatum eſt fieri depopulationem circum circa. Fiebat autem quotidie depopulatio, nec tamen illa aliquatenus ad mandatum venire volebat; dabatur quoque inſultus quandoque ad mœnia, ſed in tantum populus civitatis ſe ſatis animoſè, & viriliter defendebat. Factæ ſunt quoque caveæ ſubterraneæ ad dirutionem mœnium, & cum quædam pars ipſorum mœnium pro hujuſmodi caveis cecidiſſet, apparuit ſtatim alius murus ex interiore parte fabricatus, quem cives Oriæ contra illam partem qua cavea fiebat exterius, interius erexerunt, & cum muro exteriori cadente propter caveam, exercitus ſe ad civitatis ingreſſum pararet invento alio muro non iter facto intrare non potuit. Fecit etiam fieri Princeps machinam elevatam, cujus ſummitas civitatis mœnibus ſuperemineret, & cum eam prope ad mœnia duci artificioſè feciſſet, ut ex ea

A civitas opportunius oppugnari poſſet, illi de civitate injecto ab intus igne, ipſam machinam combuſſerunt.

Dum itaque ſic Princeps in obſidione ipſius civitatis exiſteret, intellexit per tertium nuntium, & literas ſibi miſſas, quod Petrus Ruffus de Calabria Comes Catanzarii, qui ballatus officium in Sicilia, & Calabria gerebat, à Meſſanenſibus fuerat de Meſſana expulſus, quod qualiter proceſſit enarrandum eſt.

Fuit quidem prædictus Petrus Ruffus de familia Imperatoris Frederici, qui Curiam ipſius Imperatoris Frederici pauper ingreſſus adeo per ſucceſſiva incrementa in Imperiali Curia erat, quod Magiſter Imperialis Mareſcallus, & ipſius Imperatoris Conſiliarius, imo omnium conſiliorum ſuorum intimus factus eſt, ac tandem in ultimis Imperatoris totius Regni Siciliæ Mareſcallus conſtitutus fuit. Principe autem Manfredo Balio totius Regni & Italiæ ab Imperatore ordinato ipſe Petrus cum Rege Henrico juniore filio Imperatoris in Siciliam & Calabriam miſſus eſt, ut ipſum Regem in annis pupillaribus conſtitutum, & ipſas provincias Siciliæ & Calabriæ gubernaret: licet autem in partibus illis ad gerendam ibi vicem Principis ordinatus fuiſſet, & per omnia mandatis, & ordinationibus Principis obedire teneretur, ipſe tamen Petrus de mandatis, quæ ſibi Princeps faciebat, non niſi ea tantum, quæ ipſe volebat, exequebatur: videbaturque ſibi quod non ſubeſſet Principi in prædictis provinciis gubernandis, ſed ipſe in capite in ipſarum gubernatione præpoſitus eſſet. Princeps enim, qui ex diſpoſitione paterna benemeritis quibus proviſum condignè non fuerat providere tenebatur, Gualvano Lanceæ, qui diu in Lombardia, & Tuſcia Imperatori ſatis ſtrenuè prudenterque ſerviverat, & retributionem ab ipſo morte prævento habuiſſe non poterat, cujus etiam præſentia, & auxilium valde neceſſaria Principi erant in exercendo balio ſibi commiſſo, de Comitatu Buteræ decreverat providendum, reſtituerat etiam ſibi Terras Paternionis & ſancti Philippi

C de Argiro, quas eidem G. materno jure ſpectantes Imperator ab ipſo revocaverat, dato tantum ſibi minus competenti excambio in Calabria, cujus valor excambii vix ad tertiam partem valoris terrarum ab ipſo revocatarum perveniebat. Cumq; Princeps mandaſſet præd. Petro, ut Comitatum Buteræ, præd. Terras Paternionis, & S. Philippi nuntio ipſius G. aſſignari, & de ipſius Comitatus, terrarumque proventibus faceret ſibi reſponderi, præfatus Petrus nullo modo mandatum Principis exequi voluit. Quin imo hominibus Comitatus ipſius, & prædictarum Terrarum Eccleſiis fecit inductiones fieri, ut contradicerent, & reclamarent ſe prædictum Gualvanum Lanceam nolle aliquatenus habere in dominum. Providerat etiam Princeps Fredericum Lanceam fratrem prædicti Gualvani avunculi ſui de Comitatu Squillacii propter multa, & immenſa ſervitia, quæ Imperatori contulerat, & nullam inde retributionem habuerat, cujus ſimiliter Frederici conſilium, & auxilium Principi ad exercitium balii ſibi commiſſi

D ſatis utile, & neceſſarium erat. Et cum de aſſignatione ipſius Comitatus facienda nuntio ipſius Frederici præf. Petro Princeps mandatum feciſſet, ipſe Petrus nihil inde penitus facere voluit, imo manifeſtè ipſi contradixit. De proviſione quoque plurium aliorum, qui diu Imperatori ſerviverant, ſimili modo mandavit, ſed ipſe Petrus nihil inde complebat. Mandavit etiam ſibi quandoque Princeps, ut de equis Mareſcalliæ Calabriæ ſibi mitteret, quia ſibi neceſſarii erant pro impugnatione rebellium, qui in Apulia, & Terra Laboris ut ſupra memoratum eſt, inſurrexerant, de quo nihil omnino ipſe Petrus facere voluit, adeoque dominium & poteſtatem provinciarum ipſarum Siciliæ, & Calabriæ ſibi ipſe Petrus adduxerat; quod ſi interdum Princeps ad officiales ipſarum provinciarum literas, vel pro negotiis Curiæ, vel pro negotiis privatorum, deſtinaret, officiales ipſi li-

teras Principis niſi prædicto prius Petro conſulto exequi dubitabant. Quæ omnia Princeps attenderat in quantum poſſibile erat ad majorem turbationem partium Regni vitandam, quæ ex ipſo facto poſſet accidere, proceſſus ipſius Petri diſdiſſimulare nitebatur, ut omnia poſſet cum prudentia, & meditatinne peragere, miſit prædictum Gualvanum in Siciliam cum literis ad dictum Petrum, ut ipſe Petrus ad Principem pro quibuſdam arduis ſervitiis, quibus præſentia ejus neceſſaria erat, ipſe vero Gualvanus in Sicilia remaneret: quod ipſe Petrus præſentiens procuravit ita quod pred. Gualvano perveniente Meſſanam factus eſt ſubito rumor & clamor, populus miratus eſt, & in tantum commotus quod in prædictum Gualvanum, quaſi ipſe Meſſanam in Proregis offenſionem veniſſet, inſurrexerat, niſi ipſe ſapienter, & cautè injuriam in perſonam paſſus fuiſſet. Poſt adventum Regis Conradi in Regnum dictus Petrus factus eſt ab eodem Rege Comes Catauzarii, remiſſuſque eſt in Siciliam & Calabriam ad Regis vicem in provinciis ipſis gerendam. Mortuo vero Rege Conrado, & dicto Petro in Sicilia permanente, commiſſoque ſibi balio provinciarum ipſarum ſub Marchione Bertholdo, qui, ut ſupra dictum eſt, totius Regni balius fuerat conſtitutus, Summus Pontifex nuntios ad eum miſit cum certis capitulis, ut ipſe Petrus Siciliam in manu Eccleſiæ poneret: ipſe Petrus Fulconem nepotem ſuum cum Siracuſano Epiſcopo, & nuntiis civitatis Meſſanentis in duabus galeis ad Summum Pontificem miſit, quibus euntibus, & poſt certum cum Summo Pontifice tractatum habitum redeuntibus, cum ad ea quæ nuntii ipſi ab Apoſtolica Sede retulerant, dictus Petrus, & civitas Meſſana, aliæque Siciliæ partes inclinari, & acquieſcere nollent, nuntios alios quatuor duos Fratres Prædicatores, & duos Fratres Minores ipſe Petrus ad Apoſtolicam Sedem remiſit, per quos ſuam, & Meſſanenſium, aliorumque Siculorum voluntatem ſuper Capitulis, quæ priores nuntii ab Apoſtolica Sede retulerant, Summo Pontifici declaravit.

Inter hæc autem dum Princeps Manfredus, ut ſuperius memoratum eſt, intereſſet Luceriæ, & undecumque poterat auxilium ſibi, & conſilium in illa magna neceſſitate quærere cogeretur, miſit nuntios ſuos ſcilicet Gervaſium de Martina, & Joannem de Terraca ad prædictum Petrum petens ab eodem, ut quia ipſe Princeps cauſam Regis Conradi pupilli nepotis ſui reſumere, & viriliter defendere intendebat, ipſe Petrus ad hoc ſibi auxilium & conſilium præſtaret, & ſecum eo in jure prædicti pupilli defendendo tenderet. Nuntiis ergo Principis ad prædictum Petrum Meſſanam euntibus, licet intentio nuntiorum ipſorum fuiſſet id cum ipſo Petro tractare, ut Principe balium Regni gerente ipſe Petrus tanquam eidem Principi ſubjectus provincias Siciliæ & Calabriæ vice Principis regeret, & ſibi tanquam generali balio Regni in omnibus obediret, non tamen aliud tractare cum ipſo prædicti nuntii potuerunt, niſi confœderationem quandam inter ipſum. & Principem pactionibus confirmatam, licet indignum eſſet ſic inter Principem, & ipſum Petrum fuiſſe tractatum, tamen propter magnam neceſſitatem in qua Princeps tunc erat dicti ſui nuntii tractari eam expedire viderunt, & eam Principi retulerunt.

Hujuſmodi autem confœderatione ſic facta, Princeps cum in Apuliæ partibus, ut ſupra memoratum eſt, proſperararetur, dictus Petrus aſſenſu Principis generalis Balii Regni nec requiſito, nec habito, monetam novam cudi fecit, in Meſſana ſub nomine Regis Conradi Secundi, ad quam monetam novam faciendam proceſſit de conſilio quorundam qui ſibi adulabantur, magiſque proprium lucrum, quàm utilitatem Regiam de ipſa moneta captabant, & contra aliquorum judicium ſanius ſentientium qui totum periculum quod de ipſa moneta Panormitani primò, & deinde ex ſuggeſtione Philippi Pactenſis Epiſcopi Pactenſes rebellare cœperunt. Quod audiens dictus Petrus cum exfortio Meſſanenſium, in quibus plurimum confidebat, ad civitatem Pactarum proceſſit, & tam Epiſcopum, quam civitatis ipſius cives à rebellione tunc revocavit. Reverſus autem Meſſanam miſit nuntios ſuos Panormum, qui quidem ibi recepti non fuerunt, & ipſe cum Meſſanenſibus verſus Calatagironem, cujus jam cives ſe cum Panormitanis ad rebellandum confœderare parabant, ire diſpoſuit. Erat autem in medio palatio civitatis Meſſanæ columna marmorea perforata ad aquam ex ſui ſummitate artificioſè fundendam, cui columnæ cum dictus Petrus ſuum vexillum imponi feciſſet, ut ad ſignum vexilli ii, qui cum eo ituri erant, in palatio convenirent, ſtatim quod vexillum fuit ipſi columnæ ſuper impoſitum, columna ipſa fracta eſt, & vexillum in terram columna ipſa dejectum, repoſitumque eſt dictum velum in reliqua parte columnæ, quæ poſt fracturam erecta remanſit: præmiſſis quibuſdam equitibus in Panormum ipſe poſt duos dies cum Meſſanenſibus, in quibus totam ſuam ſpem poſuerat, de Meſſana proceſſit, cumque perveniſſet Leuconium, & ſequenti die pararet ſe ire Lentinum, & iviſſet uſque ad flumen, invenit pontem à Leuconenſibus fractum, intellexitque quod Leuconium & Argiro manifeſtè rebellaverant. Reverſus ergo in civitatem Cataniæ, moratuſque ibi per aliquot dies, recepit tam à Meſſanenſibus, quam ab aliis Siciliæ partibus in fidelitate manentibus equitum, peditumque præſidium, cum jam Calatagironum, Heraclea, Biczanum, Aydona, Placia, Miſtretta, Policzium, & Cephaludum aperte rebellaſſent, cum perplexus eſſet, & neſciret cui parti prius occurrere deberet, recepit à Caſtellano caſtri Joannis nuntium nomine Guaimarium, qui ſignificavit ei quod civitas Caſtri Joannis parata erat ad rebellandam, ſi tamen ipſe properanter iret illuc, poſset civitas ipſa de levi à rebellione cohiberi. Proceſſit itaque prædictus Petrus, cum multitudine armatorum equitum, & peditum verſus Caſtrum Joannis, cumque fuiſſet apud ſanctum Philippum de Argiro intellexit ibi, quod oppidum Ciſari quod eſt inter ſanctum Philippum, & Caſtrum Joannis, & ipſa etiam civitas Caſtri Joannis publicè rebellaverant. Perrexit ergo ad oppidum ipſum, cumque locus difficilis eſſet, nec poſset de levi per inſultum haberi, tractatu pacifico ad oppidum ipſum receptus eſt, moratuſque ibi per unam noctem tantum, ſequenti mane fuit ante Caſtrum Joannis.

Eſt autem civitas ipſa Caſtri Joannis in medio Siciliæ poſita, cunctis aliis Siciliæ locis ſitu eminentior, ſolo Monte-Gibello ſuperexcelſa, qui ſibi ex parte orientali oppoſitus eſt. Lapidibus etiam circumquaque deciſa, & rupibus anguſtiſſimis, & declivibus viis ea tribus tantum partibus acceſſibilis, aquæ abundantiam in ipſa etiam ſummitate montis habens. Cum ergo prædictus Petrus cum exercitu ante ipſam civitatem ad duo fere millia perveniſſet, invenit magnam multitudinem hominum civitatis ipſius hoſtiliter egreſſam ad defendendum civitatis ingreſſum, quæ ad duo fere millia longè à civitate poterat ex loci montuoſitate, & paſsuum anguſtiis, & declivioſitate defendi, qui cum eſsent homines ruſtici, & bellicæ exercitationis ignari, & viſo prædicto exercitu territi in fugam ad montis altiora ſe receperunt. Exercitus autem ex illorum puſillanimitate, fugaque animatus verſus civitatem procedebat, quantoque ipſe magis exercitus civitati vicinabatur, tanto illi magis fugiendo ſuperius ſe retrahebant. Cepit itaque exercitus viam ex parte caſtri civitatis, in quo caſtro prædictus Caſtellanus, cum caſtri ſervientibus, & qui fideles ipſius Terræ cives qui ſe ibi in civitatis turbatione receperant, morabantur, qui ſtantes in caſtri mœnibus venienti exercitui animoſitatem augebant; via equidem illa qua tendebat exercitus poterat tantum à caſtro defendi, & nullo modo poterat à civibus impediri, licet cives ante adventum exercitus

quaſ-

quaſdam ſibi macerias lapidum, per diverſa ipſius viæ loca feciſsent. Quibus maceriis delatis ab ipſo exercitu remotis perventum eſset ad caſtri auxilium, & conſortationem ad planitiem, quæ eſt inter caſtrum & civitatem, viſo autem exercitu ante caſtrum, remotiſque quibuſdam lignorum oppoſitionibus plantatis ad impediendum ex parte caſtri civitatis ingreſſum omnes ipſius Terræ homines in fugam converſi ſunt, & ſic civitas capta eſt deprædationi exercitus derelicta.

Capta autem hoc modo civitate Caſtri Joannis magnus terror vicinis civitatibus quæ rebellaverant incuſsus eſt, eo quod civitas illa invictiſſima erat, & præ cæteris Siciliæ civitatibus tam ſitu, quàm populo minus expugnabilis, credebaturque apud omnes quod ſicut civitas illa ita de levi expugnata fuit, ita & aliæ civitates, quæ minus illa difficiles erant, facilius eſsent expugnandæ, atque vincendæ. Licet autem tunc in ipſius civitatis captione dicto Petro de Calabria fortunæ quodammodo vultus arriſerit, & in magnam exultationem de tam inſperata victoria cor ejus exaltabatur, tamen eodem ipſo die, ipſoque fere momento ab illa ſummitate proſperitatis, in qua ſic eum fortuna poſuiſſe videbatur, degradari pedetentim quodammodo cœpit, & dum ad proceſſus ejus attingunt, quo altius aſcendere non poterant, in deſcenſu jam de neceſſitate revolverentur: ipſa etenim die qua prædicta civitas Caſtri Joannis contra credulitatem omnium capta eſt, civitas Nicoſiæ, quæ ab ea viginti fere milliaribus diſtat, captionis adhuc illius ignara rebellavit, ita quod famam, quæ per Siciliæ diverſas partes de Caſtri Joannis captione proceſſerat, & iis qui jam rebellaverant timorem incuſſerat, famam illico de Nicoſiæ rebellione ſuperveniente opprimebat, & ſecuritatem iis qui rebellaverant excuſſo terrore ſubminiſtrabat. Ea rebellione ergo Nicoſiæ cœperunt plura alia loca circumadjacentia rebellare. Meſſanenſes quoque, qui cum prædicto Petro fuerant in Caſtri Joannis captione, indignè ferebant, & jam id quod in corde gerebant contra præd. Petrum de illa civitate dolendo quodammodo propalabant poſt captionem ipſius civitatis.

Tertio die proceſſit dictus Petrus cum exercitu ad oppidum Hundronis ab Aydona, & Placia per ſex fere millia diſtans, & cum Placienſes quendam nuntium ipſius Petri ad eos pridie miſſum, pro eis, ſi fieri poſſet à rebellione revocandis, nomine Fratrem Fortem de Ordine domus Altipaſſus interfeciſſent, nimis tenaciter in rebellione perduraſſent, idem Petrus ad ſuggeſtionem quorundam Aydonenſium ſibi adhærentium, & aſſerentium quod ipſorum ſtudio qui introitus, & exitus civitatis Aydonæ ſciebant civitas Aydonæ poterat leviter capi, præmiſſis cum eis de nocte quibuſdam baliſtariis ad indicium luminis ubi factum ab eis proceſſit de nocte ipſa cum exercitu verſus Aydonam, & cum præmiſſis baliſtariis & alii de ſuperveniente exercitu perveniſsent ad locum in quo erat quædam ſpecula ab Aydonenſibus erecta pro cuſtodia civitatis, & ſpeculam ipſam partim occiſis, partim fugatis inde cuſtodibus cepiſsent, potuiſsent quidem ipſa nocte ingredi civitatem, & obtinuiſse eam, niſi quia ex puſillanimitate quadam diem fieri expectabant: donec vero ipſe exercitus ita ſtaret, & diem expectaret, venerunt ad civitatem ipſam plures armati de Placia, quæ civitati Aydonæ ad quatuor fere millia vicinatur, venerunt etiam alii de Calatagirone, qui præcedenti die fuerant ab Aydonenſibus in auxilium vocati, ita quod in illo diluculo dum prædictus exercitus facto inſultu civitatem ingredi vellet, apparuit magna multitudo armatorum civitatem defendentium & longe major, quam credi potuiſset.

Cum autem Fulco nepos prædicti Petri, juvenis quidem animoſus nimis prope civitatem acceſſiſset, paucis ipſum ſequutis cum exercitus paulo inferius remanſiſset cœperunt illi de exercitu viſa multitudine armatorum civitatis unus poſt unum paulatim retrocedere, quod cum vidiſsent illi de civitate, animum ſumpſerunt, cœperuntque procedere verſus exercitum, & niſi prædictus Fulco, qui aliis retrocedentibus cum paucis comitibus ſuis in ſuperioribus montibus remanſerat exeuntibus à civitate prudenter reſtitiſset, & greſſu modeſto non diſsoluto deſcendens, venientes quadam ſolerti defenſione cohibuiſset, Aydonenſes illo die magnam ſtragem de exercitu prædicto feciſsent; locus enim erat valde declivis, minuſque condecenter equites, quam pedites poterant inde deſcendere. Illi quidem de civitate deſuper incumbebant, magiſque lapidibus, quam armis aliis hoſtes infra ſe poſitos oppugnabant, pluresque tunc de exercitu præcipitio magis quam ex percuſſione aliqua perierunt, qui cum non eſsent decenter armati ad recipiendos ictus lapidum deſuper miſsorum, ſe ſuper declivia montis diſsolutè præcipitantes in fugam, dum imminens eis periculum fugere ſatagebant, curſu ſuo inordinato, & ſtolido ſe altius præcipitantes in mortis ſe periculum injecerunt. Aliqui etiam equites fręna laxantes, ut unum quidem vitarent periculum, aliud incautè ſubibant; nam reſpuentibus equis, & parum ſe in illis declivibus pręfugiendi celeritate regentibus in terram turpiter equis ruentibus corruebant, & in ipſa ruina ſe cum equis per terram alternatim volutantes fugæ ſuæ aliquid in illa etiam neceſſitate addebant, dum ruina illa eos interius ex clivoſi loci natura traheret, & ſic in illo præcipitationis incommodo commodum aliquod ſibi ineſse ſentirent. Nam quidam erant ibi nobiles Meſsanenſes fugientium aliorum poſtremi his qui poſt eos forte clamabant, ne ſic diſsolutè procederent, reſpondentes indignum fore, ſi lapis ex alicujus ruſtici manu miſsus alicujus nobilis Meſsanenſis tergum percuſſiſset. Sic ergo deſcenſum eſt, aliis quocunque poterant ſe proripientibus, aliis vero modeſto, & ordinato paſsu modo inferiora petentibus, modo ſe verſus hoſtes repugnando volventibus, quouſque in planitie ad pedem montis totus colligeretur exercitus. Aydonenſibus autem ab inſequutione ſe retrahentibus, & ad civitatem reverſis dictus Petrus, cum exercitu ipſo ad ſanctum Philippum de Argiro reverſus eſt. Ad magnam quoque militantiam Meſsanenſium regreſſus eſt Meſsanam. Antequam autem ad civitatem perveniſset, & eſset in quodam Monaſterio quod dicitur ſancta Maria de Rocca Amatoris, quod à Meſsana minus quatuor millibus diſtat, occurrerunt ei ibi omnes fere Meſsanenſes conſuetam honorificentiam ſibi exhibentes.

Præſentiens autem ibidem Petrus, quod in craſtinum in hora tertia quando ipſe ingreſsurum civitatem eſse ſe dixerat, aliqui Meſsanenſes, qui occultam conſpirationem contra ſe feciſse videbantur, ſubito in eum inſultum facturi eſsent, retinuit ibi ad comitivam ſuam Leonardum de Aldigerio, & quoſdam alios de majoribus Meſsanæ civibus, qui eum ſimiliter in Sicilia aſsociaverant. Subito autem de media nocte ſurgens ſimul cum aliis, & aliis de familia ſua proceſſit ad civitatem, & palatium Regium civitatis ingreſsus eſt. Mane autem facto ortus eſt clamor in civitate quod præfatus Leonardus, & alii cives Meſsanenſes in palatio detinerentur: ille quidem Leonardus valde à populo diligebatur, propter quod ad clamorem ipſum totus populus concitatus, & contra prædictum Petrum commotus. Quæ res cum ad ejuſdem Petri notitiam perveniſset, permiſit prædictum Leonardum, cum aliis de palatio exire. Statim illi, qui factionis hujuſmodi caput erant, cum aliquibus de populo civitatis qui eos ſequebantur dictum Leonardum circumdederunt, & eum ducentes ad Archiepiſcopalem Eccleſiam univerſo populo ad campanæ ſonitum convocato ipſum in Capitaneum civitatis aſſumpſerunt, factumque eſt ſtatim in Eccleſia ipſa colloquium in quo multa fuerunt contra prædictum Petrum poſita ad concitandum populum contra eum, & ad auferendum ab eorum cordibus multo-

rum honorum memoriam, quæ eis ſuerant ab ipſo Petro collata. Cum autem dictus Petrus, hoc audiens Carnelevarium de Papia, qui ſecum in palatio erat, pluresque alios conſanguineos, & affines ſuos miſiſset ad populum ad ſedandam commotionem ipſius, quæ ſic ſine cauſa orta eſse videbatur, prædictus Carnelevarius, & alii à populo retenti ſunt, nec ad dictum Petrum redire permiſſi. Provocatus eſt itaque adeo totus populus contra eum, ut niſi incontinenti ipſe Petrus Caſtrum civitatis Meſsanæ, Caſtra quoque Milatii, Montisfortis, Ramettæ, Scalettæ, Taurmenii, Calatabiani, Francavillæ, & Caſtiglionis in Sicilia, Caſtra quoque Regii, & Calanæ in Calabria prope Meſſanam poſita redderet, ipſi ſtatim in palatium irruerent, & ipſum ac ſuos omnes qui ſecum ibi erant neci traderent. Sic itaque poſt multas altercationes miſſis hinc inde tractatoribus tractatum eſt, & juramento hinc inde firmatum, quod dictus Petrus prædicta Caſtra eis aſſignari faceret ad honorem & fidelitatem Regis cuſtodienda per eos, & ipſi eum, B ac ſuos cum familia & bonis ſuis ſalvos in Calabriam tranſire permitterent.

Reſignato ergo eis Caſtro Meſsanæ, factiſque ab ipſo Petro mandatis ad Caſtellanos aliorum de aſſignatione ipſorum eis facienda, dimiſſis etiam ad abundantiorem cautelam quibuſdam conſanguineis, & affinibus ſuis obſidibus, uſque ad Caſtrorum aſſignationem retinendis, ipſe Petrus cum ſuis, & cum parte bonorum ſuorum quam ſecum portare potuit in Calabriam tranſivit, dimiſſis quibuſdam ſervitoribus ſuis cum parte rerum, quæ in palatio remanſerant, ut poſt eum res ipſas in Calabriam transferrent; ipſo autem Petro tranſeunte Pharum, ſtatim poſt exitum ſuum à palatio, Meſſanenſes in palatium irruerunt, & omnes res ipſius Petri, quas dimiſerat ibi poſt ſe portandas, diripuerunt. Quod cum dictus Petrus in Calabria exiſtens intellexiſset, attendens quod dum Meſſanenſes fidem ſibi promiſſam de rerum ſuarum ſalvatione non ſervaſsent, ipſe etiam fidem eis promiſſam C licitè frangere poſset, cogitavit ſe in caſtrum Calanæ recipere, quod quidem Caſtrum eis reſignare promiſerat, ut ſupradictum eſt, nondum tamen nuntio Meſſanenſium ad ipſum recipiendum tranſmiſſo aſſignaverat. Miſſo ergo ſtatim poſt tranſitum ſuum Jordano Ruffo nepote ſuo ad partes Vallisgratæ cum quibuſdam armatis ut ibi vicem ejuſdem Petri gereret, ipſe in Caſtrum Calanæ ire feſtinavit, antequam prædicto nuntio Meſſanenſium, qui jam pro dicto Caſtro recipiendo proceſſerat, aſſignaretur: cumque perveniſſet ad Caſtrum illud, inveniens nuntium Meſſanenſium circa ambitum Caſtri nondum ſibi caſtri aſſignatione facta, cœpit ipſum de perſona, & in caſtro ipſo poſuit detinendum, quamdiu Meſſanenſes obſides quos ipſe Petrus dimiſerat in Meſſana ſibi redderent; fecit quoque capi quemdam filium Leonardi de Aldigerio tunc in Calabria caſu inventum.

Circa id quoque temporis quo dictus Petrus de Meſſana in Calabriam tranſivit combuſtum fuit D palatium Regium Cambæ, quod ab eodem Petro procuratum fuiſſe creditum eſt, ne Meſſanenſes contra eum in Calabriam tranſeuntes ſe in eo receptare poſſent, fecit quoque ipſe Petrus muniri præſidium Caſtri Calanæ, Monaſterium Xillæ, & Monaſterium Badulariæ poſita in Calabria ſupra Pharum; quendam etiam locum qui dicitur ſanctus Nicolaus de Lattonibus prope civitatem Regii ad ipſam impugnandam pro eo quod in partem Meſſanenſium contra ipſum Petrum declinaverat; ipſe autem Terram . . . a Pharo per tria fere millia diſtantem, & prædicto caſtro Calanæ proximam muniri foſſatis fecerat faciens fieri circumcirca eam per mœnia ſpeculas ligneas, & ſe in ea Terra quæ ſitu quidem difficillima incolis quaſi vacua videbatur, fortificare ſatagebat contra Meſſanenſes, qui ad occupandam magnam Calabriæ partem ad opus ſuum tranſituri dicebantur.

A Venerat autem diebus illis quidam familiaris, & nuntius Principis nomine Riccardus de Froſina ad dictum Petrum, quando videlicet ipſe Petrus de Sicilia rediens Meſſanam venit, qui ipſo Petro à Meſſanenſibus expulſo in Calabriam tranſiens uſque ad Neocaſtrum proceſſerat, & procuraverat cum ſuis poſt tranſitum Petri in Calabriam, quod Caſtellanus caſtri Neocaſtri nomine Fulcometus Theutonicus, qui Principi ſuſpectus videbatur, de caſtro ipſo ejectus ſit, quo ejecto Rogerius de Froſina ejuſdem Riccardi pater caſtrum ipſum ad honorem Regis & Principis cuſtodiendum accepit. Cum autem dictus Jordanus Ruffus à prædicto Petro, ut dictum eſt, miſſus perveniſſet Neocaſtrum cum multitudine armatorum, qui ipſum Petrum partim ſine ſtipendiis de diverſis Calabriæ partibus ſequebantur, dictum Rogerium compulit caſtrum prędictum ſibi reſignari, in quo ipſe Jordanus quendam conſanguineum ſuum poſuit Caſtellanum, & prædictum Riccardum familiarem, & nuntium Principis, ipſum B quoque Rogerium patrem ſuum, & Guilielmum Decanum Neocaſtrenſem ipſius Caſtellani germanum de perſonis cepit, & prædictum Riccardum in caſtro Tropeæ, Rogerium vero patrem ejus in caſtro Meſiani, Decanum autem in caſtro Montis Leonis cuſtodiendos injunxit. Idem Jordanus monitus quia præfatus Riccardus quendam nuntium ſuum uſque Cuſentiam, & partes alias Vallisgratæ præmiſiſſe dicebatur, qui Petrum Ruffum à Meſſanenſibus interſectum aſſerebat, ex quo facto Cuſentini nomen Principis quod uſque tunc in Calabria terebatur, prius invocare, & exaltare cœperunt. Caſtellanum quoque caſtri Cuſentiæ ejecerunt, in quo quidem facto Cuſentini conſtanter perſeveraſſent, niſi quia ex inſperato caſus ille ſupervenerat, & ſe repente firmare, ut deceret, non potuerant, ut quod ex fide cœperant, ex debita conſtantia ſervare poſsent, prædictus enim Jordanus habito caſtro Neocaſtri, & prædicto Rogerio, & filiis captivatis, ut ſupra dictum eſt, cum multitu- C dine prædictorum armatorum proceſſit Cuſentiam nomine quidem Regis procedens, nomen vero Principis nec ſupprimens nec exprimens, quin potius etiam nuntium ſuum miſit ad Principem cum literis excuſatoriis de captione prædicti Riccardi, & aliorum, aſſerens ſe ipſos cepiſſe ea cauſa ſeditionis quam in Sicilia & Calabria contra fidelitatem Regiam & ſtatum pacificum regionis moviſſent.

Erat ergo prædictus Jordanus in Cuſentia cum magna ſocietate equitum, peditumque armatorum, totamque provinciam Vallis gratæ, & terræ Jordanæ ita ſua poteſtate cohibebat, quod illi qui ad exaltandum nomen Principis affectabant terrore ipſius Jordani, & militiæ, quæ ſecum erat ſubjacebant, & eum quocumque volebat ſequebantur.

Audiens autem Princeps, dum eſſet in obſidione Otiæ per quoſdam Cuſentinos, qui ad eum illuc ex timore pręd. Jordani confugerant, qualiter præd. Jordanus & Petrus de Calabria à Meſſanenſibus fuerant ejecti, ſtatim nuntium ſuum, videlicet Gervaſium D de Martina, ad ipſum in Calabriam miſit, qui cum perveniſſet Cuſentiam ubi prædictus Jordanus morabatur, & vellet ire uſque ad dictum Petrum qui Meſſanæ, ut dictum eſt, morabatur, habiturus cum eo tractatum ex parte Principis ſuper iis, quæ illius temporis neceſſitas exigebat, idem Jordanus ipſum Gervaſium ultra Cuſentiam procedere non permiſit, propter quod ipſe Gervaſius reverſus eſt ad quoddam oppidum, quod dicitur Amindolatia, cujus oppidi Dominus Rogerius nomine tunc temporis juſtitiariatum Vallisgratæ ex commiſſione dicti Petri exercebat, cum quo Rogerio cœpit idem Gervaſius collationem habere de iis quæ in Calabria fiebant, & qualiter etiam idem Gervaſius ad prædictum Petrum de Calabria non fuerat tranſire permiſſus. Compertum eſt autem à prædicto Gervaſio, quod hoc ideo factum eſt, quia tractari dicebatur, quod Calabria in manibus Eccleſiæ daretur. Jam enim nuntii ad Romanam Curiam ſuper

hoc

hoc miſſi eſſe dicebantur, cui periculo dictus Gervaſius volens occurrere, Principi ſignificavit ea quę ſuggeſſit, ut gentem armatam in Calabriam mitteret ad Terram ipſam ſuæ ditioni pro parte Regis Conradi Secandi nepotis ſui ſubiiciendam, antequam de ea poſſet prædictum incommodum evenire.

Ad inſtantiam ergo præſati Gervaſii, & quorundam etiam Cuſentinorum, qni honorem Principis zelabantur, & propter hoc ſpecialiter ad Principem acceſſerant, miſit Princeps quandam cnmpetentem comitivam equitum, & peditum armatorum, conſtituitq; Capitaneum Calabriæ Conradum Thruich, ut una cum prædicto Gervaſio terram ipſam conquireret, & gubernaret. Erat autem prædictus Conradus Truich in Vallegrata, quando per Principem conſtitutus eſt, recepitque prædictus equites, & pedites in ingreſſu Valliſgratæ, qui congregatis cum eis armatis aliis de ſamilia ſua, & Berardi Truich fratris ſui, nec non & plurium alinrum Baronum, cum præd. Gervaſio de Martina proceſſit uſque ad Antonium de Stridola. Prædictus autem Jordanus Ruffus erat apud Caiſanum, cum tota comitiva ſua propter Cuſentinos, qui pridie audito gentis Principis ingreſſu in Vallemgratam ab ipſo Jordano receiſerant, & Cuſentiam reverſi erant.

Interea Petrus de Calabria, qui, ſicut dictum eſt, in caſtro Calanæ morabatur, tum quia Meſſanenſes jam tranſiverant ad civitatem Regii, & ea inde contra eum ire diſponebant, tum quia intellexit quod gens Principis ingreſſura erat in Vallemgratam dimiſſis in partibus illis Calabriæ Carnelevario de Papia, Fuicone nepote ſuo, & Boamundo de oppido, ut ipſi tanquam Capitanei ipſarum partium ſacerent, & tractarent cum Meſſanenſibus de caſtro Calanæ, & obſidibus in Meſſana detentis, quod viderent eſſe utilius tractandum, receſſit de caſtro Calanæ, & ivit Catanzarium ad celebtandum ibi Paſcha Dominicæ Reſurrectionis. Celebrato autem ibi Paſchate proceſſit Cuſentiam cum paucis armatis eapectans alios de Calabria poſtea ventnros, ipſa autem eadem die qua ipſe Petrus pervenit Culeotiam Jordanus Ruffus nepos ejus qui pridie de Terra Caiſani ad terram ſancti Marci cum comitiva ſua profectus erat, à gente Principis apud ſanctum Marcum captus eſt, & in carcerem miſſus, quod cum ſupradicto die ſummo mane diluculo ad prædicti Petri notitiam perveniſſet, antequam plenè factum hoc divulgaretur, de Cuſentia receſſit, & cum iret ad caſtrum Agelli, ibique ſe receptare intenderet, non ibi receptus eſt, ſed deinde Catanzarium repetiit, & licet ibi ſe firmare proponeret, tamen quia pro parte nna proceſſerat uſque Cuſentiam, ex alia vero parte uſque Caironum, timens dictus Petrus ne ab utraque parte a Principali gente in Catanzario concludeteturr, receſſit inde cum uxore, & rebus ſuis, nt iret ad quoddam caſtrum quod fuerat nepotis ſui Jordani, quod dicitur caſtellum Maynardi, & cum ibi recipi non potuerit, ivit ad caſtrum Meſiani, quod quidam conſanguineus uxoris ſnæ cuſtodiebat, cumque fiducialiter appropinquaſſet ad caſtrum, cuſtodes ipſius caſtri facientе & procurante prænominato Rogerio de Froſina, qui ut ſupra dictum eſt in caſtro ipſo Muſiani captivus cnſtodiebatnt, acceſſum ejuſdem Petri ad caſtrum ſagittis in eum jaculatis compeſcuerunt. Qnod videns dictus Petrus, cum in caſtro Meſiani ſe receptare non poſſet, ivit Tropeam, ea qua qnidem civitate oriundus erat, & in qua prædictus Jurdanus nepos ſuns domicilium habuerat, ibique paululum morans fecit armari nnam ſagittam, ut in ea per mare recederet; cumque deſcendiſſet ad mare cum uxore ſua, & uxore ac filiis prædicti Jordani nepotis ſui, Caſtellanus caſtri Tropeæ hæc videns Riczardam de Froſina, qui, ut ſupra dictnm eſt, à memorato Jordano Ruffo captus fuerat, & in caſtro Tropeæ captivus cuſtodiebatur, liberavit ob reverentiam, & timorem Principis, cujus familiaſis ipſe Riczardus erat. Ipſe autem Riczardus tali

A modo liberatus ſtatim ipſius terræ Capitaneus pro parte Principis à populo conſtitutus eſt, qui mox, ut vidit prædictum Petrum eſſe in littore maris cum ſagitta paratus ad recedendum, fecit dari bannum ex parte Regis, & Principis, ut nullus de civitate Tropeæ, cum prædicto Petro in ſagitta ipſa ire præſumeret, alioquin proditor Regis & Principis baberetur & pœnam proditionis pateretur; quod bannum cum audiſſent marinarii ſagittæ unus poſt unum ſagittam dimiſerunt, ſicque prædictus Petrus in littore manebat, & nec per mare fugere poterat, nec ad terram Tropeæ redire permittebatur: fecerat enim prædictus Riczardus claudi portas civitatis, & optime cuſtodiri, ne dictus Petrus civitatem ingredi poſſet. Cum autem ſic ſtaret Petrus in littore, & omne ſibi auxilium, & conſilium deeſſe videretur, ſubito quædam barca de partibus Principatus, quæ maritimam illam caſu tranſibant, ipſiſque barcis ad locatorum velle conductis ipſe cum familia ſua, & prædicti nepotis ſui quam tunc

B habuit de nocte receſſit, & Neapolim ad Papalem Curiam, quæ ibi tunc erat, profectus eſt.

Prænominati autem Gervaſius de Martina, & Conradus Thruich Capitanei proceſſerant de Cuſentia euntes verſus Martoranum; antequam autem perveniſſent Martoranum intellexerunt, quod Martoranenſes, licet pridie nuntios ſuos miſiſſent ad eos, ac mandatum Principis ſe & cives alios facere ſpopondiſſent, tunc tamen ſe tenere, & eos non recipere intendebant. Nihilominus autem exercitus Principis ad civitatem appropinquavit: cumque cives ipſius terræ gentis Principalis acceſſum lapidibus jactis compeſcerent, cum locus ille difficilis eſſet, & valde declivis, ita quod per levem defenſam poterat contra gentem illam defendi, retroceſſit exercitus, & declinavit ad quoddam caſale quod dicitur Pictarella, ubi dum ipſe exercitus pernoctaret, procurante Roberto de Archis, qui cum exercitu ipſo erat, & prædictæ civitatis civis habebatur, nocte ipſa venerunt nuntii ipſius civita-

C tis ad prædictos Gervaſium, & Conradum, civitatem ipſam ad mandatum Principis exponentes, miſſique ſunt ad civitatem ipſam nuntii ex parte Capitaneorum, qui juramenta hominum pro parte Regis & Principis receperunt. Inde autem profecti ſunt Neocaſtrum, cumque in caſtro ipſius terræ Neocaſtri eſſet Caſtellanus quidam dicti Petri de Calabria nepos nomine Johannes de Mele, ille Johannes ſtatim viſis vexillis Principis claves caſtri Capitaneis miſit, & caſtro eis aſſignato receſſit. Proceſſit ergo exercitus Principis ſine aliqua reſiſtentia uſque ad oppidum quod Seminatia vocatur. Circa ejus oppidi partes Carnelevarius de Papia, Boamundus de Oppido, & Fulco Ruffus nepos prędicti Petri de Calabria caſtra quædam revolvunt. Prædicti autem Carnelevarius & Boamundus veniente exercitu Principis requiſiti à prædictis Gervaſio & Conrado ad mandatum Principis venerunt, & juraverunt; dictus autem Fulco ſe in caſtro ſuo ſanctæ Chriſtinæ recollegit, ad mandatum prædi-

D ctorum venire dubitans. Habebat quidem ipſe Fulco præter ipſum caſtrum ſanctæ Chriſtinæ, caſtrum aliud valde difficile quod Bubalinum vocatur, quæ duo caſtra ad duodecim fere milliaria mediantibus excelſis montibus diſtant, habentque difficilem ab aliis ad alterum tranſitum, qui nullo modo auferri, aut impediri poteſt. Receptus ergo prædictus Fulco in illis duobus caſtris ad mandatum Principis venire nolebat; licet enim ſibi per prædictos Gervaſium & Conradum ſecuritas data fuiſſet, ipſe tamen Fulco aſſerens Jordanum Ruffum fratrem ſuum poſt ſecuritatem ſibi promiſſam ab eis iniquè fuiſſe captum, eis ſe credere dubitabat, ne ſimul ſibi contingere poſſet quod contigerat fratri ſuo.

Stabat ergo exercitus Principis in planitie ſancti Martini cum pro reprimenda rebellione prædicti Fulconis, tum etiam quia difficillimi tranſitus erant inde in antea ut ſine magno diſcrimine tranſire non poſſet. Miſerant autem prædicti Gervaſius & Con-

A radus nuntios ſuos ad civitatem Giracii , quæ adhuc ſe tenebat , & ſic tractatum eſt quod civitas ipſa quæ ſi reſiſtere voluiſset non ſine magna difficultate debellari poterat ſponte ad mandatum Principis reverſa eſt . Præterea civitatem Regii ad quam propter difficillimos tranſitus exercitus ire non poterat , & præter dicta duo caſtra ſanctæ Chriſtinæ & Bubalini , quæ prædictus Fulco tenebat , caſtrum quoque Styli tenebat quidam Berardus Theutonicus . qui nec apertè rebellis videbatur , nec tamen caſtrum ipſum dimittere volebat dicens , conceſſam ſibi fuiſse caſtri ipſius cuſtodiam a Rege Conrado in vita ſua ſecundum conſuetudinem Alamanniæ, propter quod dicebat ſe caſtrum ipſum non debere , nec velle dimittere, ſed ipſum ad honorem , & fidelitatem Regis & Principis cuſtodire: plures tamen ſuſpectos qui a facie Principalis exercitus fugerant in caſtro ipſo receperat , propter quod videri poterat rebellionis potius , quam fidelitatis: ita autem caſtrum ipſum loci natura munitum & difficile eſt , B quod neque per inſultum , neque per famem capi aliquatenus poſset: eſt enim ſaxis & rupibus circumquaque valiatum continens circa ſe magnum terræ nemoroſæ , & laboratoriæ ſpatium , quæ ad vitam ſexaginta perſonarum cultura indeficiente ſufficeret , quæ etiam terra caulea ſilveſtres uſui hominum aptos ſine aliquo ſeminario producit , multaque animalia paſcuis indeficientibus vivunt .

Interea Meſſanenſes audito quod exercitus Principis totam jam ferè Calabriam acquiſiverat , & videntes ſe quodammodo per id voto ſuo fruſtrari , quod erat magnam Calabriæ partem in ſuo velle diſtrictu habere, congregaverunt magnum exercitum equitum , & peditum armatorum , miſeruntque ipſum contra exercitum Principis in Calabriam . Exercitu quoque Principis exiſtente apud ſanctum Martinum , ut ſupra dictum eſt , exercitus Meſſanenſium ex inſperato venit ad oppidum Seminariæ, quod a ſancto Martino ſex fere millibus diſtat , ceperuntque Meſſanenſes ipſum oppidum, & in ipſius C loci hominum præda ſe vitioſè multum exercentes, ſtatim inde cum præda receſſerunt : ita quidem eos excæcavit aviditas, quod gloria illius qualiſcunque viſa eſt vilipenſa , chordis baliſtarum ſarcinulas pannorum , & aliarum rerum quas diripiebant , ligabant . Cum ergo perveniſſet ad notitiam Principalis exercitus quod Meſſanenſes Seminariam venerant, ordinatum eſt quod Gervaſio de Martina remanente cum aliquibus in ſancto Martino ad ipſius loci cautelam , propter caſtrum ſanctæ Chriſtinæ quod Fulco Ruffus ibi prope tenebat , & in quo aliqui Meſſanenſium diebus illis dicebantur receptati eſſe , Conradus Truich Capitaneus cum exercitu Principis verſus Seminariam iret. Sed quia auditum eſt quod Meſſanenſes jam de oppido ipſo cum præda receſſerant , propter hoc diviſus eſt Principalis exercitus parte ſub Capitaneo in Seminariam procedente , alia pars ſub Roberto de Archis per alterius viæ compendium contra Meſſanenſes exiret , ut Meſſanenſes ante & retro ab utroque intercepti D manus eorum evadere non poſſent .

Procedente ergo hoc modo utraque parte exercitus ventum eſt ad planitiem , quæ eſt inter Seminariam , & nemus Solani , qui locus Corona vocatur; cum autem Meſſanenſes vidiſſent Principalem exercitum primo pede ſe collegerunt in unum , & quia timor eis apparitione Principalis exercitus repentinus irruerat, cœperunt quidem non deliberare quid agerent , ſed quodammodo fluctuare . Capitaneus autem Principalis exercitus , & pauci alii de ipſo exercitu qui cum ipſo Capitaneo ad planitiem illam acceleraverant , videntes multitudinem Meſſanenſium ita collectam, nolebant quidem à principio ipſos aggredi, tum quia equi fatigati erant ex properantia veniendi ad locum illum ad quem arida , & montuoſus erat acceſſus , tum quia major pars exercitus retro erat , nec adhuc ad planitiem venerat , ideo expectabat . Dum autem ſic Capitaneus ſtaret cum illis paucis ad aſpectum Meſſanenſium , vidit moveri vexilla eorum alterum contra alterum cum quadam tumultuoſitate , ex quo inordinato , & tumultuoſo motu comprehenſum eſt , quod Meſſanenſes pavorem jam ea apparitione Principalis exercitus concepiſſent , & titubarent inter ſe , nec ſcirent quid facerent . Dum ergo conſiderante hoc Capitaneo ecce apparuit Robertus de Archis , cum illa parte exercitus quam ducebat . Cumque Meſſanenſes ita inter ſe ſcrutantes tumultuarent ſubito contra eos prædictus Capitaneus cum Roberto de Archis , & illis paucis qui tunc ibi inventi ſunt de exercitu Principis cum magna animoſitate proripuit , cui quidem aliqui de Meſſanenſi exercitu equites reſiſtere tentaverunt , ſed ſtatim uno eorum qui caput Meſſanenſis exercitus dicebatur per ictum Conradi Truich Capitanei exercitus Principalis , mox quoque alio per ictum Roberti de Archis ab equis eorum in terram dejectis , ſtatim totus ille Meſſanenſium exercitus diſſolutus eſt , & turpiter ſe convertit in fugam. Tunc plures Meſſanenſes inſtante Principali exercitu interfecti ſunt , alii gladio , alii vero ruina , dum ſemper in via ſicut melius poterant fugientes præcipuè montium eis occurrentium , vel ex timore periculum quod fugiebant videre non poterant , vel quaſi unum de duobus periculis , quæ vitare non poterant , eligebant .

Aliqui profecto de oppido Seminariæ , qui deprædationem , ut dictum eſt , à Meſſanenſibus paſſi fuerant, ſequuti ſunt Principalem exercitum per Seminariam tranſeuntem ſub ſpe recuperandi bona eorum quæ à Meſſanenſibus aſportabantur , horum quidem aliquis ſive maſculus , ſive fœmina ex illo exercitu Meſſanenſium equitem , ſive peditem armatum capiebat , & ſi volebat interficiebat , pluresque illo die de Meſſanenſibus ab illis de Seminaria propter odium deprædationis prædictæ , quam ab illis de exercitu Principis interfecti , & vulnerati fuiſse dicuntur , itaque quod pauci ex eis ſalvi evadere potuerunt : Capti autem fuerunt ex eis quinquaginta ſeptem numero qui alicujus valoris homines eſse extimati ſunt , & in carcerem miſſi , alios autem qui interfecti , aut capti non ſunt , vel fugæ deſperatio , vel vilitas perſonæ ſervavit , & ſalvavit .

Ex illa igitur expugnatione Meſſanenſium civitas Regii ad mandatum venit. Captum eſt etiam Caſtrum Calanæ quod Meſſanenſes eſq; tunc tenebant ab eo tempore quo , ut ſupra dictum eſt , prædictus Petrus de Calabria ab ipſo receſſerat .

Cum autem ſic in Calabria gereretur , Princeps erat adhuc in obſidione Oriæ : cumque civitatem ipſam anguſta obſidione teneret Thomas de Oria , qui caput factionis & rebellionis ipſius , & Brunduſinæ civitatis erat , videns civitatem ita obſidione circumdatam quod nullo modo ex ea pateret egreſſus , cum vires , & ſubſidium aliquod à Brunduſinis recipere obſidione Principis impediretur , nec poſſet , nec haberet unde ſtipendia ſolveret ſoldaneriis , quos ad defenſionem civitatis tenebat , ad fraudulentia commenta ſe convertit, miſitque Principi nuntios ſuos ſignificans ei quod ipſi , & Orietani libenter ſe & civitatem Oriæ in manibus dare volebant , ſed quia juramento & pactionibus inter ſe , & cives Brunduſii habitis tenebantur Orietani nihil ſine conſcientia Brunduſinorum facere , petebat ſibi dari tempus & copiam mittendi nuntios ad civitatem Brunduſii , ad notificandum civibus Brunduſinis qualiter ipſi Orietani nullo modo contra Principem tenere ſe poterant , propter quod ipſi mandatum Principis facere omnino diſponerent , & ad perſuadendum etiam Brunduſinis , quod & ipſi ſimiliter mandatum Principis facerent , cui rei ſi forte Brunduſini refragarentur , nuntii ipſi eis exponerent qualiter Orietani penitus à ſocietate ſua recederent , & ad Principis mandatum redirent , Princeps autem petitionem ipſius Thomaſii & Orietanorum ſuper hoc audiri conſiderans petitionem talem non ex fraude , ſed ex neceſſitate procedere

quam

quam Orietani ea nimia obſidionis anguſtia pati videbantur, dedit eis copiam mittendi nuntior ad Brunduſinam civitatem, prout illi petierunt. Miſſi ſunt ergo Nuntii Orietanorum Brunduſium, non quidem pro cauſa prædicta quam Principi expoſuerant, ſed ut Brunduſini per eos pro ſoldaneriis Orietanis ſtipendia mitterent, qui jam ultra ſine ſtipendiis retineri non poterant, reverſiſque nunciis ipſis à Brunduſio infra diem ſtatutum cum ſtipendiis ſoldaneriorum, dum crederet Princeps ſtatim poſt reverſionem nuntiorum ipſorum civitatem juxta quod Orietani promiſerant eſſe dedendam, Orietani reſponderunt quod nullo modo ſe dedere vellent, ſed pertinacior in antea quam olim in rebellione perſeverare, declarantes veram cauſam pro qua nuntios ad Brunduſium miſerant, & commendantes ſe quod Principi ſuper hoc illuſiſſe videbantur. Multum enim eis tunc illa fraus profuit, quia fraude illa mediante, & ſupervaniente poſtmodum cauſa majore, deditio civitatis illius tunc dilata eſt. Si enim Princeps ad obſidionem civitatis ipſius ad modicum tempus ultra inſtitiſſet, proculdubio eam ad mandatum ſuum tunc habuiſſet, ſed quia majora ipſum negotia trahebant, oportuit ipſum obſidionem ipſam dimittere, & utilioribus ſe laboribus occupare.

Pervenit enim ad notitiam Principis, quod Octavianus Apoſtolicæ Sedis Legatus magnum exercitum congregaverat, & in Apuliam cum ipſo exercitu venire parabat. Receſſit ergo Princeps ab obſidione Oriæ, & ivit Melphiam, ipſoque in civitate morante pro eo quod quædam ſuſurra hominum ibi & in civitate Potentiæ eſſe videbantur, Gualvanus Lancea avunculus ejus ad civitatem Potentiæ profectus eſt, & eam ſapienter, prout temporis qualitas dabat, reformavit, & in bono ſtatu compoſuit, & ad Principem in Melphia reverſus eſt. Princeps autem in Melphia ipſo Gualvano dimiſſo pro ipſius civitatis, & adjacentium partium ſtatu pacifico conſervando Luceriam ivit, & congregato ibi magno exercitu, tam de ipſius Terræ incolis, quàm aliarum Apuliæ partium, & de Theutonicis, & aliis ſoldaneriis, quos per Apuliæ partes diſperſos habuerat prima die menſis Junii 13. Indictionis cum exercitu ipſo exivit, & campum proceſſit continuato progreſſu ad montem Formicoſum, quem Imperator Fredericus mutato nomine Montem-Sanum vocari juſſerat. Jam enim Papalis exercitus venerat uſque ad locum qui vocatur Buiſida, quod Princeps intelligens valde gavisus eſt: audiverat enim à tempore patris ſui Imperatoris Frederici quod quædam ſcriptura inventa fuerat ex qua vaticinari videbatur quod unus de poſteris Imperatoris ipſius in loco illo Buiſida magnam victoriam eſſet habiturus, propter quod cum ex caſu inſperato Papalis exercitus ad locum jam ipſum veniſſet, credebat Princeps, & pro firmo ſperabat adveniſſe tempus de illius ſcripturæ vaticinatione, quod in perſona ipſius Principis prædicti Imperatoris filii compleretur, eratque ſibi in argumentum præcedens victoria, quam ſic feliciter, ut ſupra memoratum eſt, apud Fogiam de hoſtibus habuerat, quæ præparatoria, & incentiva ad majorem futuram victoriam eſſe videbatur.

Cum ergo Papalis exercitus eſſet in loco illo Princeps ad Guardiam Lombardorum quæ ſibi rebellis erat proceſſit, intendens ipſam Terram anticipare antequam Papalis exercitus ad ipſam veniret; erat autem ipſa Terra quædam magna comitiva armatorum de parte Eccleſiæ qui terram ipſam defendebant, ita quod Princeps tunc ipſam capere non potuit, & propter collium oppoſitionem videri non poſſet ab exercitu Principis in quam partem iret: ab aliquibus credebatur exercitum ipſum retroceſſiſſe ob timorem Principis. ab aliquibus non immanſam illius exercitus multitudinem metientibus putabatur non quod fugeret, ſed quod per loca valloſa exercitus ipſe incederet, & ſe contra Principalem exercitum in loco tutiori collocaret. Ad hanc ergo dubitationem tollandam miſſus eſt à Principe Comes Henricus de Spernaria. cum quibuſdam Theutonicis armatis ad explorandam viam prædicti Papalis exercitus, qui Comes cum prædicti armatis procedens, cum perveniſſet ad nemus quod eſt prope Frequentum, conſtituit prædictos armatos in quodam loco ipſius montis depreſſo quidam & arboribus obſito, ipſeque ad ſuperiores nemoris partes ad explorandam viam prædicti exercitus ſolus proceſſit: cumque ita explorando procederet, incidit in quoſdam armatos de Papali exercitu, qui per nemus illud caſu diſcurrebant, & cum ipſe ſolus eſſet, illi vero pauci, dum per amfractus nemoris vellet ab occurſu illorum ſecedere, & fugiendo quodammodo trahere eos verſus locum in quo ſuos comites armatos dimiſerat, in illis viis nemoris cespicavit equus ejus, totuſque in terram revolutus, ipſum in terram dejecit, ſicque ipſe Comes ab illis de Papali exercitu eum inſequentibus captus fuit: cumque ducerent eum captum, nec tamen ſcirent quis eſſet, nec præſumerent eum magnam de Principis comitiva eſſe perſonam, pro eo quod ſic ſolum in nemore illo ipſum invenerant quaſi errantem, ſtudebat dictus Comes quaſi viarum ad exitum illius nemoris conſcius ducere illos per locum, ubi comites ſuos dimiſerat, ut ab eis poſſet ſibi ſuccurri: cumque ad locum illum cum ipſis ſuis ductoribus perveniſſet, non invenit comites ſuos ibi; unde quodammodo deſperatus credebat è manibus illorum ex tunc evadere non poſſe. Licet autem in eo facto de comitibus ſuis non inventis fortuna ſibi adverſata fuiſſe videretur, tamen ſtatim ſibi in ipſius contiguo adverſitatis arriſit, nam cum paululum è loco illo proceſſiſſent, apparuerunt de prope quidam Saraceni arcerii, de Principali exercitu, quos cum dictus Comes Henricus cognoviſſet, ſtatim clamavit ad eos vocans eos Compatres quo nomine Saraceni & Theutonici de Principali exercitu ſe ad invicem vocare aſſueverant. Illi autem voce Comitis audita, ipſoque cognito ſtatim in eos qui eum captum ducebant irruerunt, & Comite liberato alios ex eis occiderunt, alios vulneraverunt, alios ceperunt, alios in fugam turpiter converterunt, & coegerunt.

His itaque de Comite Henrico geſtis Principalis exercitus qui prædictu modo & in loco in quo primo ſteterat ſe movens per collium oppoſitionem diſparuerat, ex alia parte quæ ad aſpectum Papalis exercitus directa erat prope Frequentum apparuit de viſo Princeps cum ſuis, verſuſque ipſum Papalem exercitum procedebat, intendens eidem exercitui contra ſe venienti occurrere, & cum ipſo pugnare. Papalis autem exercitus viſo quod Princeps ad ejus aſpectum non quidem ex illorum multitudine territus, ſed ad pugnam accanius ad veniendum contra eum caſtra moviſſet, non ultra proceſſit, ſed in loco ſe fixit, quo viſo Princeps ſimiliter cum exercitu ſuo ſtetit, nec tunc prius illos appetiit, ſed ad ſtationem unde ſe moverat eſt reverſus.

Erat autem circa partes illas quidam locus eminens de quo Princeps conſideravit, ut ſapiens, quod ſi locus ille caperetur ab hoſtibus magnum ſibi poſſet evenire nocumentum, quia loco illo ab hoſtibus habito foderum ex illa parte Capitanatæ poſſet ad ſuum exercitum pervenire, & in eo loco Princeps caſtrametatus eſt, in quo ante & retro hoſtes habebat; ex una enim parte erat Guardia Lombardorum rebellis in qua erat quædam pars Papalis exercitus, ut prædictum eſt, ex alia vero parte erat Legatus cum exercitu infinito. Cum ergo poſt paucos dies prædictus Legatus cum Papali exercitu à loco in quo erat prope Frequentum receſſiſſet verſus prædictum locum eminentem venturus, Princeps credens, quod pro occupando loco ipſo veniret, ſtatim cum exercitu ſuo ſe movit, & contra Papalem exercitum venientem animosè procedens, ut prædictum locum eminentem præoccuparet, & defenderet contra hoſtes recepturus pugnam, ſi illi tanti eſſent antequam ipſam inferrent. Procedente autem ſic Principe contra eos illi ad Principis ani-

Digitized by Google

A moſe venienris aſpectum non venerunt, niſi uſque ad nemus, quod eſt citra Frequentum, ibique ſe .io quodam loco tuto locaverunt, & tentoria ſua ibi fixerunt. Videns autem Princeps, quod illi ulira non procedebant, ipſe ſimiliter ultra non ivit, ſed ad ſtationem ſuam reverſus eſt. Erat autem locus ille in quo ſe fixit tunc Papalis exercitus ex tribus undique partibus naturali rerræ montuoſitate vallatus, ex quibus partibus nullus in eo de facili poterat haberi acceſſus, ex altera vero parte ad aſpectum Principalis exercitus clivioſitate medlocri in planitiem quandam locus ille vergebat, ſicque ibi exercitus ille collocatus erat, ut ipſis euntibus contra alios eſſet inde deſcenſus, aliis vero ad eos accedentibus eſſet aſcenſus. Ex illa ergo parte manſionis illius, quæ ad aſpectum Principalis exercitus erat, & quę non ita ſicut tres manſionis partes naturaliter munita videbatur, facta eſt quædam clauſura de paliciis, tantaque erar ipſius exercitus multitudo qui ibi tunc collectus erat, quod haſtarum ſolummodo elevata congeries ad ſimilitudinem alicujus nemo- B ris apparebat.

Cum ergo ſic in aſpectu mutuo uterque ſtaret exercitus, & exercitus Papalis incomparabiliter major & copioſior quam exercitus Principis appareret, expectabat Princeps, ut ipſe requireretur ad bellum, tum quia ipſe ad defenſionem Terræ ſtabat, non quidem oppugnare debebat, ſed oppugnantibus reſiſtere ſatis eſſe credebar, tum quia ut dictum eſt, ſine comparatione major erat exercitus ille, quam ſuus, cum innumerabilis eſſet in eo multitudo peditum: equitum quoque numerus exercitus ſui in ſeptuplum videbatur excedere. Stabat ergo Princeps bellum expectans ab inimicis, nec tamen illi de loco illo, ubi tentoria fixerant, & ſe circumquaque concluſerant ullo modo exibant. Unde cum aliquos dies in hujuſmodi Princeps belli expectatione ſtetiſſet, cogitavit quod ideo illi eum aggredi dubitarent, quod ipſe cum exercitu ſuo in eminentiori parte ſtare videbatur, propter quod ut eos ad bellum poſſet allicere, decrevit de lo- C co illo in planum deſcendere, & exercitui Papali magis appropinquare, & quia certum gerebar de bellando propoſitum, & ſic ſuam tunc volebat experiri fortunam, ut ſolus vincendi amor ipſum ad bellandum impellerer, ut nulla eum expugnationis in te forſitan faciendæ verecundia, vel formido retraheret, effoſſis de loco illo tentoriis in tres acies totum ſuum divisit exercitum, & cum tribus aciebus illis exclaratus deſcenderet in planum, ecce tres aquilæ ſuper exercitum ipſum apparuernot volantes in aere, quod omnes illi de exercitu, & Theutonici maximè videntes, cœperunt exultare lætitia quaſi certæ victoriæ ſigna ex illa aquilarum ſupervolantium apparitione comprehendentes: unde etſi prius ad pugnandum nocivi, & ardentes fuerant, tunc magis, ac magis ex illo ſigno aquilarum accendebantur ad pugnam. Taliter igitur procedens Princeps Papali exercitui ad unius ſtadii ſpatium appropinquavit parans ſe ſibi ad pugnam recipiendam, ipſe enim pugnam eis inferre D non poterat commodè, niſi illi de clauſura illa qua circumcingebantur exirent, quia ſi Princeps eos in illa clauſura invaderet palitia illa quibus Papalis exercitus ſe totum clauſerar, magnum ſibi poſſet victoriæ impedimentum inferre. Præcedebant autem pedites Principis cum arcubus, baliſtiſque adeo prope clauſuram, ut illos de Papali exercitu ad exeundum allicerent, qui mittebant in eos ſagittas, & eos quatenus poterant laceſſebant, ſed nullo modo de ſua ſtatione movebant: imo ſi quando aliqui ſui pedites extra clauſuram exire tentabant, equites eos celeriter revocabant, manifeſteque oſtendebant quod bellandi animum non habebant.

Videns ergo Princeps quod ipſo taliter bellum deſiderante adverſarii ſui bellare ſic penitus recuſaret, cum Principis acies eſſet in eo loco, ubi ſi bellum committeretur melior adverſariorum ſuorum conditio futura eſſe videbarur, cum per ſex fere horarum ſpatium Princeps in illo loco fuiſſet ad bellum recipiendum paratus, ne amplius in vanum ibi ſic ſtare videretur, cogitavit ad ſtationem ſuam retrocedendum: ſic tamen retroceſſionem ipſam ſapienter fieri procuravit, ne ipſo retrocedente adverſarii ſui, qui in loco eminenti, ut dictum eſt, ſtabant, contra eum in ipſa retroceſſione incautè irrumperent, & aliquod ſibi, ſicut ſæpè fieri ſolet in talibus, nocumentum inferrent. Diſpoſuit ergo Princeps quod prima acies ſua quæ caſtris hoſtium vicinior erat, & ſecunda ſimiliter quæ prope ipſam in loco ſuo fixæ & ſtabiles permanerent, ipſiſque duabus aciebus in loco ſuo ſic ſtantibus tertia acies quæ ultima erat, moveretur, & modeſto ac ordinato regreſſu ad unum ſtadium de loco ſuo retrocederet, & ibi ordinata maneret, quo facto etiam acies ſubſequenter prior ipſa de loco ſuo ſimiliter moveretur, & ad locum unde acies tertia receſſerat ſe ordinata retroceſſione reciperet, ac deinde prima acies, quæ in caſtrorum hoſtilium vicinitate remanſerat, ad locum unde ſecunda acies receſſerat, reliquis duabus aciebus non nimis longe ab ipſius tutela diſtantibus verteretur. Sicque factum eſt, quod aciebus ipſis gradatim una ante aliam cum prædicta cautela retrocedentibus, adverſarii non minus de ſapientia, & prudentia Principis obſtupeſcentes, quam de ſuæ armatæ potentia trepidantes nullo modo contra ipſum in ipſa etiam hujuſmodi exercitus retroceſſione exire auſi fuerunt, & Princeps compoſito, & inoffenſo regreſſu ab hoſtium ſuorum facie ad ſtationem ſuam ubi prius ſteterat regreſſus eſt.

Poſt receſſum quoque Principalis exercitus facta ſunt de ingenio Marchionis Bertholdi quædam lignea inſtrumenta triangulata ſic artificioſè compoſita, quod de loco ad locum leviter ducebantur, & quocumque modo revolverentur ſemper ex uno capite erecta conſtabant. His ergo ligneis inſtrumentis Papalis exercitus ex illa parte qua erat exercitus Principalis aſpectus ſe circumcinxit, & ſic ſe ipſorum compoſitione vallavit, ut non de facili ex illa parte poſſet irrumpi. Mirum autem valde, videlicet quod Papalis exercitus etiam provocatus ad bellum non exivit; cum ſicut dictum eſt, exercitus Principis in immenſum excedere videretur; additus enim erat ipſi exercitui diebus illis quidam alius Papalis exercitus, qui ſub Archipresbytero Paduano prædicti Legati Vicario per partes Principatus ad invadendam, & conquirendam Calabriam dirigebatur. Eo etenim tempore magnus Papalis exercitus ſub prædicto Octaviano Legato Apoſtolicę Sedis in Apuliam venire diſpoſitus erat. Ordinatus etiam fuit prędictus Archipresbyter cum magna comitiva equitum & peditum ire in Calabriam, & prædictus Petrus Ruffus de Calabria qui, ut ſupra dictum eſt, de Calabria pridem fugiens ad Romanam Curiam ſe contulerat, ordinato navilio conſtitutus fuit ire per mare cum Archiepiſcopo Cuſentino nuviter à Papa creato. Itaque fuerat inter ipſos cognitum ut ſimul eodemque die Archipresbyter ille cum exercitu quem ducebat per terram, & prædictus Petrus de Calabria per mare in Calabriam invaderet. Dumque in Calabria utrimque procederetur, prædictus Archipresbyter qui jam ad duas fere dietas, cum prædicto exercitu Calabriæ finibus appropinquaverat à prædicto Legato Apoſtolicæ Sedis ad ſubſidium magni Papalis exercitus, qui contra Principem ſtabat in itinere Calabriæ revocatus eſt, cujus revocationem prædictus Petrus, cum per mare proficiſceretur ignorans de illo quod cognitum fuerat à ſe ſimul cum prædicto Archipresbytero ex diverſis partibus invadendam eſſe Calabriam, ad caſtrum ſancti Lucidi de Vallegrata cum navigio prædicto pervenit, & in caſtro cum prædicto Archiepiſcopo & armatis quos duxerat ſe receptavit. Statimque autem ſparſus eſt in Calabria, & præſertim in civitate Cuſentiæ rumor, quod prædictus Petrus cum duodecim galeis, & infinita multitudine armatorum per mare veniſſet, & quod Papalis exercitus per terram veniens ex duabus partibus,

bus, videlicet prædictus Archipresbyter per introitum Morani, & Oddo Marchio de Honebruch cui Comitatus Catanzarii per Papam conceſſus erat, per introitum pontis Roſeti Vallisgratæ fines intraſſet, & quod Gervaſius de Martina, multique cum eo armati qui apud caſtrum Vallis ad defenſionem finium Vallisgratæ ſtabant à Papali exercitu capti eſſent. Item quod duodecim galeæ Brundusinorum veniſſent ad maritimam Curroni ad partes terræ Jordanis pro parte Eccleſiæ oppugnandum, & quod Princeps apud Guardiam Lombardorum à Legato Apoſtolicæ Sedis, & Papali exercitu, qui ibi erat, foret expugnatus in campo.

Dum autem rumores hujuſmodi per Calabriam, & præſertim in civitate Cuſentiæ ducerentur, & diverſorum narratione hinc inde venientium firmarentur, magiſque veriſimiles in eo viderentur, quod prædictus Petrus de Calabria ad prædictum caſtrum ſancti Lucidi quod à civitate Cuſentię ad quindecim milliaria vicinatur ſic audacter, & ſecure cum uxore ſua, & aliis mulierib. quas pridem fugiens de Calabria ſecum duxerat, deſcendiſſet, quod non videbatur ab eo potuiſſe acceptari, niſi cum multitudine armatorum magna veniſſet, & niſi rumores alii qui dicebantur, de ingreſſu Papalis exercitus in Vallegrata, & de captione præd. Gervaſii & ſuorum, & de expugnatione Principis in aliquo veri eſſent, venit quidam Nuntius d. Petri Cuſentiam cum literis ejus, & Archiepiſcopi Cuſentini, per quas univerſitati ipſius civitatis ex parte Apoſtolica firmiter, & expreſſe mandabant, ut incontinenti nuntios mitterent ad eorum præſentiam pro parte totius univerſitatis ipſius mandatum per eos Apoſtolicum recepturos, alioquin in ſequentem diem eſſent cum toto eorum exfortio ad ipſius civitatis excidium. Cum autem tunc temporis quando hæc fiebant omnes ſere meliores homines civitatis Cuſentiæ ab ipſa civitate abeſſent, quoniam cum prædicto Gervaſio de Martina ad defenſam finium Vallisgratæ apud Caſtrum Vallis morabantur, nec remanſiſſent in civitate ipſa niſi quidam populares, & illi qui vel de perſonis nobiles erant nullum armorum exercitium habere videbantur, veniente prædicto nuntio Petri de Calabria cum literis illis homines civitatis prædictæ, qui ibi tunc inventi fuerunt, diuturnitate quietis, & pacis quam à tempore Imperatoris Frederici habuerant inexperti & prorſus ignari guerrarum, cum neſcirent, nec præ anguſtia temporis prævidere poſſent quid melius eſſet eis in illo articulo faciendum; cum præſertim civitas ipſa Cuſentiæ propter incendium quod anno præterito paſſa fuerat, tam domibus, quàm aliis quæ ad defenſionem competerent eſſet immunita, ex illa minaci, & aſpera prædicti Petri, & Archiepiſcopi requiſitione providerunt, ut nuntios ad prædictum Petrum, & Archiepiſcopum mitterent, non quidem, ut aliquod mandatum Apoſtolicum ab ipſo reciperent, ſed ut ipſorum nuntiorum miſſione, & tractatu ſuper inſtante negotio hinc inde habendo dictus Petrus, & Archiepiſcopus morandi apud ſanctum Lucidum occaſionem haberent, donec lateret certitudo de prædicto Gervaſio, & aliis qui capti eſſe dicebantur, vel ſi hoc factum eſſet, dictus Gervaſius totum hoc negotium ſciret, vel ipſe veniret, vel cives Cuſentiæ quos ſecum habebat, & alios ad defenſam civitatis ipſius mitteret. Miſſi ergo nuntii à civitate Cuſentiæ in ſanctum Lucidum ad prædictum Petrum de Calabria, & ad Archiepiſcopum Cuſentinum, miſſi quoque ſunt nuntii, & literæ ad prædictum Gervaſium de Martina, per quos ſibi totum negotium declarabatur, & petebatur ut de defenſione civitatis provideret, ſicut eſſet ad eorum ſalutem, & fidem melius providendum, & ad explorandum etiam de ſtatu ipſius Gervaſii, & aliorum, & ſi verum eſſet quod de ipſorum captione dicebatur, & de aliis etiam rumoribus, qui, ut ſupra dictum eſt, contra ſalutem Principis teſtabantur, procederetur ab eis in antea, ſicut eſſet pro qualitate ipſius procedendum.

Cum ergo prædictę civitatis nuntii profecti eſſent ad caſtrum ſancti Lucidi, ubi prædicti Petrus & Archiepiſcopus Cuſentinus erant, invenerunt eum cum paucis quidem amicis quos de partibus Terræ Laboris ſecum navigio duxerunt. Vernntamen qua dictus Archiepiſcopus commiſſionem ab Apoſtolica Sede habebat cruce ſignandi homines ad auxilium Eccleſiæ ſub ea remiſſione & indulgentia, quę conceditur illis qui cruce ſignantur ad auxilium Terræ Sanctæ, multi ruſtici & ignobiles de maritima illa & adjacentibus Valli audita tam grandi remiſſione, & indulgentia, quæ fiebat à prædicto Archiepiſcopo illis qui vellent crucem recipere, ad locum ipſum confluxerant, & crucem ab Archiepiſcopo ipſo receperant pro timore, & pro ſervitio Eccleſiæ, & ſi opus eſſet ſub ſpe remiſſionis. Itaque fere duo millia hominum crucesignatorum cum prædicto Petro & Archiepiſcopo jam erant præter illos qui cum eis venerunt navigio Terræ Laboris. Statim autem quod prædictus Petrus & Archiepiſcopus viderunt nuntios civitatis Cuſentiæ ad ſe venientes, primo quidem eos læta, & curiali facie receperunt, magna eis, & civitati Cuſentiæ promiſſa ex parte Eccleſiæ facientes. Intelligentes vero quod civitas Cuſentiæ vocaverat Gervaſium de Martina ad defenſionem fininm Vallisgratæ, ſtatim quidem totus exercitus Principalis, qui cum eo erat in caſtro Vallis, ipſeque turbatus eſt, cœperuntque omnes, & illi præcipuè qui partem Principis contra prædictum Petrum animoſe tenuerant, valde timere, & quilibet de ſe potius, quam de defenſione Provinciæ cogitare; timebant enim de potentia in qua dictus Petrus ſic ſubito erectus eſſe videbatur, ex multitudine hominum quæ ad ipſum tunc confluxiſſe dicebatur, longéque plus de eo quam verum erat referebatur.

Cum itaque ſic exercitus ipſe titubaret, & his quæ dicebantur, omneſque ad diſſolutionem ipſius exercitus proinde tendere viderentur, Gervaſius de Martina qui Capitaneus ipſius exercitus erat, habito cum Baronibus, & aliis ſecum exiſtentibus conſilio, captis quibuſdam de Cuſentinis, qui ſuſpecti, de ipſius Petri parte videbantur, omnes alios Cuſentinos qui in ipſo exercitu ſecum erant, Cuſentiam remittendos decrevit, eiſque ſub juramento fidei præcepit, ut euntes Cuſentiam ſic facerent, ut prædictum Petrum vel caperent, vel fugarent, ipſe vero Gervaſius cum aliis remanſit in exercitu expectans. Venientes ergo Cuſentiam invenerunt Petrum præfatum magna hoſtium multitudine circumfultum ex quibus licet multi non affectionibus, & armis decentibus armati, tamen omnes cruce ſignati erant, & alii eorum lanceis, alii gladiis, alii vero armis, alii erant, prout poterant licet incompetenter muniri. Licet autem eis competentia arma deeſſent, animoſitatem tamen quandam habere videbantur ſe mori paratos pro ſervitio Eccleſiæ conclamantes, incitantes etiam dictum Petrum, ut illico exirent in campum, & ipſos ad hoſtes Eccleſiæ debellandos produceret in ſequentem diem contra Gervaſium de Martina, ubicunque eum invenire poſſent.

Sratim ergo quod venerunt prædicti Cuſentini Cuſentiam, & potentiam dicti Petri viderunt, alii ex eis ſeceſſerunt, nec ante faciem ejus apparere voluerunt, alii vero ut efficacius poſſent operari ea quæ prædictus Gervaſius eis facienda de ipſo Petro mandaverat comparuerunt, quibus mandatum Eccleſiæ jurare fecit aſtantibus ſibi viris armatis paratis ad capiendum, & offendendum omnes illos qui ad ipſius Petri juſſum mandata Eccleſiæ jurata forte reniterent. Compulſi ergo tunc illi mandatum Eccleſiæ ex neceſſitate magis quam corde juraverunt. Videntes autem quod in perſonam ipſius Petri nihil facere, vel etiam acceptare auderent propter magnam hominum multitudinem quæ circa ipſum erat, cogitaverunt ut id quod per vires eorum facere non poterant, dolis operarentur, ut ſicut dictus Petrus per dolum & falſos rumores per Cala-

bria

bria taliter receptus eſſe videbatur, ſic & inde per dolos, & falſas adinventiones expelleretur. Ordinatum eſt per Cuſentinos quod nuntii mitterentur ad maritimam ſancti Lucidi relaturi rumores per maritimam illam, ſparſuri, quod gens de Calabria ventura erat ad caſtrum ſancti Lucidi ad uxorem dicti Petri capiendam, qui ralatores ita fecerunt quod rumores hujuſmodi ad uxorem dicti Petri pervenire poſſent: ſicque rumores ipſi à diverſis concorditer recitarentur quod credibiles viderentur. Ordinatum eſt etiam à Cuſentinis prædictis quod ſubmitterentur quædam perſonæ ex parte aliquorum, qui prædictum Petrum diligere viderentur, aſſerentes ei ſe occaſione ex parte ipſorum, atque teſtantes quod ſe cuſtodiret, quia ab illis qui magis adhærere videbantur ſibi proditio tractaretur, ſicque poſitum eſt quod Gervaſius de Martina de nocte venire deberet, quo ante civitatem exiſtente, ipſe Petrus ab illis qui in civitate eſſent immiſſo in civitate igne caperetur. Euntibus ergo prædictis nuntiis & relatoribus ad maritimam S. Lucidi, & prædictos rumores in maritima ſpargentibus eo modo quo credibiles d. uxori Petri de Calabria facti ſunt. Statim rumoribus ipſis audiris, & ſibi multorum concordi aſſertione verificatis, miſit literas, & nuntium viro ſuo apud Cuſentiam, quæ literæ ad eum de media nocte pervenerunt continentes qualiter ipſa timens valde ne caperetur à gente illa, quæ contra eam ventura de Calabria dicebatur, rogabat, & ſollicitabat eum quod ſibi ſuccurreret. Ita etiam eadem nocte quidam miſſi ab aliquibus de parte ſua venerunt ad eum qui tremore ſimulato ſecreta ei confeſſione dixerunt ex parte illorum à quibus ad eum miſſi eſſe videbantur, quod ipſe Petrus ſe cuſtodiret, & ſi cautè poſſet de civitate recederet, quia pro certo contra eum ab illis qui ſui eſſe videbantur proditio tractabatur, itaque niſi ſe cuſtodiret proculdubio ſic ordinatum erat quod caperetur, multaque ſibi alia figmenta ſuggeſſerunt, per quæ dictus Petrus ad ea credenda, quæ dicebantur moveretur: Iiſque dictis Petrus attonitus intelligens etiam quod Judex Joannes de Marturano, qui ſecum de Curia Romana venerat per Robertum de Archis, juxta Calabriam apud Marturanum captus fuerat, & dum duceretur Neocaſtrum, à quibuſdam ſibi occurrentibus interfectus in via; audiens quod dictus Robertus de Archis venturus erat ſupradicta die cum magna multitudine hominum contra eum, perpendens quoque quod Cuſentini de ipſius captione tractabant, & quod illi qui Principis partem fovebant, intendebant ignem mittere in civitatem, habito cum prædicto Archiepiſcopo Cuſentino in ipſa nocte tractatu, & deliberatione, quæ in illa temporis anguſtia potuit haberi, ſummo diluculo fecit edici quod ipſe volebat facere moſtram de armatis qui ſecum erant, aliis qui ad ipſum confluxerant, & in campo ante civitatem, factaque ipſa monſtra procedere ad incendendum quoddam caſale prædicti Roberti de Archis prope civitatem Cuſentiæ poſitum quod Venera vocabatur, ac deinde prandiu ire contra Gervaſium de Martina, ubicunque eum inveniret.

Egreſſus eſt itaque ipſe cum Archiepiſcopo Cuſentino & armatis equitibus ac innumera multitudine peditum extra civitatem, & ſimulata quadam monſtra, ibi cœpit procedere contra caſale prædictum, credebaturque ab omnibus Cuſentinis quod ipſe ad caſale prædictum iret, & poſtea reverſus eſſet ad civitatem: dimiſerat enim tam ipſe quam Archiepiſcopus coquos, & miniſtros alios ad prandium præparandum. Cum igitur uſque ad pertinentias ipſius caſalis proceſſiſſet, & pedites eum longe retro ſequerentur, cœpit ſtatim ipſe, & qui cum eo erant tenere viam qua itur ad ſanctum Lucidum; ex quo facto, & exeundi feſtinantia cognitum eſt, quod fugeret; reverſiſque peditibus qui poſt eum ibant, cum Cuſentini eundem Petrum fugiſſe cognoviſſent, valde contriſtati ſunt, & turbati quod ſic eos dictus Petrus eluſerat, & à manibus ipſorum evaſerat, nuntiaveruntque ſtatim Gervaſio de Martina, qui hoc audito cum gente quæ ſibi remanſerat, profectus eſt ad caſtrum Montis Alti, quod propter adventum dicti Petri rebellaverat. Cumque ipſius caſtri municipes ſe contra ipſum Gervaſium ſatis animoſè defenderent, ita quod aliqui ex ſuis inſultu caſtri ipſius fuerint lethaliter vulnerati, tandem per fortunam Regis & Principis potentiam caſtrum ipſum violenter captum eſt, igneque crematum. Capto vero & combuſto ipſo oppido Montis-Alti proceſſit exercitus ad caſtrum Rondæ, quod ſimiliter ex adventu ipſius Petri rebellaverat, & licet aliqui de illis qui cum prædicto Petro venerant ibi eſſent, & ipſius loci municipes ad reſiſtendum animarent, tamen ſtatim quod exercitus ante oppidum fuit, & ipſum oppidum dum cepiſſet, incolæ loci ex timore inſtantis exercitus omnem animum, & vigorem ad ſe defendendum amiſerunt, ſolumque illi qui à Petro prædicto fuerant miſſi oppidum regere & exercitum repellere ſatagebant. Videntes autem quod municipes animum & vigorem amiſerant, nec ipſos ad reſiſtendum juvare volebant, in fugam exercitu jam intrante converſi ſunt, & cum prædicto Petro apud ſanctum Lucidum ſe receperunt. Capti autem ſunt ibi quidam Neapolitani. Canaymus de Griſagni cum reſiſtere vellet, aliis fugientibus apprehenſus eſt, detentuſque in carcere in Apuliam miſſus.

Capto autem caſtro Rondæ cum exercitus pararet ſe ire verſus ſanctum Lucidum contra prædictum Petrum, qui ſe ibi cum ſuis receperat, dictus Petrus hoc audiens galeis in quibus venerat cum Archiepiſcopo, & omnibus illis qui cum eis venerant, & de Cuſentia, & Ronda fugerant feſtinanter aſcendit, profectuſque eſt Tropæam, cumque ibi non fuiſſet permiſſus ad terram aſcendere, receſſit inde & tentavit ire Meſſanam: Meſſanenſes autem hoc præſentientes, cum ipſe Petrus eſſet adhoc in ingreſſu Phari, & ibi quieſceret, miſerunt ad eum nuntios ſibi prohibentes ne ad civitatem veniret, imo potius de loco illo diſcederet.

Receſſit ergo Petrus ad inſulam Lipari, ibique aliqua exenia de pane, & rebus victui neceſſariis quibus plurimum indigebat à communitate, & ſingularibus perſonis *Liparenſibus* recipiens in Terram Laboris regreſſus eſt. G. licet autem prædicti Petri adventus in Calabriam in offenſionem, & damnum Principis attentatus fuiſſet, magnam tamen Principi utilitatem & gloriam procuravit, quia cum uſque tunc plures de Calabria vacillarent, tamque in prædicto Petro, quam in viribus Papalis Curiæ fiduciam aliquam haberent, tamen ex adventu ipſius Petri, tam ejus quam Papalis Curiæ, quæ ipſum miſit, impotentiam experientes in Principis fide confirmati ſunt, & vanis verbis atque rumoribus, quæ corda hominum pleturmque movere ſolent nunquam amplius credere voluerunt.

Interea dum hæc ſic ad triumphum & gloriam Principis in Calabria peragerentur, Princeps cum exercitu ſuo erat in colle illo qui eſt inter Guardiam Lombardorum, & nemus Frequenti expectans aggreſſuram Papalis exercitus, qui de die in diem continuum recipiebat augumentum. Exibant quoque aliqui de exercitu Principis in planitiem, & adverſarios provocabant ad bellum, illi tamen nullo modo extra clauſuram, quam circumcirca ſe fecerant progrediebantur: tantuſque eos de Principis potentia timor invaſerat, quod ſi quando exire deberent hinc aliqui de utroque exercitu ad aliquidore moris eſt acquirendum, quinquaginta viri de Legati exercitu ſex, aut octo viri de parte Principis occurrerent, ab eorum aſpectu protinus fugerent, & eorum aggreſſum nullatenus expectarent. Morabatur igitur ſic uterque exercitus, alter ad aſpectum alterius, nec ullo modo Legati exercitus ad quem impugnatio pertinebat movebatur ad bellum.

Factum eſt autem quod diebus illis quidam Mareſcallus Ducis Bavariæ avonculi Regis Conradi

Se-

Digitized by Google

Secundi ex parte Reginæ Eliſabeth matris ipſius Ducis venit à Theutonica in Regnum miſſus ab eis ad Principem, & deinde ad Romanam Curiam pro negotio dicti Regis tractando. Cumque Legatus Apoſtolicæ Sedis, & B. Marchio de Honebruch ipſius Mareſcalli ſciviſſent adventum, & cauſam pro qua ipſe de Theutonica venerat, occaſionem habuerunt tractandi cum Principe treguas, donec de negotio Regis pro quo ipſe Mareſcallus venerat poſſet aliquid cum Summo Pontifice tractari. Mediantibus ergo ex utraque parte viris nobilibus, & magnificis qui in utroque exercitu erant, initæ ſunt, & firmatæ treguæ inter Principem & Legatum utrinſque partis, & multorum hinc inde magnatum juramentis corporaliter roboratæ, qualis treguæ talis erat in ſumma conditio, ut donec dictus Mareſcallus, & alii Principis nuntii ad Summum Pontificem irent pro tractando Regis negotio atque redirent, quinque quoque diebus poſt reverſionem ipſorum nihil ab utraque parte innovari deberet. Reſponſum fuit eis quod in relatione treguarum quam Legatus Summo Pontifici, ac fratribus fecerat nihil de adjectione quinque dierum continebatur, & quod totum negotium Legati providentiæ, ac arbitrio commiſſum erat, propter quod nullum à Romana Curia reſponſum habere potuerunt niſi quod redirent, & cum Legato de negotio ipſo tractarent. Ex hujuſmodi igitur reſponſo conjectum eſt, quod Legatus qui in relatione treguarum Romanæ Curiæ, per ſe facta de adjectione prædictorum quinque dierum nihil expreſſerat, Principem decipere diſpoſuerat, quod quidem ex poſtea facto ſatis clare & aperte manifeſtatum eſt.

Nam ſtatim quod treguæ ipſæ firmatæ fuerunt, ut ſuperius dictum eſt, ſecurus Princeps quod nihil treguis durantibus innovari per Legatum deberet, receſſit a loco illo in quo contra Papalem exercitum tentoria fixerat, perrexitque cum gente ſua verſus Inferiores Apuliæ partes, ut & terram illam tanquam bonus Rector perambulando viſitaret, & confortaret in fide, & à laboribus quos in campo paſſus erat per urbium amœnitates æſtivando quieſceret. Deſcendit itaque per Cornetum ad maritimam Terræ Bari; quod cum Legatus Apoſtolicæ Sedis, & Bertholdus Marchio de Honebruch Capitaneus Papalis exercitus intellexiſsent contra pacta treguarum firmata cum Principe proceſserunt verſus Rubum, ac deinde continuato progreſsu in Capitanatam profecti ſunt, civitatem Fogiæ quaſi ex inſperato moventes. Cumque terra ipſa Fogiæ totum Papalem exercitum capere non poſset, pars ipſius exercitus in oppido ſancti Laurentii de Cataman. quod Fogiæ per tria fere millia tantum proximatur ſe receptavit. Erat enim prædicta civitas Fogiæ frumento, ordeo, cæteriſque rebus victui hominum & equorum neceſsariis abundans; locaque ſimiliter ſibi adjacentia, propter quod tunc Papalis exercitus ibi ſe recepit, ut res prædictas victui neceſsarias haberet ad copiam, & ut etiam Princeps qui in maritima Terræ Bari tunc erat, Papali exercitu apud Fogiam exiſtente cum Luceriam jungi non poſset, & facile eſset ipſum Principem à Luceria ſeparatum, vel Luceriam ipſius Principis auxilio carentem ſuperari.

Cum itaque Princeps exiſteret apud Tranum, venit ſibi rumor inſperatus, & ſubitus quod Papalis exercitus veniſſet in Capitanatam & Fogiam occupaſſet, minimè credibile reputavit, & miratus eſt quod ſi verum eſſet quod Legatus Sedis Apoſtolicę vir quidem Eccleſiaſticus, & qui magis aliis fidem ſervare tenebatur firmata inter ſe, & Principem treguarum pacta fregiſſet, cum nondum rediiſſent à Papali Curia Principis nuntii, uſque ad quorum reditum, & quinque diebus ultra treguæ ipſæ durare debebant. Comperto autem & veraciter cognito quod Papalis exercitus Fogiæ erat, Princeps moræ impatiens, & Marchionis Bertholdi præcognoſcens aſtutiam, cujus conſulto hoc actum eſſe dicebatur, profectus eſt Barolum: ibique parum moratus perſuaſit Barolitanis ut in regia & ſua fide perſiſterent, nec propter adventum Papalis exercitus in Capitanatam ſe de ſuæ fidei ſtabilitate mutarent, imo finalem rei expectantes adventum non prius in partem contrariam ire deberent, quam ipſum Principem, ſi id fortuna daret, victum viderent, quia ſi uſque ad finalem belli eventum in ſua fide perſiſterent, vincente Principe glorioſi reputarentur, vel eo forſitan ſucumbente ſine vitio in partem alteram declinarent. Facta itaque perſuaſione hujuſmodi Barolitanis receſſit, per attinentias caſtri Canuſii tranſiens quod Oddo Marchio de Honebruch tenebat, Gaudianum pervenit; inde quoque proceſſit ad civitatem Exculi, receptiſque de ea obſidibus Luceriam profectus eſt. Et licet Papalis exercitus, tranſitum Principis per partes illas, utpote vicinum perpendere potuiſſet, non tam ipſum impedire tentaverunt, ſed ſine aliquo impedimento Princeps cum gente ſua Luceriam intravit, pauciſque diebus in civitate ipſa permanens cum toto exercitu ſuo egreſſus eſt, juxta flumen qui dicitur . . . quod à civitate Fogiæ per ſex inde milliaria diſtat, manſitque ibi per dies . . Cum autem civitas ſancti Angeli in ſupercilio Montis Gargani ad adventum Papalis exercitus, contra Principem rebellaſſet, miſit Princeps partem exercitus ſui contra civitatem ipſam, ſicque civitas ipſa per violentiam capta eſt, & ad mandatum Principis devoluta.

Cum autem Princeps in prædicta ſtatione per aliquot dies ſtetiſſet, & videret quod Papalis exercitus, qui ſe in Fogia receptaverat, ut prædictum eſt, ad egreſſum Principis non exiret in campum, Princeps eorum puſillanimitatem ex hoc prænoſcens aliquantulum magis appropinquavit cum exercitu ſuo civitatem Fogiæ, ut videretur ſi vel tunc ad bellandam exirent: illi autem aliquatenus non exibant, imo inceperant ſe circumcirca vallare foſſatis, & ſuper foſſatis ſtichatos erigere, deſtruentes etiam domos quas Imperator Fredericus conſtrui fecerat in rivera ſancti Laurentii valde pulchras, quo lignaminibus domorum ipſarum quæ inde dirumpere potuerunt, facerent ſtichatos ſive palliciata circumcirca civitatem. Non enim licuit eis in totum domus ipſas deſtruere. Princeps ad obſidionem ipſorum procedens juxta flumen quod eſt ante Fogiam tentoria ſua fixit, & ſuper quadam Eccleſia S. Bartholomæi, quæ magis civitati vicinatur, ſpeculam unam ad excubias, ut moris eſt, contra hoſtes faciendo ipſis ſuum vexillum imponi fecit; pro majori exercitus ſui cautela totam caſtrorum ſuorum ſtationem foſſatis fecit circumcirca vallari, ne forſitan hoſtes ſui, qui videbantur innumerabiles, ſubito in ipſum irrumperent, & ipſum offendere poſſent, fecitque capi & muniri prædictas domos in riveria ſancti Laurentii, ſicut erant in parte deſtructæ quod quidem ſatis utile eſſe prævidit, ut illi qui erant in oppido ſancti Laurentii, ut dictum eſt, ad eos qui erant in Fogia ire non poſſent, ex quo Princeps ad obſidionem civitatis Fogiæ, ſicut appropinquavit, ita Papalis exercitus qui ibi incluſus erat, & pro obſidenda Luceria, & Principe in ea fuerat congregatus, reperit ſe incarceratum potius quam obſeſſorem, & præ timore Principis extra palitia exire nullatenus audebat, nunquam enim credere potuerunt quod Princeps tanti animi eſſet, ut equo Luceriam auderet exire, firmumque erat & certum ipſorum propoſitum in Luceria obſidere: unde etiam Legatus Sedis Apoſtolicæ, qui Papali exercitui præerat, poſtquam Fogiam intravit, ſi quas literas per Regnum, vel ad partes alias mittebat, eas in obſidione Luceriæ ſubnotari faciebat. Spes autem decepit eos, & animoſitas Principis, quæ juvenili in eo ætate vigebat, eorum propoſitum penitus annullavit, & pœnitudinem eis de eo quod fecerant vehementer ingeſſit. Bertholdus enim Marchio de Honebruch ſtatim quod Principem intellexit tantæ fuiſſe audaciæ, quod Papali exercitu exiſtente apud Fogiam ipſe de

terra

terra maritimæ Bari tranſivit Luceriam, & exire diſponebat in campum, valde in ſe turbatus eſt, & ex tunc cogitare cœpit qualiter ad gratiam Principis recipi poſſet. Unde autem melius hoc & liberius tractaretur qualiter ad ipſam gratiam reciperetur antequam Princeps Luceriam eſſet regreſſus ad obſidionem Fogiæ proceſſurus, aſſumptis ſecum octingentis militibus de Papali exercitu de voluntate Legati Fogiam exivit, & ad civitatem Trani proceſſit, cujus proceſſus cauſa vel occaſio fuit, ut idem Marchio terram maritimæ Bari, quæ melior, & ditior pars Apuliæ eſt, ad partem Eccleſiæ revocaret, & terra ipſa ad partem Eccleſiæ devoluta, congregata de partibus illis multitudine illa, & ea quæ Fogiæ cum Legato remanſerat, Principem & exercitum ejus non tam vinceret quam devoraret. Firmatum eſt inter Legatum & Marchionem interpoſitione juramenti, ut nullo modo Legatus ad bellandum exire permitteret, antequam Marchio cum gente rediret.

Profectus eſt itaque Marchio ad civitatem Trani, in cujus civitatis caſtro morabatur uxor ejus Iſolda filia Marchionis Lanceæ, quæ Principi ex partu matris ſuæ proxima linea ſanguinis attinebat, cujus ſtudio tractari cœpit qualiter Marchio ad gratiam Principis reciperetur: licet autem uxor ejus hoc tractare niteretur, Marchio tamen in duplicitate ambulans primo civitatem Trani, deinde civitatem Baroli, & ſubſequenter omnes alias civitates maritimæ Terræ Bari ad partem Eccleſiæ revocavit, præter civitatem Andrenicem, quæ ſibi obedire noluit: nam Comes civitatem ipſam contra Marchionem viriliter defendebat. Cum enim inter civitatem ipſam & Barolum quædam antiquæ inimicitiæ eſſent, Marchio cum militibus ſuis, & Barolitanis omnibus per comminationem contra civitatem ipſam proceſſit, & cum nihil facere poſſet propter defenſionem prædicti Comitis & civium civitatis ipſius qui ſatis animosè reſiſtebant eis, & civitatem ipſam viriliter tuebantur, Marchio & Barolitani non ſine verecundia expugnati inde receſſerunt.

Interea vero tractatum eſt per uxorem Marchionis Bertholdi, quod quidam nepos ipſius Marchionis nomine Bertholdus, quem Marchio valde diligebat cum exiret venatum verſus civitatem Andriæ captus fuit ab Andrenſibus, & in cuſtodia detentus, quod ideo procuratum eſt, quod aliqua Principi ex hoc cautela fieret quod Marchio contra ipſum non eſſet. Licet ex hoc aliquibus poſſet videri, & credi quod captio prædicti juvenis de conſcientia Marchionis procurata fuiſſet, tamen Marchio totum contrarium operibus oſtendebat. Intendebat enim omni ſtudio congregare gentem equitum & peditum, per totam maritimam Terræ Bari, quæ jam ad partem Eccleſiæ ſtudio ſuo converſa erat, & quoquomodocunque poterat partem Eccleſiæ juvabat.

Miſit quoque in diebus illis Legato Apoſtolicæ Sedis apud Fogiam exiſtenti pro ſtipendiis exercitus Papalis omnia vaſa argentea, quæ inventa ſunt in camera uxoris in caſtro Trani, ſicque taliter in negotio Eccleſiæ ſe gerebat, quod nullo modo veriſimile videbatur ipſum Marchionem occulte, vel manifeſtè in partem Principis declinaſſe: congregata enim magna multitudine armatorum equitum & peditum, multoque fodero pro exercitu tam in rebus victui hominum & equorum neceſſariis, quam etiam in diverſis ſpeciebus medicinalibus pro infirmis, qui multi in exercitu ipſo apud Fogiam erant, ipſe Marchio cum prædicta gente & fodero per mare ad civitatem Syponti profectus eſt, quæ à Fogia per quindecim millia diſtat: cumque eſſet cum tota ipſa gente, & fodero, cogitavit quod ſi Fogiam ire tentaret, exercitus Principis qui ante Fogiam erat ipſum & prædictam gentem impedire poſſet: miſit ergo nuntium ſuum ad Principem ſignificans ei qualiter ipſe cum quadam gente erat in civitate Syponti, ſuadenſque ſibi, ut ipſum cum prædicta gente Fogiam intrare permitteret, quia ipſe erat ea cum Legato Sedis Apoſtolicæ tractaturus, quæ ad ejus honorem & commodum redundarent. Princeps autem aſtutias & fraudes ipſius Marchionis agnoſcens, reſpondit ei præcipiendo quod nullo modo Fogiam cum gente illa venire tentaret. Marchio vero Principem decipere putans, reſpondit ſe non intraturum, & per aliquos dies moratus eſt cum gente illa Syponti. Cumque ſic aliquandiu moraretur, ſubito cujoſdam diei crepuſculo, cum gente illa movit de Syponto, ut nocte tota procedens ante diluculum Fogiam ſine impedimento exercitus Principalis intraret. Non autem latuit Principem aſtutia Marchionis, quando cum gente illa movit de Syponto, ſed per exploratores cautè poſitos, proceſſu Marchionis cum gente illa præcognito, miſſi ſunt de exercitu Principis tercentum inter Theutonicos & Saracenos equites in occurſum gentis illius. Erat autem nox, Luna tamen lucebat, dum Marchione cum tota gente prædicta in quadam ſecuritate verſus Fogiam procedente ſubito in eos factus eſt clamor nominis Principalis, & cum clamore violentus gentis Principalis inſultus: cumque gens Marchionis majorem eſſe occurrentis gentis multitudinem crederet, ſubito ſtupore correpti, & ad clamationem nominis Principalis vehementer exterriti terga verterunt, & ſe per aulam proripientes in fugam, alii ex eis gladio perierunt, alii capti ſunt, alii cum prædicto Marchione fugiendo ſalvati; fuit enim gens illa tunc equites 2300. & pedites 1300. ex quibus in illo conflictu occiſi fuerunt 1400. vulnerati vero citra mortis periculum, & capti circa 450. Remanſerunt itaque currus foderum, & ſpecies alias quæ pro infirmis deferebantur, portantea, eorum ductoribus aut peremptis, aut fuga ſalvatis, inter quos currus unus inventus eſt moſſerinis, & flabellis tantum oneratus, quæ pro infirmis deferebantur ad muſcas depellendas, vel ad refrigerium aeris caloris incendii faciendum, & aliis rebus medicinalibus oneratus; multique alii currus cum gallinis, & pullis & rebus aliis victui hominum, & animalium opportunis, quæ omnia in Principalis exercitus uſum commodum ceſſerunt.

Talis autem tempore illo fortuna Principis fuit, quod licet de Papali exercitu in Fogia multi quotidie morerentur, multique infirmi jacerent, Principis tamen exercitus qui ante civitatem erat pauciſſimi infirmi, duoque tantum ibi defuncti fuerunt: civitas enim Fogiæ, quæ licet fertiliſſima eſſe conſueverat, propter multitudinem gentium Papalis exercitus ibi exiſtentis, & propter obſidionem præcipuè Principis, quæ nihil illuc permittebat inferri, in tantam jam erat verſa penuriam, quod pro gallina una dabatur equus, & vix ad tale pretium poterat inveniri: ex qua penuria, & ex corruptione aeris propter fimum equorum, & immunditias alias tanta gentem illam invaſit infirmitas quod etiam ipſe Legatus Apoſtolicæ Sedis, cui abundantius quam aliis omnia ſuppetere poterant, infirmitate ipſa non remanſit intactus

Cum ergo Legatus Apoſtolicæ Sedis adverſantem ſibi fortunam, & Principis proſperitatem videret, & ex multis argumentis convinceretur quod ex fortuita neceſſitate erat ut Princeps victoriam, & dominium haberet, volens conſulere tam ſibi quam aliis qui ibi per obſidionem Principis intolerabiliter opprimebantur, miſit nuntios ad Principem de concordia facienda: ſicque factum eſt quod tractatu hinc inde habito ad hanc Princeps, atque Legatus concordiam devenerunt, videlicet, ut Princeps pro parte ſua, & Regis Conradi nepotis ſui Regnum teneret excepta Terra Laboris quam Princeps Eccleſiæ conceſſit tenendam, ita tamen quod ſi Papa tranſactionem, & concordiam ipſam forte non acceptaret, liceret Principi terram ad ſuum jus, & dominium revocare. Qua tranſactione ſic facta inter Principem & Legatum, cautionibus intervenientibus firmata, Legatus obnixè rogavit Principem, ut intuitu divinæ pietatis quibuſdam Regni nobilibus parceret, qui à tempore Im-

pe-

A ſperatoris patris ſui à Regno exulabant, & in præſentiarum cum ipſo Legato erant: ad cujus Legati preces motus Princeps præfatis nobilibus clementer induſit; terras quas juſtè amiſerant eis reſtituit, & in Regno eos manere conceſſit, dummodo ſic ſe in antea gererent quod præteritas offenſas laudabili converſatione delerent, & vindictam ex ſola Principis clementia contra ipſorum præterita delicta ceſſantem recidivo malo non ſubirent.

Ab illa quoque tam immenſa gratia Bertholdus Marchio de Hunebruch, & fratres non fuerunt exclusi: nam licet enormiter contra ipſum Principem deliquiſſent, & eorum recens culpa pœnam imminentem rationabiliter expectaret, tamen Princeps divinam imitatus miſericordiam, quæ nulli quantumcunque peccatori deeſt, idem Marchioni & fratribus pepercit, & omnem præteritam remiſit offenſam, & in familia ſua eos manere juſſit, & tenere terras, & alia bona ſua, quibus rationabiliter debuerant, & in perpetuum caruiſſe.

B Legato itaque cum toto illo ſuo innumerabili exercitu à Fogia recedente, & in Terram Laboris eunte, Princeps motis ab obſidione caſtris ad quendam locum amœnum & venationibus delectabilem, qui factus Gervaſius vocatur, habiturus de obſidionis labore ſolatia profectus eſt, & qui in planitie Fogiæ inter calores æſtivos, & continuas pulveris nebulas dudum prædictæ obſidionis tempore ſanus, nullaque tactus infirmitate permanſit, tamen in prædicto loco ſancti Gervaſii inter venationum ſolatia, & nemoris refrigeria diſcaldatus aliquantulum ægrotavit, non tamen propter illam diſcaldationem animus ejus ex vana virtute corporis langueſcebat, ſed in illa tali ægrotatione nuntios dimiſit ad Papam, ut ſi placeret ei prædicta compoſitio facta cum Legato, acceptaret eam, alioquin ipſe ad recipiendam Terræ Laboris poteſtatem procederet. Nuntii autem Principis ad Papam profecti invenerunt in Papali Curia Comitem Gualerbuch per quem Comitem intellexerunt, C quod prænominatus Bertholdus Marchio de Honebruch & fratres, qui pridem ad gratiam Principis recepti fuerant, conſpirationem quandam contra Principem cum quibuſdam Regni nobilibus tractarent, quod nuntii ipſi ſtatim Principi ſignificaverunt, ut Princeps ſibi ab ipſa conſpiratione caveret. Quo audito Princeps de tractatu prædictæ conſpirationis certa plura habuit inditia quibus violenter præſumpſit verum eſſe quod dicti ſui nuntii ſignificaverant ſibi, ſicque prædictum Marchionem & fratres capi fecit & in carcere retineri.

Prædictis autem nuntiis à Papali Curia negotio infecto reverſis indixit Princeps Curiam generalem Baroli celebrandam in feſto Purificationis Beatæ Mariæ, & ne imperfecta remanere videretur acceptatio prædictæ compoſitionis, quam fecerat cum Legato Sedis Apoſtolicæ, interim alios nuntios mittit ad Papam, requirens adhuc prædictæ compoſitionis acceptationem, quam cum Papa negaſſet, redeuntibus ad Principem nuntiis celebrata eſt Curia generalis apud Barolum dicto anno incar- D nationis Domini 1256. menſe Februarii 13. Indictionis in feſto Purificationis Beatæ Mariæ, in qua Curia Gualvanus Lancea Principis avunculus factus eſt Comes Principatus Salernitani, & Magnus Regni Siciliæ Mareſcallus, depoſito per ſententiam Comitum & Baronum Petro de Calabria, tam ab honore Comitatus Catanzarii, quam ab officio Mareſcalliæ Regiæ Regni Siciliæ propter proditionem ſuam. In eadem quoque Curia receptus Lancea Principis avunculus prædicti Gualvani frater factus eſt Comes Squillacii, & Henrico de Speronaria conceſſus eſt Comitatus Marſici. In ipſa Curia Bertholdus Marchio de Honebruch, & fratres ejus patefacti, & legitimè probata conſpiratione quam contra Principem facere tentaverant, per Comites, & Barones Regni concordes ſententialiter fuerunt condemnati ad mortem; pœna tamen mortis commutata eſt eis ad pœnam carceris perpetui, in quo miſerrimam vitam fatalem finierunt.

Hæc quidem, ut prædiximus, in Apuliæ partibus geſta ſunt; qualiter autem in Calabria & Sicilia res interim gerebantur, enarrandum eſt.

Eo ſanè tempore quo Papalis exercitus in Apuliam deſcendebat, ut ſupra eſt memoratum, Princeps Manfredus conſtituit Fredericum Lanceam avunculum ſuum Vicarium generalem in Calabria & Sicilia, miſitque eum in Calabriam, quæ in fidelitate Principis erat, ut in ſtatu pacifico gubernaret, & Siciliam, quæ adhuc in rebellione durabat, quocunque ingenio, ac virtute poſſet ad mandata ejus revocaret. Profectus itaque prædictus Vicarius in Calabriam a Calabrenſibus devotiſſime receptus eſt, totamque terram invenit in pace, & in fide Principis manentem præter duo caſtra, videlicet ſanctam Chriſtinam & Bobalinum, quæ Fulco nepos Petri de Calabria tam ſitu loci, quam omnibus neceſſariis, & viris armatis munita tenebat: contra quæ caſtra prædictus Vicarius obſidionem conſtituit, machinas ordinavit, & ea viriliter oppugnare cœpit. Licet autem Vicarius in Calabria corporaliter per præſentiam maneret, tamen animus ejus in Sicilia verſabatur, & ad obtinendam eam tota ſua cordis virtute fervebat: ordinavit etenim dum in Calabria morabatur per nuntios frequenter, & cautè in Siciliam miſſos quod magna pars Principis, per diverſa Siciliæ loca facta eſt: ita quod ex pluribus civitatibus Siciliæ nuntios ad Principem mitti procuravit, per quos hinc inde tractabatur qualiter Provincia illa revocaretur ad mandatum ejus. Erat autem in Sicilia quidam Apoſtolicæ Sedis Legatus nomine frater Roſinus de Ordine Minorum, qui nomine Eccleſiæ Romanæ Siciliæ præpoſitus erat, omneſque fere Siculi ei tanquam Domino nomine Romanæ Eccl. obediebant præter quoſdam paucos quorum aliqui aperte Principis partem tenebant. Sic enim præd. Vicarius in Calabria manens procuravit ſtudio ſuo quod Principis pars jam in manifeſto in Sicilia erat, ſicque factum eſt ipſo Vicario procurante quod creſcente parte Principis, & invaleſcente captus fuit in Panormo prædictus Legatus, & alii ſequaces ejus, ſicque civitas Panormitana capto Legato, & aliis rebellium fuga lapſis, aliis captis ad mandatum Principis converſa eſt, pluresque aliæ civitates, in quibus pars Principis uſque tunc in occulto erat propter prædicti Legati captionem in aperto ad mandatum Principis redierunt. Factus eſt in Sicilia exercitus pro parte Principis hac illac diſcurrens, & cum timore exercitus multi coacte ad partem Principis reverſi ſunt, quidam etiam voluntariè venerunt.

Erat illis diebus in Sicilia Rogerius Fimetius, qui à tempore Imperatoris Frederici à Regno exulaverat, & mortuo Rege Conrado in Siciliam ſtudio Petri de Calabria reverſus erat, qui Rogerius eo tempore Leotinum tenebat, & omnium rebellium Siciliæ caput erat; hic congregata rebellium multitudine contra exercitum Principis in plano Fabariæ ſtare præſumpſit: & licet longe plures ex parte ſua eſſent, quam ex parte exercitus Principalis, tamen facto utrinque congreſſu ab exercitu Principis expugnatis pluribus rebellibus de parte ſua, aliis captis, aliis vero interfectis ipſe ſe in caſtro-Lentini receptavit. Exercitus autem Principis talis proſperatus de die in diem augebatur, ut nomen Principis in Sicilia nimis magnificari cœperit: ordinatoque prædicto Frederico Lancea Vicario generali, dum adhuc in Calabria moraretur, exercitus Principis roboratus ſatis, & augumentatus direxit ſe contra Meſſanam, in qua erat Poteſtas quidam Romanus nomine ab ipſius Terræ communitate conſtitutus, ſub quo civitas more civitatum Lombardiæ & Thuſciæ vivebat, ſub eujus regimine communitas ipſius civitatis jam egreſſa bis fuerat exercitu congregato in offenſionem illorum qui Principis partem tenebant, pluresque civitates Principi obedientes ab ipſius obedientia coegerat declinare, & ſecum tenere in ſua rebellione. Pro-

A curatum eſt itaque per prædictum Comitem, ut exercitus Principis Siciliæ, ut dictum eſt, ſatis roboratus, & augumentatus contra Meſſanam procederet: quo exercitu contra Meſſanenſes directo, Meſſanenſes de ſtatu ſuo ſatis dubitare cęperunt, aliquibus eorum de reſiſtendo conſulentibus, aliquibus verò ſaniori conſilio ſuadentibus, ut ſe ad Principis mandatum converterent.

Civitate itaque ſic inter ſe titubante, imminente ſibi terrore Principalis exercitus, qui contra civitatem ipſam directus erat, prædictus Poteſtas qui civitatem ipſam regebat videns meliores & majores civitates libenter velle ad Principis mandatum redire, videns etiam populum civitatis ipſius nimis timere de exercitu Principali, qui jam civitati appropinquabat, de civitate ipſa navigio receſſit, cum jam qui partem Principis occultè in civitate ipſa tenuerant vexillum ſigno Principis inſignitum aſpexerunt, nuntios ad Comitem Fredericum in Calabria miſerunt, ut Meſſanam tranſiret, B & civitatem ad mandata Principis reciperet. Qui confeſtim . . . tranſiens civitatem Meſſanam pro Principis parte recepit, & inde revertens cum Meſſanenſibus aliquibus ad obſidionem caſtri ſanctę Chriſtinæ, in quo prædictus Fulco nepos Petri de Calabria ſe tenebat, adeo caſtrum ipſum machinis oppugnavit, ſicque introitum & exitum ejus circunquaque vallavit quod prædictus Fulco, qui magnam ſpem in Sicilia, & præſertim in Meſſanenſibus habuerat, videns totam fere Siciliam, & civitatem Meſſanam ad Principis mandatum converſam, videns etiam ſe ita Comitis Frederici obſidione arctatum quod nullo modo amplius tenere ſe poterat, ſe & caſtra ſanctæ Chriſtinæ & Bubalini Comiti Frederico dedit, & ſic tota Calabria in pace & quiete remanſit.

Cum hæc itaque in Sicilia, & Calabria ſtudio Comitis Frederici gererentur, in Apulia Princeps, ut prædictum eſt, morabatur, qui certificatus per nuntios ſuos à Papali Curia redeuntes quod Papa compoſitionem inter eum & Legatum Apoſtolicæ C Sedis in Fogia factam acceptare nollet, verſus Terram Laboris ſua vexilla direxit ad Terram ipſam in ſuum verum dominium revocandam, quam ex forma præd compoſitionis Eccleſiæ Romanæ dimiſerat, ſi Papa compoſitionem ipſam acceptare voluiſſet. Cum autem eſſet in via procedendi verſus Terrã Laboris, in via ipſa recepit nuntios ſolemnes à civitate Meſſana tranſmiſſos exponentes qualiter civitas Meſſana ad ſua mandata redierat, & quod omnibus ipſius Terræ civibus, de omnibus offenſis pręteritis quaſà rebellione commiſerant miſericordiam à Principe flagitantes, quos Princeps clementer admittens omnem eiſdem civibus remiſit offenſam, & procedens ad fines Terræ Laboris cum fines intraſſet, & eſſet in quadam villa, quæ dicitur ſanctus Petrus de Cancello, recepit ibi nuntios Neapolitanorum offerentes ſibi civitatem pro parte concivium ſuorum, à quibus fuerant ad hoc ſpecialiter deſtinati, ſicque Princeps recta via proceſſit Neapolim, D & ingreſſus civitatem recepit ibi nuntios Capuanorum ſimiliter offerentes ſibi civitatem Capuæ pro parte ſuorum concivium: tanta ibi erat multitudo armatorum & peditum qui Principis vexilla ſequebantur quod non videbatur aliquibus tantum expectari ipſos ad bellum; & ideo prædictæ duæ civitates Neapolis & Capua ſponte ſua ſe ad mandatum Principis converterunt. Similiter autem feciſſent Averſani, ſed erant in civitate Averſæ multi milites & armati, alii ad ſtipendia Eccleſiæ conſtituti qui civitatem ipſam ne rediret ad mandatum Principis cohibebant.

Procedit itaque Princeps in obſidionem civitatis Averſæ, datoque inſultu nihil à principio fieri potuit propter magnam reſiſtentiam ſtipendiariorum Eccleſiæ qui erant in civitate. Principe igitur ab inſultu dato retrocedente ad caſtrum, ſubito magnus in civitate clamor factus eſt, partes enim illæ, videlicet qui partem Principis tenebant, atque illi qui pro Eccleſia ibi erant cęperunt inter ſe confligere, in quo conflictu pluribus ſtipendiariorum Eccleſiæ interfectis pars Principis quæ intus erat favore Principalis exercitus, qui etiam obſidionem foris inſtabat contra partem Eccleſiæ prævaluit, & ſic eſt habita civitas ad mandatum Principis, præter caſtrum quod tenebat Riczardus de Avella vir quidem ſtrenuus, & potens, qui uſque ad dies illos in tota fere Terra Laboris pro ſua potentia & virtute dominari videbatur, nullusque quantumcunque potens in Terra Laboris ei reſiſtere poterat, vel obeſſe, qui poſtquam Principis adventum in Terra Laboris novit, ſe in civitate Averſa ad reſiſtendum ibi eidem Principi receptavit. Et licet civitas ad mandatum Principis converſa eſset, ipſe tamen caſtrum tenebat, donec ſe videns ultra tenere non poſſe caſtrum, ipſo clanculum exire diſpoſuit, ſed dum exiret, & dum fugeret in ipſo egreſſu caſtri cognitus eſt, & percuſſus interiit, habitaque ſic civitate Averſæ, Princeps ſe Capuam contulit, proceſſurus inde ad alias partes Terræ Laboris, ſed cum adhuc ibi moraretur audita potentia ejus non expectaverunt aliæ civitates, ut ad eas Princeps perſonaliter conquirendas accederet, ſed ſingulæ civitates, & caſtra, quæ ſunt ibi ultra Vulturnum, nuntios ad Principem Capuæ commorantem miſerunt offerentes ſe ſponte ad mandatum & beneplacitum ejus, & ſic tota Terra Laboris ad ipſius dominium verſa eſt pręter caſtrum Sorę, & Roccam de Arcis in quibus erant Caſtellani quidam Theutonici ſtatuti per prænominatum Bertholdum Marchionem de Honebruch. Statuto autem in partibus ipſis Comite Henrico de Spernaria per Principem Capitaneo, caſtra ipſa ad mandata Principis habita ſunt.

Pridem autem antequam hæc omnia ſic eſſent, erat villa quædam circa partes ſancti Germani, quæ vocatur ſancti Petri, cujus municipes miſerant ad Comitem Bonifacium de Anglono, qui erat Capitaneus in Comitatu Moliſii, ut de gente ſua mitteret ad Villam illam recipiendam, qui quidem miſſam ipſius Capitanei gentem in villa ipſa receperunt, & ex eis aliquos occiderunt. Capitaneus vero aſſumpto ex fortio villam ipſam aggrediens violenter cepit, & in pœnam commiſſi facinoris, & proditionis ipſam cremari fecit.

Habita autem ſic tota Terra Laboris Princeps in Capitanatam rediit, & tamen in Siciliam ſe conferre diſponens voluit divertere per civitatem Brundiſii, quæ adhuc in rebellione durabat, cum quibuſdam aliis civitatibus Terræ Ydrunti, cumque fuiſſet ante civitatem illam, voluit ibi moram trahere, ſed ſtatuta obſidione, terra marique proceſſit Tarentum, & ab inde in Siciliam profecturus. Cum autem adhuc eſſet Tarenti intellexit ibi quod Brunduſini volebant ſe dare eidem Principi: nam quidam de ipſa terra civis nomine Aytoldus de Ripa Alta attendens Principis potentiam eſſe in continuo incremento, ſtultum reputans illi reſiſtere quem Dominus exaltabat, volens & Principi complacere, & ſe & civitatem ab errore ſuæ rebellionis revocare tractavit, & ita in civitate Thomas de Oria qui caput erat rebellionis, & ipſi civitati dominabatur cum ſuis Comitibus captus eſt, quibus captis civitate Brunduſina ad mandatum Principis redeunte habita eſt Oria & Ydruntum, quæ cum prædicta civitate ſe tenuerant, & ſicut ipſam in rebellione ſequebantur, ſic & in converſione ſequutæ ſunt.

Uſque ad illos autem dies civitas Ariani, tam ſitu loci, quam populo invictiſſimo ſatis animosè contra Principem ſe tenuerat, quia cum in excelſo monte poſita eſſet, & difficiles nimis, & anguſtos haberet aſcenſus, non poterat aliquo modo vel obſidione claudi, vel viribus invadi, ſed quantum difficile erat exterioribus ad ipſam accedere, tantum facile erat interioribus omnes, quantumcunque illuc accedere volentes ab ipſius ingreſſu propulſare. Cum ergo vires contra ipſam civitatem

nullo

nullo modo valerent , Fredericus Maletta Principis avunculus qui tunc temporis in Capitanata & Luceria Capitaneus erat , ad prædictam civitatem evincendam totas animi ſui cogitationes ingeniumque convertere cœpit , arbitrans non eſſe inconveniens militari diſciplinæ contra ſuum hoſtem ſive dolo , ſive viribus pugnare . Tractavit itaque dictus Capitaneus quod ſub ſpecie cujuſdam confœderationis initæ inter homines Ariani , & quoſdam de Luceria qui contra Principem ſe occultè eſſe finxerunt , illi de Luceria quaſi de terra fugientes , & ſe in Arianum in auxilium Arianenſium receptare volentes , civitatem Ariani noctu ingreſſi ſunt , qui poſtquam in civitate fuerunt infidam fidem fregerunt ,& fidelem perfidiam direxerūt : nam ſtatim occurrentes ſibi quadam ſecuritate Arianos cives trucidare cœperunt , & nocturno tempore nullum inter hoſtes & cives fieri patiente diſcrimen , facta eſt magna inter ſe civium cædes , ſicque civitas capta eſt atque deſtructa , moltis eorundem civium in illa nocte cæſis , multis fuga captis , & aliis majoribus civitatis qui caput rebellionis fuerant capitibus , & ſententialiter damnatis ad mortem , aliis mediocribus & vilioribus qui cædem nocturnam cauſaliter evaſerunt , & qui à condemnatione mortis pro eorum numeroſitate , & vilitate exempti ſunt , de loco illo ejectis , & per alia loca Regni ad habitandum tranſmiſſis .

Uſque ad idem quoque tempus civitas Aquilæ , quæ à quondam Rege Conrado in confinibus Regni condita fuerat , magna populi numeroſitate plena etiam in rebellione duraverat , ad quam terram evincendam multum laboris hactenus fuerat exactum , nec ullo modo poterat expugnari . Statutæ autem erant circa territorium civitatis ipſius multę familiæ militum , & aliorum armatorum , quibus civitas ipſi aliquantulum arctabatur , non tamen adeo , quod non poſſent cives quocunque vellent ad ſuas neceſſitates exire . Audientes autem ipſius civitatis incolæ victoriam Principis , & præſertim qualiter Terram Laboris de facili recuperavit , qualiter etiam tota Sicilia ad ſuum mandatum redierat , nec inconſultè conſiderantes , quod difficile eis ultra reſiſtere Principi , cui tota Sicilia & Terra Laboris reſiſtere non potuit , miſerunt nuntios ad Principem per quos ſe & civitatem ipſam ad mandatum Principis humiliter obtulerunt .

Infra id quoque temporis quædam civitates Siciliæ , videlicet Placia , Aydona , & Caſtrum-Joannis in rebellione duraverant , & licet tota Sicilia ad mandatum Principis rediiſſet , & prædicto Comiti Frederico Lanceæ Vicario Principis Generali obediens eſſet , illæ tamen tres civitates in naturali locorum munitione confidentes prædicto Vicario obedire nolebant , quade re Vicarius exercitu fidelium congregato contra civitates ipſas armata manu procedens Placiam ipſe obſidere decrevit , cumque civitatem ipſam ingenti obſidione circumdediſſet , incolæ civitatis nimis animosè reſiſtere cœperunt , adeo quod penitus difficile , & quaſi impoſſibile videbatur civitatem ipſam violenter haberi : tanta in ipſa civitate multitudo populi erat contra exercitum qui ipſam obſederat , præparata . At vero Comes magnanimus moræ longioris impatiens , indignum exiſtimans obſidionis cœpiſſe negotium , & vires ſuas non oſtendere per effectum , animato , prout decebat , exercitu , & aciebus decenter inſtructis civitati appropinquavit , nec mora facta dato inſtanti inſultu , nulla reſiſtentia , licet magna , & violenta fuerit civibus profuit , quin civitatem exercitus violenter intraret , multis ex parte civium , nullis vero ex parte exercitus cæſis : ſicque civitas ipſa per vires evicta eſt , punitis paucis qui caput rebellionis extiterant : omnibus aliis quos ad ſequendum majores minoritas traxerat , eximia ſibi benignitate Comes clementer indulſit , eoſque in civitate ſub pace Principis habitare permiſit . Civitate autem ipſa ſic violenter capta cives Aydonę , quæ abinde ad quatuor milliaria diſtat , in clementia vero Comitis , quam erga Placienſes cives audiverant valde confiſi , nuntios ex parte Univerſitatis ſuæ miſerunt ſtatim ad Comitem , qui corrigiis ligatis ad collum venientes ad Comitem , Placiæ morantem veniam pro omnium civium ſuorum parte petierunt , & ſe , & civitatem ad mandatum Principis humiliter offerentes , quibus nunciis clementer Comes receptis , proceſſit Aydonam , eamque ad mandatum Principis recipiens pœnam eis ex rebellionis præteritæ culpa debitam ex devotionis eorum humili oblatione remiſit , quod factum & reliquos rebelles excrevit , & fideles alios in devotione , & fide Principis ſolidavit . Licet autem prędictæ duæ civitates ad mandatum Principis ſic habitæ eſſent , tamen civitas Caſtri-Joannis , quæ ab eis viginti millibus diſtat , in ſua rebellione manebat : hæc enim civitas in excelſo monte poſita lapideis rupibus circumquaque vallata , populi multitudine plena , aquis in ipſo monte currentibus abundans , de nulla ſui parte aggreſſionem timebat , & ideo ſub quadam ſecuritate à dicti Comitis obſidione ſibi ponenda manebat . Fuerat autem in ipſa civitate caſtrum à tempore Imperatoris Frederici conſtructum , quod eo tempore quo Sicilia ſub Legato Apoſtolicæ Sedis manebat , Caſtellano ipſius ſub promiſſa fidei ſecuritate egreſſo , & primo clam crudeliter interfecto à civibus ipſius terræ dirutum funditus eſt , ex quo tempore civitas ipſa quaſi ab ipſius caſtri fręno liberata cœpit liberè agere quod volebat , & tam loci ſitu , quam multitudine munita omnibus aliis civitatibus , & caſtris ad Principem reverſis ipſa ſolum in rebellione durabat . At Comes magnanimus cum exercitu ſuo verſus ipſam procedens obſidionem circa eam conſtituit , adeoque ipſam arctavit , depopulationem circumcirca faciens vinearum & arborum , & nullum de ipſa civitate exire permittens , quod cives ipſi tædio obſidionis affecti antequam damna majora paterentur nuntios ad Comitem pro pace miſerunt , & fidelitatem Principi juraverunt , ſicque tota Sicilia in pace poſita eſt . Nec minus omnes aliæ partes tam in Apulia quam in Principatu & Terra Laboris à tumultibus quieverunt .

Toto itaque Regno ſic in pace ſtabilito Princeps Manfredus in Siciliam ire decrevit , ingreſſuſque Siciliam paucis diebus Meſſanæ moratus ad civitatem Panormitanam proficiſcitur , viam faciens per civitatem caſtri Joannis , in qua civitate cum eſſet , vidit ruinas Caſtri , quod a civibus ipſius Terræ deſtructum fuerat uſque ad ſolum : attendens autem quod civitas ipſa nullo modo bene regi poterat ſine Caſtro , ipſum ſtatim caſtrum reædificari præcepit ; & quia magnum opus erat , nec poterat ſic citò ut expediebat per homines ipſius loci tantum reædificari ; omnibus ſimul civitatibus Siciliæ onus reparationis ipſius caſtri diſtribuit , ut onus ipſum per omnes diviſum levius à ſingulis portaretur .

Interim autem dum in Siciliam Princeps iret , venit rumor in Regnum quod nepos ejus Rex Conradus filius quondam Regis Conradi Primi in Alamania obiiſſet : quo rumore audito Comites , & alii Magnates Regni , Prælati etiam Eccleſiarum in Sicilia ad Principem profecti ſunt : ſingularum quoque magnarum civitatum nuntii ex parte civitatum ſuarum ad eundem Principem perrexerunt , unanimiter omnes petentes ab eo , ut ipſe Princeps , qui uſque tunc pro parte prædicti Regis Conradi , & ſua Regnum rexerat , & in tanta pace conſtituerat , ipſius Regni gubernaculum , & coronam tanquam Rex , & ipſius Regni verus hæres acciperet , qua petitione unanimiter ſibi facta ab omnibus idem Princeps per concordem omnium Comitum , & Magnatum , ac etiam Prælatorum Regni electionem in Regem electus coronam Regni Siciliæ in majori Eccleſia Panormitana juxta conſuetudinem , & ritum prædeceſſorum ſuorum Regni Siciliæ ſolemniter accepit an. Dominicæ Incarnationis 1258. die 11. menſis Auguſti 1. Ind.

Dignitatis autem Regiæ celeriter honore ſuſce-

pro novus Rex partes Apuliæ feliciter repetit, ſed cum ubique per Regnum bellorum ſeditio tumultuoſa quieſceret, & ſpes jam probabilis quietis gratæ delicias propinaret, generale colloquium apud Barolum celebravit, multis ibi per eum decoratis honore militiæ, & nonnullis per inveſtituram vexilli ad Comitatus excellentiam ſublevatis. Poſt hæc ſolemnem Curiam apud Fogiam univerſis citra portam Roſeti nobilibus, & Baronibus convocatis induxit altitudines, ubi ad honorem Regis clarificanda faſtigia, tam de conſervatione juſtitiæ, quam de aliis publica bona compendiis ſtatutis utilibus publicata de diverſis partibus diverſorum generum gaudia feſtiva conveniunt, ludentium choros, & agmina diſtinctio purpurata lætificat, quam plures ibi regnant honores, cingulis militiæ nonnulli magnificantur excellentium faſcibus dignitatum, dies totus ſolemniter agitur, & poſt diei curſum flammificis facibus hinc inde lucentibus ponderoſa ceræ coacervata compagine in agone vigore ludentium convertitur nox in diem. Ne autem quietis & pacis longis laboribus quæſita utilia compendia occaſio temeritatis exterminans infringeret Rex curas exercituales aggrediens cum magnifico, & potenti exercitu verſus Regni confinia conſilio deliberato procedit.

Erat enim in extremis Regni partibus olim Rege Conrado favente civitas Aquilę in odium Baronum illius contratæ per eorum villanos de novo conſtructa, ab inde videlicet anno Domini 1252. in qua de diverſis circum adjacentibus incolis non abſque complurium comprovincialium jactura nobilium coadunata congeries in tantam jam multitudinem populoſam concreverat, quod de ſuarum virium temeritate ſuperbiens ſe vicinis exhibebat horribilem, & Domino Regi ſuis operibus indevotam. Quin potius velut pars univerſo non congruens generalibus Regni ſtatutis repugnabat, contemnens colla ſubmittere, & ſingulares ſibi vivendi formas cõficere præſumebat. Sperabat enim aſſumpto libertatis ſtatu contra nobiles de contrada Eccleſiæ auxilio confoveri; & ideo contra Manfredum etiam poſt tempora coronationis ſuæ pertinaciter rebellione dureſcens, ſub velamine devotionis Eccleſiæ Regi parere contumaciter contemnebat. Ad hujus utique domandam proterviam per hæc reſtituenda læſis jura ſua Rex victorioſus accingitur: ſed antequam civitatis mœnibus ejus ſe vicinaret exercitus, tanquam parvulorum deformibus erecta periculis materia ruinoſa diſpergitur. Dum volare ſupra ſe nititur Aquila plumis nudata ſolo deprimitur. Univerſis habitantibus, quibus in perſonis, & rebus tutelæ veniam clementia Regalis induſſit ſubito vacuata deſeritur, & quæ dudum plena populo ſtare neſcierat, in combuſtionem, & cibum ignis illico tradita ſola ſedet, & ſic itaque redacta ad nihilum Rex in Apuliam exercitu diſſoluto revertitur, ut membra bellicis fatigata laboribus quietis gratę dulcedine, ſolatiiſque placidis reſtauraret. Acta ſunt hæc anno Domini 1258.

Interea Regem omnium Imperialium ſanguinis faſtigiis comitatum, & à primis naturæ veſtibulis aſſueſactum deſideriis magnis de remotis partibus honoris & gloriæ cupido ſollicitat, & dum poſſet ejus affectibus tam nobilis Regni poſſeſſio blandiri, & copioſa tantarum rerum opulentia delectare, ad curas negotiorum Italiæ, ubi dignitatis paternæ præfulſit auctoritas mentis ſuæ dirigit intellectum. Extendit enim potentiæ ſuæ robur ad Ligures, dilatat ad Tuſcos & vicinitate ſuarum virium concutit Marchianos. Per diverſas namque provincias de antiqua extranea conſuetudine cœtus hominum diviſi in partes remanſerant. In Liguria Ubertus Marchio Pallavicinus utique prudens & nobilis qui propter fidem & ſervitia ſua de Imperiali munificentia beneficia multa receperat, & Cæſaris quoad vixit, ac poſterorum ſuorum honorem præterea cordis affectione zelabat, remanſerat. In Tuſcia pars Gibellinorum, & civitas Senarum præcipuè, quę Gibellinitatis ſeneſcens in fide tunc temporis ſemper erga Imperatorem, & hæredes ſuos in ſervitiis juvenis & devota manebat.

Erat quoque in Marchia Anconitana partium obſtinata diſſenſio, quæ dum hæc unum, illa vero aliud apperunt, inter ſe rediviva ſemper altercatione concertant. Ab iſtarum itaque regionum partibus cum ob fidem quam erga Imperatorem habuiſſe prætendunt, tum ad ultionem injuriarum, quam de hoſtium depreſſione concipiunt Rex Manfredus inſtanter requiritur, oblatis ſibi præ nuntiis eorum antiqua devotio vires auxiliares ipſius Regis ad regionis eorum poſtulat favorem, his autem diverſa conſilia, Regis affectus, & ſucceſſorem ſe paternæ dilectionis exhibebant: & ne oblatæ ſibi victoriæ gloriæ negligenter annuere videretur, ad Provincias ipſas vires ſuas porrexit in ſubſidia devotorum. Habita itaque deliberatione conſilii, Marchionem Pallavicinum in Lombardia Capitaneum ſtatuit, Jordanum de Anglono Comitem ſancti Severini conſanguineum ſuum in Tuſciam, Percivallum de Oria affinem, & familiarem ſuum in Marchiam generales loco ſui vicarios deſtinavit. Deputata eorum cuilibet equitum quantitate non modica, quibus ſtipendia menſtrua providit aſſiduè de ærarii ſumptibus eroganda. Sub horum itaque Vicariorum manibus, & arduis præfecturis cœpit continuo Regis honor augeri, pavorque concreſcere, ut rumores proſperi ſucceſſivè de ſingulis cor ejus exhilararent, & potentiæ ſuæ vires illuſtrarent. In Lombardia namque ſub Marchione prædicto magnificentiæ Regiæ viribus ampliatis ſic ejus arriſit proſpera fortuna ſucceſſibus, quod in eodem quoque loco ubi olim Parmenſium audacia Imperialia caſtra combuſſerat, ignominioſæ cladis excidia amiſſionem carrocii, & expugnationis validæ pertulit detrimenta, ſicque interdicta viriliter injuria patris à filio locus ille qui nominatus nuncupatione victoriæ viſus Imperatori fuerat illuſiſſe, grandem Regi prædicto ex hoſtibus victoriæ gloriam reſervavit. Civitates enim Cremonæ, Papiæ, Placentiæ, Brixiæ, & plures aliæ ei reverenter obediunt, & nomen ejus ultra quam credi poſſet triumphaliter exaltatur. Sub ejus quoque felicitate cecidit peſtifer ille Tyrannus Ezelinus de Romania, cujus impietatis rigidæ, ſeveritatis horridæ interdictæ & execrabilis acta deſcribere longum per ſe tempus exigeret. Sed prius neceſſarium videtur armatæ ſucceſſum proſequi, quam rebus atque perſonis, tam nefandis, tamque triſtibus apponere calamum vel auditorum animos appellare. Hic ſiquidem ab Imperatore Frederico ditatus, & promotus in altum, ejus nutibus tota fere Triviſana Marchia ſerviebat. Poſt infinita & inuſitata pęnarum genera, quorum narrari poteſt à poſteris nefandæ crudelitatis exemplum, jam Regi Manfredo devotionis ſollicitæ ſigna non exhibens, dum collectis undique viribus contra Mediolanenſes infeſtis anguſtiis proceſſiſſet prope caſtrum Caſſiani in manibus Cremonenſium, qui ſub præſidiatu Marchionis prædicti in auxilium Mediolanenſium potenter exierant, prope flumen adeo miſerabiliter cecidit, ubi lethaliter vulneratus ductuſque Soncinum morti ſuccubuit, qui raptor fuerat vitæ multorum.

Eodem quoque tempore civitas Florentina, cum parte Guelforum non minus vitiis quam divitiis affluens ſic ſuperſtitioſa jam cęperat tam multitudine populi, quàm ſuperbiæ vento plena conſurgere quod de ſuorum civium temeritate laſciviens, & de elati ſpiritus ſuperfluitate confidens dedignabatur pacificare ſe aliis, ſed ſuppeditare ſibi vicinos multipliciter ſatagebat. Hujus itaque temeritas actibus faſtuoſis incumbens, nec futuros eventus debita circumſpectione præmeditans, ſuis omnibus, & fautorum viribus ſuorum congregatis ad obſidionem civitatis Senenſis commorante ibi memorato Jordano Comite cum ſtipendiariis Regiis viriliter præſumpſit accedere, factaque ibi mora quam voluit, & uſque ad civitatem eandem ingenti depopulatio-

ne

Digitized by Google

ne peracta eaercitu numeroſo, qui armarorum triginta millia continebat ad invadendom via Montis-Alcini, quem victualibus, & aliis opportunis munitum Florentini prædicti tunc in eoram poteſtate tenebanr, per territorium Senarum prope civitatem eandem ad duo fere milliaria ſuperbe proceſſerunt, qui per aliam tutiorem viam illuc indemnes accedere potuiſſent: Contigit quod dictus Jordanus Comes cum Teutonicis ſecum morantibus in Senen. populo cum parte Gibellinorum Regis auſpiciis in Florentinos eoſdem, & fautores eornm viriliter irruentes ipſos commiſſis hinc inde conflictibus eapugnaverunt. In cujus expugnationis evento ſic potentia Florentina deflorata commarcuit, & defecit, quod ea eis, eorumque complicibus præter occiſos gladio, quorum non fuit numerus præſcriptus, captivorum ſolmmodo quos regius carcer aſtrinxit quindecim millia, & ultra numero compatantur. Verſi ſunt itaque ſubito dies ſolemniratis ejus in luctum, ſublatis in opprobtium honoris inſignibus: itaque eorum ſuperſtitione depoſita, qui dum in honore eſſent non intellexerunt, jam ſumentes annexationis vincula, intellecta Regis ejuſdem mandata devotè ſuſcipiunt, & reverenter ejuſdem placitis colla ſubmittunt.

Medio autem tempore Papali Curia morante Viterbii, ibique Alexandro IV. Summo Pontifice viam univerſæ carnis ingreſſo dum Collegium Cardinalium, in quibus velut in Montibus ſanctis Eccleſiæ fundamenta ſunt poſita, habere incœperant de Paſtoris ſubſtitutione tractatum, & cum inter eos vertiginis ſpiritu & invidiæ livore ſuffuſo non poſſent in aliquo de gremio convenire, contigit quod Hieroſolymitanus Patriarcha natione Burgundus, qui tunc ad Curiam ipſam pro Eccleſiæ ſuæ promovendis negotiis acceſſerat concorditer ad Apicem Apoſtolicæ dignitatis aſſumptus ſit. Itaque factus de petitore conceſſor, de ſubdito Dominus, de filio pater, Papa Urbanus IV. meruit nominari anno Dom. 1260. Cumque poſt hæc viderentur jam omnia Regni negotia ſic firmiter, tutèque depoſita, ut ex nullo videretur angulo dubitandum, Rex deliberato conſilio Fellum Malettam, Reſcani Comitem conſanguineum ſuum, cum quadam quantitate Teutonicorum ad gubernandam Siciliam in Capitaneum deſtinavit, qui dum in partibus illis contingentia quælibet prudenter, & cautè diſponeret, dum ſe verſus Montem Trapani de cujus habitatoribus aliqnid forte contrarium fama referente præſenſerat, ſe cum ſua familia vicinaret, & moraretur in campis, accidit quod deſcendentibus ad eundem Comitem decem viris ea incolis dictæ Terræ qui pro parte Terræ, totius univerſitatis verba devotionis offerrent, cum ea longa, ſed vitioſa potius conſuetudine nullum officialem libenter ad montem incolæ paterentur accedere, dum Comes ipſe ſamuli ejus intimi (quia peſtis occurrit proclivior ad nocendum) præcavere non poſſet inſidias, quidam invenis nomine Gelbus natione Teutonicus, qui Marchionis Bertholdi familiaris, & intimus fuerat, quem etiam dictus Comes Comeſtabulum Teutonicorum ex confidentia præfecerat, & ad familiarium negotiorum conſortium admiſerat, capta tunc forſitan occaſione qua poſſet per contemptum maliriæ ſuæ motum jam in actu proditoria temeritate tentatus cum quibuſdam ſequacibus ſuis in eundem Comitem ſub tentorii velo jacentem inopinanter inſilivit, ipſumq; temerariè interemit, de cujus obitu cum rumor veniret in publicum, homicida præd. & complices ejus ad montis ejuſdem excelſa una cum præd. montis confugerunt, fruſtra credentes inter eos commiſſi facinoris inveniſſe tutelam: ſicque montis ejuſdem habitantibus, ſeu rebellionis malignitate detentis, ne ſcelus hujuſmodi remaneret inultum, & Montis perverſitas in ſua obſtinatione perſiſteret, Fredericus Lancea Comes Squillacii qui inſolentias regionis ejuſdem ab eaperto calcare prævenerat de beneplacito Regis Capitaneus in Sicilia ſubrogatur, qui ſub fortuna Re-
A gia viribus inſtauratis perurgens obſidionis inſtantiam, ſuperbiam montis ejuſdem per extremæ deſolationis & exhabitationis eacidium potenter edomuit, & ejuſdem facinoris patratores convenientis ſupplicii pœna, quam juſte meruerant cæde confecit; de cujus montis incolis juſſit Rex Conſtantiam civitatem novam, quæ vocatur Regalis, prope Scupelium ædificari in loco, ubi antiquitus civitatis Apollinis veſtigia ſubſiſtebant.

Jam in tota Sicilia pacis reformatione diſpoſita, Frederico prædicto domeſticis reſtituto ſolatiis Riczardus Filangerius Comes Marſici ad ejuſdem regionis regimen deliberatione provida deſtinatur. Dum autem Riczardus idem officii ſui partes impleret, & Rex in Apulia feliciter ageret, credens ſic omnia in Regno diſpoſita, ut ea nulla timeri poſſet parte turbatio, novus & inopinatus in Siciliæ partibus ignaviæ morbus invaluit, & mirabilis ſtupor irrepſit. Dum enim quidam pauper Joannes de Calcaria nomine, infamia conditionis, & abjectæ
B fortunæ mole depreſſus, ac inopiæ ſquallore diſcurreret, ex concordibus forſitan vultus, ac ætatis indiciis per quæ fallax opinio in uno eodemque ſubjecto diverſas plurimaſque formas ſimilitudine uniformitatem mentitur: audivit pauper, ab aliquibus qui eleemoſynarum ſibi ſuffragia porrigebant Imperatori ſe mortuo fore conſimilem, cumq; videret inopinato ore verba crebreſcere, mutavit repente mendicus animũ, & quęſitus hactenus ſuper his reſponſa negantia diſſimular quatenus veriſimilia faciat, quæ dicuntur. Oritur ex ipſius negatione ſuſpicio, & cum nutriatur hominis appetitus, inventis eo magis inſurgebat de ipſius ambiguitate credulitas quo major inficiatio tradebatur. Jam rumor de verbo in verbum in fabulationem diſpergitur; diſcedit pauper à frequentia populi, barbam nutrit, ut inventa liberius valeat fabricare mendacia, loca petit vicina ſilveſtria, firmat in Monte Gebello latibulum, imperiales ſibi mores, & verba quæ veritas, & natura non dabat ad ultra fictionem componit. Jam falſus per Sici-
C liam rumor increbuit: viſitatur pauper, in tenebris honoratur plus ſolito, & rerum victualium quarum ipſi prius inopia fuerat copioſa per aliquos opportunitate fulcitur. Ad hoc plures quos perfidiæ macula de natutalibus terris vicinis abjecerat, & in nemoribus latitabant, ad ſimulatum ipſum audito rumore corruunt, falſitates tantas explorant, quæſitas inveniunt, & velut qui fluminis impetu prolabentis apprehenſa jam ſtipula credunt undas evadere, adhæſerunt textiles magiſtro mendacii, & quas ſolus forte formare non poterat, jam plures ſibi addunt ſemitas, falſas roborant fictiones. Ecce jam plenum falſitatis Imperatorem titulant, coluntur præſidem, venerantur ut dominum, & in ſecuritatem Principis excelſum Montem-Centurbii, quem olim ea habitari fecerat Imperator, pro tutiori ſtatione conſcendunt, per quos Imperiali ſigillo vitioſe conflato ſub conſueto titulo Cæſaris literas per diverſas partes Imperator phantaſticus ſubdola firmatione conſcribit, & ut facilius audientium
D animos novæ fraudis adinventione corrumperet, indicat ſe olim obitu ſimulato divinæ permiſſionis oraculo ad expianda delicta nonum annum peregrinationis exercitio peregiſſe, ſollicitat, & ſub iſto colore requirere non formidat.

Hæc quippe fraudis & erroris intemperies multa confinia, & loca Siciliæ callida machinatione corrupta, remota etiam, niſi necem præveniſſet antidotus, morbus aſſiduus infeciſſet, cum eſſent quamplures quos ad credendum ſimplicitas tanta conduceret, & nonnulli quos etſi ſuper hoc ſcientia certè non falleret, ſimulantes ſe tamen neſcire quod noverant ad aliquorum ſequelam violatæ jam mentis perfidia cogebantur. Cumque ſuper hoc Regis amicos relatio inopinata perſtreperet, & ad longinquas fermè provincias figmenti hujuſmodi novitas perveniſſet, ad evertendum idolum & cultores ejus dictus Riczardus Præſes Provinciæ inſtanter accingitur, & cum ad ſummitatem montis

ipſius, in quo jam perverſorum quantitas magna convenerat, tum ex prædictæ ſaxoſæ rupis objectibus, tum ex viarum arctiſſimis intervallis, ſibi & ſuis impugnare volentibus facilis non pataret aſcenſus, obſidionem ibi ſatis ingentem exercitu congregato firmavit, incluſiſque coercuit, ut nulla victualium quantitas, quibus interim regi poſsent, media ad eos more ſolito portaretur. Cum autem nimis eſſet inelegans, nec Regia etiam fortuna permitteret, ut ejuſdem pernicioſa temeritas, quæ turpe nimis habuerat in ſui fictione principium, non abſque multorum jactura concreſceret, & hujuſmodi figmenti convitium ulterius tranſiret, ac multorum comitiva ſequacium per devia montium procaderet, & honorifice fuiſset ibidem à civibus in illa vana pompoſitate receptus, dum fuſtra crederet tempus in antea ſervire verſutiis, dictus Riczardus Comes illuc cum ſuorum equitum comitiva procedens conflictu cum hoſtibus violenter præhabito præfatos ſenem & complices ejus ibidem prudenter & ſtrenue capere procuravit. De quorum captinnis eventu Rege conſulto, licet in ſpectaculum ſervari eos, & opprobrii cauſa petierat, quia tamen digna non erat, reus qui tam ſibi quam pluribus aliis fuerat cauſa mortis, pœnas digne ſortitus quas juſtè meruerst, furcarum patibuln ſuſpenſus, quos intimos ſequaces ſui figmenti participes, & collegas habuerat ejuſdem ſupplicii non dimiſit expertes.

Ad hæc Rex præfatus poſt prædictorum judicia firmato conſilio partes Siciliæ perſonaliter repetit, ut Pruvinciam ipſam ab omni contagio perverſitatis eapurget, & in ſtatu pacifico ſuæ præſentiæ viſitatione conſoveat, pergenſque Panormum multis fuit & variis denariis præſentatus.

Sic igitur regione ipſa diſpoſita Rex ad conſueta ſolatia lacus Penſilis, quæ copioſa venationis habilitas, originalium fontium amœna frigiditas, & placidi ſitus nemoroſa temperies grata reddunt, æſtate ſuccedente revertitur. Dumque toto jam Regno in ſtatu tranquillo ſalubriter ſtabilito Regem ipſum de remotis, & exteris, ad quæ jam ſuarum virium habenas extenderat, ſtudium debitæ curioſitatis attingit, parentelam cum Rege Aragonum tractatam hinc inde per nuntios præmiſſo primordio contrahit, & filiam ſuam Conſtantiam, quam ex prima conſorte ſua Beatrice filia quondam A. Sabaudiæ Comitis Imperatore vivente ſuſceperat, Don Petru primogenito dicti Regis Aragonum matrimonio copulavit.

Poſt hæc ipſe Rex Manfredus, quem Papalis Curia, ut ſic exaltari non valeat, diffamare contendit, qualitas temporis, & rerum eventus invidiæ zelo quotidie creſcente feliciratem concumulant, citatur ad præſentiam Summi Pontificis, citatione videlicet publica in colloquio tantum Papalis prædicationis expreiſa, & inſcripta ceduiis affixis præ foribus Eccleſiarum Urbis Veteris, ubi tunc Sedes Apoſtolica morabatur, quæ ad eumdem Regem, nec literarum, nec nuntii viſione pervenit: cumque nollet ſuper hoc Rex ipſe de arrogantiæ ſuæ contumaciæ culpa videri notabilis, quem Papalis Curia fatagit inquantum poteſt infamiæ nota laceſtere, nuntios ſuos ad Sedem ipſam conſulta deliberatione præmiſit humiliter ſupplicari ut ex quo ipſum illuc perſonaliter juberet accedere de ſecuro, & habili loco, cum familia decente ſua poſſet commode, juxta ſuæ dignitatis exigentiam inhoſpitari ſibi Pater Apoſtolicus provideret: tamen Rex ipſe magnificè uſque ad Regni confinia cum magna, qua decuit, equitum comitiva proceſſit, ut ex vicinitate locorum poſſet habilius ſuper his nuntiorum expectare reſponſa, & de ulteriori proceſſu, vel mora, ſicut ſibi melius expediret, conſulta deliberatione penſare. Excuſatorum itaque prædictorum allegationibus non diſcuſſis ipſe Summus Pontifex eum vinculo excommunicationis aſtrinxit, cumque ſuper hoc nihil ſibi devotio demonſtrata pruſuerit, quem conabatur Eccleſiaſtico jure omni qua poſſet occaſione concutere, repetit Rex partes Apuliæ, ut circa alia negoriorum ſtudia caras debitas, & viſitationes impendat.

Interea Conradus de Antiochia Comes Albæ, Regis ejuſdem nepos, qui pru Capitaneo fuerat deſtinatus in Marchiam, dum ad caſtrum Monticuli babitatorum copia, & montuoſi ſitus eminentia munitum ſub confidentia ſolita, & ſpe ſecuritatis accederet, fuit ibi cum aliquibus familiaribus ſuis per incolas loci ſubita, & inopinata proditione detentus, in cujus ſubſidium ad mandatum Regis magno, & præpotenti exercitu congregato Gualvanus Lancea Comes Principatus, & Fundorum, Mareſcallus Regni, ſocer ejuſdem Conradi, cujus cordis intrinſeca generi captio violenta pupugerat, pluribus aliis Comitibus, aliiſque Regni nobilibus ſociatus obſidione firmata, & ingenti depopulatione peracta, ibique protracta mora uſque ad vigeſimum hyemis inſlantis tempeſtatis, dimiſſa quoque in Macerata magna equitum comitiva ad expugnationem Monticuli proceſſit, & captis quampluribus regionis nobilibus qui factionis ejuſdem capita dicebantur dictus Gualvanus, & alii de comitiva ſua ſoluto exercitu cum caſtrum ipſum habere non poſſet, nec mora ſua eſſet ulterius neceſſaria inde diſceſſit. Contigit autem quod idem Conradus, quem proditores ipſi ante depopulationis illata ſtipendia liberare noluerant, procurante ſolertia quorundam devotorum ſuorum, qui circa cuſtodiam aſſiſtebant, intempeſtivæ noctis ſilentio de carceris compedibus evaſit, & reſtitutus beneficio libertatis.

Cum autem Regi undique ad votum univerſa ſuccederent, Romani cives de more mobiles quos ex hoc in illud axilis de facili verſat occaſio, illius modicæ libertatis reliquias quas ipſis præſcripta veterum transſundit auctoritas, temere diſtrahentes, excluſis pro magna parte nobilibus, Karolum Provinciæ Comitem elegerunt in Dominum, & Senatorem Urbis perpetuum, & evocaverunt. Hunc etiam Summus Pontifex, ut habeat operarium, per quem temporalem gladium ſeculariter exerat, non abſque jactura multorum Regi Manfredo procuravit opponere, dum Regni Siciliæ, cujus Rex ipſe poſſeſſione pacifica fruebatur, verboſas, & ſcriptas dirigit reſponſiones.

Interea Dominus Karolus ad requiſitionem, & inſtantiam Romanorum Vicarium ſuum miſit in Urbem, ut civitatem ipſam in ejus abſentia regat, & dirigat loco ſui. Cum autem Vicarius ipſe rector in Urbe præeſſet, & nobilibus quos abjectos invenerat civitatis introitum denegaret, nobilis quidam Urbis Proconſul nomine Petrus de Vico, qui in maritimæ partibus urbi viciuis plura caſtra tenebat, & qui Regi Manfredo jam dudum ex zelo multæ devotionis inhæſerat, guerram cum quibuſdam adverſariis ſuis, & ſpecialiter cum Pandulpho Comite Anguillariæ quotidianis conflictibus agitabat. Hujus autem Comitis pater multum fuerat Imperatori Frederico devotus: ſed hic à paterna devotione degenerans Regi Manfredo, per quem forte multa vitaſſet diſpendia, ſigna reverentiæ non oſtendit.

Illis quoque diebus JORDANO Comite ſancti Severini exercente officium Vicariæ dum in obſidione Monticuli potenter exiſtebat. *Hic deficit*.

Poſt paucos autem dies ad petitionem & inſtantiam dicti Petri liberalitas Regia, quæ devotis proximis, & remotis opportunè porrigit de more ſuffragia, quandam quantitatem Teutonicorum ſub præſidiatu cujuſdam familiaris ſui nomine Franciſci Treviſii in ejuſdem Petri ſubſidium deſtinavit. Cum autem dictus Petrus tam gentis ejuſdem auxilio, quam partis ſuæ favore confiſus contra hoſtes ſuos animum roboraſſer, & civitatem Sutrinam, cujus idem majorem partem habere videbatur, violenter intravit, eamque Regio dominio ſubdidit, ac fidelitatis fecit ſacramenta præſtare.

Me-

Medio autem tempore Rex intermiſſis ſolatiis ſuis profectus eſt in Terram Laboris, ut de negotiis ſpectantibus ad pacificum ſtatum Regni, tam de reſiſtendo viriliter Comiti Provinciæ, ſi veniendi per eam, ſicut communis tenebat opinio, caſus incideret, quàm de obſtando quibuslibet aliis qui Regni vellent turbare quietem deliberationis debitæ conſilio provideret. Generali propterea apud Neapolim celebrato colloquio Comitum & Baronum, aliorumque Regni nobilium animos, & vires examinat, & ſervitium quod eorum quilibet deberet, & poſſet, ſingulari diſcuſſione requirit. Jam vocatis ſingulorum ſervitiis, & feudatariis omnibus apertis, provida deliberatione ſtatuit, ut Percivallus de Oria familiaris, & affinis Regis ad partes Ducatus cum magna militiæ, & Saracenorum quantitate procedat.

Interea Vicarius Urbis, populuſque Romanus pro recuperanda civitate Sutrina communiter exeunt, & cum civitatis mœnibus appropinquaſſent, priuſquam ad impugnationis conflictus ſigna perveniant, civitatem ipſam propter ſubitam & mobilem revolutionem civium ad manus ſuas, & dominium revocarunt: diſcedentibus inde cum fuga ſupradicto Petro de Vico, & aliis de comitiva ſua, qui non potuerunt ſic omnes illæſi diſcedere quin plures Theutonici de ſtipendiariis Regis cum eodem Petro morantes, equis & omnibus armis amiſſis evaſerint, & quin nonnulli etiam ex eis in Romanorum manibus in carcere remanſerint, ac in caſtro Vici, in quo ſe receptaverunt dicti Petrus, & ſui, Romanorum ipſorum obſidione circumdantur, & machinis, caveis, & multis impugnandi generibus inſtanter urgentur.

Cumque Rege morante Capuæ hæc omnia ad ejus notitiam perveniſſent, in melius mutato conſilio, incontinenti Percivallum de Oria, qui verſus Ducatum greſſus direxerat, cum exercitu ſuo verſus partes Urbis in ejuſdem Petri ſuſidium propere mandavit accedere. Alium quoque exercitum in Regni confinibus, ſub Magiſtrato Riczardi Filangerii Comitis Marſici juſſit illico congregari, ut Romanis eiſdem niſi à prædicti caſtri obſidione diſcederēt, omni quo poſſent hinc inde conamine detrimenta continuę offenſionis inferrent. Romani verò ſaniori uſi conſilio, audito quod exercitus ibat contra eos, & Rex etiam dicebatur iturus, & tempus recolligendarum frugum inſtaret, procedentes ab ejuſdem caſtri obſidione diſcedunt, & in Urbem propere revertuntur. Vel forſitan Romanorum innata diſſenſio, & natura ſemper ad diſſentiendum proclivior, quæ nunquam commune commodum, ſed privatum dumtaxat affectat, cum jam expugnationis ipſius caſtri diem cerneret eſſe propinquum, nutantibus animis illorum de illo exercitu, & diviſis, rei cœptæ & jam votivæ depopulationis partæ non expectat eventum. Sed Vicarius Urbis Jacobus de Gualtebino de Provinciæ oriundus, qui jam pro Domino Karolo venerat pridem à Gallia maturè debitum exoluens, exercitus vota diviſa præſentiens, & majoris partis exercitus ejuſdem mentes, quæ non libenter ad finale dicti Petri exterminium accedebant, ſic intra ſe cognoſcens quaſi quadam machinatione corruptus, quando Theutonici intra clauſuram Burgi morantes, qui de Tuſcia venerant ad defenſionem ipſius, de ſe videbantur victoriam polliceri, diſcedendi licentia populatibus data cohortibus, & militantibus in dictis catervis ſcilicet diſſoluto exercitu cogitur ab obſidione recedere.

Deindecum de mandato Regio Percivallus præfatus greſſus ſuos verſus partes Ducatus repeteret, & ad cujoſdam aquæ tranſitum, quæ dicitur Nigra de Marchia prope Ayronem, cum exercitu perveniſſet, & in ipſius aquæ paſſagio, quanquam gens prævia illæſa pertranſiſſet dum quendam alium præcedentem ſibi relevare vellet, occiſus fuit ille ſolus equo ſuccumbente permerſus: ſubſtituto ſibi in Capitaniæ officio juxta Regis edictum Joanne de

A Manerio, ut ejuſdem exercitui præſideret.

Poſt modicum vero temporis Rege Apuliam redeunte dum Petrus de Vico, & Franciſcus Trevjſinus cum ſtipendiariis Regiis in quodam caſtro ipſius Petri, quod Bremum dicitur, morarentur, & Comes Anguillariæ cum comitiva ſua, & alia copioſa multitudine equitum, quam ſibi Summus Pontifex, & Vicarius Urbis tranſmiſerant apud caſtrum Ventillæ, quod tribus fere millibus diſtat à Bremo, perveniſſet, dum non poſſent ſe hoſtes præ nimia oppoſitione collium recte reſpicere, nec alter in alterum inſilire, contigit quod cum dictus Comes, & ſui de multitudine confidentes in quadam media plana procederent, memorati Franciſcus & Petrus, cum Theutonicis ſecum morantibus qui pridem ab ipſis hoſtibus fuerant laceſſiti, & ultionis tempus promptis animis expectabant, in eos viriliter irruerunt, conflictuque magno inter eos hinc inde commiſſo quodam Pippione Lombardo, quem Capitaneum 400. militum illuc deſtinaverat

B Eccleſia, puſillanimiter fugiente captus eſt dictus Comes, & plures alii nobiles Romani cum ipſo multis ex ſuis quibus maximè Theutonicorum gladii non parcebant, occiſis, multiſque in æſtus ardore, & armorum valida oppreſſione peremptis, ubi Stephanus Attancia vexillifer exercitus Comitis, vir in bellorum exercitatione ſtrenuus, & famoſus æſtuans ſiti, ut referunt, oppreſſus & ſuffocatus interiit: quanquam fortaſſis ex multis percuſſionum concuſſionibus expirare potuiſſet. Cum eodem occubuit Palamedes ejuſdem vexilliferi nepos, cujus animoſitas in armis juventutis multa probitatis induſtria ſe probavit.

Ad hæc memorato Vicario Karoli Romæ proſecutionem ſic benignius agente feliciter, non ſolum Rex Manfredus ad impediendum adventum ipſius Karoli, ſed cives Gibellini Romani vigilanter intendunt, parati undique ſollicitè bellari; jam per maris excubias multitudo galearum invigilat, & volvit parata æmulis claſſica numeroſa concertare.

C Jam Theutonicorum voluntas ſtreneſcit effrænis, & eorum ſigna velut ex eventu forent futuro victricia in partibus Tiburtinis prope Celias circa Regni confinia pomposè deſcenſa præfulgent.

Interea tamen cum per Romanam Eccleſiam Domino Karolo ad proſequendum Regni negotium eſſet in ipſius Regni conceſſione omnino ſtabilitum, quod ſaltem ipſe perſonaliter Romæ deberet adeſſe: Rex prædictus principiis ſollicitus obſtans tam per mare, quam per aridam ipſius Karoli niſus eſt adventum præcidere, ut per lapſum temporis Karolus idem ab acceſſione hujuſmodi caderet, & dictus Rex poſtea ejuſdem Eccleſiæ reconciliare ſe poſſet affectibus; unde ſub ipſius Regis toto conamine quoſdam fovebat honoribus in urbe, qui cum quibuſdam aliis Gibellinis conſilio inito prius cum ipſis Gibellinis ad impediendum memorati Vicarii, & Karoli dominium diverterent, quibus cum ſuorum equitum comitiva per certas Urbis portas certa hora repente intrent, ut non ſolum contra eundem

D Vicarium, ſed contra Guelfos Urbis, qui Karoli promovebant excellentiam, toto poſſe confligerent. Apud caſtrum Cerveteris quantitate quadam equitum congregata verſus Urbem tota nocte deproperat, ita quod in auroræ ritulo Urbis mœnibus appropinquat, & dum ſolus cupit dona prævenire fortunæ, vel potius infortunii calicem prægustare, ne ſibi forte mora poſſet imbecillitatem animi imputare, protinus ſubintrat Urbem, domos quaſdam quas tenebat, & quas faciebat tunc Vicarius cuſtodiri animosè invadit. Eſt enim Romæ locus ab utroque Tyberis latere circum ſe poſiti diviſus, ad quem præſtant aditum pontium munitæ conformiæ, inſula Licaonia ex antiqua nuncupatione vocatus. Hic abſque montuoſa eminentia, & ſine munitione murorum eſt per ſe valde tutus, & turris, ita quod longo tempore poteſt ab inſultatione quorumlibet defenſari. Ad hunc autem cum idem Petrus cum ſuorum equitum comitiva procederet,

præ-

præſenticus à loci ejuſdem cuſtodibus ita ſecreto nequiens ſe ut credebat reducere, ſe & ſuos juxta eundem locū, qui Piſcinula dicitur, receptavit quaſdam domos inibi muniens, & communis viæ fortificans paſſus, ut immioeotem inimicorum incurium qui jam erant contra eum venturi ſubcautè poſſet evadere. Cumque Vicarius prædictus cum quibuſdam ſuis commilitonibus de Provincia, Romanorum Guelforum non expectato ſubſidio ad expellendum dictum Petrum, & geotem ſoam decenter accinctus armis, & equis accederet, conflictus primordia reportavit diverſa. Licet enim utraque pars Provincialia videlicet, & Gibillioi Romaoi, qui cum dicto Petro aderant, durè, ac fortiter conflixeriot, in ipſo tamen principio Vicarius cum ſuis repellitur, ſed occurrente ſibi per iofulam ſupradictam Domino Joaone de Savello homine ſecuri cordis, qui honorem ſupradicti Karoli tota mentis affectione zelabat, eodemque ab alia illius contratæ parte cum gente dicti Petri viriliter confligente, dictus Vicarius contra hoſtes reſumit vires, & animam, & belli perurgens inſultum eundem Petrum convertit in fugam, hos milites ejus perdit, illos capit, & carceribus mancipat, & tam glorioſiſſimum & victorioſiſſimum ex ipſius hoſtibus triumphum conſequitur, quod hoſtes omnes prædictos excepto eodem Petro, cum tribus tantum ſociis fugæ præſidio ab hoſtili tempeſtate ſubductis, vel crudelis gladius excidioſè contrivit, vel Capitolii carcer adtrioxit.

Ex hac itaque debellatione quamplurinm Gibellioorum fuerunt corda concuſſa, & eorum adeo perterriti animi, quod ad turbandā Urbis quietem quam demoliri moliebantur externis, non acceptant ulterius requirendam: ſed in Urbis circuitu tanquam aper à venatore confuſus per eorum anxii caſtra diſcurrunt; cumque tota ferè Gallia & Provincia pro dicto Karolo, qui de Regni dominio perpetuam jam à Sede Apoſtolica receperat ceſſioncin ad mactandum vitulum ſaginatem, quem ejuſdem Regni Siciliæ delitioſa nutrierant, pruvida foret ſollicitatione commota, quibuſdam militibus gratuito animo, quibuſdam melliflua coactione perverſis, nonnullis ſtipendia magna recipientibus, quæ de mandato Summi pontificis de proventuum Eccleſiaſticorum decimatione acceperaot, contra Regem dictum mirificè venire paratis, jam per montes, & rura fulgentia liliorum ſigna vernarunt. Jam pro conſervatione Urbis ad præparandam Carolo viam quamplures milites præmittuotur, & dum favet huic Dominus Clemens Eccleſiæ noiverſalis Antiſtes, qui cum eſſet de Provincia oriuodus, erga Carolum multa teneritate cordis accenſus, & de ſtatu ſuo tanquam pater de filii honore ſolicitus, ipſius quaſi Eccleſiæ duntaxat negotium indefeſſa ſollicitudine vocis, & operis ferventer aſſumpſerat, omnia quæ ſub cæli reguntur regimine, & quæ ambitus terræ claudit ſereno, & votivo lætitiæ jubilo Carolo militant, cum quidam miles cognominatus Ferrerius, qui ſtatura magna corporis ferri veriſimiliter nomen æquabat, nic Romam primitus veoiens verſus partes Tiburtinas ad loca, quæ Cellas nominant, cum quodam promptitudinis fervore procedit. Ibi Dominus Jacobus Neapolion caput Gibellinorum Urbis propter Gibellinitatem ab Urbe dejectus habebat prope ipſas Cellas caſtrum Vicovarii valde forte, qui erat Dux, ductor quoruodam Theutonicorum, quos ad partes illas in ipſius ſubſidium Rex ex calida proviſione tranſmiſerat, cum quibus dictus Ferrerius ſperās in illo ſui fervoris impetu de Theutonicis & Romanis exulibus promereri triumphum ex improviſo bellum duriſſimum inchoavit: licet à quibuſdam militibus Campanis quos Summus Pontifex ſtipendiari feceratin ejus ſubſidium fuiſſet inchoatum bellum fortiter diſſuaſum. Verum non ſine myſterio Karoli volebant auſpicia ut propinquum campeſtre bellum perderetur à ſuis, quia fortuna plurimum actibus humanis illudens nonnunquam per prædentia ſigna victoriæ ultra mentitur cum felicitate futura, & cum quoſdam favores primordialiter exhibet, omine iactans votivo primitias, ut incautos poſtmodum in abyſſum finalis exterminii liberius demergere valeat. Hoc continuo ludo ludendo volens Regi prædicto faviſſe videri dat ſibi, ut ita loquar morſellum cerebri, ut non poſſit amplius ex aliis deglutire, & ſic dictum Ferrerium, quod incautè incœperat in præcipitii diſcrimen adduxit, & bello totaliter perdito captum inibi hoſtium ſuorum concluſit in manus, quem Ferreriem memoratus Dom. Jacobus Neapolion ex novo triumpho novo repletus gaudio captivum ad Regis præſentiam ſub fida cuſtodia deſtinavit. Hujuſmodi captionis diem Rex ipſe quaſi felicium ſucceſſuum gloriam, & myſterium ſolemnitas feſtiva celebratione commemorat. Veniunt augures, adſtant aſtrologi, adſunt aucelli, currunt aruſpices, divini feſtinant, ac veluti qui ſua dicta, ut volentibus applaudant dominis, & diſſimulantibus adnlentur, ſoliti ſunt adornare mendaciis, certam ſpem Regi de proſperis ſucceſſibus pollicentur.

Interea terminus peremptorius, qui Karoli exaltationi tanquam fatalis inſtabat, ex temporis decurſione paulatim ſerpens appropinquat, & dum de adventu ipſius vota hominum quodammodo deſperarent, ſubito juxta fauces Urbis galearum ſtolium cum gente in mare pugnabili ad impediendum Karolo marinas ſemitas deſtinatur. Hoc poſtquam fauces urbis conſpicuas trabibus & palis, & magnorum lapidum mole replendo turbavit in tantum quod galeis aditus de facili non patebat, ruina creuens per hoc Karoli galeas naufragium ſic intercipere quod nullatenus poteſtatis ſuæ judicium poſſet effugere, metuens propter inundantes tempeſtatum procellas incaſſum ad terram naufragiis deportari, alta petit æquora, & forte ſpatioſa pererrat. Galeæ vero, quæ Karolum devehebant ad terram ab impetu ventorum invitæ fortaſſis, impulſæ hoſtium non obviantes galeis, juxta Romanam plagam fixis anchoris, extenſis rudentibus ſe coarctant, eadem durante procella Karolus aſcendens quandam ſagittinam non ſine perſonæ diſcrimine terram petit, cupidus forte prius in ipſo littore mori, quam ignominioſè à Regni conceſſione repelli. Sicque in deſcenſu dum non crederet evadere, ſed omnino ſubmergi, terra Romana ipſum excepit redivivum, & itidem maris impetu tranquillato Galli ſui procedunt ad fauces, quæ objecta fuerant obſtacula ſubmovent, & Tyberis alveos libere ingrediuntur, & ſani: ac deinde (ſicut moris eſt) trahuntur ad Urbem. Karolo, qui ad terram ànte deſcenderat, ſicut Deo placuit, qui hominum dirigit vias, & vota, & omnes Romani nobiles veniunt obviam, & cum reverentia multa ſuſcipiunt. & tandem apud Monaſterium ſancti Pauli prope Urbem conducunt eundem, cui turba Romana plebis infinitæ generis utriuſque ſenex, & juvenis, laicus, & Clericus, ac Religioſi etiam cum palmis proceſſionaliter circumendo pronunciaret Oſanna pium, atque ex ejus adventu Romanus Populus ſumens ex animo feſtiva tripudia choreis ludentium & pſallentium cantica noviter exinde adinventa, de more diſpoſitis plateis, & in eis ſaltantibus pedibus calcare non ceſſant, & quilibet nobilis juxta ſuæ facultatis potentiam ſecum quorundam ſociorum equitum comitivam ſignanter inducit ad ludendum: nec eſt ſane memoria, quod alicui Domino Romani uſque ad illa tempora majora oſtentamenta geſſerint, quæ diſerti oratoris officium nequaquam brevis hora temporis enarret.

Dictus ergo Karulus qui mille forte milites electiſſimos in exercitio belli viribus expertes per mare traduxerat dura maris tempeſtate contractos, quorum fatigata membra Eccleſia prædicta reſtaurat, exercitum copioſum expectat, qui per terram de Ultramontanis partibus veniebat, & interim equis opportunis milites ſuos munit. Sed dum Admiratus ſtolii galearum Regis, quas uſque in diſtrictum

Januæ valida tempeſtas impuleat, Karolum & galeas ſuas vidiſſet quod proſpere Romam advenerant, ſtatim turbatus medullitor, & confuſus ſpiritu retroceſſit, & repetens fauces Urbis comperit de faucibus Tyberis omnia obſtacula, quę objicerat provida deliberatione dejecta, & neglecta ſollicitudine redargutus paſſus eſt dignè contumelias, & terrores.

Rex itaque Manfredus audito quod Karolus Romam ſub tanto diſcrimine venerit cœpit mente fremeſcere, & dum vix credere poſſet narrationem rumoris hujuſmodi qui ex continua ſollicitudine Nuntii velut Caldararii malleus, qui ictum ad cudendum ſocii non expectat, denuo ſtatim perſtrepebat auditum, non ſolum veniendi admiratus modum, ſed qualiter ſtolium galearum ſuarum claſſica Karoli ſic præterire potuiſſet inviſa, vehementiſſimè obſtupeſcit. Ex his & aliis præſagiis, quæ cælum, terra, & mare portenderant, intellectum recipiens, quo ex Dei judicio ſingula videbantur eſſe talia præparatoria contra eum. Illis enim temporibus cometa, qui multos annos clauſus ſub cæli volumine in ſui apparitione conſuevit benignus invitare, & ſubſiſtentiæ quaſſare dominia, velut ſolares radios ſuos uſque ad terras lucidiſſime Cometa extendit, ſed quanquam dicto Regi de ſuorum proxima ex præcedentibus ſignis deſolatio daretur intelligi, conſulens tamen augures & requirens aſtrologos, mentiebantur ſibi quodam palliato ſolamine per longa tempora regnantium, ſicque generali colloquio apud Beneventum edito Barones & Feudatarios omnes Regni Siciliæ, ac quoſdam bonos viros de ſingulorum bonorum locorum diſtrictu evocat, & Theutonicorum cohortes quas per Italiam ſparſerat collegit.

Congregatis ergo univerſis quos fecerat accerſiri, ad Comites tanquam ad electos ſuos ſe dirigens talis ſermonis propoſitiones orditur. Ecce, inquit, ignis urens de longinquo præ foribus noſtris aſſiſtit, unuſquiſque propterea ſuæ domus aquam ſine excuſatione manibus ſuis excipiat, & obſiſtat, ne dum ſine rerum, & perſonarum exceptione conſumit, domus cujuslibet devoretur ab eo. Ecce incurata ulcera, quæ malus noſter pudor ſub contempta diſſimulatione celabat, ſine medicorum ſuffragio parantur ad fiſtulam; quilibet ergo proprio gladio vias morbi hujus toto poſſe concludat, nedum uſque ad cordis viſcera venerit, & noſtras intimas neglectus medullas inficiat, deinde incurabilis habeatur. Gens quippe iſta dum Comites, & Barones Regni & patrimonium noſtrum venit invadere, ferociſſima, & auſtera cenſetur. Hæc inquam pietatem & miſericordiam dimiſit infantia, cor durum, ferocitatem mentis, animum inexorabilem contra nos ex propoſito ſecum congeſtat. Audivimus aliquando de benignitate & manſuetudine illorum de domo Franciæ aliquid enarrari, ſed tales non credatis eſſe qui nos veniunt aggredi, hos quidem nec amicæ preces, nec affectionis zelus contra nos, Regnum noſtrum concitavere venturos, ſed ſola cupido auri, & affluentia Regni noſtri, quam pompa Regnicolarum fecit eſſe deſiderabilem, illa violentos prædictos allicit, & rerum alienarum ſitibundos attrahit, & ad ſpolia noſtra deſiderata compellit, & ſicut Comes Provinciæ Karolus filius Regis Franciæ facit noſtram ut perſonam exterminet, quotidie ſe contra noſtras fortunas parat, ſic, imo avidius illi, qui cum illo aſſociantur ſub illa intentione deproperant, ut bona veſtra diripiant, & non dimittant perſonas. Crudelis impietas noſtris inaudita temporibus. Exteræ & effrenes gentes, quæ nonniſi ad crudelia execrabiles habent aptas ad ferocitates manus, & ad ſpolia promptas, quærentes ſemper quid devorent, tranquillum ſtatum Regni concutiunt, & omnia noſtra pertubant, dum credunt ſolo ſtrumorii impetu ſubjugare, ſed ex quo cum ferocitate feſtinant ferocius reſiſtamus eiſdam. Firmum enim credere poſſumus quidem quia pro noſtrorum virium defenſione, & pro conſervatione noſtræ juſtitiæ dimicabimus, malitiam ipſam juſtitia non debeat confovere. Unum quidem attendite quod ſi venientibus cedamus hoſtibus, aut lente reſiſtamus, vel ſi nos audient aliquo modo trepidantes in aliquo Gallici de more tunc quantum poſſunt impellent: animoſi enim ſunt aggreſſures, ſed ſi reſiſtatur ſibi viriliter conſuetudine ſuperborum finaliter conſueverunt ſuccumbere. Quia igitur hæc injuria tangit omnes noſtros fideles, & illum magis quem Regis copia plus abundare conceſſit, & qui terram à nobis obtinet ampliorem. Univerſi ergo & ſinguli, qui zelant noſtræ Majeſtatis honorem, & affectant celſitudinis noſtræ gloriam, juxta ſuarum facultatum potentiam armis, equis, & proborum virorum comitiva ſe muniant, & cum venientium turba noſtrorum hoſtium confinia Regni noſtri pulſaverit, illis, & eorum ſuperbiæ ſic potenter, & viriliter obſiſtatur, quod doleant, ſe in Ultramontanis partibus non fixiſſe veſtigia, & ſi qui manus potuerunt copioſæ noſtræ gentis effugere, confuſi mox ſubito retrocedant.

Poſtquam igitur Rex Manfredus circumſtantibus turmis votum totaliter ſuæ mentis aperuit, & propoſitum ſui cordis fundo deprompſit, univerſi quidem, & ſinguli collocutioni Regiæ annuunt, & parlamento dimiſſo à quibuslibet ad propria ſub eo colore, ut quilibet juxta ſuæ facultatis potentiam contra venientes hoſtes ſua muniant. Redeuntibus jam promiſſa fides Comitum latenter violatur interea, quam ſola imbecillitas animi, ac falſæ mentis inconſtantia, & non metus violabilem faciebat; nondum enim quemquam timere poterant, ſed ejus formidine quod verebantur accidere, futuri caſus præmeditatione perterriti tractatum per nuntios, tam cum Comite Provinciæ, quam cum Apoſtolica Sede doloſius ineunt, & eorum vota Comitis ejuſdem voluntatibus nuntiorum deſtinatione confœderant, ac ipſius mandatis placida ſignificatione arctantur.

Rex tamen Manfredus poſt hæc in Alamania pro duobus millibus militibus equitibus pro quibus pro ſex menſibus ſtipendia duplicata tranſmiſerat non ſine anxia voluntate tranſmittit.

Interea Karolus Romæ in Baſilica Apoſtolorum per quatuor Cardinales à Summo Pontifice ad Urbem, Viterbio propterea deſtinatos in Regem Siciliæ delinitur, & Regali diademate coronatur. In cujus coronatione mirabilia feſta fiunt anno Domini 1263 per Clementem IV. Succedente Urbano, & nova tripudia, & feſtiva gaudia celebrantur. Ludunt enim generaliter omnes Romani, & quilibet ſicut ei plus bonorum copia ſuppetit, ita miles pariter & pedes inſtructus per agmina pompoſius ſe oſtendit ibidem, & celebriora conſtituit ſolemnia feſti, hujus ut diei tanti negotii memoria perenniter memoretur. Jam Gallicorum multitudo numeroſa circumfluit, jam totus Regis Karoli ſollicitatur exercitus. Romam veniunt quidam inopes, & laboribus fatigati, ac expenſis oppreſſi, & ideo eorum prompti ſpiritus violenti appetitu ab bella eos accelerant, compellunt, & verbo & opere acerbiores efficiunt, & amicitiæ traditores. Unde extingui celeriter pro prima furia cupiunt, vel cædis occaſione, aut ſpe pretioſorum eorum ſacrorum mobilium amplo voto cogitant, & affectant. Contrahit tamen & ipſe Karolus, & alii de exercitu ſuo mutua à Romanis mercatoribus qui deſiderabant in Regno Siciliæ libertatis immunitates gaudere, multaque præcedenti pollicitatione recipiunt. Reconciliantur quamplures Gibellini Romani, & ad Regis Karoli gratiam cum quadam promptitudine redeunt, ex quibus Petrus Romanus jam dictus qui Regis ejuſdem quondam proſequebatur honorem, nunc majeſtati Regiæ devotus efficitur, & ad ipſius fidelitatem gratioſius admittitur. Hic ut dictus Rex de converſione ſua pignora certa reciperet contra Manfredum una cum Regis exercitu ultra ſe offert iturum. Profecto modica ſupellex, rerum penu

ria, & carentia pretii Gallicos inſtantiſſimè impellebant ad Regnum: ſicque à Dominis Cardinalibus ſupradictis ſuſcepta cum devotione venia omnium peccatorum, quam auctoritate Summi Pontificis poterant indulgere, verſus Ceperanum, ubi Regni, & Campaniæ fluvius quidam confinia dividit, avida voluntate feſtinant. Cardinales vero prædicti extra Urbem tantum Regem traducunt; eundem ibi juxta formas ipſum mutuo pacificè oſculantes, & ſignantes eum crucis ſignaculo abire licentia data permittunt. Pater tamen ille magnificus Dominus Riccardus ſancti Angeli Diaconus Cardinalis natione Romanus uſque ad caſtrum Molariæ proprii impenſa peculii pro ſua & ſuorum perpetua propenſione comitatus eſt Regem prædictum.

Manfredus vero ſtatus ſui hujuſmodi ventura flagella præſenſerat, ac veluti in extaſi ac alto terroris involucro poſitus, ignorat penitus ubi venientibus hoſtibus ſe opponat, ubi eis obſtacula præparet, ubi obſiſtat eiſdem, & dum ad reſiſtendum propterea flumen repetit; ut per ſe facta impedimenta ſint talia, quod hoſtes in oppoſitum conſtituti nequeant ſe manualiter jungere, nunc Capuam, nunc Ceperanum, & tandem Beneventum feſtinus diſcurrendo greſſus dirigit, & revolvit. Quamlibet enim terrarum hujuſmodi alta fluminis ripa fortificat, ac profundi defoſſum aggeris roborat; ſed præſcitus ad malum obſtinatus Manfredus, qui apud Ceperanum gentis ſuæ reſiſtentiam ordinare debebat, paſſus Regni vacuos, & ſine cuſtodiæ munitione reliquit, ut liber ad Regnum aditus pateat inimicis. Verumtamen in caſtro ſancti Germani duo millia Saracenorum, & mille equites juſſit pro tuitione morari: ſicque Rex Karolus cum ſuo victorioſo exercitu Regnum liberè ingreditur, de cujus amœnitate jam aſpergitur nova lætitia, jamque gaudio votivo completur, & diem quamlibet pro anno ſibi computat effluere donec reſiſtentium adverſariorum poſſet faciem intueri. Venit igitur propere ad quoddam inexpugnabile caſtrum quod aliquid contrarii videtur habere, cum Rocca Arcis appelletur à vulgo: hac enim Rocca vix fortior poſſet inveniri, quam rupes montuoſæ circumdant, & quaſi de medio petrarum confixam ſaxoſa montium prærupta convallant. Hanc Gallici pedites quaſi leve quid eſſet miraculoſè conſcendunt, ad quam niſi noviter notaretur infirmitas, vix crederentur poſſe per longa tempora devenire, ſed ſicut Deo placuit Caſtellanus inibi deputatus violentis perterritus Gallicorum inſultibus, & præ multitudine copioſa exercitus caſtrametati per ipſius caſtri circuitum ſtupefactus miſericordiæ mercedem implorat, cui mandata Regis Karoli coacta voluntate petenti Rex ipſe perſonæ veniam benignius indulſit, & mobilium rerum ſuarum quas in eodem caſtro habebat omnimodam totelam ſpopondit.

Fama itaque referente per patriam, quod gentes Ultramontanæ, tam fortiſſimum, & inexpugnabile caſtrum belli ſubjugaverant inſultu, quælibet terra quæ ea ſe minus fortem eſſe putabat, & debilius poterat ſe teneri tanto magis diem conflictus, & expugnationis, expectare formidat. Unde factum eſt quod quæcunque civitas, caſtrum, ſeu caſale ſitum eſt in circuitu Burgi ſancti Germani prædicti abjurato Manfredo Domino, & Regis Caroli mandatis devotè parendo ſigna ſubjectionis, & fidei voce confitetur, & opere. Jam famelicis, & fatigatis gentibus de ſuorum victualium fœcunditate ſubveniunt, & quæque pretioſa pro libertatis dono aſſequendo Regi offerunt, & militibus Regis.

Sed hæc modica pars Regni, nec tanta, nec talis erat, quæ de ſubſtantia ſua replere poſſet vacuum Gallicorum, ſeu eorum reſarcire penurias, vel anxietates extinguere, unde ſuccedentibus eis ad votum undique proſperis vigoroſiores, & magis voluntarios ad ſpolia, & excidia hoſtium, requiemque ſuorum laborum Princeps iſte mendicus ſuos in his efficit, & velut aſtur, quæ plumis deſurmis ſuſcipitur ad capiendos æſtivo tempore teneros perdicum pullos, quos debilis volatus nondum defendere rapacibus valet ab ungulis per doctum aucupem provida incitatione dirigitur, ut capta præda, & pullorum hujuſmodi ſanguine prægustato, deplumare jam diſcat, & efficiatur poſtmodum magis rapax. Ita Gallicorum innata complexio, quæ per ſe ſpeciali ferocitate ſuffulta ſine pavore mortis inſert exitialia jacula ad illas rationes occiſionis accenditur, & ad ſpolia prædicta violenter allicitur jam pro matura feliciter capta præda, & deliciarum Regni dulcedine prægustata.

Hujus igitur ſucceſſu felicitatis accenſi ad caſtrum ſancti Germani, ubi magnam partem opponendæ reſiſtentiæ invenire credebant, propere nimis pergunt, & cum omnes fere machinas, quibus mobilium equorum ſuffragio uti conſueverant in obſidione caſtrorum, ſecum feciſſet Rex Carolus per multitudinem curruum deportari, ibi apud S. Germanum ſinguli de curribus deponuntur, & currus pariter, & aurigæ ſubſiſtunt. Verum nihil his machinis, & aliis ſimilibus generibus oppugnandi profecerunt, nam quanto invaleſcebat Gallicorum animoſitas, tanto in hominibus terræ creſcebat audacia. Inſultum igitur manualis pugnæ contra muros à latere fluminis ferventer incipiunt, & quoniam plus Latini de more quam Gallici conſueverunt, & induſtrioſius etiam oppugnationes caſtrorum hujuſmodi gerere, quam Ultramontani, nonnulli nobiles animi & corporis vires, & virtutes cum quadam fervoris anticipatione moliebantur oſtendere; inter quos Petrus Romanus Romanorum Proconſul ſuperius nominatus cupiens Regis ejuſdem gratiam redimere mentis, quam apud eum demerendo perdiderat, locum pugnæ cum quibuſdam commilitonibus ſuis anticipans, ipſius Burgi muris ſine diſcrimine approximavit impavidus, quem jactus frequens innumerabilium lapidum, illorum videlicet qui muros tuebantur eoſdem uſque ad mediam corporis partem obſedit in tantum quod ſe movere non poterant, ſed eum quaſi perditum Gallicorum, & Latinorum ſuccurrentium promptitudo ſalvavit, cujus audaciam videntes corda fortificantes, & animos, & cœptum continuantes inſultum ita fortiter dimicarunt, ut fugatis murorum defenſoribus portam occupaverint prædictam. Profecto tam duriſſimum inſultum Sarraceni, & alii qui pro ingreſſu exercitus ad cuſtodiam ſancti Germani per Manfredum fuerant deputati oculis intuentes, & majorem illo mentis intuitu recenſentes, ſe fugæ præſidio commiſerunt, cum non ad impellendum ex deliberatione potius eſſent acti: ſed his fugæ remedium uſquequaque non profuit, nam majorem ipſorum partem Gallicorum gladius ſine miſericordiæ venia trucidavit. Occubuerunt inibi ſine numero multi quibus non pepercit Gallicus, vel Latinus, & eorum corpora, quæ præ vulnerum confuſione crudelium diſcerni vix poterant in eſum eſurientium animalium jacebant expoſita, & famelicis volatilibus derelicta: nonnulli tamen manum Gallicam evadentes, & fugam uſque Beneventum continuantes, ubi Manfredus cum magno exercitu Theutonicorum, Lombardorum, & Regnicolarum aderat, ſatis verè poterant de hujuſmodi ſtrage referre. Cumque denuo ſucceſſus & proſperitates Gallicorum multiplicantur feliciter, violentius eorum invaleſcebat audacia, & voluntatis anxiæ promptitudo creſcebat; unde nullo quæſito diffugio, ſed ſublato quolibet more diſpendio ad Manfredum pervenire deſiderant, & cum ſuis militibus confligere anxiantes uſque fores ad validas civitatis Beneventanæ actu continuo, & impulſu non ceſſant adverſariorum reliquias proſequi, & dum nec ſibi nec equis eorum parcerent qui erant præ longo itinere fatigati, quaſi omnes deficere videbantur. Sed tanta erat ſpoliorum aviditas ſuccedentibus eis undique proſperis quod totius laboris & diſcriminis onera levia reputabant.

Poſtquam igitur Gallici continuo, & veluti Arcerus Siculos, qui de mane ad veſperas clamans ſe-

qui-

quitur, ſatigati ad quendam campum de prope Beneventum devenerunt in quodam colle, qui reſpicit ex oppoſito Beneventum, cujus diſtantiam alveus fluminis tantum facit, figunt accelerata veſtigia, & dum ſic ſunt in ipſo colle caſtrametati, Rex Karolus qui continuo motu per exercitum ſrendens, ſicut aper dentibus, diſcurrebat, multos militiæ cingulo ad perpetuam rei memoriam decoravit, continuo quaſi clamore has voces catervis exercitus emittendo. Hic clarius apparebit quales habent Gallici milites? qui militiæ zelant honorem? Sanè poſt hæc primatibus exercitus congregatis in loco campi, ubi qui voluit potuit intereſſe his eos verbis brevibus alloquitur.

Parlamentum Regis Karoli.

SCiatis certiſſimè Domini Milites, quod de loco iſto in Franciam ſuga longos habet protractus, ut pugnemus venimus, ſi ſuccumbamus hoſtibus ſine ſpe miſericordiæ moriemur, fugæ præſidio nullum tutelæ patrocinium nobis impendetur, quia gentes per quas venimus, ſicut nos venientes honorabiliter tractaverunt, & reverenter impenderunt nobis gratum obſequii famulatum, ita nos fugientes animis eorum in pravitatem converſis quadam æmulatione uſque ad mortem perſequentur. Reſiſtamus ergo viriliter, & pugnemus audacter, ut vel omnes uno ore deglutiamur, vel ſperatum triumphum ex hoſtibus conſequamur. Tolerabilius enim eſt mori, quam fugere, nam fuga anxia multiplices mortes inter odientium diſcrimina ſecum trahit. Nos quidem confidentius poſſumus dimicare, cum enim adverſarii, quos anathemate excommunicationis ſententia perculit ſub illius nomine ſathanæ, cujus manibus per hujuſmodi ſententiam ſunt à Sede Apoſtolica mancipati cum æternæ vitæ deſperatione confligunt. Nos non ſolum ſub illius celebritate vocabuli, qui pro nobis pati, & affligi uſque ad mortem voluit, cum ſpe, imo cum certitudine miſericordiæ ab ipſius Vicario, ſolliciti tamen ſitis unde venientium ad pugnam prius equos lædatis, quibus ſuccumbentibus ſeſſores ad terram proſtratos, & pannorum gravitudine lentos, & hebetes noſtrorum peditum prompta manus excipiat, & trucidet. Reguletur taliter providentia veſtra quod ſinguli juxta ſe ſingulos pedites habeant, vel binos ſi poterint, etiamſi non poſſent alios quam ribaldos habere: tum pro equis interficiendis hoſtium, tum pro conterendis iis quos ceciderant, vel in acie præ labore continuo quieſcere non ſinant. Ideo potentes, & fortes, quod niſi taliter juvent, valeant cum equis hoſtium pari labore concurrere, & longa in bello mora durare.

His igitur regulis præmuniti velut canis in venationibus Domini ſui vocibus ad prædam quilibet campum paſſu voluntario coivit, & quærens quem devoret cibum ſicut ſamelicus Karolus lætus expectat.

Interea nonnulli Barones Regni quos propter ſuſpicionis cauſas factos à Regno exules alienâ diu patria fuerat, caſtra & terras innumeras quarum dominium juſtis titulis debat eis licentia Regis Karoli quam in Regni obtinuerant ingreſſu per diverſas Regni provincias occupant, & patrimonia ſua recuperant. Propterea Regnicolarum corda cœperunt inter ſe mutari non modicum, & generaliter minores gaudere. Credebant enim firmiter quod jam Regnum eſſet votivæ tranquillitati paratum, & ex adventu Regis Karoli libertati omnimodè reſtitutum. Minantibus itaque Regnicolis uſquequaque per Regnum, non ceſſant interea fortes belli parcere diſcrimini, & quilibet, ut fortius dimicet ſe accingit.

Manfredus tamen qui ſemper de inſtabilitate, & voto contrario illorum de Regno merito dubitabat, ſuis Comitibus hos ſermones eructat.

Parlamentum Regis Manfredi.

HOſtes noſtros quos jam diu fama, & clamatio pronunciavit eſſe venturos videtis in oppoſitum exiſtentes, & per Dei gratiam tantos, & tales

A eſſe viſa noſtra non judicat, quantos & quales fama referente credimus, malos equos, & macilentes & parvos habent, & ſi ſunt ibi aliqui magni equi, extenuati præ labore nimio parum valent. Dum ſic ſunt ſatigati, priuſquam quæſita requie convaleſcant, & fortificati aliqualiter omnino invaleſcant approperemus horam conflictus, & in media arma ruamus, etſi inevitabiliter fuerit, moriamur. Gallici enim in ipſo inſtanti videntur audaces, nec ſunt ſtabiles, nec animum habent fortem: omnino ſunt pavidi quando reſiſtentiam aliqualem inveniunt. O bona poſteritas memoramini geſta progenitorum noſtrorum, nonne Theutonici gentes iſtas antiquitus viliſſimas reputabant? nonne hos & alios requirebant Itali, & eorum mero dominio multifariè ſubmittebant? Fortiores ſumus patribus noſtris, & majori etiam perſonarum, & rerum potentia præditi, quid veremur? quid formidamus? certe nihil aliud cogitemus, quam in exterminium hoſtes adducere, & eos à facie noſtra delere.

B His & aliis Manfredus Gallicorum mores, & facta viliſicans ſuos viriliter animabat, ſed Comitum ſuorum quilibet juxta magnanimitatem, & imbecillitatem animi ſecundum quod magis, & minus fidelitatem ſibi ſervare diſpoſuit, voluntatem ſuæ mentis aperuit, & ſuadebat, vel diſſuadebat pugnam, ſecundum quod virtus, & vitium animi miniſtrabat. Verumtamen de hora pugnæ Manfredus conſilio cujuſdam Aſtrologi regebatur: ſed cum jam deliberatione præhabita compertum per artem eſſet quod felici numine pugnari poterat aggredi, quidam ex Comitibus ipſis proditoria obſtinatione corrupti, & machinationem nequiſſimam moliti diſſimulantes ſibi diſplicere prælium, ſolum commodum ipſius Manfredi fore ſi non confligerent, prætendentes ipſum Manfredum fore, ſi non confligeret, pro dignitate ſpurii derelinquendum. Quidam etiam, quos idem Manfredus ad ſe tunc temporis ſecerat accerſiri, ſumpta cauſa, vel occaſione potius quam quærunt volentes recedere ab amicis, ſubſtituerunt in locis primis futuros ſucceſſus

C morantes potentiæ utriuſque: ſed qui pares cenſeri poterant in crimine, inde fines ſimulabant ſe ad terrarum ſuarum cuſtodiam remanere.

Inter hæc Manfredus cum quibuſdam Lombardis Comitibus, & maxime cum Gualvano, Jordano, & Bartholomæo, & cum quodam Theobaldo de Anibaldis cive Romano ſecretum fecit conſilium, & ab eis prudenter an intendant ſtatim contra hoſtes irruere ſciſcitatur, an quidem de attentanda pugna videatur eiſdem diligenter interrogat. Hi ſanè cum eſſent homines bellicoſi, quibus aliquando famosè triumphus ex bello ſucceſſerat, & fortuna proſpera in eorum aliquando principiis amiſerat quodam motu voluntario regebantur, ut animo videlicet plus quam viribus crederent, & furore plus quam virtute ſe vincere poſſe ſperarent. Unde viva & prompta voce ſtupeſcentes quomodo de eo quod Manfredus jam eorum in ultimis probitatem expertus indagabat ab eis, clamant, & dicunt: Et ſi ſtatim nos oporteat mori tecum non te negabimus,

D perſonam tuam ex cujus vita, & obitu noſtræ felicitatis ſubſtantia, & ultimæ infelicitatis dependet occaſus, veſtigio ſequimur, & te feliciter vivere, noſque ſub militaris honore fortunæ fideliter pro te mori volumus, & optamus, & ut fidem quam pro defendenda regalis nominis libertate congeſſimus ſtatim noſtra teſtificentur opera, primus noſter erit aggreſſus.

Incipit hic pugna Manfredi.

CUmque in hujuſmodi voluntatis examinatione perſiſterent, & militiæ agminum præpoſiti deceſſerint, clamor æthere tantus inſonuit, quod ſicut fertur uſque ad Alfim ventus impulit murmura, & veluti cum freta ſervent valida ventorum concita tempeſtate, omnium perturbabat auditum. Saraceni namque de Luceria, maxime arcerii numero decem millia mandati fines furiosè tranſgredientes, dum ſic Gallicos cogitarent arcuum per-

A terrere miſſilibus, quod poſtea Theutonicis, & Lombardis quominus prædictos Gallicos expugnarent nullius difficultatis pararetur obſtaculum, circa flumen veniunt. Sed Gallicorum ferocitatem plus concitant, & accendunt quo magis militum cohortibus appropinquant, clamant de more, & quaſi cadentes hoſtes contererent vocibus, clamare continuo invaleſcunt. His occurrunt ribaldi qui congregati de facto ad manus adveniunt, & comperto quod Saraceni eſſent, clamant dicentes, porci ſunt illi, qui ad nos cum tanto clamore deſcendunt; unde quaſi inermes ſine alicujus magiſtri conductu, ſolita conciti furia velut arborum frondes quando in nubiloſa multitudine de loco moventur ad locum, venientibus Saracenorum turmis occurrunt. Verum Saraceni more ſolito, priuſquam ſe jungant manualiter hoſtibus ex peractis tela projiciunt, & ſubito ſagittantes ribaldos ſine numero vulnerant. Emiſſæ plus vel minus, prout ex lacertis fortioribus prodeunt poſt terga ſagittæ ad inſtar ſerpentis
B inter ſtipulas progredientis congeminatæ ſibilant, & inopinatè, & irremediabiliter ex hoc in illum fulgura ferunt. Sed dum frequentius eructantur in diverſis corporum partibus nonnullæ ſubſiſtunt modo in capite, modoque in facie geminæ reſidentes nova figurant cornua, & geminatæ taliter affixæ circum pectus, & ſcapulas exornes vitium palmites ſimulant: Recipiunt hujuſmodi ſimulatos ramos innumerabilia corpora, ſed non funduntur, perforantur in nixum, & veluti greges ovium in campis Apuliæ quando Boream de Dalmatiæ derivatum montibus patiuntur, quaſi caduco morbo confectæ ſimul & ſubito in multitudine concidunt. Sic ribaldorum infirmitas quorum caſus parum, vel nihil Regis Karoli tangebat exercitum, exanimis redditur, & expirat. Milites autem Gallici Ribaldorum ſtragem occumbentium ſubito ſactam noſcentes, & dolentes potiſſimum, ne Saraceni ex hac ſtrage ſumant vigoris audaciam, & contra eos fortius invaleſcant; quandam ſervientium aciem de-
C putant qui Saracenos in campo clamantes invadunt. Irruunt quidem equites numero forte mille in Saracenos prædictos & ita fortiter percutiunt Saracenos, quod mortificati univerſaliter cum arcubus. & quodammodo facti exanimes ſolo metu, ſe nemine adhuc percutiente proſternuntur, facti ſunt veluti paſſeres in ſæpibus, quando in eos Niſus de aere ſubito veniens irruit, & gregales aves, quas audax Aquila quaſi de cęlo corruens proſternit in nemore. Trucidantur canes, & eorum corpora quæ Gallicus gladius ſine pietate aliqua extinguebat, laniata ſicut venales carnes carnificium canibus relinquuntur.

Ad hæc Comes Jordanus promptus, & audax, cujus aliquando fortuna juvit audaciam, non expectata deliberatione Manfredi, ſtatim cum mille Theutonicis proſilivit in campum, & dato ſigno inter conneſtabuliorum catervas bellum fortiſſimum, cum illis ſervientibus Gallicis init. Ii quidem ex multa Saracenorum occiſione fatigati, & quia nec
D erant tales, nec equis talibus inſidentes, quod occurrentibus Theutonicis poſſent obſiſtere, ſuccumbunt protinus, & pauci è Theutonicorum manibus potuerunt effugere, omnes fere Gallicos gladius devorat, omnia objecta agmina lacerat. Erant enim prædicti Theutonici melior quaſi pars totius exercitus Manfredi.

Hoc autem Rex Karolus intuens; fremens, & furens modo perſonaliter in Theutonicos volebat irruere, modo uſus ſaniori conſilio ſubſiſtebat, ſed tamen ordinatis banderiis, & magiſtris militiæ, ac præpoſitis agminum qui in campum venerant, mille milites ſuos electos jubet invadere. Sortes igitur contra fortes fortiſſimè nectunt, ſed Theutonicis finaliter ſuccumbentibus adſunt Gualvanus, Bartholomæus, & plures Comites cum Lombardis, & Theutonicis, & aliis catervarim bellum ſubmittunt, & configunt duriſſimè ſicut poſſunt.

Belli ſic durante conflictu, ex utraque parte deficientibus multis, quos vel labor, vel gladius comprimebat, aliam comitivam Rex Karolus initum conflictum duriſſimè edicit ituram. Hæc quidem adeo fortificavit pro parte Regis Caroli bellum, quod omnino reverſi ſunt Gallici prævalere, imo potius prævalebant. Ah ah Manfrede prædeſtinate ad malum! Totam pugnam & pugnæ modum oculis intuetur, & corde dividit, jam jam omnino volens irruere denuo ſollicitus, & attentus, ſicut leporarius quem tenet venator, ſollicitatur braccbettis, & excubiis nemoris laxiatum fremebat, & anxiabatur aggredi bellum: mandat cæteris Capitaneis, & Præpoſitis ſui exercitus quod illico deſcendant ad pugnam. Sed cum nonnulli de Regno, qui quoſdam falſos Comites, cum quibus Rex Carolus ſub colorato patrimonialis ſucceſſionis titulo ſpolia Regni diviſerat ſequebantur, nollent bellum ingredi, ſed proditoriè abſtitiſſent, Manfredus cum ſuis militibus mortem potius eligens, quam eis morientibus alieno profugio vitam petere, quaſi deſperatus, cum prædicto Domino Theobaldo Romano, qui eum nullatenus dimittebat, imo quantum poterat ſuadebat quod omnino ſtatim aggrederentur bellum, & ſuis militibus qui pugnabant ſuccurrerent, & vel ſic omnes unus affectus, una hora, unus gladius devoret, vel exaltet, inimicorum ſuorum ruit in medium, pugnat, percutit, percutitur, & expugnatur. Proh dolor! à ſuis ſic proditus invaleſcit violentia Gallicorum, circumdat aſtutia totum campum, nulli parcit Gallicus, ſingulos de Manfredi exercitu necant, & trucidant immaniter, lavant ſitientes manus ſuas in ſanguine occiſorum. Quamplures quidem attendentes inhumanitatem hujuſmodi, videlicet quod nec proſtratis Gallicus parcebat gladius, ſe mergebant armatis cum equis in flumen, demergi ſanctius eligentes in flumen, quam ſic immaniter trucidari: unde quos gladius non contrivit, fluvius deglutivit.

Facta eſt igitur tanta ſtrages, quod nihil in campo remanſit, undique corpora occiſorum equorum ſuper cadavera hominum quieſcebant, vix cadaver integrum, imo mutilatum diverſimode poterat inveniri; omnia in deſertum, & ſine prima figura jacebant impiè ſic tractata.

Rex itaque Carolus, qui nondum de Manfredi obitu certus erat, conſcendit triumphaliter civitatem veterem Beneventi, & quæ diu anxiè affectaverat ſpolia, magis anxiè amplexatur, lætus comperit, & lætior excipit gazas innumeras, & pretioſa nonnulla, quæ non ſolum Manfredus in proprio gazophylacio, ſed & Conradus frater, & Fredericus pater in non modica congeſſerant quantitate, ex diverſis quantitatibus auri compoſitis magnis acervis ſollicitus adunat, quem faciebat ſola rerum indigentia, & diuturna penuria ſitibundum, Theſauros multorum Comitum incautos invenit, & recondit. Ditantur undique Gallici, nec tamen iſtis extinguitur, vel repletur eſuries. Nam non ſolum occiſorum hoſtium ſpolia ſua faciunt, ſed civitatem miſeram ſine perſonarum exceptione diſrobant, & quod peſſimum eſt incolas cædunt, & externis inventis ibi non parcunt. Cædes continua non quieſcit interea, ſed prædictos magis cædunt tanto plus fortiter, quanto plus ardent quoslibet Beneventanos adducere in exterminium & in prædam. Mittit in Siciliam Dominum Philippum de Monteforte, ac quaslibet Regni Provincias viſitat per officiales, & miniſtros; verumtamen propter Gallicorum multitudinem quorum frequentia ſingulæ Regni partes complentur, quælibet terra ſua deplorat incommoda, & clades perterritat. Non palpavit incendia exiguo, & continuo tranſitu, attamen violentos ſentit incurſus, & afflictione jactilis offenditur improviſo; namque cum iis qui ſequuntur caſtra fides, & pietas nulla inſit, naturam ſapiunt ignis, & fulgoris, ut videlicet omnia per quæ tranſeunt loca contaminent, & quos ita ſubito nequeunt interimere ſubactos ad inſtar ignis materiæ denuo partes contiguas cōprehendentis adurunt.

Ad

Adhæc Rex prædictus tam glorifico triumpho magnificus, ut de Regnicolarum moribus Regnique conſuetudinibus ſe informet, quoſdam Regnicolas, quos Manfredus penes officiorum adminiſtrationes, & miniſteria ante ſtrloſe congeſſerat, in ſuam familiaritatem advertit; & receptat, inter quos quemdam Barolitanum præcipuè nomine Giczolinus de Marra, cujus primogenitores de montibus Amalphiæ traxerunt originem, ad tractus rerum domeſticarum, & commiſſionum regalium officioſitas Regi reddebat acceptum. Hic regiſtra proventuum Regni, officiorum, ac officialium etiam per diverſa ipſius Regni loca particulariter ponendorum habebat, in quibus non ſolum juriſdictiones, & jura Regni per quæ felices contentis duntaxat eiſdem ſui feliciter conſervabantur honores, memoriter erant inſerta, ſed omnes angariæ, perangariæ, collectæ, tagliæ, dativæ, contributiones exercituum, immunitatum quibus Regnum neſandorum impletas, & miſeros Regnicolas opprimere ac vexare didicerat ſtudioſius fuerunt rubricata. Hujus Giczolini conſilio & ſuggeſtu Rex, qui Regum prædeceſſorum ſuorum vitæ in vivendo modum ſequi, ac mores eorum probabiles non prætendebat habere, legem ponit Regnicolis, novoſque Secretarios, Juſtitiarios, Admiratos, Pronotarios, Partuzanos, Dohanerios, & Fundicarius, Magiſtros Schulariorum & Magiſtros juratos, Bajulos, Judices, & Notarios ubique per Regnum, & ſuper hos majores Præpoſitos ſtatuit. Hi religione juramenti, quod in officiorum ſuſceptione conſueverant præſtare præſumptuoſis ab uſibus violata ubilibet ſubjectos gravant indebitè, ac eis importabilia onera imponentes exigenda plus debito cruorem eliciunt ac medullas.

Provocavit Regnicolas Dominus diris oppreſſos flagitiis, & jam mente corrupti violenter inermes quilibet inter ſe ſpecialis excogitata fraudis machinatione corrumpitur, & præ novi timore Domini plus gemitibus quam verbis alter alteri tactus dolore cordis intrinſecus intentionis ſuæ pandit arcana, & lamentabilibus ſaltem conqueſtibus ſuæ mentis reſerat voluntatem, ac triſtes volvens in pectore queſtus miſera ejulatione quaſi Neſtores lupis clamat, ò Rex Manſrede! temet non cognovimus, quem nunc & tet etiam deploramus. Te lupum credebamus rapacem inter oves paſcuæ hujus Regni ſecus præſentis reſpectu domini quod de mobilitatis, & inconſtantiæ more ſub magnorum profuſione gaudiorum anxiè morabimur, agnum manſuetum te fuiſſe cognoſcimus jam fuiſſe, dulcia tuæ poteſtatis mandata ſentimus, dum alterius, & majora guſtamus. Conquerebamur frequentius noſtram partem, partem in domini tuæ majeſtatis adduci, nunc autem omnia bona, quod pejus eſt, & perſonas alienigenarum convertere debemus in prędam.

Quando Gibellini miſerunt pro Conradino & Frederico de Stuffen in Alemaniam.

Regnicolis igitur ubique per Regnum murmurationes emittentibus, & lamenta, nonnulli de Regno ipſo hæc & deteriora recepta Comitibus, Equitibus, & Baronibus exteris, & abjectis, ac profugis, necnon & univerſis in Lombardia & Tuſcia Gibellinorum capitibus intimare procurant de aſpero, & anguſto ac importabili dominio Gallicorum. Quamplures inter hæc viri magnifici, videlicet Gualvanus & Fredericus fratres Comites prælibari, Conradus Capicius, & Marinus ejus frater de Neapoli, quibus ad preces B. de Pignatellis Archiepiſcopi Meſſanenſis vitæ veniam poſt eventum præfatæ deliberationis indulſerat; in Alamaniam ad ſuſcitandum Carolum dormientem, qui nondum ætate cœperat adulta penneſcere, propere ſe convertunt, ibi enim de tota Frederici poſteritate ſolus Conradus natus quondam Regis Conradi ejuſdem Frederici filii, qui cum Frederico de Stuffen quondam Duce Auſtriæ, ac multis de Theutonica magnis viris linea conſanguinitatis conjunctus tanquam quoddam miraculum ſupererat. Ad hunc ſanè variis licet alienis ſuaſionibus excitandum non ſolum prædicti exules, & alii quamplures de Regno perveniunt, ſed ab omnibus Gibellinis, & à civitatibus etiam Imperialibus de Provinciis ſupradictis, quæ quondam ſub devotione Frederici, & filiorum fuerant, ſolemnes nuncii deſtinantur, qui ſibi tanquam Regi venturo aurum, thus offerebant, & myrrham, ac eis de propriis peculiis & civitatum ipſarum theſauros promittentes pro expendiis neceſſariis ampliores non tantum ipſum qui corpus, & cor ætatis puerilis habebat, ſed alios eo majores virtute, & ætate amicos, & conſanguineos ſuos ad delicioſas & fertiles Regni epulas invitarunt, quos illico illi feſtinis greſſibus concitaverunt venturos.

Quando Conradinus miſit literas ſuas per Italiam.

Conflato igitur, & ſculpto ſigillo ſub Regis Siciliæ titulo Conradinus per Italiam literas ſpargit, & nuntios, & ſuum adventum celerem fore pronunciavit.

Conradus autem Capicius de Generali Vicariatu Siciliæ ſubventus ſub ipſius Conradini ſigillo, literas, in quibus ſe Regem Siciliæ confingebat, ſtuduit obtinere, dicens quod ad præparandas Domino ſuo vias ejus in Regnum civitatibus prædicando adventum volebat, ut præcurſor ſublato moræ diſpendio properare, ſicque obtenta ſuperioris licentia Piſis de voluntate quoque Principum Alamanię, ac oblata per eas ipſi Conradino in antea voce prænuncia promulgavit. Poſtulat interim hoc à Piſanis per mare ſubſidium quod poſſit ad præſens in Tuniſium transfretare: & quia Piſani jam diſpoſuerant proſequi factum, & cauſam favorabiliter Contadini, concedunt Conrado prædicto unam galeam armatam quan um vehatur, ſuæque ſubſerviat voluntati. Applicans igitur in Tuniſium Conradus Capicius prælibaro Dopno Frederico naro Regis Hiſpaniæ cogitatu calido de invadenda Sicilia machinationem, factumque Conradini juſtificans, & ſuorum magnificans potentiam amicorum, oblata ſibi per magnificos viros Italiæ, ac inſignia loca ſubſidia pluſquam ipſa ſuper veritas referebat. Prædictus enim Dopnus Fredericus, & Dopnus Henricus germanus ejuſdem, quos invidentia quam habebant de magnitudine, ac proſperitate fraterna, & abjectos & abſentes à propria diu patria fecerat, tunc quidem pro ſe, ac quibuſdam militibus de Hiſpania ſtipendia recipiebant à Rege Tuniſii, qui quotidianis cavalcatis, & aſſiduæ guerræ ſollicitudine angebatur per alios Saracenos. Hi ſane fratres Hiſpani pro Saracenorum converſatione diutina actibus Agarenorum imbuti, & ferè Chriſtianæ Religionis obliti à Saracenis ipſius vita parum & moribus differebant. Verum Dopnus Henricus à præfato Tuniſii Rege habitus ex ſua ſuperſtitioſa ſuperba, & proditoria machinatione ſuſpectus ad ſeducendum, & concitandum Romanam Provinciam, & Curiam dimiſſus, ab Eccleſia ac Apoſtolicæ dignitatis auctoritate magnæ libertatis, & gratiæ immenſa dona popoſcerat, ac ſua nobilitate Sanctæ Matris Eccleſiæ Romanę Miniſtros adeo videbatur inebriaſſe repente, ut ei deberet de Regno Sardiniæ provideri, conditum fuit, & factum conſiſtorium & tractatum.

Quando Dopnus Henricus factus fuit Senator in Urbe.

Quidam nobilis Romanus civis Angelus Capucia nuncupatus ſeditionem in Romano Populo ſuſcitavit, per quem contra Urbis Magnates cęperunt populi quibuſdam viris de qualibet Regione vii. electis ſecum adjunctis ſub pacis ſpecie viribus Magiſtratus eſt erectus. Hic ex contradita ſibi per dictum populum poteſtate qua quem vellet poſſet eligere Senatum, Dopnum Henricum præfatum contra plurium nobilium repugnantiam, & obſtaculum etiam Cardinalium aliquorum; qui jam aliquid de ipſius Dopni Henrici fraudulenta volunta-

te

re conceperaot, ad Urbis regimen evocavit, cujus evocationis ſolemnitas etſi fuiſſet ante publicationem à pluribus impugnata, & multorum corda non immerito durius pupugiſſet, tamen ſub quadam fuit gratitudine generaliter ab omnibus acceptata. Veoit ergo de Romaoa Curia factus Senator ad Urbem, & aliqua diu ſtatuta juſtitiæ ſub æquitatis libra omnibus ſuæ poteſtatis appendens, tandem corde, & voluotate perverſos, vita & moribus protinus regulatis abjectis, in arcum repeote convertitur inopinabilis pravitatis, Guelphis quidem Urbis, & amicis Eccleſiæ, ac devotis in abuudantia mellis promiſſi verbo tenus fellicum, & venenoſum poculum actualiter ſubminiſtrat. Concipit iſte ſimiliter odia contra prædictum Regem Siciliæ, cui grado attioebat cooſanguinitatis, & cum de Sicilia, & ſuorum ſucceſſuum felicitate iovideret, quærebat opportunitatem ot eum per viam aliquam poſſet pereuolter exterminare, vel cædere, aut in Regni poſſeſſiooe eundem ſe Regem habere legitimum, & motum ſui aoimi fore juſtum pro eo quod eidem Regi quando primum contra Manfredum inops, & jam ſubſtaotia tenuis veniebat, aſſerebat ſe oon modicam pecuoiæ quantitatem de proprio peculio mutuaſſe, quam dictus Rex ad fortunam veniens pinguiorem ſibi, ut bona fide ſpoponderat reddere contemoebat.

De adventu Conradi in Italiam.

HIs cootra præfatum Regem, imo ex cordis iniquitate Cooradino in Italiam jam venire diſpoſito, & parato literarum, & nuntiorum deſtioatione confœderat, & ei poſſe ſuum ac Romanorum potentiam ſubſidioſè ſpondens contra Regem Karolum experiri multis ipſum inductionibus ad celeriter veniendum reddit attentum oſtendens ſibi mendaciter quod adveotum ſuum Regnicolæ, & Roma, & tota Italia ſuſpirabat, & aſſerens eidem Gibellinorum ſaltem ſubſidia non poſſe deficere, ac ſe etiam toto animo hoſtiliter Gallicis fore armatum obviaturum. Ad hujuſmodi igitur grande factum exhortatione ac pollicitatiooe ſuggeſtum ſtatim Conradious ſollicitatus, omnibus inſiaotiſſimè quibus ultra ſe promiſerat venturum io Italiam eſſe, congreſſus accinctos magis accelerat.

Interea perfidus Chriſtiaous Dopnus Henricus variè excogitaos ac teotans omoes nobiles Urbis Guelfus una hora ſimul io Capitolio irretiri ad inſtar piſcium quaodo plures oumero uno tractu retium capiuntur, facit ad ſe prædictos oobiles proditoriè acceſſiri, eumque nobilium ipſorum alter alterius vocationem penitus ignoraret, quamplures intrepidi, ſed decepti Capitolium aſcendunt. Suot autem prædicti nobiles Domious Neapoleon, Matthæus frater ejus de filiis Urſi, D. Joannes de Sabello, Petrus Stephani, & Angelus Malabranca. Hos tamen qui nihil de excogitata fraude præſenſerant ad vocatiooem prędictam pure ac ſimpliciter venientes ſtatim Dopnus Henricus cepit, captoſque juſſit io Capitolio priſonari, quibus in ipſo captionis init o nullam motu, vel geſtu formam turbationis, aut alicujus aſperitatis oſtendit, imo præcooceptæ cōtra eos fraudis petula leuitate verborum ſagaciter temperabat virus: & merito ne propter hujuſmodi captorum deteutiooem tam ſubito ſeditioſus contra eum tumultus commoveretur in populo. Poſtquam vero dictos captos verbis aſſecuravit mellifluis, perpendens quod concitata populi corda quieveraot, ex eis aliquos videlicet Dominum Neapoleonem, & fratrem apud Monticellum, quod eſt caſtrum fortiſſimum prope Tybur, inibi moraturos io carcere ad ſuum beneplacitum deſtinavit, & tamen ut eos de diſtrictu extraheret Urbis, eoſdemque poſſet libere conſervare apud Sarracloiſcum quod eſt caſtrum Couradi de Antiochia nepotis quondam Frederici prędicti jubet exacta cuſtodia io arcto carcere detineri. Verum ex reliquis in Capitolio ſic deteotis prælibatum Dominum Joannem de Sabello, de quo cum eſſet homo probatæ fidei zelans pacem & tranquillitatem Urbis toto mentis affectu nulla ſioiſtra peteret ſuſpicio, receptis primo ad cautelam pro eo quibuſdam fidejuſſoribus, & Luca ejus filio dato obſide pro excambio à carcere Capitolii relaxavit.

Et quia Raynaldus de filiis Urſi vocatus cum aliis Capitolium non conſcendit, interim ſe in caſtro Marini oon ſine audaci promptitudine receptavit, jam dictus prædo Chriſtianus contra eundem Dominum Raynaldum duxit copioſum exercitum Romanorum, & caſtrum ipſum dira obſidiooe circumdat. Cumque ratione nequiret caſtrum ipſum quod quamplures de Urbe ſtrenui milites. & pedites tuebaotur, ſicut firmiter credidit expugoare, redit ab Urbem furibundus, & fremens.

Qaomodo Dopnus Henricus extendit manus per Eccleſias, theſauram accipiens.

QUI in Urbe commorans noo contentus io viros Eccleſiaſticos, & Eccleſiæ Romanæ devotos manus immaniter immittere violentas, ad theſauros ionumeros quos conſervabant Eccleſiæ ſceleratas manus execrabiliter extendere non paveſcit. Sunt eoim Romæ diuturni mores, quibus non ſolum Romani, qui aliquas pecuoiarum ſummas modo quolibet cougregaot, vel habent res pretioſas quas propter latrones, hoſtiumque incurſus in domibus propriis conſervare formidant, ſed quamplures exteri vicini libentius petentes Romam ſacris in Monaſteriis, & Eccleſiis magna, & multa depoount peculia, quæ per longum tempus oon requiruntur a dominis, cooſiderato quod in locis ipſis cum integritate ac tutela conſueverunt depoſita conſervari.

Ad hęc itaque diripienda depoſita contra ipſarum Eccleſiarum privilegia libertatum prædictus Dopnus Henricus aoxiis inſtat conatibus, totoque iocenditur meotis ardore, ſicque prędo ſeverus Deum, Eccleſiam, & homines, non vereus offeudere loca depoſitorum hujuſmodi quadam audet promptitudioe temeritatis iovadere. Hic coofringit ſacrilegus oſtia, hic Sacriſtias violat ſceleratus, hic fur violentus aperit eatenus Clericorum, inde pecuniam, inde argeotea vaſa, & aurea, inde ſacras veſtes, & quæque pretioſa diripit, & aſportat procul. Proh dolor! Lateranen. ſancti Pauli, ſancti Sabæ, ſancti Baſilii Aventioi, ſanctæ Sabinæ, & aliorum Monaſteriorum, & Eccleſiarum loca & lugent ſuis diſturbata depoſitis, & altis clamoribus conquerendo pro voce dant gemitum, & per illum doloris iogentia ſuſpiria, & ſingultus: otant Eccleſiaſtici viri, & has voces ſub incendio lugubria infelicitatis emittunt. O infelix Urbs urbium Roma, tot ſanctorum Patrum glorificis ditata reliquiis, tantaque gentium alienarum frequentia in ſuis venerabilibus ſanctuariis honorata, facta es modo opprobrium, & ſubſannationis illuſio gentibus, quæ circumſtaot. Venerunt inquam gentes in hanc Sanctorum hæreditatem, quæ io cordis inſipientia Deum io Sanctis ſuis non cogitant, & dum divina templa polluere non formidant, Eccleſiarum pecunias, & loca deſolaverunt ipſarum. Ergo ſuppliciter nos peculiaris Chriſti, & Eccleſiæ ſuæ populus, grex Dominicus, & paſcua, boni paſtoris oves, & tu Deus ultionum Domious hanc tuam, & Eccleſiæ tuæ temporibus noſtris ulciſcaris injuriam. In conſpectu tuo ſic gemitus compeditorum introeat, ſicque oppreſſorum clamor ad ſedem majeſtatis tuæ aſcendat, ut iniqoitates iſtas quas fidelis populus tuus patitur à geotibus quæ te non noveruot provida clementia tuæ propitiationis aboleat, & miſeratio tuæ pietatis abſtergat.

Jam inter hæc Conradious uoa cum filio Ducis Auſtriæ, comitante ſibi equitum Theutonicorum maou in Lombardiam de Allemania venerat, ubi aliquantulum moram trahens fautorum quondam Manfredi patrui ſui tam de Tuſcia, quam de Lombardia cepit tunc quondam per literas oblata ſubſidia, ſed ſedula conſideratione attendens quod ad invadendum Regnum, & Gallicos in Regno moraotes pro illorum comitiva Theutonicorum qui ſe-

que-

quebantur ipſum non poſſet etiam triplicata ſufficere, conſideravit tamen quod Gibellinorum uſquequaque ſubſidiis, quæ tam à civitatibus, & locis Provinciarum ipſarum, quarum contra Regem Karolum videbatur pariter agi negotium, quam etiam à perſonis particularibus, quas vel vicinorum invidia, vel temporalium bonorum cupido concitabat ad arma ſumenda, oblata & deſtinata demum ſibi fuerant, in uno eodemque exercitu contra Regem ipſum unanimiter adunatis poterat cum Gallicis qualibet ſuccumbendi ſublata formidine victorioſè pugnare. Unde contra monitiones mandati, & inhibitiones tandem expreſſas Romanæ Sedis Antiſtitis cum anathemate excommunicationis ſententiam mente juvenili temere in hac parte contempſit, Romam quam citius venire feſtinat, ut & fautoribus, & complicibus ſuis ejus adventum expectantibus celeriter votum animi ſui promat: plus tamen verboſis literis, & præconiis quam pedibus molitur in jam deliberata veſtigia. Eum enim fugientem ſuaſiones, & ſtimuli fortius ad ultima fatorum excidia impellebant, eumdemq; in tantum ſub deluſoria ſponſione Arecii trahebant ad nubilum tenebrarum, & ſub felicitatis oſtentamento futuræ, debilem, & inſanum in medium procellarum fluentium addicebant.

Fama igitur de prædictis ad Conradum Capicium. & Dopnum Fredericum qui adhuc erant apud Tuniſium devoluta ſtatim ſub favore illius Regis Tuniſii cum ducentum Hiſpanis totidem Theutonicis, & quatricentum Tarcis ſtipendiariis quos in Tuniſio ad Regis ejuſdem ſtipendia commorantes, avidos ad ſpolia Siculorum tanquam alias expertos temporibus retroactis eſſe compererant, in duabus navibus in quibus quidem decem & ſeptem equos induxerant cum eis, multis tamen ſellis & frenis muniti in Siciliam transfretant.

Hos quædam terra quæ vocatur Schiacca regalis dominii, ſed dehabitata primordialiter receptavit, ipſiſque nonnulli Siculi quos tanquam perpeſſos ſucceſſionis occaſione exilium averſos adhuc ſpes vacua fovebat, grandia enſenia præſentarunt per quæ non modicum eorum debilis fortificatur adventus.

Conradus igitur Capicius per totam Siciliam ſpargit literas ac ſe Illuſtriſſimi Regis Conradini Vicarium in Sicilia generalem literali fictione deſcribit, tales literarum tenores inter alia intimando. Ecce Rex noſter cito veniet in celebri magnæ potentię majeſtate in manu potenti, & brachio excelſo nimis, veniet tanquam verus Dominus novus Rex, & naturalis ſucceſſor ad hæreditatem ſui regiminis, & patrimonii, gentem quam unanimiter opprimunt exteri, & gregem non ſuæ poſſeſſionis quo poſſeſſor violentus abutitur liberare diſpoſuit, & te erectam in antiquis felicium progenitorum ſuorum libertatibus conſovere.

Cujus ſane Conradi Capicii nuntios, & literas quamplura loca, & nonnullæ perſonæ recipiunt, ac Conradini adventum gratificant, & acceptant, eo quidem perveniente inſtabili voluntate, ut ad Conradini nominis, & honoris magnificationem aſpirent: ſicque tota Vallis Mazaræ, totaque Vallis Nothi, & fere tota Sicilia exceptis quibuſdam locis inſignibus, ut ſunt Panormum, Meſſana, & Syracuſę dictorū Conradi, & Dopni Frederici beneplacitis ſaltem nutibus obtemperare videntur. Cumque quidam Fulco de Podio Riccardi Provincialis natione Vicarius tunc in Sicilia Regis Karoli generalis videret Siciliam tam ſubito ſtudioſa machinatione commotam, contra prædictos Conradum & Dopnum Fredericum adhuc in Schiacca propter equitum paucitatem multum debiles exiſtentes, amicorum, & aliorum de conſenſu quorum fraudulens voluntatis propoſitum ignorabat exercitum congregavit. Verum tamen prędicti milites convenerunt ipſum Fulconem, & quod multi violata mente conflictum cum hoſtibus in montaneis inirent, ſedula denuo ſuaſione confortant, hac conſideratione potiſſimè, ut ipſum ſagacius, & liberius pro voto poſſint adducere in præcipitium. & ruinam. ac eundem, & gentem ſuam in cibum & prædam exercitus hoſtium præparare, & iis ipſis profectis quamplures extranei proditoriè fabricaverunt banterias, & vexilla ut deſcedentibus hoſtibus ad conflictum ea in ipſorum hoſtium auxilium, & exterminium reliquorum terga vertentium exigerent, & banneriis, ac vexillis erectis de amicis nova quadam mutatione facta ſubito gladios, & lanceas converterent in amicos.

Factum eſt itaque quod dum prælibatus Vicarius prope Schiaccam magnum Siculorum exercitum congregaſſet, & illi potiſſime qui vocati in partibus illis vexilla ferebant appellatis vulgari linguoſitate FERENTES fidem Regis Karoli profiteri viderentur, jam dicti Conradus & Dopnus Frederious, cum equis, & equabus, quos & quas invenire tunc poterant in illo modico temporis intervallǫ verſus exercitum contra eos adductum quaſi familiares hoſtes inimicis domeſticis appropinquatę.

His igitur juxta ejuſdem exercitus ambitum audacter ſubintrantibus loca caſtrorum ſtatim in ipſo debili eorum congreſſu nullius tutela defenſionis adhibita Siculorum agmina fugata finaliter exparguntur, ac Provinciales in prædam hoſtium derelinquunt, ex quibus alii erectis ſabris & fabricatis hoſtium ipſorum in ipſa fuga banneriis & vexillis poſt ipſam ſimulatam fugam, cui ſe videbantur propter impugnantium formidinem commiſiſſe, poſt commiſſionem hinc inde jam factam intrant ſuorum agmina pedetentim, converſique repente in arcum pravæ malitiæ convertunt manus & dimicant contra ſuos.

Vicarius autem ſe aſpiciens ſic ſubito proditum & doloſè deceptum, dimiſſis pavilionibus, & tentoriis, fractis arneſiis fugæ non improvidè perit remedia. nec ſe voluit diſcriminoſo certamini conſcentia gravata committere, ſed ſe, ſuoſque Provinciales à manibus invaleſcentium hoſtium eripere ſtuduit fugiendo: pauci vero demum ex omnibus lethaliter vulnerati, quamquam & interfecti, & capti fuerunt multi tam ex Provincialibus, quam ex Siculis ſupradictis, ſed hoſtes advenientes ad ſpolia maxime, capienda equos ſtudebant habere potius, quam extinguere morte totaliter.

FINIS:

REGESTUM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T U X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii *Kk* Ll abcdefghi*k*l
mnopqrſtuxyz aa bb cc dd ee Omnes ſunt terniones præter R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii K*k*
dd ee duerniones. Folium principii eſt unicum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google